BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XVI
F
19
NAPOLI

XVI
F.
19.

Digitized by Google

Digitized by Google

VINCENTII BONDENI
I. C. ARGENTANI
COLLVCTATIONES
LEGALES.

DE IVRE CONTROVERSO COLLVCTATIONVM LEGALIVM

VINCENTII BONDENI I. C. ARGENTANI.


Et apud varia Tribunalia Aduocati elaboratiſſimi.

OPVS NOVISSIMVM.

Materias tùm CIVILES, tùm CRIMINALES in vtroque Foro Eccleſiaſtico, & Sæculari ad normam veræ THEORIÆ, & PRAXIS athleticè pertractatas vberrimè complectens,

S. ROTÆ ROMANÆ NVPERRIMIS DECISIONIBVS præmunitum.

Et Indicibus neceſſarijs, ac Appendice ditatum.



VENETIIS. M. DC. LXV.

Apud Nicolaum Pezzana.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.

EMINENTISS. ET REVERENDISS.

D. D. HIERONYMO BONVISIO S. R. E. CARDIN. AMPLISSIMO.

Ferrariæ de Latere Legato integerrimo,

AC LVCENSIS ECCLESIÆ

Antiſteti vigilantiſſimo.

VINCENTIVS BONDENVS I. C. ARGENTANVS.

STellantis Globi per amplum aëra nuper exardeſcentis arcaniora portenta perueſtigante paſſim gnaræ mentis acumine, fas quoquè ſit mihi Amplitudinum E.V. per immenſum æthera ſpatiato iamdudùm, & SYDVS illud humillimè conſpicato, quod vt potè VNVM, ità ad prænitidum E.V. architectandum SYSTEMA fulgidiore micat influxu, illud futurum venerabundè profari, vt velut ASTRVM Fauſti Iouis proſperrimum, hiſce meis elucubrationibus haud effulgeat inauſpicato; quod quidem cum ideò neceſſe habent, quod ſunt forenſium pugnarum materiebus compactæ, iuxta illud vulgò vſurpatum; *Habent ſua ſydera lites*; tùm præcipuè quod ſoboles infortunata, non alium ſint progenitorem ſortitæ, quàm tenue ingenium, quod natiua diutiùs ſterilitate torpeſcens, vix poteſt prolem edidiſſe quàm non iure fors inaugurata proculcet. Cum itaque prodendo ſerenioris auræ fauori, oporteat, vt primi Mobilis concitatio conſpiret, cæteroqui ſydera ipſa infrugifera luce tabeſcerent; E.V. Moderatricem

veluti ſph æram commeditans, auſim enixiùs apprecari, vt laboribus hiſce meis, vtcunque prodierint euigilati, fauorabili ſerenitate præniteat; vt quas ærumnas à Metheorico ſigno vecordia pectora terrarum Orbi metu reformidant inani, beneficum E. V. SYDVS longiùs eliminet, & illuſa ociantis indolis prognoſi, infeſta temerè minitantis prodigia, benignioris ASTRI arridente fulgore, quaqua verſum peruagentur incolumes, orbemq; litterarium ſoſpites perluſtrent. Id mihimet ipſe pollicitari non dubito, E. V. velut præfulgidum probitatis exemplar, æquitatis aſylum, clementiæ receſſum, & rutilantem omnigenæ virtutis Idæam eximio omnium cultu circunſpectari ſuſpiciens; vt nimirum perindè in LVCENSIS ECCLESIÆ, cui præſtat E. V. peruigil ANTISTES, Prefectura, atque in huiuſce FERRARIENSIS DITIONIS, vbi ſpectabili integritate Vices SVMMI PONTIFICIS ſubit, Moderamine, coruſcantiſſimo iubare præſideat. Quod ſtudioſiſſimo efflagitans precatu, ſacro murici humillima animi veneratione prouoluor.

Ex Ciuitate Cómacli die 14. Auguſti. MDCLXV.

A V-

AVTHOR
LECTORI

NON is ſum ego, qui hoſce meos, qualeſcunque ſint, labores, ceù rerum nouitate indutos prodire in medium præſumam; nil etenim dictum, quod prius dictum non fuerit, optimè calleo. Non minus is ſum, qui ſcripta mea, tanquàm aliqua venuſtate exornata in publicum emittere audeam; ſiquidem omnem fuiſse cum lepore dicendi in hac noſtra facultate à viris doctiſsimis locum præreptum, minimè ignoro: Non itidem is ſum, qui de legalibus materijs pertractans, cum Iuriſprudentiæ Proceribus, quos verè ſapientiſsimos colo, comitem exhibere me ſtudeam; tenuitatem namque ingenij, qua moleſtè detineor, à tanto me arcere faſtigio, indubitanter agnoſco. Is ſum benè, qui & mihi, & alijs viuens, quomodò per temporum intercapedines vixerim oſtendere contendo; cum enim leuiora effugiens, ac futilia deſpiciens, ocijs litterarijs circa Ius Controuerſum operam nauauerim, non nulla, ex multis hactenus congeſtis, ſeligere decreui, vt omnibus palam facta, quæ modò propoſui, certò demonſtrarent: ſicque Tu lector, vel eis ab intimioribus penetralibus legum erutis ſtudendo, vel ſaltem ea, ſemper reſolutionibus ſupremorum Tribunalium, & maximè SACRÆ ROTÆ ROMANÆ innixa videndo, quam duxerim in laboribus vitam cum agnoueris, ne deſinas quæſo, quoties offenderis in ea quæ parum aptè Tibi arridere exiſtimes, ſi ſis Doctus, nam ſciolos non alloquor, Vel laſſo manum porrigere,

rigere , vel erranti iter oſtendere ; *ex placito* Diui Hieronym. in Comment. in Ion. ad fin. *quod ſi faſtidioſè nimis occurras , erga Te ipſum accipito prolata* ab eodem S. Hieronym. Epiſt.50. ad Pamacch. *cap.8. ibi* Aut profer meliores epulas , & me conuiua vtere , aut qualicunque noſtra cęnula contentus eſto . *Interim* Alterum Colluctationum Legalium Volumen , *vna cum* Tractatu De Fine Litium , *ſi Deo placuerit , quantocyus in omnium vtilitatem iuris publici faciam : & Tu Vale.*

DE

DE HOC OPERE
COLLVCTATIONVM
LEGALIVM

Iudicium emanatum ab Authoris Præceptore

Fabritio Guiduccio Cæſenati
S. T. & I. V. D. Excellentiſsimo,
in Patrio Gymnaſio Interpreti acutiſsimo,
& Præceptori Amantiſsimo.
Vincentius Bondenus I. C. Argentanus.

QVAS in forenſi paleſtra, ſapientiſſime Præceptor, de facultate legali habui inſigniores diſputationes, quasvè ibidem athleticè mihi opus fuit pertractare, luci publicæ, ni aliter doctiſſimæ Tuæ videatur cenſuræ, committere decreui: cum nunquàm fauſtiore ſit omine temporis opportunitas arriſura, quam nunc, cum Te inter omnes præſtantiſſimo ſuperſtite, à quo ſum peramanter legalem diſciplinam edoctus, illud, haud indubiè mihi ipſe deſpondeo, meas lucubrationes, ſi earum editioni annueris, hùc doctiſſimo Tui expoſtulato inſtanter conſilio, impauidum ſortituras Propugnatorem: nam non hæſitandum, quin Tu, quo duce legum penetralia introiui, quæ in medium protuli, argumento, quid Te Doctore perfecerim, quidque è tuis inſtitutionibus hauſerim, ingenti fueris indefeſſi tutaminis robore vindicaturus. Quod quidem, vt præſtes enixè, atque humillimè apprecor. Vale.
Ex Ciuitate Comacli kalend. Ianuar. 1655.

Vincentio Bondeno Argentano,
olim ſuo dilectiſſimo Diſcipulo,
nunc autem egregio I. V. Doctori
Fabritius Guiduccius Cæſenas.

DVm poſt diuturnos, laudabileſque labores, tamquam filius ad Patrem ad me reuerteris *cum exultatione portans manipulos tuos*, quanta me afficias lætitia, pateſit in Prouerb. *c.* 10. *n.* 1. *filius ſapiens lætificat Patrem*: quanto me

to me

to me efferas honore aperitur in Eccleſiaſtico *c. 3. n. 3. Deus enim honorauit Patrem in filijs*: quanta temetipſum corones gloria, indicatur Sapientiæ *c. 3. num.* 15. *Bonorum laborum glorioſus eſt fructus*; Dum autem à me conſilium efflagitas, an tibi ſint iſtæ doctiſsimæ, omnique laude digniſſimæ tuæ lucubrationes publicandæ, reſponſum mihi ſuppeditat Magnus Areopagita Dionyſius aſſerens *Bonum eſſe ſui diffuſiuum*; & Eccleſiaſticus *c. 4. n.* 17. dicens *Sapientia enim abſcondita, & Theſaurus inuiſus, quæ vtilitas in vtriſque*? Prodeat ergo ad communem vtilitatem iſtud elaboratum Opus. Haud ponatur lucerna ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo ſunt. Neque remoram faciat fortè futurorum oppugnatorum timor: *Nubes enim nullum afferunt* ſoli *detrimentum*. Veritas oppugnata magis eluceſcit ſpero itaque me olim te auditurum *cum Ouidio* canentem.

Iamque Opus exegi, quod nec Iouis ira, nec ignis,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere Vetuſtas.

Vale, atque in opere tuo in omni tempore viue. *Ex noſtra Cæſenæ Vniuerſitate pridie Idus Ianuarij. MDCLXV.*

Excel-

EXCELLENTISS. D. VINCENTIO BONDENO
I. V. D. ARGENTANO,

Sibiquè intima familiaritate iuncto

ANTONIVS PAVLONIVS CALDAROLENSIS
PHYSICVS PRIMARIVS IN VRBE COMACLI

In Librum,

cui titulus COLLVCTATIONES LEGALES

ELOGIVM CANIT.

Alluditur ad GENTILITIVM STEMMA,
Ideſt
CONFOSSVM AMAZONICA LANCEA DRACONEM.
ELOGIVM ſcribo
nulla tam luculenti Voluminis parte dignum;
Nam
Si in loco, hoc eſt in ingreſſu legitur,
ab ipſa fama temeritatis arguetur,
quod BONDENI ſim auſus aggredi laudes,
quæ adhuc eius fatigant vocaliſſima
Præconia
Sin in calcem remittitur,
ab ipſo Volumine, quod ſibi Elogium eſt diſertiſsimum,
vt ſuperuacuum damnabitur.
VINCENTIVM BONDENVM quis pro dignitate exornet
Cuius auſpicia, cum nomine OMEN VICTORIAE ſequitur?
Hinc eius LEGALES COLLVCTATIONES
nunquàm canunt triumphum
ante Victoriam.
Quin miſsis longè lucubrationibus eruditiſsimis,
antequam Aduerſarium videat,
VINCIT,
Adeo enim claris acroamatis quaſi per ludum LVCTANDO
certat,
Vt vel ipſos æmulos vincendo
VINCENTIVS deuinciat;
Cui
debere ſe eo nomine plurimum non poſsunt non fateri,
quod ingenij fucum in bono ſapientiæ eius lumine
deponere cogantur.
Non alios VLPIANOS conſuleret ADRIANVS,
Non alios SVLPICIOS, aut TREBATIOS
demiraretur TVLLIVS:
Immò
Si IVSTINIANVS ipſe id temporis Orbi imperitans
diſperſa tot Legum volumina rursùs digerere cuperet,
hic vnus inſtar omnium,
Nouus Iuſtitiæ Coſmopæus,
æqua lance, ſuiſque monumentis
trutinaret omnia elementa
Iuris.

O ſi

O ſi nunc ab inferis exiſteres Græcæ parens eloquentiæ,
Nouercam Patriam verius, quàm, Parentem
expertæ DEMOSTHENES.
Votum ex parte tuum impleſset BONDENVS,
Qui
tertiam, Athenis olim adoratam beluam,
DRACONEM, inquam,
configere, & conficere non reformidat.
Quippe qui
aureo verè ſtylo æquitatis
transfodit, expungitque leges
potius ſanguine, quàm atramento
ex DEMADIS ſententia conſcriptas.
& fortaſse per immenſum legum Oceanum
Non tot Iaſones ad Vellus aureum veliſicarent,
ſi ità DRACONES peruigiles Auro dati cuſtodes,
immò verò inſidiatores
Omnium cura, omni in Curia
Iuris remedijs iugularentur,
Quorum conſitis dentibus
Armatorum ſegetes, & rixæ perennant,
dum
inuicem in foris ſibi detrahunt, & ſæpè mordicus
tuentur iniquitatem.
adeò, vt vbique Colchos, vbique Medeas offendamus
Pauci ſiquidem ſtrigunt ſimul ASTREAE lancem, & enſem,
quo Veritas decidatur.
Rarus, inquam, SALOMON diuidere minatur, ne diuidatur,
ſed vt diſtinguatur Puer.
Sit igitur callidus licet ANGVIS, veteraſcat licet indeterius.
Nempe in DRACONEM, an potius annoſum in VETERATOREM,
Inuoluerit licet ſpiris primæuum Hominem Regem,
vt Diuinam perſtringeret legem,
Nunc tamen virulentum Terræ filium, qui humi repit ſibi onus,
veluti alterum Anteum, Aſtris, & ASTREAE infenſum.
BONDENI COLLVCTATIONES
pluſquam herculeo niſu elidunt,
ſi enim heroicis temporibus vixiſset VINCENTIVS
DRACO ille, qui venenato adhuc halitu
pallida Aſtra inficit,
Non HERCVLIS, ſed eius dictus fuiſset labor.
ALCIDES etenim vi,
BONDENVS ratione, & conſilio
Orbem vincit.

EIVS-

EIVSDEM

EPIGRAMMA

ALLVDITVR AD CHIROGRAPHVM DE DEPOSITO

EX INCVRIA NOTARIORVM INVALIDVM HABITVM,

RATIONIBVS TAMEN FIRMATVM

AB EXCELLENTISSIMO

D. VINCENTIO BONDENO I. C. ARGENTANO

CVM CAVSÆ VICTORIA,

| VT IN COLLVCT. LEGAL. XXXVIII. IN HOC VOLVMINE.

Orbem Aſtræa rotat læta vertigine: rebus
Voluuntur legum facta ſecunda meis

Quin calamo BONDENE tuo ſtant fixa, nec axis
Vertitur, ac tanto ſiſtitur ingenio.

Siſtitur, ac veluti rupes immotus inhæret
Quamquam Cauſidicum pugna reſiſtat atrox.

Aſt ego non lites hoc nomine, & omine VINCAM?
Fiat & eloquio non BONA cauſa tuo?

Da manibus pennam: reddetur mutua palma,
Alternatque vices ſic tua ſola manus.

Teſtis ego: teſtes per ſæcula longa futuræ
Quas præla æternant ingenioſa notis.

Damna iuuant: tanti ſunt infortunia: ſcriptor
Si non erraſset; fecerat ille minus.

Candidus ille dolus, nec non innoxius error
(Si fuerint) fælix prorſus vterque fuit

BONDENVM ſit noſse datum quam ſplendida lucra.
Quiſnam hæc ſperaſset fœnera depoſito!

Digitized by Google

EXIMIO I. C.

VINCENTIO BONDENO ARGENTANO

IN EIVS COLLVCTATIONES LEGALES

DE IVRE CONTROVERSO

ALLVSIO AD DRACONEM LANCEA TRANSVERBERATVM,

BONDENAE GENTIS INSIGNE.

Carmen elegiacum.

Horrifico exundans priùs imbre nàtauerat Orbis
    Bacchantis flerat, terraque præda ſali
Naufragium fuerat latè mortalibus ægris
    Structum, funereis Morte ſutente vadis.
Fluxerat vnda vorax immani gurgite innundans
    Iuſsa miniſtra minas exaturare Poli
Cum poſtquam caluit vetus humor ſolis ab igne,
    Et cæno fæta eſt, intumuitque palus.
Sponte ſua Tellus lutulento tabida limo,
    Mille parit formis tetrica monſtra nouis.
Tum ſuperas Serpens populorum terror ad auras
    Editus emergit ventre tumente ſoli
Quæ non damna parat, quæ non excidia tentat?
    Quæ non atra ſibi Terra pericla pauet.
Aetherea at Phebi contortum fulmen ab arce eſt
    Et Pythona Deus perdidit arcitenens.
Multus oberrabat legali in gurgite ſenſus:
    Multaque diſcordi lex agitata modo
Iuris in immenſum, pelagus iam creuerat, atque
    Omnia palatus per loca nymbus erat.
Nymbus erat varij paſſim certamine inani
    Congeſti ſenſus candida iura quati.
Obruta multigenis latitabat fluctibus, almum
    Iuſtitiæ facies non iaculatu iubar.
Hinc Draco ſurgebat caput erecturus iniquum,
    Hinc aſtrea ſibi damna parata timet.
Serperet heù qualis iam recti iniuria, & anguis,
    Ceù lubricus fureret tetra venena vomens.
At BONDENE tuo cecidit mucrone necatus,
    Sacra cui cudit ſpicula Diua Themis.
Alter Apollo feris fatali cuſpide Monſtrum,
    Tempus & inſultans alter Apollo feris.
Sic geminos hoſtes ſimul vno interficis ictu:
    Occidit indè nefas, indè perennat Honos.
Nequitiam perimens obliuia temporis vltro
    Sternit non alio vulnere fulmen idem.
Nunc geminam palmam haud ingloria dextera ſtringit
    Quamque vibras duplex rettulit Haſta decus.

Ioannis Franciſci Viſtuli Rauennatis.

SA-

SAPIENTISSIMO DOMINO

D. VINCENTIO BONDENO I. V. D. ARGENTANO

TYPIS COMMITTENTI

COLLVCTATIONES LEGALES

DE IVRE CONTROVERSO

ALLVSIO AD STEMMA.

Proh ſtupor? inſignis vaſtum fecit haſta DRACONEM
Huius & eſt ſigni NOBILE STEMMA locus.
Quid notet exponant Diuini Oracula Phœbi
Vel tu, VINCENTI, gloria Vatis eris
Stirps tua nam proprijs ſi tanta Arcana recondit
Impreſsis: ſenſum dicere dignus habes
Hinc doceor: Prælis donas dum Iura decoris
Quod tua Penna Polum lancea facta petit.
Eſt inter Cęli numeratus ſydera ſerpens
Armat amor Dextram, Pallas in aſtra mouet
In ſerpentino ſignata eſt auſpice diua
Aetas; nunc Euum pennifer ipſa præit
Cur non altiſonans eſt & conuerſus in ANGVEM?
Ab Ioue transfoſſo diſceret ire Themis.
Pellentem morbos Epidauria Terra colubrum
Iactat, ſanandis moribus iſte iuuat.

Iulius Zaratinus Eques, & I. V. D. Comaclen.

In laudem PERILLVSTR. ET EXCELLENTISS.

D. VINCENTII BONDENI ARGENTANI

I. V. C. PRÆCLARISSIMI

COLLVCTATIONES DE IVRE CONTROVERSO diſputantis.

Ius ASTRAEA Viris auratum miſit ab Arce,
Vt regerent Orbis Regia ſceptra manu.
Proh dolor aſt ira mons inualuere ſuperbi,
Vt CONTROVERSVM IVS peragatur eis.
Hinc venere Viris lites, & iurgia cunctis,
Hinc ſummo Imperio prælia dita fuerunt
Numine BONDENVS LVCTANDO afflatus Olimpi
IVS CONTROVERSVM nomina ad alta vocat.
Auferat vt lites Mundi, Martiſque labores,
Ac homines ſemper luſtra beata trahant
Cum tot verba ſui BONA DENT LVCTVANTIA nobis
ASTREA Ingenio, Cordeque maior erit.
Cedat huic LANCES BINAS ASTRAEA repandas,
LVCTANDO Mundi ritè reguntur Opes.
Cedat & ENSEM illi LVCTANDO, qui ENSE PEREMPTI
LVCTARVM Patris STEMMA DRACONIS habet
Ceù dicas MICHAEL VICIT, VINCENTIVS armis
Luciferum calcat Tartara ad ima quibus.

Nicolai Mazzantis Proth. Apoſtol. & I. C. Argentani,

DO-

DOCTISSIMO D. VINCENTIO BONDENO
I. C. ARGENTANO

Opus,
Cui Titulus COLLVCTATIONES LEGALES
in lucem edenti
ELOGIVM.

Cur leges Pacis filias
(Diſertiſſime DOCTOR)
COLLVCTATIONIBVS placet immittere?
Num,vt lauream illam, quam iure meritò
RVBICONIS ad ripas
ASTRAEA legum Præſes,iam gladio TIBI meſſuit ſuo,
ſuo pariter Enſe,
per totum Terrarum Orbem, Bellona geminet TIBI?
An vt Poſteros
TVAE literaturæ fæcundia, erudias exemplo
Ad obſeruandas Leges non otio,ſed pugna opus eſſe?
Certè cum tua conſuetudo, & mores
ſint inſtar Legis,
Te ipſum poſſes proponere ipſis pro Legibus
Nimirum ſcientias integritati tam benè fœderans,
edoces,
Leges non eſſe efficaciores,quam exempla Virtutum.
Macte animo
Vir eximie,
Propugnator impauide
Iam lætabunda CYMACLENSIS CIVITAS
TVO de Nomine
pro celebrandis epinicijs ſumit Argumenta;
Iamque ex HASTA
TVI STEMMATIS GENTILITII accumina
mihi ſuppetunt ad laudes tuas,
inque Haſta
Victorias veneror plurimas.
LVCTAM ergò cane, cie Pugnam:
Nam glorioſior Antheo Triumphans
Vinces, & Vinces;
Cumque TVAE ſolertiſſimæ Paleſtræ,
Colchide pretioſiori vellere
auriferoque ditiori Heſperidum Nemore
Spectator peruigil adſiſtat DRACO
Nil pertimeſce.
At ſi haſce de TE laudes ſuſpicaretur quiſpiam communes
Vtinam verè, quæ ſingularia TIBI ſunt,
Forent multis communia
Ideò quidem expreſsè,
Vt ſi minus ea ſint multis communia, ſaltem fiant:
Etenim vnicuique quid ſingularius ad laudem,
Quam habere communem cum maximis Viris
Virtutem
Hoccine TIBI minimum ſuæ obſeruantiæ monumentum
ANTONIVS FRANCISCVS DE THOMASIIS CYMACLEN.
S.D.

Digitized by Google

VATICINIVM NVMERICVM.

VINCENTIVS BONDENVS I. V. D. EGREG. ARGENTANVS.
456. 291. 113. 94. 414.

Summa eſt 1368.

Iura dabit Legum, Themidisque oracula ſoluet.
180. 106. 142. 390. 225. 325.

Summa eſt 1368.

Anton. Franc. Thomaſij Comaclen.

ALLVDITVR AD STEMMA
AVCTORIS.

Reprimat inſanas telo iam ſaucius iras
Qui ferus Aſtream territat ore DRACO.

Victus in inuiſam fruſtrà colluctat Arenam
Irrita lætifero vulnera dente parat.

Controuertendi ius nullum; nulla poteſtas.
VINCENTII Virtus abſtulit omne robur.

Ioſeph Dantius I. V. D. Argentanus.

VINCENTIVS BONDENVS CIVIS ARGENTANVS.

Anagramma purum.

Non ne incedit iuſtus, vrbanus, ac vigens?

Diſtichon.

Legali incedis, VINCENTI, in dogmate iuſtus,
Moribus vrbanus, iudicioque vigens.

Bartholomæi Florentij Patritij Auximani.

DE mandato Perilluſtris, & Reuerendiſſimi Domini mei Vicarij Generalis Comacli vidi, & attentè perlegi Ego infraſcriptus Librum Excellentiſſimi, Doctiſſimique Domini Vincentij Bondeni I. V. D. Argentani intitulatum Colluctationes Legales, nihilque in eo cenſura dignum inueni, ſed doctrina vndique plenum, ac omnibus in foro verſantibus per quam vtilem, & neceſſarium; Quarè Prælo mandari poſſe, & expediens eſſe iudico, ſi Reuerendiſs. D. meo videbitur; In quorum fidem præſentes ſcripſi, & ſubſcripſi.

Comacli die 5. Iulij 1663.

Cæſar Cintius I. V. D. Comaclenſis Aſſeſor.

Imprimatur

Thomas de Thomaſijs Canonicus, & Vicarius Gener. Comacli.

EGo F. Baſilius à S.Michaele Diſcalceat. S.Auguſtini Congreg. Italiæ Vicarius S. Officij Ciuitatis Comacli de mandato Reuerendiſſimi P. F. Caſimiri Piazzæ Inquiſitoris Ferrariæ attentè legi, & perlegi Librum inſcriptum Colluctationes Legales Vincentij Bondeni I. C. Argentani, & nihil obſeruaui contra fidem, vel bonos mores, vel contra Decreta Summorum Pontificum, ideò cenſeo poſſe typis mandari ad proficuum aliorum.

Dat. Comacli ex Conuentu SS. Auguſtini, & Mauri hac die 13. Iulij 1663.

Ità eſt Ego F. Baſilius à S. Michaele Prior dicti Conuentus, & Vic. S. Off. Comacli.

Imprimatur

F. Caſimirus Inquiſ. Ferrar.

Noi Reformatori dello Studio di Padoa.

HAuendo veduto per fede del Padre Commiſſario del S.Officio nel Libro intitolato de Iure Cõtrouerſo Colluctationes Legales cum Deciſionibus Auctore Vincentio Bondeno non eſſerui cos'alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per atteſtato del Segretario noſtro, niente contro Prencipi, e buoni coſtumi, concedemo licenza che poſſi eſſer ſtampato, oſſeruandoſi gl' ordini &c.

Dat. à 22. Luglio 1665.

(Zuanne Donado Reformator.

(Andrea Piſani Procurator Reformator.

Angelo Nicoloſi Segret.

S E-

ELOGIVM

VINCENTIVS BONDENVS Iuriſperitiſsimus
Legalis eloquentiæ lumen
Obſcura penetralia iuris illuſtrat.
ASTRAE ſectator
extollitur ad Aſtra
Altiſſimum Iuriſprudentiæ apicem attingens,
Inuictus Athleta
Propugnando leges
Inter legiones Colluctantium inuicem ingeniorum
Ponit fœdus ad Gloriæ fœnus.
Dum iura ciuilia veritatis clypeo tuetur
Ciuica digniſsimus eſt corona.
Qui in legum COLLVCTATIONIBVS legitimè certauit,
Iure coronandus.
Hoc obſequij monumentum
Sapientiſsimo viro ſacrat
Vincentius Butarus I. V. D. & Aduocatus Auximanus.

VINCENTIO BONDENO NOB. ARGENTANO COLLVCTATIONVM LEGALIVM AVCTORI,

Duodecaſticon.

Marte ſub ancipiti luctantur lemmata Iuris;
Et tumet alterno robore rixa calens.
Congerit Heroum validas pars vna Cohortes:
Altera præſtantes vrget ad arma Duces.
Vtraque in aduerſam fortis mouet agmina partem,
Nullaque victrici ſorte, triumphe, canit
Demum pugnantes inter VINCENTIVS exit,
Et placido ingenij robore bella fugat.
Qui legum penetrans aciem, dubiosque receſsus
Diſsociata nouo fœdere iura ligat.
Hinc ſpecioſa Tuum decorat Victoria Nomen
VINCENTI, hæc fuerat debita palma Tibi.

Io: Baptiſtæ Florentij Patritij, & Canonici Auximani.

AD AVTHOREM

VINCENTIVS BONDENVS

Anagramma

EN DECVS TVVM IN NOBIS.

Diſticon.

Dogmata concilias vario LVCTANTIA ſenſu
VINCENTI, IN NOBIS EN DECVS indè TVVM.

Eiuſdem.

DE STEMMATE AVTHORIS
SAPHICVM CARMEN.

Atticæ Muſæ celebrate curſum
Hùc, vbi ſedem retinere ſolet
Syren Illuſtris fluitantis Adri
Ventris in imo.
Et ſuper fluctus choreas regentes
Candidi ARGENTI fidibus, ſuaui
Voce BONDENI ſimul vſque ad Axem
Tollite nomen.
Alter exiſtens radians Apollo
Enſe PITONIS tumidi triumphat
Indè LVCTANDO celerat in Orcum
Prælia, lites.
IVS enim nobis malè CONTROVERSVM
Signat Aeterni titulo decoris,
Iò necem danti calamo DRACONI
Dicite quæſo.
Dulce BONDENO reſonate carmen:
Bella VINCENTI rigidi COLVBRIS,
Aureum ſæclum, tribuitque nobis
Pſalite Pæan.

Io: Baptiſta Maſius Argentanus.

AD AVTHOREM
COLLVCTATIONES LEGALES ſcribentem.
Carmen Saphicum.

Aſtra fidiſti calamo loquaci,
Aſtra viciſti celebris, videre
Vt queas quidquid tribuant ſalubre
Iura, Themiſque
Et tui lumen fuit ante, LVCTIS
In Polo nullam remanere ſedem,
Aſt vbi pacem retinent Olympi
Bella quieſcunt.
Indè diſceſſum celerat Sophia
Clara de Cœlo, Patria Beatum,
Atque ſic tecum placidam quietem
LVCTA tenebit.
Et feras culpas neque poſſidere
Iurgium pollet rabidum, malumque
Ore tis LVCTAS rutilans amicas
Fulgor habebit.

Antonius Franciſcus Maſius Argentanus.

VA.

In idem Argumentum

ALLVSIONIS STEMMATIS

Tetraſtichon.

BONDENI feriant miraris, Tela DRACONEM
Clarius elucet, STEMMATE quodque SVO.
Nil mirum, Ignauiæ, Doctrinæ ſpicula torquet
Iuris; & hic ſapiens ſic ferit ENSE CAPVT

Petri Mezzogorij I. C. Comaclenſis.

Ad DRACONEM FRAMEA IN CAPITE PERFORATVM
poſitum in STEMMATE

D. VINCENTII BONDENI

PRÆSTANTISSIMI I. V. D. ARGENTANI
DE IVRE CONTROVERSO diſputantis

Epigramma.

Hic non Heſperidum ſunt defendenda viretis
Aurea Poma, DRACO vulnera iuſta geris.
Nam pauor haud vrget, raptoris dextera nulla,
Dente ſurat tempus, falceque cuncta ſecet.
Diſſidium quæis omne fuit, BONDENVS ad vnum
Iura, bipartito tramite, duxit iter.
Poſſit in offenſo quò lector currere greſſu.
Et ſcopulos mentis calle fugare graues.
Perfoſſus tamen haud functus, das fulmina linguæ
Lædent, non tollent quod ferientis, OPVS.

Pandulphi Mori Cæſen. I. V. D. & in Patrio
Licæo Lectoris.

In OPVS Aureum

DE IVRE CONTROVERSO

D. VINCENTII BONDENI

I. V. D. ARGENTANI

Epigramma.

Alludens ſanguini DRACONIS,
Qui Cruoris fluxum ſiſtere dicitur.

Defluit obliquis Aſtreæ lancibus humor
Aureus, è venis pauperis vnde cruor:
Nempe Cliens auro refluit per faſque nefaſque
Æger ſic fluxum ſanguinis inde ſubit
Siſtere quùm cupias, BONDENE, cruoris habenas,
Pharmaca dat foſſus STEMMATE ſana DRACO
Scilicet infenſas medicato puluere lites,
Decerpto è Iuris viſcere, DOCTOR agis.
Ceſſet hirudo Cauſas miſeris iam ſugere venas,
Et fora Cauſidicus litigioſa premat.

Stephani Spallettæ Cæſenatis.

NICE, VEL VICTORIA

ELOGIVM

AD COLLVCTATIONES LEGALES

PERILLVSTR. ET EXCELLENTISS. VINCENTII BONDENI

ARGENTANÒ.

BONO DENARIO vincis BONDENE VINCENTI
Denario videlicet ARGENTEO ſub Themidis cuſsione impreſſo,
Dum LEGALES DE IVRE CONTROVERSO
COLLVCTATIONES cudis
BONAE ſunt COLLVCTATIONES TVAE
Quia DE bono IVRE CONTROVERSO ſunt
Quia Denario TVO conſtant
Quia velut denarium rotundæ, fuſibiles, tractabiles,
Omnium manibus terribiles permutabiles
Mutabiles, emptionales, donabiles ſunt.
COLLVCTANT quia ſimul LVCTANT, vt LVCTAM
frangant, vt LVCTAM ſepelliant, vt LVCTAM
iugulent, vt LVCTAM triumphent.
BONAE ſunt COLLVCTATIONES TVAE
Quibus Inertiam, Ignorantiam, Imperitiam
teris, & atteris, non miles, vel decurio
ſed Dux & Induperator
Qui triumphos in Aeternitatis Capitolio ducis.
ò BONE, ò Agate, ò Nicephore;
Per COLLVCTATIONES haſce vincis ò VINCENTI,
ARGIRAMque TVAM in Chriſopolim, vel in Nicopolim
transformas, & efformas, olim Vrbes præclariſsimas
Vincis ò VINCENTI COLLVCTATIONIBVS hiſce TVIS,
Victoriam tuam pandis PILO vel SARISSA
DRACONIS caput tranſuerberante, vel transfodiente;
Sic per ſigna Inſignia Auorum TVORVM
Quod per TE operandum erat rapreſentatum,
& prænunciatum, ac præuiſum eſt;
Dum nouus ipſe SOLON quaſi antiqui
DRACONIS legislatoris Athenarum Scita
leges ipſas Cæſareas cerebro anathomizas,
Et præcipuam Aegidæ partem, velut Gorgonæ caput
PILO SARISSAque, genij, ingenijque
tranſuerberas TVA
Ità NICEM COLLVCTATIONVM TVARVM delineat
carbone proprio
CELSVS ROSINVS CAESENAS ABBAS LATERANENSIVM,
ET DOCTOR THEOLOGVS

ELO-

tutum: & alia circa materiam ſubſtitutionum perpenduntur. Detractiones legitimæ, & trebellianicæ quid importent, & quando permittantur, vel denegentur, quidue in illis ſit imputandum. Præcognitio fideicommiſsi vniuerſalis, vel particularis affertur. Et latiſsime materia tranſmiſsionis, ac repreſentationis, diſcuſſis viribus, & effectibus *clauſularum in ſtirpes, & non in capita, & Salua graduum prærogatiua*, pertractatur.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. XLII.

Dotis receptæ confeſsio facta à marito conſtante matrimonio latiſſimè examinatur, & ex multis coniecturis adductis, præuia præſumptionum in aduerſum ponderatarum profligatione, ſimulatio illius detegitur. De ratione redditionis per adminiſtratores reddenda tractatur. Et veſtimenta data, ac iocalia ſponſæ, quando donata cenſeantur, diſcutitur.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. XLIII.

Agitur de multis exceptionibus propoſitis aduerſus ſocium petentem expenſas ab ipſo iure ſociali factas. Et ſignanter tractatur latè de compenſatione. Ac, an, & quando poſsit hæres benefitiatus cogere creditores ad accipiendum tot de bonis hæreditarijs. Pleniſsimè quoq; examinatur *Auth. hoc niſi. C. de ſolut.* vnà cum explicatione *Stat. Argenta de bonis dandis in ſolutum*.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. XLIV.

Tractatur latiſsimè in hiſce iuris reſponſis, quando nam natus in aliquo loco, & præſertim ex accidenti fiat Ciuis eiuſdem loci: ſubindeque multa de domicilij, & incolatus requiſitis, ſicuti, & de vi obſeruantiæ, ac conſuetudinis afferuntur.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. XLV.

Prælationi quando ſit locus: & an, & quando habens prælationis ius præiudicet ſibi in dando propriam oblationem: cum alijs, de quibus in ſummario.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. XLVI.

Requiſita corporis delicti in homicidio recenſentur. Vulnus quando nàm ſit mortale, & ex eo vulneratum mortuum fuiſse, demonſtratur. Homicidij diſtinctio, eiuſque pœna affertur. Confiſcationis materia percurritur. Cauſa delicti examinatur. Præſumptiones animi occidendi, nec non animi deliberati, ac præmeditati, & è contra adducuntur, & latiſsimè diſcutiuntur. Tandemque viſa diſtinctione homicidij inſidioſi, & proditorij, etiam in materia immunitatis Eccleſiaſticæ, & allatis non nullis circa commiſsarios criminales, eorumque viatica, concluditur.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. XLVII.

Aditio hæreditatis, quando ex diſpoſitione bonorum hæreditariorum, ſtante alio titulo, & ex quibus alijs actibus probetur. Agitur de retentione competente mulieri ratione eius dotium, & de vi Statuti continuantis poſseſſionem defuncti in hæredem; ac clauſulæ conſtituti. Tandem ad quid teneatur hæres ſine inuentario, & de priuilegijs expenſarum vltimæ infirmitatis, & funeris, diſcutitur.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. XLVIII.

Mandatum de aſsociando cui ſit concedendum. Præſcriptionis materia ex multis motiuis eam excludentibus percurritur, & latè examinatur: & dominij ſpecies latiſsimè perpenduntur.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. XLIX.

Coniunctum pro coniuncto comparere poſſe, & quando diſcutitur. Emptor poſt venditionis perfectum contractum ad quid teneatur: & cuius releuantiæ ſit fidem de pretio habere, vel non. Euictionis materia percurritur, ac terminum ad denuntiandum litem authori laudato, viſis prius non nullis circa ſtylum ordinatorium, & circa admiſſionem eiuſdem authoris aſſignandum eſse demonſtratur. Excuſsionem non admitti in Saluiano excepto præ alijs caſu, quo tertius poſſeſſor dicat, eam ſuis expenſis, & periculo fieri, concluditur.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. L.

Curatori ad litem dato minori an, & quando, & à quo debeatur Salarium, ad interpretationem *Stat. Ferrar. lib. 2. Rub. 8.* Vſusfructus bonorum aduentitiorum, & maternorum filij, qua de cauſa debeatur patri, & quando ceſſet, quod præciſim euenire, vbi filius per matrimonium liberatur à patria poteſtate, oſtenditur. Socius in pariete communi, quid facere poſsit, etiam ad verum ſenſum *Stat. Ferrar. lib. 7. Rub. 9.* legata pia iniuncta poſteriori ſubſtitutioni, quibus in caſibus, ſit ſoluěda, ceſsante eadem ſubſtitutione, à vocatis in priori diuerſa ſubſtitutione. Impedimentum an, & quando ſufficientem, & legitimam præbeat excuſationem emptori, ad effectum, ne intret arrharum amiſſio; & quid operetur renuntiatio caſuum fortuitorum; maximè à conductoribus ad remiſſionem penſionis agentibus facta. Conditionis negatiuæ natura plenè examinatur, præſertim in propoſita facti ſpecie emolumentum dotale pro monachatu aſſequendo, cum illa reſpiciente.

FINIS.

DEI-

DEIPARÆ

MARIAE VIRGINIS

POTENTISSIMVM PATROCINIVM

Ad huius Operis tutamen.

VINCENTIVS BONDENVS I. C. ARGENTANVS

HVMILLIME IMPLORAT.

Cum pluuio perijt pelago iam naufragus Orbis,
Tunc Orbis totus mobilis ARCA fuit.

Et memini cinxiſſe RVBOS incendia flammis,
Et ſeruaſſe RVBIS obſequioſa fidem.

ARCA, RVBVS, pia MATER eras mediaque fauilla
Non periere TVAE (vel Paritura) niues.

Cui potius, quàm nata TIBI mea pignora credam?
TV RVBVS in flammis, ARCA eris inter aquas.

DE

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

COLLVCT. XX.

Aſtrologicis quibuſdam dicterijs allatis: non nulla de piſcatione Vallium Comacli adducuntur. Deindè, creditorem in conſeruationem rei, & fructuum præferri quibuſcunque, etiam locatori, examinato caſu circa materialia erogata in reparationem dictarum Vallium, & capturam piſcium accerrimè diſcutitur. Ac tandem iuriſdictionis materia non inutiliter enucleatur, præſertim reſpectu offitij Prouiſoris eorundem Vallium.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. XXI.

Reſtitutio in integrum aduerſus aditam hæreditatem abſque confectione Inuentarij quando competat, & ſit danda maiori 25. ann. & talis reſtitutio competens minori, an proſit maiori cohæredi.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. XXII.

Hæreditatis priuatio, ſeù alia pæna hæredi impoſita an, & quando ob non adimplementum præcepti, & oneris iniuncti à teſtatore, incurratur: & quid de interpellatione hæredis veniat ſtatuendum præciſim, lateque differitur.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. XXIII.

Extrema in iuditio reintegrandæ percurruntur, & latè de viribus clauſulæ conſtituti in alienatione rei emphyteoticæ appoſitæ diſcurritur.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. XXIV.

Agitur de excluſione pretenſæ falſitatis inſtrumenti: & de alijs, prout in ſummario.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. XXV.

Donatio inter viuos ex quibus cognoſcatur: illius natura examinatur: & an facta Clerico pro patrimonio ad effectum ſuſcipiendi ſacros ordines tranſeat ad hæredes donatarij.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. XXVI.

Retinendæ, ac reintegrandæ, remedia quando cumulari poſſint: eorum natura in aliquibus recenſita. Aluei, & alluuionis materia tractatur. Exemptio Eccleſiaſticorum à iuriſdictione Principis, & Iudicis ſæcularis deducitur, ac nonnulla de vi confirmationis afferuntur.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. XXVII.

Obligationis cameralis iudicium, vnà cum exceptionibus admittendis proponitur. Procuratoris facultates, earumque clauſulæ latè examinantur, & de actione pro ære alieno teſtatoris aduerſus vſufructuarium non intentanda cum diſtinctione concluditur.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. XXVIII.

Renuntiationis factæ à muliere dotata, de bonis vtriuſque parentis, validitas, cum plena examinatione *l.fin.C.de dot.promiſſ.c.quamuis de pact.in 6.& Stat.Ferrar.lib.2.Rub.141.* deducitur, & profligatis obiectis à defectu cauſæ, & ab enormiſſima læſione promotis, ac iuramenti viribus penſitatis, latiſſimè ſuſtinetur.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. XXIX.

Inſtrumenti publici vires adducuntur: rei alienæ diſtractio quomodò concedatur: mandatum teſtibus probari poſſe oſtenditur: & ratificationis effectus, vna cum ſcientiæ præſumptionibus recenſentur: confeſſionis extraiuditialis probatio, & vis reſtiumque examen perpenditur: exceptiones aliquæ contra eorum perſonas ponderantur, ac tandem de terræmotu remiſſiuè differitur.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. XXX.

Quantitatē crediti leuioribus probationibus, & ſolo creditoris iuramento, vbi de credito conſtat in genere, deduci oſtenditur. Soluens pro alio, an, & quando actionem acquirat contra illum, pro quo ſoluit, latiſsimè cum plurium caſuum diſtinctione tractatur. Cenſus redemptio quando permittatur inuito venditore. Ceſſionis vires aliquantiſper examinantur.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. XXXI.

Societas cum capitali ſaluo, & lucro certo quomodo, & cum quibus contractibus ſit ineunda. De iuſtitia pretij præſumpta latè tractatur: & modus dignoſcendi læſionem enormiſſimam adducitur.

AR-

ARGVMENTVM.

COLLVCT. XXXII.

Syndicatus Iudicum, & offitialium materia, præſertim circa capturam indebitè commiſſam, pertractatur: & occaſione ſumpta ſtrictè diſſeritur, quando ad capturam deueniri poſſit: & tandem aliqua quoad concuſſiones, & extorſiones, teſteſque in iuditio ſyndicatus recipiendos afferuntur.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. XXXIII.

Pœnæ fraudationis gabellæ quando ſit locus; itemque quomodo gabellæ ſolutio excludatur, & tandem quid de condemnatione litigantis in expenſis ſit ſentiendum.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. XXXIV.

Inueſtituræ de emphyteuſi Eccleſiaſtica proponitur formula: ſubindeque plures aliæ exorientes perpenduntur, & tam in terminis iuris communis, quam *Bullarum Bonifaciana, & Paulina* pro Statu Ferrarienſi editarũ, ad fauorem fœminarum, & pro earum comprehenſione reſoluuntur eaſdemque; præciſo concurſu filij cum filia: ſuccedere ab inteſtato in bonis emphyteuticis Ducatus Ferrariæ, non obſtante ſtatuto fœminarum excluſiuo, pro veritate deciditur.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. XXXV.

Tractatur ampliſsimè materia laudemiorum tam in terminis iuris communis, quàm *Bullarum Bonifaciana, & Paulina* Nonnulla de iure accreſcendi præſertim inter inueſtitos afferũtur. Quid veniat ſtatuendum circa melioramenta facta in re emphyteotica demonſtratur. Et denique probationes à domino directo agente ad caducitatem faciendæ, cum earum ſucceſsiuo effectu percurruntur.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. XXXVI.

Societatis vniuerſalis requiſita adducuntur: & eandem ſocietatem poſse claudicare ad fauorem pupilli, & minoris reſoluitur. Dotes quando vniuerſali ſocietate imputentur, & ab illa extrahantur. Inſtrumentum diuerſum à capitulis, an, & quando, ſit attendendum.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. XXXVII.

Retentionis materia percurritur, & quãdo, ac quibus eadem competat multis deffinitionibus allatis oſtenditur: ſignanter autem tractatur an ipſa retentio pro diuerſo credito concedatur immiſſo ex Saluiano; itemque ſubconductori qui ſoluit penſiones debitas conductori, poſtquam factus eſt locus expulſioni iſtius, & reſolutioni locationis ob non ſolutas locatori penſiones; interimque dantur multa notabilia circa iuditium Saluiani interdicti, & circa ceſsionem rei quam quis pactione etiam iuramento firmata, non cedere promiſit; validitatem eiuſdem ceſsionis peculiariter nunc deducendo.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. XXXVIII.

Contractuum à minoribus, & mulieribus ſine ſolemnijs Statutarijs initorum, nullitates adducuntur. *Stat. Calder. li. 3. Rub. 26. & Conſtitutio Ægidiana lib. 5. c. 25 cum addit. Carpen.* latè examinantur ſtatuentium laicorum facultas circa Iuramentũ trutinatur. Ad reſtitutionẽ acceptorum per minores, & mulieres ſine ſolemnitatibus, quando ſit deueniendum, propoſito caſu in terminis depoſiti, illiuſque materia non leuiter deducta, pleniſsime diſcutitur.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. XXXIX.

Iudici communi diuidundo requiſita adducuntur. Dominium ex poſseſsione quando dicatur præſumptum, & probatum. Poſſeſsio quomodo non cenſeatur probata. Teſtes qui nam ſint præferendi. Lineæ maſculinæ appellatione qui veniant. Exceptio de iure tertij quando admittatur. Aditio hæreditatis quando, & qualiter veniat probanda. *Stat. Ferr. li. 2. Rub. 90.* declaratur. Solemnitate Statutariæ in actibus legalibus quando deſiderentur. Effectus clauſulæ ſi quid exequendum afferuntur. Sententia contra ſententiam quando ferri poſsit non reuocata priori. Attentata fore reuocanda, & legitimationem perſonæ in quolibet iudicio omninò eſse neceſsariam concluditur.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. XL.

Immunitatis Eccleſiarum materia latiſsimè adornatum conſtitutionis *Sanct. memor. Gregorij XIV.* editæ, ſuper illa percurritur, & inter alias obſeruationes ſpeciatim reſoluitur, reum captum à familia laica in loco profano non gaudere eadem immunitate licet violenter cum eadem familia ſe in loco ſacro repoſuerit, quoties à manibus exequutorum nunquam liber euaſit.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. XLI.

Subſtitutio compendioſa quomodò inducatur, & quid operetur præmortuo ſubſtituto primo, quid ſit reſoluendum quoad ſecundo loco ſubſti-

tutum

SERIES ARGVMENTORVM COLLVCTATIONVM LEGALIVM HVIVS VOLVMINIS.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. I.

ACtionis hypothecariæ requiſita, & effectus, præſertim quando ipſa intentatur contra hæredem vniuerſalem & ex hypotheca generali examinantur. Hæreditas iacens an poſſideat & inuentarij ſpecialia nonnulla deducuntur de Dotis nuda confeſſione: ac perſonarum legitimatione, maximè quoad hæreditatem maternam aliqua in medium afferuntur: generali ſemper habito diſcurſu circa materiam eorum, de quibus principaliter agitur.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. II.

Hæredes tenentur ad factum defuncti, dummodò non ſit nullum: & ad illos tranſit effectus obligationis Cameralis, & iuramenti, excepto periurio. De fideiuſsore vti principaliter & inſolidum obligato. De legitimatione perſonæ. Nullitas contractus minoris vigintiquinque annorum examinatur, & in terminis *Stat. Ciuitell. lib. 3. c. 4.* reicitur, cum per Statutum poſſit abbreuiari ætas. Conſtitutio Aegidiana perpenditur, præſertim circa inſinuationem neceſſariam in dicto contractu: & quando ei non ſit locus diſcutitur: ſicuti & de confirmatione Statuti in forma communi, ac de clauſulis in eadem appoſitis agitur.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. III.

Materia *Auth. res quæ C. comm. de leg.* pauliſper examinatur. Supplementum legitimæ quando debeatur, & quæ requirantur pro illo obtinendo diſcutitur. Dos in terminis *Statutorum Ferrariæ* an ſuccedat loco legitimæ. Congruitas dotis affertur: ſicuti, & quanta ſit legitima filiorum, quouè tempore debeatur. Renuntiatio de bonis paternis facta à filia, quibus in caſibus non poſſit ſuſtineri, fructuſque ſupplementi legitimæ vnà cum eorum taxatione, quando debeantur, oſtenditur.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. IV.

Cedens an, & quando teneatur tradere inſtrumenta ceſsionario. Multa ad excluſionem partiti iuramenti deciſiui adducuntur. De verbis enunciatiuis in materia probationis longè diſeritur. Et tandem de incompetentia Iudicis laici in Clericum: quinimò & in laicum ratione iuris connexi, habitis ex indè pluribus illationibus, exuberat ſermo.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. V.

Quietantiæ inſtrumentalis robur adducitur. Solidi obligatio quando habeat locum examinatur. Confeſsio dotis receptæ diſcutitur, & tandem multa de ſimulatione afferuntur.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. VI.

Mulier ſicuti non debet remanere indotata: ità in dote præiuditium ſibi gignere nequit: quod tamen non ſemper habere locum oſtenditur. Mulieris obligatio qua vnico contextu tota dos remanet vinculata reſcinditur in totum. De fundi dotalis alienatione interdicta, de eiuſque conſtitutione tractatur. Sententia quando in iudicatum non tranſeat: & quid de duabus conformibus ſit ſtatuendum in terminis quoquè *Statuti Ferrariæ* demonſtratur.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. VII.

Tranſactionis materia quoàd illius effectum, & validitatem obiectis acerrimè proſtratis, latè percurritur. Conditio ſeù modus appoſitus per teſtatorem matrimonio ab hærede ineundo, quando ſuſtineatur. Minorem aduerſus ſpretum teſtatoris præceptum in omittendo, & committendo reſtitutionem obtinere adducitur. Fructus dotales quo-

mo-

modò taxari debeant: & tandem de intellectu *l. de his. ff. de tranſact.* nonnulla deducuntur.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. VIII.

Diſpoſitio *legis ſi diuerſa.C.de tranſact.* lariſſimè examinatur. Retentionis materia percurritur. Donationis vires perpenduntur. *Stat. Ferrar. lib.* 12. *Rub.* 70. circa inſinuationem donationum explanatur; & fusè de inſinuatione ſermo habetur. *Stat. Ferrar. lib.* 2. *Rub.* 13. quoad cautionem dandam per forenſem, & mulierem non poſſidentem immobilia exponitur.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. IX.

Saluiani requiſita deducuntur & examinantur. Scripturarum recognitio quando ſit facienda. Adducitur, & declaratur *Stat. Ferrar. lib.* 2. *Rub.* 11. *Rub.* 20. *&* *Rub.* 55. Ceſſionis vires perpenduntur pro expedienda anteriori hypotheca, alatis inſuper doctrinis circa redemptores litium. Aſſertioni Patris & teſtatoris in præiuditium legitimæ filiorum an ſit defferendum perpenditur.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. X.

Actio perſonalis contra quos detur. Statutaria præſcriptio examinatur. Clerici, & Eccleſiaſtici quando frui poſſint Statutis laicorum, non obſtante quod à laicis ſint denegata illis beneficia ſuorum Statutorum; & latè perpenditur *Stat. Ferrar. lib.* 1. *Rub.* 5. De reſtitutione in integrum aduerſus præſcriptionem multa congeruntur.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. XI.

Confeſſio dotis facta à marito de dote recepta quando probet etiam emiſſa in teſtamento: ac attento *Stat. Ferr. lib.* 2. *Rub.* 108. Mulier quæ bona cenſeatur dediſſe in dotem, & demùm, maritum poſſe agere ad dotem legatam ſuæ vxori abſque ceſſione concluditur.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. XII.

Adulterium quomodò definiatur, probetur, & caſtigetur ampliſſimè tractatur: de confeſſione ſpontanea tum ad probationem, tum ad condemnationem, nonnulla, ſicuti, & de probatione corporis delicti, & de viribus inditiorum, & præſumptionum in delictis occultis, & copula carnali, cum aliis, de quibus in ſummario, digeſta afferuntur.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. XIII.

Iuris Patronatus materia, quoad præſentationem: requiſitorum concurſum in præſentatis, & prælationem, cum multis alijs, & ſignanter quando beneficium dicatur ſacerdotale, hic pertractatur.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. XIV.

Examinatur pleniſſimè validitas, & iuſtitia contractus *à godere à godere* tam propriè, quàm impropriè celebrati, & indè ſumpta occaſione multa adducuntur in materia lucri ceſſantis, & damni emergentis, nec non conſuetudinis, pacti de retrouendendo, & legis commiſſoriæ, ac circa alia plurima, quæ in ſummario habentur.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. XV.

Agitur de vi clauſulę conſtito de duabus conformibus, & de facultate executoris mixti. Sequeſtrum quando tollatur cautionis medio. Fideiuſſio quando remaneat ſubſiſtens, annullata principali obligatione. *Stat. Ferrar. lib.* 2. *Rub.* 66. an ſit deciſorium, vel ordinatorium. Forenſis quando ligetur, & gaudeat Statutis.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. XVI.

Solemnitates Statutariæ, & præſertim *Stat. Ferrar. lib.* 2. *Rub.* 91. non requiruntur in compromiſſo neceſſario faciendo per minorem: quid vero ſit dicendum de ſolemnijs iuris communis exponitur: & de decreto Iudicis in contractibus minorum multa traduntur.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. XVII.

Solutionem eſſe probandam, cum materia *l. quicunque C. de apoch. publ. lib.* 10. nec non quando Procuratoris confeſſio non præiudicet principali, & de alijs tractatur.

ARGVMENTVM.

COLLVCT. XVIII.

Sacrilegij materia diſcutitur, propoſito etiam particulari caſu de eo, qui exiſtens extrà locum ſacrum iecit ferreum inſtrumentum contra alium ibidem pariter ſtantem, ſed poſt iactum erepta fuga vulneratum eo inſtanti, quo in locum ſacrum peruenit: hincq; tractatur de præuentione, ſucceſſiueque punitione ſacrilegij, & delicti eidem annexi.

ARGVMENTVM.

COLLVCT XIX.

Legatum maximè factum in cauſam piam, & alimentorum, quo in loco, cuius expenſis, & quo tempore veniat ſoluendum, & præſtandum, & ibi non nulla de gabellarum ſolutione traduntur.

AR-

DE IVRE CONTROVERSO COLLVCTATIONES LEGALES VINCENTII BONDENI I. C. ARGENTANI

COLLVCTATIO PRIMA.

ARGVMENTVM.

Actionis hypothecariæ requiſita, & effectus, præſertim quando ipſa intentatur contra hæredem vniuerſalem, & ex hypotheca generali, examinantur. Hæreditas iacens an poſſideat; & inuentarij ſpetialia non nulla deducuntur. De dotis nuda confeſſione; ac perſonarum legitimatione, maximè, quoad hæreditatem maternam, aliqua in medium afferuntur: generali ſemper habiro diſcurſu circa materiam eorum, de quibus principaliter agitur.

SVMMARIVM.

1 *Hypothecaria actionis requiſita, & ſub n. 38. & n. 40.*
2 *Inſtrumentum eſt probatio probata; cum ſimil. & n. 33.*
3 *Hypotheca tacita competit pro reſtitutione dotis amplia, vt num. 4.*
5 *Hypotheca, vt inducatur à lege, non datur certa forma.*
6 *Ad inducendam hypothecam ſufficit veriſimilis mens.*
7 *Hypotheca expreſſa inducitur ex clauſula ſub obligatione bonorum.*
8 *Hypotheca tacita pro dote hodiè parum practicatur.*
10 *Hypotheca expreſſa, an ſit pinguior, & vtilior tacita remiſſiuè.*
11 *Hypotheca cenſetur contracta, etiam ſi de ea non appareat in ſcriptura, & notarius cenſetur rogatus illam apponere, & pro appoſita habetur. Contra n. 11. diſtingue remiſſiue, vt num. 12.*
13 *Hypotheca tacita in caſu reſtitutionis dotium nurus, quando oriatur in bonis ſoceri.*
14 *Lex quam quis ſibi dixit, non poteſt euitari.*
15 *Lex quamuis dura eſt obſeruanda.*
16 *Obligationem eludere non debet eſse in facultate partis.*
17 *Voluntatis, quæ ſunt ab initio ex poſt facto ſunt neceſſitatis.*
18 *Filius non obligatur pro reſtitutione dotis ſuæ vxoris, ex quo ipſo præſente fuerit facta ſolutio dotis ſuo patri.*
19 *In hæredes trãſeũt omnia iura defuncti actiua, et paſſiua.*
20 *Hæres ſuccedit in omne ius defuncti.*
21 *Hæres per aditionem cenſetur approbare obligationes à defuncto factas.*
22 *Hæres poteſt cõpelli ad id, ad quod cogi poterat defũctus.*
23 *Hæredis ex perſona non mutatur conditio obligationis principalis.*
24 *Hæres remanet affectus eadem hypotheca, qua tenebatur defunctus.*
25 *Hypothecaria actio, quæ poterat exerceri contra defunctum, tranſit aduersus illius hæredem.*
26 *Hæres hæredis ſuſtinet perſonam primi hæredis, et in eum tranſeunt omnia iura paſſiua defuncti; vt n. 27.*
28 *Hæres hæredis dicitur hæres defuncti, etiam in materia odioſa.*
29 *Hypotheca tacita dotis tranſmittitur ad hæredes mulieris, etiam extraneos: non autem cum priuilegio prælationis, quod priuilegium tranſit ad ſolos filios, vt n. 30.*
31 *Priuilegium ponendi in tuto dotem, ob vergentiam viri ad inopiam eſt perſonaliſſimum, nec tranſit ad hæredes, nec etiam ad filios mulieris.*
32 *Merlin. de pign. lib. 3. tit. 2. q. 73. n. 61. notatur.*
34 *Veritas vbi ex verbis inſtrumenti apparet, nihil eſt, quod argumentis, et coniecturis ſubtilius inquiratur.*
35 *Hæres repræſentat perſonam defuncti, et eſt vna, ac eadem perſona cum eo.*

Digitized by Google

36 *Ius defuncti non mutatur in perſona hæredis.*
37 *Hæredes comprehenduntur in ſtipulationibus, licèt de illis non ſit facta mentio.*
38 *Hypothecaria actio competit hæredibus creditoris.*
39 *Confeſsio ſuperat omne genus probationum.*
41 *Hypothecaria competit contra vſumfructuarium.*
42 *Hypothecaria actione auocatur poſſeſsio, & procedi poteſt ad ſubhaſtationem.*
43 *Hypothecaria agens quid intendat.*
44 *Hypothecariæ eſt natura, vt res non euincatur.*
45 *Immiſsionis concedendæ formula remiſsiuè.*
46 *Inuentarium operatur, vt hæreditas videatur iacens: declara, vt n.58. & ſub n.59.*
47 *Hæreditas non poſſidet: contra n.64.*
48 *Aditio hæreditatis non probat poſſeſsionem, etiam in ſuo hærede: intellige, vt n.79.*
49 *Poſseſsio confeſsione facta ad poſitiones probatur.*
50 *Poſſeſsio rei conuenti deducitur ex litis ſubſtentatione, iuncto aliquo adminiculo n.51.*
52 *Manutentio non niſi poſsidenti de tempore motæ litis conceditur.*
53 *Manutentio ſine poſseſsione non competit.*
54 *Ad manutentionem ſufficit poſſeſsio ſemiplenè probata ex ſtylo Rotæ.*
55 *Manutentionem petens præſupponit penes ſe poſſeſsionem, & n.57.*
56 *Manutentionis eſsentiale fundamentum eſt poſſeſsio.*
59 *Inuentarium impedit actionum confuſionem.*
60 *Hæres cum inuentario agere, & conueniri poteſt.*
61 *Inuentarium non impedit quin hæres ſit Dominus, & poſſeſſor.*
62 *Hæreditas iacens, quæ dicatur.*
63 *Hæreditas per aditionem ceſſat eſſe iacens.*
65 *Hæres non iuuatur inuentario, niſi de eo doceatur.*
66 *Inuentarium non præſumitur.*
67 *Inuentarium debet exhiberi in publica ſcriptura.*
68 *Argumentum à contrario ſenſu valet.*
69 *Argumentum à ceſſante ratione eſt validiſsimum.*
70 *Inuentarium non opitulatur in rebus hæreditarijs.*
71 *Inuentarium ſubleuat vltrà, non intra vires hæreditatis.*
72 *Inuentarium liberat hæredem à damno, quatenus vires hæreditatis non ſufficiant, ſecus donec adſunt bona hæreditaria.*
73 *Iuditium non debet reddi fruſtratorium.*
74 *Inuentarium præſeruat hæredem à damno, non vt ex eo lucrum percipiatur.*
75 *Hæres quis conſtituitur per aditionem.*
76 *Poſſeſsio defuncti continuat in hæredem ex Stat. Ferrariæ.*
77 *Statutum continuatiuum poſseſſionis defuncti in hæredem eſt contra ius commune: Sed tamen eſt validum num.78.*
80 *Dominium acquiritur per aditionem.*
81 *Hæreditas adita fit patrimonium hæredis.*
82 *Hypothecaria actio eſt iuditium petitorium.*
83 *Dominium in hypothecaria eſt probandum, & ſi agatur contra debitorem. Declara, vt n.84.85.86.*
87 *Confeſſio nuda de dote recepta præſumitur ſimulata; & non probat numerationem dotis. Fallit in terminis Stat. Ferr. vt n.89. quod Stat. procedit, etiam in confeſsione ſoceri. ibid.*
88 *Numeratio ex quibus verbis probetur.*
90 *Librorum montis pietatis partitæ creditur.*
91 *Legitimatio perſonarum requiritur in quolibet iuditio ſummario, & executiuo. Declara, vt n.96.*
92 *Dos defertur filijs hæreditario nomine matris.*
93 *Aditio hæreditatis maternæ eſt probanda: declara, vt numer.96.*
94 *Filius, ergo hæres; ceſſat reſpectu matris, etiam in filio agente. Contra n.95.*
97 *Inuentarij reſeruatio eſt facienda cum clauſula* quatenus competat.
98 *Inuentario facto ſine ſolemnitatibus hæres non iuuatur.*
99 *Inuentarium non facere, & minus legitimè conficere paria ſunt.*
100 *Clauſula* non alias, aliter, nec alio modo *inducit conditionem, & eſt reſolutiua, & facit perindè ac ſi nihil actum ſit.*

SEquuto obitu Io: Baptiſtę Selerij ab inteſtato deceſſi, fuit introducta actio hypothecaria aduersùs Franciſcum Selerium illius hæredem à Ioanna, Lucretia, Conſtantia, & Eleonora ſororibus, & dicti Io: Baptiſtæ filiabus pro conſequutione dotium Annæ earum matris conſiſtentium in ſumma *Librarum* 2468.9.4. Perantea ſolutarum in pecunijs, & mobilibus Benedicto Selerio ipſarum ſocero; adhuncque effectum producto Libello clauſulis ſalutaribus, & allegatione dominij munito petierunt immiſsionem in poſſeſsionem certorum bonorum dicti Benedicti, ac ſucceſsiuè Ioannis Baptiſtæ ad finem illa ſubhaſtandi pro ſatisfactione dicti earum crediti indè eruenda.

Quas fuiſſe exaudiendas, ijſdemque conſequenter petitam immiſsionem non fore denegandam, cum reſeruatione erga reum conuentum beneficij Inuentarij per eum allegati, ſi, & quatenùs ipſi competeret, & ſeruatis ſeruandis, ac legitimè confectum exiſteret, non dubitaui.

1 Etenim propoſitæ actionis, & intentati iuditij concurrunt requiſita.

Creditum, ſcilicèt, *cum hypotheca.*

Bona petita fuiſſe à Benedicto, ſubindeque à Io: Baptiſta debitoribus poſſeſſa tempore obligationis initæ pro dotis reſtitutione.

Et tandem, ipſamet bona eſſe eadem, quæ nunc pro parte actricum à Franciſco reo conuento, & poſſeſsore petuntur: De quibus requiſitis agunt DD. inferiùs per diſcurſum recenſiri.

Creditum hypothecarium ab iiſdem actricibus allatum, hoc eſt, quantitas prædicta Dotium maternarum deducebatur ex publico earundem dotium inſtrumento, in quo Annæ præfatæ conſtituebantur Dotes in Libris 2000. in pecunia, & in Libris 468. 9. 4. in mobilibus, præuio eorum inuentario; ac ſubſequuta conſignatione mobilium, non nullis deindè adiectis conditionibus, interuenit pecuniarum numeratio facta D. Benedicto ſuo, & n. Io: Baptiſtæ filij, ac Annæ mariti recipienti.

2 Cumque Inſtrumentum ſit probatio probata, vlteriùs non probanda, & faciat rem claram, & manifeſtum, neq; diſputatione feri indigeat, ac indicet euidentiſsimā probationē, vtiq; ceſſabat omnis dubitatio ad inſtar caſus legis. *c. cū dilecti de donat. l. quoties. in fine. C. de iud. l. emancipatione. C. de fide inſtr. Cyriac. contr. 37. n. 9. & ſeqq. tom. 1. Add. ad Salon. conſ. 29. n. 5. vbi multa. Sperell. dec. 27. n. 12. & ſeqq. Leoncill. dec. 7. num. 1. 2. Pigant. ad Stat. Ferrar. lib. 2. Rub. 55. n. 2. tom. 1. Sabell. var. reſol. & reſponſ. c. 56. & n. 19. c. 86. n. 3. Zacch. de Salar. & merced. operar. q. 23. n. 3. 4. & q. 52. num. 57. 58. ego ipſe in colluct. Legal. 5. n. 6. et colluct. 29. n. 1. Rota cor. Mantic. dec. 302. num. 2. cor. Buratt. dec. 567. n. 3. & poſt Merlin. de legit. dec. 171. n. 1. 2. & poſt eius tract. de pign. & hypoth. dec. 108. n. 2. & poſt Zacch. de oblig. camer. dec. 274. n. 2. & in rec. dec. 26. n. 1. p. 4. tom. 2. dec. 356. nn. 2. p. 5. dec. 327. n. 1. p. 6. dec. 144. n. 1. & dec. 252. num. 3. p. 7. & dec. 194. num. 1. p. 8. & in Roman. cenſ. 14. Decemb. 1648. §.*

credi-

Digitized by Google

creditum in fin. cor. Aeguelles, & in Roman. reſtit. dot. 10. Ian. 1650. §. non enim cor. Eminentiſs. Otthobono: inter eius impreſs. dec. 199. n. 1. & ſeqq. & in portuen. affict. 1. Iul. 1650. in prin. cor. Biebio. in Roman. camb. 16. Ian. 1651. cor. Rojas in Roman. dot. 11. Febr. 1656. §. huic non obſtat. cor. Beuilaqua; & in Roman. camby 1. Iul. 1658. §. ratio reſolutionis. cor. Melzio.

Porrò hypothecam, tum tacitam, tum expreſſam reſultare ad fauorem Annæ, eiuſque hæredum contra ſocerum, & maritum in caſu reſtitutionis dotis prædi-
3 ctæ non erat ambigendum; nam quoad tacitam hypothecam ſunt iura illam inducentia aperta in *l. aſſiduis. C. qui potior. in pign. habean. l. vnic §. & vt plenius. C. de rei vxorit. act. & de quibus Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 19. n. 1. Giurb. ad conſuet. Meſſan. c. 13. gloſ. 3. num. 31. Medic. dec. Senen. 74. examin. 48. n. 1. Merlin. de pign. & hypoth. lib. 3. tit. 2. q. 42. n. 1. pleniſſimè, & noniſſimè Boſs. de dote. c. 18. n. 5. cum multis ſeqq. Rota in rec. dec. 328. num. 1. p. 5. & cor. Buratt. dec. 844. num. 2. & cor. Merlin. dec. 333. num. 4.*

4 Etiamſi dos fuerit recepta à minore ſine ſolemnitatibus, tunc namquè contra minorem oriri tacitam hypothecam ad fauorem mulieris, tradidere *Nouel. de dote p. 6. priu. 58. n. 2. Ceuall. comm. contra comm. q. 132. Surd. de aliment. tit. 7. q. 14. n. 42. Barboſ. in l. ſi conſtanti n. 119. ff. ſolut. matr. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 7. gloſ. 2. p. 1. n. 49. Gait. de credit. c. 4. q. 7. num. 514. 515. & n. 520. cum alijs apud Merlin. de pign. lib. 3. tit. 2. q. 83. n. 8. & per tot. vbi latè. Surd. dec. 287. num. 25. vbi de communi. Boſs. de dote c 8 §. 3. n. 64. vbi concord. in. Pigant. ad Stat. Ferr. lib. 2. Rub. 91. ſub n. 7. verſ. ſed an ſaltem tom. 1. ex ſententia Rotæ in rec. dec. 511. n. 3. p. 2. & dec. 328. n. 9. p. 5. adde, & in Roman. dot. 11. Febr. 1656. §. cuius inſtrumenti cor. Beuilaqua.*

Quò verò ad hypothecam expreſſam eſt clara præfati inſtrumenti diſpoſitio, in quo ſub obligatione generali omnium bonorum conſtituit ſe Selerium reſti-
5 tuturum dotem in caſu reſtitutionis faciendæ; licet enim à lege non detur certa forma inducendi hypothecam, vt potè pro illius introductione magis mens contrahentium, quàm certus verborum conceptus deſideretur. *Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 2. n. 9. Merlin. de pign. lib. 1. tit. 1. q. 9. num. 1. & lib. 2. tit. 3. q. 94. n. 1. Rota in Roman. Salu. de Caſalibus 21. Iun. 1641. §. & in*
6 *hanc ſententiam;* Vbi, quod ſufficit veriſſimilis mens ad inducendam hypothecam. *cor. Cerro. dec. 50. n. 19. 20. apud ipſum Merlin. in fine eiuſdem tract. repetita poſt Zacch. de oblig. Cam. dec. 189. n. 11.*

7 Attamen illud eſt certum, formulam prædictam ſub obligatione ſuorum bonorum, inducere expreſſam hypothecam, vt cum *Bertazzol. de clauſ. inſtr. clauſ. 12. gloſ. 2. & clauſ. 39. gloſ. 5. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 3. numer. 8. obſernatur à Merlin. d. q. 94. num. 6.* Vbi, quod talis formula eſt generalis, & frequenter apponi ſolita in contractibus; *Et innuit Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 7. gloſ. 2. d. p. 1. numer. 15. & numer. 21. tom. 2. noniſſimè Boſs. de dote cap. 18. numer. 2. Rot. dec. 210. num. 3. apud Poſt. de ſubbaſt. in Addit. & in Ciuitat. Plebis. Saluiani 1. Iul. 1647. §. extrema poſſeſſionis verſ. quod continet. cor. Bieblo. dec. 274. numer. 3. poſt Zacch. de oblig. Camer. & in Auenionen. Saluiani. 8. Iun. 1648. §. creditum autem verſ. inductam etiam cor. eod. Biebio. & in Tudert. donat. 17. Iun. 1652. §. quia præter. cor. Cerro.*

Et eſt adeò verum, dictam formulam eſſe frequentem, vt dixerit *Fontanell. d. gloſ. 2. ead. p. 1. numer. 13.*
8 quod pro dote parum hodiè tacita hypotheca practicetur, cum conſtitutiones dotium ſemper fieri ſoleant
9 in ſcriptis, & ibi prouideatur de hypotheca expreſſa, quam nec nè pinguiorem, & vtiliorem eſſe ipſa tacita, *differit numer. 14. et infrà;* de quo dicto eſt videndus *Merlin. de pign. et hypoth. lib. 1. tit. 2. q. 11. num. 25. et lib. 3. tit. 2. quæſt. 67. numero 4. 7. et ſeqq. ac inſeruit Rota in rec. deciſ. 328. à numero 19. cum ſeqq. par. 5.*

10 Ac nonnullorum fuerit opinio, cenſeri contractam hypothecam, etiamſi de ea non appareat in ſcriptura, taliter, quod notarius non ſcribens in inſtrumento hypothecam cenſeatur rogatus illam, ſeù ſolitam apponere, & pro appoſita cenſeatur, licet agatur de hypotheca omnium bonorum. *Bal. in l. 1. in fin. ff. ſolut. matr. Crauett. conſ. 75. ſub num 4. lib. 1. Menoch. conſil. 37. numero 30. lib. 1. Capic. dec. 159. poſt numero 39. verſic. volens, quod notarius;* Vbi loquitur in noſtris terminis dotis. *Surd. dec. 213. numero 5. et deciſ. 265. numero 63. Trentacinque var. reſol. lib. 3. tit. de empt. reſol. 10. ſub numero 18. verſic. et hæc hypotheca vol. 1. Gabr. comm. concl. tit. de conſuetud. concl. 3. numero 14. libr. 6. Farinac. de falſit. quæſt. 157. numero 52. Gait. de credit. cap. 4. quæſt. 6. numero 234. et ſeqq. et quæſt. 11. numero 2073. ad Barbat. de reſtit. interd. ſuper pragm. de aſſiſt. gloſ. 7. numero 34. et ſeq. vbi pulchrè. Mantic. de tacit. et ambig. conuen. lib. 11. tit. 3. numero 21. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 25. numero 74. Cyriac. contr. 189. numero 31. tom. 1. cum alijs apud Merlin. de pign. et hypoth. lib. 2. tit. 4. quæſt. 103. numero 18. et ait ſub numero 29. verſic. patet. hanc opinionem eſſe communem adde. Mel. alleg. 52. numero 42. libr. 2. Poſt. reſol. 110. numero 35. et non diſplicet Rot. in Mediolanen. bonorum 31. Maij 1649. §. primum enim verſic. ac demum ex communi vſu. cor. Eminentiſs. Corrado dec. 55. num. 10. poſt Salgad. in Labyrint. credit.*

11 Cuius tamen aſſertionis ſunt acerrimi contradictores *Cotta in memorabil. verb. notarius ſimpliciter ad fin. Valaſcb. conſul. 146. tom. 2. et de partit. capit. 6. numero 43. et ſeq. Gait. de credit. d. quæſt. 6. numero 239. cum multis ſeqq. et d. quæſt. 11. numero 2072. et 2074. ac ſeqq. Merlin. d. quæſt. 103. numero 20. et ſeqq. ac per tot. vbi rationibus aduerſantium ſigillatim reſpondet; conducit Faber. de error. pragm. decad. 1. error. 1. et huic parti calculum album adiecit Salgad. in Labyrint. credit. par. 3. capitolo 13. §. vnic. numero 50. 51. et Rot. in d. Mediolanen. bonorum. 18. Martij 1648. §. 1. cor. Bichio.*

12 Vt propterea diſtinctionis fædere pugnantes inter ſe ſententias conciliare nitatur *ipſemet Merlin. de pign. d. quæſt. 103. numero 30. et ſeqq. vbi vide.*

Quam quidem hypothecam ſiuè tacitam, ſiuè expreſſam affeciſſe uedùm Benedictum ſocerum, verum & multo magis Ioannis Baptiſtam mari-
13 tum, dignoſcitur ex eo, ſi de tacita ſermo habeatur; quod matrimonium inter Annam, & Io: Baptiſtam fuit contractum eodem Ioannis Baptiſtam in patris poteſtate exiſtente; ſubindeque dos à Benedicto ſocero fuit recepta, quo caſu contra ſocerum poſſe vxorem dirigere actionem in caſu reſtitutionis dotis, abſque eo, quod compellatur agere contra maritum filium, & tacitam hypothecam dotis contrahi in bonis ipſius ſoceri, quinimò, & ſocerum, ac maritum, patrem ſcilicet, & filium remanere obligatum, deſumitur

à tex.in l.ſi cum dotem.§. transgrediamur, & à ſcriben.
ibidem præſertim à Cuman.ſub numer.3. Caſtr. & Alex.
num.vtrobiq; 4.ff.ſolut.matr. ac latè inſiſtit Merlin. de pi.
gn.& hypoth.lib.3.tit.2.q.49.num.2.& ſeqq.apud quem
concordan.habentur,& videri poteſt Paſchal.de patr. po-
teſt.p.2.c.7.num.80.82.& ſeqq.Maſtrill. dec.46. num.3.
p.1.Capye.latro.conſult.138.num.5.14. & dec.36.nu.3.
Rot.in recent.dec.644.n.2.p.4.et in Romana dotis 11.Fe-
br.1656.ad fin.cor.Beuilaqua.

Si verò de expreſſa hypotheca loquamur, tunc Be-
nedictum eadem fuiſſe affectum eſt certo certius; cum
14 ſibi ipſi talem conſtituerit medio publico inſtrumen-
to legem, quam propterea non poſse euitari ſuadetur
à l.iuriſgentium.§.prætorait.ff.de pact.l.1.§.ſi conueniat.
ff.depoſiti.de quibus Surd.dec.260.num.12. Vbi latè cir-
ca pactorum obſeruantiam exornat.*Cyriac.contr.239.*
num.12.& ſeqq.tom.2. Rota cor. Merlin. dec.490. num.
1.tom.1.& eſt vulg. quam quidem legem ſibi impone-
re potuiſſe fundatur in *l.in re mandato C.mandati.& in*
l.fin.C.de pact.inter empt.& vendit.obſeruat Leoncil.dec.
15 *59.nu.24.* Et idcirco quamuis duram fore obſeruan-
dam,diſponitur in *tex.l.proſpexit. ff.qui, & a quibus.*
Roland.conſ.99.num.47.lib.2.Cranet. conſ.46. numer.2.
Tuſch.litt. L. concl.222.Barboſ. axiom.156.n.20. ſcacc.
de appell.quæſt.17.limit.48.n.11.Amaroſin. dec.3. num.
20.p.1.Leoncil.d.dec.59.n.20.Rota in rec.dec.479. num.
16 *15.p.4.to.2* cum non debeat eſse in facultate partis
obligationem eludere.*Cyriac.contr.285. num.35. tom.*
17 *2.*ex quo illa,quæ ab initio ſunt voluntatis, ex poſtfa-
cto fiunt neceſsitatis.*l.ab emptione. ff. de pact.l.ſicut C.*
de act.& oblig.Poſt.reſ.152.n.5.Barboſ.axiom 57.nu.4.
Rota cor.Seraphin.dec.427.n.1.tom.1.
18 Succeſsiuè eadem expreſsa hypotheca fuiſse Ioan-
nem Baptiſtam adſtrictum, non ex eo venit dicen-
dum, quod ipſo præſente fuerit facta ſolutio Dotium
eius patri, nam hac de cauſa, filium non obligari,
neque poſse vxorem, ſoccro, ac marito defunctis,
agere ad reſtitutionem dotis contra bona mariti, de-
ciſum refert in Senatu Mantuano *Surd. dec.47. per tot.*
de qua Paſch.de patr.poteſt.p.2.d.c.7.n.89. vbi etiam al-
legat Barboſ.in l.ſi cum dotem.§. transgrediamur numero
8 ff.ſolut.matr.& ſequitur Fontanell. de pact.nupt. clauſ.
7.gloſ.2.p.2.numero 73.Merlin.de pign. et hypoth. lib. 3.
d.quæſt.49. num.45. & ſtatuitur à Rota in Roman. fidei-
com. de nuntis 2.Iunij 1650.§. in hoc tamen cor. Meltio.
dec.14.numero 10.poſt Cenſal. ad Peregr. de fideicom. &
ſimiliter dec.14.apud Tegnal.de S. Rot. Audit. lib.1.ſub
cap.6.

Sed quoniam tanquàm hæres, & ſucceſſor vniuer-
ſalis Benedicti eius patris iiſdem prorsùs vinculis, qui-
bus defunctus eius auctor tenebatur, remanſerit de-
19 tentus,ex *vulg. reg.* quod in hæredes tranſeunt omnia
iura defuncti actiua,& paſsiua, de qua in *l. pro here-*
ditarijs.C.de hæred.act.cuius meminit Rot. poſt Zaccb. de
oblig.Cam.dec.186.numero 4.& dec.270.numero 11.&
in rec.dec.659.numero 4.par.4. tom.3. & dec.176. num.
1.2.p.6. & dec.224.numero 6. poſt Addit. Poſt. de ſub-
haſt.& cor.Merlin.dec.580.numero 2.tom.2. & poſt Sal-
gad.in Labyrint.credit.dec.33.ſub numero 2.verſic.nimis
20 *enim eſt cor.Otthobono dec.173. numero 5.* Et cum ſuc-
ceſserit in omne ius defuncti, ob id eius obligationi-
bus ligatur. *l. hæres ff. de acquir.hæred.l.qui in ius ff.de*
21 *reg.iur.Cyriac.contr.327.numero 56.tom.2.* Et per adi-
tionem hæreditatis cenſetur approbaſse obligationes
à defuncto factas. *Pariſ. conſ.2. numero 35.vol.3. Hon-*
ded.conſ.3.numero 64 65.vol.1.Rota poſt Zacch.de oblig.
Camer.dec.239.num.7.& apud Merlin.de pign.dec.127.
num. 25.Gratian.d.ſe.481.numero 16.17.Poſt.reſol.13.
num.9.& reſol.44.num.13.et antea, vbi multa ad rem
22 *congerit:* Et poſsit ad id compelli, ad quod cogi po-
terat defunctus. *Cyriac.contr.277.num.7.Thomat.dec.*
23 *63.num.3.Poſt.d.reſ.44.num.17.* cum ex perſona hæ-
redis non mutetur conditio obligationis principalis.
l.2.§.ex his. ff.de verbor.oblig.Cyriac.d.contr.277.nu-
mero 5.Rota cor.Merlin.dec.249.num.4.tom.1.
24 Et conſequenter, omiſsis alijs vulgarioribus axio-
matibus huic rei affabrè inſeruientibus, dicendum
venit, proximiores noſtræ materiei terminos attin-
gendo, eundem Io: Baptiſtam, vti Benedicti ſuc-
ceſſorem, & hæredem vniuerſalem, ipſa, eadem-
que hypotheca expreſſa, cui defunctus ſe ſubmiſit,
affectum remanſiſſe. *Roſenth.de feud. cap.9. concl.37.*
numero 1.& ibi gloſ.A.Io: Franc. à Ponte conſ.64.n.23.
& ſeqq.lib.1.quos refert Mel. alleg.44.n.2.l.2.Merlin.de
pign.lib.1.tit.1.q.10.n.23. Andreol. in collect. eiuſd. tit.
litt.H ad fin.Rot.in rec.dec.143.n.2. p.5. & poſt d.tract.
Merlin.d.dec.127.n.23.
25 Atque ità contra ipſum tranſijſſe actionem hypo-
thecariam, quæ exerceri poterat aduersùs Benedi-
ctum, eſt dicendum; per *tex. in l. vnus multis. C.*
de diſtrac. pign. & in l.1. C. de luit. pign. Salgad. in La-
byrint. credit. p.2. cap.12. numero 65. Mangil. de euict.
quæſt.98.numero 36.Merlin.de pign.lib.5.tit.2.quæſt.58.
ſub num.9.Rota poſt eius tract.dec 21.numer. 3.& d.dec.
127.num.17.& ſeqq. & dec.247. num.36. apud Poſt. in
Addit.de ſubhaſt.

Vtrumque etiam ex præmonitis hypothecis tran-
ſiiſse in Franciſcum Selcrium,vt potè quia ſicuti Ioan-
nes Baptiſta primus hæres iiſdem afficiebatur, vt eſt
26 demonſtratum, ità, & Franciſcus hæres hæredis,
cum per ipſum ſubeatur locus primi hæredis, ciuſque
perſona ſuſtineatur.*l.vlt. C.de hæred. inſt. l. hæredis ap-*
pell.l.ſciendum ff.de verbor.ſignif.Menoch.conſ.89. num.
128.Cyriac.contr.204.num.48. & contr.327. numer.57.
Rota cor.Caualer.dec.189.num.2. Non eſt locus alicui,
quantumuis leui dubitationi relinquendus, ex quo in
27 eum, vti ſucceſſorem iura paſsiua primi defuncti
tranſiere.*Cephal.conſ.392. numero 39.40. lib.3. Meno-*
ch.d.conſ.89.numero 127.Poſt. reſol.12. num.25. Noal.
de tranſmiſs.caſ.39.numero 2.et infrà. Altograd. conſil.
93.num.43.lib.1.Rota cor.Caualer. d. dec.189. numer.3.
Ita vt, quemadmodùm primus hæres vinculo hy-
pothecarum tenebatur, ità Franciſcum hæredis hæ-
redem adſtringi ſit fatendum ex regula, quod hæ-
28 res hæredis dicitur etiam hæres defuncti, non ſolùm
in diſpoſitione legis, verùm & in diſpoſitione ho-
minis, ſeù in vltimis voluntatibus, & contracti-
bus, in materia quoquè ſtricta, & odioſa. *Cephal.*
d. conſ.392. numero 57. vbi de communi. Craſs. §. hæ-
reditas quæſt.10. numero 3. Noal. de tranſmiſs. caſ.14.
numero 1.& ſeqq. Fuſar. de ſubſt. quæſt.343. in prin. &
quæſt.469.numero 39. in fine Altograd. conſ.49. numero
5. lib.1. Giouagn. conſ.77. numero 19.20. lib.1. Peregr.
de fideic.art.32.numero 60. & ibi Cenſal. obſ.2. ad Ricc.
collect.2279. cum alijs apud Bottilier. de ſucceſs. ab in-
teſt. cap.2. theor.56. numero 3. nouiſſimè Sabell. reſ.22.
numero 18. latè Argel. de acquir. poſſeſs. quæſt.10. nu-
mero 84.87. & ſeq. 90. & 127. Mel. alleg.27. numero
24.lib.2.Rota dict.dec.47. numero 12.p.2. et in rec.dec.
332. numero 6. par.2. & in Romana de Mareſcot.18.
May 1646. §. minus ad hunc effectum verſ. quæ habet
locum etiam in hærede hæredis cor. Ghiſiler. dec.160.ſub
n.8. poſt Merlin. de legit. in nouiſs. impreſs. & priùs ibi-
dem dec.123.n.2.
29 Tacitam porrò hypothecam Annæ pro reſtitutio-
ne ſuarum dotium competentem tranſmiſſam fuiſſe

ad actri-

ad actrices, vti illius hæredes, & ſucceſſores, quam-
uis fuiſſent extraneæ firmant *Barboſ. in l.1.p.3. nu.30.
verſ.præterea,& ibi Mart.q.3.num.20.ff. ſolut. matrim.
Mantic.de tacit.& ambig. conuen.lib.11. tit.19.n.6. &
ſeqq. tom.1.Chartar.deciſ.124.n.6. de quibus Merlin. de
pign.& hypoth.lib.3 q.47.n.18. vbi concordan. Rota cor.
ſeraph.dec.678.n.3.11.& in Roman.Salu. de Caſalibus.
21.Iun.1641.§.penult.cor.Cerro. deciſ.50.num.69. apud
Merlin.poſt d.tract.de pign.repetita dec.189. ſub num.40.
verſ. quicquid ſit poſt Zacch. de oblig. Camer. & ibidem
deciſ.178.n.3.ad fin. ac dec.186.n.11. nouiſſimè Boſs. de
dote.c.18.n.28.*

30 Quinimò ad eaſdem, vti filias, non vti hæredes, &
extraneas, & ità vti reliquias matrimonij, etiam
cum priuilegio prælationis, ſecundùm terminos *l.aſ-
ſiduis C.qui potior, in pign. habean.* probantur *Menoch.
conſ.40.n.35 Barbas.in d.l.1.p.6. n.14.15. Mantic. de ta-
cit.d.lib.11.tit.26 n.15.Gait.de credit.c.4.d. qu.11.num.
1589.& ſeqq. Fachin. contr. iur. lib.10. c.34. Fontanell.
de pact nupt.clauſ.7.gloſ.3. p.7.n.2. tom. vlt. Merlin. de
pign.& hypoth.d.q.47.numer.23.24.& ſeqq. Chartar.d.
dec 124.n.5.Rota cor.Buratt.dec.639. n.21. & admitti-
tur in .dec.50.nu.67.68. & dec.189.n.39.40. ac repe-
titur in ead.Salu.de Caſalib.11.Martij.1643.§. quo verò
cor. Peutinger. deciſ.71.n.8.9. penes Merlin. de pign. &
deciſ 240. nu.9.10. poſt Zacch. de oblig. Camer. rurſùs in
ead.4.Martij 1644.§. quia cum præſens cor.eod. Peutin-
ger.dec.178.n.2.3.ibid.& dec.186.n.10. quæ eſt Anco-
nitan.dotiſ.24.Aprilis 1643.§. nec facit quod hodie cor.
Cerro Boſs.de dote c.11.ſub n.57.*

Licèt, ſi ageretur de priuilegio mulieri competen-
ti, ob viri vergentiam ad inopiam, vt ſcilicèt dos po-
31 neretur in tuto pro alimonijs ſuis, & familiæ, ſecùs fo-
ret dicendum, tale nempè, priuilegium, ſeu perſonaliſ-
ſimum, nedùm ad hæredes extraneos, ſed nec etiam
ad filios ipſius mulieris non tranſire, ſecundùm *Bart. in
l.ſi conſtante.ff.ſolut.matrim.Regien. qq. familiar. p.1.q.
22.n.4. & ſeqq. latè Chartar. dec.56.n.3.4. Gratian. di-
ſcept.forenſ.c.427.n.15.16.Amat.var.reſol. lib.2.reſol.
86.n.9.Rota in rec.dec.607.n.53.54.p.4.tom.3. & in Ci-
uit.Caſtellan.bonor.7.Iunij 1651.cor. Dunoſet; & in Ro-
man.dot.41.Ian.1652.§.& gratis dicitur cor. Bichio*: ex
32 quibus dignoſcitur quantum ſit deferendum. *Merlin.
de pign.li.3.tit.2.q.73.n.61. ducto ſola auctoritate Gram-
mat.deciſ.92.n.20.*

Expreſſa autem hypotheca ſuper proprijs bonis à
Benedicto conſtituta ad fauorem D. Annæ, & ſuorum
hæredum, aut illius, & illorum, cui, vel quibus ius, &
caſus dederit in euentum reſtituendæ dotis, &c. iuuari
præfatas actrices, eſt adeò clarum, vt fruſtranea quæ-
libet alia requiratur probatio, cum ſatis manifeſta di-
gnoſcatur ab ipſiſmet inſtrumenti verbis, iuxta tradita
33 ſup.n.1. & admittitur per *Rot. in d. Roman. dotis 11.
Feb.1656.§.hinc non obſtat.cor.Beuilaqua*, cum conge-
34 ſtis *à Poſt. de manuten. obſer.21.n.6.7.* Ita vt cum rei
veritas ex verbis eiuſdemmet inſtrumenti euidenter
appareat, nihil ſit, quod argumentis, & coniecturis
ſubtiliùs inquiratur. *l.continuus.§.cum ita.ff. de verbor.
obligat.Surd.conſ.366.ſub nu.4. cum ſeqq. lib.3. Rota in
rec.dec.752.ſub n.3.p.3.& dec.361.ſub n.6. & ſeq. p.4.
tom.2.& cor.Gregor.dec.157.n.13.pulchrè in Roman.ſeù
Florentin.Cambior.3.Iunij 1650.§.tum quia cum rei cor.
Cardin.Corrado.*

Quod etiam obtineret, quamquàm nulla eorun-
35 dem Annæ hæredum facta fuiſſet mentio, vel quia
hæres repreſentat perſonam defuncti, quinimò cen-
ſentur vna, & eadem perſona. §.1. *Auth.de iureiur. à
morien.præſt.Barz.dec.64.n.10. Argel.de acq. poſſeſ. qu.
17.n.152.Cyriac.contr.275.nu.2. Surd.dec.310.nu.2.&
dec.315.num.12.& priùs dec.240.n 9. ac alibi. Rota cor.
Coccin.deciſ.59.n.2.& deciſ.181.8.2.& cor.Merlin.dec.*
36 *503.n.2.tom.1.* Vel quia ius defuncti non mutatur in
perſona hæredis, ſed eſt omninò idem. *Surd.dec.206.
n.6.Rota cor.Greg.dec.489.n.9.& poſt Merlin.de pign.d.
deciſ.127.n.18.Gratian.diſcept.852.num.22.tom.5.* Vel
37 meliùs, quia explicitè ita comprobarunt *Mantic. de
tacit.lib.3.tit.9.nu.33. & ſeqq. vbi pulchrè tom.1. Tira-
quel.de retract.conuen.§.1.gloſ.6.in prin.Rota in rec.dec.
12.n.32.p.6.& in Romana dotis ſeù fideic.de Anguillara
28.Ian.1641.§.quæ confirmantur cor.Bichio. dec.131. n.
9.poſt Merlin.de legit. & cor.Otthobon. dec.173.ſub n.3.
verſ.quia in propoſito, & n. ſeq. poſt Salgad. in Labyrint.
Credit.dec.33.n.2.* Et abſolutè, quod actio hypotheca-
38 ria competat hæredibus creditoribus, vti tranſiens
cum iuribus defuncti tradunt *D.D. in l.1. C. ſi vnus ex
pluribus.Neguſant.de pign.p.8.mem.2. n.1. Merlin. eod.
tract.lib.5.q.58.n.8.*

Bona verò pulſata, & in petitione contenta fuiſſe in
bonis, & de bonis Benedicti Soceri, & Io: Baptiſtæ ma-
riti Annæ, & Patris actricum ab eodemque Benedi-
cto, ſubindeque à Io: Baptiſta poſſeſſa tempore con-
tractæ obligationis, & hypothecæ, ac poſteà; & in eo-
rum remanſiſſe hæreditate, atque modò reperiri pe-
nes Franciſcum Selerium reum in iuditio vocatum, ab
eoque vti tali poſſideri, & eſſe eadem, in controuerſia
non deducebatur, cum ipſe reus conuentus nihil op-
poſuerit, ſed vlteriùs propria confeſſione omnia ſic
expoſita admiſerit; quo fit, vt maior probatio non re-
39 quireretur, cum confeſsio ſuperet omne genus pro-
bationum, & inter alias ſit ſuperlatiua probatio. *l. cum
te. C. de tranſact. l. generaliter. C. de non numer. pecun.
Mancin.de Confeſs.c.1 n.2.3. vbi multos allegat. Rota in
rec. dec.157.num.2.p.4.et dec.69.n.10. et dec.348.n.7.
p.5.et cor.Buratt.dec.730.n.2.cum alijs pluribus congeſtis
à Poſt.de manuten.obſer.19.n.11.12.et ſeqq. vbi egregiè
de hoc dicto; de quo etiam latiſſimè agit Rubeus reſol.pra-
cticab.circa teſtam.c.22.num.3. et ſeqq. et rurſus Rota in
Iuuenacen.& Melphiten. bonorum 15. Ian.1646.§. quia
ex illo.cor.Corrado.deciſ.196.n.10.& dec.223.n.3.penes
Poſth.de ſubhaſt.in Add t.& ipſe quoquè in reſol.12. nu.
52.eſtque vulgatiſſimum;& benè exornat nouiſsimè Zac-
ch.de Salario.q.100.n.1.& ſeqq.Sabell.var.reſol.& reſ-
ponſ.c.79.n.13.Poſſent.cent.1.Sing.84. nu.2. & tandem
alijs omiſsis, iterùm Rota cor. Emmentiſs. Otthobono dec.
56.n.7.& dec.234.n.5. & in Caurien. feudi 27. Aprilis
1648. §. de qua priori. cor. Bichio. & in Romana reinte-
grat.15. Iunij 1648.§. quia nulla verſ. quæ confeſsio. cor.
Melzio.*

40 Quibus omnibus ità firmatis, conſtitiſſe de requi-
ſitis hypothecariæ actionis, non fuit verendum, & con-
ſequenter eidem fuiſſe locum, cum verſemur in caſu,
quo ratione generalis obligationis bonorum procedi-
tur aduerſùs hæredem, & ſucceſſorem vniuerſalem, &
pulſantur eadem bona ab illius actoribus prædefun-
ctis poſſeſſa, ſecundùm congeſta à *Neguſant. de pign.
p.8.memb.3.n.6.7. & infrà. Contar. de moment. poſſeſs.
lim.14.n.19.Magō.dec Lucē.53.n.9.Peregr.dec.patauin.
48.Cyriac.contr.490.n.18. & ſeq. Statil. de Salmiano in-
ſpec.2.c.1 n.21.& ſeqq. in prim.impreſs.Gait.de credito.
c.4.q.7.n.678.& ſeq. Merlin.de pign.lib.5. tit.2. q.68. n.
2.& ſeqq. & optimè inſeruit Rota in Senogalien. ſeù Vr-
binaten.dot.29.Iun.1645.§. facto loco ad fin. cor. Roias.*
41 Dum admittit hypothecariam pro reſtitutione dotis
competere, etiam contra hæredem vſufructuarium iu-
ſtificatis extremis, de quibus per *D.D. in l.1.ff. de Salu.
interdic.* Quæ extrema, vt ſenſui patet, ſunt etiam infe-

ferioris ſtatus, quàm ſuprapoſita, & ab actricibus arti-
culata, atque per aduerſarium conceſſa: *& eſt deciſ.
103.n.5.poſt Merlin.de pignor.*

Ac ideò potuiſſe, ac debuiſſe decerni, & concedi
actricibus immiſsionem in poſſeſsionem bonorum ad
finem petitum, ſuaſit illud, quod actione hypotheca-
42 ria auocatur poſſeſsio, & procedi poteſt ad ſubhaſta-
tionem pro plena ſatisfactione *arg.l. ſi eum venditor in
prin.ff.de euict.Bart.in l.fin. C.ſi vnus ex pluribus, & in
l.rem alienum num.22.ff.de pignor.act.Menoch.de adipi-
ſcen.poſseſs.remed.3.n.12.Merlin.de pign.& hypothecis.
lib.5.tit.2.d.q.58.ſub num.45.verſic. vndè eſt remedium,
& ibi allegat Rot. in Imolen. bonor.11. April.1633.cor.
Ghiſiler. addi poteſt Rota eadem in Arminen. pecun.22.
Iunij 1646. §. quia reſpondetur primo cor. Dolb.ſ. mem.
Arguelles d.deciſ.127.num.19.* Vbi quod agens hypo-
43 thecaria experitur ad conſequendam rem ipſam hy-
pothecæ obnoxiam, & illud intendit, vt ſibi pignore
conſulatur donec debitum hypothecæ obnoxium ſol-
uatur; *poſt Merlin.in eod. tract.de pign.repetita d.deciſ.
247. num.27. apud Poſt. de ſubhaſt. in Addit.* Per hanc
44 etenim actionem non concluditur præcisè ad rem,
ſed agitur, vt auocetur poſſeſsio, quouſquè ſibi ſit ſo-
lutum, quod eſt omnino conforme naturæ eiuſdem
hypothecariæ, cum ex ea res non euincatur, ſed poſ-
ſeſsio auocetur, quamdiù creditori debitum vniuer-
ſum, aut litis æſtimatio ſoluatur. *d. l. ſi cum venditor. ff.
de euict.l.ſi fundus.§.in vendicatione.ff. de pign. gloſ. in l.
qui rem.& in l.ex his prædijs.C.de euict. benè Mangil. de
ſubhaſt.q.132.n.12.meliùs Poſt. de ſubhaſt.inſpect.38. n.
44.45.& ſeqq. Gait.de credit.c.4. q.7.nu.795. & infrà.*
45 Vbi de formula concedendæ immiſsionis. *Rurſus Ro-
ta deciſ.37.n.5.6.penes Negr.de ſubhaſt. & deciſ.90.nu.
12.apud Poſt.in eod. tract. de ſubhaſt.*

Nec obſtare viſum fuit, quod actrices defecerint in
vltimo extremo actionis propoſitæ, videlicet in pro-
bando, reum conuentum tempore moti iuditij poſſe-
diſſe, vt hanc poſſeſsionem fore neceſſariam diximus
*ſuprà n.40.& communit. Negnſant.de pign.p.8.memb.3.
num.6.verſ.item creditor.& poſt eum Paeſie.de Saluian.
inſp.2.d.c.1.n.33.& ſeqq. in prim.impreſs.Merlin. de pi-
gn.lib.5.d.q.78.num.6.* Dictumque defectum deduci ex
eo, quod dum Franciſcus reus conuentus aſſeruit, ſe
46 hæredem cum beneficio legis, & inuentarij, viſa ſubin-
dè fuerit hæreditas iacens. *Bal.in l.fin.§.in computatione
C.de iure deliber.cum alijs apud Surd.conſ.143.ſub n.40.
lib.1.& dec.255.n.17.Phanuc.de inuent.p.5. nu.13. Ro-
land.eod.tract. p.4. §. decima eſt vtilitas n.3. Caſtr. conſ.
186.ſub n.1.verſ.ſiuè dicamus lib.2. Becc.conſ.113. in fi-
ne.Menoch.conſ.89.num.25. & 28.lib.1. Maſsin.de con-
fiſc.q.39.num.131.Rota cor.Cardin.Seraphin.dec.842.n.
5.p.1.* Ideoque non poſsit tractari de poſſeſsione, cum
47 hæreditas non poſsideat, nec teneat locum domini in
reſtituenda poſſeſsione bonorum hæreditariorum.
*Merend.contr.iur.lib.10.c.48.num.10.Poſt.reſol.105. n.
2.5.ad Laſæum de iure vniuer.p.3.c.6.numer 9. Argel.de
acquir.poſſeſs.q.1.artic.7.num.198.* Neque aliud in om-
nem caſum indè euenire, quam hæreditatis aditionem
ex qua, licet quis hæres efficiatur, & dominium hære-
ditariarum rerum acquirat, non tamen poſſeſſio ipſa-
rum rerum abſque vera apprehenſione hæreditatis in
48 adeuntem transfertur, etiam ſi verſemur in ſuo hære-
de. *l. 1. §. veteres, & l.cum hæredes, vbi D.D.communi-
ter.ff.de acquir.poſſeſs.rurſus D.D.in l in ſuis.ff. de lib. &
poſth.Pariſ.conſ.1.nu.160.lib.1.Gail.obſ.129. nu.1.2. &
per tot.lib.2.Afflict.deciſ.293.num.4. Argel. de acq. poſ-
ſeſs.q.1.d.art.7.n.197.& ſeqq. & q.4.numer.146.& de
legitim.contradict. q.9.art.2.n.44.& ſeq.& n.55.ac ſeq.*

ac conducit Rota deciſ.63.numer.2. apud Poſt. de manut.
Quatenùs ad probandam poſſeſsionem videtur re-
quirere non tantùm aditionem, ſed & immixtionem;
*eſt dec.155.num.4.cor.Duran.tom.1.cum innumeris con-
geſtis de more ab eodem Poſt.de manuten. obſ.55. nu.26.
& d.reſol.105.n.24.& ſeqq. rurſùs Rota in rec.dec.260.
num.4.& dec.392.num.2.3.p.2.& cor.Buratt.dec.288.
num.2.& dec.312.num.6. & ibi Add. num.15. & apud
Poſt. in d.tract.de manut.deciſ.444.num.2.& deciſ.629.
num.3.& dec.644.numer.3. & cor. Greg. deciſ.222.nu-
mer.6.*

Quoniam reſpondebatur primo, talem obiectio-
nem in iuris allegationibus excitatam ex facto corrue-
re, non enim erat ambigendum de poſſeſsione rei con-
uenti eum ipſe de ea in reſponſione ad poſitiones pro-
49 prio fuerit ore faſſus, ſecundùm regulam ſuprà poſi-
tam *n.39.* & quod poſſeſsio tali confeſsione probetur
tradunt in ſpecie *Poſt.de manuten.obſ.19.per tot. maxi-
mè ſub num.37.verſ.quemadmodùm poſſeſsio ad Rot. poſt
eius tract.dec.528.in prin.& in rec. dec.132. num.3. p.7.
& in Sulmonen.Vicaria.28.Iun.1646.cor. Meltio; & in
Piſauren.manutentionis.1.Febr.1647.cor. Arguelles, &
in Roman.Saluiani.23.Martij.1650.§.1. verſ.nunc verò
50 penes cor. Veroſp.* & eadem poſſeſsio rei conuenti de-
ducebatur etiam ex litis ſubſtentatione. *Cenſ. de cen-
ſib.q.98.num.19.Sabell.var.reſol.& reſponſ. c.44. n.14.
Altogr.conſ.4. num.12. lib.1.Rot. apud Cenc. de cenſib.
dec.559.num.3.& poſt Merlin. de pign. dec.144. num.5.
& in rec.dec.481.num.7.p.4.tom.2.& cor.Canaller. dec.
204.num.6.& cor.Otthobon.dec.156.num.7.* Vbi, quod
51 ipſa ſola ſufficeret iuncto aliquo adminiculo. *Et penes
Cenſ. de cenſib. dec.488.nu.8.& dec.489.num.2.& cor.
Buratt.dec.693.num.5.et dec.728.num.3. et cor. Duran.
dec.401.num.10.et dec.405.numer.7. et cor.Gregor.dec.
136.nu.2.cum alijs in Auenionen. Saluiani.8. Iun.1648.
§.fin.cor.Bichio,& in Leodien.dominiorum.25.Iun.1649.
§.ſi quidem viſa verſ. eademquè tempore. cor. Emmen-
tiſs.Corrado,et in d.Roman. Saluiani.23. Martij 1650.§.
1. ad fin. cor. Veroſp.et poſt Zacch.de obligat.Camer.dec.
238.nu.2. et in Romana Saluiani 20.Martij 1651.§. ſen-
tentiarum verò verſ.accedente cor.Veroſp.*

Et inſuper petijt reus conuentus manuteneri in
poſſeſsionem bonorum petitorum; quo fit, ſe ipſum
dixiſſe poſſeſſorem illorum, cum manutentio non niſi
52 poſsidenti de tempore motæ litis concedatur. *§. reti-
nendæ, et §.hodie.Inſt.de interdict.Poſt.de manuten. obſ.
17.num.1.vbi multos adducit.et reſol.47. numer.7. Rota
cor.Pen.dec.118.num.1. tom.1.et dec.1125.n.2.et dec.
1604.n.2.et ibi Add.litt.G tom.2. in impreſs. Lugdunen.
et cor.Comitol.dec.54.num.43.et cor.Greg.dec.582. n.1.
et cor.Buratt.dec.730.num.1.et cor.Otthobon.dec.54.nu.
1.et dec.236.num.9.et corn.Canaler. dec.217. num.2. et
cor.Andrea dec.61.num.2.et poſt Zacch.de oblig.Camer.
dec.208.num.3.et in Farſen.bonorum.14.Decemb.1646.
§.1.cor.Roias,et in Leodien. Dominij. 10. Ian.1650.cor.
53 Cerro:* Et manutentio ſine poſſeſſione non competit.
*Poſt.de manut.obſ.15.nu.16. vbi concordan. Rota in rec.
dec.188.num.1.p.3.et penes Poſt.in addit.de ſubhaſt.dec.
125.num.6.et dec.204.num.1.et dec.227.num.3. et cor.
Duran.dec.320.num.1.et poſt.Merlin.de pign.dec.43.nu.
1.et dec.58.n.14.et cor.Merlin.dec.19.n.1.et dec.137.n.
54 1.et dec.236.n.1.to.1.* Et licèt ſufficere, quod cõſtet de
poſſeſsione ſaltem ſemiplenè ex ſtylo Rotæ firmaue-
rit *Rubeus ſing.Rotæ Rom.p.2.verb.manutentio.§.4.tom.
2.de quo ſtylo loquitur etiam Poſt.de manuten. obſ.38. n.
9.* Et generaliter quod ſufficiat ſemiplena probatio
traditur *ab eodem Poſt.ibid.num.7. vbi plures autorita-
tes, et Rotæ deciſiones adducit, et ſignanter in rec.dec.158.
n.1.*

Digitized by Google

*num.1.et dec.460.num.3.9.p.3.et cor. Caualer.dec.376.
num.3.et cor.Buratt.dec.289.num.3.et dec.522.num.6.
et dec.691.num.3.et dec.789.numer.3.ac alibi, et poſt d.
tract.de manut.dec.222.n.6. & in Piſauren. manuten.1.
Febr.1647.§.& maximè quia cor.Arguelles cum alijs in
Romana legati 29. Ianuarij 1652.§.& hæc omnia cor.
Zarate.*

55 Nihilominus ſemper eſt verum, quod petens ma-
nutentionem præſupponit penes ſe poſſeſſionem. *Me-
noch.conſ.268.num.11.Giouagn.conſ.9.nu.77.lib.1.Poſt.
de manut.obſ.15.num.1.Rota d.dict.dec.317.num.1.p.2.&
56 in rec.99.nu.1.p.4.* cum manutentionis eſſentiale fun-
damentum, & præcipuum requiſitum ſit poſſeſſio.
*Poſt.de manuten.d.obſ.15.num.3.& poſt tract. dec.5.nu.
2.dec.7.num.1.et dec.156.num.6 ac alibi, et in rec.696.
57 num.1.p.3.* Et in puncto, quod ex petitione manuten-
tionis cenſeatur probata poſſeſſio de tempore incæpti
iuditij penes petentem; obſeruatur *à Rota in* Macera-
*ten.Saluiani 11.Martij 1647.§.1. verſ. poſſeſſio verò iun-
cto verſ. manutentio in eius poſſeſſione per eos petita cor.
Eminentiſs.Corrado dec.144.num.6.poſt Merlin. de pign.
et hypoth.*

Reſpondebatur ſecundò ſtrictius obiectionem at-
tingendo; quod retentis terminis quaſi iacentiæ hæ-
58 reditatis, ob aditionem de ea cum inuentario factam,
talis concluſio non abſolutè, & verè intelligi debet, ſed
per modum fictum, & non iuxta veritatem præciſam,
ac dumtaxat reſpectu cuiuſdam ſpetialis effectus, ne
ſcilicet data hæreditate non ſoluendo aliquod indè hę-
redi ex aditione ipſius hæreditatis damnum oriatur;
vt explicat *Phanuc. ipſe ex aduerſo allegatus de Inuent.
p.5.ſub num.13.verſ. quod ſanè oportet intelligi. et num.
14.vbi latè, et aduertit hanc eſſe ſententiam Accurſ. in l.
fin.§.in computatione C.de iure deliber. communi calculo
receptam à ſcribentibus ſuper eod.§. in computatione: ac
ab alijs ibidem adductis: nec diſſentire videtur Rota ea-
59 dem cor.Seraph. d. dec.842. ſub num.4. et 5.* Dum ideò
per eam approbatur dicta concluſio quatenus per in-
uentarium impeditur actionum confuſio (ſiue credi-
tor ſuccedat debitori, ſiuè è conuerſo debitor ſuccedat
creditori) & inducitur ſeparatio bonorũ hęredis à bonis
teſtatoris, faciendo in hoc hæreditatem cenſeri tan-
quàm iacentem: & quod ita concluſio præfata ſit in-
telligenda, præſeruari nempè ab inuentario, ne fiat
confuſio actionum, adeò vt perindè ſit, ac ſi hæredi-
tas eſſet iacens; eruitur *à Surd. conſ.7. num.31. lib.1.
et conſ.305.num.11.et conſ.332.num.13.Caball.conſ.44.
num.7.8.lib.2.Amat.reſol.56.nu.5. vbi concordan. tom.
2.nouiſſimè Maſſiu.de confiſc.q.39. num.130.131. Ridol-
phin.in praxi p.1.c.9.num.155.Fontanell. dec.46. nu.12.
Altograd. conſ.62. num.3. lib.1. vbi allegat Rot.dict.dec.
331.num.1.p.5.et dec.39. num.11.p.6. addi poteſt et cor.
Cardin.Mantica dec.326.num.3.et in rec. dec.201.n.21.
p.4.tom.2.* Et in indiuiduo *Phanuc.* doctrinam, vbi ſu-
prà amplexa fuit *eadem Rota Romana cor. Duran. dec.
135.n.3.tom.1.*

Non autem, præcitatam concluſionem de iacenti a
hæreditatis propter inuentarium eſſe accipiendam,
vt ex ipſo inuentario hæreditas ſit taliter iacens, quod
hæredem verum non habeat, à quo actiones haud pro-
moueri poſsint, & contra quem iuditia intentari va-
60 leant, nam huiuſmodi hæres cum Inuentario, & agere,
& conueniri poteſt, ſecundùm *Romin.in l.debitori col.2.
C.de pact.quem ſectatur Phanuc.de Inuent.d.p.5.ſub nu.
13.verſ.etenim huiuſmodi:* eſſequè verum, & proprium
hæredem admittitur *à Machel. patrocin.35. ſub nu.18.
verſ.licet ipſe. Tiraquel. in tract. le mort ſaiſſit. p.2. decl.
11.num.8.latè Phanuc. d.p.5. num.1. et ſeqq.* Et inuen-
61 tarium non impedire quin hæres ſit dominus, & poſ-
ſeſſor perbellè aduertit ad hanc rem *Rota cor.Duran.d.
dec.135.ante n.3.verſ.quia inuentarium.*

Vndè non applicatur doctrina, quod hæreditas ia-
62 cens non poſsideat; quia poteſt procedere reſpectu
hæreditatis verè, & propriè iacentis, quæ ſcilicet non
habeat ſucceſſorem de præſenti, ſed ſperatur. *Dec.conſ.
509.num.1.verſ.quandoquè Menoch.de arbitr.caſ.150.n.
46.Argel.de acq poſſeſs.q.13.numer.56.Pigant. ad Stat.
Ferrar.lib.2.Rub.10.num.17.tom.1.Gail. obſ.130.nu.1.
lib.2.conducit Rota dict.dec.40.et dec.42.p.1.* Non verò
quoad hæreditatem per modum fictum, & impro-
prium præſumptam iacentem, ac ad alium effectum,
quàm vt verè ſit iacens, ſed ſimpliciter, vt hæres bene-
fitiatus non poſsit damnum pati, in quibus terminis
verſamur per ſuperius tradita, nàm tunc, præciſa ope-
ratione illius ſimplicis effectus, non poteſt dici, quod
63 hæreditas ſit iacens in cæteris; cum per aditionem
ceſſet eſſe huiuſmodi. *Caſtr.in l.fin.§.in computatione, et
ibi Corn.col.3.C.de iure deliber. Phanuc.d.p.5. ſub n.13.
64 verſ.quia ſecundùm veritatem.* Vltra quod talis aſſer-
tio hæreditatem, ſcilicet non poſsidere, in dubium re-
uocatur *à Poſt. d. reſol.105. per tot.* in qua propterea
concludit dari Saluianum contra hæreditatem iacen-
tem, & concurrere aduersùs eam extremum illud,
per quod neceſſe eſt probare præſentaneam rei con-
uenti poſseſsionem; & eandem aſſertionem non eſſe
veram profitetur *ipſe Poſt.in ſuo tract. de manuten. obſ.
55.n.50.et haud diſſentit Rota dict.dec.520.num.15.p.1.
et apud Cyriac. ſub contr.12.n.4. lib.1.*

Et tollebatur omnis amaritudo, quia dato etiam,
illæſa veritate, doctrinam illam eſse admittendam, ac
potuiſſe caſui noſtro applicari, adhuc tamen, cum de
nullo fuerit doctum inuentario à reo conuento, non
65 poterat eo ſe iuuare ad prædictum effectum, vt in
puncto *Caſtrenſ.conſ.186. ſub num.1. verſ. verum quia
lib.2.Maſtril.dec.24.num.1.Camuncul.dec.47.num.6. et
concinit Rota in Bononien.bonor.11.Martij 1647.§.neque
releuat.cor.Eminentiſs.Otthobono inter eius impreſs. dec.
105.num.15 et in dict.dec.751.lib.3.p.3.et clarius in Bi-
tuntina cenſ.24. Maij 1647.§.nec releuat allegatum in-
uentarium cor.Eminentiſs. Corrado, et apud Poſt. de ma-
nut.dec.582.num.11.vbi, quod ità quotidiè practicatur, et
poſt Zacch. de oblig. Cam. dec.239. ſub numer.8. in fine;*
66 & inuentarium tanquàm quid facti non erat præſu-
mendum *arg.l. in bello. §. facta ff. de captiu. et poſtlim.
reuerſ.cum vulgat.* Egregiè in puncto *Rota deciſ.58.nu.
2.3.poſt Merlin.de legit.Barz.deciſ.35.num.1* maximè,
67 cum debuerat exhiberi in publica ſcriptura, quam
exigere inuentarium, habetur *in l.fin.§.ſin autem. C. de
iure deliber.Dec.conſ.633.num.12. verſ. quinto requiri-
tur Phanuc.de inuent.p.3. num.64. vbi concordan. The-
ſaur.q.10.lib.1.Sabell.var.reſol et reſp. c.3. ſub num.13.
et innuit Rota cor.Duran. dec.387. ſub numer.31. tom.2.
clariùs in d.deciſ.58.n.1.poſt Merlin.de legit. et dec.96.n.
15.poſt Zacch.de obligat.Camer.*

Verum præſuppoſito etiam inuentario, ac retenta,
vt iuris eſt, expoſitione ſuperius firmata, hæreditatem,
confecto inuentario, cenſeri iacentem ad finem dun-
taxat impediendi iurium confuſionem, & ad euitan-
dum omne damnum, quod contingere poſſet hæredi,
non ex hoc ideò poteſt firmari deficere extremum il-
68 lud actionis hypothecariæ, poſseſsionem reperiri de-
bere penes reum conuentum; quoniam, ſicuti hæres
ſine inuentario non poſſet tali defenſionis clypeo ſe
tueri, arguendo à ſenſu contrario, pro vt licere non eſt
verendum. *l.1.§.huius rei ff.de off. eius C. cum virum de
regul. Euerard.in Topic legal.loc.82. vbi latè, et pulchrè.*

Bottilier.

Bottilier.de ſucceſs.ab inteſt.c.1.theorem.10.n.12. item-
69 què ducto argumento à ceſſante ratione, quod eſt va-
lidum.l.quod dictum.ff. de pact. c. cum ceſſante de appel-
lat.Euerard.in Topic.iuriſ.loco.80.Mel.alleg.12.n.70.lib.
1.Ita nec in præſenti hæres cum inuentario ex præciſa
pulſatione bonorum hæreditariorum, quo caſu nulla
eſt differentia inter hæredem ſimpliciter, & hæredem
70 benefitiatum, cum inuentarium non opituletur in re
hæreditaria.Affuct.dec.26.num.4.Camuncul. deciſ. Bo-
non.25.ſub n.1.verſ.quia nulla; et num.2. Rota in re col-
lect.à Farinac.dec.61.n.4. et dec.266.num.5.p.2.Sabell.
var. reſol. et reſp. cap.3.numer.8. Rota rurſus cor. Greg.
dec.67.num.12.et dec.418.n.7.et ibi Add.n.15. vbi con-
71 cordan.Ita vt hæres ob inuentarium ſubleuetur vltrà,
non intrà vires hæreditatis.Surd.dec.30.n.14. Rota cor.
72 Ludouiſ.d.dec.67.n.11.et 13.et cor. Merlin. dec.72.n.3.
& inuentarium liberet quidem hæredem à damno, ſed
quatenus vires hæreditatis non ſufficiant, ſecus autem
donec adſunt bona hæreditaria.Honded.conſ.3. nu.53.
lib.1.Gratian.diſcept.forenſ.c.743.num.20.Cyriac.contr.
275.n.8 lib.2.Altograd.conſ.59.n.34.lib.1.Sabell.d.c.3.
eod.n.8.Rota cor.Cauallcr.dec.430.n.6.cor. Duran. dec.
10.num.8. et in Bononien. bonorum 11. Martij 1647.§.
neque releuat.verſ. inuentarium enim cor. Otthobono in
eius impreſs.d.dec.105.n.17.18.vbi concordan. et eſt dec.
173.ſub n.14.15.poſt Merlin.de legit.et cor. Greg. d. dec.
418.n.6.et ibi Add.n.15.vbi latè,et in Macerat.Salu.11.
Martij 1647.§ tum quia ſi deberetur cor. Cardin. Corra-
do dec.144.num.29.poſt Merlin.de pign.et hypoth.et apud
Poſt.de manuten.dec.582.n.14.

Et quatenus contrarium firmaretur, alterum ex
duobus contra iuris diſpoſitionem ſequeretur; vel
quod iuditia aduersùs bona hæreditaria exiſtente hæ-
rede cum inuentario, redderentur fruſtratoria, quod
73 non eſt admittendum.l.hæc ſtipulatio.§. diuus ff. vt le-
gat.nomin.caueat.D.D.et gloſ.in l.ſi fideiuſſor.§.fin.ff. qui
ſatiſdare cogan.Surd.dec.17.n.2.Fontanell. dec.74. nu.5.
benè Gurb.dec.4.n.26.vbi concordan. ex Valaſc. dec.51.
num.10. Vel quod hæres benefitiatus ex indè lucrum
74 crueret, contra certiſſimam concluſionem, per quam
firmatur, quod benefitium inuentarij non fuit inuen-
tum niſi, vt præſeruaret hæredem à damno, non vt ex
eo aliquid lucraretur.Add.ad Greg.d.dec.418.ſub n.15.
verſ.et ratio eſt.Rota in dict.dec.270.n.4.p.4.et cor. Emi-
nentiſs.Mantic.dec.326.n.5.et in Nepeſin.pecun.4. Maij
1644.§.præterquam cum cor.Veroſpio deciſ.191.nu.23.
24.apud Poſt.de ſubhaſt.in addit.et repetita dec.85.n.17.
poſt Merlin.de pign.et hypoth.et cor.Seraph.dec.504.n.4.
p.1.& cor.Pen.dec.981.n.6.& ibi Add. litt. H tom.2. in
impreſs.Lugdonen.& penes Poſt.de manuten.d. dec.582.
num.13.& cor.Duran.dec.245.nu.5. & cor. Merlin.dec.
293.n.15.tom.1.& dec.796.n.7.tom.2.& in rec.dec.88.
n.15.p.5.

Nec faceſſit negotium id, quod ſubditur, per adi-
tionem hæreditatis non probari in adeunte poſſeſſio-
nem bonorum hæreditariorum; quoniam non verſa-
mur ſimpliciter in puris terminis aditionis, ſed vlte-
rius in ſtatu poſſeſſionis iunctæ ipſimet aditioni, vt ex
ſuperius firmatis ſatis, ſuperque conſtat: neque eſt
vera argumentatio (inſpecto iure ſtatutario infra-
ſcripto) ex aduerſo propoſita, quod reus conuentus
allegando inuentarium, fateatur ſolummodò adiuiſſe
hæreditatem, ſucceſſiueque non confiteri ſe poſſeſſo-
rem bonorum hæreditariorum: etenim per aditio-
75 nem, & ſi cum inuentario allegatam, & factam, hæres
conſtituitur, arg.l.in quarta.§.ſi quis hæredi.ff.de ſtat. li-
ber.& gloſ.in l.fin.§.cum igitur.C.de iure deliber. & me-
lius à l.hæredis appellatio.l.ſciendum.ff. de verbor. ſigni-
fic.et à congeſtis per Peregr.de fideicom.art.32 num.3. et
ſeqq. et ibi Cenſal.in princ.verſ.atquè hinc bene dec.conſ.
635.num.13.et ſeq. Vbi, quod hæres quis non dicitur,
antequam teſtamentum ſit aditione confirmatum.
Argel.de acquir.poſſeſs.q.13.nu.114. Conſequenter eo
ipſo, quod titulus hæredis non controuertitur, & de
76 illo liquidò apparet in eundem hęredem poſſeſſio
defuncti abſque vlla aliqua præcedente appræhenſio-
ne, & etiam ante hæreditatis aditionem continuata
cenſetur ex Stat.Ferr.lib.2.Rub.82.vbi latè, et doctè Pi-
gant.ex maximè n.6. quo loci admittendum eſſe pro-
fectò dicit, hanc continuatam poſſeſſionem fore ve-
ram, propriam, & realem, ad Mareſc.var. reſol. lib.2. c.
116.ſub num.5.Argel.de acquir.poſſeſs. q.13. num.119.
et ſeq.Peregr.de fideic.art.47.num.16.Amat.reſol.39.n.
52.lib.1.ac alios per ipſum adductos; inter quos allegat
Rot.in Roman.hæredit.de Fuſchis.21.Iunij 1619.cor. Pi-
rouano, quam impreſſam, et videndam eſſe obſeruo poſt
Fenzon.ad Stat.Vrb.dec.121.vbi in §. nam Hortenſia ad
finem, proponuntur duæ aliæ deciſiones eiuſdem ſacri Au-
ditorij in Roman.offic.3.Decembr.1607. cor. Scotto apud
Marcheſan.de commiſſ.p.1.c.2.ſ.137. et in ſigulina bonor.
22.Iun.1615.cor. Andrea, et ex iſtis prior reperitur etiam
poſt Fenzon ad Stat.Vrb.dec.129.in qua verè hoc admit-
titur in §.quod videtur verſ.præſupponens illos; poſterior
verò eſt inter impreſs.cor.eod. Andrea dec.26. Atque ità
retorquetur argumentum ex diſpoſitione dictæ ſan-
ctionis municipalis, quam, licet eſſe contra iuriſcom-
munis diſpoſitionem non poſſit ambigi, ſecundùm
77 tradita per Gail.d.obſ.129. ſub num.7. verſ. nam poſſeſ-
ſio.lib.2.Paſchal.de patr.poteſt.p.4. c.1.num.48. Cyriac.
contr.247.n.15.lib.2.Cenc.de cenſib.q.67. n.18.et q.82.
ſub num.1.verſ.ea ratione Rot.poſt eundem Cenc. de cen-
ſib.dec.339.n.3.4.vbi de communi, et in rec. dec.392.nu.
2.p.2.et benè per Teodoſ.Rubeum ſing.Rotæ Roman. p.2.
verſ. poſſeſſio. §.12. vol.2. et in ſpetie firmat Fenzon. ad
ſtat.Vrb.c.147. num.4. et ipſa Rota in Leodien. Dominij
10.Ian.1650.§.quia præterquàm cor.Cerro; nihilominus
78 eſſe validam omninò eſt concedendum, iuxtà magis
communem opinionem, de qua Honded.conſ.18. n.13.
et ſeqq. lib.2.Gail.d.obſ.129.numer.13.lib.2. Garon. de
continuan.poſſeſs. prælud.5. per tot. Poſt. de manuten.d.
obſ.55.n.55.Fenzon.ad ſtat.Vrb.d.c.147.num.1. Pigant.
ad ſtat.Ferr.lib.2.d.Rub.82.n.3.ac alibi.

Addebatur ex abundanti, ideò aditionem ſimpli-
cem hæreditatis non inſerre poſſeſſionem bonorum
79 hæreditariorum, quia contra adeuntem non poſſunt
experiri iuditia poſſeſſoria, ſed agendum eſt iuditio
petitorio ex Gail.d.obſ.129.num.8.lib.2.et arridet Rota
cor.Card.Mantic.dec.41.num.6. Vbi, quod per aditio-
80 nem hæreditatis acquiritur dominium ad l.ſed ſi plu-
res.§.filio de vulg.et pupill.ſubſt.et in prim.Inſt.tit.de hæ-
red.qualit.et diff.D.D.in l.1.§.veteres ff. de acquir. poſ-
81 ſeſs.Et intrat commune illud dictum, quod hæreditas
adita, deſinit eſſe hæreditas, & fit patrimonium hære-
dis. l.1.d.§.veteres.ff.de acquir.poſſeſs.Argel. de acquir.
poſs.q.10.num.126. Pontirol.in reſponſ.pro mambell.q.2.
princ.art.1.n.131.Poſt.reſ.12.n.24.et reſ.103.n.2.et reſ.
105.n.31.32.Craſs.§.hæreditas q.2.Altograd. conſ.4.n.
27.lib.1.Leoncil.dec.88.num.6.ego ipſe mſ. in collect.21.
num.27.et collect.36.num.29.Rotæ dict.dec.47. n.4. p.2.
et cor. Merlin. dec.22. numer.6. et dec.316. numer.4. et
dec.513.num.3.tom.1.et cor.Canaler.dec.590. num.9. et
cor.Greg.dec.219.num.6.et ibi Add.num.8.et in rec.dec.
304.n.1.p.5.

Quapropter non poterat effugi iuditium intenta-
82 tum actionis hypothecariæ, cum ſit petitorium; ex
tex.in l. pignoris. ff.de pign. Menoch. de adipiſc. remed.3.
num.13.

n.13.Statil.de Saluiano inſp.2.c.1.num.10. Gait. de credit cap.4 quæſt.7. numero 676. Altograd. conſ.54.n.16. lib.2.Merlin.de pign.et hypoth. lib.5. tit.2.q.58. num.5. Pigant.ad Stat.Ferr.lib.2.Rub.29.ſub num. 14.verſ.illud autem tom 1.Cenc.de cenſ.q.98.ſub n.1.verſ.et ideo indi-tũ Rot.dict.dec.43.n.3.4.p.1.et in rec.dec.161.n.16.p.6.

Quemadmodùm huic poſteriori reſponſioni non multum deferri contendebatur, ita parui faciendum exiſtimaui conſequens illud, quod ex ea eruebatur, nempè intentato petitorio, ob introductam actionem hypothecariam, neceſſariò probationem dominij bonorum in Selerijs debitoribus, fuiſſe deducendam ſuper rebus obligatis, vti taliter agenti, & ſi con-
83 tra debitorem, onus probandi dominium incumbere traditur *à Bar.in l.rem alienam num.6.ff. de pign. act. Maſcard. de probat. concl.457. num.1. et ſeqq. Seſs. dec. 42.num.21.Gait. qui concordan.adducit d.q.7.num.677. Theſaur.dec.175.ſub num.1.verſ.primo quia*; Cuius dominij probatio cum vnquam apparuerit, ſucceſsiuè actrices defeciſſe in ſalutari.

Quia, cum actum fuerit aduersùs ſucceſſorem vniuerſalem eorum de Selerijs, non fuit opus exacta probatione dominij, ſed ſolummodò illius articulatione, & allegatione cum ſucceſsiua probatione poſſeſsionis illorum de bonis pulſatis, tempore obligationis, vel poſteà; nàm præfata dominij allegatio iuncta cum poſseſsione probata in hoc caſu inducit dominij præſumptam probationem, obſeruando tamen, vt in præſenti ab actricibus non fuit omiſſum, quod coniunctim debent concurrere probatio poſſeſsionis, & allegatio dominij, ita vt ſi de poſseſsione docerent abſquè eo, quod eſset deducta præfata dominij allegatio, creditor ſuccumberet. *Seſs. d.dec.42. num.23.tom.1.Maſcard.d.concl.457.num.6. et ſeqq. Faber.de error.pragmat.p.3.decad.63.error.1.Gait.d.c.4.n. 678.et ſeqq.vbi benè Peregr.dec.48.ſub num.6. verſ. aduerte tamen Pacific.de Salu. inſp.2 c.1.n.19. Merlin. de pign.d.q.68.n.4.vbi rationes adducit*: Et in fortioribus terminis concinit noſtrum *Stat. Ferr. lib.2. Rub.29.*

Verumquè autem in hoc iuditio adimpleuerunt actrices, dum ex confeſsione rei conuenti, vt ſuperius eſt dictum, conſtitit bona pulſata, & obligata fuiſſe in bonis, & de bonis Benedicti; ſubindeque Io: Baptiſtæ:
95 & hoc ſufficere ad finem, vt ſit ſatisfactum requiſitæ probationi de poſseſsione, & dominio in actione hypothecaria intentata contra debitorem, vel eius hæredem vniuerſalem; de omnium mente deciſum reliquit *Affict.dec.383.num.9.et ſequuntur Ronit.de aſſiſten. pragm.1.n.8.et ſeqq. Faber.d. dec.63. error.4.5. pulchrè*
rundem minorum 25. annorum; duplex dimanat
certa concluſio diruens obiectionem aduerſan-
tium.
Altera concernens ius commune, quod erga ha-
64 bilitatas Statutum voluit derogare iuri communi,
vt certè potuiſſe, & à iure ipſo haud cenſeri prohi-
bitum, quinimò, omnes populos habere poteſta-
tem condendi talia Statuta contra ius commune,
non ambigitur ex congeſtis ſupra *numer.48. & ſeqq.*
ac benè comprobatur *ab Alberic. in tract. de Stat. par.
1.quæſt.7.quem ſequitur Rota cor. Pen. dec.269.numer.
6.& 18.in impreſs. Venet. et deciſ.349. numer.5.12. et
ſeq.in impreſs. Lugdun. tom.1.* Et ſucceſsiuè diſpoſitio-
nem Statutariam fore obſeruandam, non obſtante
eodem iure communi, cui ipſum præualere dictum
eſt ſupra *numer.55.* Ea ratione, quia vbi concurrit
65 ius commune, & ius ſpetiale eſt primò ſeruan-
dum iſtud, ſeù illi derogatorium, arg. *Cod. ge-
neri de reg. iur. in 6. Cyriac. controu.241. numer.33.
lib.2.*
Atquè conſequenter non eſſe curandum de diſpo-
ſitis à iure communi tanquam abrogato, quoties
enim debet ſeruari ius ciuile, & commune, intelli-
gendum eſt de iure ciuili non correcto, vel abroga-
66 to, quia ius correctum, non dicitur ius ciuile. *gloſ.
in l.fin.vbi Bart.num.1.ff.ad l.Cornel.de falſ. Capra conſ.
70. ſub numer.12. Fenzon. ad Stat. Vrb. lib.1. cap.42.
numer.4. Rota poſt lib.2. conſil. Farinac. dec.65. numer.
2. eſt cor. Pen. deciſ.175. numero 4. in Venet. alias
deciſ. 212. pariter numero 4. in impreſs. Lugdun.
tom.1.*
Quo fit, vt in caſu noſtro non ſit verendum de
iuris communis diſpoſitione, quatenus requirit ſo-
lemnitates in contractibus minor.25. annorum; ob-
ſtante ſanctione municipali eaſdem ſolemnitates ex-
cludente, reſpectu eorum qui ad ætatem 20. anno-
rum peruenerunt; nedùm ex prædictis, ſed etiam
ex eo, quia Statutum Ciuitellæ in d. cap.4. reddere-
tur fruſtratorium, & ſuperuacaneum, dato quod re-
ſpectu eorum, qui ad ætatem prædictam 20. anno-
rum peruènerunt eſſent ſeruandæ ſolemnitates iuris
67 communis, quoniam nec circa ſolemnia, nec quoad
ætatem aliquid adderet, vel iuri communi detrahe-
ret, vt de ſe patet: ac id circò, vt hoc euitetur, de-
bet abſolutè concedi eos, qui ad ætatem præfatam 20.
annorum peruenere, poſse validè abſquè ſolemnijs
iuris communis contrahere; traditur namquè pro
68 vulg.aſſerto, Statuta non eſſe dicenda ſuperflua, &
fruſtratoria. *Gratian.diſcep.685.numer.10 Poſſeut. ſing.
220.numer.6.Rota in rec.dec.253. num.81. et ſeqq. par.*
69 7.Sed intelligenda potiùs fore, vt aliquid iuri cōmuni
addant pro tali eorum ſuperfluitate arcenda, ſecun-
dum *Fenzon.ad Stat.Vrb.lib.1.cap.196.numer.17. Gra-
tian.diſcep.545.antè num.12.tom.3.et d.diſcep.685. nu-
mer.10.tom.4.*dummodo,hoc admiſſo intellectu, gra-
ue damnum quis non patiatur. *ex Alex. conſ.119. ſub
numer.9.volum.7. Roland. de Lucro dotis quæſt.26. à n.
16.cum ſeqq.* Et dummodò, appareat clarè Statuen-
tes, velle talem intellectum admitti vt in præſenti.
*ad Magon.dec. Florent.55. ſub num.23.24. Burſat. conſ.
44.num.37.Poſt.reſol.130.num.38.benè ſilnat.iun. conſ.
21.n.58.59.*
Altera eſt concluſio reſpiciens Conſtitutionem
70 Ægidianam, quod vbi concurrunt duo Statuta,
ſeù duæ Conſtitutiones, quorum alterum ſit parti-
culare loci, alterum verò generale Prouinciæ, ma-
gis attendi debet ſpetiale loci. *l. fin. Cod. de teſtam.
Bal. conſil.201. ſub numer.2. lib.1. Roman. conſil.61.
in fin. Roland. de Lucro dot. quæſt.85. numer.3. et ſeq.
Gabriel.conſ.29.num.46.lib.2. Cephal. conſ.169. num.7.
lib.2.Menoch.conſil.227. num.73. lib.2. Neuizan. conſ.
58.num.6.quos vna cum alijs allegat Rota cor. Seraphin.
dec.343.*

*dec.343.num.2.repetita in d.ct. dec.384. p.1. & dec.57.
poſt Pic. ad Stat. Vrb. & d. dec.653. ſub numer.6. verſ.
quo ſtante apud Poſt. de manuten.& cor. Pen. dec.1049.
in fin.tom.2.& cor.Buratt.dec.333.num.5.& in rec. dec.
145.num.28.par.6.* Propterea, cum in præſenti con-
currant Statutum particulare loci Ciuitellæ & Conſti-
tutio generalis Ægidiana, præualere, & magis at-
tendi debet Ciuitellæ Statutum; per quod ideò, cum
illi, qui peruenerunt ad ætatem 20. annorum,
poſſint validè contrahere ſine ſolemnibus, non
eſt curandum, quod Conſtitutio Ægidiana ve-
lit ſolemnitates obſeruari ab ijs, qui exceſſe-
runt dictam ætatem, & ſunt minores 25. anno-
rum.

Quod confirmatur ſi admittamus (ſicuti aliter qua-
uis inueſtigatione ſubtilizata conſiderari nequit)
Conſtitutionem præfatam haberi tanquàm Ius Pro-
uinciæ, ſeù Statutum loci dominantis; ex illo com-
71 muni themate, quo traditur, recurri duntaxat ad
Statuta Prouinciæ, vel Ciuitatis ſuperioris, & do-
minantis, quando Statuta locorum particularium,
& ſubiectorum, vel deficiunt, vel non proſpiciunt
in caſu, qui contingit. *DD. in l. omnes populos. ff. de
iuſt.& iur.Hondcd.conſ.13. numer.11.lib.1. Port. conſil.
163.numer.14.Coru.conſ.151.lib.3.Roman.conſ.218.et
ibi Add. Laderch. conſ.108. numer.7. Gratian. diſcep.7.
numer.1.& diſcep.9.num.14. & ſeqq. & diſcep.474.n.
2.Sabell.var.reſol.cap.88.num.6. Merlin. de legit. lib.3.
tit.1.quaſt.18.numer.70. vbi de commun Barz.dec.117.
ſub num.24.verſ.licet enim.Leoncil.dec.28. num.3. Tho-
mat.dec.55.num.35.& ſeq.et dec.102. num.8. tom.1. et
dec.134. numer.14. tom.2. Pigant. ad Stat. Ferr. lib.1.
Rub.2.num.27.tom.1.Rota cor.Mantic.dec.259. num.3.
cor.Seraphin.dec.1161.cor.Greg.deciſ.260. ſub numer.3.
verſic.non obſtat. et dec.269.num.2.cor. Coccin.dec.457.
numer.11.cor. Buratt.dec.332. et in rec. dec.217.ſub n.
25.par.5. et in Tiburt. hæreditat.16. Martij 1640. §.1.
cor.Veroſpio. dec.197.num.1. poſt Merlin. de legit. et in
Albanen. hæredit.24. Maij 1641. §. neque contrarium
verſ.quod etiam erat.cor.eod.dec.198.num.4.apud Mer-
lin.ſub eod. tract. & in ead.23. Iun.1642. §. quod enim
cor.Cerro.cum alijs per Rubeum ſing. Rotæ Rom.p.6. obſ.
8.§.8.vol.2.*

Atque ex traditis hucuſquè ſatis conſtat non fuiſſe
deductum argumentum à contrario ſenſu, vt ex
73 aduerſo parum ſolidè ſcribens opinabatur; ſed
ſimplicis & claræ diſpoſitionis Statutariæ benefi-
cium fuiſſe intentatum; vt ideò nihil fuerit opus,
quod vlteriùs hæc patentiſsima veritas argumentis
ſubtilius inquireretur, vt dictum eſt ſup.*n.53.& in col-
luct.mea* 1.*n.*34.ac admittitur *à Rota cor. Greg. dec.93.
ſub n.1.verſ.cum enim, & Rota Ferrar.apud Pigant. ad
Stat.Ferrar.lib.2.Rub.42.ſub num.27.verſ.reſpondetur,
quod ſenſus,tom.1.*

Nec minus officit, quod vltra ſolemnitates
fuerit etiam neceſsaria poſt contractum fideiuſ-
ſionis ac alio quemcumque à minore 25. annorum
celebratum inſinuatio ex præallegata *Conſtit. Ægi-
73 dianæ in l.5. cap.25.* Quam conſtitutionem ſerua-
ri in Romandiola Eccleſiaſtica, ac eſſe in obſeruan-
tia ibidem, traditur *à Rota in rec. deciſ.610. numer.
5.par.4.tom.3.cor. Pen. dec.1371. ſub numer.8. tom.2.
& apud Poſt.de manut.dec.109. pari numer.8. & obſer-
uat Sabell. var. reſ.cap.5.numer.51.* Quidquid ſit de
Additionibus factis eidem conſtitutioni à Cardinali
Carpenſi, quas Romandiolam non ligare profite-
tur *Rota in rec.dec.375.ſub numer.5.6. par.3.* & ſic licèt
reſpectu ſolemnium in fideiuſsione Cæſaris debuerit
74 attendi Statutum Ciuitellæ, quò tamen ad inſi-
nuationem, circa quam idem Statutum nihil diſpo-
nit, oportuerit ſeruare eandem Conſtitutionem,
ex traditis à *Gilian.ad Stat.Peruſ. verſ. minor. num.6.7.
Poſt. reſol.91. numer.18. & reſol.115. numer.1. Rota
cor. Greg. dec.260. numer.4. et ibi add. et deciſ.8. poſt
Pic. ad Stat. Vrb. et apud Gilian. vbi ſuprà deciſ.21. nu-
mer.6.& ſeqq.& dec.22. numer.13. et deciſ.97. numer.
3. & ſeqq. et cor. Buratt. deciſ.333. numer.6. & ibi
Add. litt. B, & in rec. deciſ.385. numer.5. par.2. et
deciſ.288. per tot. par.4. tom.2. & deciſ.610. pariter
per tot. ead. par.4. tom.3. et deciſ.145. numero 27.
par.6.*

75 Quæ inſinuatio, cum minimè interuenérit, con-
tractus fideiuſsionis prædictæ redditur, ex ſolo il-
lius defectu, nullus, & inualidus. *Rota cor. Greg. d.
dec.260.et poſt Gilian. ad Stat. Peruſ. dict.dec.21.* & in-
diuidualiter *in recent. dict. dec.288. numer.1.2. par.4.
tom.2.& d.deciſ.610.numer.2. tom.3. et obſeruat Reue-
rendiſs.Petrus Paulus de Natis. Vic. general. Peruſ. in
eius reſol. in cauſ. Saluiani 5. Decembr.1651.§. nullitas
eſt euidens in fine Poſt.d.d.reſol.91. num.18. et reſol.115.
num.1.*

76 Et inſinuationem interueniſse erat probandum
pro parte Illuſtriſsimæ D. actricis, cum ab ea pro-
duceretur contractus contra minorem, ſeù An-
dream ab ipſo minore cauſam habentem reum con-
uentum, quo caſu debet doceri, & probari eundem
77 contractum validum, & ſic ſubſequutam fuiſſe inſi-
nuationem; vt benè per *d. Reuerend. Vicar. Peruſ. in d.
reſol.§. reſpectu verò inſinuationis, et §. neque obſtat.
verſ. et quod qui nititur vbi allegat Rot. in Peruſin. hæ-
redit.10. Decembr.1628. cor. Eminentiſs. Virili quæ eſt
dec.97.apud Gilian.ad Stat. Peruſ. et in Camarinen. do-
nation.de Calcalarijs 7. Aprilis 1631. cor. Dunozet. dec.
34.par.6.recent. et in Ferrarien.ſpol.25. Iun.1635.§. hac
verò omiſſio. cor.Merlino. dec.740. par.4. recen. tom.3.
et dec.96.num.18. penes Poſt. de ſubhaſt. et nunc in im-
preſs. cor. eod. Merlin. dec.687. numer.21. tom.2. et in-
nuit Poſt.reſol.55.numer.29. eod.115. numer.2. Sperell.
dec.47.num.17.verſ.cæterum, et dec.83.num.25. in fine
nouiſſimè Maſſin. de confiſc. q.47. num.37. et rurſus Rota
poſt Fenzon ad Stat.Vrb. dec.12.§. quia quidquid ſit in
fine.*

78 Præſertim, quia non poteſt fieri fundamentum
in iuramento Cæſaris, per quod, licèt regulariter
arbitrati ſint plurimi, cenſeri renunciatum inſinua-
tioni, & neceſsitatem inſinuandi tolli à iuramento,
quod ſupplet defectum ipſius inſinuationis. *Clar.§.
donatio quæſt.18.Menoch.conſ.1.numer.377. Capic. dec.
159. ſub numer.31. Gabriel. comm. concl. tit. de donat.
concl.1. numer.72. vbi innumeros congerit. Seraphin.
de iuram.priu.73. per tot.Fenzon ad Stat. Vrb.lib.1. cap.
150.numer.49.Mareſc.var. reſ.lib.2. cap.27. numer.12.
Mancin. de iuramen.par.4.eff.19.Ludouic.dec.Peruſ.66.
numer.6. cum multis alijs adductis per Gallerat. de re-
nun.cent.1.renunc.90.numer.3.tom.2. adde Peregr. dec.
Patauin.91.numer.7. et ſeqq. vbi DD. plures conglome-
rat. Becc.conſ.62.numer.41.Capic.latro. deciſ.156. nu-
mer.19.lib.2.Fontanell.de pact.nupt.clauſ.4.gloſ.29. nu-
mer.6.lib.1. Cancer. var. reſol.par.1.tit.de donat. c.8.n.
5.Gratian.diſcep.531.numer.34.et ſeqq. Pigant.ad Stat.
Ferrar.lib.12.Rub.70.ſub numer.8. verſ. porrò regulari-
ter, et ſub num.26.verſ.et præſertim tom.2. Rota in dict.
dec.58. num.52. et ſeqq. vbi de magis communi par.6. et
priùs in rec. dec.665. p.1. repetita poſt Zacch. de oblig.
Cam.dec.4. ſub num.11. vbi quod pluries huic opinioni
eſt viſa Rota adhærere, et cor. Seraphin. deciſ.472.*

Digitized by Google

num.15.& dec.746.num.5.tom.1.& dec.1184.num.14.
vbi,quod ſæpiùs ſic Rota cenſuit. tom.2.& cor. Mantica.
dec.166. num.17.cum alijs per Rubeum Sing.Rotæ Rom.
p.2.verſ.Inſinuatio.§.1.& p.3.verb. Federicus de ſen. §.
4.verſ.cum inſinuatio.vol.2. per Add. ad Greg. dec.291.
numer.10.& rursùs Rota cor.Duran.dec.84. num.26. p.
1.& eſt dec.58.pari num.26.apud Poſt.de manuten. cum
multis alijs in dec.6.§. ſecundo fuit reſponſum verſ. atta-
men idem,& dec.126.§.nec attendi debet verſ. ſi vero in
iuris poſt Fenzon. ad Stat. Vrb. & infinitis propemodùm
apud Rubeum iuniorem in reſol.practicab. circa teſtamen.
cap.100. per tot. adde me ipſum inf. in collucl.8. nume-
ro 91.
79 Nihilominus aſſertum iſtud, & ſi aliàs verius com-
muniùs,& à S. Auditorio Romanæ Rotæ Canonizatum,
ceſſat, nequè habet locum, quando adeſt Statutum,
ſeù Conſtitutio requirens, vltrà iuramentum, etiam
inſinuationem, vt in præſenti deſiderari ab Ægidiana
eſt certiſſimum, tunc enim copulatiuè requiritur, &
iuramentum, & inſinuatio, cuius defectus ab illo
propterea tali in caſu non ſuppletur; vt in terminis
Mareſcot.var.reſol.lib.2.d.c.28. num.13. Add. ad Greg.
d.dec.391.ſub n.10.verſic.prædicta non haberent. Fen-
zon.ad Stat.Vrb.d.cap.150.numer.48.Sabell. var. reſol.
& reſpon.d.cap.5.num.50.Rota cor.Graſs. dec.2. numer.
21. tit. de donat. & in rec. dec.671. num.2.p.1. & dec.
385.num.9.p.2.et poſt Gilian.ad Stat.Peruſ.d.dec.97. n.
5. & poſt Fenzon. ad Stat. Vrb. dec.25. §. nequè obſtat.
verſ. in qua eadem ratione vbi allegatur deciſio in Ari-
minen.legat.27.Ian.1625.cor.Manzanedo; quæ nunc eſt
in rec. dec.591. num.13.14. confirmata in dec.610. p.4.
tom.3.

Quod fortiùs admitti debet, vel quia, cum iuramen-
tum non requireretur à Statuto Ciuitellæ, dici debet
ideò interueniſſe, vt in hoc Ægidianæ illud requirenti
ſatisfieret,& ſic vti adhibitum adhunc ſolum effectum,
non potuiſſe alios defectus ſupplere, ex generali con-
80 cluſione,quod vnitum iuramentum non poteſt plures
defectus ſupplere,de quo Seraph. de iuram. prin.83. n.
44.Surd.conſ.213.num.27.& dec.154.num.12.vbi con-
cordan.Farin.de falſitat.& ſimulat.quæſt.160.n.255.vbi
de magis commun.Add.ad Seraphin.dec.1184. num.15.
litt..A p.2.San Felic.in praxi.ſect.27.d num.41.Bottiler.
de ſucceſs.ab inteſt.theorem.43.num.5.& theorem.60.n.
10.Mancin.de iuram.p.4.eff.1.num.16.17.q.3.Surd.dec.
154.num.11.12.Mart. dec. Senenſ.29. vbi latè Montan.
de Tut.c.33.n.598.Magon.dec. Floren.64. n.27. et infrà
Grattan.diſcep.27.n.37.& diſcep.231.num.10.Rota cor.
Greg.d.dec.391. n.6. nouiſſimè poſt ſcripta editus Sabell.
d.cap.5.numer.21.49.et num.50. vbi in puncto.
81 Vel, quia cum Ægidiana vtrumque deſideret, iu-
ramentum,nempè, & inſinuationem, neceſſe eſt, vt
omnium qualitatum concurſus conſpiciatur; ſicuti di-
ctum eſt ſup.num.47.& in iſtis terminis, licèt reſpectu
aliarum ſolemnitatum eiuſdem Conſtitutionis, habe-
tur Rot. in rec. d. dec.671. ſub num.3. p.1. & dec.260.
num.8.p.6. & in d. dec.162. ſub num.14. poſt Zacch. de
oblig.Camer.

Vel tandem,quia in lapſu temporis a celebrato fide-
iuſsionis contractu non poteſt inſiſti,nam tunc ex cur-
82 ſu præſumitur inſinuatio,quando 30. ann. fuerunt ef-
fluxi,vſque ad motam litem,eo enim caſu,præſumere-
tur inſinuatio interueniſſe. Rota cor. Canaler. dec.575.
num.11.cor.Curatt.dec.120. n.37. & ſeq. & in Roman.
fideicom. de Coſciarijs 16. Martij 1648. §. præter quod
cor.Card.Corrado,& in terminis Aegidianæ in Beneuen-
tan.manutention.9.Iun.1649.§. nec refert defectus inſi-
nuationis cor.Peutingero. Poſt.reſol.45. numer.16. vbi
concordan. Rubeus reſol.practicab.circa teſtam.cap.77.n.
299.et ſeqq.ac c.98.99.per tot.

Et non eſt verendum contractum fideiuſsionis eſſe
comprehenſum in Conſtitutione Aegidiana, quan-
quàm enumeret ſolummodò certos contractus, & di-
ſtractus.

Tùm, quia inter enumeratos contractus,adeſt do-
83 natio,& ſucceſsiuè fideiuſsio,cum pro alijs fideiubens
dicatur donare,& iactare ſuum.Sabell.var.reſol. & re-
ſp.c.31.num.4.

Tùm, quia, cum fideiuſsio ſit à notorio contractus
84 læſiuus,vt dictum eſt ſuprà n.24. quinimò ſit damno-
ſioris conditionis, quàm contractus cæteri enumera-
ti in Ægidiana,ſecundùm Rota cor. Cardin. Seraph.dec.
1242.n.4. p.2. adaptatur concluſio, Ægidianam Con-
85 ſtitutionem loquentem in certis contractibus extendi
ad omnes,in quibus poteſt cadere læſio vt in terminis
eiuſdem Conſtitutionis traditur ab Add.ad Greg. dec.
160.ſub num.11.verſ.prout etiam,et ipſa Rota cor. Greg.
dec.260.num.3.et ibi Add. num.16. et reaſumit Torin.
vbi inf.dec.12.et poſt Pic.ad Stat.Vrb. dec.8. confirmata
86 in rec. dec.385. p.2. in quibus indiuidualiter agitur de
fideiuſsione; & quas reaſumpſit Torin. in Apologetic.
Stat.Vrb.inſpec.1.p.2. dec.20. impreſs. apud Fenzon. ad
Stat.Vrb.lib.1.ſub cap.151. ſicuti, et cor. Seraphin.dec.
87 1242.p.2. Et in puncto fideiuſsionis, quo tamen ad
Stat.Vrb.in d.cap.151.Cui æquè fieri locum, ac prædi-
ctæ Conſtitutioni ex Rota in d.dec.8.num.3.4. obſerua-
tur à Torino in alleg.dec.12.num.5. extant Rotæ deciſio-
nes cor.Duran.dec.18.num.6.7.p.1.cuius mentio habetur
in voto Aſſettamen.poſt Fenzon. ſub d.c.151. num.71. et
latiùs prænio reſtrictu,poſt Torin.vbi ſuprà dec.28. et cor.
Seraphin.dec.1187.p.2.ſuperqua diſcurrit, et concordan.
adducit Theodoſ. Rubeus in ſuis ſing. Rotæ Romanæ p.1.
ad eand.deciſ.Seraphin. f.mihi 110.vol.1. et reportatur à
Torin.d.inſp.1.p.2. dec.6. et cor. Pen. dec.950. tom.2. in
impreſs. Lugdun.de qua etiam apud Marcheſan. de com-
miſs.p.1.f.911.et quam commemorat Torin.vbi ſup. dec.
9.et reperitur poſt Pic.ad Stat. Vrb.dec.1. et cor. Ottem-
bergo dec.6. penes Pic. vbi mox.cuius medullam omninò
exuit Torin. in loco alleg.dec.10. et cor. Merlin. dec.50.
n.6.repetita poſt Zacch.de ſociet.offic.dec.36.et de qua in
d. voto Aſſettamen. num.38.39.et latiori calamo apud
Torin.vbi ſup.dec.4.ac alibi paſſim; et per Rubeum ſing.
Rot. Roman. p.6.circa Stat. Vrb. d.cap.151. numer.11.
tom.2.

Reſpondetur namquè, defectum inſinuationis op-
poſitæ ex multiplici obicem non portendere: primo,
88 quia, dato particulari Statuto in terra Ciuitellæ cer-
tam formam contractibus præſcribente, non eſſe lo-
cum Ægidianæ ſuperius n.60.fuit oſtenſum; & ſucceſ-
ſiuè, non eſse attendendum defectum inſinuationis
ab eadem Conſtitutione commiſſæ in puncto decida-
tur à Rota in Viterbien. Terra Vetrallæ 14. Decembr.
1615. cor. Remboldo:eſt dec.653. ſub num.2. et 6. penes
Poſt.de manuten.

Secundò,quia ſtante iuramento Cæſaris,inſinuatio-
nis defectus remanſit inefficax,ex congeſtis pariter ſu-
prà num.78.nec Conſtitutio Ægidiana poteſt officere,
cum ipſa non extendatur ad omnes contractus, ſed
dumtaxat talis extenſio fiat ab additione Carpen.quę
89 Prouinciam Marchiæ non excedit; vt in indiuiduo
eiuſdem Conſtitut. quinimò in fortiori caſu pro ex-
cluſione inſinuationes, & in terminis Romandiolæ
Eccleſiaſticæ, (in qua Ciuitas Ariminen.continetur,
Blond.in Italia regione 6.verſ.ſuccedit omne f. mihi 343.
ſecund.impreſs.Baſil.Leander.in deſcript.Ital.region.14.
verſ.ſcendendo al lito.f.mihi.398.à tergo. Cluuer.in in-
troduct.

troduct. Geographie. lib. 3. cap. 37. §. Romaniola verſ. inde
Ariminum . f. mihi 184. nouiſſimè Vghel. in Italia Sacra
tom. 1. Rub. Ariminenſes Epiſcopi vbi egregiè) reſpon-
dendo defectui inſinuationis extat in puncto d. Ciuita-
tis *Rot. dec. 84. num. 26. 27. 28. cor. Duran. p. 1. repetita*
apud Poſt. de manuten. deciſ. 58. paribus numer. 26. &
ſeqq.
91 Tertiò, quia, quatenus etiam inſinuatio fuiſſet
neceſſaria in noſtro caſu, adhuc tamen pars aduerſa
dans de non inſinuatione ſubſequuta, tenebatur talem
negatiuam probare; vt per *Thomat. dec. 13. num. 18. &*
dec. 68. num. 42. Maſſiſs. de confiſc. quæſt. 48. num. 36. Poſt.
reſol. 55. num. 30. & ſeq. & reſol. 75. n. 4. Rota in rec. dec.
671. n. 3. p. 1.
Quæ reſponſionis ſicuti ſunt contrariæ traditis ſup.
num. 74. & ſeqq. Ita ſaltem negari nequit, quia ex illis
oriatur dubium iuris, & exceptio ipſa oppoſita de de-
92 fectu inſinuationis euadat altioris indaginis, ſecun-
dùm *Paz. de tenut. c. 38. num. 5. 24. & ſeqq. Poſt. de ma-*
nuten. obſ. 42. n. 72. Rota apud Put. dec. 233. num. 3. lib. 3.
Poſt. reſol. 46. num. 98. Pen. dec. 1042. ſub num. 3. Sperel.
en puncto dec. 47. ſub n. 17. & dec. 83. ſub n. 23. verſ. &
iſti ſunt tom. 1.
93 Et ſucceſſiuè, quod per eandem exceptionem non
poſsit impediri parata executio obligationis Camera-
lis. *Poſt. de manut. d. obſ. 42. num. 69. Zacch. de oblig. Ca-*
mer. q. 17. num. 71. Rota cor. Greg. dec. 234. & dec. 406. n.
17. & cor. Buratt. dec. 295. n. 54. & cor. Duran. dec. 11.
ſub num. 24. & poſt Zacch. in d. tract. dec. 199. num. 28. &
dec. 253 num. 5. 6. & in Roman. Camby 16. Ian. 1651. §.
nam hoc obiectum verſ. & per conſequens cor. Rotas, & in
Roman. ſeù Ianuen. camb. 27. Nouembr. 1651. §. fin. con-
firmata 18. Martij 1652. cor. R. P. D. Bichio, & cor. Mer-
lin. dec. 735. num. 2. & cor. Pen. d. dec. 1042. num. 3. & ibi
Add. tom. 2. inter impreſs. Lugdun. & poſt Cenc. de cenſ.
dec. 75. num. 5. & dec. 191. n. 3. & dec. 447. num. 19. cum
alijs per Rubeum ſing. Rot. Roman. p. 2. verb. obligatio §. 2.
vol. 2. & per Otthobon. dec. 68. n. 12. Sperel. in terminis
dec. 83. n. 23. tom. 1.
94 Quartò, quoniam cum inſinuatio poſsit, & ſoleat ex
interuallo adhiberi, & ſic actus ſeparatus ab inſtru-
mento principali. *Thomat. & Poſt. locis paulò antè alle-*
gat. Sperell. dec. 10. ſub num. 10. & dec. 83. num. 24. Rota
in rec. dec. 675. n. 3. p. 1. & dec. 385. num. 5. p. 2. & poſt Gi-
lian. ad Stat. Peruſ. dec. 21. num. 7. & dec. 22. num. 13. 14.
& apud Poſt. de manuten. d. dec. 653. ſub num. 4. & poſt
Fenzon. ad Stat. Vrb. dec. 12. §. neque concludens reſpon-
ſio. Rubeus reſol. practic. circa teſtam. cap 99. numer. 404.
95 ex defectu illius adducto, & non probato, non oritur
euidens nullitas inſtrumenti, propter quam debeat
retardari executio Cameralis obligationis; ad conge-
ſta ſuperiùs *n. 26. & tradit Reuerendiſs. Sperel. in puncto*
d. dec. 83. n. 23. & ſeq. tom. 1.
Quintò tandem, nam talis defectus inſinuationis
non eſt oppoſitus in actis, ſed ſolummodò in allega-
tionibus iuris: quo fit, vt licet alias tales iuris allega-
96 tiones inter acta contineantur, ſecundùm *Specul. tit. de*
alleg. & diſput. §. porrò verſ. & nota. Iaſ. in l. 2. num. 3. C.
de eden. Anan. conſ. 103. num. 3. Lancil. de off. prætor. tit.
de allegat. et motiu. n. 5. Aſin. in praxi. §. 24. cap. 6. Cum
97 tamen non reperiantur inſertæ in actis, non poſſunt
dici inter eadem acta contineri, iuxta declarationem
Dec. in l. 2. num. 14. C. de eden. quod verius dicit Lancil. d.
tit. de allegat. et motiu. ſub eod. num. 5. verſ. quod intelli-
git. et admittitur à Maranta in ſpecul. p. 6. act. 10. ſub n.
98 58. Et conſequenter pars aduerſa nihil opponens vi-
detur defectui inſinuationis, quatenus adſit, conſenſiſ-
ſe, ex quo tacens in iuditio habetur omninò pro con-
ſentiente. *Surd. dec. 199. num. 8. Leoncil. dec. 30. ſub n. 3.*
verſ. et addit rationem Menoch. præſump. 46. lib. 2. latè
Gallerat. de renunt. lib. 5. cap. 11. num. 37. et ſeqq. tom. 1.
Rota cor. Buratt. dec. 347. num. 6. 7. et apud Poſt. de ma-
nut. dec. 477. num. 3. Vel ſaltem eadem inſinuatio, & ſi
99 ſolemnitas extrinſeca, parte ipſa non opponente de-
bet præſumi. *Iaſ. in l. ſerendum num. 15. ff. de verb. oblig.*
Matheſil. ſing. 12. Menoch. d. præſump. 46. num. 6. et præ-
ſump. 32. numer. 35. lib. 3. Leoncil. d. deciſ. 30. nume-
ro 4.
Non aduerſatur deniquè, ſtatutum Ciuitellæ in *d. c.*
4. tanquàm iuri communi contrarium haud eſſe atten-
dendum, ex quo cum Terra Ciuitellæ ſit ſubiecta San-
100 ctæ Sedi Apoſtolicæ non potuit illius populus con-
dere Statuta abſquè illius auctoritate. *Bal. conſ. 407. lib.*
2. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. q. 1. num. 25. et quæſt. 18. n.
68. Pigant. ad Stat. Ferr. lib. 1. Rub. 2. ſub num. 4. verſic.
quod certè tom. 1. Rota dict. dec. 780. num. 1. p. 1. et cor.
Greg. dec. 267. num. 7. et ibi Add. num. 14. latè Boccat. in
Conſtit. Picen. gloſ. 6. ſub num. 41. verſ. quod procedit in
vniuerſitatibus, et expendit Aegidian. lib. 2. c. 36. cuius
etiam meminit Addit. ad Greg. d. dec. 267. ſub num. 14.
benè Fenzon. ad Stat. Vrb. in inſcript. n. 35. 36. et rurſus
Rota cor. Buratt. dec. 6. repetita penes Marcheſan. de com-
miſs. tom. 2. f. 552. et cor. Seraph. dec. 1004. num. 8. p. 2. et
apud Poſt. de manut. dec. 639. n. 11. Rubeus ſing. Rot. Rom.
p. 6. circa Stat. interpret. obſ. 8. §. 10. vol. 2. Odd. de reſt. in
101 *integr. quæſt. 2. in fin.* Vbi generaliter requirit, Popu-
lum non recognoſcere ſuperiorem ad hoc, vt poſsit
condere Statutum, per quod, vt in caſu noſtro, ætas 25.
ann. abbreuietur.
Adeovt nec ſuffragetur allegata Statutorum confir-
102 matio Apoſtolica, quia tanquam in forma commu-
ni, vt talem eſſe in dubio præſumitur. *Gratian. diſcep.*
245. num. 39. Poſt. reſol. 130. numer. 27. Rota dict. dec.
780. ſub num. 5. verſ. et in dubio p. 1. et cor. Buratt. d. dec.
103 *6. num. 4. Leoncill. dec. 179. num. 6.* Non eſt ſufficiens
ad validitatem Statuti contra ius, & odioſum, ſed
exigitur ſpecifica Principis confirmatio. *Rot. dict. dec.*
103. num. 27. p. 2. et cor. Merlin. dec. 740. num. 2. tom. 2. et
cor. Buratt. d. dec. 6. ſub n. 14. Add. ad eund. in dec. 229.
num. 12. et in rec. dec. 84. num. 8. et ſeqq. p. 7. et cor. Pen.
dec. 349. num. 14. tom. 1. et d. dec. 639. num. 12 penes Poſt.
de manuten. Amat. reſol. 100. n. 18. lib. 2. Add. ad Greg.
dec. 267. ſub num. 14. verſ. et non ſufficeret. Pigant. ad
Stat. Ferr. lib. 1. Rub. 2. in Addit. in prin. tom. 1. et lib. 2.
Rub. 143. num. 3. tom. 2. Tuſc. concl. 708. litt. C. Fenzon. ad
Stat. Vrb. in inſcrip. ſub num 40. et ſeqq. Poſt. d. reſol. 130.
n. 28. et 32. Gratian. dec. 238. num. 4. in Addit. Leoncil. d.
dec. 179. num. 5. Apud quos concordan. & rationes hu-
iuſce concluſiones habentur. *Adde Molin. de primog. lib.*
2. c. 7. n. 7.
Et præcipuè, cum non afferatur concludens proba-
104 tio vſus, & obſeruantiæ d. Statuti, quam tamen eſſe
neceſſariam, ſuadetur à clauſula *Quatenus ſint in vſu,*
etc. appoſita in dicta Pontificia confirmatione; vt pun-
ctualiter *Rota in dict. dec. 56. num. 5. et d. dec. 780. ſub n.*
10. p. 1. et cor. Seraphin. d. dec. 1004. num. 9. Rubeus ſing.
Rota Rom. p. 1. circa deciſ. Lancellot. dec. 55. in fin. f. 341.
vol. 1. et p. 4. clauſ. 612. num. 2. vbi multas conglomerat
deciſiones. Vol. 2. et rurſus Rota in Albanen. hæreditat.
24. Maij 1641. §. neque viſum fuit cor. Veroſpio. eſt dec.
198. n. 11. poſt Merlin. de legit.
Reſponſio etenim patet eo ipſo, quod confirmatio
Statutorum Ciuitellæ interuenit, vt interueniſse non
ambigitur, cum oculari inſpectione in eorum initio
105 concernatur: poſſunt namquè ſubditi Eccleſiæ con-
dere Statuta, vel cum auctoritate Sanctæ ſedis, vel il-
lius con-

Digitized by Google

lius confirmatione: vt omnes præcitati DD. ac Rota dec.
ſuperius adduct. num. 100. apertiſſimè concedunt: Et quia
verſamur modò in Statuto motiuum rationis haben-
te, non tantùm, quia voluerit Statutum ipſum,
105 quemlibet poſt vigeſimum annum potuiſſe de re-
bus ſuis diſponere, ſeu earum arbitrum, & mode-
107 ratorem, iuxta tex. in l. in re mandata. Cod. mand.
cum concordantibus adductis à Barboſ. axiom. 199. n. 1.
Sed etiam ex deductis. Ab Odd. de reſtit. in integr. d. q. 2.
108 n. 46. & à Fenzon. ad Stat. Vrb. c. 47. ſub n. 11. Succe-
dit, quod confirmatio in forma communi ſit ſuffi-
ciens; vt per Rot. in Vrbeuet. reſtit. dot. 14. Decemb.
1640. §. nec obſtat, quod illud cor. Merlin. in eius impreſſ.
dec. 853. ſub num. 9. verſ. & confirmatio in forma, & ſeq.
repetita poſt Merlin. de legit. dec. 170. numer. 11. in nouiſſ.
impreſſ. quæ fuit confirmata 31. Ian. 1542. cor. Roias, &
iſta eſt dec. 188. pariter poſt Merlin. vbi ſup.
109 Et non requiri ſpecificam confirmationem, quo-
ties ſumus in Statuto, quod licèt odioſum, odio ta-
men irrationabili non laborat, prout in præſenti ex
prædictis, decidit Rota in Bonon. ſucceſs. 9. Decembr.
1622. in rec. dec. 438. num. 47. 48. p. 4. tom. 2. & in d. Vr-
beuet. reſtit. dotis 6. Febr. 1640. §. non obſtat, quod Statu-
tum verſ. & ſic tale Statutum cor. Merlin. inter eius im-
preſſ. dec. 828. ſub num. 11. 12. tom. 2. & eſt apud Merlin.
de legit. dec. 167. ſub num. 10. 11. vbi concordan. & nouiſ-
ſimè in Eugubina dimiſſion. 12. Maij 1658. §. non afficit
verſ. non requiritur cor. Bonifaqua Pigant. ad Stat. Ferr.
lib. 1. Rub. 2. in Addit. n. 1. tom. 1.

Additur, quod confirmatio Statutorum Ciuitellæ,
& ſi in forma communi nihilominus non eſt ſimplex,
cum, vltrà alias clauſulas, in ea adſit illa dummodò ſint
110 licita, & honeſta; quo caſu ad effectum, vt Statutum
intelligatur confirmatum, ſufficit, quod ſit licitum, &
honeſtum, licet alias ſit contra ius; vt per Rot. diu dec.
510. n. 9. p. 4. cor. Pen. dec. 269. numer. 22. 23. in impreſſ.
Venet. & dec. 349. num. 14. 15. tom. 1. inter impreſſ. Lug-
111 dun. quamuis per dictam clauſulam conuincatur, con-
firmationem eſſe in forma communi, ad congeſta per
Rubeum ſing. Rot. Rom. p. 4. clauſ. 45. §. 1. & clauſ. 469.
num. 2. vol. 2. & à Rot. cor. Seraphin. dec. 1198. n. 7. p. 2.
112 Et de alia clauſula, dummodò non tendant contra Ec-
cleſ. libertatem, &c. Vt nempè ea exiſtente in confir-
matione Statutorum, prout in præſenti, cenſeantur
Statuta etiam contra ius confirmata, habetur per Pi-
gant. d. Rub. 2. in Addit. n. 2. & allegat Rot. in rec. dec. 51.
n. 10. p. 1. et in d. Bonon. ſucceſſ. & in Rauenn. hæredit. 14.
Aprilis 1606. cor. Pamphilio.
113 Qua confirmatione ſic ſtante præſumitur Statu-
tum rationabile, & vſu receptum. Gozadin. conſ. 16.
num. 16. Rubeum ſing. Rota Rom. p. 6. obſ. 1. §. 1. vol. 2. Et
114 generaliter, quod Statuta cenſeantur vſu recepta, &
contrarium alleganti onus probandi incumbat, egre-
giè traditur à Rota cor. Seraph. dec. 153. numer. 2. tom. 1.
cor. Pen. dec. 237. num. 3. in impreſſ. Venet. & dec. 305. n.
2. verſ. regula erat in impreſſ. Lugdun. tom. 1. et in rec. dec.
15. numer. 4. et dec. 398. numer. 3. par. 2. & in Albanen.
hæreditat. 24. Maij 1641. §. neque viſum fuit verſ. cum
illa præſumantur cor. Veroſp. d. deciſ. 198. ſub numer. 13.
poſt Merlin. de legit. benè Rubeus d. obſ. 1. eod. §. 1. numer.
2. et obſ. 12. §. 1. ac alibi Poſt. reſol. 68. numer. 125. vbi
concordan.
115 Maximè, quando Statuta ſunt in vnicum volumen
redacta, vt in præſenti, tunc enim non ambigitur de
eorum vſu. Roland. conſ. 99. n. 39. lib. 2. Bero. conſ. 173. n.
54. & ſeq. lib. 1. Rota cor. Pen. d. dec. 237. n. 2. & d. dec.
305. reſpectiuè, & ibi Add. Margin. & in d. dec. 198. num.
13. poſt Merlin. de legit.

Quod quidem procedere non obſtante dictà clau-
ſula Quatenus ſint in vſu ſuadetur: tum, quia cum
116 fuerint confirmata Statuta Ciuitellæ vna cum illius
priuilegijs, eadem clauſula referenda venit ad ipſa
priuilegia, & non ad Statuta Rot. citt. dec. 536. ſub n. 3.
p. 1. & cor. Pen. d. d. 237. ſub num. 3. verſ. clauſula quate-
nus, & dec. 305. ante num. 3. eod. verſ. & in d. dec. 198. ſub
n. 14. verſ. & in his deciſionibus Rubeus ſing. Rot. Rom. in
p. 4. clauſ. 612. n. 6. vol. 2. Poſt. d. reſol. 68. n. 124. tum quia
cum Statuta Ciuitellæ antè confirmationem eſſent in-
117 ualida, vt dictum eſt ſup. n. 100. non potuit eadem
clauſula ex confirmatione Pontificis ſubſequuta reſpi-
cere ipſamet Statuta alioquin inualida; & gratia con-
firmationis non poterat ſe fundare in vſu contrario,
qui etiam erat nullus; & indiuidualiter reſpondetur à
Rota cor. Pen. d. dec. 305. ſub n. 4. & cor. Veroſp. in d. dec.
198. ſub n. 14. verſ. quia cum eadem apud Merlin. vbi ſup.
118 benè Poſt. alleg. reſol. 68. num. 127. et ſeq. Sed potius, &
hæc erit tertia obiectionis ſolutio, præallegata clauſu-
la debuit cenſeri appoſita de Stylo Referendariorum,
vt præſumitur. Rota cor. Pen. ead. dec. 305. ante n. 3. cum
alijs per Rubeum d. clauſ. 612. n. 7. Et ſucceſſiuè in du-
bio nihil debet operari, ſecundùm regulam generalem
119 erga clauſulas de notariorum Stylo appoſitas, de
qua Farinac. de falſit. q. 157. num. 35. vbi de communi, &
multos adducit. Gaiz. de credit. c. 3. tit. 1. num. 274. Fuſar.
de ſubſtit. q. 650. n. 19. Socin. iun. conſ. 158. num. 18. lib. 2.
Dec. conſ. 521. n. 15. Rubeus d. p. 4. clauſ. 118. num. 22. Et
120 in terminis dictæ clauſulæ Quatenus ſint in vſu tradi-
tur a Marta clauſ. 125. n. 5. quem vna cum Rotæ deciſio-
nibus adductis allegat, & ſequitur Poſt. d. reſolut. 68. ſub
n. 126. verſ. vel in nulla.

Ex quibus pro relaxatione mandati executiui con-
tra Capitaneum Andream, vti hæredem Cæſaris Betti
fideiuſſoris concluditur: Saluo, &c.

121 Poſt acerrimam cauſæ diſcuſſionem, fuit tandem ſe-
cundùm prædicta iudicatum Romæ in Tribunali A. C.
ſub die 22. Septembr. 1653. et reiecta interpoſita recla-
matione per partem aduerſum à Signatura Iuſtitiæ, rela-
xatum actualiter fuit mandatum executiuum petitum ſub
die 17. Nouembr. eiuſd. anni 1653. tempore, quo Guber-
nio Ciuitellæ in Romandiola fungebar.

COLLVCTATIO III.

ARGVMENTVM.

Materia Auth. res quæ C. comm. de leg. pauliſper exami-
natur. Supplementum legitimæ, quando de-
beatur, & quæ requirantur pro illo obtinendo
diſcutitur. Dos in terminis Statutorum Ferrariæ
an ſuccedat loco legitimæ. Congruitas dotis
aſſertur; ſicuti, & quanta ſit legitima filio-
rum, quoue tempore debeatur. Renuncia-
tio de bonis paternis facta à filia quibus in caſi-
bus non poſſit ſuſtineri, fructuſque ſupplemen-
ti legitimæ, vna cum eorum taxatione, quando
debeantur, oſtenditur.

SVMMARIVM.

1 Dos vxoris filij deſcendentis poteſt extrahi etiam ex
cauſa reſtitutionis illius à fideicommiſſo aſcenden-
tis.

2 Am-

Digitized by Google

2 Amplia ſi quoque fuerit prohibita alienatio.
3 Amplia etiam ſi agatur de fideicommiſſo ſocrus. Declara vt num.5.
4 Auth. reſquæ. C. comm. de leg. eſt remedium ſubſidiarium.
6 Bona libera extare, vel non, cui incumbat probatio.
7 Aes alienum fideicommitentis ſolui debet de illius bonis licet fideicommiſſo ſubiectis.
8 Forma petitionis ſupplementi legitimæ remiſſiuè.
9 Petionis prædictæ potiſſimum requiſitum eſt firmare Statutum hæreditatis; et æſtimationem, vt num.10. Declara vt n.12.
11 Actore non probante excluditur ipſe à petitione.
13 Valor bonorum non debet probari, quando certus ſupponitur.
14 Legitimæ debita iuxtà numerum filiorum quantitas Statui poteſt pro habenda certa quantitate ſupplementi.
15 Legitima quattuor filiorum eſt tertia pars.
16 Supplementum legitimæ debetur, quando integra legitima non fuit tradita.
17 Sexus differentia eſt ſublata de iure communi.
18 Supplementum conceditur illis, quibus ius datur ad legitimam.
19 Supplementum eodem iure, quo legitima cenſetur.
20 Legitima non debetur excluſis ab inteſtato, maximè ſi ſint tacitat. à Statuto, vt Ferrar. lib.2. Rub.141. numer.21. Declara vt numer.22. et ſub numer.26. & numer.27.
23 Stat. Ferrar. Rub.139. lib.2. affertur.
24 Stat. Ferrar. Rub.141. lib.2. Declaratur, et numero 26.
25 Dictio donec importat temporalitatem.
26 Supplementum petendi ius non remanet fœminis ſublatum, licèt Steterit in ſuſpenſo; ſed deficientibus aſcendentibus, & deſcendentibus fœminæ reintegrantur in terminis Rub.141. lib.2. Stat. Ferrar.
27 Excluſio temporalis non debet trahi ad perpetuitatem.
28 Dos in terminis Stat. Ferrar. non ſuccedit loco legitimæ. Contra numer.30. Declara vt numer.46 47. 50. 51. 52.
29 Dos an ſuccedat loco legitimæ affertur diſtinctio Caſtr. in l. Titio centum §. Titio genero. ff. de condit. et demonſtrat. Contra num.36. ſed dictam diſtinct. amplecti debere num.37.
31 Dos ſuccedit loco legitimæ, quando Statutum excluſiuum facit aliquam mentionem legitimæ. Contra n.32. Prior opinio eſt receptiſſima num.33. maximè concurrentibus coniecturis n.34.
35 Dos, vt ſuccedat loco legitimæ ſufficiunt coniecturæ ad deprehendendam voluntatem ſtatuentium.
38 Rotæ Roman. auctoritas facit ſilere omnem dubietatem.
39 Dos in dubio ſuccedit loco legitimæ.
40 Dos regulariter de iure communi ſuccedit loco legitimæ.
41 Ius commune vt minus corrigatur eſt ſumenda interpretatio.
42 Statutum, quando poteſt vnum, et plures effectus operari contra ius commune, debemus interpretari, vt vnum duntaxat effectum operetur.
43 Intellectus ille in dubio eſt ſumendus, per quem reducimur ad ius commune.
44 Statuentes, non præſumitur, velle corrigere quod diſpoſitum eſt à iure communi.
45 Statutum correctorium iuris communis, ſat eſt, vt aliquid etiam minimum operetur vltrà idem ius.
46 Agens ſine actione non poteſt obtinere, et eſt à limine iuditij repellendus etiam parte non petente, et ex officio iudicis n.49.
53 Relatum eſt in referente cum omnibus qualitatibus.
54 Libellus etiam per impropriationem verborum ſuſtinetur iuxtà mentem petentis.
55 Dotata congruè tempore dotationis nihil conſequitur auctis paternis facultatibus. Declara vt n.57.61. Contra n.62.68.
56 Legitima taxatur tempore mortis, etiam inſpecta auctione bonorum, et n.65.
58 Dos congrua, quæ dicatur.
59 Dotis congruitas non regulatur à legitima.
60 Dos, quæ eſt minor legitima, an poſſit dici congrua.
63 Dos præſumitur congrua, et allegantı contrarium incumbit onus probandi.
64 Pater præſumitur ſemper aſſignare dotem congruam.
66 Legitima ex omnibus bonis debetur.
67 Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.
69 Dotem æqualem pater tradere non tenetur, et plus vni, quàm alteri filiæ poteſt prouidere.
70 Abſurdum eſt ſemper vitandum: ſed, vt euitetur magis abſurdum, poteſt tollerari, n.71.
72 Iuſtitiæ principium eſt tribuere vnicuique, quod ſuum eſt.
73 Fauorabilia non debent in odium retorqueri.
74 Aequalitas eſt inter filios ſeruanda: etiam recedendo à proprietate verborum. num.75. et ſumi debet interpretatio, vt æqualitas ſeruetur. num.76. Declara, vt num.77.
78 Pater poteſt facere partes inæquales inter filios, dummodo eis non tollat legitimam.
79 Filij æqualiter in legitima admittuntur.
80 Renunciantibus iura ſua, non datur ad illa regreſſus.
81 C. quamuis de pact. in 6. non procedit, vbi renunciatio non eſt iurata: nec vbi interuenit doluſ. n.84.
82 Renunciatio bonis paternis de iure ciuile improbatur.
83 Renunciatio poteſt reſcidi ex enormiſſima læſione non obſtantibus clauſulis quibuſcumque, et iuramento. et num.86.
85 Dolus ex enormiſsima læſione oritur.
87 Læſio enormiſsima eſt euidens ſi nihil renuncianti detur.
88 Renunciatio annullatur, ſi nihil detur, cum tunc detegatur impietas Patris.
89 Hæredum ſuorum appellatione veniunt hæredes ſanguinis.
90 Hęredes ſui qui ſint remiſſiuè.
91 Renuntiatio expirat extinctis perſonis, in quarum gratia fuit facta.
92 Certioratio valoris bonorum eſt neceſſaria in renunciatione.
93 Dos eſt imputanda in legitimam.
94 Supplementi fructus debentur à die mortis, etiam abſque mora hæredis, & interpellatione.
95 Fructus legitimę taxantur ad rationem quinque pro centenario.
96 Fructus Dotis taxantur ſecundum locorum morem ceſſante ſtatuto.

MAternarum dotium expedito iuditio à Ioanna, Lucretia, Conſtantia, & Eleonora ſororibus, vt dixi ſupra *in colluct. Legal. prima* non obſtante, quod iterum aduerſus illas opponeretur pro parte D. Franciſci Selerij exceptio retentionis bonorum pulſatorum ab actri-

Digitized by Google

actricibus tamquàm fideicommiſſo per olim Benedi-
ctum Selerium ordinato, & ad eundem Franciſcum
extenſo ſuppoſitorum; ex eo præcipuè, quod dotes
1 Annæ matris actricum, & vxoris Ioannis Baptiſtæ
filij, ac deſcendentis D. Benedicti poterant ſine dif-
ficultate extrahi, etiam ex cauſa ipſarum reſtitutio-
nis a fideicommiſſo præfato vigore *Auth. res quæ C.*
comm. de leg. Cephal. conſ. 574. lib. 4. Menoch. conſ. 33. &
lib. 4. de præſump. præſump. 190. Bec. conſ. 54. Marzar. de
fideic. q. 48 Petra cod. tr. q. 8. n. 345. Pereg. eod. tr. art. 42.
n. 13. 81. & ibi Cenſal. §. ſecũda concluſio f. 279. col. 1. Gra-
tian. diſcep. 331. num. 1. & ſeqq. Carpan. ad Stat. Medio-
lan. cap. 454. num. 45. & ſeq. Fuſar. de ſubſtit. q. 532. vbi
innumeros conglomerat, & ſub num. 2. verſ. primam te-
neo; inquit, hodiernis temporibus temerarium eſſe ab
hac ſententia, ſeù receptiſſima, & ſemper in praxi ſer-
uata, in conſulendo, & iudicando recedere: *Cui acceſſe-*
runt Senatus Mantuanus apud Surd. dec. 62. Senatus Pe-
demont. dec. 151. & omiſſis pluribus, iiſque multis eandem
ſententiam amplexum eſt Auditorium Sacræ Rot. Rom.
cor. Coccin. dec. 218. n. 2. cor. Cardin. Seraphin. decis. 678.
num. 5. par. 1. & poſt Fenzon. ad Stat. Vrb. dec. 93. & poſt
Merlin. de legit. dec. 33. ſub num. 6. 7. cum alijs per Add.
ad Buratt. dec. 641. n. 23. & ſeqq. & cor. Pen. dec. 1407.
num. 4. tom. 2. in impreſs. Lugdun. & in rec. dec. 338. n. 5.
6. p. 5. et dec. 210. n. 4. p. 6. et in Roman dot. 14. Febr. 1642.
§. nimis obſtat. cor. Dunozet dec. 232. num. 17. ac prius in
Rom. Salutan. de Caſalibus 21. Iun. 1641. §. potioritas
autem vbi & Doctores, & aliæ deciſiones annectuntur
cor. Cerro dec. 189. num. 7. apud eund. Zacch. vbi ſupr. i,
in Roman. taxationis dotis 17. Nouembr. 1646. cor. Du-
nozet, & in Roman. fideicom. de mutis 11. Ian. 1649. §. ſe-
cunda eſt verſ. irrefragabile enim cor. Meltio dec. 213. n. 4.
poſt Merlin. in 4. tract. de legit. repetita dec. 12. num. 3. poſt
Cenſal. ad Peregr. de fideicom. & pariter dec. 12. apud
Tenagl. de S. Rotæ Audit. lib. 1. ſub cap. 6. quod opus repe-
ritur annexum cum Leon. de præparator. iudic. ac alibi ple-
nè Boſs. de Dote c. 16. §. 6.
2 Et iſta concluſio procedit licet fuerit prohibita
alienatio bonorum fideicommiſſo ſuppoſitorum,
etiam ex cauſa dotium conſtituendarum, vel reſtituen-
darum. *Bart. in l. filiusfam. §. diui q. 2. et ibi alij ff. de legat.*
1. Curt. iun. conſ. 59. Cephal. conſ. 574. num. 16. Petra de
fideic. q. 8. num. 436. Peregr. eod. tract. art. 42. n. 6. & ſeqq.
& ibi Cenſal. verſ. tertio declaratur f. mihi 275. col. 2. Ro-
uit. conſ. 54. vol. 1. Cenall. comm. contra comm. q. 743. Fa-
chin. contr. iur. lib. 4. cap. 48. Peregr. dec. 96. Surd. dec. 62.
cum multis alijs apud Fuſar. d. q. 531. num. 71. vbi in fin.
putat, in conſulendo, & iudicando, non eſſe ab hac
opinione recedendum. *Sic Rota, diſcuſſo articulo, dec.*
93. per tot. poſt Fenzon ad Stat. Vrb. & in rec. dec. 312. p.
6. & dec. 30. num. 16. p. 7. & cor. Merlin. deciſ. 459. n. 21.
22. tom. 1. & dec. 657. num. 2. vbi, quod Rota ſic ſæpius
reſpondit, & dec. 671. numer. 16. 17. et dec. 884. numer. 1.
Vbi innumeros congerit, & dicit, hanc opinionem
eſſe in omnibus tribunalibus canonizatam, *tom. 2. &*
cor Otthobon. d. dec. 43. num. 9. Et nedum ſi agatur de
3 fideicommiſſo aſcendentis maſculi, verùm, & de
fideicommiſſo aſcendent is fœminæ, vt matris mariti,
& reſpectiuè ſocrus vxoris: vt in fideicommiſſo ma-
terno, & ſocrus decidit *Rota cor. Pen. dec. 1359. num. 9.*
& d. dec. 1407. num. 5. tom. 2. et in Roman. dot. 23. Iun.
1645. §. pro ſatisfactione verò, & 25. Maij 1646. §. 1. cor.
Eminentiſs. Otthobon. in eius impreſs. dec. 43. num. 3. &
dec. 71. num. 2. repetit poſt Merlin. de pign. & hypoth. dec.
101. num. 3. et dec. 120. num. 1. et de iiſdem meminit ea-
dem Rota in d. dec. 213. num. 14. poſt Merlin. de legit. et d.
dec. 12. num. 11. penes Cenſal. ad Peregr. de fideic. et con-
currunt Peregr. de fideic. d. art. 42. num. 46. Intrigliol. dec.
ſicul. 4. num. 51. Giurb. ad conſuet. Meſſan. cap. 13. gloſ. 1. n.
14. in fin. p. 1. Gratian. diſcep. 65. num. 9. et diſcep. 331. n.
4. et per tot. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 1. p. 2. n.
4. tom. 2. Cenſal. ad Peregr. vbi ſup. §. ſecunda concluſio
verſ. decimo declaratur, vbi alios adducit f. mihi 282. col.
1. et 2. Boſs. de Dote cap. 16. n. 210. et ſeqq.

Sicuti autem prior aſſertio declaratur generaliter,
tunc demum habere locum, quoties bona libera, &
4 non ſubiecta fideicommiſſio haud extant, cum reme-
dium d. Auth. reſquæ ſit ſubſidiarium; vt per ſcriben.
ſuper eadem Auth. & iuxtà tradita, tam quoad conſti-
tutionem, quam quoad reſtitutionem dotis, *à Fuſar, et*
ab allegatis per eum, de ſubſtit. q. 531. num. 121. et dict. q.
532. num. 33. latè Cenſal. ad Peregr. d. ar. 42. in prin. verſ.
hæc concluſio f. 275. col. 1. et 2. Surd. d. dec. 62. num. 4. Ro-
ta cor. Sanc. memor. Gregor. XV. dec. 266. num. 10. et cor.
Buratt. deciſ. 641. et ibi Add. numer. 19. et in d. dec. 189.
num. 32. poſt Zacch. de oblig. Camer. et poſt Merlin. de le-
git. dec. 164. num. 2. et dec. 199. ſub num. 5. verſ. quia tri-
tum eſt, et dec. 211. n. 1. et alibi ac in Roman. cenſ. 30. Ian.
1651. cor. Dunozet.
5 Ita concluſio altera, quoad fideicommiſſum ma-
ternum non vindicat ſibi locum, nedum quando ad
ſunt bona libera, verum &, quando mariti, ſeù alio-
rum aſcendentium bona concurrunt; vt per *Rot. cor.*
Otthobon. d. d. dec. 43. et 71. ac per alios DD. ſuperius ad-
ductos apertiſſimè traditur, et ſignanter à Cenſal. d. verſ.
decimo declaratur alleg. f. 282. Boſs. de Dot. d. c. 16. num.
225.

Porrò in caſu noſtro, declarationem præfatam mi-
nimè obtinere dicebatur.
6 Tum quia ex aduerſo non docebatur, bona libera,
cum quibus dos Annæ potuiſſet ſolui, & reſtitui, exta-
re, vt iuris erat, propter ſundatam intentionem
actricum in præſumptione iuris excluſiua pluralitatis
bonorum, ſecundùm *Rot. in Roman. Cenſ. 26. Iun. 1647.*
§. ſed fuit reſponſum verſ. contrariam verò cor. Bicchio.
dec. 16. num. 19. poſt Salgad. in Labyrint. credit. et in ea-
dem 1. Iul. 1648. §. verum his non obſtantibus, et ſeq. cor.
eod. dec. 211. n. 4. 5. et infrà poſt Merlin. de legit. et cor.
Cardin. Mantic. dec. 152. ſub num. 6. verſic. et ſi aliquis, et
in rec. dec. 66. num. 4. par. 1. Leo. dec. Valent. 171. num. 7.
cum multis concord. in. ibid. adduct. Fuſar. de ſubſtit. d. qu.
531. num. 123. nouiſſimè Boſs. vir. doctiſſim. de Dote. c. 16.
à n. 138.

Tum etiam, quia verſabamur extrà omne dubitan-
di motiuum, ob receptionem eiuſdem dotis ſactam
7 à Benedicto fideicommittente, vt ſupra *in prima col-*
lect. fuit oſtenſum; quo caſu tanquam æs alienum ab
ipſo contractum de bonis illius, & ſi fideicommiſſo ſu-
biectis ſolui debebat, & pro tali ſolutione eadem bona
poterant alienari. *l. filiusfam. §. diui. ff. de leg. 1. l. pater fi-*
lium. ff. de leg. 3. l. alienationes. ff. famil. erciſc. Natta conſ.
110. num. 13. Menoch. conſ. 245. n. 21. Honded. conſ. 58. n.
25. lib. 1. Mantic. de coniec. vltim. volunt. lib. 9. tit. 8. num.
11. Gail. obſ. 137. num. 7. lib. 2. Peregr. de fideic. art. 40. n.
18. Fuſar. de ſubſt. q. 541. num. 1. Vbi, quod eſt receptiſ-
ſima omnium ſententia. *Surd. deciſ. 62. numer. 21.*
22.

Iuditio, inquam, præfato à dictis ſororibus ex-
pedito, egerunt ad ſupplementum earum legitimæ
aduerſus ipſummet D. Franciſcum Selerium hæredem
vniuerſalem, & poſſeſſorem bonorum q. Ioannis Ba-
ptiſtæ illarum Patris: & vt actionem valdè introdu-
cerent propoſuerunt formam petitionis traditam
8 *à Bart. conſ. 17. lib. 1. de quo Boer. dec. 150. n. 7. p. 2. Craſs.*
§. legitima q. vlt. in fin. Mangil. de imput. q. 13. num. 20.

Merlio.

Merlin.de legit.lib.20. tit.4.q.2. numer.7.et per Rot. in
monitis faliſc.ſupplem. legit.18. Iun.1642.§. nec obſtare
viſa.cor. Bichio. dec.130. num.4. apud Merlin.in eodem
tract. de legit.et in foroſempr. bonor.14. Martij 1650.§.
non obſtat quod ante cor.Bichio.dec.42.num.51. poſt Sal-
gad.in Labyrint.creditor.repetit.penes Merlin.vbi ſuprà
dec.200.num.28.

Quibus in locis ſicuti ſtatuitur potiori loco fore de-
9 ducendum,vt actioni intentatæ aditus non claudatur,
in bonis defuncti tot extitiſse bona,& tanti valoris;ità,
ante firmatum hæreditatis ſtatum non poſſe agi ad
ſupplementum legitimæ, omnes præfati DD. conclu-
dunt;et præciſius Merlin.de legit.lib.3. tit.3. qu.2. ſub n.
13.verſ.deniquè notandum in Add. et Rota in d. d. deciſ.
200.n.28.poſt eund. Merlin. de legit. et dec.42. num.51.
poſt Salgad.in Labyrint. creditor. Ità vt valorem bono-
rum defuncti probari debere, dicat Rota in d. dec.130.
ſub num.3. verſ.et primo quod apud Merlin. vbi ſuprà: &
10 æſtimationem fieri oportere contendat ipſemet Mer-
lin.in alleg.tract.lib.5.tit.4.d.q.2.ſub num.7. verſ. ſecun-
do,quod erant.

Idcircò,cum pro parte actricum,hoc non fuerit fir-
matum, & de Statu hæreditatis olim Io: Baptiſtæ ea-
rum Patris non fuerit doctum, eaſdem fore excluden-
11 das à petitione propoſita, concludebatur ad tex. in l.
qui accuſare.C.de eden.l.2.ff.de probat.cum vulgar.apud
Barboſ.axiom.10.n.2.Thomat.dec.50.n.85.et dec.93.n.
9.tom.1.et dec.174. num. 31. et dec.249. num.1.tom.2.
Camuncul.dec.59.num.35.Rota in rec. dec.71.nu.7. dec.
317.num.29.et dec.441.num.8.p.4.tom.2. et dec.26.n.
24.dec.124.num.31.et dec.173.n.3.p.5.et dec.106.n.1.
dec.115.n.1.p.6.

Porrò, cum dubitari non contingeret an ſupple-
mentum deberetur iiſdem ſororibus, ex quo certum
eſset, dotes ab ipſis habitas minores legitima longè
fore: præcipuum ſuprà recenſitum ceſsabat actionis
intentatæ requiſitum, quia illud obtinere duntaxat
12 quoties dubitatur,an ſupplementum ſit locus,decidit
Rota in d.d.dec.42.num.51.verſ. quia ex datis, et n. ſeq.
poſt Salgad.in Labyrint. credit. et dec.200. ſub n.28.29.
poſt Merlin.de legit.

Quinimò valor bonorum, ſeù hæreditatis paternæ
13 vlteriori non indigebat probatione, nam de partium
conſenſu certus ſupponebatur, & ex illo euidenter
conſtabat ſupplementum intrare ad tradita per Pere-
gr. de fideic. artic.36. numer.29. qui monetur à tex. in l.
fundum Cornelianum. ff.de nouat. et in l. cauſas, et in l.
ſub prætextu C.de tranſac.et ſequitur Rot. in d. dec.130.
n.15.poſt Merlin.de legit.

Vnde, cum difficultas verſaretur circa quantitatem
pro eodem ſupplemento debitam, Statui potuit iuxta
14 numerum filiarum, vt decreui, legitima Actricum
in tertia parte bonorum Patris earum prædefuncti, ex
qua proindè dignoſci poterat certa quantitas pro ſup-
plemento; ſecundùm ea, quæ traduntur à Rota in d.
dec.200.ſub n.29.poſt Merlin.de legit.et d.dec. 42. ſub n.
52.poſt Salgad.in Labyrint.credit.

Et diſſiniendam fuiſse legitimam dictarum ſoro-
15 rum in d.tertia parte, non erat dubitandum, ex quo
ipſæ erant quattuor,ſecundùm tex.in Auth.nouiſſima.
C.de inoff.teſtam.Peregr.de fideic.art.36.num.2.Merlin.
de legit.lib.1.tit.3.q.1.num.2.4.vbi concordan. Giurb. ad
conſuet.Meſſan.c.4.gloſ.4.num.27.par.1.Pigant.ad Stat.
Ferrar.lib.2.Rub.140.ſub numer.7.tom.2. Cyriac. contr.
262.num.35.Altograd.conſ.58.num.26.lib.1. dixi infrà
colluct.41.num.43.vbi affero Rot.deciſiones.

Ac ſucceſsiuè, cum ipſis licet filiabus fœminis
16 integra non fuerit eadem legitima tradita, iure
potuerunt petere ſupplementum illius.l.omnimodò.C.
de inoff.teſtam.Merlin.de legit.lib.3.tit.3.q.1.n.1. et q.2.
num.1.Giouagn.conſ.41. num.18. et ſeqq. lib.1. Carpan.
ad Stat.Mediol.c.278.num.214.in fin.Mangil. de imput.
q.52.n.83. Rota dec.65. n.7. poſt Merlin. de legit. et cor.
Merlin.dec.848.n.3.vbi concordan. repetita poſt Merlin.
vbi ſup.dec.169.n.3.

17 Eſt enim, pro indubitato, omnem ſexus differen-
tiam hodiè de iure communi eſſe ſublatam, & ſic fœ-
minis quoque legitimam deberi l. maximum vitium C.
de liber.præter.Gratian. diſcep.637. num.18.19. Merlin.
de legit.lib.1.tit.2.quæſt.1.num.3.vbi concordan. & ver-
ſic.extenditur primo addo Sabell.var. reſol. & reſpon. c.
90.num.2.Rotam cor.Cardin. Canaler. dec.260. num.1.
& cor.Merlin.dec.248. numer.1. atque per conſequens
18 iiſdem fœminis competere ſupplementum,quod con-
ceditur illis, quibus ius ad legitimam datur. Burſat.
conſ.2.num.20.Mareſc.var.reſol.lib.2.cap.8.ſub num.2.
verſ.tum et tertio Merlin. de legit.lib.3.tit.3.d.q.2.ſub n.
19 6.verſiculo quinimò nequè: Eodem namque modo, &
iure que legitima cenſetur, & ſupplementum, ſeù il-
lius pars, & acceſſorium regulatur.Cancer.var.reſ.lib.
1.cap.3.numer.4.quem vna cum alijs adducit Rota in
ſæpe citata deciſ.130. numer.7.poſt Merlin. de legit.

Et quamuis verſari diceretur in fœminis ab inteſta-
to excluſis, ſecundùm Stat.Ferr.lib.2.Rub.139. atque
20 conſequenter inaniter tractari de ſupplemento legi-
timæ, cum ipſa legitima excluſis à ſucceſsione ab in-
teſtato non debeatur.Cephal.conſil.53.num.55. Cyriac.
contr.243.num.30.& contr.367.num.11.vol.2.Honded.
conſ.10.num.16.17.lib.1.Surd.conſ.401.num.23. verſic.
minus repugnat.Peregr.de fideic.art.36.numer.6.& art.
38.num.16.Altograd.conſ.5.num.35.et conſ.58. num.4.
et conſ.87.num.21.lib.1.Gratian.diſcep.496.num.41.42.
Merlin.de legit.lib.1.tit.1.quæſt.1.numer.12. et latiſſimè
lib.3.tit.1.q.2.ſub num.35.verſ. contraria autem, et non
numer.ſeqq. et maximè num.42. Vbi innumeros DD.
hanc aſſertiorem, veriorem, & communiorem pro-
fitentes adducit.Sic Giurb.ad conſuet. Meſſan.p.1. c.11.
gloſ.6.num.9.Mangil.de imput.q.55.num.16.Bottilier.de
ſucceſs.ab inteſt.cap.1.theorem.26.num.2.Sabell.var.re-
ſol.et reſpon.cap.82.num.23.Fuſar.de ſubſtit. quæſt.297.
num.18.Marcabr.conſ.79.numer.95. et ſeqq. Pontirol.in
reſp.pro Mambell.num.399.verſ. quia cum deficiat Pha-
nuc.in terminis d. Statuti conſil.33. num.21. apud Mar-
zar.Noal. de tranſmiſs.caſ.21.ſub n.18. et ſequitur Rota
cor.Cardin.Seraphin.dec.963.numer.2. et cor.Pen.deciſ.
1248.ſub numer.5. verſic. et ratio eſt, et ibi Add.
litt. A.

Ex illo paſsim circumlato fundamento, quoniam
ius petendi legitimam metimur à ſucceſsione ab inte-
ſtato, vt pro abſoluto admittunt omnes nunc addu-
cti, & traditur à Peregr.conſ.80.num.22. lib.1. Marta
de ſucceſs.legal.p.2.quæſt.4.ar.1.n.28.Michalor. de duo-
bus fratrib.p.3.c.13.n.51.et infrà.Rota in d.dec.42.ſub n.
15.poſt Salgad.in Labyrint.creditor.et dec.200.n.10. poſt
Merlin.de legit.

Et propterea non dari ſupplementum, vbi non ca-
dit legitima ad Caſtrenſ.conſ.404.poſt prin. lib.2. et per
Altograd.conſ.87.ſub numer.25. lib.1. vbi etiam allegat
Bertaz.conſ.108.num.11.et conſ.109.n.19.Paſeth.conſ.
90.num.8.

21 Tanto fortius ſtante diſpoſitione eiuſdemmet Sta-
tuti Ferr.lib.2.Rub.141. Vbi ſancitur,quod filia ſit con-
tenta eo,quod Pater ſibi dederit in dotem, nec vltra
illud occaſione legitimæ poſsit inquietare, & de hære-
ditate patris petere: quo fit, vt cum Actrices iam
fuerint ab earum Patre dotatæ,modò non ſint audien-
dæ ſu-

dæ ſuper petitione ſupplementi legitimæ: tum ex
claris verbis ipſius Statuti: tùm per tradita à Bart. in
l.titio centum §.titio genero ff. de condit. & demonſtr. &
ab Alex.conſ.209.vol.6.Gabr.conſ.116.ſub num.14. &
infrà vol.1.Mangil.de imput.d.q.52.numer.84.ac in pun-
cto d.Statuti à Paſeth.d.conſ.90. num.8. Menoch. de ar-
bitr.caſ.149.numer.2. Altograd. in indiuiduo d. conſ.87.
n.25.26.lib.1.

Nihilominus, ſupplementum, fuiſſe concedendum
exiſtimaui: nam pro reſponſione in medium afferebatur,
argumentum quidem ab excluſione ſucceſsio-
nis ab inteſtato deductum, vti generaliter proditum
eſſe certiſsimum: verùm in terminis Stat. Ferr. in d.
Rub.137.& ſeqq. maximam pati difficultatem quini-
22 mò non eſſe attendendum, cum ſimus in caſu, in quo
per eadem Statuta reſeruatur legitima, vt in præſenti,
traditur, eiquè argumento ità reſpondetur in puncto
Stat.Ferr.à Sigiſmundo Deſcalc.inter conſ. Marzar. conſ.
30.ſub num.24.verſ.quia retenta, & verſ.ſeq. vbi oſten-
dit, quod excluſus à ſucceſſione ab inteſtato eſt ex-
cluſus a legitima, quotieſcumque ipſa legitima ex-
cluſo, non reſeruatur a Statuto; ſecus ſi reſeruetur,
nam tunc etiam ſic excluſo legitima debetur, ſecun-
dùm Barbat.conſ.24.et DD. in l. gallus.§. et quid ſi tan-
tum ff.de lib.& poſth. Et ſi etenim ab illo Statuto exclu-
dantur fæminæ à ſucceſsione prædicta, attamen ipſis
non denegatur, ſaltem reſpectu quantitatis, dos
aſcendens ad legitimam, ſi excluſæ ſint filiæ, vel de-
23 ſcendentes, vt in præſenti: immò ſi fuerint dotatæ
dotæ minore legitima, poſſint agere ad ſupplemen-
tum legitimæ: vt apertis verbis deciditur in ead.Rub.
139.verſ.conſtituta tamen, & ſeq.

Porrò, cum Statuti huiuſmodi præſentanea diſpoſi-
tio illuc tendat, vt præmiſſa fæminarum excluſione, ob
maſculorum exiſtentiam neceſſaria deindè conſpicia-
tur prouiſio in illis caſibus, quibus fæminæ excluſæ
perantea non fuerunt dotatæ, vt ibidem videre eſt, id-
circò cum non verſemur in his terminis, omiſsis ijs,
quæ potius ad pompam, quam ad veram cauſæ deci-
ſionem adducebantur, totus difficultatis nodus re-
ſtringebatur ad caſum, in quo filiæ iam a patre dota-
tæ, quanquam à ſucceſsione inteſtata excluſæ, nihilo-
minus ſupplementum legitimæ ſibi deberi præten-
dunt; atque ita alteram d.Stat. Rub.141.in aduerſum
oppoſitam examinandam fore dicebatur.

24 Hancque ad trutinam redactam non obſtare dixi,
quoniam in illius terminis filiæ licet per prius excluſæ
a ſucceſsione ab inteſtato, maſculorum intra gradus
præſcriptos data exiſtentia, debent eſſe contentæ,
eo, quod ſibi Pater dederit in dotem, donec erunt
aliqui de deſcendentibus, vel aſcendentibus maſculis natis
ex legitimo matrimonio, Sicquè temporaliter duntaxat
25 debent, vt ſupra remanere contentæ ex vi illius di-
ctionis Donec, quam importare temporalitatem ſua-
detur à traditis per Rot.in Interamn.vſusfruc.18. Iunij.
1649.§.reſpectu enim cor.Cerro.dec.50.num.24.poſt Sal-
gad.in Labyrint.creditor.& dec.202. num.20. poſt Mer-
lin.de legit.& per ipſum in tract.lib.3.tit.1.quæſt.3. num.
15.16.vbi loquitur in iſtis terminis benè Honded.conſ.29.
ſub n.2.3.lib.1. Mangil.de imput.q.52.ſub num.85.verſ.
vbi concludunt. Ac omnes mox citandi.

Quocirca ipſis maſculis deficientibus, vt in præſen-
ti, nam D.Franciſcus non eſt de aſcendentibus, vel
deſcendentibus extra omnem difficultatem, filiæ ha-
26 bent reintegrationem, & ius petendi ſupplementum
non remanet ſublatum, & ſi priùs ſteterit in ſuſpenſo;
vt in puncto Laderch.conſ.70.numer.6. Pigant. ad Stat.
Ferr.lib.2.d.Rub.141.ſub num.8.verſ. in qua tom.2. vbi
Addit.Rimin.iun.conſ.455.lib.4.Merlin.de legit.lib.3.tit.
1.quæſt.14.num.22. & ſeqq.Rot.in rec. dec.475.p.2. &
cor.Buratt.dec.851.872.930. Quibus omnibus adiun-
gere lubet in terminis eiuſd. Statuti Altograd. d. conſ.
87.ſub num.24.verſ.ſecundo dum Statutum, & ſub num.
27.verſ.altera eſt vol.1.vbi de hac re diſſerentes, & hanc
ipſam concluſionem in puncto firmantes conglomerat Ce-
phal.conſil.404.num.19.Bertazol conſ.109. ſub num.21.
22.Rimin.iun.conſ.31.num.18.19.Galuan.conſ.31. num.
69.& infrà benè Conting. in alleg. pro Bonleis §.ſecundo
memorata.

Vndè argumentum ex aduerſo factum, vt potè ex-
cluſionem fæminarum perpetuam præſeferens officere
nequit, cum ſimus in Statuto eandem excluſio-
nem temporaliter permittens, & reintegrans eaſdem
fæminas aduerſus etiam paternam dotationem defi-
cientibus deſcendentibus, vel aſcendentibus; adeovt idem
argumentum ceſſet ſtatim ac ſublatum conſpicitur
impedimentum, & non militet in præſenti, cum exclu-
27 ſio temporalis non poſsit, nequè debeat ad perpetui-
tatem trahi, atquè extendi l.in lege.ff.ad l.falcid.Merlin.
de legit.d.q.3.n.16. & pro euerſione eiuſdem argumenta-
tionis, iſtis retentis terminis, conducunt tradita ab omni-
bus, nunc ſuprà citatis; & ab ipſomet Merlin. eod. q.3. n.
15.16.Mangil.d.q.52. ſub n.85. & quæſt.61. numer.34.
Honded.d.conſ.29.numer.3.4. & conſ.65. n.54.lib.1.&
conſ.9.ſub num.8.lib.2.cum alijs apud ipſos. Et ita argu-
mentum collidere ex diſpoſitione eiuſdemmet Statu-
ti patentiſsimè liquet.

Nequè opus fuit aggredi perdifficile dubium, An
Dos in terminis dictorum Statutorum ſuccedat loco
legitimæ.

28 Quoniam ſiuè ſequamur partem negatiuam, quam
tuentur Menoch.conſ.81.Cranet.conſ.752. Cat. conſ.29.
apud Marzar.et ibi Ronchegal. conſil.35. Cephal. conſ.5.
Paſeth.conſ.90.Bertaz.conſ.109.Marcabr.conſ.79.n.93.
Peregr.conſ.5.n.13.& ſeqq.lib.5.quos omnes allegat, &
ſequitur Altograd.d.conſ.87.n.16.vbi in verſ. ex quibus
dicit, ab hac ſententia vti veriſsima, & receptiſsima
non eſſe in iudicando, & conſulendo recedendum.
lib.1.

Patrocinante pro illis diſtinctione Caſtr. in l. Titio
centum.§.Titio genero.n.7.in prin.& n.8.in fine, verſ.ego
pluries conſultus.ff.de condit.et demonſtr. nempè, quod
29 aut Statutum dicit, quod extante maſculo filia non
ſuccedat, ſed debeat dotari; & tunc dos loco legitimæ
non ſuccedit: aut Statutum non ſimpliciter maſculo-
rum intuitu filiam excludit, ſed propter dotem, ſi do-
tata ſit: & tunc dos loco legitimæ ſubrogata cenſetur.

Sed in caſu Statutorum Ferrar. lib.2. Rub.139. ſim-
pliciter excluduntur fæminæ, dotandæ tamen, vt in ip-
ſa, & in ſequenti Rub.140.Statuitur: meritò, Dotem
loco legitimæ non ſuccedere concluditur in ſpetie
eorund.Stat.ab Altograd. alleg. conſ.87. n.11. vbi mul-
tos, eoſque magni nominis DD. præfatam diſtinctionem ſe-
quentes adducit prout prius in conſ.58.num.5. lib.1. & in
conſ.17.n.3.vol.2.et verè illam comprobarunt Gabr.conſ.
5.lib.1.et conſ.139.140. lib.2. Mazzol. conſ.19. Peregr.
conſ.79.num.24.lib.1.& de fideicom. art.38. numer.23.
Marta vot.47.Poſt. reſol.68. n.135. Noal. de tranſmiſs.
caſ.17.ſub num.18.Mantic.de coniec.vlt. vol. lib.11. tit.
22.ſub n.47.verſ.veruntamen. Menoch. præſump.146.n.
40.et ſeqq.lib.4.Trentacinq.var. reſol. lib.1. tit. de legit.
reſ.3.num.11.Surd.de alimentis tit.3.quæſt.1. numer.39.
Poſſent.ſing.332.num.3. cent.4. Marta de ſucceſs. legal.
tom.1.p.1.q.13.ar.2.n.36. & ſeqq. Carena reſol.150. n.
12.Honded.conſ.53.n.2.lib.2.Gratian.diſcept.689. n.44.
& diſcept.700.n.29.30.Mareſc.var.reſol.lib.1.c.28.n.4.
5.11.

5.11.*Cyriac.contr.71.num.13.14. & contr.72. num.10.*
lib.1.Pontirol.in reſp.pro Mambell.num.397.& ſeqq.vbi
rationem huius diſtinctionis acutiſſimè de more ex-
cogitat,& aſſert. *Merlin.de legit.lib.3.tit.1.q.8. n.9.* vbi
innumeros concordan.congerit, & n. n.ſeqq.vbi latè
ipſam diſtinctionem ab omnibus contrarijs tuetur.
nouiſſimè Sabell.var.reſol.& reſpon.c.60.n.2. Michalor.
de duob.fratrib.p.1.c.33.num.8.et p.3.c.4.numer.12. &
ſeqq.et eam paſſim ſequitur Rota Romana, vt cor. Millin.
dec.317.num.4.et cor.Greg.dec.565. num.4. et ibi Add.
n.11.cor.Seraph.dec.959.n.5.cor. Buratt. dec.215. et ibi
Add.litt.B. cor. Pen. dec.745.n.5. et ibi Add. tom.1. in
impreſ.Lugdun.et poſt Merlin.de legit.dec.74.n.2.et dec.
106.n.7.et dec.114.num.8.et dec.133.num.3.et dec.197.
n.2. iſta eſt in Tiburtin. hæreditat.16. Martij 1640.§.et
quidem ex verbis cor.Eminentiſs. Veroſp. illa verò eſt in
ead.26.Maij 1642.§.adeoquod cor.Bichio. et dec.202.n.
5.6.quæ eſt in Interamnen.vſusfruct.18.Iun.1649.§. Ca-
therinæ ſcilicet cor.Cerro. repetita dec.50.pariter n.5.6.
poſt Salgad.in Labyrint.creditor.et dec.113.§.et licet eiuſ-
dem poſt Fenzon ad Stat.Vrb.et in diu.dec.540.p.1. et in
rec.dec.400.num.32.et ſeqq.p.5.ac alibi, vt nouiſſimè in
Eugubina diuiſionis.13.Maij 1658.§.non ſubſiſtit, et ſeq.
cor.Beuilaqua,et in Roman. tranſact.2. Maij 1659.§.nec
reſiſtit Statutum vbi concordan.cor.Celſo,et per Theodoſ.
Rubeum ſing.Rotæ Roman.p.3.ver. Bart. §.92. verſ. ap-
probatus fuit volum.2. nuper Boſs. de Dote. cap.7. nume-
ro 43.

30 Siuè ſequamur (relictis alijs præcitatæ ſententiæ
fundamentis) partem affirmatiuam, quam acriter
ſuſtinent in puncto eorundem Ferrariæ Statutorum
Ruin.conſ.26.et ibi Socin.vol.3.de quo Diſcalc.inter conſ.
Marzar.conſ.30.ſub num.12.verſ.et quod Statutum. Cra-
uet.conſ.752.ſub num.11.et ſeqq.vol.5.Laderch.conſ.25.
Galuan.con.31.Contugh.in Allegat.pro Bonleis incip. Ar-
dua,et perdifficilis fortaſsè.Rota Ferrarien. apud Leoncil.
dec.123.n.2.3.Pigant.ad Stat.Ferr.lib.2.d.Rub.139.ſub
n.48.verſ.et quod ſuccedat. Vbi, quod hodie dubitatio-
nem non habet. *Et d.Rub.140.n.13. et d. Rub.141. n.7.*
vol.2,quibus in locis plures adducit.

31 Fauente,præ alijs,concluſione illa,quod,vbi Statutũ
excluſiuum,fæminarum iubens eas dotari debere facit
aliquam mentionem legitimæ, Dos ipſa ſuccedit lo-
co legitimæ,vt per *Ancharan.conſ.232.n.1. in fin. Rim.*
iun.conſ.157.num.15.et ſeqq.Menoch.conſ.251.num.49.
lib.3.Præt.de interpret.vlt. volunt.lib.3.interpr.1. dubit.
5.ſolut.4.num.17.Honded.conſ.53.num.10.lib.2.et priùs
conſ.63.ſub num.132.vol.1.Morot conſ.23.numer.11. et
ſeqq.Contugh.in d.alleg.pro Bonleis §.primo itaque vbi in
fine teſtatur de receptiſſima omnium ſententia Galuan. d.
conſ.31.num.54.Surd.de alimen.tit.3.quæſt.1.numer.56.
Coſta de rata quæſt.37.num.4.Merlin.de legit.lib.3. tit.1.
quæſt.6.num.23.et q.8.num.18.et num.51. Rota in diu.
dec.266.num.3.4.p.1.et cor.Buratt.dec.215.repetita dec.
114.num.9.poſt Merlin.de legit.et in d. Tiburtin. hæredi-
tatis 16.Martij 1640.§.tertia coniectura verſ. vbi regu-
lam conſtituit coram Cardin. Veroſp. confirmata 26.Maij
1642.cor.Bichio d.d.dec.133.et dec.197.n.12.apud eund.
Merlin.de legit.

At *Statuta Ferrariæ in allegatis Rubricis 139.140.*
*141.*Sæpè ſæpius faciunt de legitima mentionem: me-
ritò in eorum terminis Dos ſuccedit loco legitimæ: *vt*
egregiè hac ductus argumentatione concludit *Contu-*
gh.in d.Alleg.pro Bonleis. §. Hæc cum ita ſint, et §. ſe-
quenti. Vbi adamuſsim loca Statutorum adducit, &
perpendit. *Et generaliter nouiſs.tuetur Boſs.de dote c.7.*
n.71.72.73.

32 Et licet concluſio præſata non ſit omninò tuta ex
conſideratis in contrarium *à Surd.de alimen.tit.3.d.q.*
1.n.58.et à Merlin.d.q.8.n.19.et ſeqq.iuxtà Rum.conſil.
152.n.6.7.8.lib.5.Altograd.d.conſ.87 ſub num.17.verſ.
nam reſpondetur lib.1.

33 Illam tamen receptiſsimam exclamat *Contug. in*
prædicta Allegat.pro Bonleis d. §. primo itaque in fin. Et
34 in noſtris terminis ego ipſe veriſsimam eam exiſtimo:
quoniam plures aliæ concurrunt coniecturæ, ob quas
ſimul iunctas deprehenditur,Statuentium voluntatem
fuiſſe, dotem ſuccedere loco legitimæ, & in hac ma-
teria ſufficere coniecturas, & quod aliquo modo Sta-
35 tutum indicet,dotem ſuccedere loco legitimæ, tradi-
derat *Surd.conſ.393.n.34.et de alimen.d.q.1.numer.57.*
Pereg.conſ.79.ſub num.26.verſ.& ſi diceretur lib.1.Gal-
uan.d.conſil.31.ſub num.103.et n.108. quos Laudat Rota
in d.dec.133.ſub num.7.& d.dec.197.part n.7. poſt Mer-
lin.de legit.

Quas coniecturas recenſere eſſet aliorum dicta
tranſcribere, & propterea, ſicuti in præfatis Statuti
Rubricis euidentiſsimè cernuntur, ita apud DD.pro
hac parte ſuperius recenſitos percurri, ac ſeù ſingula-
res ſignanter obſeruari poterunt:& hinc iſti affirmanti
ſententiæ ſubſcribere compellor.

36 Non ex eo, quod *diſtinctio Caſtrenſis* ſuperius addu-
cta, nullo iure ſit ſuffulta, quo ſuſtineri queat, pu-
gnet rationi omni,& ſibimet aduerſetur, vt, poſt *La-*
derch.conſ.25.num.5.et ſeqq.exiſtimauit Contug.in d. al-
legat.§.et licet reſ.verſ. illud tamen ſcio. & ſequuti fue-
runt Galuan.d.conſ.31. num.99. Gionagn. conſ.41. n.24.
25.lib.1.Bellon.de iure accreſc.c.6. quæſt.15. n.68. et no-
uiſsimè Sabell.var.reſolut. et reſponſ. c.60. ſub n.2. verſ.
37 *tum quia omiſſa;* quia cum eodem *diſtinctio* fuerit ſæpè
ſæpius *à S.Tribun.Rotæ Roman.canonizata, et approba-*
*ta,*Vt fuit oſtenſum, nefas eſt hodiè velle contra illam
refricare quæſtionem, ob maximam auctoritatem
38 eiuſdem ſupremi Tribun. ex congeſtis per *Altograd.*
conſ.104.n.38.et ſeqq.vol.2. et à Rot.in rec. dec.34. n.2.
3.et dec.151.n.6.7.p.7.et cor.Buratt.dec.863.n.13.tom.
2. ac à Maſsin.de confiſc.q.31.ſub nu.28.et à Spada conſ.
131.n.46.lib.1.

39 Sed, quoniam in dubio facienda eſt interpretatio,
vt Dos loco legitimæ ſuccedat,ſecundum *Corn. conſil.*
40.n.13.lib.3.Laderch.d.conſ.25. ſub n.4. verſ. tertia in-
ſpectio de quibus Merlin.de legit.lib.3.tit.1.q.6.num.32.
adde Menoch.præſ.201. n.16. lib.4. et nouiſsimè Sabell.
var.reſol.et reſpon.c.60.n.3.

40 Et quidem rationabiliter, nam de iure communi
regula eſt, vt Dos filiarum loco legitimæ ſuccedat ad
tex.in l.quoniam nouella C. de inoff. teſtam. et ſecundùm
tradita à Ripa in l.1.n.54.ff. ſolut. matrim. Diſcalc. inter
conſ.Marzar.conſ.30.n.11.Fuſar.de ſubſtit. q.296. n.68.
et quæſt.297. num.1. vbi quod hoc vbiquè ſcribunt DD.
Noal.de tranſmiſs.caſ.22.num.1.Mantic.de tacit. lib.12.
tit.22.num.11.Afflict. dec.111. num.10. verſ. et per hoc
Cephal.conſ.642.n.42.lib.5.cum alijs apud Honded.conſ.
63.numero 126. lib.1. Mangil. de imput. quæſt.53. nu-
mero 5. Menoch. conſil.8. numer. 13. Becc. conſil.112.
numer.9.Surd.conſil.291.numer.20.Rota dec.90.numer.
4.poſt Merlin. de legit.et coram Pen. deciſ.376. numer.
1.in impreſſ.Venet. alias dec.479. numer.2. ex Lugdun.
tom.1.et in Maceraten. hæredit.18. Febr.1656.§. Hanc
verò legitimam verſic.itaut ipſarum dotes coram Veroſp.
et dec.138.num.2.verſ.quia dos poſt Merlin.de pignor.et
hypoth.

Quare,vt iuris communis diſpoſitio quominus fieri
41 poſsit corrigatur à Statuto ſumenda eſt interpretatio.
DD.in l.fin.§.in computatione C.de iure deliber.ſocin.iun.
conſ.11.num.12.lib.1.Menoch.conſ.76.n.2. lib.1.Fenzon

ad Stat.Vrb.lib.1.cap.124.num.56.Honded.conſ.8.in fin. lib.2.Maſcard.de Stat.concl.4.num.51.52. Surd. dec.39. num.11.& dec.178.n.15.Giurb.dec.67.num.12.& dec. 70.ſub num.14.Rota in rec.dec.243.num.5.par.2.& cor. Greg.dec.398.num.4.& cor.Duran.dec.141.num.9.tom. 1.& apud Poſt.de manut.dec.233.num.9.& in Meleuit. commend.29.Aprilis 1652.§.nequè huius verba coram Veroſp.

Hoc autem aſſequimur quoties *Statuta Ferrariæ in d.d.Rubricis* interpretemur, velle dotem ab ipſis præſeruata fœminis excluſis loco legitimæ ſuccedere, vt de ſe patet; meritò hanc fieri debere interpretationem non eſt verendum; cum Statuta præfata ex hoc non omittant eorum effectum reſpectu excluſionis fœminarum de cætero à ſucceſsione ab inteſtato; & in iſto remaneat correctum ius commune, quod ſufficit, quia quando Statutum contra idem ius com-
42 mune poteſt operari vnum, & duos effectus, & inducere correctionem illius in pluribus caſibus, debemus illud pro interpretatione ſumi, per quod vnum duntaxat operetur effectum, & in vnico caſu inducatur correctio. *Honded.conſ.1.num.33.lib.1.& conſ.8. num.18.& conſ.93.ſub numer.75. verſ.& quando lib.2. Oſaſch.dec.167.num.22.Barz.dec.46. num.58. Thomat. dec.46.num.20.& ſeqq.Camuncul. dec.53. numer.9.10. Amat.reſol.1.num.46.& ſeqq.Andreol. contr.4. numer. 17.Medic.dec.20.num.28. & ſeqq. Altogr. conſ.4. num. 18.19.26.& conſ.88.num.14.lib.1.Maſſin.de confiſcat.q. 27.num.34.Mel. alleg.4. num 6. lib.2. Fenzon. ad Stat. Vrb.d.cap.124.num.57.& cap.175.num.10.Maſcard.de gener.Stat.interpr.concl.5.n.148.Rota in diu.dec.475.n. 6 p.1.& dec.853.num.8.p.4.& cor.Buratt.dec.167.n.5. 6.& dec.211.n.18.*

43 Nequè eſt nouum, quod quatenus adſit aliquod dubium retineri debet ille intellectus, per quem reuertimur ad ius commune. *Surd.dec.272. num.34. Rota cor.Merlin.dec.564.n.15. & in Caſenat. ſeù Sarſinat. Laudemior.19.Iun.1656.§.nam placuit reſponſio.verſ.& in omnem euentum,cor.Albergato;* Cum ſit regula gene-
44 ralis, quod non præſumitur, ſtatuentes velle corrigere, quod eſt diſpoſitum à iure communi. *Cephal.conſ. 138.num.50.Rum.conſ.38.num.6.vol.3.Dec. conſ.37.n. 7.Maſcard.de Stat.concl.5.n.149.Fenzon ad Stat.Vrb.d.*
45 *cap.124.num.59.* Et in omnem caſum ſat eſt, vt Statutum iuris communis correctorium aliquid etiam minimum operetur, vltra idem ius. *Aidouin. conſ.98. num.19.Honded.conſ.2.num.24.& conſ.93.n.75. Giurb. dec.67.num.12.verſ.quæ ſi aliquid. Rota diu. d. dec.853. n.8.p.4.*

46 Non opus, inquam, fuit perdifficilem hanc dubietatem aggredi, nam a ſectatoribus vtriuſque ſententiæ conceditur, licet vario modo, deberi ſupplementum legitimæ excluſis filiabus dotatis à Patre, quotieſcunque, ipſo dotante ab inteſtato deceſſo, deficiunt, vt in hoc caſu, maſculi aſcendentes, & deſcendentes ad formam *d.Rub.*141. Quo fit, vt ſemper actrices fuerint in Statu victoriæ, ſiuè conſequi debuerint ſupplementum earum legitimæ, vt propriæ legitimæ, iuxtà poſteriorem ex recenſitis opinionem; ſiuè, vt dotis co-
47 menſuratæ ad quantitatem legitimæ; ſecundùm auctores prioris ſententiæ, & ſignanter *Altograd.d. conſ. 87.ſub num.22.verſ.eorum igitur erit, & ſub n.27. verſ. poſſunt petere.lib.1.Laderch.conſ.127.n.2.3.Cephal.conſ. 5.n.55.Menoch.conſ.455.n.5.6.Peregr.conſ.5. n.13. & infrà lib.5.Bertaz.conſ.109.n.14. & ſeqq. Phanuc. inter conſilia Marzar.conſ.33.n.24.*

Et in omnem euentum, quo neceſſe fuiſset diſcutere præfatam controuerſiam, ad hoc ne, priori admiſſa ſententia, viderentur actrices iuditium ſine actione, vel cum minùs ſufficienti, & ipſis non competente promouiſſe, quaſi, quod ex petitione ſupplementi le-
48 gitimæ iiſdem denegati experiri, & obtinere nequiſſent, ad *l.ſi pupilli.ff.de negot.geſt.& in terminis Ronchegal.penes Marzar.conſ.35. ſub n.21.verſ eſt præterea aduertendum circa fin.& generaliter Cranet.conſ.191. n.1. Decian.conſ.2.n.47.lib.1.Giurb. ad conſuet. Meſſan. c.7. gloſ.10.p.1.n.1.vbi concordan.Altograd.conſ.20.n.1.lib. 2.Cyriac.contr.321.n.3.lib.2.Rota cor.Merlin. dec.533.*
49 *n.2.tom.1.* Cum ſit vniuerſale, agentem ſine actione, vel actione incõpetenti eſſe à limine iuditij repellendum, etiam parte non petente, & ex offitio iudicis. *l. vbi pactum,& ibi DD.C. de tranſact. Menoch. de arbitr. lib.1.q.16.Cyriac.d.contr.321.n.5.Poſt.reſol.1. num.21. Rota cor.Ludouiſ.dec.119.n.6.et in rec.dec.323.n.3.p.5. nouiſſimè Mel. qui plures adducit alleg.18. n.2. & alleg. 181.n.12.lib.2.Niger.de except.c.1.§.11.n.9.et §.21.n. 3.et ſeq.Venturin.conſ.34.n.19.20.*

50 Dicebatur, quod reſpectu quantitatis, non omnino diſſentientes erant aſſeclæ prioris partis in admittendo, dotem in terminis *d.d. Statutor. Ferrar.* Succedere loco legitimæ; vt per *Altograd. d. conſ.87. ſub num. 20. verſ.reſponſio enim, & verſ. immò quatenus lib.2.* Licet quoad reliqua talem ſub' rogationẽ penitus negarent.

51 Quinimò tuentes ſecundam partem nec ipſi totaliter concedunt, dotem loco legitimæ ſubrogari; vt videre eſt apud *Contug.in d.alleg. pro Bonleis.§. & primo imminuta cum ſeqq. Pigant. ad Stat. Ferr. lib.2. d. Rub. 140.ſub n.13.et ſeqq.et ſub n.28.verſ.et hoc reſpectu. to. 2.* quibus in locis eximuntur nonnulli caſus dimanentes ab expreſſa *Stat.* diſpoſitione.

Et eſt aduertendum, tunc demum etiam, dotem in
52 terminis d.d.Statut.legitimæ locum aſſumere, quoad quantitatem, retento caſu noſtro, quando ſcilicet præceſsit dos actualis, vel relicta à patre, & deficiunt aſcendentes, vel deſcendentes; vel, nulla conſtituta, ſeù relicta dote, agitur de filiabus defuncti ab inteſtato; ſecus, quando parens dotem, vel reliquit, vel conſtituit, & deſcendentes, vel aſcendentes extant, nam tunc voluntati paternæ eſt acquieſcendum ſecundùm *d. Rub.* 141. & obſeruat in ſpetie *Contug.d.§. et primo imminuta Pigant.add.Rub.*140.*ſub n.13. et conducunt tradita ab ipſo add.Rub.141.n.4.et infrà.*

Quocirca concludebatur, actrices non caruiſſe actione opportuna ab ipſis intentata: præſertim, quia earum petitio referebatur omninò ad diſpoſitionem Statutorum, perquæ, cum indubitanter concedatur tale ſupplementum, præſenti ſeruato caſu, non poterat negari, actionem eiuſdem ſupplementi deductam ad
53 formam *Statutor.* non competiiſſe; ex quo per relationem ad eandem Statuta factam (parum attenta ſcribentium altercatione ſuper illis) omnes eorum qualitates fuerunt in petitione, ſeù referente translatæ *ad l. aſſe tot.ff.de hæred.inſtit.Barz.dec.16. n.26. Barboſ. dict. 358.Altograd.conſ.58.n.45.lib.1.Poſſent.ſing.323. n.1. Cyriac.contr.219.n.10.lib.2.Poſt.reſol.68.n.140.et ſeqq. Rota in rec.dec.194.n.49.et dec.314.n.16.p.5. et dec.14. n.45.dec.76.n.2.dec.198.n.2.p.6.et dec.230.n.7.p.8. et cor.Canal.dec.94.n.7.cor.Mantic.dec.363.n.9.cor. Merl. dec.654.n.3.to.2.cor.Gregor.dec.522.n.10. et cor. Pegn. dec.388.n.14.in impreſs.Venet.*ac alibi paſsim.

Et ſic, ſiuè velint Statuta, vt dos ſuccedat loco legitimæ, vel non: ſiuè velint, vt ſupplementum intelligatur de dote commenſurata legitimæ, ſiuè de legitima propriè ſumpta, ſemper erit verum, petitionem actricum fuiſse in ſtatu ſubſtentabili, quia mens earum fuit velle petere, et conſequi, quod à Statutis

erat

Digitized by Google

54 erat diſpoſitum, atque ſucceſſiuè petitio, ſeù Libellus ſaluabatur iuxtà illarum mentem, etiam per impropriationem verborum. *l.ſed & ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero vbi DD.ff.de iur.iuran. Honded. conſ.22. n.43.lib.2.*

55 Nequè faceſſerat negotium, multùm intereſſe an filiæ agerent ad ſupplementum congruæ dotis: an verò ad ſupplementum legitimæ.

Cum in priori caſu auctis paternis facultatibus nihil vlterius eiſdem deberetur, concurrente dotis congruitate de tempore dotationis: vt *per Pigant.ad Stat. Ferr.lib.2.d.Rub.140. num.9. tom.2. ad Rot.in rec. dec. 195.par.2.cor.Pegu.in Vlixibon. legitim.27. Nouembr. 1595.nunc inter eius impreſs.dec.376.num.1.cum multis ſeqq.ex Venet. aliàs dec.479.num.2. et ſeqq. ex Lugdun. tom.1.et addi poſſunt Laderch.conſ.35.Pereg.dec.3.num. 10.et num.5.et ſeqq.vbi pulchrè. Rimin. iun. conſ.97.n. 17.et ſeqq.Honded.conſ.10.num.35.36.lib.1.vbi concordantes plures adnectit. Menoch.de arbitr. caſ.149. ſub n. 15.16.cum multis apud Mangil.de imput. quæſt.54.num. 43.& Merlin.de legit.lib.3.tit.1. quæſt.12.ſub num.26. verſ.tertio non eſt,& numer.ſeq. Fontanell. de pact.nupt. clauſ.5.gloſ.8.p.1.num.14.et ſeqq.ſ.mihi 97.to.2. Amat. reſol.23.num.5.lib.1.Bottilier.de ſucceſs.ab inteſt. cap.1. theor.15.num.9.et c.2.theor.47. num.1. vbi alios congerit Ciarlin.contr. foren.cap.97.tom.1.Theſaur. quæſt.93. lib.2.et rursùs Rot.in diu.dec.202.num.20. par.2. et dec. 65.num.2.et ſeqq.poſt Merlin. de legit.Capyc. Latro dec. 98.per tot.Chriſtin.dec.94.per tot.Pignatell.contr.tom.1. c.3.per tot.*

56 Poſteriori verò caſu, cum tempus mortis eſſet inſpiciendum, augmentum bonorum cadere poterat, etiam in fauorem filiarum in taxanda ipſarum legitima: ſecundùm *Pigant.ad d.Rub.140. ſub num.9. verſ. ſecundo caſu.Giouagn.conſ.3.lib.2.Fachin.contr.iur.lib.4. cap.27.Surd.conſ.128.Merlin.de legit.lib.5.tit.3.quæſt.7. per tot.Rota poſt Statil.de Salu.interd.dec.160. in ſecund. impreſs.et apud Cæſ.de Graſs. dec.6. et dec.10. tit. de teſtam.et in rec.dec.475.par.4.et d. dec.65. num.3.4. et in Montis faliſci.ſupplement.legit.18. Iun.1642.§. nam fuit reſponſum coram Bichio.dec.130.numer.5.poſt Merlin.de legit.*

Etenim verſabamur extrà hanc intereſſentiam, cum ex ſuperiùs effuſo calamo congeſtis,petitio actricum, ſeù regulata à diſpoſitione Statuti non extenderetur vltrà limites illius: atque ita reſtringebatur ad illud ſupplementum, quod ab ipſomet Statuto decernebatur, ex quo dotes earum non aſcendebant ad legitimam ipſis, vel, vti legitimam, vel tanquàm quantitatem legitimæ commenſuratam, debitam, & non erat vlla habenda conſideratio ad congruitatem, vel incongruitatem dotis, cum verè diſtinctio caſuum ſupradictorum in taxanda legitima auctis paternis facultatibus inſeruire nequeat,retentis terminis Statutarijs,quidquid fortaſſe alij opinati fuerint, ſaltem in puncto præſentis controuerſiæ.

Pro qua re aſſequenda illud primò obſeruandum
57 propono, *DD.ac S.Rot.Rom.* firmantes, nihil de bonis
auctis deberi dotatæ, quotieſcunquè tempore dotationis fuit eidem dos congrua data, loqui ad effectum excludendi læſionem, quæ a dotata poterat deduci inſpecto valore auctionis bonorum, itavt non mortis tempus, ſed dotationis pro ipſa dotis congruitate obtinenda inſpici debeat, ſicuti apud ipſos patentiſſimè videri poteſt: non autem, ad hoc, vt in taxanda legitima auctis facultatibus ſit inſpiciendum tempus dotationis, quando à filia agitur ad ſupplementum congruæ dotis,vt perperam propoſuit *Pigant. loco ſupra adduc.ad d.Rub.140.ſub num.8. verſ. ſed in taxanda.*

Si quidem non bene concinit, quod agatur ad congruam dotem,& velit taxatio legitimæ proponi, cum congruitatis propriæ retentis terminis, dos illa dica-
58 tur congrua,quæ conuenit attentis qualitate familiæ,
ſolito patriæ, facultatibus, & patrimonio dotare debentis,ac conditione perſonarum,& ſimilibus; vt *in l. quæro ff.de iure dot. Mantic.de tacit.lib.12.tit.21.per tot. Mangil.de imput.q.161. n.4.5. Fontanell. de pact. nupt. clauſ.5.gloſ.8. p.1. n.236.tom.2. Bottilier. de ſucceſs. ab inteſt.c.1.theorem.15.num.14.Michalor.de fratrib.p.3.c. 3.Sabell.var.reſol.& reſpon.c.45 num.16. Merlin. de legit.lib.3.tit.1.q.13.n.10.Rota cor.Pen.d. dec.479.ſub n. 2.verſ.congruitatem autem dotis,et cor.Cocciu. dec.499. num.8.cor.Duran.dec.26.num.15.et dec.42. num.9. cor. Merlin.dec.274.num.8.et dec.866.num.12. et poſt Merlin.de legit.dec.75.num.6.et dec.165.num.9. et dec.189. n.3.et ſeqq.et in rec.dec.28. n.17.p.5. et in Roman. Cenſus.30.Ian.1651.§.quod autem cor. Dunozet. pleniſſimè Boſs.de Dote.c.13.§.1.per tot.*

59 Adeovt huiuſmodi congruitas non reguletur a legitima, nec ſit neceſſaria illius taxatio ad effectum eruendi ipſammet dotis congruitatem, quæ menſuram non ſumit a ſola quantitate legitimæ. *Merlin.de legit.d.q.13.num.10.vbi in Add.multos concordan.allegat. Sabell.d.c.45.num.16.Capyc.Latro conſult.177. num.48. ad fin.tom.2.Bottilier.de ſucceſs.ab inteſt.cap.1. theorem. 15.n.11.Rota in Roman.reſciſ. tranſact.29. Maij 1648. §.et licet cor.Corrado.dec.24.num.29. poſt Salgad. in Labyrint.credit. et pulchrè dec.65. n.8. et in Roman.Caſalis Aguz.4.Febr.1643.§.nec probatur ex eo verſ. ſi quidem non ex ſola quantitate.cor.Roias dec.189.ſub num.2.3.et ſeqq.et dec.192.num.24.penes Merlin.d.tract.de legit.ac alibi,et eſt viden.Boſs.de dote d.c.13.§.2.per tot.*

Quo poſito, ſequitur ſucceſſiuè (omiſſa diſputatio-
60 ne illius perdifficilis articuli an dos, quæ eſt minor le-
gitima,congrua dici poſsit,quem latè,& doctè examinat *Eminentiſs. Mantica de tacit. et ambig. conuent. lib. 12.tit.22.* Vbi generaliter negatiuam partem tuetur: etiam ſi a Patre fuerit dos data vt tit.23. quo loci tamen ſubnectit pro declaratione aliquos caſus, & tractatur *à Merlin.de legit. lib.3. tit. p. q.12.* Vbi alij concordan. habentur; & cum ex mox dictis *n.59.* Videatur reſoluta)non rectè determinari,tempus dotationis fore ponderandum in taxanda legitima auctis facultatibus, quoties filia agit ad ſupplementum congruæ dotis, cum videantur incompatibilia agere ad dotem congruam,& legitimæ taxationem ſimpliciter proponere,vt ex prædictis eſt palam.

Vndè aptiùs, & verius dicemus ad mentem omnium DD. ſupra in caſu priori adduct. quod agente
filia pro integrali congrua dote, inſpici debeat
61 tempus dotationis ad finem eliciendi ipſam con-
gruitatem iuxta qualitates ad illam neceſſarias, & ſuperius recenſitas; vt egregiè per *Rota cor. Pegn. d. dec.479.ſub num.2.et coram Merlin.dec.249.numer.19. tom.1.* Detectaque dotis congruitate tunc temporis filiam non eſſe vlterius exaudiendam, & ſi alias, ob auctionem facultatum paternarum incongruitas manifeſtetur: & ità intelligi debet *Pigant.loco citato add. Rub.140.num.9.ac videri poſſunt nouiſſimè tradita à Boſs. de dote c.13.§.3.*

62 Niſi tamen de directo contrariam ſententiam, nempè, filiam congruè dotatam tempore dotationis, poſſe petere ſupplementum vſque ad legitimæ quantitatem, inſpectis bonorum, & facultatum auctionibus poſt dotationem emanatis, aliquis ſequi

C 2 velit;

velit;& quam docuerè Iaſon.in Auth.nouiſs.C. de inoff.
teſtam.Socin Senior.conſ.150.lib.2.Camil.de la rata conſ.
26.n.57.& ſeqq.cum alys per Cutell. de donat. contempl.
matrim.tract.1.diſc.2.part.14. numer.17.verſ. & hæc eſt
verior.latè Bottilier.de ſucceſs. ab inteſt. cap.1. theorem.
15.num.12.& ſeqq.& c.2.theorem.47.num.11.& ſeqq.
ac per tot.

Iſta omnia velim intelligas procedere ſuis rerentis
terminis, non verò concurrente ſanctione munici-
pali (& tunc deuenio ad id, quod, diſtinctionem
caſuum ſupradictorum inſeruire caſui præſenti non
poſſe) per quam dos debita filiæ debet legitimæ
quantitari commenſurari, quoniam tunc licet con-
currat, dos congrua tempore dotationis, vt præſu-
63 mitur, adeovt alleganti contrarium incumbat onus
probandi. Gabr.conſ.20.numer.68.lib.2. Theſaur.quæſt.
93.num.3.lib.2.Fontanell.de pact.nupt.clauſ.9.gloſ. vni-
ca.p.1.n.61.Merlin.contr.tom.1.cap.3.à num.4. cum alijs
apud Bottilier. de ſucceſs. ab inteſt. cap.2. theorem.97.n.
5.adde Poſt.reſol.135.num.40.& ſeqq.Rotam in rec.dec.
28.num.16.& deciſ.88.num.1.par.5.& dec.189.num.1.
64 poſt Merlin.de legit. Præſertim, ſi Pater dotem conſti-
tuerit, qui ſemper congruam dotem aſsignaſse vide-
tur ex amore, & prouidentia paterna, de qua lex
valdè confidit. Honded.conſ.10.num.32. lib.1. Ladercb.
conſil.35.numer.4. Gratian. diſcept.148. tom.1. Cardin.
Mantic.de tacit.lib.12.tit.23.qui tamen eſt videndus. Pe-
regr.conſ.208.lib.4.& dec.3.numer.7.Theſaur. quæſt.4.
numer.11.& ſeqq.lib.4.Fontanell. de pact. nupt. clauſ.5.
gloſ.8.par.1.num.28.& anteà Barz. dec.29. num.20. &
ſeqq.Bottillier de ſucceſs.ab inteſt.cap.1.d.theorem.15.n.
8.& numer.10.Merlin.qui pro omnibus ſufficiat,de legit.
d.quæſt.12. num.3.4.6. Pigant. ad Stat. Ferr. Rub.140.
ſub num.13.verſ.nihilominus Rota poſt Merlin. de legit.
dec.110.num.3.& cor.Seraphin.dec.940. numer.6. tom.
1.plenè, & nouiſſimè Boſs. de dote cap.13.§.5. per
tot.

Nihilominus, cum dos tali caſu non reguletur ſim-
pliciter à congruitate, verùm etiam à quantitate le-
gitimæ, ſequitur, quod ſicuti in calculanda legiti-
65 ma attenditur tempus mortis, quoad bonorum
ſummam, vt dictum eſt ſup.numer.56. & eſt tex. in l.
cum quæritur.C. de inoff. teſtam. Menoch. conſ.149.num.
18.lib.2.Peregr.conſ.42.numer.26.lib.1. & de fideic.ar.
36.num.14.Giurba ad conſuet. Meſſ.p.1. cap.4. gloſ.4. n.
4.Merlin.de legit.lib.5.tit.3.quæſt.7.ſub num.1. verſ. &
rurſus probatur ac alibi.Cyriac.contr.391.numer.6.lib.2.
Barz.dec.102.num.34.Craſs. §. legitima quæſt.11. Rota
dec.65.num.4.& dec.149.num.17. poſt Merlin. de legit.
Leoncil.dec.123.n.1.Ita ſucceſsiuè pro habenda huiuſ-
modi dotis vera quantitate idem tempus ſit inſpicien-
dum ex vi ſubrogationis, vt infrà.

Verùm, quando deducitur tunc temporis legiti-
66 ma, facultates omnes paternæ quomodocunquè
conſiſtentes ponderantur, & ex omnibus bonis debe-
tur. l.papinianus.§.quarta autem.ff.de inoff. teſt. Mangil.
de imput.quæſt.9.numer.82. benè Rota poſt Merlin.de le-
git.dec.57.num.18.& dec.66.numer.2.& dec.113.num.
1.& dec.160.num.5.quæ eſt in Romana de mareſcot.18.
Maij 1646.§.quod ſuprà dicta verſ. tamen ei debebatur,
cor.Ghiſilerio.

Pari igitur ratione dos illa debebitur inſpectis qui-
buſcunque paternis bonis, & facultatibus, ob vim
67 ſubrogationis reſpectu quantitatis;ex axiomate com-
muni per quod ſubrogatum aſſumit naturam illius, in
cuius locum ſubrogatur, & omnibus illius fruitur viri-
bus. Sabell.var.reſol.c.3.num.5.Zacchia de Salario.q.14.
num.15.& q.82.num.49. Gratian. diſcep.491. num.13.
Rota in rec.dec.353.n.97.p.5.

Et conſequenter, filia viuente patre congruè dotata
68 ſuccedente caſu, vt eſt præſens, quo dos ſit commen-
ſuranda legitimæ, poterit obtinere ſupplementum
vſque ad legitimæ quantitatem debitam tempore
mortis, quatenùs dos tradita fuerit minor eadem
quantitate, vt ſic debita, inſpectis quoquè auctioni-
bus paternarum facultatum, poſt dotationem ema-
natis, ſecundùm tradita a Barz.dec.102.num.34.Cy-
riac.d.contr.391.num.7.Rota in dec.130.numer.10.poſt
Merlin. de legit. cum quibus concordant adducti ſuprà
num.62.& in fortioribus terminis deſeruit Bottilier. de
ſucceſs.ab inteſtato cap.2.theorem.47.num.11.& ſeqq.ac
per tot.

Quò fit, vt parum applicabilis huic caſui reddatur
diſtinctio caſuum præfatorum; cum iam oſtenſum ſit,
vel nos verſari in poſteriori caſu: vel ſaltem, priorem
non fore attendendum.

Res ipſa hic poſtularet, vt plura adducerentur pro
excluſione eiuſdem diſtinctionis in terminis Stat. Ferr.
verum, quia, eandem non obſtare noſtræ materici
ſatis vſque nunc eſt deductum, & alibi fortaſſe ſimi-
lis habebitur ſermo, latiori non indigemus diſcur-
ſu.

Et ex prædictis remouetur obex ille, cuius medio
aduerſantes nitebantur oſtendere, ſorores agentes
debere ſtare tacitas dotibus habitis ab earum patre,
ne dum ex diſpoſitione Stat.in d.Rub.141. Cui iam fuit
69 reſponſum, & maximopere fauere fuit comproba-
rum; verùm etiam, quia eſt firma concluſio, quod Pa-
ter vni filię magis, quam alteri prouidere poteſt, & do-
tem æqualem filiabus tradere non tenetur, itavt filia,
quæ minus habuit audiri non debeat aduersùs patris
iuditium, nec agere poſſit ad ſupplementum dotis al-
teri datæ. Dec.conſ.26.lib.1.Rum.conſ.56.num.16.lib.3.
Mantic.de tacit.& ambig.conuen.lib.12.tit.21. num.29.
Giurb.ad conſuet.Meſſan.c.3.gloſ.7.n.26. p.1. Merlin. de
legit.lib.3.tit.1.quæſt.12.n.30.31. & infrà, vbi de ratio-
nibus Peregr.conſ.86.n.14.lib.1. & dec.36.per tot. Fon-
tanell.de pact.nupt.clauſ.5. gloſ.1. p.3. n.17.18. vbi con-
cordan.et gloſ.8.par.1.n.22.tom.2. Pigant.ad Stat. Ferr.
lib.2.Rub.139.ſub num.47. verſ. etiam ſi non ſit, et Rub.
141.n.6.tom.2.Rota cor.Greg.dec.63.n.22.23.et cor.Bu-
ratt.dec.740.n.8. et ibi Ferentill.litt. B nouiſſimè Boſs.de
dote c.13.n.10.

Porrò talis concluſio deſtrueretur, quoties filiæ poſ-
ſent agere ad ſupplementum legitimæ, cum tunc ad
æqualitarem redducerentur, vt ex ſe patet; igitur non
debere audiri ſorores ipſas agentes, concludebatur ad
70 euitandam deſtructionem præfatam, ſeù nimis aper-
tum abſurdum, quod ſemper euitari debet, etiam
recedendo à regulis iuris, & à proprietate verborum.
Bart.in l.gallus §. etiam ſi parente. ff. de liber. et poſth.
Prat. de interpr. vltim. volunt. lib.1. interpr.1. aub.4.
ſol.4. latè Mantic. de coniect. vlt. voluntat. lib.3. tit.7.
vbi doctè multa coacervat. Surd. conſil.85. numer.27.
et conſil.236. numer.18. Rota cor. Mantica dec.249.nu-
mer.3.

Quoniam reſpondebatur, ſorores agentes venire ad
ſupplementum legitimæ, ſeù dotis commenſuratæ
quantitate legitimæ ex reintegratione vigore Statuti
de ipſis facta, vt dixi n.26.atquè ità, non eſſe curandum
de concluſione in aduerſum deducta, tanquam illa,
quæ locum habere ſolummodò debet, quando aliter
non diſponatur à Statuto, tunc enim ipſum Statutum
fore omninò ſeruandum oſtēdi in collect.anteced.n.48.
et ſeqq. vndè, cum iſtæ ſorores ſint reintegratæ ad d.
ſupplemētū, fruſtrà dicitur, data earum admiſsione ad
illud,

Digitized by Google

illud, induci abſurdum ex deſtructione præfatæ con-
cluſionis indè dimanante, quia abſurdius eſſet dene-
gare iiſdem ſororibus id, quod à iure municipali in ea-
71 rum fauorem diſponitur; & ſic potiùs tollerari debet
abſurdum, ſi adſit, vt magis abſurdum arceatur,
& euitetur. *l. ſi ità vulneratus. §. quod ſi quis abſurdè. ff.
ad l. Aquil. l. quoties nihil. ff. de reg. iur. c. nerui. 13. diſtinc.
c. diſpenſationes. 1. q. 7. Leoncil. dec. 59. num. 16. Zacch. de*
72 *Salar. q. 9. num. 9.* peius etenim conſiderari, nequiret,
vt ius ſuum Actricibus prædictis non tribueretur ad-
uersùs primordiale, & intrinſecum iuſtitiæ princi-
73 pium; vt *Inſt. de iuſt. & iure. §. 1.* Et fauorabilia pro ip-
ſis in earum odium retorquere contra *tex. in l. quod fa-
uore. C. de l. l. l. ſeruus. ff. de act. & oblig. l. prætor. ff. de præ-
tor. ſtipul. l. in commodato. §. ſicut autem. in fin. ff. commod.
l. nulla. ff. de l. l. l. plures. C. de fid. inſtrum.*

Vltra quam, quod obſtat concluſioni prædictæ re-
gula vulgata, æqualitatem inter filios eſſe ſeruandam;
de qua in *l. inter filios. C. famil. herciſc. l. cum pater. §. cui-
ctis. ff. de leg. b. 2. l. vt liberis. C. de collat. Auth. in ſucceſ-
ſione. C. de ſuis, & legit. Gabr. conſ. 85. numer. 17. & conſ.
90. num. 21. lib. 1. Magon. dec. Lucen. 48. numer. 18. Surd.
dec. 224. num. 11. Peregr. dec. 36. num. 1. Barz. dec. 119.
num. 9. Rota in Piſauren. donat. 31. Ian. 1648. §. omitti
poterat cor. Card. Otthobono. in eius impreſs. dec. 133. n.*
75 *22.* Itaut quemadmodum pro eadem æqualitate ſer-
uanda permittitur recedi à proprietate verborum.
*Socin. in l. 1. ſub num 8. ff. de reb. dub. Crauet. conſ. 428. ſub
num. 15. verſ. immo receditur. Barz. d. dec. 119. ſub n. 10.*
76 Sic pariter deſumi debeat illa interpretatio, per quam
æqualitas inter filios reſultet. *Honded. conſ. 29. num. 95.
96. & conſ. 59. num. 60. et ſeq. lib. 1. Gratian. diſcep. 755.
num. 28. Rota in rec. dec. 232. num. 22. 23. par. 6. de qui-
bus cor. Eminentiſs. Otthobono. dec. 99. num. 36.* etiam re-
cedendo à regulis iuris communis. *Menoch. conſ. 87. n.
86. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 257. num. 35. Poſt. reſol. 109.
num. 47.*

77 Et licet, eandem regulam procedere non vi neceſ-
ſitatis, ſed ex perſuaſione legis, tradiderint *Pereg. d.
dec. 36. ſub num. 5. verſ. non ob. adducta; et Barz. d. dec.
119. num. 11.* Nihilominus non eſt hoc ſic ſimpliciter
prolatum accipiendum; ſed intelligi debet, vt locum
habere poſsit in reliquis bonis ſuprà quantitatem le-
gitimæ de iure debitam filijs; adeovt Pater valeat ad
libitum facere partes inæquales inter filios, dummodò
78 eis non tollat legitimam; ſecundùm *tex. in Auth. de
trien. et ſemiſs. Menoch. conſ. 272. num. 12. Honded. conſ.
89. num. 14. et conſ. 92. num. 50. vol. 1. Crauet. conſ. 856.
num. 2. 3. lib. 5. Cyriac. contr. 312. num. 6. et contr. 316. n.
19. lib. 2. Mantic. de coniec. vlt. volunt. lib. 11. tit. 7. n. 19.
Merlin. de legit. lib. 1. tit. 2. q. 1. in fin. Add. Rota cor. Mer-
lin. dec. 208. num. 2. 3. tom. 1.*

79 Vndè, cum ſorores actrices agant duntaxat ad ſup-
plementum legitimæ, in eaque legitima ſint æqualiter
admittendæ ex mox adductis; & iuxtà diſpoſitionem
*Auth. nouiſſima. C. de inoff. teſtam. Cyriac. contr. 385. n. 1.
lib. 2. Merlin. de legit. lib. 1. tit. 3. q. 1. numer. 4. et eſt vulg.*
vtique inane redditur motiuum excitatum, tanquàm
illud, quod verificari poteſt in cæteris bonis, præter-
quàm in portione debita iure legitimæ.

Et poſtremò virtualiter alia eruitur reſponſio à
congeſtis ſup. *n. 65. et ſeqq.*

Obijciebatur etiam particulariter contra Eleono-
ram, quod ipſa nullo modo erat audienda, ſtante re-
nuntiatione ab ea bonis paternis facta in ampla forma
80 ex rogitu olim Io: Baptiſtæ Agodij ſub *die 22. Ian.
1631.* renunciantibus enim iura ſua non datur ampliùs
ad illa regreſſus. *l. quæritur. §. ſi venditor. ff. de ædil. edic.
l. non videtur. ff. ſi quis in fraud. patr. l. ſi maritus. §. ſi nega-
uerit. ff. de adult. l. poſtquam lite. C. de pact. l. fin. C. de re-
miſs. pign. c. ex tranſmiſſa de renunt. c. ex ore de priuil. cum
vulg. et eſt materia præciſa. c. quamuis de pact. in 6. de qua
infra in colluct. 28.* Latiſsimè agam, & longiorem habe-
bo ſermonem, vbi maximopere examinabitur validi-
tas, & iuſtitia harum renuntiationum; & quidquid fue-
rit tam ab antiquis, quam à neothericis ſcriptoribus
circa illas ſingulariter proditum, medullitus haurie-
tur.

Sed reſpondebatur, renuntiationem præfatam non
officere ex pluribus.

81 Et primo, quia Eleonora non iurauit illius obſer-
uantiam, vndè res erat extra diſpoſitionem *d. c. quam-
uis de pact. in 6.* ac ſucceſsiuè verſabamur in puris ter-
minis iuris ciuili, cuius diſpoſitione huiuſmodi renun-
82 tiatio, & pactum improbatur; vt habetur *in eod. c.
quamuis, et ſunt tex. aperti in l. finali. ff. de ſuis, et legit. hæ-
redib. et in l. pactum dotali. C. de collat.* de quibus egre-
giè tractatur *à Conar. in comment. d. c. quamuis par. 3.
in initio. Gallerat. de renunt. cent. 1. renun. 25. ante n. 44.
et ſeqq. tom. 2. et nouiſſimè à Bottilier. de ſucceſs. ab inteſt.
c. 2. theorem. 42. n. 5. et ſeqq. ac ab alijs paſſim.*

83 Secundò, quoniam, ob enormiſsimam læſionem ab
eadem renuntiatione exorientem, eadem renuntiatio
poterat reſcindi non obſtantibus quibuſcumquè clau-
ſulis, & iuramento, ſecundum *DD. in d. c. quamuis.* Eo
84 firmo fundamento, quòd diſpoſitio illius c. quamuis.
non obtineat, quoties ſuper iurata renuntiatione in-
teruenit dolus, adeovt illo probato, renuntiatio annul-
letur, & reſcindatur, vt *in tex. ipſo ibi non vi nec dolo.* Et
traditur ab omnibus, ac admittit *Rota cor. Duran. dec.
121. n. 30.* Vbi, quod eſt omnium ſententia.

85 Sed ex enormiſsima læſione, dolus oritur, & proba-
tur. *l. ſi ſuperſtite. C. de dolo. Menoch. conſ. 412. n. 1. vol. 5.
Oſaſch. dec. 40. n. 5. Franc. dec. 119. Theſaur. dec. 165. n. 7.
Maſtrill. dec. 247. à n. 63. Gait. de credit. c. 2. tit. 7. n. 1583.
Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 3. gloſ. 18. p. 3. n. 47. tom. 1.
Gallerat. de renuntiat. lib. 3. c. 2. n. 54. vbi multos adducit
to. 1. Donad. eod. tract. c. 8. n. 1. Bottilier. de ſucceſs. ab in-
teſt. c. 2. theor. 95. ſub n. 6. verſ. vltimo præſumitur ibi ex
quibus iuribus vbi concordan. Poſt. de ſubhaſt. inſp. 57. n.
18. Rota in rec. dec. 3. n. 29. p. 7. et cor. Duran. dec. 121. n.
29. tom. 1. et in Roman. cenſuum. 16. Martij. 1646. §. qui-
bus ſtantibus in fin. cor. Archiepiſc. Tarracon. dec. 115. n.
21. poſt Merlin. de pign. repetita dec. 136. n. 26. penes Poſt.
de ſubh. in Addit.*

86 Igitur renuntiatio, & ſi iurata continens enormiſ-
ſimam læſionem, vt in præſenti annullari debet, & re-
ſcindi: vt concludunt in ſpetie innumeri congeſti *à Ga-
br. comm. concl. tit. de iure dot. concl. 1. n. 8. Fachin. contr.
iur. lib. 8. c. 69. Amat. reſ. 22. n. 1. tom. 1. Fontanell. de pact.
nupt. clauſ. 5. gloſ. 1. p. 3. ſub num. 27. verſ. ego autem, &
clauſ. 9. gloſ. vnic. p. 1. num. 4. et num. 16. tom. 2. Gallerat.
de renunt. lib. 3. d. c. 2. num. 53. et n. 54.* Vbi quod eſt ma-
gis communis opinio. *tom. 1. et renunt. 47. num. 17. tom.
2. Donad. eod. tract. d. c. 8. num. 3. 5. Bottilier de ſucceſs. ab
inteſt. c. 2. theor. 96. in prin. Manent. conſ. 16. numer. 33. et
ſeqq. Cyriac. contr. 128. num. 117. & ſeqq. lib. 1. Pigant.
ad Stat. Ferr. lib. 2. Rub. 143. numer. 50. tom. 2. Merlin. de
legit. lib. 3. tit. 1. quæſt. 12. num. 13. 14. et ſequuta fuit paſ-
ſim Rota, vt in diu. dec. 102. p. 2. et in rec. dec. 318. num.
1. et ſeqq. par. 4. tom. 2. et cor. Duran. dec. 121. tom. 1. et
in Roman. donation. 16. Martij 1643. coram Bichio. et in
Roman. renunt. 23. Martij 1650. §. quarto deniquè cor.
Cerro. deciſ. 100. num. 10. poſt Salgad. in Labyrint. credit.
ego ipſe colluct. 28. num. 19. iuncto n. 127. benè Boſs. de do-
te c. 13. n. 98 99*

Digitized by Google

9 *Verbis inſtrumenti eſt ſtandum.*

10 *Inſtrumentum publicum, facit probationem probatam.*

11 *Iuramentum deciſiuum poteſt ab eo recuſari, qui ſe offert velle oſtendere ſua iura per publicum inſtrumentum.*

12 *Iurans ſi detegatur periurus habet ſolum Deum vltorem: ſed quod immò criminalitèr debeat puniri. ibid.*

13 *Iuramentum poteſt licitè recuſari ab eo, qui plenè ſuam intentionem probauit, & num. 21.*

14 *Aequalitas in iudiciis eſt ſeruanda.*

15 *Iuramento eſt locus deficientibus aliis probationibus.*

16 *Argumentum à contrario ſenſu in iure eſt validiſſimum.*

17 *Producens cenſetur fateri, & approbare omnia contenta in iuribus productis. Declara vt num. 46. & ſeq. & num. 63.*

18 *Confeſſio, quæ oritur ex productione iurium reuocationem non admittit.*

19 *Confeſſio ſuperat omnes probationes, eſt pleniſsima probatio, nu. 22.*

20 *Actus fruſtratorii ſemper ſunt euitandi.*

23 *Turpitudinem ſuam allegans, non auditur.*

24 *Contrarius ſibi quis eſſe non debet.*

25 *Iuramentum deciſiuum non admittitur poſt lapſum terminum ad probandum. Contra num. 26. declara nu. 27. 28.*

29 *Confeſſio habet vim ſententiæ, & rei iudicatæ.*

30 *Probationis relaxatio, ibi eſt, vbi adeſt confeſſio.*

31 *Iuramentum eſt ſpecies probationis.*

32 *Iuramentum poteſt recuſari, ſi non ſit profuturum.*

33 *Ad iuramentum non eſt deueniendum, niſi ſubſiſtente neceſſitate, vel vtilitate.*

34 *Mandatum ſpetiale requiritur ad deferendum iuramentum deciſiuum.*

35 *Ratificatio æquiparatur mandato, etiàm ſpetiali.*

36 *Ratificatio facit ceſſare quæſtionem validitatis actus geſti per procuratorem.*

37 *Ratificatio non præſumitur.*

38 *Negatiua probatur ex reuolutione, & inſpectione actorum. Amplia vt nu. 39.*

40 *Ratificatio, vt ſit valida requirit omnes ſolemnitates neceſſarias in primo actu.*

41 *Ratificatio nulla, non parit iuris effectum.*

42 *Ratificatio non datur ſtante oppoſitione defectus mandati, & de ratione n. 43.*

44 *Enuntiatiua verba non probant. Amplia vt n. 45. fallit. vt n. 54. 55. 56. 57. 58. 60. 61. 62. 63.*

47 *Productio per compulſum non præiudicat producenti: intellige vt n. 64. fallit. vt n. 65. 66. 67.*

48 *Verba diſpoſitiua, quæ cenſeantur, & n. 50.*

49 *Enuntiatiua verba quæ ſint.*

51 *Enuntiatiua propter ſe, ſunt verè diſpoſitiua.*

52 *Dictio* Perche *apponitur per modum rationis.*

53 *Ceſſionarius tenetur iuſtificare creditum cedentis.*

59 *Clauſula* pro iurato *habet omnes vires iuramenti, dempto periurio.*

68 *Probatio in verbis diſpoſitiuis non admittitur in contrarium.*

69 *Exceptiones impedientes litis ingreſſum priùs cognoſci debent.*

70 *Incompetentiæ exceptio impedit litis ingreſſum.*

71 *Declinatoria fori debet opponi ante litem conteſtatam, & ſuper ea eſt pronunciandum, aliàs proceſſus non valet, numer. 72. & ea propoſita remanent manus Iudicis alligatæ, numer. 73.*

74 *Exceptiones litis ingreſſum impedientes ſunt irreferuabiles.*

75 *Exceptiones videntur reiectæ per proceſſum ad vlteriora, fallit in exceptionibus reſpicientibus perſonam Iudicis, n. 76. ſed vide ibid.*

77 *Clerici priuilegium communicatur laico propter ius connexum.*

78 *Connexitas iuris ex quibus deducatur.*

79 *Connexorum materia à quibus tractetur.*

80 *Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit, etiàm pro portionibus laicorum, quando bona petita ſunt communia, & pro indiuiſo inter clericum, & laicos.*

81 *Bonorum appellatione continentur nomina debitorum.*

82 *Declinatoria poteſt peti à laico, & ſi Clericus pro ea non inſtet, quando laicus, & Clericus inſimùl conueniuntur, & nu. 83.*

84 *Reſtitutio in integrum competens minori porrigitur ad maiorem, ſi ambo ſint litis conſortes, & agatur de re indiuidua.*

85 *Appellatio vnius prodeſt litis conſorti in re indiuidua.*

86 *Exceptio de iure tertii non permittitur, limita vt num. 102.*

87 *Connexitas ſola iuris inter Clericum, & Laicum, data rei indiuiduitate ſufficit, vt laicus eximatur à ſæculari iuriſdictione, & n. 99.*

88 *Connexorum idem eſt iuditium.*

89 *Connexa reputantur vnum.*

90 *Cauſæ continentia non debet diuidi.*

91 *Sententias diuerſas, vel contrarias, vt ferre contingat ſuper eadem re eſt abſurdum.*

92 *Conſortium quodnam ſit.*

93 *Conſortes ſunt ſocii.*

94 *Socius in facto indiuiduo vtitur immunitate, & priuilegio ſocii.*

95 *Clericus non poteſt conueniri coràm Iudice ſæculari, & nu. 136. 137.*

96 *Dignum magis, trahit ad ſe minus dignum.*

97 *Laici non ligantur Statutis laicorum in iure indiuiduo cum Clericis.*

98 *Forum ſortiri, & Statutis ligari, paria ſunt.*

100 *Connexitatis, & conſortii ratione quis gaudet beneficio, quo aliàs non potiretur, & n. 101.*

103 *Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit de tota cauſa communi inter laicos, & Clericos, tamquam dignior.*

104 *Iuriſdictio ad quem ſpectet, ſi ſit dubium, ad Iudicem Eccleſiaſticum, ſcilicèt, an ad laicum, deciſio pertinet ad Eccleſiaſticum.*

105 *Clericus author laudatus, tenetur defendere laudantem coràm ſæculari. Contra n. 106.*

107 *Clericus nominatus in dominum, trahit totam cauſam ad Iudicem Eccleſiaſticum. Intellige vt num. 108. declara vt n. 110. & n. 111. vbi ratio declarationis adnectitur.*

109 *Laicus poſt nominationem eſt abſoluendus ab obſeruatione iudicii, dato nouo libello contra nominatum Clericum.*

112 *Eccleſiaſticæ perſonæ, & earum bona ſunt totalitèr exempta à iuriſdictione laicali.*

113 *Legatus à latere habet poteſtatem committendi cauſam ciuilem Clerici iudici laico. Dubitatur ex Conc. Trident. ſeſs. 24. c. 20. vt numer. 118. declara vt numer. 122.*

114 *Epiſcopus poteſt laico committere cauſam ciuilem Clerici.*

115 *Legatus de latere poteſt facere omnia, quæ poteſt Epiſcopus, immò quæ poteſt Pontifex in loco ſibi commiſſo, num. 116. non tamen delegat cauſam criminalem Clerici, vt n. ſeq. & nihil facere poteſt contra ius commune, vt n. 120.*

119 *Eccleſiaſtici, & eorum bona, de iure communi, & diuino ſunt exempti à iuriſdictione laicorum.*

121 *Pon-*

Digitized by Google

121 *Pontifex non poteſt diſpenſare contra ius diuinum, niſi ex cauſa vrgenti, & vt ibi.*
123 *Reſcriptum, & gratia non ſuffragatur, ſi non fuit expreſſa qualitas, proptèr quam Princeps non conceſſiſſet, aut difficiliùs conceſſiſſet.*
124 *Legem ſuperioris non tollit inferior.*
125 *Legem interpretari eſt illius, cuius eſt condere.*
126 *Coniecturis eſt inhærendum circà expreſſum, vel tacitum Principi.*
127 *Iudicis arbitrio committitur, an non expreſſum retraxiſſet Principem, vel difficiliorem reddidiſſet ad gratiam.*
128 *Iudex laicus quid mereatur remittendo cauſam Clerici Iudici Eccleſiaſtico.*
129 *Princeps non præſumitur velle, vt exequatur illius reſcriptum contra ius: de ratione n. ſeq.*
131 *Princeps præſumitur reſcripſiſſe, ſecundùm ius commune, non de plenitudine poteſtatis.*
132 *Reſcriptum Principis recipit interpretationem à iure communi.*
133 *Princeps, in dubio non præſumitur velle præiudicare tertio.*
134 *Reſcriptum Principis excitat duntaxat iuriſdictionem ordinariam.*
135 *Commiſſio facta ordinario, cenſetur facta offitio.*
138 *Ludouicus Boudelmontius Patritius Florentinus commemoratur.*

Binas in hac cauſa, ob diuerſitatem materiei ibidem pertractatæ inſpectiones efformandas exiſtimo, quarum ſit.

INSPECTIO PRIMA.

IN qua aduerſus D. Gaſparinum de Gaſparinis iure meritò agere videretur D. Franciſcus Maria Caballerius, vti hæres olim Io: Baptiſtæ eius filij pro conſequutione, & conſignatione inſtrumenti crediti ceſsi eidem Ioanni Baptiſtæ per d. D. Gaſparinum ratione dotium q. D. Iuniperæ illius vxoris,
1 quia cedenti non tantùm oſtendere ſufficit, quod ipſe tempore ceſsionis eſset cum effectu creditor nominis debitoris ceſsi, & quod creditum ceſsum in ſui ſubſtantia eſset verum, & bonum, ac ad ipſum ſpectaret, & pertineret, vt *per Gratian. diſcep.501. numer.22. & ſeqq. & diſcep.527. num.4.13. Giurb. ad conſuet. Meſſan. cap.15. gloſs.14. num.11. & dec.87. num. 10. vbi concordan. Mangil. de euict. q.79. num.7.13.14. Guzman. eod. tract. q.35. Theſ. q.73. lib.3. Poſt. reſol.61. num.39. Magon. dec. Florent.39. nu.1. & ſeqq. Leoncil. dec.187. num.1. Becc. conſ.105. ſub nu.13.35. Cyriac. contr.375. num.12. tom.2. Cancer. var. reſol. p.2. cap.6. num.193. Gallerat. de renunc. lib.1. cap.4. à num.95. Tondut. reſol. ciuil. cap.49. num.1. Olea de ceſs. iur. & act. tit.7. qu.3. ſub num.3. Cenc. de cenſibus, q.72. ſub nu.23. verſ. prima eſt, in vlt. impreſs. Barz. dec.110. num.1. Surd. dec. 326. num.41. Ambroſin. dec.15. ſub n.16. verſ. attamen tenetur. Amat. dec. marcb.6. num.9. Gratian. dec.13. Fontanel. dec.167. à nu.1. Rota in diu. dec.123. num.7. p.2. & in rec. dec.313. nu.1. p.5. & cor. Greg. dec.579. num.3. & ibi Add. & cor. Merlin. dec.639. num.3. & dec.681. n.8. & dec.789. nu.2. tom.2.*

2 Verùm etiam ipſemet cedens, vbi agitur, vt in præſenti, de ceſsione nominis debitoris, tenetur cum effectu parti ceſsionariæ conſignare inſtrumentum crediti ceſsi, *l. cum ſeruus, ff. de condit. & demonſtr. DD. in l. inſtrumenta, C. de fideic. Curt. iun. conſ.210. num.4. verſ. ſecundus caſus, lib.3. Gratian. diſcep.286. num.17. Guzman. de euict. q.35. num.38.90. Cancer. d. cap.6. num.195. Amend. ad Franc. dec.108. numer.3. Olea. de ceſs. iur. & act. tit.5. qu.1. num.32. & tit.7. q.1. per tot. vbi nu.7. concordan. adducit. Rota Genuenſ. dec.189. num.3. & Rota Roman. apud Veral. dec.104. par.1. & in diu. dec.14. p.4. quæeſt cor. Pegn. dec.501. inter impreſs. Venet. alias dec.634. tom.1. in impreſs. Lugdun. repetita poſt Pacific. de Saluian. dec.166.*

3 Niſi contrariam concluſionem firmare deberemus, nempè cedentem non teneri tradere inſtrumenta ceſsionario, ſed ſufficere eorum oſtenſionem, cum cautione de exhibendo quatenùs opùs fuerit, & cum indicatione diei, & notarij de illis rogati, ſecundùm *l. titius hæres, vbi gloſ. fin. Odoſ. Bart. Caſtr. de act. emp. l. creditor. in princip. eod. tit. Bar. in l. quæſitum, §. Papinianus, de fun. inſtr. Padil. in l. inſtrumenta, C. de fideic. Bal. conſ.52. in fin. lib.2. Alex. in l. ſciendum, num.10. de verb. oblig. Roman. conſ.163. num.6.* quos omnes allegat, & ſequitur *Rota cor. Cardin. Seraphin. dec.1477. num.8. & ſeqq.* vbi remouet quodcumque obiectum; *& obſeruat Olea. d. tit.7. q.1. n.11.*

Et conducit *Cenc. de cenſib. d. q.72. ante nu.24. verſ. quomodò autem*, vbi diſtinctionem noſtro caſui summopere inſeruientem affert; vt ſcilicet iſta poſterior
4 ſententia procedat, quando, creditum ceſsum iuſtificandum ſit per publicum inſtrumentum receptum á publico notario, vndè non ſit difficile illud habere in forma probanti; prout in præſenti, cum ſine vllo impedimento haberi poſsit tale inſtrumentum à D. Franciſco Vitalio notario in hac Comaclenſi patria degente, tunc enim ſat eſt, vt illud indicetur cum expreſsione diei, & nominis notarij.

Prior verò opinio habeat locum quotiès ſcripturæ, quibus iuſtificari debet creditum, reperiuntur penes cedentem, vel alibi, vndè non ſit facile illas haberi in forma probanti; nam tunc cedens eas ceſsionario tradere debet; quam diſtinctionem profitetur eruere *ipſe Cenc. à Rota cor. Seraphin. d. dec.1477. num.8.10. p.2. & eiuſdem diſtinctionis meminit Olea. d. tit.7. qu.1. numer.12. & fauet Statil. de Salu. inſp.3. cap.4. à numer.208.*

Quinimò ſecunda pars huius diſtinctionis admittit
5 inſupèr declarationem, vt ſcilicèt cedens nec etiam teneatur inſtrumenta, & ſcripturas tradere ceſsionario, ſed in manibus Iudicis exhibere eas debeat, ad effectum, vt ceſsionarius illas videre, & copiam habere poſsit: ſicuti reſoluit *Rota cor. Pegn.* in cauſa ſupracitatæ deciſionis, iterùm propoſita; vt obſeruat *Seraphin. d. dec.1477. ſub numer.8. verſ. vltra quod*, & habetur talis reſolutio *cor. Pegn. ſub eius dec.545. §. iterum autem, verſ. ordinatum tamen in Venet. & dec.683. tom.1. in Lugdum.* de hac tamen materia videas omninò *Oleam d. tit.7. q.1.*

Succeſsiuèque D. Caballerius poſse videretur ob-
6 tinere, niſi eſset ex defectu actionis intentatæ à limine iuditij etiam ex offitio iudicis repellendus, *l. vbi pactum, & ibi DD. C. de tranſact. Rota coram Ludouiſ. dec.119. nu.6. & dixi in colluct.3. nu.49.*

Quare non eſse locum iuramento deciſiuo per partitum oblato D. Gaſparino pro parte Cabellerij ab-
7 ſolutè eſt tenendum; ideo namquè poſset inſtari, vt D. Gaſparinus iuraret conſignauiſse inſtrumentum crediti ceſsi, vel iuramentum referret, quatenùs eſſet certum, ipſum teneri ad dictam conſignationem, tunc enim intèr affirmantem dediſse, & negantem habuiſse iuramenti partitum intraret; non autem, quando, vt in hoc puncto, nulla cadit controuerſia

ſuper

Digitized by Google

ſuper repetita, tunc enim, cum non ſit vlla lis expe-
dienda, fruſtrà recurritur ad iuramentum, nam Ma-
ximum remedium expediendarum litium in vſum venit
iuris iurandi religio: quia vel ex pactione ipſorum liti-
gatorum, vel ex auctoritate iudicis deciduntur contro-
uerſiæ, ſunt verba Caij in l. 1. ff. de iure iuran. & illa
affert, Vbert. de modo citandi in Roman. Cur. p. 4. form. 4.
f. mihi 185. in princ.

Ceſsare autem in præſenti omnem controuerſiam
fuit ſupra oſtenſum ex ſententia S. Rotæ Roman. quæ
vbi reperitur non eſt ampliùs dubitandum, nequè vl-
teriùs inſiſtendum in perquirendis rationibus. Caball.
conſ. 60. num. 7. par. 1. Scacc. de ſenten. gloſ. 14. qu. 24.
ſub num. 3. & in reſponſ. ibi in fin. oper. impreſs. ſub n. 2.
verſ. quia vbi habemus. Rubeus in diſcurſ. ad Rot. in rec.
p. 7. num. 242. & dixi in anteceden. colluct. num. 38.

Et in omnem caſum, quod D. Gaſparinus tenere-
tur conſignare inſtrumentum præfatum, quod ſem-
pèr abſit, de huiuſmodi conſignatione ab ipſo facta
d. Ioanni Baptiſtæ apparet expreſsè in inſtrumento
ceſsionis per aduerſarium producto ibi Come ſi vede
da vn'inſtromento riceuuto per il Sig. Franceſco Vitali no-
taro di Comacchio, il quale ſi conſegna al predetto Si-
gnore ad effetto, che di tempo in tempo poſsa riſcuotere
8 il predetto credito; quæ verba cum ſint clara remouent
omne dubium, neque opus eſt coniecturis, l. conti-
nuus, ff. de verborum oblig. l. ille, aut ille, §. cum in ver-
bis, ff. de leg. 3. hiſque verbis omninò eſt ſtandum.
9 Poſt. reſol. 32. num. 20. & reſol. 90. numer. 13. Rota poſt
Cenc. de cenſib. dec. 510. num. 7. & eſt tex. in l. legem,
C. de pact. l. 1. §. conueniat, ff. depoſit.

Vndè multò magis ſit locus concluſioni firmatæ, non
10 eſse locum iuramento deciſiuo; cum iam per inſtru-
mentum publicum, quod facit probationem proba-
tam. Rota cor. Greg. dec. 180. nu. 1. & poſt Merlin. de
legit. dec. 171. num. 1. Leoncil. dec. 7. numer. 1. Mantic.
dec. 302. numer. 2. Pigant. ad Stat. Ferr. lib. 2. Rub. 55.
num. 2. Tom. 1. Sperell. dec. 27. numer. 13. & ſeqq. vbi
pulchrè, vol. 1. & latè dixi in colluct. prima, num. 2. vbi
concordan. diſputatio omnis remota ſuerit; ſicquè ceſ-
ſet ratio fundamentalis d. l. 1. ac l. manifeſtæ turpitudi-
nis, ff. de iure iuran. vt in puncto perbellè traditur
11 à Poſsent. ſing. 43. num. 5. & ſeqq. vbi, quod iura-
mentum litis deciſiuum poteſt recuſari ab eo, qui ſe
offert, velle oſtendere ſua incumbentia per publicum
inſtrumentum, cum æquè benè in tali caſu poſſet tol-
lere litem inſtrumentum, ac iuramentum; immò me-
liùs, cum ex iuramento poſsit reſultare periurium, &
ità inſurgere lis criminalis, vt ibi per eum ad Turpu-
rat. in d. l. manifeſtæ, nu. 26.

12 Quod vltimum dictum habet contradictores exi-
ſtimantes verius eſse, quod ſi iurans periurus detega-
tur, neque aduersùs eum inquiritur, ſed ſolùm Deum
habet vltorem, l. 2. C. de reb. credit. Decian. tract. cri-
min. lib. 1. cap. 12. Menoch. de arbitr. cap. 319. num. 12.
Theſaur. q. 81. lib. 4. Facbin. contr. iur. lib. 1. c. 14. Boer.
dec. 305. Viu. dec. 120. num. 15. lib. 1. Mancin. de iura-
men. p. 2. ar. 5. num. 43. & ſeq. & ar. 12. nu. 13. Bertaz.
conſ. crimin. 201. 202. lib. 1. pulchrè Rugnel. pract. q. q.
cap. 11. Pigant. ad Stat. Ferr. lib. 2. Rub. 15. numer. 29.
tom. 1. cum alijs apud Farin. de falſit. q. 160. n. 55. & 56.
vbi de ratione.

At quod talis periurus in iuramento litis deciſiuo
poſsit, & debeat criminalitèr puniri, dixerunt multi
congeſti à Farin. d. q. 160. numer. 52. 53. Chartar. deciſ.
crimin. fori Archiepiſc. Mediol. 67. num. 25. & per tot.
Pappon. Areſt. Franciæ lib. 22. tit. 12. areſt. 10. in ad-
dit. Picard. in Inſt. tit. de actione, §. item ſi quis poſtu-
lante, num. 118. plenè, & doctè Caren. reſol. 247. per
tot.

Verùm aſsertio præcipua noſtro caſui fauens mul-
tiplicitèr comprobatur.

13 Et primò, quia ſi D. Caballerius actor probauiſsèt
plenè ſuam intentionem licitè poſset recuſare iura-
mentum deciſiuum ſibi oblatum, ita ut nec conſuetu-
do contrarium diſponens valeret, cap. 2. de probat.
Alex. in d. l. manifeſtæ, ſub num. 4. verſ. item vltra, &
ibi Iaſon. ſub numer. 7. verſ. tertia decima, Menoch. de
arbitr. q. 62. num. 2. lib. 1. & alios allegabo infra nu. 21.
ſic Crauet. conſ. 848. num. 1. tom. 5. igitur, & permitti
debet huiuſmodi iuramenti recuſatio D. Gaſparino
reo, cum iam ex ſuperiùs deductis plenè ſuam pro-
14 bauerit intentionem: in iuditijs namque erga acto-
rem, & reum ſeruanda eſt æqualitas, l. non debet
actori, ff. de regul. iur. c. in iuditijs, eod. tit. in 6. l. in
ſacris la 3. C. de proxim. ſacr. ſcrin. c. cum inter, de
except. Amat. dec. Ferr. 11. numer. 12. Leoncil. dec. 4.
num. 4. Poſsent. ſing. 304. num. 6. Rota coram Buratt.
dec. 4. nu. 4. & cor. Cardin. Otthobono dec. 170. num. 12.
& eſt vulg.

15 Secundo quoniam, cum tunc demum ad huiuſmodi
iuramenti ſit ſuffragium recurrendum, cum aliæ legitimæ
probationes deeſse noſcuntur, vt eſt ſanctio. Alex. 3. in
cap. ſicut conſuetudo de probat. & tradunt Borell. in ſum-
ma dec. tit. 55. numer. 1. Maſcard. de probat. concl. 954.
num. 17. Cyriac. contr. 308. num. 25. lib. 2. & concordat
Stat. Ferr. lib. 2. Rub. 15. verſ. & iſta cauſa, ibi deficien-
tibus tamen, ac notat ibidem Pigant. ſub num. 14. verſ.
cæterum, quod pertinet.

Meritò in præſenti non poteſt eſse locus iuramento
oblato, cum extent pleniſsimæ probationes pro par-
16 te D. Gaſparini; arguendo à contrario ſenſu, quod
argumentum in iure licitum, & validiſsimum eſt,
l. 2. §. huius rei, ff. de off. eius, l. qui teſtamento, §. mu-
lier, ff. de teſtam. Argel. de acquir. poſseſs. q. 4. num. 21.
Bottilier. de ſucceſs. ab inteſt. cap. 1. theor. 10. nu-
mer. 12.

Quod adſint probationes prædictæ, patet ex ſu-
pra congeſtis, & ex eo, quod inſtrumentum, in quo
conſignatio prætenſa apparet, vt dixi, eſt produ-
ctum à parte aduerſa iuditialiter: vndè ſit, ipſam-
17 met partem producentem cenſeri fateri, & appro-
bare omnia contenta in eodem inſtrumento produ-
cto. Surd. conſ. 151. num. 16. Houded. conſ. 78. num. 80.
lib. 1. Leoncil. dec. 177. n. 3. & infrà, Mancin. de Confeſs.
cap. 6. nu. 2. 3. Poſt. reſol. 68. num. 83. Rota apud Poſt. de
manuten. dec. 625. num. 5. quæ eſt cor. Duran. dec. 433.
num. 6. tom. 2. & cor. Caualer. dec. 464. nu. 6. & coram
Merlin. dec. 148. num. 9. tom. 1. & cor. Buratt. dec. 160.
num. 3. & dec. 622. num. 3. & cor. Greg. dec. 238. nu. 5.
& ibi Add. nu. 15. vbi multas deciſiones conglomerat,
& cor. Eminentiſs. Otthobono, dec. 127. num. 1. & dec.
178. num. 2. & in rec. dec. 29. nu 46. p. 7. dec. 158. n. 6.
& dec. 185. nu. 5. p. 8.

Atquè ità eædem probationes non tantùm à ſolo
inſtrumento exoriuntur, ſed etiam á propria aduer-
ſarij confeſsione dimanante a productione præfata,
18 adeo efficaci, vt reuocationem vllam non admittat,
nequè amplius valeat impugnari, cap. cum venerabi-
lis, vbi omnes, de excep. Add. ad Greg. d. dec. 238. ſub
num. 15. verſ. & dicta tacita confeſsio. Vbert. de modo
citan. in Roman. Curia p. 2. form. 1. §. ſecundus eſt, verſ.
eaque nequeant, fol. mihi 46. vbi allegat Rot. in rec. dec.
419. nu. 5. p. 1. adde, & cor. Duran. dec. ſiuè diſcurſ. 285.
numer. 114. tom. 2. & cor. Cardin. Otthobono, dec. 127.
numer. 2. dec. 143. numer. 3. & dec. 178. numer. 3. & in

Tam-

Pamplon. benef. de Eſparza, 15. Decembr. 1649. §.
nullus autem, verſ. quam per partitas, cor. Arguell. &
adeo potenti, vt ipſamet confeſsione partis nulla de-
19 tur maior probatio, cum per eam omnes aliæ pro-
bationes ſuperentur, l. debitores, ff. de iudic. l. cum te,
C. de tranſact. cap. per tuas, de probat. Leoncil. dec.84.
num.8. Poſt. reſ.12. num.52. & latè ac pulchrè in tract.
de manut. obſ.19. num.11.12. & ſeqq. Rota cor. Greg.
dec.143. & dec.357. vtrobiquè num.3. & poſt Merlin.
de legit. dec.199. num.13. ac alibi, vt per me in colluſ.
prima nu.39.

Tertiò igitur, hac partis confeſsione ſtante, pro-
batur non eſse locum iuramento oblato, quia

Aut hoc iuramentum defertur D. Gaſparino, vt
iuret conſignauiſse inſtrumentum petitum, & tunc ſi
diceremus, iurandum fore, fruſtratoriè iuraretur,
cum iam pars aduerſa ſit confeſsa habuiſse id, ſuper
quo iurari inſtatur: & id non eſt admittendum, quo-
20 niam actus fruſtratorij ſemper ſunt vitandi, l. hæc
ſtipulatio, §. diuus, ff. vt leg. nom. cau. l. non cogendum,
§. Sabinus, ff. de procurat. l.1. ff. quod met. cau. l.3. in
prin. ff. de iureiur. l.1. in fin. ff. ad municip. Surd. dec.17.
num.2. & dec.320. nu.9. Giurb. dec.4. num.6. Fontanell.
dec.74. nu.5. tom.1. Cyriac. in puncto contr.308. nu.27.
lib.2. Rota cor. Greg. dec.516. nu.4.5. & cor. Otthobon.
dec.29. ſub nu.39. 40.

Aut defertur, vt iuret, non conſignauiſse, & tunc
iurare non tenetur, ſtantibus probationibus pro eo
21 deductis, etenim eſt firma propoſitio, quod qui ple-
nè ſuam intentionem probauit, licite iuramentum
ſibi oblatum ſubire recuſat, vt dixi ſup. numer.13. &
adnotant Neuiz. conſ.7. num.6. Surd. d. dec.17. num.3.
Boer. dec.95. num.3. Oſaſcb. dec.10. numer.7. Granut.
thcor.10. num.20. Camuncul. dec.54. ſub num.20. verſ.
iuramento autem. Vbert. de modo citan. in Rom. Cur.
p.4. d. form.4. §. & iurare debet. verſ. & pars, quæ plenè
f. mihi 186. eſt viden. Andreol.177. p.2.

Aut ſit partitum, vt referatur iuramentum D. Ca-
ballerio, & tunc vel iuraret, fuiſſe ſibi inſtrumentum
conſignatum, vel non.

Contra primum obſtat ratio ſuperfluitatis arcen-
22 dæ, nam idem apparet ex propria illius confeſsione,
quæ eſt pleniſsima probatio. Granat. ad Veſtr. lib.5.
cap.16. ſub n.9. Poſt. d. obſ.19. n.11. Rota in rec. dec.157.
nu.2. p.4.

Aduersùs ſecundum obſtat concluſio, quod con-
trà confeſsionem propriam non admittitur impugna-
23 tio, de qua ſup. nu.18. & alia, quod turpitudinem
ſuam allegans non auditur, cap. intèr dilectos, de donat.
l. ſi creditoribus, C. de ſeru. pign. dat. l. tranſactione fini-
ta, C. de tranſact. Cyriac. contr.335. n.2. lib.2. Gratian.
diſc.876. nu.16. Leoncil. dec.64. nu.19. Surd. dec.182.
nu.10. & dec.309. num.16. Fontanel. dec.74. n.6. tom.1.
Rota cor. Buratt. dec.44. n.9. tom.1.

Turpitudo autèm in præſenti deduceretur, quia
24 Caballerius ſibi eſset contrarius, quod, non permit-
titur, l.1. C. de furt. cap. fin. de iureiur. Oſaſcb. in his
terminis, dec.10. ſub nu.8. Fontanell. dec.130. num.18.
tom.1. Leoncil. dec.64. num.45.

Atquè ità ſemper erit verum, non eſse locum iura-
menti deciſiui partito oblato.

25 Quarto hoc idem confirmatur ex eo, quod iura-
mentum deciſiuum non admittitur poſt lapſum ter-
minū ad probandum; ſecundum magis communem,
& veriorem opinionem, de qua Surd conſ.111. n.17.
lib.1. vbi concordan. allegat. inter quos Socin. iun. conſ.
184. vol.2. Marſil. ſing.83. cum alijs multis per Boer. d.
dec.95. nu.5.

26 Et licèt hæc opinio non ſit omninò tuta, cum plu-
res tenuerint contrarium, de quibus Surd. d. conſ.111.
num.3. Boer. d. dec.95. num.4. & nu.6. vbi, quod ità
fuit iudicatum; & dicit, fuiſse ſententiam Bart. in l. in
contractib. § illo, C. de non numer. pecun.

27 Attamèn inoffenſo procedit pede, quando adeſt
iuſta cauſa recuſandi iuramentum, vt per eund. Bart.
vbi ſup. ac Boer. alleg. dec.95. ſub nu.4. verſ. niſi iuſtam
habuerit, & ſub num.6. verſ. niſi habeat.

Et pro iuſta cauſa affertur, quoties reus probauit
28 contrarium eius. quod actor obtulerat probare, vt
in hoc caſu ex ſupra latè congeſtis, ſic Boer. eod. dec.
95. ſub nu.6. verſ. vt quia probauit.

Vndè, ſi tunc temporis, ſequuto, nempè, lapſu
termini probatorij iuramentum non admittitur,
quanto fortiùs erit recuſandum in caſu, quo con-
trouerſiæ, & lites habentur pro reſolutis, & deffini-
tis per ſententiam, eamquè in iudicatum tranſactam,
vt in præſenti vigore præfatæ confeſsionis partis ad-
29 uerſæ, quam ſententiæ, pariterque rei iudicatæ vim
obtinere comprobat tex. in l.1. ff. de confeſs. l. vnic.
C. eod. Leoncil. d. dec.84. numer.9. Poſt. de manut. d.
obſ.19. ſub num.18. verſ. nam confeſsio. Thomat. dec.75.
num.17. Rota in rec. dec.157. nu.4. p.4.

Quintò pro hac re argui ſic poteſt.

30 Vbi adeſt confeſsio, ibi eſt relaxatio omnis proba-
tionis. Ludouic. dec. Lucen.5. nu.50. p.1. Poſt. d. obſer.19.
num.13. Rota in rec. d. dec.157. n.4. p.4.

Sed in præſenti habemus partis confeſsionem, vt
ſæpè dictum eſt.

Ergo, & cuiuſuis probationis relaxationem habe-
mus.

31 Sed iuramentum eſt ſpecies probationis, gloſ. in l. in
contract. §. illud, C. de non num. pecun. & in cap. præ-
ſentium, de teſtibus. Surd. d. conſ.111. ſub n.1. verſ. ſexto
facit, & conſ.499. num.7. Maſcard. de probat. q.9. nu.3.
Cyriac. d. contr.308. n.26. Altograd. conſ.53. nu.27. lib.2.
Borell. in ſumma dec. tit.55. num.9.10. vbi alios allegat.
tex. in l. eum qui, ff. de iureiur. l. cum de indebito, §. in
omnibus, ff. de probat. l. fin. C. de fideic. l. ſed & ſi poſseſ-
ſori, ff. de iureiur. l. fin. §. licentia, C. de iure de-
liber.

Igitùr & ipſum relaxatum cenſetur. Pacian. de
probat. lib.1. c.37. nu.16.

32 Sextò facit; quod ſi iuramentum non ſit profutu-
rum licitè poteſt recuſari, & nemo illud ſuſcipere te-
netur, l. alìàs, ff. de iureiur. DD. in d. l. iuſiurandum,
quod ex conuentione, ff. eodem, Surd. conſil.190. num.6.
lib.2.

At præſens iuramentum non eſt D. Gaſparino pro-
futurum, cum ex ſupra traditis ſatis, ſuperq. proba-
uerit quod ad ſe pertinebat, ſicquè nullam iurandi
neceſsitatem, ſeù vtilitatem habeat.

33 Meritò recuſari poteſt, nam nunquàm deuenien-
dum eſt ad iuramentum, niſi ſubſiſtente neceſsitate,
vel vtilitate, cap. & ſi Chriſtus de iure iur. Surd. d. dec.
17. ſub nu.3. Cyriac. alleg. contr.308. nu.27.

Septimò, omiſsa mox adhibita argumentorum
colligatione, ſed alia in huius facti ſpecie exiſtentia
percurrendo, pro excluſione partiti oblati, dicitur,
quod D. Procurator, & cauſidicus, qui illud obtu-
34 lit, ſpetiali caret mandato, quod requiritur ad defe-
rendum iuramentum deciſiuum, d. l. iuſiurandum, §.
fin. ff. de iure iur. cap. qui ad agendum, de procur. in 6.
Oſaſc. dec.8. nu.9. Ricc. collect.1359. quos omnes laudat
Leoncil. dec.1. nu.15. addo Pigant. ad Stat. Ferr. lib.2.
Rub.15. ſub nu.19. verſ. vltimo nota, tom.1. & nouiſſimè
Poſt. reſol.147. numer.6. meritò D. Gaſparinus illud
recu-

recuſare poteſt, ſeù oblatum à perſona non legi-
tima.
35 Neque huic motiuo obſtat prætenſa ratificatio
eiuſdem partiti facta à Caballerio itaut per illam cen-
ſeatur ſanata nullitas d. oblationis iuramenti, cum
æquiparetur mandato, etiàm vbi ſpetiale requiritur,
*l.3. §. ſi procurator, ff. quod quiſq; iur. Surd. deciſ.159.
num.2. Rota cor. Mantic. dec.227 numer.2. cor. Merlin.
deciſ.878.n.4.tom.2.cor. Eminentiſs. Otthobon. dec.116.
num.21. & cor. Buratt. dec.301.nu.8. ibiq. Add.nu.19.
& ſeqq. & poſt Salgad.in Labyrint. credit. dec.12.n.10.
& apud Poſt. de ſubhaſt. dec.198. num.5. & dec.247.
num.74. cor. Greg. dec.225. num.5. & dec.295. num.6.
& in rec. dec.275.nu.4.p.1. & dec.440. num.2. par.2.
& in Cæſarauguſ. beneſ. de Linareſ. 27. Aprilis 1644.
§.ſed ſimul, & in Roman. ſeù Veliter. afflict. 24.Iun.1647.
§. paritèrq; gratis. cor. B chio, & in Roman. ſeù Iannen.
locor. mont. 1. Iulij 1648. §. ſecundo vero, cor. Cerro,
cum alijs per Poſt. de manut. obſ.55. num.138. & Cenc.
de cenſib. q.109. ſub num.54. verſ. attamèn ratificatio:*
36 & faciat ceſsare quæſtionem validitatis actus geſti
per procuratorem, *cap. ratihabitionem, de reg. iur. in 6.
Rota dec.39. tit. de procurat. in nouij. & in rec. dec.82.
nu.5. & ſeqq. p.6. & dec.16.nu.10.11.p.7.*
Quia de tali ratificatione D. Caballerij non conſtàt
37 in actis, & tamquàm quid facti non præſumitur ex
vulg. *l. in bello, §. facta, ff. de cap. & poſtlim. reuerſ.*
38 Ac illius negatiua probatur ex reuolutione, & in-
ſpectione actorum. *Rota in rec. dec.611 num.2. par.1.
& dec.455. num.4. p.2. & cor. Caualer. dec.535.nu.5.
& dec.572. nu.6. Add. ad Greg. dec.416.num.8. & cor.
Buratt. dec.683. num.2. & cor. Eminentiſs. Otthobono,
dec.114. num.4. vbi concordan. & cor. Duran. dec.38.
num.8. & cor. Pegn. dec.577. ſub numer.3.4. tom.1. in
impreſs. Lugdunen. cum alijs multis apud Theodoſ. Ru-
beum ſing. Rotæ Roman. par.2. verſ. Negatiua, §.1.
vol.2.*
39 Ita, & talitèr, vt licèt aliàs vertemur in re, quæ
præſumi deberet, adhùc ſtante probatione negatiuæ
ex dicta inſpectione actorum, non eſset locus præ-
ſumptioni. *Caſtr. conſ.81. num.3. lib.2. Rota cor. San.
Memor. Greg. XV. d. dec.416.nu.5.*
Et quamuis ipſe D. Procurator dictum partitum
ratificauerit nomine Cabellerij, attamèn ſemper ob-
ſtat defectus mandati ſpetialis, quod ſicuti in obla-
tione partiti requirebatur, vt dixi, itá & in illius
40 ratificatione, adhoc vt ſit valida, quia in ea requi-
runtur pro validitate omnes ſolemnitates neceſsariæ
in primo actu, *l. ſi vt proponis, C. de nupt. Bero. conſil.
134. num.6. vol.1. Rolan. conſ.90. nu.49. lib.1. Oſaſch.
dec.166. numer.13. Surd. conſ.3. numer.10. & conſ.28.
num.120. lib.1. ac dec.159. numer.7. & ſeqq. Borgnin.
dec.46. num.88. & ſeqq. lib.1. Gramma. dec.355. nu.1.
Altograd. conſ.26. num.17. lib.1. Rota in rec. dec.192.
num.25.26. p.6. & in Anconit. cenſ. 27. Martij 1647.
§. non obſtat, verſ. imò ad inducendam, cor. Pentinger.
dec.216. num.19. penès Poſt. de ſubhaſt. in Add. ac
alibi.*
41 Vndè, cum hæc ratificatio ſit nulla, non poteſt ali-
quem iuris effectum producere, *l.4. §. condemnatum
vbi DD. ff. de re iudic. Surd. d. conſ.3. nu.11.*
Vltra quam quod, ſtante oppoſitione facta pro
42 parte D. Gaſparini de defectu huiuſmodi mandati,
antequàm partitum per Procuratorem oblatum rati-
ficaretur à Caballerio, inſurgit firma concluſio, quod
ampliùs non poſsit aliqua geſtorum ratificatio dari;
de qua *Pinell. in l.1. p.3. n.33. in fin. C. de bon. matern.
Iaſon. in l. licet n.3. C. de procurat. Gratian. diſcep.773.
num.51. & ſequitur Rota in Roman. pecun. 9. Decembr.
1643. §. quia dum actus, cor. Melito, dec.75. nu.9. poſt
Merlin. de pign. & hypoth.*
Ex ratione allegata ab ipſamet Rota in ead. dec.75.
43 num.10. vbi quod talis oppoſitio, ſiuè proteſtatio
operatur, quod actus peccet in ſubſtantialibus, &
ſucceſsiuè quod geſta non valeant conualidari per ra-
tificationem, ita etiam *Surd. conſ.183. ſub numer.34.
Gratian. diſcept.933. nu.17. ac alij.*
Non obſtat id, quod opponitur ad deſtruenda
priora fundamenta pro excluſione partiti adducta,
videlicèt verba inſtrumenti ſuperiùs recenſita, in
quibus tota vis probationis deducitur, tam quo ad
conſignationem inſtrumenti prætenſi, quàm quo ad
44 confeſsionem Caballerij, non eſse diſpoſitiua, ſed
enuntiatiua, proindequè probationem exclamatam
non inducere. *Grat. conſ.143. num.15. lib.2. Brunor.
q.22. nu.63. Bardellon. conſ.49. n.10. Caball. conſ.123.
num.7. lib.2. Genua de verborum enuntiat. lib.1. qu.4.
num.1. vbi de communi, & numer.2. vbi allegat tex. in
l. Lucius titius teſtamento, §. quis quis mihi hæres, ff. de
leg.2. Cornazan. dec. Lucen.212. nu.9.*
45 Præſertim, quando principaliter de ipſo enuntia-
to diſputare contingit, vt in præſenti, tùnc etenim
certior eſt concluſio quod enuntiatiua verba non
probant. *Gargiar. patrocin. 50. num 5. Surd. conſil.5.
num.16. Gabr. conſ.40. nu.20. lib.1. Menoch. conſil.732.
num.24. lib.8. Capic. dec.71. nu.2. Maſcard. concl.916.
num.14. Bardellon. conſil.54. num.16. vol.1. Genua de
enuntiat. d. q.4. num.3. vbi multos concordantes adducit
cum pluribus alijs apud Altograd. conſil.28. nu.8. lib.2.
Cornazan. dec. Lucen.92. nu.12.14. Cyriac. contr.244.
num.62. tom.2. Rota in rec. dec.53. num.11. p.4 tom.2.
& dec.552. num.13. dec.633. num.18. ead. p.4. tom.3.
dec.203. num.9. & dec.226. num.35. p.7. & dec.110.
num.30. & dec.245. numer.37. par.8. & apud Poſt. de
manuten. dec.184. numer.10. & in Roman. Vineæ 27.
Iun.1650. §. neque ad probandum, coram Eminentiſs.
Otthobono, nunc inter eius impreſs. dec.227. num.11. et
cor. Greg. dec.372. num.3. et cor. Merlin. dec.573. n.7.
vol.2. et in Bononien. Iuriſpatronat. 13. Maij 1658. §. ſe-
cundo ex quo, in fin. cor. Cerro.*
Nec minùs confeſsionem Caballerij à productio-
ne dicti inſtrumenti excogitatam illi officere, quia
concluſio, quod producens ſcripturam in iuditio
cenſeatur fateri omnia in ea contenta, de qua *ſupra*
46 *num.17.* procedit ſolùm quo ad diſpoſitiua, non vero
quo ad enuntiatiua in eadem ſcriptura. *Felin. in cap.
cum venerabilis, n.22. limit.1. de conſtit. Bero. conſ.170.
num.1.2. vbi de communi, lib.2. Oſaſch. dec.38. num.9.
Vbert. de modo citandi in Roman. Cur. par.2. form.1.
§. ſecundus eſt, verſ. declara tamen, ſ. mihi 46. vbi al-
legat Rotam apud Caſ. de Graſs. dec.6. n.2. tit. de ſenten.
et re iudic. Ridolphin. in praxi p.1. c.2. ſub nu.148. verſ.
hoc tamèn.*
Maximè, cum productio ſit facta per compulſum
in parte, & partibus, vt modò pretenditur, tunc
47 namque eadem productio non preiudicat producen-
ti quoad ſibi præiuditialia. *Honded. conſil.78. n.85.
et ſeq. lib.2. Ridolphin. d. cap.2. nu.151. Rota dec.354.
num.12. in fin. poſt lib.2. conſil. Farinac. et coram Greg.
dec.270. num.7. et dec.432. num.7. cum alijs per Bel-
tramin. ad eund. Greg. dec.238. ſub nu.15. verſ. limitatur
ſecundo, Vbert. d. form.1. §. et in Curia regularitèr,
cum ſeq. ſ. mihi 47. in princ. latè Poſt. de manuten. obſ.
97. ſub num.9. Pigant. ad Stat. Ferr. lib.2. Rub.16. ſub
nu.127. ver. prout nec. tom.1.*
48 Quoniam reſpondetur, imò verba præfata cènſeri
diſpo-

diſpoſitiua, ſeù contenta in oratione, quæ in ſe ipſa conſiſtit, & principalitèr ſtat proptèr ſe, cum à proprijs regatur verbis, nequè verbum diſpoſitionis præcedentis in eam influat, & ad illius perfectionem ſit neceſsarium, ſecundùm doctrinam *Bald. in l. ſi voluntate, C. de fideic. liber. & in l.1. nu.9. C. de falſ. cauſ. adiec. leg. Altograd. conſ.28. num.3. & benè conſil.80. num.20. vol.2.*

Vel ex eo, quia talia verba, *il quale ſi conſegna*, ſunt prolata, vt diſponant circa conſignationem, & ob id dici non poſsunt ſimplicitèr verba enuntiati-
49 ua, cum iſta ſint ea, quæ in aliqua diſpoſitione poſita ſecundùm eorum ſonum diſpoſitionem aliquam non inducunt, vt per *Socin. iun. in l. ex hac ſcriptura, ſub numer. 1. ff. de donat. Seraphin. de iuram. priuil.92. numer.4. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.3. tit.12. num.4.* & hanc deſcriptionem amplectitur, ab eaque nullo pacto eſse diſcedendum profitetur *Genua de verb. enunt. lib.1. quæſt.1. numer.4. 11. & num.12.*

Vel quia ſunt verba temporis præſentis, ideoquè
50 non conuenientia enuntiatiuis, quæ ob id dicuntur enuntiatiua, quoniam actum enuntiant de præterito, vel futuro; & ita cum verba noſtri caſus, neq; enuntient actum in futurum explicandum, aut actum tanquàm explicatum in præteritum, benè appellantur verba diſpoſitiua, ità egregiè exponit *Alex. conſ.190. num.29.30. vol.6. Surd. dec.250.n.10.*

Vel ſaltèm quia negari nequit, eſse enuntiatiua,
51 proptèr ſe, ſicque eſſe verba verè diſpoſitiua, ſi poſt *Bald. credamus Mandel. conſ.223. num.5. Odd. conſ.64. numer.57. lib.1. Genua de verb. enunc. lib.3. quæſt.1. num.2.*

Sed quatenùs etiam admittere velimus, illa fore ſimplicitèr enuntiatiua, adhuc tamen in præſenti caſu ſatis probant conſignationem inſtrumenti petiti; nàm non ſunt prolata perfunctoriè, & per tranſitum, ſed cum ratione finali expreſsa, ſcilicèt *ad effetto che di tempo in tempo poſsa riſcuotere il predetto credito*: illa enim verba *ad effetto che* reſoluuntur
52 in dictionem *perche*, quæ tamquàm cauſalis apponitur per modum rationis, *l. ſi ità, ff. de condit. & demonſtr. l. non dubium, ff. de leg.3. Barboſ. dict.314. n.1. Altograd. conſ.79. numer.30. lib.2. vbi allegat Rotam apud Peregr. dec.134. nu.8. & in rec. dec.300. n.20. p.1. & dec.293. nu.11. p.6.*

Et prudentèr quidèm fuit appoſita ratio præfata immediatè poſt conſignationem inſtrumenti crediti ceſsi, quoniàm cum ceſsionarius teneatur iuſtificare
53 creditum cedentis, adeò vt non ſufficiat exhibere ceſsionis inſtrumentum. *Aldouin. conſ.42. nu.18.19. 21. Gratian. diſcept.501. num.26. & dec.111. in Add. num.10. Cenc. de cenſib. q.72. ſub nu.23. verſ. nec etiam ſufficit. Rodrig. de execut. c.3. num.26. Olea de ceſs. iur. & act. tit.1. quæſt.5. num.9. & tit.6. quæſt.9. ſub n.13. verſ. ſed etiam, ego ipſe infr. collect.9. numer.90. Rota poſt Statil. de Salu. interd. dec.162. num.6. & cor. Greg. dec.579. nu.1. & ibi Add. nu.4. & in rec. dec.114. n.14. p.7. & in diu. dec.44. num.4. par.4. repetita poſt Cenc. de cenſib. dec.255. nu.5.*

Meritò ſequuta eadem conſignatione fuit dictum, ad effectum, vt D. ceſsionarius de tempore in tempus poſsit exigere prædictum creditum ceſſum.

Vndè ſtante horum verborum ratione expreſsa,
54 ſequitur, vt ea licet enuntiatiua optimè probent. *Cranett. conſ.911. ſub n.15. ad fin. vol.5. Decian. conſ.40. num.122. lib.1. quos refert, & ſequitur Genua de verbis enunt. lib.1. d.q.4. num.119.*

Additur, quod præcitata verba fuerunt prolata,
55 præſente Ioanne Baptiſta, ad quem dirigebantur, quo caſu enuntiatiua verba non ſolum probare, ſed & diſpoſitionem inducere obſeruat cum *Bomb. conſ.76. n.2. Genua, d. q.4. n.127. addo Rot. in rec. dec.472. nu.7. p.1.*

Et cum in præſenti verſemur inter eaſdem perſonas, & contrahentes, inter quas eadem verba ſubſequuta fuere, ceſsat penitus difficultas, ex quo re-
56 ſpectu ipſarummet perſonarum enuntiatiua verba plenè probant, vti adductis *tex. in l. optimam, de contrah. ſtipul. & in l. publia, §. fin. ff. de poſ. docuere Bero. conſ.6. num 33. lib.1. Pancirol. conſ.191. num.7. & conſ.195. num.12. Machel. patroc.15. nu.5. Fachin. conſ.98. num.12. vol.1. Maſcard. de probat. concl.621. num.28. Menoch. præſumpt.133. nu.1. lib.3. Maceraten. reſol.55. ſub num.10. verſ. & adderetur, & reſ.60. n.11. lib.1. Trentacinq. reſ.2. num.57. 58. tit. de verb. ſignif. lib.1. cum multis apud Genuam, de ver. enunt. lib.1. d. q.4. num.73. Cenc. de cenſib. q.81. num.12. Rot. coram Cardin. Seraph. dec.1339. num.1. & dec.1387. num.3. tom.2. & coram Pegn. dec.466. nu.6. tom.1. in impreſs. Lugdun. & coram Duran. dec.387. la 2. n.9. & dec.416. n.12. tom.2. & cor. Coccin. dec.242. n.3. & cor. Canaler. dec.276. nu.3.*

Et quamquam modò ſit in cauſa D. Franciſcus Maria Caballerius, cum quo dicta verba non fuerunt prolata, nihilominùs, vti hæres Ioannis Baptiſtæ non debet eſse melioris conditionis, quam fuiſſet eius
57 auctor, ſicquè ipſamet verba non ſolùm inter ipſos contrahentes probant, ſed etiam inter eorum hæredes, & ſucceſsores etiam ſingulares. *Cranett. conſ.29. num.1. & conſ.564. num.2. Menoch. de præſumpt. lib.3. præſ.132. num.3. Fachin. conſil.98. num.13. vol.1. Tuſc. litt. C. concl.652. num.3. quos laudat Genua d. quæſt.4. n.92. Gratian. diſcept.739. num.20.21. Poſt. reſol.68. nu.56.*

58 Statque firma concluſio, vt talia verba enuntiatiua probent ſi fuerint prolata partibus præſentibus, vt in hoc noſtro caſu, adeò vt locum obtineat, etiam ſi de enuntiato ſit diſputatio. *Cephal. conſ.443. n.8. lib.3. Genua, d.q.4. num.18. quibus addi poſsunt Abb. in conſ.85. ſub nu.2. verſ. nec obſtat prædictis p.2. Barth. Socin. conſ.68. ſub numer.7. vbi in fin.* quod eſt magis communis opinio, & mens legiſtarum, *vol.4. Trentacinq. d. reſol.2. ſub num.64. verſ. ſecundo non habet locum.*

Vndè ex hoc ſicuti non obſtant ſcripta ſuperiùs num.45. ità promptiùs eſt dicendum dicta verba in præſenti probare.

Tùm, quia fuerunt à partibus ipſis comprobata
59 medio publici inſtrumenti vallati cum clauſula *pro iurato*, quam iuramenti vires omnes habere, præter periurium diſponitur à noſtro Clauſul. & traditur à *Surd. dec.154. num.2. & de aliment. tit.9. qu.24. vbi latè Gratian. diſcept.37. nu.22. lib.1. Ciarlin. contr.175. nu.22. Pigant. ad Stat. Ferr. lib.2. Rub.34. num.67. & Rub.91. nu.55. verſ. & pro iuramento, tom.1. Borell. in ſumm. dec. tit.60. n.37. p.1. Merl. de plur. poteſ. cap.39. num.16. nouiſsimè poſt hæc ſcripta Sabell. var. reſol. & reſpon. c.70. nu.29. & in mea collect.16. n.104. Rota poſt Zacch. de oblig. Camer. dec.67. nu.3. & coram Merlin. dec.506. la 2. nu.42.*

60 Quotieſcumque autèm verba enuntiatiua ſunt iuramento firmata, abſque vllo dubio ſatis probant. *Rimin. iun. conſ.53. num.19. et conſ.693. n.55. Marcabr. conſ.86. num.87. Gargiar. patrocin.43. numer.7. Seraph. de iuramen. priuil.92. nu.2. Trentacinq. var. reſol. lib.1.*

tit.

Digitized by Google

tit. de verb. ſignificatione, *d. reſ.2. numer.90. vbi de communi*, *Marcabrun. conſ.29. num.121. & ſeq. Bardellon. conſil.49.num.6. Maſcard. d. concl.621. num.42. 43. Genua, de enunt. lib.1. quæſt.3. num.16. & ſeqq. & d. quæſt 4. num.32. & ſeqq. & lib.2. quæſt.1. num.96. & decidit* (non attenta deciſ.336. par.3. apud Verall.) *Rota cor. ſan.memor. Greg.XV. dec.172. numer.3. & ibi Add. nu.7.*

61 Tùm, quia in inſtrumento continetur decretum Iudicis, quo caſu enuntiatiua probant, vt relato *Mancin. de iuramen. p.4.eff.151.num.5.tradit Genua de verb. enunt. lib.2.q.1.n.104.*

62 Tùm, quia agitur circa actum, qui à partium voluntate pendebat, ideoque enuntiatiua probant; vt in hoc ceſſare difficultatem præmonuit *S. Rot. Auditorium cor. Coccin. dec.199. ſub num.10.verſ. & ceſſat difficultas.*

Tùm tandem quia (& nunc tollitur id quod ſup. num.46. ex aduerſo aſſerebatur) ex productione facta à Caballerio de inſtrumento, in quo præallegata
63 verba leguntur, reſultat, quod ipſamet verba, & ſi enuntiatiua probent. *Rim. conſ.126. num 10. lib.2. Peregrin. conſ.61. num.10. lib.1. Genua de verbis enunt. lib.1. d. quæſt.4. ſub num.105. verſ. ſed vbi contrahens, & lib.2. quæſt.1. num.37. Menoch. præſ.45. nu.17. cum ſeqq. lib.2. Maſcard. de probat. concl.916. nu.9. & ſeqq. Gratian. diſcep.870. num.1. Poſt. reſ.68.num.85.Leoncil. dec.177. nu.3. Rota cor. Buratt.dec.622.num.3.& in rec. dec.249. in fin. p.1. ac alibi,vt per Add.ad Greg.dec.238. ſub num.15. verſ. quæ regula, & verſ. ſed à prima*, vbi, quod, ab hac opinione non eſt in iudicando recedendum, quia Rota ſæpiùs illam firmauit; vt præter deciſiones modò adductas, videri poteſt in *Leodien. ſucceſs.1.Iulij 1654. §.fin.cor.Cerro, & in Bonon.iur.patron. 13. Maij 1658. §. nihilominùs quicquid ſit, verſ. vnde omnia, cor. eod.*

Productionem autem inſtrumenti fuiſſe factam à Caballerio in parte, & partibus fauorabilibus, nullibi probatur, & contrarium apparet ex actis,in quib. ſimpliciter, & abſolutè producitur inſtrumentum, ſicq;
64 non ſeruata formula producendi, de qua per *Luc.Pet. in praxi, lib.2. cap.8. numer.1.5.6. Veſtr. in praxi, lib.6. cap.1. nu.6. Poſt. de manut. obſer.97. num 9.* non iuuat alitèr facta productio, vt obſeruatur à; *Poſt. d.reſ.68. num.88.*

Et in omnem caſum,quod productio,vt prętenditur, per compulſum, & in parte, & partibus fuerit facta, adhùc non poteſt Caballerio prodeſſe; quoniam, cum
65 pro parte D.Gaſparini, aduersùs quem, fuit productum inſtrumentum extiterit acceptatum, & repetitum idem inſtrumentum, ceſſat effectus dictæ productionis, & concluſio *ſup.n.17.*firmata procedit non obſtante productione talitèr facta; vt per *Iaſon. in l.1. §. editiones, num.18. ff.de eden. Rip. in cap. cum m. Ferrar. num.79.verſ.ad effugiendum,de conſtit. Dec. in c. cum venerabilis, ſub nu.22. & ibi Felyn. ſub nu.23. de except. Crauett. conſ.201. ſub num.5. verſ. & ſine dubio. lib.2. Natta, conſ.365. nu.4.lib.2. Vin. opin.304.quos vna cum alijs refert, & ſequitur Mancin. de confeſs. cap.6. numer.4.*

Atquè vlteriùs, quemadmodum productio præfata non operatur in multis caſibus apud DD. videndis, itá
66 præ alijs huiuſmodi cautela non ſuffragatur, quando iura,quæ producuntur ſunt iura propria,vt in præſenti. *Gratian. diſcep.739. nu.37. & diſcept.870. num.1. Gabr. conſ.40. num.23.24. lib.1. Add. ad Greg. d.dec.238. ſub num.15. verſ. limitatur ſecundo, ibi non ſuffragatur, Poſt. d.reſ.68.n.86. & de manut. d.obſ.97. ſub nu.9. verſ.quod huiuſmodi, & infrà, Vbert. de modo citan. in Rom. Cur. par.2. form.1. §. item nec quando, fol. mihi 47.Rodolphin. in praxi, par.1. cap.2. numer.152. Rota poſt Fenzon. ad Stat. Vrb. deciſ. 167. §. & licet ad euitandum, & in rec. dec.304. num.21. & dec.360. numer.4. par.5. ac alibi.*

67 Similitèr, neque quando producens, vt in noſtro caſu, fundat in iuribus productis ſuam intentionem, tùnc enim par eſt, vt ſi pro ſe vult illis vti, contra ſe quoquè eadem admittat. *Add. ad Greg. d.dec.238. ſub num.15. lim.2. verſ. item non ſuffragatur. Vbert. d. form.1. §. prout etiam, eod. f.47. Poſt. de manut. d. obſ. 97. ſub num.9. & d. reſ.68. num.87. Pigant. ad Stat. Ferr. lib.2. Rub. 16. ſub numer.128. verſ. & maximè quando, ibi vel pars in ijs, tom.1. Rota in rec. dec.361. nu.2. p.4.*

68 Ex quibus omnibus patet; vel nos verſari in verbis diſpoſitiuis, in quibus non admittitur probatio in contrarium. *Rimin. iun. conſ.12. nu.11. Genua de enuntiat. lib.1. q.3. n.31.*

Vel ſane non eſse timendum, ſicèt exiſtimentur verba enuntiatiua; proindèque firma manere fundamenta illa priora deducta pro excluſione partiti iuratorij, & pro oſtenſione confeſsionis partis aduerſæ.

INSPECTIO SECVNDA.

QVæcunquè lato calamo hucuſque exaraui, ad euellendam radicatam eorum opinionem putantium in hoc iuditio deberi de conſignatione prætenſi inſtrumenti tractari, ſcriptis duntaxat commiſi; enim verò ſemper propoſui fore priùs, & antè omnia cognoſcendum ſuper exceptionibus pro parte D. Gaſparini deductis.

Nuncquè hoc idem diſcutiendum ante omnia mihi comprobatur, ex veriſsimis iuris principijs ſe habentibus, quod exceptiones impedientes litis ingreſ-
69 ſum priùs cognoſci debent, & de illis antè omnia pronuntiari. *Maynar. dec. Toloſan. 66.lib.3. Grammat. dec.65. nu.84. Borell. in ſumma, dec. tit.48.n.36.Tom.1. Scacc. de appellat. q.17. limit.47. memb.1. n.90. & ſeqq. Aſin. in praxi §.18. cap.3. num.1. vbi concordan. Pigant. ad Stat. Ferr. lib.2. Rub.16.ſub n.68.verſ. & certè Tom.1.*

Sed huiuſmodi ſunt exceptiones in præſenti op-
70 poſitæ, ſeù Iudicis, & fori incompetentiam apertiſsimè continentes, ſecundùm notata à *Maran. in ſpeculo, par.4. diſtinc.20. num.17. Fenzon. ad Stat. Vrb. lib.1. cap.62. nu.1. & a Pigant. ad d. Rub.16. numer.68.* meritò, &c.

71 Et præciſim, quod ſicuti declinatoria fori, ſiuè Iudicis incompetentis exceptio ante litem conteſtatam, & antè omnes alias dilatorias opponi debet. *l. fin. C. de excep. cap. inter monaſterium, de ſenten. & re iudic. Aſin. in praxi d. §.18. cap.1. numer.6. Myſinger. cent.4. obſ.27. cum multis congeſtis à Borell. in ſumma deciſionum, tit.43. num.78. & tit.48. num.53. Tom.1. Muſcatel. in praxi, par.2. in gloſ. competentes nu.55. Graſs. de except. excep.18. num.13. Becc. conſ.22. nu.4. & ſeq. Surd. conſ.204. num.9. lib.2. Cyriac. contr.383. num.29. vol.2. Cornazan. dec.140.num.1. Giurb. dec.96. ſub numer.13. verſ. & exceptio incompetentiæ. Leoncil. dec.86.n.13.Fontanell.dec.17. n.3. vol.1. Poſt. de manut. obſ.85. ſub num.1. verſ. cum hæc ſit. Fenzon.ad Stat.Vrb. lib.1.cap.61.nu.6. Rota in rec. dec.91. nu.26. p.6. & cor. Cardin. Mantic.dec.204. n.8.* vbi, quod hæc eſt practica iuditiorum: dixi *colluct.19.nu.40.*

72 Itá neceſſariò ſuper ea ſit pronuntiandum, adeòvt

Digitized by Google

niſi pronuntietur proceſsus non valeat, tanquam à Iudice factus, qui ſuam iuriſdictionem ignoret, ſuadetur ex his, quæ habentur *in l.1. C. de lit. conteſt. & in l.1. ff. de iudic. & in cap. cum veniſset, de integr. reſtit. Bart. in l. multum num.2. de condit. & demonſtrat. Caſtr. in l.1. in fin. C. de ordin. cogn. Ferret. conſil.201. num.5. & ſeqq. Calcan. conſil.115.nu.4. Corn. conſ.247. numer.18. lib.2. Grammat. dec.65. num.81. & ſeqq. quibus omnibus relatis adhæret Aſin. d.§.18. cap.2. ſub nu.4.5. & cap.3. ſub nu.1. verſ. aut enim, & cap.6.n.2.*

73 Propoſita namque fori declinatoria, eo ipſo remanent alligatæ manus Iudicis, eiuſque iuriſdictio ſuſpenditur. *Nouar. de elect. & variat. fori, ſect.1. qu.10. nu.1. Leoncil. dec.165. ſub nu.2.*

74 Et hinc, tales exceptiones litis ingreſsum impedientes eſse verè irreferuabiles, non obſtante etiam *Stat. Ferr. lib.2. Rub.42.* præmonuit *Pigant. ad eandem Rub.42. nu.11.12. ſecundùm generalitèr tradita à Scacc. de appellat. q.17. limit.47. memb.1. n.95. & à Salgad. de Regia protectione, p.2. c.18.*

75 Vndè, quamuis exceptiones reiectæ videantur, ſi Iudex ad vlteriora procedat, *ad tex. in cap. ex parte, il 2. vbi DD. de appell. Corn. conſ.85. num.10.12. lib.4. cum alijs per Aſin. d. §.18. cap.6. num.1. Gabr. tit. de except. concl.1. num.1. vbi plures congerit. Graſs. except.18. n.15. Rota in antiq. tit. de excep. dec.13. & in diu. dec.444. nu.5. p.1. eſt cor. Seraphin. dec.383. nu.8. vol.1. Borell. d. tit.48. nu.25. Menoch. præſump.64. lib.2. Pigant. ad Stat. Ferr. lib.2. ad d. Rub.16. ſub nu.90. verſ. prout etiam, t.1.*

76 Nihilominùs hæc concluſio fallit, & non procedit in exceptionibus reſpicientibus perſonam Iudicis, vt quia declinatoria fori, & incompetentia, vt in præſenti, fuerit oppoſita, nam tales exceptiones per proceſsum ad vlteriora non cenſentur reiectæ, & ſic non ſufficit tacita, ſed expreſsa earum reiectio eſt neceſsaria. *Graſs. de except.18. ſub num.15. Gabr. d. concl.1. ſub num.7. verſ. contrarium indiſtinctè. Scarder. de feud. p.10. in præamb. nu.38.39. vbi concordan. Ricc. dec.61. par.3. Bellon. dec.167. Caroc. except.22. qu.8. latè Nouar. de elect. & variat. fori, d. quæſt.10. nu.4.6.*

Quicquid contrarium firmare videatur *Ridolphin. in praxi, par.1. d. cap.7. num.49.50.* vbi requirit appellationem ab vlteriori proceſsu ad hoc, ne inducatur pronuntiatio tacita de Iudicis competentia, in tantùm, vt pars, non appellando, illum tacitè approbare cenſeatur; & poteſt videri *Scacc. de iudic. c.101. nu 17.18. tom.1.*

Quod verò oppoſita exceptio habeat in præſenti iuditio locum, demonſtratur ex eo; quia D. Gaſparinus conuenitur, & pulſatur ratione contractus, ab ipſo, & à Reuer. D. Carolo illius ex fratre nepote celebrati, in quo clariſsimè patet, ius eorum
77 eſse connexum, proindequè priuilegium Clerici fore communicatum eidem D. Gaſparino ratione indiuiduitatis, & inſeparabilitatis eiuſdem iuris *arg. l. ſi communem, ff. quemadmodum ſeruit. amitt. l. ſi is, qui duos, ff. liberat. leg. & per tradita à Marſil. ſing. 180. ac à Nouar. de elect. & variat. fori ſect.3. qu.1. nu.2. & per tot. & per Mangil. de euict. quæſt.6. num.31. Amat. reſol.86. nu.47. lib.2. Surd. conſil.396. numer.16. lib.3. Martha de Iuriſdict. par.4. cap.118. cent.2. Grat. diſcept.641. lib.4. Ambroſin. de immunit. eccleſ. c.20. Maceraten. reſ.42. nu.4. lib.1. Leoncil. de priuileg. paup. par.2. priu.4. num.15. Mel. alleg.18. num.9.10. vol.2. Rota in Bononien. fideic. de Bargelinis 24. Nouembr. 1651. §. Aegidianam vero, cor. Bichio.*

78. Connexitas iuris deducitur; & à qualitate contractus ceſsionis factæ Ioanni Baptiſtæ, ſeù Iuniperæ eius vxori de credito communi inter præfatos D. Gaſparinum, & Reu. D. Carolum: & à cauſa eiuſdem ceſsionis, vt ſcilicèt dos eſset aſsignata d. Iuniperæ nepti, & ſorori reſpectiuè præfatorum de Gaſparinis, vt de communibus bonis fuiſse dotem aſsignandam vigore ſocietatis vniuerſalis omnium bonorum, erit inſpectio, quam latè dedùcam infrà *in legali colluct.36.* & à te petita per Caballerium, videlicèt ab inſtrumento prætenſo, in quo creditum prædictum commune continetur; quibus omnibus
79 apprimè inſeruiunt tradita, circa materiam connexorum, *à Menoch. de arbitr. caſ.95. Pacian. de probat. lib.2. cap.26. Genua de ſcript. priuata lib.4. tit. de connexiſ. & à Nouar. de elect. & variat. fori, ſect.3. quæſt.2.*

Quinimò magis in ſpetie, quod ius ſit connexum
80 ad dictum effectum, quotieſcunque petuntur bona communia inter Clericum, & laicum, & ab ipſis pro indiuiſo poſseſsa, itavt nequeat admitti reſpectu eorundem bonorum ſciſsio iuriſdictionis, donèc diuiſio fiat; & quemadmodum quoad portionem ad Clericum ſpectantem cognitio pertinet ad Iudicem Eccleſiaſticum, ſic pro laicorum portionibus idem Iudex Eccleſiaſticus, vti dignior ſit adeundus, habetur *à Gratian. diſcep.641. num.3. & ſeqq. Graſs. de effect. cleric. eff.1. num.520. Vrſil. ad Afflict. deciſ. 213. num.2, Salgad. in Labyrint. creditor. par.1. cap.6. num.5. & num.12. & num.21. ac in tract. de ſupplic. ad Sanctiſs. par. 2. cap. 14. numer.5. & ſeqq. Caſtil. contr. t.6. cap.165. ſub num.47. Leoncil. dec.57. nu.17. Add. ad Buratt. dec.780. numer.19. nouiſsimè Rubeo in reſol. practicabil. circa teſtamen. cap.57. numer.19. & ſeqq. Sperell. dec.19. num.21. Ferentil. ad Burat. dec. 780. num.20. tom.3. Rota coram Seraph. dec.957. n.11. & in Ariminen. Saluiani, 19. Iun.1643. §. & licèt non totum, coram Bicchio, dec.72. num.2. poſt Merlin. de pign. & hypoth. & in d. Bonon. fideic. de Bargellin. 24. Nouembr.1651. §. quale eſset in caſu, coram eod. Bichio, & coram Merlin. dec.903. num.16. tom.2. & per omnes ſup. citatos, quibus adde viden. Andreol. contr.206.*

Vndè, cum Caballerius agat pro conſignatione inſtrumenti ad finem exigendi creditum, nominaquè debitorum ceſsa, atquè communia, & indiuiſa inter dictos D. Gaſparinum, & R. D. Carolum, vt pro indubitato ſupponimus, conſequentèr debere coram Iudice Eccleſiaſtico actionem proponere eſt dicendum, non ſecùs ac ſi ageret contra bona pro indiuiſo poſseſsa, & communia inter prædictos laicum,
81 & Clericum, quia nomina debitorum continentur appellatione bonorum, etiam in terminis, in quibus de graui præiuditio tractatur, *l. bonorum, ff. de verb. ſign. Menoch. conſ.300. n.40. & præſumpt.147. n.17. lib.4. Surd. conſ.4. num.18.19. Theſaur. q.2. n.3. lib.1. Gratian. dec.81. num.11.12. Merlin. de pign. & hypoth. lib.2. quæſt.29. num.10.*

82 Et talis declinatoria poteſt peti à laico, & ſi Clericus pro ea non inſtet, tuncque omnes ad Eccleſiaſticum remitti debent, ſecundùm doctrinam *Decian. in tract. crimin. Tom.1. lib.4. cap.9. num.44. & ſeqq. Farinac. tit. de inquiſit. q.8. numer.151. in fin. Rubei reſol. practicab. circa teſtam. d. cap.57. num.166.* & fuit ſæpè iudicatum in Tribunalibus huius Ciuitatis, & nouiſsimè in cauſa Hyppoliti Felecti, cum Ioſepho, & fratribus de Samaritanis *ab Excellentiſs. D. Claudio Simono Comaclenſe Prætore doctiſsimo, & ob ſingularitates dotium, quibus inſignitèr decoratur, ne dùm in hoc patrio Cælo, verùm, & vndiquè fulgentiſsimè emicante; de anno 1655. 16. Nouembr. in actis D. Andreæ Foles Notarij actuarij.*

Ne-

Nequè obſtat, quod Clericus prædictus non ſit ho-
diè in cauſa. nequè vocatus, & citatus coram Iudice
Sæculari, ſed tantùm agatur contra D. Gaſparinum
83 laicum; hincquè deducatur, non eſſe locum declina-
Otthobono nunc in eius impreſs. dec. 94. n. 17.

24 Sed fruſtranea adhibetur diſpunctio, circa præſenta-
neas obiectiones, cum aduerſarius, ſeù deſtitutus actio-
ne, vt comprobaui, veniat à limine iudicij repellendus,
etiam offitio Iudicis, & parte non petente. l. vbi pactum,
& ibi DD. C. de tranſact. Mol. alleg. 18. n. 2. et alleg. 101. n.
12. lib. 2. Rota in rec. dec. 323. num. 3. p. 5. cum alijs per me
adductis in Legal. colluct. 3. n. 49.

25 Et D. Gaſparinus meus principalis remanſerit, &
vna cum eo extiterint alij coobligati penitus liberatus,
& abſoluti ex quietantia à Caballerio de mobilibus
nunc prætenſis concepta ampliſsimis verbis, per eun-
demque D. Gaſparinum reportata iuxta tex. in l. ver-
bor. obligatio. ff. de ſolut. Surd. conſ. 221. num. 58. Mantic. de
tacit. lib. 15. tit. 6. n. 1. 2. Rota in Rauen. reſidui dotis 16.
Aprilis 1646. §. etenim ex prædicta quietantia cor. Cardin.
Otthobono in eius impreſs. decìſ. 64. n. 1.

Et non obſtat, quietantiam præfatam, vt ſuprà à
Caballerio initam fuiſſe conſequutiuam ſimplicis con-
feſsionis de recepto factæ conſtante matrimonio de
iiſdem mobilibus à Ioanne Baptiſta marito Iuniperæ;
indequè fieri, vt ſicuti ipſa mobilia præſeferunt par-
26 tem dotis dictæ Iuniperæ, ità actualem eorum tradi-
tionem non oriri ex illa ſola confeſsione viri, ſed ex alijs
exigi, vt cum effectu conſter de traditione illorum; in
tantum, vt non conſtito de huiuſmodi effectiua tradi-
tione præſumatur ſimulata, & in fraudem donationis
prohibitæ inter virum, & vxorem illa, de qua non niſi
per nudam confeſsionem viri docetur. Roman. conſ. 445.
num. 7.

Digitized by Google

num.7.Menoch.conſ.81.num.15. Natta conſ.148.num.4.
Merlin.de pign.& hypoth.lib.3.q.58.num.1.9.Fontanel.de
pact.nupt.clauſ.fin.p.1.n.76.vol.2.Mareſc.var.reſol. lib.1.
c.8.in prin.Pigant.ad Stat. Ferr. lib.2. Rub.108. n.1. late
Mancin.de confeſſion.c.2.n.95.& ſeqq.Mel.alleg.10.num.
122.lib.1.Rota cor.Greg.dec.67.num.2. & ſeqq. & coram
Coccino dec.451.n.2.3.et cor. Buratt. dec.108. n.2. & ibi
Add.litt.B et dec.612.num.1. Vbi quod hanc opinionem
ſequuta eſt perpetuo Rota antiqua, & moderna. Et ibi
Add.litt.A et dec.925.num.1. Vbi quod Rota ſemper
eſt amplexa iſtam partem. Et ibi Ferentil. litt. A, et cor.
Merlin.dec.419.n.3.tom.1.et in rec. dec.683. num.2. p.2.
et dec.55.nu.13.14.par.6.et in Rom.dot.11. Febru. 1656.
§. nec dicatur, quod imò cor. Beuilaqua et poſt Salgad.
in Labyrint.creditor.dec.22.n.1.ac dixi in colluct.legalı.1.
n.87.et colluct.11.n.1.

Etenim reſpondetur, concluſionem præfatam non
adaptari caſui noſtro, tam iure communi, quam mu-
nicipali inſpecto.

27 Nā ſi ius commune percurramus,apparet inter alias
eiuſdē concluſionis fallentias.potiſſimā illam eſſe,quan-
do promiſsio dotis,vt in præſenti, præcedit confeſſio-
nem illius de recepto factam à marito, tunc namque
ipſam confeſsionem probare veram dotis traditio-
nem, & receptionem contra confitentem, & eius hæ-
redes,docuerunt.Gabr. tit.de iur.dot.concl.4.n.4. Meno-
ch. præſum.12. n.53.lib.3.Mancin.de confeſs.d.c.2. n.117.
vbi concordan.Mel.alleg.10.n.127.lib.1. Mareſc. var. re-
ſol.lib.1.c.8.num.13.Fontanel. de pact. nupt. clauſ.4. gloſ.
26.num.32.tom.1.& clauſ.fin.p.1.num.31.tom.2.Fachin.
contr.iur.lib.8.c.81.Altograd.conſ.33.num.6.lib.1.Statil.
de Salu.inſp.3.c.2.n.484.Merlin.de pign. & hypoth. lib.3.
d.q.58.num.83.& ſeq.Gratian. dec.103. num.3. & ſeqq.
Caſtil.dec.106.num.36. Ferentil. ad Buratt. dec.108. ſub
litt.B verſ.quando autem conſtat.Rota cor.Cardin.Seraph.
dec.795.num.1.cor.Duran.dec.428.num.1.cor. Greg. dec.
491.num.7.& ibi Beltramin. num.12. & in rec. dec.124.
num.3.p.2.& dec.160.num.1.p.7. & in Fanen. dotis 17.
Martij 1642.§.creditum enim cor. Cerro, & in Rauenn.
Saluian.17. Decembr.1646.§. minuſque releuat cor. Mel-
tio dec.53.num.1.& dec.141. n.6. poſt Merlin. de pign. &
hypoth.& in Romana dotis 21. Febr.1650. §. neque rele-
nat cor.Eminentiſs.Corrado dec.22.num.16.poſt Salgad.in
Labyrint. creditor. & in d. Roman. dot.11.Febr.1656. §.
neque etiam dicatur, verſ. non enim ſufficis coram Beui-
laqua cum alijs per Rubeum ſing. Rot. Roman. par.2. ver.
Dis.§.1.vol.2.& Pigant.ad Stat. Ferrar. lib.2. Rub.108.
num.11.tom.1.ac nouiſſimè Boſs. de dote c.10. à n.141. ad
n.149.

Quæ fallentia tantò fortiùs in præſentiarum eſt ad-
mittenda, quia in facto non controuertitur, quinimò
abſolutè conceditur, maiorem partem mobilium in
28 eodem Inuentario deſcriptorum fuiſſe actualiter da-
tam, quo caſu præſumi debet in totum ipſamet mobi-
lia fuiſſe tradita,ad congeſta per DD.in l.2.C. de non nu-
mer.pecun.Gratian.diſcept.362.n.18. Rota cor. Greg. dec.
62.n.7.cor.Duran.dec.409.ſub num.21.& poſt Merlin. de
pign.d.dec.141.n.12.& in Roman.dot.23.Iun.1645. §.1.
et in Ancont.dotis 1.Martij 1649. §. inter cæteras coram
Eminentiſs.Otthobono nunc in eius,impreſs.dec.43 num.1.
& dec.107.n.14.& in ead. Ancont. dotis 30. Maij 1650.
§.non obſtat ſimulationis verſ. ex quibus proindè cor. Ve-
roſp.& in rec.dec.124.n.4.p.2.& dec.28.num.8.p.7. cum
multis alijs conglomeratis à Merlin.de pign.& hypoth.lib.
3.d.quæſt.58.num.128.& à Pigant.ad d. Rub.108. ſub n.
11.verſ.confirmabitur quoque Mel.alleg.10.n.128.lib.1.ac
Boſſio de dote d.c.10.n.129.

Inſuperquè decretum Iudicis interuenit in ipſa con-
feſsione cum inſertione præfati Inuentarij mobilium;
29 vndè ſequitur, quod ex eod. decreto diluatur omnis
ſuſpitio fraudis;vt in his terminis conſiderat Rota in d.
Fanen. dotis 17. Martij 1642.§. et in hanc ſententiam cor.
Cerro dec.53.n.3.poſt Merlin.de pign. & hypoth. cum alijs
infrà in Legal.colluct.16.n.79.

Et vlterius confeſsio præfata,& quietantia non ema-
nauit ad fauorem vxoris, ſed D. Gaſparini eius patrui
agentis, tam ſuo,quam nominibus fratrum D.Iunipe-
30 ræ,& ita cum ſit facta pro tertijs,ſuccedit, quod benè
probet, & concluſio in aduerſum deducta non habeat
locum. Socin. conſ.82.ſub num.2. lib.3. Albanus conſ.8.
ſub num.12.cum alijs apud Mancin.de confeſs.d.c.2.num.
119.addo Caball.conſ.23.num.5. lib.1. Sard. conſ.290. n.
52.Præt.conſil.100.n.7.8.Altograd.d. conſ.33.n.7. lib.1.
Merlin.de pign.d.q.58.num.110.Mareſc. var. reſol. lib.1.
cap.8.num.8.Rota cor.Duran. dec.409. n.15. & dec.428.
n.2.tom.2.& in dec.69.nu.18.& in citata dec.141. n.14.
poſt Merlin.de pign.& hypoth.pulchrè Boſs.de dote.d.c.10.
n.116.et ſeqq.

31 Idcircò,omiſsis alijs coniecturis,& adminiculis, qui-
bus poſitis receditur ab eadem concluſione, & quæ vi-
deri poſſunt penes DD.et Rot.deciſ.ſuperius recenſit;cum
32 confeſsio prædicta ſit ſatis ex huiuſque traditis admi-
niculata, & coniecturis ſulcita, non eſt dubitandum
quin contra Caballerium hæredem confitentis ſuffi-
cienter probet; vt obſeruat Pigant. ad Stat. Ferr.lib.2.
Rub.108 ſub num.5.verſ.illud exploratum tom.1. et Rota
cor.Merlin.dec.869.n.3.4.tom.2.et cor. Cardin. Otthobon.
d.dec.167.n.31.et d.dec.141.nu.8.poſt Merlin. de pign.et
hypoth.et in d.Ancont.dotis 30.Maij 1650.§.iuſtitia quo-
que verſ.dum tamen cor.Veroſpio.

33 Si verò ius municipale Ferrariæ inſpiciamus, conſtat
manifeſtiſsimè ex lib.2.Rub.108. confeſsionem de dote
recepta factam à marito,vel eius procuratore, tenere,
& validam,ac efficacem eſſe, atque veram dotis tradi-
tionem probare; & adnotatur ibid. à Pigant. numer.3.
ac dixi in legali colluct.1.num.89.et colluct.11.num.10.et
colluct.42.n.10.

34 Cuius Statuti diſpoſitionem procedere, ſiuè talis
confeſsio facta ſit ante matrimonium, tempore ma-
trimonij, ſiuè poſt matrimonium contractum,eſt cla-
rus in ead.Rub.108. Verborum contextus: & tradunt
Paſeth.conſ.75.num.1.et ſeqq.Rimin.iun.conſ.419. n.26.
verſ.ad ſecundum lib.4.vt obſeruat Pigant.ad d.Rub.108.
ſub n.5.

35 Neque verendum eſt, requiſita eiuſdem municipalis
ſanctionis, videlicet, quod confeſsio appareat per in-
ſtrumentum; in eoque bonorum obligatio expreſſa
contineatur,concurrere in præſenti,vt fore neceſſarium
prodidit Pigant.ad ipſam Rub.108.ſub num.7. verſ. item
inſtrumentum allegando Rum. conſ.190. lib.1. Rimin. iun.
conſ.192.num.9.et ſeqq.lib.2.et d.conſ.419. numer.18. et
ſeqq.lib.4.quoniam vtrumque oculis D. Iuſdicentis ſu-
bijcitur.

36 Et hæc multò magis procedunt ſtante alia præfati
Statuti diſpoſitione eodem lib.2.Rub.20. qua tribuitur,
inſtrumentis parata executio, vt in puncto ſentit Leon-
cil.dec.7.n.6.et dec.109.n.2.

37 Vndè fit,confeſsionem prædictam,vti validam, pro-
ducere effectum probationis de traditione dotis, & di-
ctam executionem paratam obtinere, etiam ad fauo-
rem crediti dotalis duntaxat confeſsionati, ſecundùm
doctrinam Socin.in l.1.nu.79. verſ. quarto limitat Bulga-
rin.ibid.n.47.et Barboſ.ſub n.26.verſ.et quoad primum ff.
ſolut.matrim.Merlin.de pign.et hypoth. d. q.58. ſub n.94.
verſ.vbi plus infert lib.3.

38 Quidquid dixerint in contrarium Bero. conſ.108.n.
14.lib.3.Gozad.conſ.28 ſub num.23. Menoch. præſ.12. n.
70.lib.3.Mancin.de confeſs.c.2.n.122.

Nam

39 Nam eorum opinio poteſt forſitan admitti, quando ſimpliciter deduceretur dicta parata executio ad finem probandi dotis traditionem ex ſola viri confeſſione in inſtrumento contenta; ſecus, quando, vltrà executionem eiuſdem inſtrumenti paratam, concurrunt, vt in præſenti, tot, tantæquè coniecturæ hucuſque recenſitæ, quibus veritas dictæ confeſſionis fulcitur; quia tunc DD. mox citatos non fore attẽdendos, ſuadetur ex
40 traditis *ſup. n. 31.* hìc etiam adducto vulgato axiomate, quod quæ nõ proſunt, ſingula iuncta iuuant *l. inſtrum. C. de probat. gloſ. in l. 2. ff de excuſ. tutor. Gabr. comm. concl. tit. de probat. concl. 1. Rota in rec. dec. 134. numer. 3. et dec. 504. ſub n. 7. p. 3. dec. 603. n. 27. p. 4. tom. 3. dec. 103. num. 5. p. 5. dec. 169. num. 12. p. 6. dec. 253. num. 24. par. 7. et dec. 167. num. 14. p. 8.*

ASSERTIO SECVNDA.

SImulatio obiecta contra confeſſionem, & quietantiam præfatam nullatenus eſt attendenda.

Licet eam deduci contendatur ex eo, quia conſtat ex depoſitionibus peritorum hinc inde electorum, quod tempore confectionis Inuentarij mobilium, eorumque æſtimationis per ipſos factæ non aderat habitus, de quo agitur, ſed illum fuiſſe adnotatum indicto Inuentario cum pretij deſignatione, animo actualiter per D.D. Gaſparinos dandi eum deindè ſponſæ, vel eius viro, ſeù idem pretium perſoluendi.

41 Quibus ſanè teſtibus, vt potè de eorum facto deponentibus omninò eſſe ſtandum, multumque credendum, & fortiùs quàm teſtibus ordinarijs firmatur ex adnotatis per *Gratian. diſcep. foren. c. 446. num. 32. c. 509. num. 33. et c. 514. num. 23. Poſt. reſol. 128. num. 90. 91. Rot. diuerſ. dec. 160. num. 1. p. 5. ſeù poſt 2. vol. conſil. Farinac. & penes Poſt. de manut. dec. 162. num. 4. et cor. Pegn. dec. 183. num. 2. et dec. 818. num. 3. et ibi Add. et dec. 899. n. 1. ſecundum impreſſ. Lugdunen. et cor. Merlin. dec. 714. n. 19. tom. 2. cor. Mantic. dec. 6. n. 10. et cor. Greg. dec. 351. n. 11. et dec. 449. num. 7. et dec. 544. n. 18.*

42 Optima accedente ratione, quoniam tales teſtes tanquam magis informati, cæteris ſunt præferendi. *Poſt. d. reſ. 128. n. 92. ad Rot. in rec. 244. num. 3. p. 1. & cor. Merlin. dec. 640. num. 10. tom. 2. & in Peruſin. oblation. 23. Martij 1648. §. nam cum verſemur cor. Cardin. Otthobon. nunc in eius impreſſ. dec. 139. n. 4. & cor. Pegn. dec. 335. n. 7. tom. 1.*

43 Et cum ſint duo ſuper eadem reconteſtes conſtituunt perfectam probationem, ſecundùm *l. vbi numerus. ff. de teſtib. c. in omni negotio, & c. licet vniuerſis, extrà eod. Farinac. de teſtib. q. 63. c. 5. n. 232. pulchrè Magdalen. in tract. de numer. teſt. c. 1. num. 1. & ſeqq. Gratian. diſcep. 550. n. 46. Poſt. d. reſ. 128. n. 102. et de manut. obſ. 38. n. 12. 13. Rota ibid. poſt tract. dec. 132. n. 2. in rec. dec. 631. n. 1. p. 4. et cor. Coccin. dec. 180. n. 2. et cor. Merlin. d. dec. 640. n. 4. et cor. Buratt. dec. 173. ſub n. 1.*

44 Quæ concluſio, ſicuti ex prædictis admittitur regulariter in alijs teſtibus, multò fortius eſt concedenda in teſtibus de facto proprio deponentibus. *Gratian. di-*
45 *ſcep. 749. num. 1. 5. Poſt. d. reſ. 128. n. 103.* reuocando in mentem id, quod de iſtis teſtibus dicitur, nempe quod vnicus ex ijs probat plenè concurrentibus adminiculis. *Farinac. d. q. 63. num. 221. Thomat. dec. 117. num. 4. Poſt. d. reſ. 128. num. 96. Rota cor. Seraphin. dec. 676. num. 2. et dec. 1163. n. 6. et cor. Greg. dec. 521. n. 4. et dec. 544. n. 19. cor. Coccin. dec. 19. num. 2. et dec. 473. num. 1. et ſeqq. cor. Pegn. dec. 932. ſub num. 1. tom. 2. in impreſſ. Lugdun. cor. Buratt. dec. 360. num. 1. et dec. 775. num. 6. et poſt Cenc. de cenſib. deciſ. 454. numer. 4. 5. et in rec. deciſ. 244. numer. 4. par. 1. Add. ad Gregor. deciſ. 351. numero 30.* Quod non verificatur in alijs teſtibus.

46 Cumque agatur de probanda negatiua exiſtentiæ eorundem mobilium tunc temporis, non eſt opus, vt ipſimet teſtes illam coarctent, addendo aliter eſſe non potuiſſe, quin ipſi ſcirent, quoniam deponunt ſuper eo, quod eorum oculis ſubiectum fuit. *Pariſ. conſ. 162. num. 14. lib. 4. Farinac. conſ. 151. num. 18. quos relatos ſequitur Rota in Toloſan. territor. 21. April. 1651. §. quod autem in fine cor. Eminentiſſ. Otthobono nunc in eius impreſſ. dec. 247. n. 4.*

47 Et quoties teſtes deponunt de facto proprio, vt in præſenti ipſis negantibus magis creditur, quàm affirmantibus, & ſi deponentibus ſuper negatiua non coarctata loco, & tempore. *Curt. de teſtib. concl. 7. n. 10. Farinac. eod. tr. q. 65. n. 239. vbi tamen ſe remittit ad Pacian. de probat. lib. 1. c. 48.*

Atque in omnem caſum tractatur modò de detegenda ſimulatione confeſſionis præfatæ; vndè cum ſimulatio ſit de ijs, quæ ſunt difficilis probationis. *Menoch. de arbitr. caſ. 116. n. 8. Magon. dec. Lucen. 25. num. 6. Rota in rec. dec. 90. n. 10. p. 8.* Non poteſt dubitari, quin ex depoſitionibus dictorum teſtium ſufficiens reſultet
48 probatio ſimulationis, cum vnicus etiam teſtis iunctis adminiculis ad illam probandam ſatis ſit. *Farinac. conſ. 201. num. 28. et in tract. de falſit. et ſimulat. q. 162. n. 131. vbi concordantes habentur. Rota poſt Zacch. de oblig. Cam. dec. 181. num. 15. et dec. 206. num. 11. et dec. 207. num. vlt. et cor. Merlin. dec. 835. num. 12. tom. 2. et in Roman. pecun. 28. Iunij 1649. §. demum ponderanda, et in Verulana Moleud. 12. Ianuar. 1652. §. neque Trullio verſ. et licet vnius cor. Otthobono inter eius impreſſ. dec. 191. num. 16. et dec. 268. n. 10.*

49 Quinimò pro oſtendenda ſimulatione, ſufficere ſimplices coniecturas, & præſumptiones, tradiderunt communiter *DD. apud Farinac. d. q. 162. num. 97. Maſcard. de probat. concl. 438. n. 7. et ſeq. Tuſc. in verb. ſimulatio, concl. 260. n. 1. et concl. 263. nu. 1. 2. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſ. 122. ſub n. 5. et præſ. 124. n. 3. Mãtic. de tacit. lib. 4. tit. 23. n. 31. et lib. 8. tit. 17. n. 8. Gratian. diſcep. forenſ. c. 628. n. 15. nouiſſimè Sabell. var. reſol. et reſponſ. cap. 25. num. 34. et c. 48. num. 12. Rota in rec. dec. 741. numer. 5. par. 3. et dec. 283. num. 13. p. 5. et dec. 11. num. 2. p. 7. et dec. 63. num. 12. ac ſeqq. p. 8. et coram Pegn. dec. 258. num. 3. tom. 1. in impreſſ. Lugdun. coram Coccin. deciſ. 408. n. 4. coram Merlin. dec. 714. n. 3. tom. 2. et cor. Otthobon. d. d. deciſ. 191. num. 3. et dec. 268. n. 13. ac alibi.*

50 Et quamuis hæc procedere ſolummodò dicatur, quando, vltrà præſumptiones, & coniecturas concurrit cauſa etiam ſimulandi, vt apud præcitatos, & mox allegandos DD. & Rotæ deciſiones liquidò patet, adeovt ſublata probabili cauſa, ex qua veriſimiliter partes potuerint moueri ad ſimulandum, ædem coniecturæ non attendantur *Tuſc. in verb. ſimulatio concl. 258. per tot. Mantich. de tacit. lib. 13. tit. 35. num. 6. Hondod. conſ. 46. num. 3. lib. 1. Farinac. conſ. 40. num. 60. et de falſit. et ſimul. d. q. 162. num. 136. vbi concordan. Rota poſt lib. 1. conſil. eiuſd. dec. 78. num. 4. et dec. 128. num. 1. et dec. 140. num. 2. et in rec. dec. 307. numer. 11. p. 1. et deciſ. 572. numero 3. par. 4. et coram Pegn. d. deciſ. 258. numero 2. et ibi Add. ex typo Lugdun. dec. 346. n. 2. et dec. 415. n. 1. in impreſſ. Venet. et cor. Caualer. dec. 406. num. 1. 5. et poſt Merlin. de pign. dec. 58. num. 5. et apud Poſt. de ſubhaſt. dec. 179. num. 9. et num. 35. et dec. 212. num. 10. 11. in Addit. et poſt Cenc. de cenſib. dec. 128. n. 5. et cor. Gregor. dec. 157. num. 22. et ibi Add. n. 27. et coram Buratt. dec. 365. num. 3. et in Romana Vineæ de Granuela 26. Iun. 1649. coram Eminentiſſ. Corrado, & in Melenit. bonor. 1. Febr. 1651. §. ſublata verò coram Cardin. Otthobono nunc in eius impreſſ.*

Digitized by Google

impreſs. decıſ. 238. numerò 10.

51 Nihilominus, præſciſſo, quod ſufficit ipſam ſimulandi cauſam, & ſi non veram, fuiſſe veriſimilem, & a partibus opinatam. Farinac. d. q. 162. num. 138. Sabel. d. c. 48. num. 13. Honded. d. conſ. 46. num. 28. lib. 1. Rota in rec. dec. 11. n. 4. 5. par. 7. & poſt Zacch. de oblig. Camer. dec. 181. n. 9. coram Merlin. dec. 714. num. 10. tom. 2. & cor. Buratt. dec. 901. num. 7. & cor. Otthobon. d. dec. 191. num. 8. Prætenditur in præſenti, cauſam ſimulandi non eſſe deducendam neque iuſtificandam.

52 Ex eo, quia ex depoſitionibus dictorum teſtium conſtet plenè de ipſa ſimulatione, quo caſu ad iuſtificationem ſimulationis, non eſſe neceſſariam aliam cauſæ probationem, tradiderunt Add. ad Magon. dec. Lucen. 25. ſub litt. A Grat. diſcep. 600. n. 19. Beltramin. ad Ludouiſ. dec. 157. ſub n. 27. verſic. prædicta procedunt, & ſequitur Altograd. conſil. 21. ſub num. 12. verſ. quod ſi de ſimulatione lib. 2.

53 Et hinc dignoſcimus, tunc demum requiri cauſam ſimulandi, quando de ſimulatione non conſtat plenè, ſed deducuntur ſolummodò ad illius probationem coniecturæ, & præſumptiones, vt declarando concluſionem in oppoſito firmatam, docent, Farinac. d. q. 162. n. 176. Altograd. d. conſ. 21. ſub num. 12. verſ. vel quando, de ſimulatione Add. ad Greg. d. dec. 157. ſub num. 27. verſ. & quod ſimulatio. Rota poſt. 2. Lib. conſil. Farinac. dec. 237. n. 3. alias par. 5. diuer. & penes Poſt. de ſubh. d. dec. 179. num. 10. & coram Pegn. dec. 249. num. 1. 13. & in rec. dec. 344. num. 3. p. 4. & admittitur paſſim à D. D. in eadem concl. adduct.

54 Neque èſt ambigendum ſimulationem poſſe teſtibus probari, nam hoc quotidie ſeruari docent Add. ad Alex. conſ. 28. num 14. litt. G verſ. teſtes lib. 5. Et eſſe communem opinionem teſtantur Viuius opin. 425. num. 11. Vigant. in c. ſalubriter n. 120. de vſur. Maſcard. de probat. concl. 447. la 2. n. 1. Farinac. conſ. 40. num. 6. & de falſit. & ſimulat. d. q. 162. num. 120. latè Rota poſt Cenc. de cenſib. dec. 128. n. 1. & ſeqq. Etiam ſi teſtes ipſi ſint minus idonei, & ſingulares. Farinac. d. conſ. 40. n. 7. Rota in rec. dec. 90. n. 11. p. 8.

Et additur, quod præter teſtium depoſitiones, non deſunt coniecturæ in hac facti ſpetie arguentes ſimulationem, & illæ præſertim.

55 Quod verſamur in actu inito inter perſonas ſuſpectas, & prohibitas. Tuſc. in ver. ſimulatio concl 296. n. 37. Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 36. n. 6. Farinac. d. q. 162. n. 187. Rota in rec. dec. 741. n. 6. in fine p. 3.

Quod veriſimile eſt, fuiſſe appoſitum in Inuenta-
rio habitum modò petitum animo poſtea illum haben-
56 di, ſeù eius pretium conſequendi; etenim à veriſi-
mili inducitur ſimulationis coniectura. Rimin. iun. conſ.
62. num. 11. Decian. conſ. 62. num. 72. 73. lib. 3. Maſcard de
probat. concl. 440. n. 9. Tuſc. in verſ. ſimulatio, concl. 263. n.
21. quos refert Farinac. alleg. q. 162. n. 215. Rota poſt eiuſd.
57 lib. 1. conſ. dec. 71. num. 3. & dec. 140. num. 9. Præcipuè, &
facilius inter perſonas coniunctas, vt in præſenti. Surd.
conſ. 373. num. 39. Rota poſt Zacch. de oblig. Camer. d. dec.
207. num. 16. & apud Poſt. de ſubhaſt. dec. 179. num. 15. in
Addit. & cor. Pegn. dec. 258. n. 6. to. 1. in Lugdun. impreſs.
& cor. Merlin. dec. 737. n. 5. tom. 2. & in rec. dec. 741. ſub n.
5. par. 3.

58 Vndè concluditur, ſimulationem nullo modo poſſe occultari, cum etiam ad illam probandam ſufficiant duæ coniecturæ, vt cum magis communi opinione DD. quam recitat Pariſ. conſ. 55. num. 29. 30. lib. 1. Cephal. conſil. 325. n. 1. Bec. conſ. 52. n. 47. 48. lib. 1. Bertaz. conſ. 447. num. 24. Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 33. n. 11. obſeruat Farinac. d. q. 162. n. 106. & conſ. 42. n. 38. Gratian. diſc. 586. n. 35. Rota poſt Zacch. de oblig. Camer. dec. 208. n. 14. & in rec. deciſ. 63. numero 13. par. 8.

59 Et conſequenter confeſſionem, & quietantiam præfatam, tanquam ſimulatam non fore attendendam, nihilquè valere, & operari, & nullius eſſe momenti, cum ſic emiſſa dicatur ficta, careat ſubſtantia, & ſpiritu, & ſit deſtituta vero contrahentium conſenſu, ſecundùm Pariſ. conſ. 54. num. 26. & ſeqq. lib. 1. Iaſ. conſ. 170. num. 3. lib. 2. Socin. ſen. conſ. 65. n. 14. lib. 1. & conſ. 264. num. 4. lib. 2. quos refert, & pulchrè Laudat Rota in rec. d. dec. 741. n. 5. p. 3. dec. 61. num. 8. & ſeqq. p. 5. dec. 259. ſub num. 7. & ſeqq. p. 6. dec. 11. num. 20. p. 7. & dec. 63. n. 15. & dec. 90. num 4. par. 8. & in Bonon. locor. Mont. 23. Febr. 1646. §. quod verè cor. Ghiſiler. & in Roman. hæredit. de Gratianis 18. Iun. 1649. §. eo minus cor. Bichio, & in iſtis terminis in Roman. dotis 21. Febr. 1650. §. quare cum ex prædictis cor. Eminentiſs. Corrado dec. 22. num. 31. & dec. 71. num. 20. poſt Salgad. in Labyrint. credit. & agit egregiè Rubeus in annot. ad dec. 9. num. 1. cum ſeqq. in rec. p. 3. Farinac. de falſit. & ſimul quæſt. 162. numer. 7. & ſeqq. Merlin. de pign. lib. 2. quæſt. 112. latè, & bene Graſs. de except. except. 12.

Hæc, & alia, quæ circa hanc obiectionem ſimulationi prætenſæ inhærentem late deducuntur, non officiunt, inquam, quoniam non verſamur in caſu probationis negatiuæ exiſtentiæ mobilium tempore confectionis Inuentarij, neque in puncto detegendæ ſimulationis eiuſdem Inuentarij, in quibus terminis, & teſtium depoſitiones, & coniecturæ pro ſimulatione adductæ poſſunt fortaſsè locum obtinere.

Sed ſumus in puncto, qui veritatem quietantiæ contentæ in publico inſtrumento poſtmodum confecto diſcutiendam præſefert.

Nam animaduertendum eſt, diuerſum eſſe tempus Inuentarij à tempore quietantiæ.

Quo fit, vt licet teſtes examinati, optimè deponerent ſuper dicta negatiua, & ſimulatione, adhuc tamen, cum percutiant tempus ſolummodò confecti inuentarij, neque præciſæ excludant ſatisfactionem, quam reportare potuit Caballerius de valore mobilium deſignato poſt confectionem ipſiuſmet Inuentarij: ac nequè concludant, & deponant de geſtis tempore poſte-
riori ſubſequutæ quietantiæ, parui ſint faciendi, &
eorum dicta non debent attendi, quia, quando vis
60 ſtat in tempore, prout in hoc caſu, opus eſt, quod teſtes
concludant, & deponant de tempore certo, & indubi-
tato, alias non probant. Rota in rec. dec. 469. num. 4.
p. 3. et coram Mantic. dec. 105. numer. 7. coram Buratt. dec.
686. num. 5. et in Bonon. pecun. 27. Aprilis 1644. §. nec te-
ſtes cor. Rotas dec. 209. num. 14. poſt Zacch. de oblig. Camer.
et in Romana ſociet. offic. 1. Iul. 1644. §. et licet teſtes cor.
Eminentiſs. Otthobono nunc in eius impreſs. dec. 16. n. 17. et
ſeqq.

Et verè, cum ſimulata dicatur ex aduerſo quietan-
tia præfata, dubitandum non eſt, quin ſimulatio ipſa
61 probari debeat; & ſit deducenda ex ijs, quæ fuerint
cogitata tempore quietantiæ, vel initio illius; ſeù pau-
lò antè, itavt ſi afferantur aliqua ſimulationem indu-
centia, quæ dictis temporibus non fuerint opinata, &
geſta, haud intrent ad concludendam ſimulationem.
DD. in l. poſt contractum. ff. de donat. Gratian. diſcep. 255. n.
10. Rota cor. Pegn. dec. 249. n. 10. in impreſs. Venet. et dec.
323. n. 6. tom. 1. in impreſs. Lugdunen. et in Meleuit. bonor.
1. Feb. 1651. §. nec ad illam cor. Cardinali Otthobon. inter
eius impreſs. dec. 238. n. 8.

62 Sicquè ſuccedit concluſio, quæ ſe habet, quod, vbi tempus eſt fundamentum intentionis, qui in eo ſe fundat, illud certum, & præciſum probare tenetur Gratian. diſcep. 262. num. 9. et diſcept. 391. num. 21. Surd. dec. 75. n. 10. Thomat. dec. 50. num. 81. Poſt. reſ. 91. num. 4. ego ipſe

infra

Digitized by Google

infrà colluct.9.n.67.Rota cor.Mantic.dec.95.n.3. cor. Bu-
ratt.dec.175.n.17.& dec.589.n.4.& dec.686.n.5.& in
Abnlen.portion.14.Iun.1647.§.nam quando cor.Celſo,&
in Melenit.cenſ.11.Febr.1650.§. verum hac viſa cor.Ot-
thobon.in impreſſ.dec.206.n.7.
63 Et vlterius,vt ſimulatio arceatur, eſt aduertendum,
quod ſicuti ſimulatio non præſumitur, ſed ab allegante
eſt probanda. Menoch.præſ.122.n.2. lib.3. Maſcard. de
probat.concl.448.num.1.& concl.814.num.1.2.Tuſc.litt.
S concl.259.num.1.& ſeq.Mel.alleg.17.numer.31.lib.1.
Medic.examin.20.num.5. Gratian. diſcept.255. numer.9.
Mantic.de tacit.lib.8.tit.17.num.1.& lib.13.tit.35.n.8.
Cyriac.contr.387 num.60.Poſt.reſol.40.num.17.cum alijs
per Farinac.de falſit.& ſimul.d.q.162. num.94.Rota poſt
illius 1.lib.conſil.dec.30.num.5.& in diu. dec.219.n.2.p.
2.& cor.Buratt.dec.141.numer.4.& poſt Addit. Toſt.de
ſubhaſt.d.dec.179.num.8.& poſt Zacch. de oblig. Camer.
dec.129.n.1.& dec.214.n.7.& poſt Cenc. de cenſib. dec.
139.n.4.& dec.166.n.3.
64 Ità in dubio illa eſt interpretatio ſumenda,per quam
ſimulationi non ſit locus.Farinac.d.q.162.ſub n.94. Ro-
ta apud Verall.dec.421.n.5.p.2.& cor. Pegn. dec.249.n.
3.in Venet.& dec.323.ſub n.2.in impreſſ.Lugdun. & cor.
Merlin.dec.609.n.7.tom.2.
Quod vtiquè in hoc caſu eſt dicendum, cum multa
concurrant pro excluſione ſimulationis prætenſæ, &
præciſim.
65 Nullam adhuc fuiſſe pro parte Caballerij probatam
fraudem in D.Gaſparino,& tamen vbi non eſt fraus,ibi
non eſt ſimulatio.Bart.in l.3.in fin.C.de poſtul.Becc.conſ.
52.n.124.Farinac.d.q.162.n.59.
Et fraus non præſumitur,niſi probetur. l. merito. ff.
pro ſoc.l.quoties.§.qui dolo.ff.de probat.Surd.dec.299.n.8.
Cyriac.d.contr.387.num.59.lib.2. Maceraten. reſol.21. n.
8.lib.3.
Vlterius in inſtrumento quietantiæ præfatæ interue-
66 nit Iudicis decretum,cum cauſæ cognitione, per quod
propterea excluditur ſimulationis præſumptio. Burſat.
conſ.144.num.19.lib.2.Pariſ.conſ.39.num.15.vol.4.Becc.
conſ.52.numer.13.14. lib.1. Tuſc. in ver. ſimulatio concl.
259. numer.10.& concl.266. numer.12.& concl.268.
num.3.4.latè Honded.conſ.33.numer.24.& ſeqq.lib.2. Si-
moncel.de decret.lib.3.tit.7.num.45.& ſeq.Farinac. d. q.
162.n.65.
67 Et hinc oritur etiam, quod cum dicta quietantia
fuerit geſta palam, remaneat excluſa ſimulationis præ-
ſumptio Burſat.conſ.320.n.36. lib.3. Honded. d. conſ.33.
num.26.
Et hæc tanto fortius procedunt,cum ſimus in inſtru-
68 mento publico,in quo ſimulatio non præſumitur. Ca-
ſtr.conſ.113.ſub num.2.lib.2.Ancbar. conſ.227. in dub.2.
Dec.conſ.26.ſub n.6.verſ.ſecundo reſpondetur; quibus ar-
ridet Rota poſt Cenc.de cenſib.dec.125.n.21. & cor.Greg.
dec.157.n.20.
69 Et contra quod in ſententia aliquorum non admitti-
tur probatio ſimulationis per coniecturas.Becc. d. conſ.
52.n.4.lib.1.Bertaz.inter conſil. Farinac. conſil.40. ſub n.
65.lib.1.& ipſe Farinac. de falſit. & ſimulat. d. q.162. n.
132.vbi refert etiam Tuſc.pract.concl.ver.ſimulatio concl.
159.num.6.& concl.263.num.8.et ſeqq. Rotam apud Ca-
putaqnen.p.2.dec.421. Quæ loquitur in terminis quie
tantiæ; adde quod hoc idem colligitur ab ipſamet Rota
cor.Greg.dec.459.per tot. repetita in diu. dec.282.p.5.&
in rec.dec.261.p.3.& poſt Cenc.de cenſib.dec.24. & ibid.
dec.136.n.7.8.
70 Cum imò veritas confeſſionis de recepto incremen-
tum recipiat ſtatim ac, quod eſt emiſſa in publico in-
ſtrumento ad excluſionem ſimulationis.Altograd.conſ.
29.n.12.lib.1.Rota diu.dec.612.ſub n.2.par.4.Præſertim
ſtante qualitate perſonarum,tam D. D. Io:Baptiſtæ,&
Franciſci Mariæ eius patris de Caballerijs confitentium
& quietantium,quam D. Gaſparini quietati, & abſolu-
ti,hinc indè virorum proborum, & honeſtorum; ex
71 qua contrahentium, & perſonarum qualitate, veram
præſumi ſolutionem,& confeſſionem, tradiderunt Ma-
ſcard.de probat.concl.362.n.14.in fin.Farinac.d.q.162.n.
172.Altograd.d.conſ.29.n.10. Rota coram Seraphin.dec.
879.n.7.& in rec.dec.303.n.10.p.1.to.1.
Quibus omnibus additur, quod à tempore Inuenta-
rij mobilium, vſque ad tempus emiſſæ quietantiæ, po-
tuit,vel habitus prætenſus conſignari, vel pretium illius
concordatum; & in Inuentario deſignatum perſolui;
72 vndè cum ita re vera potuerit fieri quietantia, ceſſat
ſimulationis præſumptio.Rota cor. Greg. dec.195.n.10.
repetita poſt Zacch.de oblig.Cam.dec.150.ante n.11.et poſt
Cenc.de cenſib.dec.5.n.12.& in rec. dec.85.p.3. et rurſus
cor.eod.Greg.d.dec.459.n.8.9.
Vndè ceſſantibus teſtium depoſitionibus, cum iam
non obſtare fuerit oſtenſum ſuperius, ſi certandum ſit
coniecturis,verſamur in tuto,non extare ſimulationem
73 quæ facilius excluditur, quam coniecturis probetur.
Cephal.conſ.325.n.25.26.Farinac.d.q.162.nn.144.Rota
cor.Greg.d.dec.195.n.2.
Et in omnem caſum coniecturæ ex aduerſo ponde-
ratæ in concurſu præſumptionum modò deductarum
ſilere debent,& vti ab iſtis ſublatæ nihil operari poſſunt
74 cum præſumptio excluſiua ſimulationis tollat præ-
ſumptionem ſimulationis incluſiuam. Farinac. ead. q.
162.n.144.Rota cor.Greg.alleg.dec.195.n.15.
Et tanto minus eſt curandum de coniecturis contra-
rijs;vel quia non verificantur in facto; vel quia ſimula-
tio non poteſt coniecturis probari, quando allegatur
75 per vnum ex contrahentibus,vt in præſenti, quidquid
ſit ſi deducatur à tertio;vt egregiè traditur à Farinac.d.
q.162.n.99.Turr.de camb. diſp.3. q.11. n.18. & ſequitur
Rota in Feretr.prædij 1.Iul.1641.§.pro cauſa cor.Bichio.
Quare,cum nihil obſtet quietantiæ præfatæ, non eſt
verendum quin D.Gaſparinus bonum ius fruatur in ea,
76 & ex ea legitimè probetur ſatisfactio, & ſolutio ad fa-
uorem illam reportantis, vt docent etiam Tiraquel. de
retrac.lign.§ 1.gloſ.18.n.28.Rota cor.Cardin.Seraphin.
dec.1339 n.2.tom.2.& in rec.dec.572.ſub n.1.verſ. quod
autem p.4.alias in poſth. Farinac.tom.2.ſaluo, &c.
Veritas huiuſce conſultationis, & cæcis ipſis in iure
lumen aperuit: quo circa neque fauorabilis ſententia
ſub die 20.Septembris 1656.ex actis egregij Viri D. Fran-
ciſci Vitalij notarij à D. Laurentio Victorio Gubernatore
Comacli potuit denegari; Et ita ſecundum prædicta fuit
iudicatum.

COLLVCTATIO VI.

ARGVMENTVM.

Mulier, ſicuti non debet remanere indotata;ità in dote præiuditium ſibi gignere nequit; quod tamen non ſemper habere locum oſtenditur. Mulieris obligatio, qua vnico contextu tota dos remanet vinculata, reſcinditur in totum. De fundi dotalis alienatione interdicta, de eiuſque conſtitutione tractatur. Sententia, quando in iudicatum non tranſeat; & quid de duabus conformibus ſit ſtatuendum, in terminis quoquè *Statuti Ferrariæ*, demonſtratur.

E SVM·

S V M M A R I V M.

1 *Mulier non debet remanere indotata, et n.7.8.*
2 *Mulier non poteſt in dote ſibi etiam expreſsè præiudicare.*
3 *Mulier nequit dotis conditionem reddere deteriorem. Amplia vt n.4. declara n.5.6.*
9 *Mulieris obligatio propter quam remanet indotata, eſt in totum reſcindenda.*
10 *Obligatio indiuidua, vel debet totaliter reſcindi, vel totaliter ſuſtineri.*
11 *Vtile per inutile in indiuiduis vitiatur, et in factis contra legem n.ſeq.*
13 *Dolus continetur in obligatione enormiſsimè leſiua.*
14 *Dolus eſt indiuiduus.*
15 *Dolus excludit conſenſum in circumuento.*
16 *Obligatio corruit deficiente conſenſu.*
17 *Doloſæ obligationes funditus deſtruuntur, et n.20.*
18 *Dolus ſuus nemini debet patrocinari.*
19 *Deceptis non decipientibus iura fauent.*
21 *Mulier validè obligatur ſeruatis Statuti ſolemnibus.*
22 *Mulier poteſt ſe obligare pro dote danda, vel reſtituenda. Amplia vt n.n.ſeqq. Declara vt n.27. et ſeqq.*
26 *Dotis cauſa non comprehenditur ſub Statuto de contractibus mulierum.*
30 *Vxor non poteſt fideiubere pro marito. Declara vt n.31. 32.34.*
33 *Mulier præter dotem, non præſumitur habere alia bona.*
Mulier non poteſt proponere exceptionem læſionis enormiſſimæ, niſi prius excuſſo illo, pro quo ſe obligauit, vt in vxore.
36 *Excuſsio ceſſat contra eum, qui notoriè non eſt ſoluendo.*
37 *Excuſsio dicitur facta non indicatis bonis debitoris.*
38 *Dotis fideiuſſores dari non poſſunt. Amplia vt numero 39.*
40 *Directò quod non permittitur, per indirectum fieri prohibetur.*
41 *Fundus dotalis quando efficiatur, ſi ſit emptus ex pecunia dotali, et n.n.ſeqq. et n.52.*
45 *Conſenſus vxoris quo ad fundum dotalem poteſt ſubſequi ſed debet præſtari conſtante matrimonio num.ſeq. poteſt eſſe tacitus num.47. et ex quibus eruatur n.n.ſeqq.*
50 *Mulieri magis expedit habere dotem in pecunia. Contra num.51.*
52 *Vtilitas mulieris requiſita in conſtitutione fundi dotalis, non eſt neceſſe, vt appareat; ſed ſufficit non conſtare de damno.*
53 *Fundus dotalis non poteſt alienari.*
54 *Datio in ſolutum dicitur venditio. Declara vt numer. ſeqq.*
59 *Sententia in iudicatum tranſacta facit de albo nigrum, cum alijs de quibus hic.*
60 *Sententia notoriè iniuſta nunquam tranſit in iudicatum, et de ratione n.61.*
62 *Sententia præſumitur iuſta.*
63 *Sententia, quæ non iuſtificatur ex actis dicitur notoriè iniuſta, et nulla numer.64. Declara, vt numer.65. et ſeqq.*
68 *Debitor quis dicatur.*
69 *Sententia contra claram iuris diſpoſitionem eſt ipſo iure nulla, et continet errorem iuris, n.70.*
71 *Sententia iniuſta, & nulla, non debet vocari ſententia, nec eſt exequenda n.72. venit reuocanda n.73.*
74 *Sententiæ primæ nullitas, & iniuſtitia influit in omnes ſequentes.*
75 *Sententia ſecunda confirmans primam notoriè nullam, & iniuſtam, eſt & ipſa notoriè nulla, & iniuſta.*
76 *Sententia iniuſta ſemper reuideri poteſt.*
77 *Commiſſio conditionalis tribuit iuriſdictionem conditione adimpleta; & è contra.*
78 *Clauſula* iuſtitiam faciat, *reſtringit commiſſionem ad terminos iuris.*
79 *Statut. Ferr. lib.2. Rub.66. adducitur, & declaratur, & num.81.*
80 *Sententiæ dicuntur conformes, ſi ſecunda confirmet ſimpliciter primam, vel dicat benè iudicatum amplia vt n.n. ſeqq.*
83 *Statutum de duabus conformibus, intelligitur de validis, & iuſtis ſententijs.*
85 *Sententia non præſumitur.*
86 *Sententiarum conformium eſt expreſsè facienda mentio, & reuiſio validè contra illas obtineri poſsit. Declara vt num.87.*
88 *Qualitatibus caret non ens.*
89 *Qualitas non præiuditialis non eſt neceſſario exprimenda; & ea non expreſſa non intrat ſubreptio.*
90 *Exitus cauſæ.*

TVm iuris, ſiuè communis, ſiuè municipalis diſpoſitionibus inſpectis; tùm Principis reſcripto attento eſt in totum reſcindenda obligatio Franciſcæ Gellæ alias per ipſam facta ratione dotium reſtituendarum ad fauorem Gentilis eius nurus *ſub die 17. Iun. 1649. ex rogitu D. Antonij Bellotti Not. Comacl.*

Quod, vt clarius dignoſcatur in duas principales partes hanc conſultationem mihi diuidendam propono..

PARS PRIMA.

1 VNiuerſales eſt dictum in publica vtilitate fundatum, quod mulier indotata remanere non debet, ne fragilitate naturæ ſuæ in repentinam deducta conſpiciatur inopiam. *l. vnic. §. & cum lex Iulia C. de rei vxor. act. Cardin. in c. cum contingat n.1. de iure iuran. Fontanell. de pact. nupt. clauſ.7. gloſ.2. p.6. n.8.9. tom.2. Merlin. de pign. & hypoth. lib.2. q.18. n.69. Cyriac. contr.295. n.21.40. tom.2. Gratian. in addit. ad dec.47. n.1. Surd. de alimen. tit.8. prin.36. ſub n.2. & dec.86. ſub n.1. Giurb. ad conſuet. Meſſan. c.14. gloſ.3. p.1. num.1.2. Altograd. conſ. 25. num.14.15. lib.2. pulchre, & nouiſſime Oroz. de apicib. iur. ciuil. lib.5. c.13 ſub n.3. vbi de ratione. Rota cor. Seraphin. dec.922. n.8. tom.1. & poſt Salgad. Labyrint. credit. dec.71. n.11.12.*

2 Et mulierem non poſſe ſibi in dote præiudicare, etiamſi expreſsè paciſcatur, ſunt textus *in l. etiam. ff. de fund. dotal. in d. l. vnic. cod. §. & cum lex Iulia in §.1. Inſt. quib. alien. liceat vel non in l. de die l. Attilicinus. ff. de pac. dotal. in l.3. C. de pact. conuent. ac alibi, & docent Bald. in l. ſi prædium in princ. C. de iur. dot. Cyriac. d. contr.295. n. 39. Rota in rec. dec.297. n.7. p.3.*

3 Quodque mulier nequeat reddere dotis conditionem deteriorem authumarunt *quotquot hucuſque ſcripſere ſuper textibus nunc paulò ſupra adduc; & cum ijs. Natta conſ.207. num.1. Crot. conſ.74. n.5. Manent. conſil. 93. in fin. Surd. conſ.78. n.2. & conſ.112. n.31. lib.1. Cyriac. alleg. contr.295. num.40. Merlin. de pign. & hyp. lib.2. d. q. 18. num.15. & ſub n.69. verſ. primo ex regula, & ibi Rota poſt tract. dec.104. n.13. quæ eſt Bonon. Legati.3. Iul.1645. §. ſed altera pars cor. Cerro.*

4 Atque iſtam concluſionem procedere, etiam ſoluto matrimonio, quia & ſi tunc non agatur de præiuditio viri, offenditur tamen fauor publicus, reſpiciens iurium dotalium conſeruationem, ita vt nulli valeat pa-

ctum

ctum ſuper dote, ſi ſit illi damnoſum, habetur *in d.l. Atticilinus vbi Bar. ff. de pact. dotal. Imol. & Alex. in l. ſi ſocer. §. Lucius. ff. ſolut. matrim. Surd. d. conſ. 112. num. 32. Affl. dec. 154. Noucl. de dote p. 7. prin. 11. n. 1. Merlin. d. q. 18. n. 49.*

5 Si cuti autem, hoc non admittitur, niſi, quando contractus, & obligationes mulieris fiunt conſtante matrimonio, collato effectu in tempore, quo idem matrimonium ſolutum euadit, & ſic non habeat locum in obligationibus factis, poſt matrimonium ſolutum, proindequè poſsit mulier inire contractus, & ſibi facere præiuditium ſuper dote matrimonio ſoluto, cauſamque ipſius dotis reddere deteriorem, vt pote tunc ceſſet eiuſdem dotis priuilegium ad *l. licet ff. de pact. dotal. gloſ. in l. cum dos. ver. uocebit. ff. eod. Bar. in l. hæredes. §. filiaſam. ff. de pac. Imol. Rom. in. Alex. & Iaſon in l. 2. §. quod ſi patris. ff. ſolut. matrim. Barboſ. in l. 1. num. 39. p. 5. ff. eod. Turret. conſ. 10. num. 17. Surd. d. conſ. 112. numer. 34. 35. Gratian. in ad ... ad dec. 47. ſub num. 2. cum alijs apud doctiſſimum Giurb. ad conſuet. Meſſan. cap. 14. gloſ. 3. num. 3. quos laudat Merlin. de pign. & hypoth. lib. 2. d. q. 18. n. 50. Donad. de renunt. c. 29. n. 163. & ſeq.*

6 Ità ad effectum, vt etiam poſt matrimonij ſolutionem mulier ſibi valeat ſuper dotalibus iuribus præiudicare, neceſſe eſt, non tantum matrimonium eſſe ſolutum, verum & dotem exactam fore, etenim priuilegia dotis inexactæ perdurant ſoluto quoque matrimonio, & mulier donec viuit, fruitur iiſdem priuilegijs ante exactionem dotis, licèt illa amittat exactione ſequuta; *Sic Ripa in Rub. ſolut. matrim. num. 71. Barboſ. in d. l. 1. p. 5. ſub num. 39. verſ. vlterius, & ſub num. 42. verſ. præterea ff. ſolut. matrim. quibus inhæret Merlin. d. quæſt. 18. n. 52.*

Et vlterius, poſtquam mulier dotem exegit ſoluto matrimonio, nec minus tale poteſt dotalibus iuribus præiuditium afferre, per quod vel totaliter indotata remaneat, vel inducatur tardius ad iterum nubendum; ita tradunt *Imol. in l. ſi ſocer. §. Lucius col. 2. in fin. ff. ſolut. matrim. Alex. in l. de fideicom. num. 2. & ibi Iaſ. in prin. C. de tranſact. Ruyn. conſ. 53. num. 11. vol. 2. Surd. d. conſ. 112. num. 37. lib. 1. & conferunt congeſta à Noucll. de dote p. 7. priu. 11. ſub n. 13.*

7 Eſtque adeò verum, indotatas mulieres remanere non debere ex earum contractibus, & obligationibus vt exceptam eſſe ſemper iſtam qualitatem indotationis illarum planè videri poſsit apud ſcribentes inter quos alijs multis conſulto omiſsis, ſit ſatis recenſere *Pic. ad Stat. Vrb. gloſ. 7. num 285. & ſeqq. Marcſc. var. reſol. lib. 2. cap. 5. Gait. de credito. cap. 4. quæſt. 7. num. 963. Paſch. de Virib. patr. poteſt. p. 3. cap. 5. ſub num. 17. & ibidem Prat. in annot. Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 165. Surd. dec. 86. Gratian. diſcept. 308. num. 8. & ſeq. & diſcept. 723. num. 7. 11. & ſeqq. Canall. comm. contra comm. quæſt. 727. per tot. Gamm. dec. 318. Henrig. de fideiuſ. cap. 7. numer. 461. Poſt. reſ. 89. num. 37. & ſeqq. Rota coram Seraphin. dec. 1187. & ibi Teodoſ. Rubens in ſuis ſingular. Rot. Roman. p. 1. fol. mihi 110. & in rec. dec. 775. p. 2. & dec. 53. & dec. 365. num. 7. p. 4. & cor. Andrea dec. 79. poſt Cenc. de cenſib. dec. 33. poſt Zacch. de oblig. Camer. decíſ. 100. poſt Giltan. ad Stat. Peruſ. decíſ. 91. coram Buratt. decíſ. 783. & alibi paſſim.*

8 Nec ſanè mirum, quia ſuccedente mulieris indotatione, contractum, & obligationem fore contra publicam vtilitatem ex ſuperius recenſitis ſuadetur, & ſpetiatim legitur penes *Gratian. diſcept. 723. num. 11. Rota poſt Pic. ad Stat. Vrb. dec. 17. num. 2. Poſt. d. reſol. 89. num. 40.*

Quibus omnibus ſic poſitis, cum non ſit hæſitandum, quin obligatio Gellæ facta ad fauorem Gentilis afferat ſecum indotationem ipſius ex maiori ſumma contenta in inſtrumento obligationis præfatæ, quam ſit quantitas dotium ſuarum de quibus in publico documento *ſub die 24. Nouembris* 1614. Quod in actis productum conſpicitur.

9 Concluſio illa communiter recepta dimanat, qua dicimus, obligationem ipſam, vt porè vnicam, & mulierem omninò indotatam reddentem contra publicam vtilitatem, & clatam iurium diſpoſitionem nullitati ſubiacere, & quidem in totum, ſecundùm congeſta *à Theſau. dec. 223. ſub numer. 13. ad fin. & à Fontanella*, qui exploſa contraria ſententia, hanc partem plenè confirmat, & teſtatur de communi *in tract. de pact. nupt. clauſ. 7. gloſ. 2. p. 6. num. 21. & ſeqq. & num. 31. ac ſeqq. vbi num. 35.* tradit, ita ſemper fuiſſe obſeruatum à Senatu Cathalonico. *tom. 2. & de eod. meminit doctiſſimus Salgad. in Labyrint. credit. par. 2. capit. 4. numer. 73. 74.*

10 Pro qua opinione ſtat ſolidum illud fundamentum, quod obligatio prædicta eſt indiuidua; & ideò vel in totum reſcindi, vel in totum ſuſtineri debet; at hoc dici nequit iuxta hucuſque late adducta; igitur illud erit dicendum; atque ita cum *Theſ. inn. vbi ſuprà arguit Fontanell.* Quamquam non ſic explicitè, *d. gloſ. 2. ead. p. 6. num. 24.* Allato etiam in medium axiomate,
11 quod in hoc caſu, ſeu rem indiuiduam præſeferente vtile per inutile vitiatur. *l. fin. ff. de iuriſd. omn. iudic. Bart. in l. gratè §. illud num. 2. de fideiuſs. Roman. conſ. 66. num. 2. Crot. conſ. 76. num. 25. lib. 1. Natt. conſ. 479. numer. 29. Mantic. ſing. 535. Seraphin. de iuramen. priuil. 107. numer. 30. Cravet. conſil. 967. num. 30. Roland. conſil. 72. num. 66. lib. 3. Surd. dec. 7. num. 35. Leoncil. dec. 3. num. 4. Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 21. p. 1. numer. 71. Cenc. de cenſib. quæſt. 49. num. 22. Mareſc. var. reſol. lib. 2. cap. 25. numer. 15. Leotard. de vſur. quæſt 59. numer. 15. 16. plenè Barboſ. axiom. 231. per tot. & maximè numer. 3. Gratian. diſcept. 752. num 62. nouiſſimè Reuerendiſs. Fagnan. in cap. Maſsana num. 20. & ſub numero 28. de elect. Rota in diu. dec. 318. numer. 3. par. 2. & in rec. dec. 631. numero 7. par. 2 & coram Buratt. dec. 469. numero 8. & poſt Cenc. de cenſib. dec. 221. ſub num. 10. & coram Cardin. Caualer. decíſ. 612. ſub num. 23. & coram Merlin. dec. 153. num. 5. tom. 1.*

Et addo libenter, quod cum ſimus, & verſemur in re, & obligatione facta contra legem, intrat aliud dictum, quod in factis aduerſus legem, vtile non ſe-
12 paratur ab inutili, ſed vitiatur. *l. ſi libertus. §. ſi quis plures. ff. de iure patr. Bal. in l. certi conditio. §. quoniam num. 3. ff. ſi cer. pet. & in l. quicumque C. de bon. quæ liber. Crot. conſ. 250. num. 47. Cravet. conſil. 687. numer. 11. & conſil. 780. numero 11. Ruin. conſ. 65. & conſ. 109. num. 27. ad fin. lib. 4. Roman. conſ. 66. Redoan. de alien. rer. Eccleſiaſt. quæſt. 58. numero 31. & ſequent. Couar. var. reſol. lib. 2. capit. 16. numero 5. Cancer. var. reſol. par. 1. capitol. 8. tit. de donat. numero 47. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 10. par. 1, numero 54 & gloſ. 21. par. 1. numer. 27. 28. & numer. 70. tom. 1. conferunt congeſta à Cabed. decíſ. Portogal. 84. numer. 7. 15. par. 2. & à Mareſcot. var. reſol. lib. 2. d. capit. 25. numero 12. & ſeqq.*

Sicuti, & vbi aliquid inducitur pro forma ſubſtantiali, tunc enim vtile per inutile vitiatur. *Roman. conſ. 66. ſub num 2. nouiſſimè Fagnan. in cap. quia propter ſub num. 44. verſic. & regula de elect.* Quod intellige, niſi actus principalis habeat in ſua eſſentia debitam formam, cui ideò, ſi aliquid addatur ſuperfluum actus ipſe ex huiuſmodi inutili adiectione non infringitur. *l. non ſunt liberi. ff. de Stat. homin. l. idem officius. ff. de adilit. edict. l. ſi is cui. ff. quemad.*

ſeruit.amitt.pulchrè,& plenè Fagnan. in d. c. Maſſana ſub
n.34.de elect.

13 Neque abs re erit dicere, obligationem præfatam
vti enormiſsimè læſiuam,dolum continere. l. ſi ſuperſti-
te C.de dolo Maſtril.dec.247.à numer.63. Cancer.var.reſ.
par.1.tit.de empt.num.22. in fin. Amat. conſ.26. Stariban.
iun.contr.forenſ.cap.70. num.29.30. Pedroch. conſ.26. n.
32.33. Mantic.de tacit.lib.26.tit.9.num.30.Rota cor. Bu-
ratt.dec.75.n.7. & in Romana cenſuum.16. Martij 1646.
§.quibus ſtantibus in fin.cor.Roias dec.217.n.19. poſt Zac-
ch.de oblig.Camer.cum pluribus alijs à me congeſtis ſup. in
collect.3.n.85.

14 Proindequè eandem obligationem non admittere
diuiſionem,ſed in totum reſcindi debere ex natura do-
li, qui eſt indiuiduus, & ſemper parit actionem in-
diuiduam aduerſus doloſum. l.in depoſiti. ff. depoſit.
Ripa de diuid. & indiuid.par.3.ſect.8. num.185. & num.
188.

15 Cumque dolus excludat conſenſum in circumuento
ab ea diſpoſitione,ad quam quis eo dolo fuit inductus.
l.eleganter in priu.ff.de dolo.Abb. in c. cum dilectus in fin.
de ijs quæ vi, metuue cau.Tiraq. in l. ſi vnquam num.97.
C.de reuoc.donat.Gallerat.de renunt.lib.3.cap.11. num.5.
tom.1.Rota cor.Pegu.dec.107.num.5.in impreſs.Venet.&
dec.133. ſub num.1. tom.1. inter Lugdun. Dubio procul
dicendum eſt,obligationem ipſam doloſam, tamquam
ſine conſenſu factam omnino corruere quia deficiente
16 conſenſu in obligationibus, penitus pariter deficiunt
vires earum.l.conſenſus ff.de act. & oblig.l.emptione Cod.
plus val.quod ago.Bal in l.1.num.8.C. de oper. liber. & in
l.fin.numer. 21.Cod.de non numer.pecun.Rubeus in annot.
ad dec.9.ſub num.4.p.3.recent.Rota cor.Pegu.d. dec.107.
num.5.

17 Et contractus, obligationes, actuſque omnes initos
concommitante, vel interueniente dolo funditus de-
ſtrui repugnantes, veluti, bonæ fidei, conſenſui, &
voluntati contrahentis, ſatis, ſuperque colligi poteſt à
traditis per Gallerat.d.c.11.ſub num.5.6.& ſeqq.Donad.
de renunt.cap.8. num.3. Bottiler de ſucceſs. ab inteſt. c.2.
theor.98.vbi latè,& egregiè.Farinac.in fragm.crim.par.1.
litt.D num.185. & ſeqq. Mantic. de tacit. & ambig. con-
uent.lib.1.tit.9.num.23.& ſeqq.vbi doctiſſimè agit.Faber.
de error.pragmatic.decad.1.err.7.Mancin.de iuramen.p.4.
eff.1.Cenall.comm.contra comm.quæſt.226.pulchrè Graſs.
de except.except.22. Rot. poſt lib.2. conſil. Farinac. deciſ.
148.

18 Atquè optimè quidem, quoniam alias dolus ſuus
& malitia propria eſſet in patrocinio, quod non eſt di-
cendum.l.nec ex dolo.ff.de dolo.l.peto.§.fratre.ff.de leg.2.
l.penult.ff.quod quiſque iur.l.1.2.C.ſi min. ſe maior. Becc.
conſ.106.num.14. Surd. conſ.15.n.13. Cyriac. contr.233.
num.4.Rota cor.Coccin.dec.44. num.5. & cor. Pegn. dec.
462.ſub num.4.to.1.in impreſs. Lugdun. deceptis etenim
19 non decipientibus iura fauent, & opitulantur l.2. §.
verba ff.ad Velleian.Cyriac.d.contr.233.n.6.

20 Hæcque ſane producere etiam in dolo præſumpto,
non obſtante quoque iuramento, docuere Curt. iun.
cont.241. numer.6. Crauet. conſil.636. numer.6. Cephal.
conſil.34.numer.28.& conſil.137.num.71. Mantic. de ta-
cit.lib.26.tit.9.ſub num.30. verſ. ſubiungit talem tom.2.
Gallerat.de renunt.lib.3.d.cap.11.num.19.tom.1.Mancin.
de iuram.p.4.eff.1.quæſt.1.num.2.Guttierez de iuram. con-
firmat. p. 1. cap.37.num.12.Seraphin. de iuram. priu.83.
num.108.Reuerendiſs. Epiſcop.Eugubin.Sperell. dec.150.
n.59.to.2.

Vnde Gellæ obligationem præfatam totaliter re-
ſcindendam eſſe non eſt cur ambigatur, ex concluſioni-
bus ſuperius firmatis.

Quibus non obſtat, quod in ipſiuſmet obligationis
inſtrumento interuenerint omnes Statutariæ ſolemni-
21 tates, quaſi ex interuentu earum contractus, &
obligatio reddatur penitus irreuocabilis, & infrangi-
bilis iuxta noſtrum Stat. Ferr. lib.2. Rub.90. Præſertim
cum eadem obligatio ſuperactu permiſſo, facta
22 conſpiciatur, poteſt namque mulier ſe pro dote
danda, vel reſtituenda obligare. l. ſi dotare, & l.fin.
Cod. ad Velleian. l. promittendo. ff. de iur. dot. Natta.
conſ.52. nu.15.Cephal.conſ.408.num.9.lib.3 Mareſc.var.
reſol. lib.1. cap.43. numer.9. & lib.2. cap.5. numer.15.
Rota in rec.dec.365. numer.7. par.4. & poſt Zacch. de ſo-
ciet.dec.3.numer.10.Surd.dec.164. numero 4. Poſt.reſol.
89. numer.19. & comprobat Pigant. ad Stat. Ferr. lib.2.
d.Rub.90.ſub numer.48. verſic. illud ſanè; Vbi, quod
23 mulieris obligatio ſubſiſtit, vt de proprio debito,
ſi agatur de dotatione neptis, cum qua maritus nihil
habeat commune: & ex ead.Rota in d.par.4 deciſ.490.
24 Manifeſtè eruitur, mulierem pro communi quoque
filia dotanda poſſe ſimul cum viro obligari ex magis
communi opinione, de qua ibid. numer.7. & Pic. ad
Stat.Vrb.gloſ.7.num.242.& ſeqq. Mart. medic. deciſ.49.
numer.2.& ſeqq. Poſt. d. reſ.89. numer.15.16.& conſe-
runt tradita rurſus à Rota apud Put. deciſ.160. lib.3.&
coram Andrea deciſ.83. numer.6.7.& in diu. deciſ.240.
par.7.

25 Et iſta procedunt etiam ſi in obligatione mulieris
pro dote danda, vel reſtituenda facta non interuene-
rint ſolemnia, alias à Statuto in contractibus mulie-
rum requiſita ex DD. & Rotæ deciſ. mox adductis, Se-
26 cundum vniuerſalem illam concluſionem, quod cauſa
dotis in caſu iſto ſeù ſpetialiter priuilegiata, non com-
prehendatur ſub Statuto prædicto generali de contra-
ctibus mulierum. Latè Mareſc. var. reſol. lib.1. d. cap.
43. ſub numer.8. vbi de magis communi,& numer. ſeqq.
Poſt.d.reſol.89. numer.20. Altograd. conſil.53. numer.4.
& numer.39.ac ſeq.lib.2.Rot.poſt Zacch.de ſociet. d. dec.
3.numer.12.& in diu. dec.264. numero 1. & ſeqq. par.4.
& in rec.dec.167.numero 11.par.1. et d. dec.490. numer.
4.par.4.et coram Coccin.deciſ.433. cum alijs per Rubeum
ſing. Rot.Roman.par.6.circa Stat.Vrb.lib.1.cap.151.num.
57.volum.2.& coram Buratt.dec.873.num.2.et dec.924.
num.10.

27 Quoniam reſpondetur, prædicta omnia non ha-
bere locum, quando mulier, quæ obligatur, rema-
net penitus indotata, vt in caſu præſenti, tunc enim,
etiam ſi in obligatione adhibita fuerint ſolemnia Sta-
tuti, ipſamet obligatio non ſuſtineatur, ſed reſcin-
di debet; vt per Gratian.diſcept.723.num.18. Maur. de
fideiuſs.ſect.7.cap.3.numer.103.et ſeq.Poſt. d.reſ.89.nu-
mer.47.Rota poſt Statil.de Salman.dec.56. numer.20. Se-
28 raphin.dec.1187.numer.2. Quod procedit, licet vlte-
rius in obligatione interuenerit iuramentum. Pic. ad
Stat.Vrb.d.gloſ.7.num.286.Gratian. d. diſcept.723. num.
11.12.Mareſc.d.cap.43.num.19.Poſt. alleg. reſol.89.nu-
mer.45.Add. ad Greg.dec.321. numer.12. Giurb. ad con-
ſuet. Meſſan. cap.14. gloſ.3. par.1. numer.1. et ſeqq. cum
multis alijs adductis ab Altograd. conſil.25. ſub numero
29.vol.2.Merlin.de pign.lib.2.d.quæſt.18. numer.69. Ro-
ta apud Gilian. ad Stat. Peruſ.deciſ.91. numer.4. & poſt
Cenc.de cenſib.dec.485.num.7. et coram Duran. dec.141.
numer.6.

Et ſi quoque, vt terminos huic caſui propinquio-
29 res attingam, agatur de obligatione mulieris fa-
cta pro dote. Poſt. d. reſ.89. numero 44. Rota in
rec. d. deciſ.365. in fin. par.4. alias poſth. Farinac.
tom.2.

Neque obſtat, Gellam non remanere penitus ſine
bonis reſtituendo Gentili dotes, pro quarum reſtitu-
tione, ſe obligauit; ſucceſsiueque fruſtra eiuſdem
obli-

obligationis inualiditatem proponi, vt videmus in caſu,
quo vxor pro ſuo marito interceſsit, ac fideiuſsit; nam
30 licet vxori ſit prohibitum intercedere, & fideiubere
pro viro, & marito. Auth. ſi qua mulier. C. ad vellian.
Surd. dec. 164. num. 11. Maur. de fideiuſs. ſect. 9. cap. 3. num.
9. et ſeqq. Gallerat. de renunt. cent. 1. renunt. 63. tom. 2.
Poſt. d. reſol. 89. num. 2. Rota poſt Zacch. de oblig. Camer.
dec. 100. numer. 1. apud Cenc. de cenſib. dec. 353. numer. 5.
poſt Mangil. de ſubhaſt. dec. 37. coram Greg. deciſ. 333. nu-
mero 3. coram Pegn. dec. 620. numer. 3. tom. 1. in impreſſ.
Lugdun.

31 Nihilominus, ſi mulier habeat releuatorem, ſeù
adſint bona mariti, vel releuatoris, ſuper quibus dos il-
lius ſit cauta, fideiuſsio, & interceſsio tenet, & vali-
dè emittitur. Poſt. d. reſ. 89. num. 24. 25. Rota poſt Zacch.
de oblig. Cam. d. dec. 100. ſub num. 2. 4. quæ eſt cor. Pegn. d.
dec. 620. tom. 1. poſt ſtatul. de Saluan. dec. 56. num. 8. 9. et in
rec. dec. 546. numer. 1. p. 4. Sicuti, et quando mulier obli-
32 gauit tantùm bona non dotalia. Poſt. alleg. reſ. 89. n. 30.
Rot. cor. Andrea. d. dec. 79. ſub n. 5.

33 Quia patet reſponſio ex dicto illo vulg. quòd mu-
lier, præter dotem non præſumitur habere alia bona,
& dote excepta cenſetur pauperem eſſe. Poſt. reſol. 106.
numero 73. Pigant. ad Stat. Ferrar. lib. 2. Rub. 90. num. 66.
tom. 1. Rota in Ian. dec. 271. numer. 2. par. 2. et cor. Greg.
dec. 398. numero 5. et coram Buratt. dec. 906. numer. 5. et
coram Merlin. deciſ. 673. numer. 3. tom. 2. et in Roman.
fideic. de Campagnol. 26. Iun. 1648. §. nec immiſſionem.
coram Peutinger. et in Roman. domor. de regardis 28. Ian.
1650. §. firmato igitur. coram Reuerendiſs. Dunozet De-
cano.

Et ad exemplum, ſeù caſum allatum de vxore fi-
deiubente pro marito, ſit ſatis dicere, optimè pro-
cedere ex verificatione præſuppoſiti, dotem ſuper
34 alijs bonis mariti, ſeu releuatoris eſſe cautam, ſecus,
quando, prout modò, deficit præſuppoſitum factum,
& deſunt bona vtriuſque, nam tunc, dùm mulier re-
manet penitus indotata, vt in præſenti, fideiuſsio
præfata non tenet. Afflict. dec. 311. numero 2 Hodiern.
ad Surd. dec. 86. n. 24. Altograd. conſ. 25. numer. 35. lib. 2.
Gait. de credito. c. 4. n. 961. & 963. Gamma dec. 318. Gra-
tian. diſcept. 723. n. 11. & infrà. Mangil. de ſubhaſt. q. 165.
num. 3. Poſt. d. reſol. 89. num. 37. vbi concordan. Rota in rec.
dec. 619. n. 6. p. 2. Et ſupponitur in alijs deciſionibus ſu-
periùs adductis.

35 Similiter non officit, Gellam, vti & quamcunquè
aliam mulierem non poſſe exceptionem læſionis enor-
miſsimæ proponere aduerſus obligationem factam,
niſi præceſſerit excuſsio eius, pro quo ſe obligauit, &
ſic in præſenti filij ipſiuſmet Gellæ; ad inſtar vxoris,
quæ iam pro marito interceſsit, habuitque releuatores,
quam teneri ad dictam excuſsionem, antequam dici
poſsit conſtare de læſione, tradunt Pic. ad Stat. Vrb.
gloſ. 6. num. 288. Poſt. d. reſ. 89. Rota poſt Zacch. de oblig.
Camer. d. deciſ. 100. numer. 5. alias coram Pegn. deciſ. 489.
num. 8. in impreſſ. Venet. & d. dec. 620. num. 6. in impreſſ.
Lugdun.

36 Eſſe etenim notorium, filium Gellæ obijſſe non
ſoluendo, remouet neceſsitatem excuſsionis facien-
dæ; vt per Gratian. d. diſcep. 723. numer. 19. Poſt. in ſæpè
alleg. reſ. 89. numer. 62. Gail. obſ. 27. num. 14. lib. 2. Statil.
de Salu. inſp. 2. cap. 2. num. 27. Maur. de fideiuſs. ſect. 6. cap.
3. numer. 177. Giurb. dec. 57. num. 11. Caroc. de excuſs. p. 2.
quæſt. 35. Tuſc. litt. E concl. 403. num. 45. 46. Merlin. de pi-
gn. & hypoth. lib. 5. quæſt. 69. numer. 7. 8. vbi de ratione Pi-
gant. ad Stat. Ferrar. lib. 2. Rub. 14. numer. 25. tom. 1. Rota
apud Verall. deciſ. 273. par. 2. & in rec. deciſ. 14. par. 2.
& poſt Merlin. de pign. & hypoth. dec. 49. numer. 2. verſ.
præſertim cum ex decreto.

37 Quinimo ſi pars aduerſa fuiſſet pulſata in hoc iudicio
& monita ad indicandum bona filij Gellæ, ſi aderant,
neque illa indicaſſet, ſatis apparuiſſe de excuſsione
docuere Aretin. in §. item ſi quis numer. 13. Inſt. de actio-
nib. Surd. conſil. 39. num. 18. lib. 1. Cyriac. contr. 5. numero
145. 146. Thomat. dec. 91. numero 10. 11. Merlin. de pign.
& hypoth. lib. 5. d. quæſt. 69. numer. 17. Rota ibid. poſt tract.
d. deciſ. 49. numer. 2. & coram Merlin. dec. 470. numer. 3.
tom. 1.

Porrò occaſione harum obiectionem, & ſucceſsiuè
ſolutionum non ſit quæſo diſſonum illud pertingere ad
fauorem iſtius pauperrimæ Viduæ.

Quod, dum aduerſarij contendunt obiectis inuo-
luere veritatem, ipſam ſeù lã ceſsitam, & ſæpiùs
examinatam magis eluceſcere non dubitatur, iuxtà ea,
quæ dixerunt Rotaud. conſ. 6. numer. 2. volum. 2. & conſil.
24. numer. 1. lib. 3. Cranet. conſil. 135. numer. 18. & alij
apud Barboſ. axiom. 224. numer. 1. adde Rubeum in
Annot. ad Rota in rec. deciſ. 460. numer. 21. par. 4.
tom. 2.

Suppeditant namquè, Gellam in hac ſua obliga-
tione ad fauorem Gentilis, acceſsiſſe, vti fideiutri-
cem; indequè oſtendunt certiorem ipſiuſmet obli-
gationis inualiditatem, ex eo, quia ſiue ex iure,
38 ſiuè ex conſuetudine lex proficiſcitur, vt vir vxori fi-
deiuſſorem ſeruandæ dotis exhibeat, tamen eam iube-
mus aboleri. Verba l. 1. Cod. de fideiuſs. vel mandator. do-
tium dentur. De qua, vltrà alios pleniſſ. Boſſ. de dote c. 12.
§. 7. tot.

Quam conſtitutionem procedere, ne dum quando
pro dote exigitur ſatisdatio à marito, ſed etiam ſi pe-
tatur ab eius patre, vel ab omnibus, qui dotem ſu-
ſcipiunt, ſanciuit Iuſtinianus Imper. in l. 2. Cod. eod. Si
enim credendam mulier ſe, ſuamquè dotem patri mari-
ti exiſtimauit: quare fideiuſſor, vel alius interceſſor exi-
gitur, vt cauſa perfidiæ in connubio eorum generetur?
Eſt ratio ibid. in d. l. 2. per Imperatorem Iulian. Præ-
fecto prætorio allata. Pulchrè Boſſ. d. cap. 12. ſub nu-
mer. 65.

Ipſamquè conſtitutionem locum obtinere, ſi quo-
39 que tractetur de dote reſtituenda, vt in noſtro caſu,
& ſi de dote conſeruanda loquentem conſpiciamus,
agnouerunt, poſt gloſ. in d. l. 1. DD. in l. ſi conſtante. ff. ſo-
lut. matrim. Et eſſe communem ſententiam dixere
Nouell. de dote par. 6. priu. 21. ſub numer. 1. & numer. 2.
vbi affert rationes. Campeg. eod. tract. p. 3. quæſt. 173. Gut-
tierez de contr. iur. cap. 21. numer. 4. Gallerat. de renunt.
71. ſub num. 1. tom. 2. Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 7. gloſ.
2. par. 1. numer. 7. & clauſ. 12. gloſ. vnic. n. 17. to. 2. Rubeus.
reſol. practic. circa teſtam. c. 33. n. 4. 5. & alij apud Boſſ. de
dote d. c. 12. n. 68.

Et vlterius, ſi admitteretur quoque validitas huiuſce
obligationis acceſſoriæ, vt potè, quia in aliquo ex
caſibus permiſsis facta eſſet, quod abſit; erit adhuc
verum, Gentilem non potuiſſe in ſolutum ſuſcipere
domum Gellæ, tanquam ipſius fundum dotalem, ne
aliàs per indirectum diſtractio, & alienatio eiuſdem-
met fundi de directò interdicta, admitteret; contra
40 regulam ſe habentem, quod directò non permittitur,
per indirectum fieri prohibetur. c. cum quid de reg. iur.
in 6. l. fin. C. ſi mancip. ita ven. l. non eſt ambigendum. §. vbi-
cumque. ff. de bonor. poſſeſſ. Pariſ. conſ. 2. n. 33. vol. 1. Cy-
riac. contr. 253. num. 6. lib. 2. Barboſ. axiom. 193. n. 5. Surd.
dec. 21. n. 4.

Quod domus prædicta per Gentilem inſolutum
capta ſit fundus dotalis Gellæ, patet ex eo, quia in-
ſtrumentum acquiſitionis, & emptionis eiuſdem do-

41 mus,ſecum patentiſſimè affert, non tantum domum ex dotali pecunia fuiſſe emptam de voluntate Gellæ, quo caſu res empta efficitur dotalis. *Gloſ. in l. res, quæ ex dotali. ff. de iur. dot. Caſtr. in l. mater. numer. 9. Cod. de rei vendic. Bald. conſ. 226. ad fin. lib. 4. Roman. conſ. 201. n. 2. Rota cor. Cardin. Caualer. dec. 37. n. 2. et dec. 39. n. 4. et cor. Buratt. dec. 784. n. 5.*

42 Sed etiam actum fuiſſe expreſſe, quod, & tacitè ſufficeret, ipſammet domum eſſe fundum Gellæ dotalem; tunc namquè dubitari nequit, rem à viro de pecunijs dotalibus comparatam effici fundum dotalem, *Roland. conſ. 86. numer. 15. lib. 4. Bero. conſil. 164. numero 10. lib. 1. Honded. conſil. 14. numer. 50. lib. 1. Couar. pract. q. q. cap. 28. ſub numer. 2. verſ. ex contrario. Rota in rec. dec. 287. numero 1. et deciſ. 297. ſub numer. 1. par. 3. ſiuè in poſth. Farinac. tom. 1. et coram Caualer. d. d. deciſ. 37. 39.*

43 Etiamſi eademmet domus fuiſſet comparata, & ſtaret ſub nomine viri, non autem nomine vxoris; cum ius faciendi fundum dotalem non conſiſtat in eo, quod ematur nomine vxoris, ſed in eo, quod facta ſit emptio ex pecunia dotali, iuncto mulieris conſenſu, etiam tacito; & in eo, quod ſaltem ex circumſtantijs appareat, actum fuiſſe, quod fundus eſſet dotalis, non obſtante, quod ipſe fundus ſub viri nomine extſteret; ſecundum tradita per *gloſs. expreſſam in d. l. reſ. quæ ff. de iure dot. et ab Alex. in l. cum dotem. §. fin. numer. 4. verſic. ſecundo ſaluari poteſt. ff. ſolut. matrim. et à Campeg. de dot. par. 4. quæſt. 8. ſub num. 1. et à Rota in rec. d. d. dec. 287. num. 3. vbi egregiè et dec. 297. n. 5 p. 3. et cor. Caualer. d. dec. 39. n. 4.*

44 Et generaliter, quod fundus ex pecunia dotali emptus, dotalis ſit, interuenientibus copulatiuè coniugum conſenſu, & mulieris vtilitate, tradiderunt *DD. in Rub. ff. ſolut. matrim. vbi Barboſ. p. 3. num. 73. Alb. conſ. 451. numer. 37. et conſil. 746. num. 1. Honded. conſil. 14. num. 56. et conſ. 41. num. 27. lib. 1. Ann. conſ. 123. num. 11. 17. et ſeq. Roland. d. conſ. 86. num. 15. Molfeſ. ad conſuet. Neapol. p. 6. quæſt. 8. num. 2. Gomez ad l. l. Taur. 50. n. 36. Ripa obſ. 119. Barz. dec. 27. num. 23. Giurb. dec. 111. n. 16. vbi concordan. & ad conſuet. Meſſan. c. 4. gloſ. 1. num. 5. Merlin. de pign. & hypoth. lib. 2. quæſt. 19. num. 45. 52. Guttierez pract. q. q. c. 87. num. 4. lib. 5. Gratian. diſcept. 435. n. 5. 31. Capyc. Latro. dec. 19. Pigant. ad Stat. Ferr. lib. 2. Rub. 107. num. 43. tom. 1. Poſt. reſol. 79. num. 14. Rota cor. Merlin. dec. 358. num. 3. tom. 1. et in rec. dec. 159. numer. 6. par. 4. tom. 2. et in Bonon. dotis 16. Nouembr. 1643. §. alij verò, cor. Bichio. dec. 74. num. 12. poſt Merlin. de pign. et hypoth. plenè, et nouiſſimè Boſs. de dote cap. 1. n. 70. et ſeqq.*

45 De conſenſu coniugum in præſenti non controuertitur; & non eſſe opus, vt à principio vxoris voluntas interueniat, ſed ſufficere, quod ex poſt facto rati habitio illius ſubſequatur; notat *Campeg. de dote p. 4. d. quæſt. 8. ſub n. 1. verſ. puto tamen: Rota in rec. d. dec. 297. ſub num. 5. verſ. quæ voluntas p. 3.* dummodò huiuſmodi voluntas, & vxoris conſenſus præſtetur tempore,
46 quo actus geri poteſt, nempè conſtante matrimonio, ipſo enim ſoluto fundus dotalis non conſtituitur, & ſucceſſiuè nec eiuſdem conſtitutio per ſolum virum facta prius ratificari poteſt, ſecundum *Grat. conſ. 149. nu. 8. et ſeqq. lib. 2. quem ſequitur Honded. d. conſ. 41. num. 28. lib. 1. et eſt viden. Boſs. de dote cap. 1. ſub num. 71. verſ. non verò.*

47 Poteſt nihilominus talis conſenſus eſſe tacitus, ita, & taliter, vt ex circumſtantijs eruatur, & ſi expreſſus non appareat; ſicuti *cum S. Rota Romana Auditorio dixi ſup. et tradit. Merlin. de pign. et hypoth. lib. 2. d. q. 19. n. 57. et nuper Boſs. d. c. 1. n. 71. in fin.*

48 Et hinc ſola præſentia vtriuſque coniugis abſque contradictione ſufficit. *Rota in rec. d. dec. 297. ſub n. 1. verſ. vltra quod p. 3.*

49 Et in omnem caſum conſenſus præfatus ſatis, ſuperquè dimanat, ſi fuerit dictum, ipſa vxore præſente, & conſentiente. *Rota cor. Caualer. d. d. dec. 37. ſub num. 3. & dec. 39. ſub n. 4.*

50 Vtilitas autem Gellæ vxoris, & ſi in hoc caſu, per aduerſarios non admittatur, adducta illa concluſione, quod mulieri magis expedit dotem habere conſiſtentem in pecunia, quam in prædijs propter obligationem vniuerſalem, quæ tunc ſuper omnibus bonis viri competit mulieri, cui id circò vtilius eſt quod bona efficiantur ipſius viri, ad hoc inſuper, vt eorum periculum ad illum ſpectet; & ne aliàs, ſi abſque viri culpa ex temporis qualitate, vel alijs de cauſis euadant deteriora, vel pereant, hæc omnia cedant damno mulieris, non verò mariti, ſi bona eadem vxoris eſſent. *Nouell. de dote p. 7. priu. 1. ſub num. 5. verſ. ſi autem poſſunt. Roland. conſ. 92. num. 10. lib. 2. Couar. pract. q. q. d. c. 28. num. 3. verſ. primo, & verſ. hinc etiam benè Honded. d. d. conſ. 14. num. 58. & conſ. 41. num. 30. 31. lib. 1. Cephal. conſ. 351. n. 33. & ſeqq. Pigant. ad Stat. Ferr. lib. 2. Rub. 109. n. 23. tom. 1. Merlin. d. q. 19. à n. 54. & ibi Rota poſt tract. d. dec. 74. n. 13. et coram Duran. dec. 41. tom. 1.*

51 Attamen, vltra quod non eſt omninò tuta hæc concluſio, quia contrarium rectius dici poſſe ſuadetur, tùm quia ſi conuertatur pecunia in fundum, pecunia hoc modò efficitur fructifera; tum quia maius periculum imminet capitali conſiſtenti in pecunijs, quàm in fundo, ſicuti animaduertit *Merlin. de pign. lib. 2. d. q. 19. ſub n. 54. verſic. et quamuis hæc opinio cum Rota in rec. d. deciſ. 287. ſub numero 4. verſic. quia reſponſum fuit par. 3.*

52 Reſpondetur, non eſſe neceſſarium ad effectum prædictum, quod appareat de vtilirate, ſed ſufficit, quod non conſtet de damno. *Præt. conſ. 49. n. 5. vbi de commun. Merlin. d. quæſt. 19. num. 56. Rota d. dec. 287. ſub num. 5.*

53 Tandem, quod domus præfata, vti fundus dotalis Gellæ ex prædictis non potuerit de directo diſtrahi, ac alienari, ſtatuitur *in toto titulo. ff. et C. de fun. dot. et præciſim in l. lex Iulia. ff. eod. in l. vnic. §. et cum lex Iulia. Cod. de rei vxor. act. de quib. Rota in rec. deciſ. 91. numero 6. par. 8.*

Et ſpetialiter, quod vxori prohibita ſit huiuſmodi alienatio, obſeruarunt *Bart. in l. ſi quis in tantam num. 12. C. vnde vir. et vxor. Imol. in l. cum vir. in princ. ff. de vſucap. Surd. dec. 86. num. 1. pleniſſimè Altograd. viden. conſ. 25. et conſ. 26. vtrobique per tot. lib. 2. Rota poſt Pacific. de Salu. dec. 23. numer. 3. et coram Buratt. dec. 749. numer. 2. et generaliter docuere quotquot adduxi ſuprà numer. 1. et ſeqq.*

54 Succeſſiuè, ipſammet domum inſolutum dari non potuiſſe, dignoſcitur ex eo, quod datio inſolutum, dicitur venditio, & in omnibus illius vim, & vicem ſuſtinet. *Rimin. ſen. conſil. 569. numer. 6. lib. 3. Decian. conſ. 3. num. 128. lib. 1. Burſatt. conſ. 44. num. 29. et ſeqq. lib. 1. Caball. conſ. 163. numer. 33. Aldobrand. conſ. 12. n. 43. Cephal. conſ. 351. numer. 13. Menoch. conſil. 1209. num. 9. Gratian. diſcept. 113. num. 60. Cenc. de cenſib. quæſt. 66. numer. 24. Poſt de ſubhaſt. inſp. 44. numer. 42. et ſeqq. vbi plenè Merlin. de pign. et hypothecis lib. 5. quæſt. 4. ſub num. 1. Fenzon ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 194. numero 63. Surd. dec. 248. num. 3. et dec. 288. num. 47. Honded. conſ. 41. num. 5. lib. Cyriac. contr. 311. n. 16. et contr. 374. n. 32. lib. 2. Becc. conſ. 42. num. 5. et conſ. 94. n. 3. Leotard. de vſur. qu. 12. n. 3. verſ. etenim exploratum. Rota in rec. dec. 112. ſub num. 4. p. 3. et dec. 50. num. 10. 11. p. 6. et dec. 261. n. 19. p. 7. et coram Greg. deciſ. 425. numer. 9. repetita poſt Cenc. de cenſib.*

dec.

Digitized by Google

dec.158. num.9. 10. & cor. Buratt. dec.650. num.5.& in
Roman. ſequeſ.11. Decembr.1645. §. fin. coram Cardin.
Otthobono, nunc inter eius impreſs. dec.55.n.18.

Neque obſtat, quod datio inſolutum de dicta domo
55 ſequuta ad fauorem Gentilis fuerit neceſsaria, & iu-
ditialitèr facta, quæ propterea dici nequit venditio.
Borgnin. dec.1.nu.101.p.3. Pedroch. conſ.51. num.517.
verſ. nec dicatur. Poſt. de Subbaſt. d. inſp.44. nu.45.46.
& 67.68. Rota poſt Cenc. de cenſib. dec.429. nu.2. & in
rec. dec.184.n.3.p.1.

56 Et concluſio ſuperiùs firmata procedat duntaxat in
datione in ſolutum voluntariè, & extraiuditialitèr fa-
cta, in cuius terminis non verſamur. Poſt. ead. inſp.44.
nu.41. Cenc. de cenſib. d. q.66. ſub nu.24. verſ. ſecundo
fallit. in Addit.

57 Reſpondetur namque primò, dationem etiam à Iu-
dice factam vicem venditionis obtinere, ſi ſit de ſpe-
tie pro quantitate, vt in præſenti. Cabal.conſ.94. n.4.
Mangil. de ſubhaſt. q.120. n.1. Poſt. d. inſpec.44. nu.47.
Gratian. diſcept.544. nu.14. Cenc. de cenſib.d. qu.66. ſub
nu.24. verſ. hoc tamen, in Add.

58 Secundo dicitur, quod datio inſolutum facta à Iu-
dice non venit appellatione venditionis de iure com-
muni, ſecùs quando adeſt aliquod Statutum, vel pro-
hibitio loquens de venditione, quia tunc habet locum
etiam in dicta datione, ex quo per eam deuenitur
ad alienationem. Poſt. de ſubhaſt. inſp.36.nu.15. Cenc.
de cenſib. d. q.66. ſub num.29. verſ. contrarium tamen, in
addit. & ibi Rota poſt tract.d.dec.429.nu.3.

PARS SECVNDA.

VT alia, quæ aduersùs hanc pauperrimam vi-
duam obijciuntur, ſine examinatione non
pertranſeant, ſubditur, non obſtare ſententiam con-
tra ipſam latam à D.Gubernatore Comacli in fauorem
Gentilis cum relaxatione mandati executiui, vſq; ſub
die 28. Ianuar.1651.

59 Quæ ſententia, cum ſit in iudicatum tranſacta, vl-
teriorem diſputationem non admittit, ſed facit de in-
debito debitum, de non ente ens, de falſo verum, de
albo nigrum, & æquat quadrata rotundis. Poſt.de ſub-
haſt. inſpec.66. num.72. & reſ.106. nu.68. Barz.dec.53.
num.19. Surd. dec.74. num.10. & dec.170. num.15. &
dec.260. num.27. & conſil.61. num.1.2. Menoch. conſil.
100. num.1. 2. Bec. conſil.70. num.7. & meritò, quia
rei iudicatæ ſtare publicè intereſt, cum indè ſtatus Rei-
publicæ, & publica quies contineatur, l. ſeruo inuito,
§. cum prætor, ff. ad S.C. Trebell. l. ingenuum, ff.de ſtat.
homin. l. res iudicata, ff. de reg.iur. Faber. in Iuriſpruden.
Papinian. tit.1. prin.1. illat.9. & princ. 3. illat.13. &
lib.8. coniect.c.18. Larreategui ſelect. iur. ciuil. diſputat.
lib.3. cap.8. nu.3. Oroz. de apicib. iur. ciuil.lib.5.c.4.n.2.
verſ. idque proptèr.

60 Quia, ſtante notoria iniuſtitia eiuſdem ſententiæ,
non potuit ipſa in iudicatum vnquàm tranſire. Leoncil.
dec.9. num.17. Surd. d.conſ.61. num.50. & ſeqq. & con-
ſil.223. num 6. & conſ.379. nu.28. Rota penès Poſt. de
ſubhaſt. dec.96. nu.1. & poſt. tract. de manuten.dec.411.
num.11. cor. Merlin. dec.687. num.1. tom.2.cor.Seraph.
dec.1123. nu.6. cor. Buratt. dec.92. num.4.5. & in rec.
dec.594. p.2. dec.524. nu.6. vbi concordan. p.3.dec.102.
nu.5.p.4.dec.11. nu.1.p.6. & in Firmana prædij 3. Iun.
1644. in fin. cor. Emmentiſs. Otthobono, nunc in eius im-
preſs. dec.7. nu.19. vbi, quod hoc habetur alibi paſsim,
& cor. Pegn. dec.55. num.4. & dec.292. num.5. tom.1.
cor. Greg. dec.317. numer.1. in Peruſ. bonor. 28. Martij
1650. §.1. coram Veroſpio, & nupèr in Roman. hæredit.
1. April. 1658. §. & vlteriùs ſententia, coram Alber-
gato.

61 Neceſsaria ſunt etenim validitas, & iuſtitia ſenten-
tiæ ad effectum, vt tranſeat in iudicatum. Rota apud
Cæſar. de Graſs. dec.10. num.11. & ſeq. tit. de ſenten. &
re iudic. & in rec. dec.21. & dec.170. vtrobiquè num.2.
par.6. cum alijs in Cæſaraguſt. benefic. de Ocon.7. No-
nembr.1646. §. concurrentibus præſertim, cor. Card. Ot-
thobono in eius impreſs. dec.89. num.5. & ſupponitur in
præallegatis.

62 Quemadmodum autem ſententia præſumitur iuſta,
ita, & talitèr, vt, qui vult eam impugnare teneatur
iniuſtam illius concludentèr probàre, cap.1. de reſt. in
integr. Poſſent. ſing.325. num.2. Leoncil. dec.35. num.6.
Rota apud Caputaquen. dec.94. par.3. & in rec. dec.664.
num.1. part.3. ſeù in poſthum. Farinac. tom.1. & coram
Merlin. dec.38. ſub num.7. verſ. cæterum bis, tom.1. &
dec.604. num.4. tom.2. cor. Caualer. dec.337. num.5. &
cor. Buratt. dec.130. num.4. & dec.251. num.1. & cor.
Duran. dec.7. num.19. & dec.65. numer.1. & cor. Greg.
dec.336. nu.14. cum alijs in Anconit. Salu. 19. Iun.1651.
§. quia contrarium, cor. Corrado, dec.59. n.3. poſt Salgad.
in Labyrint. credit.

63 Ità quotieſcunque ſententia ipſa ex actis non iuſtifi-
catur, dicitur notoriè iniuſta, & illius notoria iniuſti-
tia ſufficientèr eſt probata. Gabr. conſ.28.num.6.lib.1.
Leoncil. dec.71. num.15. Pigant. ad Stat. Ferrar. lib.2.
Rub.66. num.62. tom.1. Scacc. de ſent. gloſ.14. quæſt.20.
num 8 9. Altograd. conſil.4. num.9. lib.2.Gratian.diſcep.
103. num.18. & diſcep.708. num.40. Thomat. dec.107.
num.4. Poſt. reſol.58. num.24. & reſol.68. nu.9. Surd.
conſ.379. num.30. Rota coram Greg. dec.1. num.4. & ibi
latè Add. & cor. Buratt. dec.251. num.3. & cor. Ottho-
bon. dec.153. nu.5. & in rec. dec.689. numer.2. par.1. et
dec.659. nu.16. p.2. & dec.173. nu.2. p.3. dec.578. nu.8.
p.4. tom.3. et dec.67. n.13. p.8.

64 Et ne dùm ex non iuſtificatione ſententiæ ex actis
notoria iniuſtitia reſultat, ſed inſuper talis iniuſtitia
operatur nullitatem ipſiuſmet ſententiæ. Add.ad Greg.
d. dec.1. num.7. Amat. dec. ferrar.41. num.14. Leoncil.
d. dec.71. num.14.15. Rota cor. Caualer. dec.203. nu.4.
5. coram Seraphin. dec.1261. nu.5. cor. Buratt. dec.368.
nu.6. vbi de communi, et cor. Ludouiſ. dec.330. num.4. et
cor. Merlin. dec.647. ſub nu.1. verſ. ſed etiam, tom.2. et
in rec. dec.599. num.1. et dec.743. nu.5. p.1. et dec.173.
num.3. p.3. cum alijs adductis per Rubeum in ſing. Rotæ
Roman. par.2. verſ. ſententia, §.5. vol.2. et poſt Mangil.
de ſubhaſt. dec.16. num.4. et per Ridolphin. in praxi p.1.
cap.13. nu.295.

Dummodò tamen, vt innui, adſit iniuſtitiæ noto-
65 rietas, quæ neceſsariò requiritur ad hoc, vt iniuſtitia
cauſet nullitatem, vel illi æquiparetur. Surd.conſ.405.
ſub numer.16. et ſeqq. Cabal. conſ.81. numer.2.4. par.1.
Menoch. de præſum. lib.1. quæſt.79. numer.3.4. et lib.2.
præſ.67. nu.51. Contard. ad l. vnic. C. ſi de momen. poſſeſs.
limit 9. nu.8.9. et ſeqq. quos cum alijs refert, et ſequitur
Rota cor. Buratt. dec.251.n.6.

66 Et ſicuti notorietas huiuſmodi debet eſse talis, vt
aliquo colore velari, & offuſcari nequeat. Surd.d.con-
ſil.405. num.23. et ſeqq. Contard. d. limit.9. nu.34. Rota
in diu. dec.85. num.4. par.1. et coram Seraphin. dec.61.
nu.8.9 cum alijs cor. Buratt. d.dec.251.n.7. et ibi Ferentill.
litt.C.

Pari modo excluditur à ſententia ex actis non iuſti-
ficata, quando ex alijs iuſtificatur, vel iuſtificari po-
67 teſt ipſamet ſententia: adeovt ſententia non iuſtifica-
ta ex actis non habeatur pro notoriè iniuſta, niſi, cum
non iuſtificetur ex alijs, vel nequeat ampliùs iuſtificari.
Rota apud Put. dec.391. lib.1. coram Seraphin. dec.701.
num.3.

n.3.& dec.734.n.5.6. vbi pulchrè to.1. & cor. Buratt.dec.
allegata 251.n.11.& n.14.

Quapropter, cum verſemur in caſu, qui nullam
prorſus dubietatem admittit, ſententiam præfatam
D. Gubernatoris à Gentili reportatam, neque ex actis
nec ex alijs, nec minus poſse in futurum iuſtificari, non
eſt verendum quin eandem et ſententia ſit omnino no-
torie iniuſta,& nulla.

Aſſumptum de ſe patet, quia dicta ſententia con-
demnat Gellam ad reſtitutionem dotis Gentilis, pro-
pter quam condemnationem Gella non tantum rema-
net totaliter indotata, ſed in longè maiorem ſum-
mam, quam capiant eius dotes, apertiſsimè condem-
natur.

Vndè cum ſuperius lato calamo tradidimus, obliga-
tionem Gellæ eſſe inualidam, vti publicæ vtilitati repu-
gnantem ex indotatione inde dimànante, & ex alijs
adductis, ſequitur, non potuiſſe vigore illius condem-
nari; cum ex ea non teneretur, eiuſque vigore nequiret
pulſari, ſicque medio illius non eſset debitrix erga
68 Gentilem, quando quidem debitor is tantum dicitur,
a quo inuito exigi poteſt. l.debitor. ff. de verbor. ſignif.
Alex.conſ.12.num.4. vol.2. Cyriac. contr.337. num. 10.
lib.2. Amat.dec.Ferrar.7.num.5.Leoncil.dec.35.n.12.no-
uiſſimè poſt hæc ſcripta editus Oroz.de apicib.iur. ciuil. lib.
2.c.9.ſub n.26.verſ.ſolus enim.

Ac idcircò ſententia prædicta, vti lata contra cla-
ram iuris diſpoſitionem iubentem, quod Reipublicæ
intereſt, mulieres dotes ſaluas habere, propter quas nubere
poſſint. verba tex. in l.2. ff. de iure dot. & latè hucuſque
69 fuit probatum. Debet omnino dici iniuſta ipſo iure, &
nulla. l.1.& 2.ff.quan.prouoc. non eſt neceſ.cap.1.de re iu-
dic. Magon.dec.Lucen.62.num.16.Charlar.dec.132.num.
25. Amat.dec.Marchiæ 15.num.43.Barz.dec.117.num.5.
70 tanquam continens errorem iuris. Manenc. dec.21. Pi-
gant.ad Stat.Ferrar.lib.2. Rub.66. ſub n.62. tom.1. Rota
cor.Pegn.dec.99.n.19.in Venet.alias dec.123. n.16. tom.
1.in impreſ.Lugdun.

71 Succeſsiuequè non debet vocari ſententia, & nomen
ſententiæ non meretur. l.4.§. condemnatum. ff. de re iu-
dic. Barz.dec.33.num.3.Theſaur.dec.228. numer.3. Surd.
conſ.99.num.20.& conſ.360.num.41. Rota poſt Zacch. de
oblig.Camer.dec.106.num.2.& in rec.dec.492.numer.1.
par.3.& dec.38.num.2.par.7.Poſt.reſ.149. nu.2. Pigant.
ad Stat.Ferrar.lib.2.Rub.66. ſub num.58. verſ. conformi-
tas 51.tom.1.

72 Neque executioni eſt demandanda. Surd.d.conſ.99.
num.19.et conſ.360.num.41. & conſ.379. num.27. Poſt.
d.reſol.149.num.10. Rota in diu.dec.165.num.1.par.1.&
cor.Duran.dec.374.num.2.tom.2.cor. Pegn. dec.145. n.2.
in Venet.cor.Cardin.Ottbobon.dec.162.n.1. & in rec.dec.
38.n.2.p.7.

73 Sed venit reuocanda. Surd.d.conſ.379. ſub numer.27.
Poſt.ead.reſ.149.num.14.Gratian.diſcep.103. in fin. Rota
d.dec.165.n.1.& cor.Caualer.203. num 1. & cor. Pegn.
dec.314.num.1.in impreſ.Venet. aliàs deciſ.406.ex typo
Lugdun.ac in rec.dec.267.num.13.par.6. & dec.67.n.14.
20.p.8.

Hoc idem, quod de ſententia D. Gubernatoris dixi-
mus, vtiquè eſt admittendum, reſpectu etiam aſserti
decreti Illuſtriſsimi D. V. Legati illam confirmantis, ſi
74 quidem nullitas, & iniuſtitia primæ ſententiæ influit in
omnes ſequentes. Poſt.d.reſol.149.n.11. Rota in Roman.
ſeù Tiburt.dot.4.Iul.1646.§.fin.cor.Peutinger.dec.174 n.
16.apud Poſt.de ſubhaſt.in addit.

75 Et ſententia ſecunda confirmans primam notoriè
nullam, & iniuſtam, eſt & ipſa notorie nulla, ac iniuſta.
Gratian.diſcept.581.in fin.Surd.dec.289.num.10. Poſt al-
leg.reſol.149.n.9.Rota in rec.dec.83.num.2.p.5. tom.1.&
dec.222.n.1.p.6.& dec.130.n.8.p.7.& cor.Duran. dec.8.
n.8.tom.1.

Atque vlterius, cum patentiſsimè modò conſtet,
obligationem Gellæ abſorbere totam eius dotem, non
eſt curandum de præfata ſententia, cuius reuiſio in præ-
ſenti eſt commiſsa ab Eminentiſs. & Reuerendiſs. D.
Legato Ferrariæ cum clauſula dummodò eadem obliga-
76 tio dimidiam dotis excedat; Et non eſt dubitandum quin
ſententia iniuſta ſemper reuideri poſsit, & per Princi-
pem reuiſio concedi. Manent. dec.27. nu.14. & ſeqq. Pi-
gant.ad Stat.Ferrar.lib.2. Rub.66. ſub n.58. verſ. nec ad-
mittitur tom.1.

Quinimò in hoc caſu, etiamſi dicta ſententia non
fuiſset notorie nulla, & iniuſta, procederet commiſsio
cauſæ ſtatim ac, quod eſset iuſtificata clauſula in com-
miſsione appoſita de exceſsu dimidiæ dotis, quia à
Principe aliud non exigitur, & commiſsio cauſæ condi-
77 tionalis, vt eſt iſta, tribuit iuriſdictionem conditione
præcisè adimpleta, ſicuti, e contrario iuriſdictionem
non præbet, niſi conditionis adimplemento ſubſequu-
to. Rota apud Verall.dec.150.p.1.& in rec. dec.701. n.4.
p.1.& in Cæſaraugust.beneſ. de Linareſ.27. Aprilis 1640.
in prim.cor.Bichio cum alijs per Rubeum ſing.Rot.Roman.p.
4.clauſ.116.n.4 vol.2.

Neque facesſit negotium, in eadem commiſsione
75 extare aliam clauſulam Iuſtitiam faciat, per quam com-
miſsio ipſa reſtringitur ad terminos iuris, & quatenus
ſit de iure ad tradita per Iaſon. in l. iuſtitiam num.11. ff.
de iuſtit.& iure.Felin.in c.1. ſub n.51. verſ. & dicatur de
conſtit.Teodoſ. Rub.in ſing. Rotæ Roman.p.4. clauſ.459.n.
1.vol.2.Barboſ.clauſ.76.n.21. Rota cor. Eminentiſs. Ottbo-
bon.dec.207.n.4.

79 Sicque, cum repugnet diſpoſitio Statuti in lib.2.Rub.
66.iuditio modò pro parte Gellæ propoſito, dum ab
eodem Statuto clariſsimis verbis mandatur executio-
nem duarum conformium non poſſe retardari, etiam
ex capite cuiuſcunquè notoriæ nullitatis, vel iniquita-
tis principaliter intentatæ; non debet amplius ſuper iiſ-
dem conformibus in hac cauſa iam latis (data etiam
ipſarum ſententiarum notoria iniuſtitia, vel nullitate)
quæſtio aliqua promoueri; quandoquidem Statutum
procedere, ſi agatur quoquè de executione ſententia-
rum, quæ notoriè ſint iniuſtæ, vel nullæ, in terminis tra-
didere, vltrà Pigant.ad d. Rub.66.ſub num.58. verſ. deci-
mo hoc; Amat.dec.Ferrar.43.num.3.Leoncil.deciſ.32.n.
10.Rota in rec.dec.552.num.7.par.3.aliàs in poſthum. Fa-
rinac.tom 1.

Quodque nunc adſint duæ conformes clariſsimè eli-
citur à confirmatione facta per Illuſtriſsimum D.V.Le-
gatum de ſententia D.Gubernatoris; quando enim ſe-
80 cunda confirmat primam ſimpliciter, vel dicat benè
iudicatum, ſine dubio conformis dici debet. Pigant. ad
d. Rub.66. numero 4. Rota in rec. deciſ.647. par.1. &
dec.491. numer.1.par.5.& poſt Fenzon ad Stat.Vrb. dec.
169.& cor.Caualer.dec.387.num.1.cor. Duran.dec.351.
num.1.& dec.365.num.3. & in Romana Salu.13. April.
1646.in princ. & in Romana domus 27. Nouembr.1647.
§. conformitas namque cor. Cardin. Ottbobon. in eius im-
preſs.dec.63.num.1.& dec.129.num.2.3. Etiam ſi ex iu-
81 dicibus vnus pronunciaſset per ſententiam, alter per
decretum; vt ex ſententia Rotæ firmat Pigant. ad d.Rub.
82 66.num.8. Quinimò, & ſi confirmatio fuerit facta ex
nouiter deductis. Theſ.dec.122.n.14. & dec.128. Cuaz-
zin.defenſ.37.c.1.ſub n.7. verſ. non dicitur Pigant. ad d.
Rub.66.n.4.in fine.

83 Quia, omiſſo, Statutum intelligendum eſſe de dua-
bus ſententijs validis, & iuſtis, non autem de nullis, &
iniuſtis, præſertim notoriè, vt in præſenti, quemadmo-
dum generaliter loquendo prodierunt Gratian. diſcep.
581.n.

581.n.16.& ſeqq.diſcept.745. n.1. & ſeqq. & diſc.879.
num.29.Poſt.reſol.149.num.1.Pigant.ad d. Rub.66.num.
29.Rota in rec.dec.380.dec.647.& dec.662.p.1.dec.292.
num.10.p.6.dec.179.num.2.p.7.poſt Fenzon ad Stat.Vrb.
dec.169.§.non obſtat ; quod Statuto cor. Andrea deciſ.85.
coram Coccin.dec.294.num.1.cor.Greg.dec.88.in prin.cor.
Buratt.dec.251.n.9.& Ferentill.ad eund.dec.567. n.6. &
cor.Duran.dec.198.n.13.to.1.

84 Et ſpecialiter in terminis *Statuti Ferrariæ* animad-
uerterunt *Cephal.conſ.708.n.2.3.* Loquens de nullitate
notoria ex defectu iuriſdictionis. *Paſeth.conſ.128.n.25.*
agens de alia notoria nullitate, ob defectum citationis;
quam in vtroque caſu non cenſeri reiectam ab ipſo *Sta-*
tuto Ferrar. cum illis adnotauit *Leoncil. d. dec.32. ſub n.*
12.verſ.licet, quod Rimin. iun. conſ.139. lib.2. de quo Pi-
gant.ad d.Rub.66.ſub n.58. verſ.conformitas. Vbi quod
ab hoc Statuto non reijcitur manifeſta iniquitas, & *ſub*
num.63. Vbi expendit *Rot.in rec.d.dec.552.num.7.par.3.*
& in fine dicit, eandem deciſionem fuiſſe reuoca-
tam.

Ac in puncto, quod *dictum Statutum Ferrariæ* non
procedat quando quis vult dicere de nullitate tam pri-
mæ, quam ſecundæ ſententiæ; & quando prima ſen-
tentia eſt nulla docuit *Paſeth.d.conſ.128.ſub n.26. verſ.*
ſecunda principalis,& ſeqq.

Reſpondetur, non conſtare de aſſerto decreto Illu-
ſtriſs. V. Legati, & nondum de eo fuiſſe doctum pro
parte Gentilis, vt neceſſe erat; ſi quidem ſententia non
85 præſumitur, cum ſit quid facti, & facta ſint probanda.
l.in bello § facta ff.de capt.& poſtlim. reuer. cum vulg. de
quibus Barboſ.axiom.93. numer.27. Rota in rec.dec.274.
numer.11.par.5.dec.284.num.38.par.6.dec.274.num.5.
p.7.& cor.Mantic.dec.37.n.3.4.cor.Pegn.dec.78. num.3.
& dec.1201.n.7.

Et hinc corruit obiectum factum de ſubreptione re-
ſcripti commiſſionis cauſæ.

86 Quia, licet ſit neceſſarium expreſſe facere mentio-
nem de conformibus tribus, vel duabus ſtante Statu-
to, ad effectum, vt validè obtineri poſſit à Principe
commiſſio reuiſionis contra illas, ad tradita *per Rebuff.*
de ſupplic. quæſt.9. numer.61. Theſaur. dec.122. ſub nu-
mer.3.

87 Nihilominus hoc aptiſſimè eſt accipiendum, ſi verè
illæ tres, vel duæ conformes exiſtant; etenim ſi de iis
non appareat, de ipſis mentio fieri nequit; non entis
namque qualitates ex primi non poſſunt, cum non ens
88 omninò illis careat. *l.Leius,qui in Prouincia. ff. ſi cert. pe-*
tat.l.2.ff.de vſufruct.l. nec vllam §. ſi quis abſentis. ff. de
petit.hæred.c.bona de elect. c. ad diſſoluendum de deſponſ.
impub.Tuſch.litt.Q concl.6.tom.6.Gratian.diſcept.767 n.
7.33.& diſcep.796.num.14.Seſſe dec.Aragon.188. n.14.
24 Surd dec.316.n.6.Monach.dec.Florent.56.n.5.Barboſ.
axiom.162.num.1. Rota apud Creſcen. dec.6. in fin. tit. de
iudic.& coram Pegn. dec.401. num.2. tom.1. in impreſſ.
Lugdun.

89 Et propterea, cum omiſſio mentionis præfati ima-
ginarij decreti præiuditium nulli inferat, ſequitur, quod
ſicuti Princeps indè non fuiſſet à conceſſione reuiſio-
nis retractus, ita conſequenter non erat neceſſaria eiuſ-
dem decreti mentio, quoties fieri potuiſſet ad tradita
per Rot. in Valent. Parochial.31. Iul.1647. §. obiectum
enim cor. Cerro. de qua in Toletan. Archypræſbit.3. Iun.
1658. §. non obſtante ſubreptione, & 10. Martij 1659.§.
nam reſpectu cor. Albergato.

Ex quibus omnibus de bono iure Gellæ conſtare, il-
liuſque obligationem non officere, ac in totum fore re-
ſcindendam locus hæſitationi non eſt relinquendus,
maximè, cum in dubio ſemper pro dote pronuncian-
dum omnia iura clament. *l.in ambigu.ff.de iur. dot. c. fin.*
de ſent.& re iudic.Crot.in l.fil.fam.§.diui. num.169. ff. de
leg.1.Siluatic.iun.conſ.19.n.79.ſaluo, &c.

90 Quia placuit *Illuſtriſs.D.Petro Mancurto Imolenſi Ci-*
uitatis Comacli Gubernatori integerrimo Eruere à reſcri-
pto commiſſionis cauſæ emanato ab Eminentiſs. lega-
to, vt pro dimidia duntaxat obligatio Gellæ reſciſsioni
ſubiaceret: idcirco vlteriùs non diſcuſſo articulo, fuit
ab ipſo iudicatum, præfatæ declarare Gellæ obligatio-
nem pro dimidia tantum fore reſcindendam; ſicque
Gentilem condemnandam ad reſtitutionem alterius
dimidiæ capientis medietatem dotium ipſius Gellæ; &
ſuper præmiſsis fuit lata ſententia *ſub die 10. Nouembr.*
1655. in actis D.Hippolyti Folegatti notarij Comaclen: A
qua, cum pro parte Gentilis fuiſſet appellatum, *Emi-*
nentiſs.D.Card.Legatus Ferrariæ appellationem reiecit die
24.Iannar.1656.ex actis Paſtij notar.Ferrarien.

COLLVCTATIO VII.

ARGVMENTVM

Tranſactionis materia quoad illius effectum
& validitatem, obiectis acerrimè proſtratis, latè
percurritur. Conditio, ſeù modus appoſitus
per teſtatorem matrimonio ab hærede ineundo,
quando ſuſtineatur. Minorem aduerſus ſpre-
tum teſtatoris præceptum in ommittendo, &
committendo reſtitutionem obtinere, adduci-
tur. Fructus dotales quomodo taxari debeant;
& tandem de intellectu *l.de h.s.ff. de tranſact.* non
nulla deducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Ex facto ius oritur; & mutato facto reformatur ſenten-*
tia.
2 *Tranſactio parit exceptionem litis finitæ, & impedit in-*
greſſum litis, eius ethimologia aſſertur. n.3. illius natura
n.4. illius vis ſ.n.5.
6 *Tranſactionis requiſita recenſentur,& n.7. Primum tran-*
ſactionis requiſitum reſpicit cauſam finalem,& efficien-
tem illius numer.8. quid ſufficiat pro illo numer.24. &
ſeqq.
9 *Tranſactio facta ex falſa cauſa corruit intellige, vt nu-*
mer.10.
11 *Totius quo ad totum eſt eadem ratio partis quo ad par-*
tem.
12 *Priuatio hæreditatis totius purè acquiſitæ eſt pæna.*
13 *Priuatio iuris quæſiti eſt pæna. Declara, vt n.16. ſub de-*
clara, vt n.21.22.23.
14 *Matrimonium debet eſſe liberum, & ab eo quæuis pæna*
eſt reijcienda, & metu pænæ non poteſt quis conſtringi
ad illud. Declara vt num.15.21. ſub declara n.17.18.
19.22.23.
20 *Ius Canonicum ſeruari debet in terris Eccleſiæ.*
28 *Tranſactionis ſecundum requiſitum à quibus eruatur, &*
num.30.
29 *Tranſactio eſt valida ſi cauſa finalis illius ſit ſubſiſtens.*
31 *Tranſactio vt ſit valida, eſt omnis capienda interpre-*
tatio.
32 *Tranſactio præſumitur valida: & ſtatus validitatis durat*
vſquequo per tres conformes fuerit à tranſactione receſ-
ſum n.33.
34 *Tranſactio imponit finem litibus, & prohibet illas inſtau-*
rari.

35 *Tran-*

Digitized by Google

35 Tranſactio eſt ſeruanda, et non licet ab ea recedere numer.36.
37 Tranſactio ſuper re clara eſt nulla.
38 Prætenſiones, quæ de facili poſſunt reprobari non reddunt rem dubiam.
39 Voluntas teſtatoris pro lege habetur, et magis pium eſt illam obſeruare, numero 40. Declara vt numer. 44.45. 64.
41 Dotis Legatum dicitur pium, et ſine dubio ſi ſit relictum pauperi n.42.
43 Pia cauſa præfertur libertati matrimonij. Declara vt num.47.
46 Matrimonij libertatem diſpoſitio quæcumque impediens à iure eſt reprobata.
48 Tranſactio reſcinditur à dolo, et qui dolus requiratur numer.51.
49 Dolus non præſumitur, & pro illius excluſione eſt omnis capienda interpretatio, etiam verba impropriando numer.50.
52 Dolus in dolo præſumitur eſſe, qui non obſernat ea quæ debet.
53 Dolus ex læſione enormiſſima probatus.
54 Tranſactio infirmatur per læſionem enormiſſimam.
55 Læſio non præſumitur, et eius probatio eſt deducenda de tempore initi contractus n.56. et de tempore tranſactionis habito reſpectu ad dubium litis euentum n.57. amplia vt n.58.59.60.
61 Læſionis præſumptio tollitur ob interuentum proximiorum.
62 Litis dubius euentus quando non attendatur.
63 Læſio non poteſt allegari in ijs, quæ poſſunt ſe habere ad damnum, et vtilitatem.
65 Domini inſolidum duo eodem tempore eiuſdem rei eſſe non poſſunt.
66 Minor reſtituitur in integrum aduerſus ſpretum præceptum etiam in committendo; promptius in ommittendo. n.68. amplia n.69.
67 Tranſgreſſio quando dicatur in ommittendo.
70 Reſtitutio tantum reddit quantum abſtulit læſio.
71 Reſtitutio in integrum omnia reponit in priſtino Statu.
72 Scientia in minore non præſumitur, et eſt generale, quod ſit probanda certa, et ſpecifica in pœnalibus numero 73.
74 Ignorans excuſatur à contrauentione præceptorum de nubendo, vel non nubendo.
75 Ignorans nullam pœnam incurrere debet.
76 Culpa non cadit in ignorante.
77 Pœna non incurritur, niſi adſit culpa.
78 Tranſactio præſumitur vtilis.
79 Læſio eſt enormiſſima, ſi damnum oriatur ſupra dimidiam quæ ſit remittitur arbitrio Iudicis n.80.
81 Fructus dotis debentur. Taxantur de iure communi ad rationem cenſus n.82. n.84. ad rationem octo pro centenario num 85 iuxtà conſuetudinem num.86. non debentur de dote incerta promiſſa ab extraneo n.87. ſunt acceſſiones dotis 88.
83 Cenſus annuus nedùm octo, ſed & decem annua pro ſingula centena reddens licitè emi poteſt.
89 Tranſactio ſuper contentis in teſtamento eſt nulla, ſi ſit facta non viſis, cognitis, & inſpectis verbis teſtamenti. Declara, vt n.90. & ſeqq.
91 Clauſula renuncians, &c. operatur renuntiationem l. de his ff. de tranſact.
92 L. de his ff. de tranſactionib. renunciari non poteſt: limita ſi interueniat iuramentum num.93; vel clauſula pro iurato n.94.
94 Clauſula pro iurato habet omnes effectus iuramenti dempto periurio.

1 Sicuti ex facto ius oritur. l. ſi ex plagis §. in cliuo. ff. ad l. aquil. Roland. conſ. 29. num. 1. lib. 2. Bald. conſil. 304. in princ. lib. 1. Barboſ. axiom. 93. ſub num. 1. Thomas. dec. 283. num. 18. tom. 1. Adeovt ex mutatione facti ſit maximè iuſtitiæ conſonum, quod reformetur ſententia. Rota cor. Pegn. dec. 200. num. 11. to. 1. ex typo Lugdun. & in F ſu beneficij. ſen. 14. Martij 1650. §. 1. in fine coram Eminentiſs. Corrado, & in Bonon. pdeic. de Naſcentor. 20. Iun. 1650. in princ. cor. Peutinger: Propterea hic ſubditur.

FACTI SPECIES.

IOanne Baptiſta, & Antonio de Caballerijs hæredibus æqualiter inſtitutis in ſuo, cum quo deceſsit vltimo elogio Io: Baptiſta Caballerius ſenior diſpoſuit per hæc verba *grauando però il detto Antonio à pigliar per ſua moglie madonna Florida figlia del Signor Giacomo Carli, e della Sig. Geneuera ſua moglie, alla qual madonna Florida laſcia ſcuti cinquecento di moneta di Ferrara in dote, e per dote, et in nome di dote da darſegli nel tempo, che ſi maritarà ſopra delli beni del detto teſtatore: & in caſo, che eſſo Antonio per qualſiuoglia caſo non voleſſe pigliare la detta madonna Florida per ſua moglie, ſi come hà commandato di ſopra, all'hora vuole, & aggraua il ſudetto Antonio à dotarla delli ſcudi cinquecento ſimili ſopra la portione, che li ſarà peruenuta, e gli peruenirà nell'heredità ſudetta, ſenza aggrauio alcuno nella portione del detto Gio: Battiſta ſuo fratello, e ciò hà fatto il detto teſtatore ad effetto, che ſia eſeguito l'ordine ſudetto, e ſegua il ſudetto matrimonio.* De qua diſpoſitione conſtat ex teſtamento præfati Ioannis Baptiſtæ ſenioris recepto ſub die 22. *Octobris* 1633. per D. Franciſcum Vitalium notarium Comaclenſem valdè probum.

Floridæ nuptijs ſpretis, cum Lucia Antonius ætatem viginti duo annorum degens matrimonio ſe copulauit.

Florida ipſa Natalem Guidum in virum ſuſcepit, vt notorium eſt, & in facto ſupponitur.

Iugales iſti prætendentes, Antonium, ob inobſeruantiam precepti à teſtatore eidem iniuncti, obligatum fuiſſe ad ſummam ſcutorum quinque centum pro dotibus Floridæ, iuditium contra eum inſtituerunt.

Exceptionibus pro parte rei conuenti negantis teneri ad petita propoſitis, replicationes iugalium ſunt ſubſequutæ, in tantum, quod res in ambiguum ducta partes ipſas excitauerit ad conſiderandum, quam incertus ſit litium euentus, quoue onere litigantes pulſentur ex continuatione expenſarum, quæ in agitandis iuditijs continuè perpenduntur.

Sicquè volentes non ſolum expenſis parcere, ſed etiam amorem, & affinitatem reciprocam conſeruare, mediante amicorum communium offitio, & ſolecitudine, ad concordiam, & tranſactionem deuenerunt.

Itá nempè, quod Antonius teneretur ſoluere prædictis iugalibus pro quocumque eorum iure, & actione ſcuta tercentum, & quod iugales ipſi vice verſa cederent, & transferrent eidem Antonio omnia, & ſingula eorum iura, quæ haberent, habebant, & ſperare poterant erga eum, & bona hæreditatis præfatæ.

In executionem cuius tranſactionis Antonius promiſit, & ſoluere ſe obligauit iugalibus antedictis ſcuta tercentum.

Qua promiſsione ſtante, ac ſi & quando facta fuerit dicta ſolutio, Iugales quoquè finem quietationem, & abſolutionem, pactumque perpetuum liberatorium de vlterius in futurum quidquam non petendo eidem Antonio ampliſsimè fecerunt.

Qui-

Quinimò, vt rem gratam prædicto Antonio facerent ex titulo puræ, meræ & irreuocabilis donationis inter viuos præfati Iugales omne id, & totum, quod vltra prædicta ſcuta tercentum, & ſi, & quando cum effectu fuerint ſoluta, ſupereſt, vel ſupereret, & idem quomodocunque, & qualitercumque habere, prætendere, & conſequi poſſent, ac potuiſſent, dederunt, ac donauerunt, & tranſtulerunt prædicto Antonio: & vt latius de omnibus prædictis apparet in inſtrumento cum omnibus Statutarijs ſolemnijs celebrato *ex rog. olim D. Dominici de Cintijs not. Comaclen. ſub die 17. Septembr. 1654.*

Antonius, vt quæ Floridæ promiſerat, omninò adimpleret, ſolutionem actualem eidem fecit de ſcutis tercentum ſupra conuentis; vt publica documenta in actis exhibita liquidò oſtendunt; ipſequè iteratam abſolutionem, nouumquè finem, & pactum perpetuum de plus non petendo à Florida eſt conſequutus, ſecundùm formam, & tenorem antedicti inſtrumenti receptiab olim D. Cintio; ſicuti de iſtis extat rogatus ſub *die 5. Decembr. 1654. D. Franciſci Vitalij omni æuo laudabiliter memorandi.*

Porrò Floridæ antedictæ ab incoſtanti viro muliebris infirmitas ſtimulata minimè tranſactioni iam pro parte Antonij omninò adimpletæ acquieſceus, iterum liti operam, in caſum tamen, vt ſperatur, ſtultiſſimè præbet; & vt Legatum prædictum executioni mittatur aduerſus Antonium iuditialiter poſtulat.

Factum proprium ipſius actricis illam repellere, ac à ſubſellijs forenſibus reijcere, niſi virum impudentem haud dijudicare eſt credendum; ſi diligenter percurrantur, & ponderentur ea, quæ in hiſce duobus capitibus, quibus ſectatur præſens diſceptatio, aſſeruantur.

CAPVT PRIMVM.

2 QVis veretur, tranſactionem parere exceptionem litis finitæ, & ingreſſum litis tam in agendo, quam in excipiendo impedire? Sic habetur *in l. cauſas Cod. de tranſact. cap. 1. de lit. conteſt. in 6. & à Rota in rec. dec. 402. num. 3. 4. p. 5. dec. 86. ſub num. 1. p. 6. dec. 218. num. 1. 2. p. 7. dec. 7. num. 1. & dec. 175. num. 5. par. 8. cor. Seraphin. dec. 1059. num. 1. coram Canaler. dec. 276. n. 1. cor. Greg. dec. 354. num. 1. & in Bononien. de Toſtinis 2. Decembr. 1647. §. 1. ad fin. coram Peutinger. & in ead. 31. Maij 1649. §. quia cum ipſæ cor. Cerro. dec. 40. num. 1. poſt Salgad. in Labyrint. creditor. & in Roman. reſciſs. concord. 15. Iun. 1648. §. hac enim verſ. ac proinde cor. Eminentiſs. Corrado dec. 25. num. 2. vbi concordan. poſt Salgad. vbi ſupra, & dec. 44. num. 1. poſt Ceuſal. ad Peregr. de fideic. & in eluen. portion. 27. April. 1648. §. 1. cor. Roias.*

3 Tranſactio namque nil aliud eſt, quam receſſus à lite, & actione mota, ac mouenda, & ideo dicitur tranſactio, quaſi tranſitus ab actione, vel quaſi tranſiens actio, vt profitentur duo iuris luminaria maiora. *Bart. in l. ſiue apud n. 22. C. de tranſact. & Bald. in l. 2 ff. de iureiur. ac alibi; vt obſeruatur à Rota in Melenit. bonor. 10. Maij 1652. §. 1. cor. Meltio.*

4 Et illa eſt natura tranſactionis, vt lis totaliter finiatur, omnis controuerſia extinguatur, & fiat de albo nigrum. *l. quamuis. C de tranſact. Mantic. de tacit. lib. 1. tit. 8. num. 38. Rota in rec dec. 447. num. 1. p. 2. & dec. 147. num. 20. p. 5. & dec. 218. num. 2 par. 7. & coram Seraphin. dec. 638. numer. 5. coram Gregor. d. deciſ. 354. n. 2. & cor. Merlin. dec. 799. n. 14. tom. 2 & in d. Bonon. de Toſtin. 31. Maij. 1649. §. quia cum ipſa cor. Cerro.*

5 Quod adeò verum eſt, vt tranſactionem vim rei iudicatæ obtinere, itavt nulla ſuper ipſa amplius controuerſia moueri poſſit, dixerint *Crauet. conſ. 685. n. 27. Decian. conſ. 103. num. 5. lib. 3. Altograd. conſ 3. num. 28. lib. 2. Poſrent. ſing. 8. n. 6. cent. 1. ac alij congeſti à Rota in rec. dec. 86. n. 1. p. 6. & in d. Bonon. de Toſtin. 2. Decembr. 1647. §. 1. verſ. quia tranſactio cor. Peutinger, & cor. Merlin. dec. 408. n. 2. tom 1.*

Validitas tranſactionis præfatæ in dubium reuocari nequit, quoniam de illius neceſſarijs requiſitis apparet.

6 Quod enim fuerit facta ſuper re dubia, ac incerta, itavt adfuerit lis, ſiue timor litis probabilis, primum requiſitum ad *l. in ſumma ff. de cond. ind. l. 1. ff. de tranſact. Crauet. conſ. 153. ſub n. 10. nouiſſimè Fagnan. in c. veniens, n. 16. de tranſact. Rota coram Merlin. dec. 809. nu. 14. tom. 2. & in Bonon. nullit. concord. 13. Iun. 1645. §. ſecundo pro in efficacia coram Cerro, & in d. Melenit. bonor. 10. Maij. 1652. §. 1. verſ. neceſſaria autem coram Meltio;* Eſt affirmandum ex ſerie facti, & ex inferius latius deductis.

7 Et, quod interuenerit mutua hinc indè inter partes tranſigentes compenſatio, alterum requiſitum pro validitate tranſactionis, iuxtà *l. tranſact. o nullo dato vbi DD. C. de tranſact. nouiſſimè Fagnan. in c. contingit n. 31. de arbitr. Oroz. de apicib. iuris ciuilis lib. 3. c. 12. ſub num. 2. verſ. at omnis tranſactio. Rot. coram Merlin. d. dec. 809. n. 15. & cor. Greg. dec. 311. n. 14. & in rec. dec. 231. nu. 2. p 4. & dec. 271. ſub n. 25. p. 6. & in d. Melenit. bonor. eod. §. 1. verſic. nec non vt fiat ac alibi.* Eſt adeò clarum in præſenti, vt vlteriori non indigeat probatione.

8 Quemadmodum verò primum ex dictis requiſitum reſpicit cauſam finalem, & efficientem tranſactionis. *Rota cor. Merlin. alleg. dec. 809. ſub n. 15. verſ. primum requiſitum, & in rec. dec. 146. n. 7. p. 8.*

Ità non erit abs re circa illud aliquantiſper immorari, ne alias prætenderetur, tranſactionem corruere debere, tamquam ex cauſa falſa factam, vt tradunt *Manent. conſ. 140. num. 26. Bellon. inn. conſ. 77. ſub numer. 10. 11. Mantic. de tacit. lib. 26. tit. 1. num. 29. 36. Menoch. conſ. 91. num. 26. 40. & conſ. 750. num. 1. cum ſeqq. Rota coram Merlin. d. dec. 799. num. 16. & cor. Pegn. dec. 70. num. 3. & dec. 93. num. 4. & dec. 779. num. 17. vbi Add. dat concordantes tom. 1. cor. Greg. dec. 149. n. 1. & in rec. dec. 34. n. 8. dec. 146. n. 4. dec. 292. n. 10. & dec. 293. n 27. p. 8. cum alijs in Romana de Mongellinis 30. Ian. 1645. §. 1. verſ. tranſactio cum cor. Cardin. Otthobon. modò in eius impreſs. dec. 25. n. 3.*

10 Intelligendo tamen, vt tunc demum falſitas cauſæ reddat nullam tranſactionem, quando verſamur circa cauſam finalem illius ad *Bart. in l. demonſtratio falſa §. quod autem num. 16. ff. de condit. & demonſtr. Rota in rec. dec. 146. num. 8. p. 8. cor. Seraphin. dec. 976. num. 3. cor. Gregor. d. dec. 149. n. 1. & pulchre cor. Eminentiſs. Otthobon. d. dec. 25. n. 8.*

Idcircò dubietas materiæ, ſuper qua fuit inita tranſactio colligitur ex eo, quod onus iniunctum Antonio dotandi Floridam, ſi matrimonium cum ea non ſequatur, factum eſt in pœnam non contracti coniugij, vt apertiſsimè deſumitur à verbis teſtamenti ſuperius recenſitis, ponderatione ſemper diſcreta ſeruata.

11 Et confirmatur, quoniam id, quod dicitur de toto, quoad totum, dicitur, & de parte, quoad partem. *l. quæ de tota ff. de rei vendic. Argel. de acquir. poſſeſs. quæſt. 6. art. 12. num. 339. Rota coram Mantic. deciſ. 109. num. 4.*

12 Sed, quem tota hæreditate pure acquiſita, ſeù delata, priuari, pœna cenſetur. *Iaſ. in l. reprehendenda. C. de inſtit. & ſubſtit. Alex. & Ripa in l. 2. ff. de damn. infect. Pa-*
13 *ſcth. conſ. 87. ſub n. 3.* Sicuti, & iuris quæſiti priuatio, dicitur

Digitized by Google

citur pæna. *Socin.iun.conſ.27.num.26.vol.4. Bero. conſil. 15.num.6.vol.1.Bec.conſ.9.num.3.Surd.dec.99. num.17.* Ac de vtroque dicto *Rota in rec. dec.47. ſub num.5.p.3. alias in poſth.Farinac.p.1.*

Igitur, & parte eiuſdem hæreditatis priuati pæna diretur.

Hoc autem aſſequimur in noſtro caſu, vt ſenſui patet *meritò, &c.*

14 Porrò quæuis pæna à matrimonio eſt reijcienda; nec poteſt aliquis metu pænæ ad contrahendum matrimonium conſtringi. *Latè Sanchez de matrim.lib.4. diſp.5. n. 22.& ſeqq.Sabell.var.reſol.& reſponſ.cap.74.num 6.pulchrè Altograd.conſ.77.num.1.2.& ſeqq.lib.2.Cyriac.contr.451.num.24.& 82.lib.3.Caſtil.contr.iur.c.25.num.19. ac infrà tom.4.Cancer.var.reſol.p.3.tit.de ſponſal. c.11.n. 152.& ſeqq.Guttierez de matrim.cap.17.per tot.Vermigliol.conſ.crimin.372.num.22.vbi concordan. Rota in rec. dec.493.num.1.par.4.tom.2.& dec.11.numer.3.par.7. et coram Greg deciſ.326.num.19.21. et in Roman. ſeù Comen. hæredit.26. Iun.1647. §. quia dicta deciſio in fine coram Meltio, eſt dec.46.num.6. poſt Cenſal. ad Peregr. de fideic.*

Succeſsiuè, vt onus prædictum non afficiat eſt concludendum.

15 Et quamuis huic aſſertioni videatur aduerſari theſis illa, quam cõfirmant DD. dicentes, poſſe aliquem induci vel inuitari ad contrahendum matrimonium cum certa perſona per conditionem, & modum; veluti, *ſi Sempronius inſtituatur hæres, vel ſi matrimonium contrahat cum Berta, & ſi matrimonium cum ea non contraxerit, vult teſtator, eum priuari hæreditate*; Ex eo, quia talis priuatio, & ademptio proprie pæna dici non poſsit, ſed ſit quædam lex, modus, ſeù conditio rei, quæ datur; ac verius vocari debeat inuitatio ad honeſtas nuptias ſpe lucri, vt prodiere *Oltrad.conſ.16.Fulgoſ.conſ.61.Cranett. conſ.1.ſub num.3.et conſ.80.num.11.vol.1.Craſſ.§. Legatum q.50.num.14.vbi de communi Couarr.de matrim.p.2. cap.3.§.3.ſub num.6.7. Mantic. de coniect. vlt. voluntat. lib.11.tit.18.num.3.Durau.de condit.& mod.impoſſibil.p. 2.cap.3.ſub num.46.et ſeqq.Mareſcot.var.reſol. lib.1.cap. 73.num.9.Fontanell.de pact.nupt.clauſ.6.gloſ.3.p.4.num. 5.tom.2.apud quos concordan.habentur addo Cancer. var. reſol.p.3.cap.7.num.291.et ſeqq.Sabell. var. reſol. & reſpon.d.cap.74.num.5.Sanchez de matrim.lib.1.diſp.33. n. 7.Boſs.eod.tract.cap.11.num.464.Vermigliol.d.conſ.372. num.20.21.Mart.de ſucceſs. legal.p.4. quæſt.12. art.2. n. 85.et art.3.num.45.Rota in d.Roman.ſeù Comen. hæreditat.26.Iun.1647.§. quia dicta deciſio cor. Meltio impreſs. poſt Cenſal.ad Peregr.de fideic.d.dec.4.6.n.4. vbi optimè, et in rec.dec.35.n.3.p.4.et d.dec.493.n.2.et ſeqq.eod.p.4. tom.2.*

Hi que ſcribentes reſpondeant argumento ſuperius poſito, dicendo, quod priuari aliquem lucro iam quæſito pæna non ſit, quoties ab eo priuatur, qui conditione, pacto, vel modo adiecto lucrum dedit; ſicuti præ alijs authumant *Couarr.d.§.3.num.8. Molin. de primog. lib.2.c.3.num.4.Duran.d.c.3.n.50.*

17 Nihilominus, nec iſtorum ſententia contrariatur; neque reſponſio allata ſatisfacit.

Senrentia non contrariatur, quoniam præ ceteris limitationem huic caſui applicabilem admittit; vt ſcilicet ea non procedat quotieſcumque agitur de pęna, non de lucro, ſiquidem pęna eſt à iure improbata ex cauſa publici fauoris, vt matrimonia liberè contrahantur, quæ ratio prohibitiua iuris ſemper militat, ad hoc ne vllo pacto pæna ipſa debeatur; ſicuti apertiſsimè habetur per *omnes DD.* ſuperius, etiam in aduerſum adductos.

18 Et inſuper eadem concl'ſio non admittitur, ſi tractaretur de priuatione lucri iam radicati, cum idem iudicetur de tali lucro, quod de damno. *Iaſ. in l. cum quis num.3.C.de iur.et fact.ignor.Alex. in l.3.ff. de damn. infect.Paſcth.in terminis d.conſ.87.n.3.Morot. conſ.97. Cyriac.contr.451.n.86.87.Badellon.conſ.20.à n.45.vſque ad num.68.*

19 Vltraquam quod non eſſet ponere, vt aiunt, os in cœlum, ſi diceretur eandem ſententiam non procedere de iure canonico, & præſertim ſtante diſpoſitione *S.Conc.Triden.* Vt animaduertunt *Menoch.conſ.425.à n. 4.vol.5.Molin. de iuſt. et iur. diſput.207. Cyriac. d. contr. 451.num.85.et ſub num.139.verſ. ex quibus argumentis, lib.3.*

20 Quod ſanè ius canonicum ſeruari debet, tum reſpectu materiæ; tum maximè reſpectu loci, dum ſumus, in terris Eccleſiæ. *Farinac.in praxi q.38.numer.16. in fin.et conſ.72.ſub num.8.in fin.lib.1.Cyriac.contr.101. ſub num. 16.tom.1.cum multis apud Rubeum reſol.practic. circa teſtam.c.33.n.28.* Et in terminis Ciuitatis Ferrariæ eiuſq; ducatus. *Socin.conſ.136.col.2.lib.1. Laurent. ochius inter conſ.Marzar.conſ.52.num.5. ego ipſe in collect.34. numero 25.*

Quod autem reſponſio non ſatisfaciat à triplici conſideratione eruitur.

21 Primo, quod *DD.omnes*, qui eam afferunt, neque, iure, ac lege, neque ſolida ratione, ipſam comprobant; vt ſi rectè trutinentur videri poteſt.

22 Secundo, quod eadem reſponſio non habet locum, quando agitur de amiſsione magni lucri, vt in præſenti, inſpectis hæreditatis iuribus, & perſonarum qualitatibus; *Ruyn.conſ.121.num.10.lib.4. Neurz. conſ.47.n. 18.Paſeth.d.conſil.87.num.4.Cephal.conſ.225.numer.17. Rolan.conſ.100.num.126.lib.4. quos ſequitur Rota coram Greg.dec.326.num.21.et in rec.d.dec.493.n.30. et ſeqq.p. 4.tom.2.et poſt Cenſal.ad Peregr. d. dec.46. numer.6. Cyriac.contr.451.num.83.Sanchez de matrim. lib.4. diſp.5. num.27.*

Tertiò tandem, & per hoc eneruatur quoque obie-
23 ctum aduerſantis theſis, quoniam, & ſi lucrum auferri poſsit in matrimonio, vel lucri ſpe inuitari ad certum genus matrimonij, vt ex aduerſo fuit firmatum, attamen hoc intelligitur, vt procedat, ſi lucrum, quod auſertur, aut cuius ſpe quis inuitatur eſt acquirendum ex ipſa conditione matrimonij contrahendi; ſecus, & in noſtro caſu, ſi lucrum erat iam prius acquiſitum, & poſteà ſi non contrahatur, vel contrahatur matrimonium, auſertur, ex deductis *à Paſeth. d. conſ.87.ſub num.2.vbi concordan.alleg.et de communi teſtatur.*

Et non officit, quod modò ſimus in inſtitutione voluntaria, quo caſu teſtator conditionem, ſeù modum ſibi benè viſum poteſt hæredi inſtituto apponere in matrimonio contrahendo, & ipſum inuitare ad nuptias ſub ſpe lucri; quidquid ſecus eſſet dicendum ſi ageretur de inſtitutione neceſſaria; vt declarando. *Rot. in Roman.hæredit.8.Iun.1637.cor. Coccino diſtinguitur in d. Roman.ſeù Comen.hæredit.26.Iun.1647.§. quia dicta deciſio cor.Meltio.allegata dec.46.num.4.poſt Cenſal.ad Peregr.de fideicom.*

Quoniam diſtinctio prædicta procedit ſuis retentis terminis, hoc eſt, ſi conditio, ſeù modus appoſitus contineat ſpem lucri; ſecus ſi afferat pænæ metum, vt in præſenti, per ſuperiora.

Vltra quamquod adaptantur perbelle limitationes, ac reſponſiones omnes paulò ſupra deductas, & omnia hæc obſeruantur *à Rota in præcitat.dec.46.eod.n.4.et ſeqq.*

Vndè, cum ex prædictis reſultet arduitas propoſiti articuli, conſimilis illi, qui pertractatur, an in vinculis, fideicommiſsis, & primogenijs valeat ea conditio, vt

ſuc-

ſucceſſor contrahere matrimonium teneatur cum per-
ſona talis ſamiliæ, vel cum perſona certa, atque diffinita,
& quod alias fideicommiſſo, vinculo, vel primogenio
priuetur; de quo Duran. de cond. & modis impoſs. par.
2.d.cap.3.num.52. Vbi vocat celebrem, & arduam quæ-
ſtionem.
Non poteſt controuerti dubietas materiæ, ſuper
qua fuit inita tranſactio, quod & oſtendam infrà ex alio
capite.
Succeſſiueque primum tranſactionis requiſitum ve-
24 rificari, ad quod etiam ſufficeret controuerſia arti-
culi ex ſolis ſectatoribus, & ſequacibus in vtramque
partem; quinimò ſola auctoritas vnius Doctoris excel-
lentis. Rota in rec.dec.263. ſub numer.2.3.par.3. alias in
poſthum. Farinac. tom.1. & in d. Romana de Mongellinis.
30.Ian.1645.§. ſufficit enim cor. Eminentiſs. Otthobon. in
eius impreſs.d.dec.25. numero 13.16. vbi egregiè. Et ſat
25 eſſet controuerſia extraiuditialis. Mantic.de tacit. lib.
26. tit.1. numero 16. Gratian. diſcept.476. numer.3. Fe-
rentill.ad Buratt.dec.280.ſub litt. A, in fine. Rota coram
Merlin.deciſ.163. ſub numer.1.tom.1.& coram Seraphin.
deciſ.1384.numer.17. Poſſ. reſol.147. numer.12. Cyriac.
26 contr.3.num.36.lib.1. Et quæcumque modica occaſio
dubitandi, & prætenſio non iuridica, ſi lis quoque
in iuditio deducta non fuiſſet, cum ſolus timor futuræ
litis deſeruire poſſit pro tranſigendi cauſa. Alex. con-
ſil.20.numer.3. verſic. quia reſpondeo lib.3. Natta conſil.
548.num.13.Cancer.par.1.cap.13.ſub numer.34. Mantic.
de tacit.d.lib.26.tit.1.numer.16.& ſeqq. Cyriac. contr.3.
numer.36.37.Rota coram Merlin.d.dec.799.numer.20.&
prius d.dec.163.num.7.& ſeq.& coram Greg. dec.149. n.
2.& ibi Add.num.5.6.vbi pulchrè, & coram Buratt. dec.
280.num.11.ac ibi Ferentill.litt. A, vbi benè, & coram
Pegn.dec.1230.ſub numer.7. vbi Add.litt.D, dat concor-
dan. & coram Coccin. deciſ.396.numer.4.& coram Ca-
ualer.dec.407. numer.7. & coram Otthobono d. deciſ.25.
numer.13.& ſeqq.& dec.198.num.9.& in rec.d dec.263.
num.2.par.3.& dec.348.numer.4.par.4.& deciſ.74.num.
5.par.5.dec.281.numer.6.par.6.dec.161.num.5.p.7.& in
d.Bonon. fideic. de Toſtinis 5.Iun.1648.§. fin. coram Peu-
tinger. & in d. Melenit. bonor.10. Maij 1652. §. dubietas
materiæ cor.Meltio,& in dec.44.n.6.poſt Cenſal.ad Pereg.
de fideic.
Quinimò, ſatis eſt ad ſuſtinendam tranſactionem,
27 non ad adfuiſſe in Antonio euidentem calumniam.
Becc. conſil.109. numer.10.11. Add. ad Gregor. d. deciſ.
149.numer.7. Rota in rec. deciſ.104. numer.2. par.2.&
dec.263.numer.2.par.3.& dec.348.ſub numer.4.par.4.&
coram Seraphin.dec.138.num.3. coram Caualer. dec.407.
numer.7.8.coram Merlin.d.dec.163.numer.5. & d. deciſ.
779.numer.21. Vbi, quod Rota fuit hoc millies ſequuta
cum alijs in d.dec.25.num.3.poſt Salgad. in Labyrint. cre-
ditor.& in Bonon. de Toſtin.31. Maij 1649. §. & vlterins
domini ad fin.cor.Cerro.
28 Alterum tranſactionis requiſitum de mutua hinc in-
de compenſatione, aut remiſsione, verificatur ex eo,
quod tota hæreditas Io: Baptiſtæ Caballerij ſenioris
poſsidebatur ab Antonio, qui prætendebat, Flori-
dam nihil fore conſequuturam propter metum pænæ
iniunctum eidem Antonio à teſtatore de illam dotan-
do ex ſola illius parte, caſu quo cum ipſa matrimo-
nium non iniret, & vt latius deductum eſt ſuprà, & de
hoc etiam pluries fuit idemmet Antonius proteſtatus,
& promoto iuditio, iam fuerat controuerſia excitata,
& ſaltem dubium erat, an Florida aliquid habere poſſet.
Adeovt, cum contingere, & dari caſus voluiſ-
ſet, Antonium fore abſoluendum, & onus ſibi iniun-
ctum non ſuſtineri, ac conſequenter Floridæ nihil de-
beri.
Manifeſtò conijcitur, & clarè patet, tranſactionem
in effectu fuiſſe factam ſuper iure hinc inde controuer-
ſo, & Antonium ſupradicta ſcuta tercentum, quæ ipſe
habebat, & nullo modo Floridæ deberi prætendebat,
liberè tradidiſse.
Et vice verſa, eandem Floridam penes dictum An-
tonium reliqua dimiſsiſse; quæ in vim Legati, &
oneris Antonio iniuncti reſtitui ſibi pariter prætende-
bat.
Ex quibus, comprobationem eiuſdem requiſiti
ſufficienter dimanare, traditur per quam egregiè in
caſu ſimili à Rota coram Merlin. d. deciſ.163. numero 6.
tom.1.
29 Receſſus igitur à lite, ab expenſis, & iurgijs, cum
fuerit cauſa finalis huiuſce tranſactionis, quam modò
examinamus, vt apparet ex inſtrumento deſuper confe-
cto, atque iſta cauſa finalis ſicquè primum tranſactio-
nis requiſitum ſit bene ſubſiſtens, ex traditis in ſupe-
riora, ſequitur tranſactionem validam eſſe. Becc. conſil.
190.n.11.lib.2.Rota in rec.dec.715.num.5.p.2.& d.deciſ.
348.ſub num.4.p.4.& in d.Roman. de Mongellin.30. Ian.
1645.§.Domini tamen ad fin.cor.Otthobon.in eius impreſs.
d.dec.25.n.10.
30 Cumque etiam non poſsit controuerti mutua hinc
inde compenſatio, aut remiſsio, poſterius tranſactio-
nis requiſitum reſpiciens effectum, & emolumentum
ex ipſa tranſactione proueniens, ne in eodem contra-
ctu detur claudicatio, nequè altera pars lædatur; vt
animaduertit Rota coram Merlin. d. dec.809. ſub numer.
15.verſic. ſecundum requiſitum tom.2. conſequens indu-
bitatum erui debet, non poſſe in dubium reuocari
31 huiuſce tranſactionis ſubſiſtentem validitatem, pro qua
quidem omnis eſt capienda interpretatio c.venerabilis,
& c.finem litibus de dolo,& contum.c. inſurgentium de reiu-
dic.Bero.conſ.176.num.15.lib.1.Rolan.conſ.28.numer.10.
lib.4.Surd.conſ.451.num.18.19.Rota in rec. dec.86. num.
4.par.6.& in d.Bonon.bonor. de Toſtinis. 5. Iunij 1648. §.
vlt.in fin. cor. Peutinger. & in ead.15. Decembr.1649.§.
nequè obſtat coram Eminentiſs. Otthobon. nunc in eius im-
preſs.d.deciſ.198.num.10.& in d.Melenit.bonor.10. Maij
1652.§. huiuſmodi partitæ in fin.coram Meltio, & in Pe-
ruſ.fideic.de Ridulphis 14.Iun.1652.§.verum propoſito co-
ram Cerro.
32 Itavt, tranſactionem præſumi validam generaliter
prodicerit Rota coram Caualer.dec.550.num.3. cor. Mer-
lin.dec.163.num.1.& dec.767.n.2.Cyriac.contr.3. nu.43.
vbi concordan.
33 Et ſtatum validitatis tranſactionis perdurare, vſque-
quo per tres ſententias conformes ab eadem tranſa-
ctione recedatur, habetur per Rota in d.Bononien.de To-
ſtinis 31.Maij 1649.§.ſecundo quod ibidem in fin.cor. Cer-
ro.dec.40.num.7. & in Roman. camb.23. Martij 1650.§.
tum etiam quia cor. Roias.dec.89.n.7.vtraq.poſt Salgad. in
Labyrint.creditor.& in rec.dec.86.n.9.p.6. et cor. Merlin.
d.dec.767.ſub n.1.verſ.niſi prius tom.2.
Quæ proindè, cum ita ſe habeant, Florida eſt repel-
lenda a promoto iuditio, obſtante illi tranſactione
prædicta validè facta, quæ ſicuti finem imponit liti-
bus, controuerſijs, & prætenſionibus, vt dictum
34 eſt ſupra numer.4.5. ſic prohibet illas inſtaurari, &
ad trutinam iuditialem reduci. l. cum mota l.tranſactio-
ne l.cauſa.C.de tranſact. Rota in rec. dec.86. numer.5.p.
6.dec.218.num.1.par.7.coram Gregor. dec.354. numer.2.
3.coram Caualer.dec.550.num.2.coram Cardin. Corrado,
d.dec.25.ſub n.1.& in d.Roman.camb.23.Martij 1650.§.
intereſſe verò cor.Roias d.dec.89.n.4.poſt Salgad. in Laby-
rint.creditor.
Et non debet reſidere in voluntate mera iſtius in-
conſtantis mulieris tranſactionem cum Statutarijs ſolē-

35 nibus ab ipſa initam minimè obſeruare; quia tranſa-
ctionem fore ſeruandam eſt regulare. *Rot. coram Mer-
lin.dec.480.num.2.tom.1.repetita in rec.dec.402.num.2.*
36 *p.5.et dec.218.ſub num.2.p.7.* Ac non licet a tranſactio-
ne recedere.*l.fratris.C.de tranſact.Rota cor.cod. Merlin.
d.dec.799.numer.14.tom.2.Altograd.conſil.3. numer.26.
lib.2.* Quinimò partes tranſigentes poſſunt ad obſer-
uantiam tranſactionis executiuè compelli. *Gratian. di-
ſcep.665.num.11.Rota in rec. dec.402. num.3. p.5. coram
Caualer.dec.23.num.3.coram Merlin. d. dec.480. num.3.
et dec.875.num.9.et coram Duran.dec.216.num.5.et ſeq.
vbi de ratione tom.1.et poſt Zacch.de oblig.Cam. dec.171.
num.8.dec.180.num.8.dec.247.num 1.dec.253.num.4.et
dec.257.n.3.vbi concordan.et poſt Merlin.de pign.dec.96.
n.12.et dec.123.n.2.et apud Poſt.de ſubhaſt.dec.193.n.8.
ac dec.206.num.3.in Addit.*

CAPVT SECVNDVM.

IN præſentiarum veniunt examinanda fundamen-
ta, quibus aduerſarij funditus euertere noſtram
tranſactionem intrepidè conantur.

Non obſtat igitur id, quod dicitur, tranſactionem
fuiſſe factam ſuper re clara, & quæ nullam habet dif-
37 ficultatem, proindeque vti inita ſuper cauſa non dubia
cenſeatur facta per calumniam, & inualida reddatur,
ſitque nulla.*l.præſes.C.de tranſact.Roman.conſ.517.num.
17.18.Surd.conſ.451.num.11.Cyriac.contr.183.num.80.
lib.1.& contr.237.num.5.lib.2.Rimin iun.conſ.614.num.
76.Cranet.conſ.152.num.10.& conſil.851.num.11.Alto-
grad.conſ.104.num.35.& 53.vol.2.nouiſſimè Rubens re-
ſolut.pract.circa teſtam.cap.84.num.267.& ſeq. Rota cor.
Caualer.dec.212.num.2.& in rec.dec.462.num.9.par.2.
& dec.271.n.25.p.6.& in Anen.tranſact.4.April.1661.
cor.Priolo.*

38 Hoc comprobando, quia prætenſiones Antonij,
eiuſque negationes non reddiderunt rem dubiam, cum
reprobari valerent facili negotio.*Roman.d.conſ.517.n.
18.Alba conſ.89.num.2.Angel.conſ.94.ſub num.6. verſ.
non ergo ſufficit quos ſequitur Altograd.d. conſ.104.n.41.
Cyriac.d.contr.183.num.81.*Maximè, cum hic agatur de
39 obſeruanda voluntate teſtatoris, quæ, ſicuti pro lege
habetur.*auth.diſponat.C.de nupt.l.verbis legis. ff. de ver-
bor.ſignif. Fagnan.in cap. ex parte n.22.de conſtit. tom.1.
Peregr.de fideic.art.11.num.57.Altograd.conſ.77.num.7.
vol.2.* Ita etiam contra cauſas fauorabiles, & pias, de-
bet eadem teſtantis voluntas quamuis dura, & rigoro-
40 ſa omninò obſeruari, cum magis pium hoc eſſe, dica-
tur *à Mantic.de coniecturis vlt.volunt.lib.3. tit.3. num.2.
Altograd.d.conſ.77. num.8.* Et ſunt videndi pulchra no-
tabilia colligentes *Cyriac.contr.519.numer.22. lib.3.Ru-
beus practicabil. reſolut.circa teſtam.c.5.n.71.*

Addendo inſuper, quod libertas matrimonij ab An-
tonio deducta ei ſuffragari nequit, quoniam onus ipſi
iniunctum in caſu non contracti coniugij, verſatur in
eo, quod dotetur Florida de ſcutis quinque centum, cui
Floridæ propterea ſit a teſtatore legatum prædictæ
ſummæ in cauſam dotis.

41 Vnde, cum dotis Legatum, ſiue pro maritandis
virginibus dicatur pium.*l.cum is. §.ſi mulier vbi DD.
ff.de condict.indebit.Bart.in l.ſi ego in princ.§.1.ff.de iur.dot.
Alberic.de Stat.par.1. quæſt.3. cum alijs apud Tiraquell.
de pia cauſa in præfat.§. item cum dos. Trentacinque var.
reſol.lib.1.tit.de pia cauſ.reſ.1.num.13. Leoncil. de priuil.
pauper.par.2.priu.94.numer.2.Caualcan.de vſufr. mulier.
relict.n.226.nouiſſimè poſt hæc ſcripta viſus Zacchia de Sa-
lar.ſeu operar.merced.q.36.n.4. Rubeus practicab. reſol.c.
23.n.130.& ſeqq.vbi latiſſimè.*

42 Præſertim, & abſque dubio, ſi ſit relictum pauperi,
vt in præſenti ex ſuppoſito. *Bald.in l.illud col.1.C. de ſa-
croſan. Eccleſ.Barboſ. conſil.87.lib.4.latè Tiraquel.d.§.
item, cum dos.verſ.ideo, & ea diminutio. Nouel. de do-
te par.9.priu.7.numer.3.Natta conſil.410. num.13. Cam-
peg.de dote p.1.quæſt.91.num.1.Cephal.conſ.701. numer.
14.lib.5.Mantic.de coniect.vlt. volunt.lib.6.tit.3.ſub num.
22.Trentacinque d.tit.de pia cauſa reſol.1. numer.14. vbi
de communi Gratian.diſcept.666.numer.4. lib.4.cum alijs
adductis à Leoncil.de priuil.pauper.d.priu.94. per tot. Zac-
chia de Salar.d.q.36. num.5. vbi dat concordantes. adde
Rubeum d.c.23.num.136. Rota coram Caualer. dec.27.n.
3.verſ.hæ puellæ,& dec.49.ſub n.1.Fagnan.in c.ſignifican-
tibus n.47.de offic.deleg.*

Diſpoſitio etenim qualibet ad fauorem pauperis re-
gulariter eſt pia; vt latè comprobatur à *Leoncil. de priu.
pauper.par.2.priu.320.per tot. Rota in Roman. hæreditat.
1.April.1658.§.vlterius cor.Albergato.*

Sequitur, quod onus prædictum appoſitum per te-
ſtatorem debeat adimpleri. cum pia cauſa præferatur
43 libertati matrimonij. *Mantic.de coniect. vlt.volunt.lib.
11.tit.18.n.9.* Vbi pluribus adductis, de communi teſta-
tur. *Rota in d.Roman. ſeu Comen. hæredit.26. Iun.1647.
§.nec releuat, quod in caſum cor.Meltio d.dec.46.n.7. poſt
Cenſal.ad Peregr.de fideicom.*

Reſpondetur namquè, dubietatem materiæ, circa
quam præſens tranſactio verſatur ſatis, ſuperque a
congeſtis hucuſque dimanare; & certitudinem rei
non benè deſumi ab obiecta voluntatis vltimæ teſta-
toris obſeruantia, quoniam tunc demùm ſententia,
44 & voluntas teſtantis eſt obſeruanda, quando eſt iu-
ſta, & ſecundùm leges ordinata, nequit enim teſta-
tor efficere, quin leges in ſuo teſtamento locum ha-
beant.*l.nemo poteſt.ff.de leg.1.Fachin.contr.iur.lib.4. cap.
15.verſ.fundamentum eſt.Caſtil.contr.iur.lib.3. cap.17.n.
68.91.Altograd.conſ.77.n.29.lib.1. & pariter d. conſ.77.
n.12.lib.2.Cyriac.contr.550.n.16. lib.3. Mel. alleg.87.n.
26.lib.2.*

45 Et idcircò diſpoſitio, & voluntas illa, quæ ſit contra
leges, & bonos mores, aut turpitudinem aliquam præ-
ſeferat eſt reijcienda.*Peregr.de fideicom. ar.11.n.78.&
116.Altograd.alleg.conſ.77.num.14.lib.2.*

Huiuſmodi autem eſt voluntas, & diſpoſitio noſtri
teſtatoris, cum per eam metu pænæ conſtringatur An-
tonius ad contrahendum matrimonium cum Florida,
vt dictum eſt ſupra.

Meritò, ipſam non fore obſeruandam, ſed omninò
46 reijciendam fateri debemus, ex eo, quia, vti reprobata
à iure repellitur conditio, aut diſpoſitio quæcumque,
quę quoquomodò libertatem matrimonij impediat, aut
reſtringat, cum ſit contra bonos mores, & turpitudi-
nem redoleat.*Crof.conſ.30.num.1.2. lib.2. Morot. conſil.
97.numer.5.Sanchez de matrim.lib.1.diſp.34.numer.3.4.
& ſeqq.Vin.dec.480.numer.1.2.Pichard.egregiè in §.ſed
ſi vxori num.29.Inſt.de legat.* quos omnes refert, ac reſ-
pondendo obiecto facto ſequitur *Altograd. alleg. conſ.
77.n.16.lib.2.*

Tollitur etiam conſiderata illa prælatio de pia cau-
ſa libertati matrimonij, nam, omiſſo, an in hoc ca-
ſu dotis Legatum poſſit dici pium; maximè cum
ſuppoſitum paupertatis, in qua ſignanter pietas circa
hanc materiam conſiſtit, nullibi appareat verum; &
tamen proculdubio ſit neceſſarium probare plenè, &
concludenter paupertatem, quando ad certum, & de-
terminatum effectum illa allegatur. *Gratian. diſcept.
660.num.17.Leoncil.de priu. pauper.p.1. quæſt.7. num.2.
Rota in rec.dec.170.num.3.p.4.& coram Buratt.dec.41.n.
3.Vbi Ferentil.litt. C. tom.1.& in Fanen.hæredit.17.Iun.
1641.§.& quamuis cor. Ghiſilerio, & in Bonon. aliment.*

23.Ian.

Digitized by Google

23. Ian. 1658. §. fin. & in Roman. hæredit. 1. April. einſd. ann. §. vlterius cor. Albergato.

Non agitur in præſenti de lucro, ſed de pœna, quæ eſt a iure improbata ex cauſa publici fauoris, vt matri-
47 monia liberè contrahantur, & propterea nullo pacto pena debetur, etiamſi pia cauſa præualeat libertati matrimonij, cum ſemper militet ratio prohibitiua iuris; vt poſt Iaſ. in l. Titia numer. 17. ff. de verbor. oblig. reſpondet Rota in ex aduerſo adductis dec. 46. ſub numer. 7. verſic. quia obiectum, poſt Cenſal. ad Peregr. de fideic. Et ibi dicitur, hoc idem fuiſſe quoque reſolutum in Vennſin. Legati 28. Iun. 1623. §. neque huic opinioni in fin. coram Coccino, eſt in rec. deciſ. 493. numer. 41. 42. par. 4. tom. 2.

48 De dolo contra dictam tranſactionem oppoſito, perquem reſcindi tranſactionem non dubitatur. l. 1. §. 1. ff. ad Tertul. l. in ſumma. ff. de condit. indebit. Bart. in l. ſi ex falſis. num. 2. Bald. num. 4. & Angel. num. 1. C. de tranſact. Bellon. iun. conſil. 77. numer. 3. quos relatos ſequitur Rota coram Merlin. dec. 621. num. 24. tom. 2. coram Pegn. deciſ. 1489. numero 4. tom. 2. & in rec. deciſ. 271. numero 24. par. 6.

Parum eſt curandum, quoniam, cum nullibi de
49 eo dolo fuerit doctum, ipſe non eſt præſumendus ad tex. in l. merito. ff. pro ſoc. in l. quoties §. qui dolo. ff. de probat. Capra concl. 78. num. 45. Maſcard. de probat. concl. 531. tom. 1. Bec. conſ. 77. num. 18. Honded. conſil. 105. numer. 19. lib. 1. Farinac. in praxi quæſt. 89. numer. 2. 3. par. 3. Menoch. præſum. 3. num. 14. & ſeqq. lib. 5. Mantic. de coniect. lib. 2. tit. 7. num. 1. p. Cyriac. contr. 395. num. 10. lib. 2. Rota in rec. dec. 60. n. 1. p. 3. dec. 409. n. 6. p. 4. dec. 26. n. 21. p. 5. & Annot. ad dec. 16. n. 184. & ſeqq. p. 8. & cor. Buratt. dec. 182. n. 22. & dec. 482. n. 14. et coram Seraphin. dec. 636. in fin. to. 1. et cor. Otthobon. dec. 5. n. 8.

50 Immò ad effectum excludendi dolum, omnis alia præſumptio eſt capienda, quam doli, & omnis interpretatio eſt facienda, etiam per impropriationem verborum. Maſcard. de probat. concl. 814. numer. 3. tom. 2. Menoch. d. præſ. 3. num. 30. Cranett. conſ. 8. nu. 2. Gabr. conſ. 82. n. 4. lib. 1. cum alijs apud Farinac. in praxi d. q. 88. n. 7. 8.

51 Et in omnem caſum ad hoc, vt ex dolo tranſactio reſcindi poſſe, requireretur, & probari deberet dolus verus, & certus, nec ſufficeret præſumptus. Rota in Bonon. de Berois 11. Martij 1643. §. in omnem caſum coram Royas, & in Peruſ. fideic. de Redulphis 14. Iun. 1652. §. fin. cor. Cerro.

Ac libenter contra Floridam retorquerem dolum allegatum; ſiquidem, dum debuit ſeruare concor-
52 diam factam, & promiſſam, & nunc eam minimè ſeruet, præſumitur eſſe in dolo. Cephal. conſ. 265. numer. 8. 13. Rimin. iun. conſ. 122. numer. 34. & ſeq. Rota cor. Seraphin. dec. 1059. num. 5. tom. 2. & coram Pegn. deciſ. 274. num. 6. tom. 1. in impreſſ. Lugdun. & dec. 214. num. 6. in impreſſ. Venet.

53 Nec iuuat, quod dolus ex læſione enormiſſima ſatis probetur, ſeù præſumatur. Rota coram Buratt. dec. 75. n. 7. cor. Duran. dec. 121. n. 29. & dec. 136. n. 26. apud Poſt. de ſubhaſt. in Addit. cum alijs à me congeſt. in colluct. 3. n. 85. addo mele ad Gizzarel. dec. 81. ſub n 3. Sabell. v. tr. reſol. & reſponſ. cap. 55. n. 47. Farinac. in repert. contract. q. 48. n. 114. Caren. reſol. 120. n. 4.

Hancquè læſionem in hac tranſactione erga Flori-
54 dam interueniſſe, ob quam propterea tranſactionem infirmari, & non ſuſtineri contendatur; iuxtà tex. l. 2. C. de reſcinden. vendit. quem procedere etiam in tranſactione, & ſi de venditione loquatur, eſt communis opinio, vt per Barboſ. iun. in d. l. 2. numer. 36. Socin. iun. conſil. 129. num. 48. lib. 1. Bero. conſ. 180. num. 38. lib. 2. Gabriel. conſ. 154. num. 48. lib. 1. Surd. conſil. 480. num. 12. & ſeqq. Mantic. de tacit. lib. 26. tit. 9. numer. 23. & ſeqq. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 9. numer. 36. cum multis apud Donad. de renunciat. cap. 9. num. 60. Maſſin. de confiſc. quæſt. 47. n. 99. Caren. reſol. 121. numer. 3. Theodoſ. Rub. in ſing. Rotæ Roman. par. 2. verſ. tranſactio. §. 2. vol. 2. Rota in diu. dec. 102. num. 2. p. 1. & in rec. dec. 539. num. 2. & ſeqq. par. 1. & dec. 199. numer. 2. par. 4. & dec. 315. ſub num. 19. par. 5. dec. 281. numer. 2. par. 6. dec. 292. numer. 13. par. 8. & cor. Otthobon. d. deciſ. 25. numer. 4. & coram Duran. dec. 121. ſub numer. 16. et ſeqq. et poſt Cenc. de cenſib. 275. et poſt Salgad. in Labyrint. credit. d. dec. 25. numer. 19. 20. et coram Pegn. dec. 292. tom. 1. et dec. 1655. numer. 3. tom. 2. in impreſſ. Lugdun. et in Bonon. nullit. concord. 12. Iun. 1645. coram Cerro 27. Ian. ac 1. Iul. 1648. coram Bichio, et in Roman. tranſact. 21. Iun. 1655. coram Celſo; et in Auenion. tranſact. 22. Iun. 1657. coram Dunozet, et in alia Roman. tranſact. 2. Maij 1659. §. 1. vbi concordan. cor. præfato R. P. D. Celſo.

Quinimò ex dicta enormiſſima læſione dari etiam maiori remedium reſtitutionis in integrum aduerſus tranſactionem ſubdatur per tradita à Fabro in ſuo C. tit. quib. ex cauſ. maior. diffin. 2. verſ. et ideo, et tit. de tranſact. diffi. 10. verſ. ſed vt ſaluum quem ſequitur Caren. reſ. 120. et reſ. 121. vtrobique per tot.

Quoniam hoc idem ſimili reſponſione remouetur: huculque etenim nulla eſt data ſuppoſitæ læſionis enormiſſimæ ſufficiens probatio; & tamen regula aſſertur
55 generalis, quod læſio non præſumitur, ſed ab allegante eſt probanda. l. 3. §. ſi minor. ff. de iureiur. Alex. conſ. 92. num. 15. 35. lib. 6. Gabr. tit. de empt. & vendit. concl. 1. num. 63. Cyriac. contr. 329. num. 6. lib. 2. Altograd. conſ. 5. num. 72. lib. 1. Rota diu. dec. 86. num. 11. 12. p. 4. et cor. Greg. dec. 553. num. 1. et cor. Buratt. deciſ. 538. numer. 1. et deciſ. 783. numer. 13. et apud Poſt. de ſubhaſt. deciſ. 219. numer. 26. 27. ego ipſe in mea legal. colluct. 31. n. fin.

56 Et quidem probatio huiuſcè læſionis eſt deducenda de tempore initi contractus. l. ſi voluntate C. de reſcinden. vendit. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæſt. 12. numer. 22. Cyriac. contr. 453. num. 62. Mel. alleg. 36. numer. 12. lib. 2. Poſt de ſubhaſt. inſp. 60. numer. 9. et ſeqq. Rota ibidem ſub tract. dec. 53. numer. 4. et dec. 219. numer. 28. poſt Mangil. de ſubhaſt. dec. 37. numer. 10 coram Seraphin. dec. 605. numer. 5. coram Pegn. dec. 479. numer. 7. tom. 1. et dec. 1655. num. 5. tom. 2. in diu. d. dec. 86. num. 13. p. 4. in rec. dec. 278. num. 4. p. 4. tom. 2. coram Greg. d. dec. 553. numer. 3. et dec. 570. num. 5. cor. Caualer. dec. 448. n. 3. et in Ianuen. prætenſ. ſeparat. thori 22. Iun. 1650. §. quo verò verſ. et percutere debet cor. Meltio.

57 Atquè ità de tempore tranſactionis, ac habito reſpectu ad dubium litis euentum. Theodoſ. Rubens ſing. Rota Rom. par. 5. ad l. ſi diuerſa. C. de tranſact. num. 8. vol. 2. Sabell. d. cap. 55. numer. 50. et cap. 94. num. 7. 8. Cancer. var. reſol. p. 1. cap. 13. numer. 36. Cyriac. contr. 128. numer. 97. et contr. 182. numer. 82. tom. 1. Ciarlin. contr. 219. numer. 112. et ſeqq. Andreol. contr. 194. numer. 22. et ſeqq. Caren. reſol. 104. numer. 12. Capyc. Latro conſult. 152. numer. 2. et infra. Redenaſch. conſ. 48. numer. 45. et ſeqq. Maſſin. de confiſc. quæſt. 47. num. 109. vbi dat alios concordan. Rota in rec. dec. 715. n. 2. p. 2. et dec. 348. ſub n. 5. p. 4. et in d. Meleuit. bonor. 10. Maij 1652. §. huiuſmodi partitæ verſic. ponderando etiam cor. Meltio, et in Peruſ. fideic. de Rodulphis. 14. Iun. 1652. §. ex præmiſſis itaque cor. Cerro. & in d. Roman. tranſact. 2. Maij 1659. §. 1. verſ. computato etiam cor. Celſo.

58 In tantùm, vt non ſufficiat probare ſimpliciter læſionem enormiſſimam ad finem reſcindendi tranſactionem, ſed opus ſit, eam continere magnum exceſſum vltra dimidiam, habita etiam ratione omnium expenſarũ, & dicti dubij euentus litis quoq; futuræ Rub. ad

Digitized by Google

patrui,vt generaliter excludendo ſcientiam, & præſu-
72 mendo potius ignorantiam in minore, prodiere Becc.
conſ.111.n.14.Marcabr. conſ.76. num.122. Peregr. de fi-
deic.art.52.ſub n.51. Cyriac. contr.323. n.34. lib.2. & d.
contr.451.num.96. Vbi noſtros terminos apprimè per-
tingit,& allegat ad rem facientes Molin.de primogen.lib.
2.c.13.n.33.Menoch.d.conſ.425.n.16.17.vol.5.Bardellon.
d.conſ.20.n.35.37.adde Rotam in rec.d.dec.493.n.75.p.4.
tom.2.
73 Accedente inſuper axiomate illo vniuerſali, quod
ſcientia ſemper eſt probanda vera,certa,& indubitata,
ac ſpecifica cum omnibus ſuis qualitatibus, quando ſu-
mus in pænalibus,vt in præſenti, & agatur de priuatio-
ne iuris quæſiti.Rota cor.Seraphin dec.133.ſub num.2.&
dec.972.n.12.& cor.Buratt.dec.182. n.11. & vt infrà in
mea legali colluct.22.n.40.
74 Porrò quoties datur ignorantia præceptorum con-
ſimilium ei,quod in præfato teſtamento aſſeruatur, nu-
bens,vel non nubens,à contrauentione excuſatur, cum
ſit neceſſaria notificatio talium teſtamentorum dicta
præcepta continentium, qua ceſſante non incurritur
pæna in illis appoſita,vt per bellè agnoſcunt Molin.d. c.
13.ſub num.29.30.Menoch.eod. conſ.425. n.14.15. Plot.
conſ.15.Turret.conſ.67.n.74.vol.2.Morot.d.conſ.97.n.28.
Bardellon. in adducto conſ.20. num. 39. Cancer. var. reſol.
lib.3.cap.7.ſub num.299. quos relatos ſequitur Cyriac. d.
contr.451.num.97.lib.3.Rota in alleg.dec.493. numer.76.
et ſeqq.
Meritò, ne Antonius inciderit in pænam ſpreti præ-
cepti ſibi iniuncti,erat dicendum,cum nullibi de eadem
notificatione teſtamenti ipſi facta apparere poſſet; ne-
que aliundè ſcientia illius probaretur; & ſit certum,
75 quod ignorans nullam pænam incurrere debet. l. qui-
cunque.C.de ſeru.fugit.Gabr.comm.concluſ.tit. de reg. iur.
concl.6.num.1.Marcab.conſ.56.nu.49. Cyriac.contr.519.
num.4.lib.3.Rubeus in annot.ad Rot.in rec. dec.3. n.15. p.
3.Canaler.dec.141.num.2.ego ipſe in Legal.colluct.22. n.
76 42. Cum in ignorante non cadat culpa.Cephal.conſ.24.
ſub num.15.Cyriac.d.contr.519.num.6. Sine qua non in-
trat pena.Menoch.conſ.626.num.16.Surd. dec.277. num.
19.Gutticrez q.q.canon.lib.2. cap. 30.numer.12. & ſeqq.
Carbon.de legib.lib.8.diſp.1.not.3.Caſtr.de lege pæn. lib.1.
cap.33.Barboſ.axioma n.181. num.1.2. ego ipſe in Legal.
colluct.38 n.2.
77 Maximè in his terminis, in quibus pæna impoſita
duntaxat incurritur à non parentibus præceptis teſtan-
tium,quoties culpa in hærede parere debent adſit. Co-
uar.in c.Raynaldus.§.1.ſub numer.7.Cyriac. d. contr.519.
num.5.
Et ſi aduerſus haſce poſteriores pro Antonio addu-
ctas aſſertiones aliqua excitari voluiſſent, obiectis om-
nibus ſolidiſſimè occurrebatur per D.D.præfatos,qui-
bus in hoc vt breuitati conſulam, ſit ſatis me remi-
ſiſſe.
78 Et interim ſicuti tranſactio præſumitur vtilis,ſecun-
dùm Rolan.conſ.15.num.51.lib.1.Becc.conſ.176.num.28.
lib.1.Alex.conſ.222.num.12.vol.2. Bero. conſ.176. num.
23.lib.1.Rota cor.Canal.dec.407.ſub n.5. verſ.& in dubio
et in rec.dec.86.n.22.p.6.et in Bonon.tranſact.16.Nouem-
br.1640.coram Veroſpio,& in Bonon.fideic. de Beroaldis.
8.Martij 1641. coram Peutinger. & in Roman. fideic. de
Bariſan.27.Iun.1650. §. nec quicquam facit coram Celſo.
dec.11.n.5.poſt Cenſal.ad Peregr.de fideic.repetita pariter
in dec.11.penes Tenagl.de Sacr.Rotæ Audit.lib.1.poſt c.6.
& eſt alia dec.cor.Coccino n.14. in impreſs. apud Mel. poſt
alleg.1.fol.41.& ſeqq.lib.1.
Ità noſtram tranſactionem pluſquam vtilem, & fa-
uorabilem eſſe Floridæ pro comperto eſt habendum;
ac de opinione erronea aduerſantium, eandem tranſa-
ctionem duntaxat in damnum illius verſam fore aſſe-
rentium, non eſſe quidquam faciendum, quilibet ſanæ
mentis conijcere debet.
Dumquè ſubditur pro parte aduerſa,non poſſe læſio-
nem Floridæ enormiſsimam tergiuerſari, quia ne dum
per receptionem ſcutorum tercentum remiſit alia bis
centum ſed inſuper à ſe abdicauit omnes fructus eidem
debitos, & decurſos à tempore initi matrimonij inter
eam, & Natalem Guidum, vſque ad tempus ſequutæ
tranſactionis, & ità per ſpatium annorum ferè octo,
aſcendentes ad ſummam ſcutorum ducentum,& vltrà;
taxando illos in rationem octo pro centenario quoli-
79 bet, & anno; ſicque oriente damno ſuprà dimi-
diam, vt ſenſui patet, intrare prædictam læſionem
enormiſsimam, ſecundum tradita per Couarr.in cap.
quamuis p.3.§.4.num.5.de pact.in 6. Menoch.conſ.1.num.
494.Burſat.conſ.178.num.32.lib.2. Siluan. conſ.61. num.
3.6.Ruger.conſ.50.num.16.lib.1. Laderch. conſ.126. n.4.
Morot.conſ.89.numer.19.Crauet.conſil.192.numer.6.Ca-
ſtil.contr.iur.lib.3.cap.2.numer.45. Merlin. de legit. lib.3.
tit.1.quæſt.12.ſub numer.16.verſic. enormiſſima tandem.
Bottilier.de ſucceſs.ab inteſt.cap.2.theor.95.ſub numer.7.
verſic.Læſio verò.Gallerat. de renunt. cent.2. renunt.102.
num.17.vbi innumeros congerit tom.3.Ludouic.dec.Peruſ.
18.numer.56. & ſeq. par.1. Capyc. deciſ.159. numer.24.
Barz.dec.86.num.51.Oſaſch.dec.77.num.13.Giurb. deciſ.
110.n.5.
Maximè attenta qualitate rei abdicatæ, hoc eſt ſum-
mæ ad dotem deſtinatæ, & perſonæ abdicantis, vi-
delicet mulieris pauperis; cum tunc non poſsit Iudex
niſi arbitrari præfatam quantitatem Antonio remiſ-
ſam continere læſionem decantatam; etenim reſidet
80 in Iudicis arbitrio cognoſcere, quæ dicatur læſio
enormiſsima, iuxtà veriorem ſententiam, quam
tuentur Odd. de reſtit. in integr. quæſt.4. numer.121. &
quæſt.19.num.70. Menoch. de arbitr. caſ.74. Maſcard. de
probat.concl.1058.numer.10.Statil.de Saluian.inſp.4.cap.
3.numer.54.Gallerat.de renunt.102. numer.18. Bottilier.
d.theor.95.ſub num.7.verſic.alij vero.Giurb.d. deciſ.110.
numer.3.Cabed. dec. Luſitan.70. numer.1.2. Ferentill. ad
Buratt.dec.116.litt. C, Rota poſt Cenc.de cenſib.dec.275.
& in rec.dec.189.ſub num.4.par.4. & dec.315. ſub num.
9 p.5.& coram Duran. dec.121. ſub num.16. & ſeqq. &
in Roman. reſciſs. tranſact.29. Maij 1648. §. inſuper eid.
verſic. dicitur læſionis modum coram Cardin. Corrado.
d. deciſ.24. numero 20. poſt Salgad. in Labyrint. credi-
tor.
Et non dubitetur fructus præfatos deberi; ſi quan-
titas ſummæ dictorum ſcutorum quinquecentum
81 conſideretur vti dos; fructus namque dotis propter
onera matrimonij permitti eſt certo certius.l.cum poſt.
ff.de iur.dot.l.inſulam.§.vſuras.ff.ſolut. matrim. l. ſi quis.
§.fin.ff.de donat.inter vir.& vxor. cap. ſalubriter de vſur.
Surd.conſ.269.num.3. & de alimen. tit.1. quæſt.42. Ripa
obſ.19.Gratian.dec.143.numer.12.Amat. reſol.43. num.
1.Cyriac.contr.29.num.69.& contr.30.numer.4.& ſeqq.
vbi pulchrè exornat lib.1. Fontanell. de pact.nupt. clauſ.
5.gloſ.8.par.15.per tot.Vgolin.de vſur.§.2. & ſeqq. Leo-
tard. eod. tract.quæſt.28.numer.2.Mantic.de tacit.lib.12.
tit.4.num.2.& tit.8.numer.18.nouiſſimè Staiban. de inte-
reſse lib.2. tit.3. quæſt.1. ſeſs. dec.68. Medic. dec. Senen.
14. numer.1.Theſaur. dec.43. ſub numer.4. Grammat.
dec.70. Capyc. dec.183. Giurb. dec.72. Oſaſch. dec.132.
numero 1. Rota coram Cardin. Mantic. dec.26. numero 2.
& dec.151.numero 3.& in rec. dec.428. numer.1. par.3.
& in diu. dec.244. par.3. latiſſimè Boſs. de Dote cap.20.
per tot.
Et quidem ſtatim, quod maritus ſuſtinet onera ma-
trimonij, abſque aliqua alia mora regulari debitoris

dotis,cum ſubſtentatio corundem onerum ſecum afferat quamcunque neceſſariam interpellationem,& conſtituat ipſum debitorem adeò in mora, vt dubitari nequeat,quin marito fructus, ſeù vſuræ dotis debeantur. *Barboſ.in l.de diuiſione n.9.ff. ſolut. matrim. Surd. de alimen. tit. 1. q. 42. & cont. 190. n. 31.ad fin. Rimin. iun. conſ.815.num.13.Becc.conſ.115.num.15.16.Peregr.conſil.88.num.6.vol.2.conſ.74.num.11.vol.3.& conſ.100. n. 21.vol.5. Rolan.conſ.65.num.4.vol.4. Valaſc. conſult.84. num.2.Menoch.con.7. num.12. & conſ.110.n.57. Tuſch. litt.M.concl.96.Gratian.diſcept.241.num.59.diſcept.243. num.30.& ſeqq.diſcept.726.num. 3.4.Roderic. de ann.redit.lib.3.q.7.n.49.67.Fontanel.de pact.nupt. clauſ.6. gloſ. 2.p.6.n.10.11.tom.2.Leotard.de vſur.d. q.28. num.3. & num.23.Staiban.de intereſſe lib.2. tit 3. d. q.1. num.2. & ſeqq. Ridolphin.in praxi p.3. cap.5. num.447. iuncto num. 449.Ciurb.dec.72.n.1.vbi concordan.Magon.dec.Florent. 83.num.3. Medic. inter dec. ſen. examin.7. n.39. latè Cyriac.d.cont.30.à numer.4. cum multis ſeqq. Rota in diu. d. dec.244.num.1.2.dec.251.ſub n.3.4. & dec.253. num.2. p.4.& in rec.dec.471.n.1.p.1.dec.574. n.1. p.2. dec.182. n.1.p.4.tom.2. Baratt. dec.159. n.2. vbi Ferentil num.13. & dec.287. numer.6. plenè Boſs. de Dote cap.20. numer. 28.29.*

Atquè iuxtà taxationem prædictam; nam fructus
82 dotis promiſſæ, & non ſolutæ fit de iure communi ad rationem cenſus,& ad illam ſummam,quam ſi pecuniæ ad honeſtum lucrum ponantur reddere ſolent. *Lup. in c.per veſtras.num.2. de donat. inter vir. & vxor. Roman. ſing.179.& conſ.129. ſub n.5. Crauet. conſ.189. ſub n.6. lib.1.Rota in rec.d.dec.428.n.3.p.3.& d.dec.244. n.5. in diu.p.4.*

83 Cenſus autem annuus reddens nedum octo, ſed decem annua in ſingula centena iuſtè, ac licitè emi poteſt ſi ità ferat qualitas loci, temporum, & perſonarum. *Scacc.de commer.& camb.§.1.q.1.n.244.et q.7. par.2.§. 10.num.69.et 81.Farinac.conſ.54. num.22, lib.1. Fachin. contr.iur.lib.2.c.43.verſ.iuſtum eſſe.Cenc. de cenſib. q.47. num.5.Mangil.de euict.q.148.ſub numer.48. Merenda de camb.nundin.c.43. num.4. vbi multos dat concordantes. Rota poſt d.tract. de cenſib.dec.17.num.4.& dec.117.n.9. & dec.327.n.1.et cor.Pegn.dec.1474. n.2. tom.2. in impreſs.Lugdun.*

84 Meritò, vt in tanta quantitate taxari poſſint fructus præfati non eſſe ambigendum; & concludatur à *Cyriac. d.contr.30.ſub num.19.verſ.quæ inter vſuria,& n.n.ſeqq. ac à Rota cor.Merlin.dec.886.n.4.tom.2.repetita poſt Zacch.de oblig.Camer.dec.247.n.4. vbi aliæ deciſ. concordan. habentur.*

85 Et in ſpetie, quod fructus dotales ad rationem octo pro centenario non ſint exceſsiui, ac in tali taxatione fuir approbati,dixerunt *Grammat.dec.103.n.100.et ſeq. Magon.dec.Florent.83.num.3.Theſ.dec.45. ſub n.3.Gratian.diſcept.759.num.17.Rota in rec.d.dec.248. num.3.in fin.p.3.et cor.Merlin.d.dec.886.et poſt Zacch.de oblig. Camer.d.dec.247.vtrobiquè n.3.Add. ad Baratt.dec.65.ſub n.4.Boſs.de Dot.c.20.n.54.*

Præſertim ſtante conſuetudine in hac Comaclenſi
86 Vrbe de taxandis iiſdem fructibus dotis in rationem prædictam, quæ quidem conſuetudo in tali taxatione ſeruanda venit. *Add. ad Greg.dec.93.ſub num.9. Gratian. diſcep.920.num.24.25.Cyriac.contr.430.numer.2. lib.3. Ludouic.dec.Lucenſ.22.num.15.Leoncil.dec.91.numer.4. Poſt.reſol.108.num.23.Staiban.de intereſſe lib.2. tit.3. q. 2.num.26.Rota coram Seraphin.dec.146.num.3. cor. Andrea.dec.12.num.2.coram Baratt.dec.65.numer.3. et poſt Mangil.de ſubhaſt.dec.12.ad fin.et in rec.dec.587.n.3.p.3. alias in poſthum.Farinac.tom. 1.nouiſſimè Boſs.de Dot. d.c. 20.ſub n.54.*

Promptiſsimè reſpondetur, inane eſſe in hac facti
87 ſpetie id,quod de prætenſione fructuum prædictorum deducitur: etenim,cum quantitas dotis fuerit incerta, & illiquida, propter controuerſiam ab Antonio legitimè motam, & verſemur in caſu, ſi tamen dici debeat, promiſsionis de dote factæ ab extraneo, qui Floridam dotare, haud tenebatur, ſequitur, nullos fructus illius fuiſſe debitos; vt diſtinguendo, inter dotis promiſſorem extraneum,& promiſſorem neceſſarium obligatum dotare,tradiderunt *Staiban. de intereſs. lib.2. tit.3. d.q.1.num.26.Leotard.de vſur.d.q.28. num.28.*

Vltra quam quod, cum dos aſſerta non fuerit vnquam promiſſa marito, erat neceſſaria interpellatio Antonij,ad hoc,vt teneretur ad dictos fructus; implementum namquè mariti in ſuſtinendis oneribus matrimonij nequijt hoc in caſu conſtituere ipſum in mora, ſed oportebat quod interpellaretur ab eo, cui facta erat promiſsio ad effectum, vt, dotis debito præſuppoſito,ad ſolutionem fructuum cogi poſſet. *DD. in l. de diuiſione.ff.ſolut.matr.Ruin.conſ.222.num.3.lib.1.Surd.de alim.tit.1.q.42.n.64. et ſeq. pulchrè Rota omninò videnda in rec.dec.182.n.2.et ſeqq.p.4.tom.2.*

Inſuperquè, alijs neglectis, ſicuti Antonius poterat præceptum teſtatoris ſpernere impunè, vt oſtenſum eſt ſupra; ita conſequenter, cum obligatus non eſſet ad dotem Floridæ, neque pro dotis fructibus erat adſtrictus, vti acceſsionibus dotis, nam eſt generale, quod
88 fructus ſunt acceſsiones rei. *l. ita tamen. §.hæres.ff.ad Trebell.l.non eſt C.fam.hereis.* Et qui non tenetur ad id, quod eſt principale, nec minus tenetur ad acceſſorium illius.*arg.c.acceſſorium de reg.iur.in 6.l.cum principalis.ff. eod.l.qui liberis. ff. de vulg. et pup. cum alijs apud Barboſ. axiom.4.num.1.*

Ac in indiuiduo, quod fructus ſint acceſſorij ad dotem notauerunt,ex *tex.in l.1.C.de condit. ind.bit. l.2. c. de pign.act.l.marito.§.fin.vbi Rom.n.31. ff. ſolut. matrim. Cephal.conſ.63.num.3.et conſ.131.num.14.lib.1.Gratian. diſcept.857.num.3.tom.5. Rota in Ianuen.prætenſ.ſeparat. thori 22.Iun.1650.§.ponderatum etiam verſ.quia fructus. cor.Meltio eſt nunc impreſs.penes Poſt.de ſubhaſt.dec.219. n.13.in Addit.*

Deniquè non obſtat, tranſactionem præſentem, vtpotè factam ſuper Legato dotis in teſtamento con-
89 tento,eſſe inualidam, nequè poſſe ſuſtineri, cum in inſtrumento illius nullibi appareat,fuiſſe initam *viſis, inſpectis,et cognitis verbis teſtamenti*,vt eſt neceſſe, ſecundum *l.de his ff. de tranſact.*adeovt tranſactio facta, abſq; dictis verbis nullitatis vitio laboret, receptiori ſic tradente ſententia; *Menoch.conſ.199.num.21.Becc.conſil. 111.n.34.Prat.conſ.162.num.1.2.lib.2.Fuſar. conſ.39. n. 55.et de ſubſtit.q.594.n.1.4.Altograd.conſ.104.n.62.vbi concordan.lib.2.Barz.dec.96.Rota in rec.dec.104.n.3.p.2. Theodoſ.Rubeus, ſing. Rot. Roman.p.5. circa legum intellect.ad d.l.de his in princ.vol.2.Gallerat.de renunt. cent.2. renun.135.n.4.tom.3.Donad.eod.tract.c.31.n.1.et ſeq.vbi de rationibus.*

Nam, quemadmodum ſcientia teſtamenti, de quo agitur,ac diſpoſitio particularis ſuper hoc Legato facta erat cognita Floridæ, vt negari non poteſt, tum ex antecedenti promota lite, tum ex proemio inſtrumenti tranſactionis,vbi ſeries eiuſdem teſtamenti narratur,vt bene in indiuiduo traditur à *Rota in Bonon.de Toſtinis 2. Decembr.1647.§. quia reſpondetur verſ. ceſſat difficultas coram Pentinger.* Alijſque, ſi fuerit opus, deducendis.

90 Ità ſublata remanſit diſpoſitio *d.l. de his. ff. de tranſact.* cum pro illius obſeruantia ſufficiat inſpectio verborum teſtamenti per oculos mentis; itavt illa verba *inſpectis, et cognitis verbis* non referantur ad ocularem

inſpe-

Digitized by Google

inſpectionem, ſed ad intellectualem, ideoque ſat ſit, quod tranſigentes ſciuerint quomodocunquè tenorem teſtamenti; in iiſque fuerit qualiſcunque ſcientia etiam præſumpta ad tradita *in d.l.de his à Bart.n.6.Iaſon.n.15. Aretin.in l.qui Romæ §.duo fratres col.9. verſ. extra gloſ. ff.de verb.oblig.Alex.conſ.11.num.16.verſ.reſtat.lib.2.et conſ.76.num.11.lib.3.Ripa reſponſ.23.num.36.tit. de iure emphyt.vol.2.Gozadin.conſ.98.num.21.Dec. conſ.630. n. 9.verſ.non obſtat.Socin.iun.conſ.116.num.74.lib.1.Pariſ. conſ.15.num.77.et conſ.46. numer.20. lib.2. Natta conſ. 145.num.3.4.Decian.reſponſ.83.num.62.lib.5. Becc.conſ. 108.num.28.Oſaſch.dec.112.num.20.Mantic. de tacit. et ambig.comment.lib.26.tit.2. num.3.* Vbi pulchrè; & de communi ſententia à conſuetudine approbata teſtatur.*Peregr.de fideic.ar.52.num.22.et ibi Cenſal.in 3. concl.Trentacinq.var.reſol.lib.3. tit. de tranſact. reſ.1.ſub n. 31.verſ.primus eſt.Pignatell.contr.tom.2.cap.61.num.26. Bottilier.de ſucceſs.ab inteſtat.theor.59. num.10. ver. verum ſi adſuerit Argel.de acquir.poſſeſs.q.6.art.4.num.69. Menoch.de adipiſcend.remed.4. num.110. Guttier. de iuram. p.3. cap.2. num.11. et hanc partem ſequitur Rota vt in rec.dec.478.ſub num.25.et ſeq.p.4. tom.2. et dec.153. numer.17.par.8.et in Roman. fideic. de Coſciar.16.Martij 1648.coram Cardin.Corrado, et in Cæſenaten. bonor.10. Martij 1649.§ et præ omnibus coram Peutinger. et in ead. 15. May 1651. §. ſed ex alio coram Albergato apud Cæſar.de Graſs.dec.2.numer.2. tit.de teſtamen. et coram Buratt. dec.658. num.9. vbi Ferentill. litt. A, et in Roman. reſciſs. concord.26. Febr.1652. §. eo magis coram Bichio.*

91 Præter quamquod cum adſit in inſtrumento huius tranſactionis clauſula *renuncians omni iuris, & legum auxilio* cenſetur renuntiatum quoquè benefitio. *d. l. de his.ff.de tranſact.ex Roland.de lucro dot.q.42.num.22.& conſ.13.num.20.lib.1.Socin. iun. conſ.116. num.76. lib.1. Teodoſ.de Rubeis in ſing.Rot.Roman.par.4.clauſ.680.n.2. tom.2.Barboſ. clauſ.134.ſub num.16. verſic. item cenſetur.*

92 Quamquam diſpoſitioni eiuſdem *l.de his.* Non poſſe renuntiari, dixerint *Pariſ.conſ.95.numer.24. lib.3.Guid. Pap.conſ.53.num.4.& conſil.87.numer.5. Padil. in l. ſub prætextu num.11. C. de tranſact. & alij apud Gallerat. de renunc.cent.2.renunc.135. num.5.6. vbi de rationibus to. 3.Donad.eod.tract.c.31.n.3.& ſeq.*

93 Eorum etenim opinio, vltrà contradictores, quos habet ſaltem non procedit, quando renuntiatio *d. l. de his*, eſt iurata.*Guttier.de iuram.p.3.cap.2. num.20. Mantic.de tacit.lib.26.tit.2.numer.31.Gratian.diſcept.568.n. 40. Marthe de ſucceſs. Legal. lib.4.q.21. art.14. per tot. Donad.de renun.d.c.31.num.7. & ſeqq. Gallerat.d.renun. 135.ſub n.7.vbi plenè.*

Vel cum clauſula *pro iurato* munita, vt in præſenti,
94 nam excepto periurio, eadem clauſula omnes iuramenti effectus operatur, vt per *Rolan.conſ.69. ſub num. 35.36.lib.4.Pariſ.conſ.110.num.6. lib.1. Becc. conſ.45.n. 14.Surd.dec.208.ſub n.4.Cyriac.contr.182.ante n.28.Rotam rec.dec.26.n.42.49.p.5.& alios in mea Legal.colluct. 4.n.59.& colluct.16.n.103.*

Ex quibus omnibus tranſactionem præfatam ſuum robur retinere, & Floridam non eſſe audiendam contra illam, nullus dubitandi locus relinquitur. *Saluo, &c.*

De exitu cauſæ in calce ſequentis colluctationis habebitur ſermo.

COLLVCTATIO VIII.

ARGVMENTVM

Diſpoſitio *l. ſi diuerſa Cod. de tranſact.* Latiſſimè examinatur. Retentionis materia percurritur. Donationis vires perpenduntur. *Stat.Ferr.lib.2. Rub.70.* circa inſinuationem donationum explanatur, & fusè de inſinuatione ſermo habetur. *Stat.Ferr.lib.2.Rub.13.* quoad cautionem dandam per forenſem, & mulierem non poſſidentē immobilia exponitur.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactionem impugnans tenetur prius reſtituere omne id, quod occaſione illius recepit. Declara ſi pars opponat num.2.*

3 *Tranſactionem impugnans ex capite nullitatis non tenetur reſtituere accepta. Declara n.67.*

4 *Notorium efficitur ab actis.*

5 *Nullitas non poteſt proponi intentata reſciſſione.*

8 *Tranſactionem impugnans non reſtituit accepta, ſi habeat aliam cauſam, & titulum retinendi. Declara numer. 9.10.*

11 *Retentio datur tantum pro credito liquido. Amplia n.12. 13.14.*

15 *Tranſactionis impugnatio ceſſat, ſi excipiatur de aliquo caſu non comprehenſo ſub tranſactione.*

16 *Tranſactionem impugnans non reſtituit accepta, ſi dolo fuerit inductus ad tranſigendum.*

17 *Tex.in l.ſi diuerſa C.de tranſact. ceſſat ſi reſtituendo accepta mulier remaneret indotata. Declara, numero 18.*

19 *Dos proficiſcens, & conſtituta à Patre dicitur congrua.*

20 *Stat.Ferr.lib.2.Rub.141.affertur.*

21 *Locupletari cum alterius iactura repugnat omni iuri.*

22 *Quis non iuuatur ex actu, quem impugnat.*

23 *Donatio in muliere, eſt propè miraculum.*

24 *Donatio eſt contractus nominatus.*

25 *Contractus nominati non reuocantur ob ſolam pænitentiam, etiam ob implementum non ſequutum.*

26 *Donatio ex ſola pænitentia non poteſt reuocari ſine iuſta, & legitima cauſa, num.27. ſeù ſine conſenſu donatarij num.32.*

28 *Renuntiantibus iura ſua, non datur amplius ad illa regreſſus.*

29 *Donationis natura eſt dare, & transferre.*

30 *Dominium rei donatæ in donatarium transfunditur, & eſt ei quæſitum n.31.*

33 *Contractus à principio ſunt voluntatis ex poſt neceſſitatis.*

34 *Contractus perfectus non poteſt reuocari, & de ratione n.ſeq.*

36 *Contractus omnes de iure canonico ſunt bonæ fidei, & ibi Contractus eſt etiam prædoni ſeruandus.*

37 *Donatio perfecta non poteſt reuocari.*

38 *Stat.Ferr.lib.12.Rub.70.affertur, & n.62.63.*

39 *Donatio reciproca propriè non dicitur donatio, non ſubiacet inſinuationi n.40.*

41 *Donatio ob cauſam non eſt inſinuanda.*

42 *Donatio continens grauamen vtriuſquè partis non eſt inſinuanda.*

43 Donatio acceſſoria ad alios contractus non eſt inſinuanda.

44 Verba Statuti debent intelligi verè, & propriè limitu ſi ſint vniuerſalia. n.140.

45 Donatio impropria non continetur ſub verbis Statuti de donatione loquentis, & de ratione n.46.

47 Donatio propria quæ dicatur, & n.49.

48 Verba vbi conueniunt minimè, diſpoſitio non conuenit.

50 Contractus dicitur talis, qualem verborum proprietas deſignat.

51 Contractus talis iudicatur qualem contrahentes denominant.

52 Proemium declarat mentem, & intentionem contrahentium.

53 Contractus ad mentem contrahentium iudicatur, & ab effectu, non attenta partium denominatione.

54 Quod creditur actum inter partes ſequendum venit, omiſſo aliter fuiſſe ſcriptum comproba, n.55.

56 Tranſactio non indiget inſinuatione.

57 Inſinuatio requiritur in remiſſione debiti in pacto de non petendo n.58. declara n.59.

60 Statutum intelligi debet in ijs ſolum terminis, in quibus loquitur.

61 Inſinuatio non requiritur in donatione geminata.

63 Aequipollens ſufficit in ijs, quæ requiruntur ad certum aliquem effectum, cum ſit ſatis, vt obtineatur legis intentus.

64 Donationis productio quomodò legitime fiat remiſſiuè.

65 Inſinuatio eſt nulla ſi interueniat poſt prefixionem temporis.

66 Tempus determinato modo prolatum non recipit alterius temporis ſunctionem.

67 Tempus præciſum differri non poteſt.

68 Temporis vnius incluſio, eſt excluſio alterius.

69 Tempus vnum, non continet aliud.

70 Tempus inſinuationis inductum à Statuto eſt ſeruandum.

71 Tempus inducit formam.

72 Forma eſt ſemper ſeruanda.

73 Formæ implementum debet eſſe clarum, & non indiget suppletione.

74 Clauſula decreti irritantis inducit formam.

75 Inſinuationis defectus non allegatur à tertio, quod eſt dubitabile in terminis Stat. Ferr. lib. 12. Rub. 70. num. 76.

77 Nullitatem is ſolus allegat, in cuius fauorem fuit inducta. Limita n.78.80.

79 Stat. Ferr. lib. 12. Rub. 70. inducit inſinuationem donationis fauore publico.

81 Statutum recipit interpretationem à iure communi.

82 Inſinuatio de iure communi reſpicit priuatam vtilitatem.

83 Stat. Ferr. lib. 12. Rub. 70. in quo differat à iure communi.

84 Inſinuatio donationis, fieri debet à donante de iure communi, & de qua ſumma n.85.

86 Inſinuatio non poteſt fieri poſt mortem donantis: nec ab illius hærede num.87. nec ab eius procuratore n.88. limita n.89.

90 Conſenſus geminatus, tantum valet, quantum iuratus.

91 Iuramentum ſupplet defectum inſinuationis limita n 92. contra limitationem n.93.

94 Iuramentum, vt non operetur, debet actus præſumi per Statutum doloſus.

Stat. Ferr. lib. 2. Rub. 13. affertur, & declaratur n.109.111. ſub n.120.

96 Statutu Ferr. omnia ſunt de forma.

97 Dictio niſi importat formam, & conditionem. Dictio prius importat ordinem, & conditionem. ibid. & de illis vide n.103.104.

98 Stat. Ferr. lib. 2. Rub. 13. procedit etiam ſine aliqua petitione cautionis & n.108. vbi declara.

99 Cautio tendens ad commodum vtriuſque partis non requirit petitionem.

100 Petitio non eſt neceſſaria ſi implementum tendat ad acquiſitionem actionis.

101 Habilitatione vti volens debet docere de obſeruantia qualitatum annexarum eidem habilitationi.

102 De forma, quæ ſunt, ſeruari debent, etiam ſine petitione.

103 Cautio eſt danda & ſi non petatur, ſtante dictione prius, & ſtante dictione niſi n.104.

105 Cautionem eſſe dandam, ſi petatur, multi tenent, ſed quomodo ſint intelligendi n.106.

107 Forma non poteſt remitti à partibus.

110 Acta patenter demonſtrant ea, quæ ab illis reſultant.

112 Idoneus quilibet præſumitur. Declara n.116.

113 Notorium non eſt probandum, ſed eſt allegandum, & proponendum, n.114. & de eo poteſt Iudex ſe extraiudicialiter informare n.115.

117. Cauſa dotis eſt ſummaria: imò executiua n.118.

119 Cauſa omnis executiua eſt ſummaria.

120 Cautio de ſtando iuri, & reficiendis expenſis, non eſt neceſſaria in cauſis ſummarijs, contra n.129.131.

121 Litis conteſtatio non requiritur in cauſis ſummarijs. Declara ſub n.139.

122 Stat. Ferr. lib. 2. Rub. 20. continet viam ordinarium.

123 Via ordinaria electa non poteſt rediri ad ſummariam, ſeù executiuam.

124 Cauſa ſummaria poteſt fieri ordinaria partium conſenſu.

125 Iuditium reſciſſionis ex capite læſionis eſt ordinarium, & in terminis tranſactionis n.126.

127 Articuli omnes cauſæ ſummariæ ſunt ſummarij.

128 Ratio Statuti vbi conuenit, illius diſpoſitio adaptatur.

130 Cauſæ ſummariæ quomodo differant ab ordinarijs.

132 Verba vniuerſalia reſtrictionem non patiuntur: comprehendunt omnes caſus, qui excogitari poſſunt.133. & tales caſus habentur ac ſi eſſent expreſſi n.134. etiam in odioſis 135. ipſis eſt ſtandum, quando manifeſtè non conſtant ſtatuentes voluiſſe recedere n.136. debent vniuerſaliter intelligi, etiam ſi maior ratio ſit in vno caſu, quàm in alio n.137. comprehendunt omnia numer.139. & ea quoquè quæ veniunt ſecundùm impropriam ſignificationem, n.140.

138 Verba in quacunquè; coram quocunque, ſunt vniuerſalia.

141 Iudicis indocti deſcriptio remiſſiuè.

142 Officialium hodierni temporis officium.

MErita huiuſce cauſæ vertentis inter Antonium Caballerium, & Floridam Guidam, priori loco deduxi, vt finem litium, iam medio tranſactionis obtentum, tandem præuia illius canonizatione inconcuſsè aſſequerer.

Verum, cum nimis indignè ijs, quæ in votis erant, hucuſque non annuerit Iudex, immeritum ſe faciens, vt eadem merita coram ipſo pertractarem.

Ipſis idcircò vlteriori examine haud perpenſis; non denegetur quæſo, vt duo alia capita principalia circa hanc cauſam, alterum terminos eiuſdemet tranſactionis, alterum verò ordinem promoti iuditij reſpicientia, debitæ ſubijciantur diſcuſſioni.

CAPVT PRIMVM.

RESTITUTIONEM acceptorum à Florida aduerſus tranſactionem inſurgente nunc propono.

1 Etenim, quod tranſactio impugnari non poſſit, ab eaque recedi, niſi per impugnantem reſtituatur prius omne id, quod occaſione illius fuit receptum eſt clariſſima diſpoſitio iuris *in l. ſi diuerſa. C. de tranſact. vbi DD. omnes, & poſt ipſos docuere Natta conſ. 631. n. 1. Mantic. de tacit. lib. 26. tit. 9. num. 39. tom. 2. Ripa obſ. 301. num. 1. Menoch. conſ. 644. per tot. Molin. de primog. Hiſpan. lib. 4. c. 9. num. 43. Maſſin. de confiſc. q. 47. num. 163. Gabr. comm. concl. tit. de tranſact. concl. 1. num. 50. Maceraten. var. reſol. lib. 2. reſol. 11. num. 26. & reſol. 16. num. 5. Cancer. var. reſol. lib. 1. cap. 13. num. 35. Oſaſch. dec. 160. in fin. Maſtrill. dec. 13. 14. per tot. Prat. diſcept. 40. p. 2. Grammat. dec. 66. num. 22. Giurba dec. 103. num. 5. Capyc. Latro dec. 149. lib. 2. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 9. par. 5. numer. 214. Pigant. ad Stat. Ferr. lib. 2. Rub. 42. num. 28. Cyriac. contr. 3. num. 65. Rota diu. dec. 111. 510. 805. p. 1. & cor. Gregor. dec. 354. num. 7. & ibbi Add. num. 17. & dec. 418. num. 9. & poſt Salgad. in Labyrint. credit. dec. 27. num. 35. & cor. Merlin. dec. 767. num. 4. tom. 2. & in rec. deciſ. 7. numer. 2. dec. 42. num. 3. & dec. 146. num. 13. par. 8. & in Beneuent. Manuten. 9. Iun. 1649. §. vltra defectum in fin. coram Pentinger. Rubeus ſing. Rot. Rom. p. 5. ad d. l. ſi diuerſa ſub num. 8. verſic. & eam impugnans vol. 2.* Et vbique paſſim habetur.

Quicquid in aduerſum adſtruant, relicta iurium, & rationum ponderatione; *Anna ſing. 540. Georg. alleg. 34. in fine Marm. quotid. reſol. lib. 2. cap. 234. per tot. & ſi qui alij.*

2 Cumque de dicta reſtitutione facienda pluries in actis fuerit oppoſitum, ceſſat illud, quod afferebatur, concluſionem præfatam, procedere duntaxat parte opponente, & non aliter. *Gratian. diſcept. 301. num. 42. 43. Giurba d. dec. 103. num. 13. Rec. collect. 1822. p. 5. Maſſin. de confiſc. quæſt. 47. n. 164. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 9. gloſ. vnic. p. 1. num. 47. tom. 2. Cancer. var. reſol. p. 1. cap. 13. ſub n. 35. Rubeus add. l. ſi diuerſa n. 14. Cutel. de donat. diſcurſ. 1. ſpec. 23. n. 24. tom. 2. Add. ad Greg. d. dec. 354. ſub n. 17. verſ. huius autem. Rota in diu. dec. 111. numer. 1. & dec. 810. n. 10. 11. p. 1.*

Ceſſat etiam id, quod communiter in hac re affertur, concluſionem nempè ſupra firmatam tunc demum lo-
3 cum ſibi nanciſci, quoties, data validitate tranſactionis, petitur reſciſsio eiuſdem et, ſecus verò ſi contra illam inſurgatur ex capite nullitatis, nam tunc talis impugnans, non tenetur reſtituere accepta. *Natta d. conſ. 631. num. 4. 5. Rimin. iun. conſ. 5. num. 71. Georg. alleg. 34. num. 17. 19. Mantic. de tacit. d. lib. 26. tit. 9. ſub numer. 39. verſ. ſed hoc intelligitur tom. 2. Giurba d. dec. 103. num. 1. Fontanell. de pact. nupt. d. clauſ. 9. gloſ. vnic. p. 1. numer. 48. Cyriac. contr. 303. ſub num. 102. tom. 2. Pigant. ad d. Rub. 42. num. 29. Rubeus ſing. Rot. Rom. p. 1. ad Creſcen. dec. 1. tit. de pact. verſ. vltra quod diſpoſitio. f. 310. col. 2. vol. 1. & ad d. l. ſi diuerſa num. 1. & ſeqq. vbi latè vol. 2. Rubeus iunior. in Annot. ad dec. 81. num. 64. & ſeqq. p. 8. in rec. Rota ipſa poſt Cenc. de cenſib. dec. 262. numer. 4. & cor. Caualer. dec. 311. num. 8. cor. Greg. dec. 271. num. 16. & ibi Add. n. 28. & dec. 473. num. 11. & in rec. d. dec. 7. nu. 3. 4. & dec. 42. n. 4. p. 8.*

Quoniam ex actis, & proceſſu reſultat, & apparet, Floridam impugnare tranſactionem præſentem medio reſciſsionis ex capite læſionis deductæ, licet non probatæ; ac idcircò optime in ſuis viribus concluſionem firmatam permanere, iuxtà tradita ab omnibus *ſupra ci-*
4 *tatis DD.* Notorium efficitur ab ipſiſmet actis prædictum medium impugnatiuum continentibus, ad *Decian. conſil. 10. num. 19. vol. 1. Cephal. conſ. 57. num. 33. Crauett. conſ. 303. num. 5. Neuiz. conſ. 30. numer. 3. Menoch. de recuper. poſſeſs. remed. 1. num. 232. & de arbitr. cap. 166. n. 6. Maſcard. de probat. concl. 1101. num. 13. 14. Conrad. ad l. vnic. C. ſi de moment. poſſeſs. limit. 9. num. 19. & ſeqq. Farinac. in praxi q. 21. num. 14. vbi concordan. Gram. deciſ. 36. numer. 38. Ludouic. dec. Peruſ. 20. num. 2. par. 1. Argel. de acquir. poſſeſs. quæſt. 2. numer. 250. Rota in rec. deciſ. 409. numero 3. par. 4. Vermigliol. conſil. crimin. 31. numero 27.*

5 Ita vt propoſito reſciſsionis medio antedicto, non liceat modo Floridæ pendente lite variare, & nullitatem proponere. *Maceraten. var. reſol. lib. 2. reſol. 17. numer. 8. Giurb. d. dec. 103. n. 2.*

6 Vltraquamquod ſi Antonius acquieſceret nullitati aſſertæ, quatenus fuerit ex aduerſo intentata, teneretur etiam Florida reſtituere accepta. *Abb. conſ. 62. in fin. lib. 1. Crauet. conſ. 83. num. 1. Rota in diu. dec. 111. num. 2. p. 1. & dec. 737. num. 3. p. 4. & in rec. dec. 42. num. 4. par. 8. pulchrè Rubeus in ſuis ſing. Rotæ Rom. ad d. l. ſi diuerſa num. 4. 5. Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 9. par. 5. ſub numero 217.*

7 Et in omnem caſum non poſſet Florida ipſa effugere reſtitutionem acceptorum, poſtquam nullitas tranſactionis prætenſa fuerit detecta. *Decian. conſ. 32. numer. 4. vol. 4. Maſtrill. dec. 13. num. 30. 31. Giurb. dec. 103. num. 4. Rubeus ad d. l. ſi diuerſa ſub num. 5. verſ. ſed poſtquam. Beltramin. ad Greg. dec. 271. num. 28. verſ. verum hæc concluſio. Pigant. ad Stat. Ferr. lib. 2. d. Rub. 42. num. 30. Rota cor. Merlin. dec. 522. ſub num. 4. tom. 1. & deciſ. 767. numer. 6. tom. 2.*

Neque modo verſamur in terminis, quod Florida tranſactionem impugnans habeat aliquam aliam cau-
8 ſam, & titulum retinendi ſcuta tercentum, quæ vigore tranſactionis recepit, ob quam aliam cauſam non teneatur prius reſtituere accepta. *Rubeus ad d. l. ſi diuerſa num. 9. C. de tranſact. Add. ad Greg. dec. 354. ſub num. 17. verſ. limitatur quarto. Rota coram Seraphin. dec. 922. num. 8. & in diu. dec. 102. ſub num. 3. & ſeqq. p. 1. & in rec. dec. 539. num. 6. in fin. p. 1. & dec. 315. ſub num. 7. & dec. 547. num. 17. par. 5. & in Roman. reſciſſ. tranſact. 29. Maij 1648. §. quia cum D. Laura, & 16. Iun. 1651. §. quia ſtante coram Eminentiſs. Corrado dec. 24. num. 21. & dec. 27. n. 36. poſt Salgad. in Labyrint. credit.*

9 Etenim, ſi prætenderetur, talem alium titulum adeſſe, oporteret de illo docere, ita, & taliter, vt clarus, liquidus, certus, & non dubius euaderet. *Add. ad Gregor. d. dec. 354. ſub num. 17. verſ. eſt tamen neceſſe. Rubeus ad d. l. ſi diuerſa ſub n. 9. verſ. dummodò cauſa. Rota in diu. d. dec. 111. n. 4. p. 1.*

10 Ac foret cum hypotheca, ſicuti edocet *Rubeus ad d. l. ſi diuerſa ſub d. n. 9. verſ. vbi additur ad Rot. in rec. deciſ. 539. n. 6. p. 1.*

11 Retentionem quippè concedi duntaxat pro credito liquido, & denegari, ſi creditum ſit illiquidum, ac incertum, eſt concluſio; de qua per *Mangil. de ſubhaſt. quæſt. 52. num. 21. Poſt. eod. tract. inſp. 62. num. 27. & de manut. obſ. 12. num. 101. & reſol. 12. num. 42. & reſol. 123. n. 23. Thomaſ. de tut. & curat. tit. 19. cap. 7. num. 225. in 8. ampl. ad fin. Rota in rec. dec. 679. in fin. p. 1. & dec. 433. num. 2. et ſeqq. p. 2. & dec. 251. num. 10. p. 4. tom. 2. & dec. 411. n. 26. 27. p. 5. & coram Seraphin. dec. 1455. num. 4. et coram Gregor. dec. 254. num. 3. et ibi Add. num. 8. et coram Duran. dec. 113. num. 7. et coram Caualer. dec. 539. numer. 5. et cor. Burſat dec. 160. num. 14. et ibi Add. nu. 20. et coram Merlin. dec. 766. num. 16. et poſt Mangil. de ſubhaſt. deciſ. 54. n. 11. penes Poſt. eod. tract. dec. 115. num. 16. et poſt tract. de manut.*

manut.dec.323. num.24.27. et poſt Zacch. de oblig. Cam. dec.130.num.8. et poſt Cenc. de cenſib. dec.498. num.15. 16.et poſt Merlin.de pign.et hypoth.dec.81.num.20.et dec. 151.num.5.et in Roman.domus 4.Maij 1648.in fin.coram Bichio,et in Roman.reintegrat.31. Maij 1649.§. et in omnem caſum ac in Roman. Vineæ 2. Iun.1649. in fin. coram Cardin.Otthobon.nunc in eius impreſs.dec.178. num.11.et dec.180.n.17.et in Roman.ſubhaſt.7.Iun.1651. §. fin. cor. Bichio,eſt modo dec.242.num.29.apud Poſt.de ſubhaſt. in Add.

12 Creditumque præfatam ità debet eſſe liquidum, vt de eo conſtet, vel per confeſsionem partis, vel per rem iudicatam. *Gratian.diſcept.734.num.13.20.Cyriac.contr. 389.num 15.lib.2. Merlin. de pign. et hypoth. lib.1. q.24. num.14.et lib.4.q.188.ſub num.20.Rota ibidem poſt tract. dec.87.num.15.et dec.96.num.38.et cor.Caualer.dec.539. num.6.Poſt.de ſubhaſt.d.inſp.62.n.28.et de manut.obſ.12. num.101.*

13 Vel tandem per inſtrumentum adeò clarum, vt illud controuerti nequeat. *Merlin.d.quæſt.24.ſub numer.15. verſ.aut ſaltem.Rota apud Poſt.de ſubhaſt.dec.115. numero 16.*

14 Quinimò opus eſt, vt creditum ipſum ſit cum hypotheca, cum creditori abſque ea denegetur retentio, ſecundum regulam *in l.fin. C. commod.Pacif.de Salu. inſp.4.cap.1.num.223.Merlin. de pign. et hypoth. lib.4. d.q. 188. numer.1. et per tot. vbi latè materiam pertractat. adde Sabel. var. reſol. et reſpon.capit.56. ſub numero 36.*

15 Non tractatur nec in præſenti, quod Florida excipiat caſum aliquem ſub tranſactione non comprehenſum, ſicque ceſſet eiuſdem tranſactionis impugnatio, & ſucceſsiuè non intret diſpoſitio *d.l.ſi diuerſa.C. de tranſact.* Vt animaduertit *Cephal.conſ.677.num.6. et ſeqq. vol.5. Rota cor. Merlin.dec.522. ſub n.2. et 3.et in Bonon. fideic. 28.Martij 1650.§.fin.cor.Celſo dec.42.n.10. poſt Cenſal. ad Peregr.de fideic.*

Nam impugnationem tranſactionis intentari ab ad-
uerſaria eſt pluſquam certum, & non controuertitur;
licet inſulſe negetur, eſſe locum reſtitutioni accepto-
rum, non tantum ex medijs ſuprà allatis, poſtmodumq;
accerrimè proſtratis: verùm & iam quia ipſamet ad-
16 uerſaria inhæret exceptioni doli, prætendens ſucceſsi-
uè, quod licet impugnet tranſactionem, nihilominus
haud teneatur reſtituere accepta, cum fuerit dolo indu-
cta ad tranſigendum; per doctrinam *Bal.in l.vnic. n.2.
opp.3. et ibi Salyc. C. de repud.Beltramin.ad Greg.d.dec.
354.ſub n.17.verſ. limitatur quinto vbi allegatur Rota pe-
nes Cott.dec.118.circa fin.*

Quod tamen ſicuti inutiliter repetitur, ità etiam in prioribus ſcriptis ſatis, ſuperquè remanet eliſum, vt videre eſt in *anteceden. legali collect. numero 49. et ſequentibus.*

17 Et proindè nec quoquè officit, quod ſaltem circumſcriptis omnibus hucuſque deductis, negari non poſsit, ceſſare diſpoſitionem *d.l.ſi diuerſa.C.de tranſact.* Ex quo ſi cogeretur Florida ad reſtitutionem acceptorum remaneret indotata, ſitque maior ratio æquitatis, vt mulier non remaneat ſine dote, quam, vt reſtitutis acceptis fiat locus æquitati, in qua fundatur *eadem l. ſi diuerſa.* Vt egregiè ponderatur *à Rota cor. Eminentiſs. Seraphin.dec.922.ſub n.8.tom.1.et innuit Teodoſ. Rubeus in ſing.Rot.Roman.p.5.ad d.l.ſi diuerſa ſub n.10.ſ.mihi 565. col.2.vol.2.*

18 Si quidem, omiſso, quod nos verſamur in dote voluntaria ab extraneo legata, & quod *Rota cor. Seraphin. d.dec.922.itemque Rubeus vbi ſuprà.* Loquuntur in dote neceſſaria à Patre conſtituta, quæ dotes quantum in ſe differant, vltra quam quod omnibus innoteſcit, videri poteſt apud quoſcunque ſcribentes, & nouiſsimè penes *Oroz.de apicib.iur.ciuil.lib.3.c.4.n.11.P.Boſs.de Dot.c.3. vbi latè, et doctè.*

Reſpondetur, quod & ſi Florida reſtitueret, vt reſtituere debet, accepta vigore tranſactionis modo ab ipſa impugnatæ, adhuc tamen indotata non conſpiceretur, ob dotem ſibi traditam ab eius patre tempore contracti matrimonij inter eam, & illius virum, de qua patet publicum inſtrumentum receptum à D. Franciſco Vitalio notario Comaclenſi ſemper colendo *ſub die 23.Maij 1653.*

19 Quam dotem, ſicuti congruam dijudica re debemus, vti a patre proficiſcentem, & conſtitutam. *Houded.conſ. 63.num.85.lib.1.Mantic.de tacit.lib.12.tit.23. Fontanell. de pact.nupt.clauſ.5.gloſ.8.p.1.numer.24. & ſeqq. tom.2. Gratian.diſcept.foren.cap.148.lib.1.Merlin.de legit.lib.3. tit.1.q.12.numer.3. & ſeqq.cum alijs per Pigant. ad Stat. Ferrar.lib.2.Rub.140.ſub num.13.verſ.nihilominus ergo, tom.2.Beccar.in cauſa Imolen.hæredit. de maſſa Lombardor.10.Ian.1652.§.ſecundo quatenus verſ.prout in dubio. Rota coram Caualer.dec.298.num.4.& coram Buratt.dec. 894.numer.2.& in rec.dec.581.num.3.in fin. p.1. & dec. 195.num.3.9. par.2. & in Bonon. fideicom. de Monterent. 27.Iun.1657.§.nec dicta ſententia cor. Dunozet.*

20 Accedente maximè diſpoſitione Stati *Ferrar. lib.2. Rub.141.* Vbi filia debet eſſe contenta dote ſibi a Patre data, vel promiſſa, ob quam diſpoſitionem, neo minus in eodem patre congruitatem dotis eſſe conſiderabilem, dixerunt *Merlin.de legit. d. q.12.n.38. Pigant. ad d.Rub. 141.n.5.Rota in rec.dec.195.n.5.p.2.*

Ita ex hoc ipſo ſufficere, ne Florida dicatur indotata, ſi reſtituat ea, quæ aliundè recepit, nullibi eſt dubitandum, cum ſemper illi ſit ſalua dos habita a Patre.

Et in omnem caſum magis æquius, magiſuè iuſtius eſſet, Floridam reſtituendo id, quod tenetur, indotatam remanere, quam illud retinendo, locupletem fieri cum alterius iactura, & damno.

Primum enim non tam iuris arctiori diſpoſitione eſt
21 obſeruandum, quam poſterius eſt euitandum; locu-
pletari namque cum iactura alterius repugnat iuri diui-
no, naturali, humano, & ipſi æquitati ex congeſtis *à De-
cian.reſp.47.num.21.& ſeqq.lib.1. Rota Ferrar. in termi-
nis tranſactionis apud Pigant.ad Stat.Ferrar.lib.2.d. Rub.
42.ſub num.33.tom.1.Rota coram Buratt.dec.714.& dec.
814.vtrobique num.4.tom.3.& in rec.dec.370. num.3. p.
3.dec.197.num.4.& Annot.ad dec.444.num.23.p.4.tom.
2.dec.343.num.6.p.5.dec.172.num.40.42.p.6.dec.119.n.
29.p.7.& cor.Pegn.dec.1308.num.3. in fin. tom.2. coram
Cardin.Otthobon.dec.38.n.4. & poſt Salgad. in Labyrint.
credit.dec.68.num.5.& in Mediolanen. bonor.19. Ianuar.
1650.in fin.cor.Arguel.*

Quibus omnibus ſic firmatis non poteſt Iudex, niſi
ſit mentis incompos, vlterius hæſitare, quin Florida
tranſactionem impugnans reſtituere ante omnia tenea-
tur accepta vigore eiuſdem tranſactionis; quoniam
eſſet nimis indignum, vt ipſa iuuaretur ex actu, quem
22 impugnat, contra regulam, de qua *in c. ex eo de reg.
iur.in 6.Cyriac.contr.158.n.18.lib.1.Poſt.reſol.102.num.
19.Rota cor.Buratt.dec.301.n.13.& cor.Pegn. dec.1183.
n.8. tom.2.*

Porrò tranſactionis terminis relictis; examinemus alia, propter quæ non minus Florida eſt reijcienda a promoto iuditio contra Caballerium; quam Iudex ſedato animo, & ad cauſam non ad perſonas compoſito, abſoluere debet Caballerium, iam quod deducta pro obtinenda reſtitutione acceptorum, non benè eidem Iudici, veluti iura nauſeanti, olere poſſunt.

Et conſideretur quæſo, ſi veritatis ſemitam proſe-

qua-

Digitized by Google

quantur, quod Florida, eiuſque maritus, vt rem gra-
tam Antonio facerent ex titulo puræ, meræ, & irre-
uocabilis donationis inter viuos omne id, & totum,
quod vltrà ſcuta tercentum ipſis promiſſa à D. Anto-
nio, & ſi, & quando cum effectu fuerint ſoluta, ſuper-
eſt, vel ſupereſſet, & ijdem quommodocumque, & qua-
litercumque habere, prætendere, & conſequi poſſent,
ac potuiſſent dederunt, ac donauerunt, & tranſtulerunt
prædicto Antonio ex inſtrumento, de quo in actis, &
in anteceden. legali colluct. ſub n. 1. in §. Floridæ nuptijs;
23 ob quam donationem ſic inter viuos factam, licèt pro-
pè miraculum inſurrexiſſe communiter dicatur, cum li-
bertas, & donatio repugnet naturæ mulierum, quarum
genus eſt auariſſimum *gloſ. in l. quæ dotis. ff. ſolut. matr. l.
ſed ſi ego, & ibi gloſ. ff. ad Velleian. l. ſi ſtipulata. §. 1. ff. de
donat. inter vir. & vxor. Tiraq. de l. l. connub. l. 9. num. 43.
& ſeqq. Surd. conſ. 24. num. 5. conſ. 122. numer. 3. & conſ.
513. num. 35. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 17. nu. 1. Barz. dec.
83. num. 7. Maſcard. de probat. concl. 555. Leonc. l. de priu.
pauper. p. 2. priu. 88. num. 3. & p. 3. cap. 2. remed. 7. ſub n. 2.
verſ. hinc eſt. Sperel. dec. 157. ſub n. 30. tom. 2. latè, pulchrè,
& nouiſſimè Rubeus reſol. practic. circa teſtam. in proœm. n.
453. & ſeqq. Rota in rec. dec. 621. n. 2. p. 1. & dec. 584. n. 1.
p. 3. & dec. 596. n. 21. 23. p. 5. to. 2. & cor. Merlin. dec. 493.
n. 4. & dec. 724. n. 4.*
24 Attamen cum ipſamet donatio ſit contractus nomi-
natus ex receptiori, & cōmuniori ſententia, quam ſem-
per fuit ſequutus *Bart. in l. iuriſgentium in prin. n. 2. ff. de
pact. & in l. in adibuc. §. 1. ff. de donat. & ibi Roman. num.
3. 4. Ripa in l. vlt. n. 120. C. de reuoc. donat. Iaſ. in l. fin. n. 13.
ff. de cond. cauſ. dot. Gomez in §. in perſonam poſt n. 40. Inſt.
de act. Corn. conſ. 101. num. 1. lib. 2. Angel. conſ. 179. num.
5. in fin. Clar. §. donatio. queſt. 1. num. 2. Cardin. Mantic. de
tacit. & ambig. conuent. lib. 1. tit. 8. ſub num. 3. verſ. aliam
vero, & lib. 13. tit. 3. ſub n. 5. Azor. Inſt. Moral. p. 3. lib. 11. c.
1. q. 3. Stephan. de contract. lib. 2. cap. 10. ſub n. 10. verſic.
eſt etiam donatio. Surd. de aliment. tit. 9. queſt. 23. numer. 8.
& Rota coram Buratt. dec. 640. num. 13. tom. 2. & coram
Pegn. dec. 491. num. 11. tom. 1.* Quidquid ſubtiliter nimis
tractando dixerint, etiam cum negatione, eſſe dona-
tionem aliquo modo contractum. *Faber. de error.
pragm. decad. 45. err. 8. Reyes opuſc. lib. 2. ſect. 1. capit. 5.
Oroz. poſt hæc ſcripta viſus, de apicib. iur. lib. 3. c. 11. num. 8.
& ſeq.*
Sequitur quod eadem donatio, ob ſolam pæniten-
tiam non poſsit reuocari: tum quia hoc generale in
25 omnibus contractibus nominatis. *l. non idcirco. C. de
contrah. empt. Clar. d. queſt. 1. num. 3. Mantic. d. tit. 8. num.
12. vbi rationes adducit, & lib. 24. tit. 9. numer. 29. tom. 2.
Natta conſ. 171. num. 1. 2. Menoch. conſ. 866. num. 1. Ma-
gon. dec. Lucen. 31. nu. 14. Autograd. conſ. 1. n. 1. lib. p. Surd.
de alimen. d. queſt. 23. num. 9. Rota cor. Buratt. dec. 110. n.
1. & cor. Seraphin. dec. 427. num. 5. Poſſent. ſing. 8. num. 2.
cent. 1.* Etiam, ob implementum non ſequutum ab alte-
ra parte; *l. ſicut. C. de act. & oblig. l. cum te fundum. vbi
D. D. C. de pact. inter emp. & vendit. Ruin. conſ. 118. num.
9. lib. 5. Natta conſ. 219. num. 5. Gabr. conſ. 49. num. 1. lib. 1.
Surd. conſ. 38. num. 7. & dec. 220. num. 17. & de alimen. d.
q. 23. num. 10. Bellon. iun. conſ. 13. num. 29. Rota cor. Millin.
dec. 162. num. 1. coram Seraphin. dec. 1275. num. 1. coram
Greg. dec. 88. num. 2. & dec. 130. num. 2. & coram Buratt.
d. dec. 410. ſub num. 1. & dec. 640. num. 14. & ibi Add. n.
26. & in Rom. iu. offic. notariat. 19. Iun. 1648. §. nec releuat.
cor. Eminentiſs. Otthobono nunc in eius impreſſ. deciſ. 150.
num. 5.*
26 Tum, quia ſpetialiter in donatione eſt iure cautum,
vt ea ex ſola pænitentia non poſsit reuocari, iuxtà *text.
in l. Ariſto. ff. de donat. l. ſi quis argentum in fin. C. eod. tit. l.
fin. C. de reuoc. donat. §. alia autem. Inſt. de donat. Gabr. con-
ſil. 127. num. 5. vol. 1. Clar. d. quaſt. 1. num. 3. Surd. de ali-
ment. d. quaſt. 23. ſub num. 10. Eminentiſs. Mantic. de tacit.
& ambig. lib. 13. tit. 3. numer. 7. tom. 2. Rota cor. Buratt. d.
dec. 640. ſub num. 13. verſ. reuocari non poteſt, & in Nea-
polit. donat. 4. Iun. 1655. §. inſtitia vero. coram Reuerendiſs.
Cerro. eſt dec. 9. num. 5. poſt Cutel. de donat.* Et, quod ſit de
27 natura donationis perfectæ inter viuos, quod reuo-
cari non poſſit, nec pænitentiæ donantis ſubiaceat ſine
iuſta, & legitima cauſa ex *tex. in l. perfecta. C. de donat.*
prodiere *Roman. conſ. 171. ſub num. 7. Menoch. conſ. 1153.
num. 48. Cyriac. contr. 128. numer. 40. lib. 1. Rota in Baren.
donation. 5. Aprilis. 1647. §. 1. & ſeq. cor. Dunozet, & in
Tudertin. donat. 17. Iun. 1652. in princ. & 18. Maij 1654.
§. non obſtat. coram Cerro, & in Roman. donation. 25. Maij
1657. §. neque teſtamentaria coram Veroſp. & in Fulgi-
nat. dot. 23. Iun. 1659. §. 1. coram Albergato. & cor. Merli-
no, dec. 404. num. 2. tom. 1. & dec. 664. num. 11. tom. 2. &
in rec. dec. 623. n. 1. p. 3. & dec. 38. n. 13. p. 7. ego ipſe in mea
legali collucti. 25. n. 5.*
Quare fruſtrà contendit Florida reuocare donatio-
nem iam à ſe inter viuos factam præfato Antonio; &
contra eam venire, prætendens conſequi id, quod do-
nauit, aduerſus regulam, quod renuntiantibus, & do-
28 nantibus ſua iura, ad illa non datur ampliùs regreſſus.
*Barboſ. axiom. 135. num. 12. Barz. dec. 103. nu. 14. Cyriac.
contr. 128. num. 31. Mel. alleg. 30. numer. 16. lib. 2. Medic.
dec. Senen. examin. 47. num. 37. Rota in rec. dec. 12. n. 3. &
dec. 323. num. 7. p. 6. & coram Duran. dec. 153. numer. 22.
coram Merlin. dec. 274. num. 1. & in Roman. pretenſ. re-
ſtit. dotis. 15. Ian. 1649. §. quia dicta Martia coram Peu-
tinger.*
Cum omne id, quod modò petitur a Florida, ſit da-
29 tum, & translatum in Antonio, ſecundùm naturam do-
nationis, quæ eſt dare, & transferre. *Rota in rec. dec. 253.
num. 6. p. 4.* Neceſſario ex eadem donatione eſt abdica-
30 tum a Florida donante omne ius, quod habebat ſupra
ſcuta tercentum, & transfuſum in eundem Antonium
donatarium. *Poſt. reſol. 133. numer. 13. Rota penes ipſum
Poſt. ſub tract. de manut. dec. 332. num. 7. & dec. 333. n. 4.*
31 Eiuſdemque iuris donati dominium eſt ipſimet Anto-
nio vigore donationis quæſitum. *Rota cor. Coccin. dec. 41.
num. 1. et cor. Duran. dec. 268. num. 14. 15. tom. 2. & in Her-
beuet. reſtit. dot. 17. Iun. 1644. §. 1. cor. Peutinger. dec. 212.
num. 4. apud Poſt. de ſubhaſt. in addit. & in Baren. donat. 5.
April. 1647. cor. Dunozet., & in Roman. tranſact. 2. Maij
1659. §. fin. cor. Celſo.*
32 Succeſsiueque non poteſt ampliùs eſſe locus reuoca-
tioni antedictæ donationis, niſi accedat conſenſus An-
tonij, pro quo fuit ſtipulata ad *Couar. var. reſol. lib. 1. c.
14. num. 9. Menoch. conſ. 92. num. 77. 78. Gratian. diſcept.
247. n. 7. Rota in rec. dec. 44. n. 20. p. 6. cor. Seraphin. deciſ.
427. n. 2. & in Roman. fideic. de ſpiritib. 17. Febr. 1645. §.
non obſtat. cor. Bichio.*
Qui conſenſus Antonij tantū abſit, quod interueniat,
quod immò reuocationi intentatæ expreſſe, pro illius
parte contradicitur, & vt Florida repellatur, & Iudex
cogat ſtare donationis contractui iam inito inſtanter
petitur, quia militat hic illud vulgatum dictum, quod
33 contractus à principio ſunt voluntatis, & poſt facto
autem, ſunt neceſsitatis. *l. ab emptione. ff. de pact. l. ſicut.
C. de act. et oblig. Poſt. reſ. 152. n. 5. Poſſent. ſing. 8. n. 8. cent.
1. Surd. dec. 161. ſub n. 16. Amat. dec. 24. n. 8. Gurb. deciſ.
113. n. 6. vbi concordan. Rota cor. Seraphin. d. deciſ. 427. n.
1. et cor. Pegn. dec. 18. n. 5. tom. 1.*
34 Ideoque contractum prædictum non poteſt Florida,
ſeù perfectum amplius impugnare. *l. quoties. C. de fideic.
Becc. conſ. 6. num. 18. Surd. conſ. 405. num. 35. Rota in Ro-
man. cenſ. 18. May 1646. in fin. coram Meltio, et in Bonon.
bonor. 11. Martij 1647. in fin. cor. Cardin. Otthobon. in eius
impreſſ.*

Digitized by Google

impreſs.deciſ.105. numero 20.

35 Vel, quia quod ſemel placuit, amplius diſplicere nequit *cap.quod ſemel de reg.iur.in 6.Rota cor.Otthob.deciſ. 81. n.20.*

Vel, quia contra factum proprium venire nemini licet. *l. poſt mortem C.de adopt. Rota in rec. dec.30. n.14. par.6.*

Vel, quia, noſtros terminos attingendo, eſſet abſurdum, quod in donantis poteſtate maneret eludere donatarium. *Rubens practic. reſol. circa teſtam.cap.92. num.114.*

36 Vel, quoniam hodiè de iure canonico omnes contractus ſunt bonæ fidei. *Bal.in cap.1.in fin. de mutuis. petit.Decian.conſil.10.num.16.lib.1.Rimin. iun. conſil.362. numer.30.latè Genuen.pract. Eccleſiaſt.quæſt.689.numer. 7.& per tot.ego ipſe in collect.legal.34.numer.26.vbi concordan.*

Et propterea etiam prædoni ſeruandus eſt contractus. *l.bona fides.ff.depoſit.*

37 Vel tandem quoniam, donatio *ſiue directa ſit, ſiue mortis cauſa inſtituta ſiuè conditione faciendi ſuſpenſa, ſiuè ex aliquo notato tempore promiſſa, ſiuè animo dantium, accipientiumuè ſententijs (quantum ius ſinit) cognominata: ſub hac fieri debet obſeruatione: vt quas leges indulgent actiones, conditiones, pactioneſquè contineat.* Iubente taliter Imperatore Coſtantino *in l.donatio ſiue 25.C. de donat.vbi gloſ.et DD.omnes* docent, fore donationem, illiuſque pacta de iure ſubſiſtentia omninò ſeruanda; & clariſsimis verbis habetur *in §.aliæ autem ibi quæ ſi fuerint perfectæ, temerè reuocari non poſſunt. Inſt.de donat.*

Hæc tamquam veriora ab aduerſarijs cognita nullum adhuc in toto proceſſu huius cauſæ ſunt paſſa obiectum: & Iuſdicens ipſe in dubium hactenus haud reuocauit: ex qua quidem acquieſcentia non eſſet verendum, quin Caballerius foret victoriam reportaturus.

Sed quoniam non eſt abs re, vt excitetur ob ex ab omiſſa inſinuatione fortaſſe dimanans; idcircò ad illum euitandum nonnulla breuiori calamo in medium adducam.

38 Licet enim ſit clariſsima diſpoſitis *Stat. Ferr. lib.12. Rub.70.* vt quilibet, *cui præſenti donatio aliqua inter viuos facta fuerit excedens. verè, vel veriſimiliter valorem libr.centum march.teneatur, & debet infrà tres dies immediatè ſequentes dictam donationem denuntiare Iudici, &c. exprimendo, & clarè deſſignando donantis, & donatarij nomen, ac cognomen, ac rem donatam, notariumquè de ea rogatum, vel alium, qui dictam donationem ſcripſiſſet, alias dicta donatio omninò, & ipſo iure penitus nulla ſit, perindeque in omnibus, et per omnia habeatur, ac ſi à principio facta nulla fuiſſet;* Cum qua municipali ſanctione concordare *tex.in d.l.donatio ſiue, et l.data iam pridem. C.de donat.et alibi, obſeruat Pigant.ad eand.Rub.70.ſub n. 1.verſ.huic Statuto tom.2.*

Nihilominus præfatam Statuti diſpoſitionem non procedere, neque locum habere in præſenti donatione, dignoſcitur ex eo, quod verſamur in donatione reciproca, ſeù viciſsitudinaria, vt ex tenore ſuperius relati inſtrumenti apparet.

39 Quemadmodum autem talis donatio reciproca, ſiuè viciſsitudinaria propriè non dicitur donatio. *gloſ.in l.licet verſ.mortis cauſa C.de pact.communiter approbata, ad Curt.iun.conſil.82.num.5.Clar. §. donatio q.2. num.2.vbi Add.Gabr.comm.concl.tit.de donat.concl.1.n.70.Fenzon. ad Stat.Vrb.cap.149.n.16.Rota diu. dec.488. num.4. p.1. eſt cor.Seraphin.dec.416.n.7.et in dec.133.§. nam quando poſt Fenzon. ad Stat.Vrb.*

40 Ità, eandem donationem reciprocam non ſubiacere inſinuationi, dixerunt *Oldr.conſ.139.num.13.Aret. conſ. 17.num.9.Bertrand.conſ.57.num.6.lib.2.Marſ. conſ.106. col.4. lib.2. Dec. conſ.202. col.4. verſ. non omitto tamen. Alex.conſ.83.lib.2. Canar. de inſinuat.p.2. quæſt.52. cum multis alijs apud Tiraquel. in l. ſi vnquam ver.donatione largitus num.127. Roman.conſil.26.dub.2.Curt. iun. conſ. 81.num.5.Gabr.comm.concl.tit.de donat.d. concl.1.n.69. vbi de communi Clar.§.donatio.d.q.2.in fin.et q.16. num. 5.Fenzon.ad Stat.Vrb.c.149.num.16.et cap.150.num.54. Rubeus in ſing.Rotæ Rom.par.6.ad d. cap.149. numer.26. et cap.150.numer.4.Antonel.de temp.legal.lib.1. cap.34. num.51.52. Rota coram Seraphin.d.dec.416. ſub num.34. verſ.veluti reſpectu, et coram Buratt.dec.7.n.7.cor.Coccin. dec.433.n.7.*

Ceſſat inſuper inſinuatio, nam ſumus in donatione facta ob cauſam videlicet promiſsionis ſcutorum tercentum donanti factæ, & ſi, & quando fuerint ſoluta, vt in d. inſtrumento: donationem porrò ob cauſam

41 non fore inſinuandam tradiderunt *DD. in l. Aquilius Regulus.ff.de donat. Alex.conſ.113.ad fin. vbi de communi lib.6.Rum.conſ.182.n.13.vol.1.Pariſ.conſ.69.n.96.vol. 3.Socin.iun.conſ.77.num.152.vol.1.Tiraquel.in d. verſic. donatione largitus num.143.Canar. de inſinuat. quæſt.45. cum alijs apud Gabr.d.concl.1.num.65.Clar.d.quæſt.16. n. 6.Molin.de primog. lib.2. cap.8. num.15. Gratian. diſcept. 386.num.1.Thomat.dec.77.numer.8.Poſt. reſol.83. num. 51.Cyriac.cont.128.n.109.Altograd. conſ.7. ſub num.37. 38. et conſ.8.n.68.76.lib.1.Surd. dec.214.n.15.Theſaur. q.q.foren.cap.89.num.5.lib.3.nouiſſimè Antonel. de temp. legal.d.c.34.numer.50. Fenzon. ad Stat. Vrb. d. cap.150. num.54.et ibi Rubeus num.5.Pigant.ad Stat.Ferr. d. Rub. 70.num.13. Rota coram Coccin.dec.240.num.2. et d. dec. 433.num.7.coram Buratt.d.dec.7.num.7.et coram Duran. dec.155.num.13.et coram Merlin.dec.692. num.89. tom. 2.et in Macerat.pecun.20.Iun.1644.§. nullitas, et in Roman. renunt.14. Iun.1649. §. minus refragatur cor. Eminentiſs. Otthobono inter eius impreſs.deciſ.10. numer.47. et dec.182.numer.17.et in rec. dec.74. n.17. et ſeqq.p.5.*

42 Donatio inſuper continens grauamen vtriuſque partis, vt eſt huiuſmodi ex ſerie d.inſtrumenti, non indiget inſinuatione, cum ſapiat naturam magis permutationis, quam donationis. *Fenzon.ad Stat.Vrb.d.c.149. n.18. et Rubeus ibid.n.21.ad Rot.poſt Pie.ad ead.Stat. Vrb.dec. 22. n.12.*

Vlterius non poteſt dubitari quin iſta donatio ſit acceſſoria tranſactioni initę inter Antonium, & Floridam,

43 ſucceſsiuè, vt in ea non requiratur inſinuatio, quæ non habet locum in donationibus acceſſorijs ad alios contractus, eſt facendum cum *Fenzon.ad Stat. Vrb. alleg. c. 149.n.49.et Rubeo ibid.n.29.fretis auctoritate Rot.in Roman. Venæferri. 24. Febr.1592. coram Cardin. Blanchetto.*

Dixi donationem prædictam a Florida, factam, vti comprehenſam in caſibus modo enumeratis inſinuationem haud requirentibus, non ſubiacere diſpoſitioni *Stat.Ferr.in d.Rub.*70. Quoniam cum ſit donatio impropria ex D. D. ſuperius adduct. non continetur in verbis einſdem Statuti de donatione loquéntis, ex quo

44 talia Statuti verba debent intelligi verè, & propriè. *l.3. §.hac verba ff.de negot.geſt.Bcec.conſil.53.numer.4.Barz. deciſ.97.numer.11.Surd.dec.9.num.4.et dec.191. num.6. Leonell. dec.54.num.12. Maſcard. de gener. Stat. interpr. concl.4.num.1.2.Sabell.var.reſol.et reſponſ. cap.89. num. 23.Amat.reſ.1.num.73. Rubeus reſ. pratic. circa teſtam. cap.10.num.569.Rota in rec.dec.355.ſub n.5. verſ. debet iuxta p.4.*

Ac propterea fore ipſamet verba de propria dona-

45 tione intelligenda, ſucceſſiueque hanc noſtram donationem, ſeu impropriam ſub illis non contineri eſt

conclu-

concludendum ; provt in terminis iſtis tradidere
Natt.conſil.609.num.6.8.& et ſeq. Rolan.conſil.44.num.
17. lib.4. Cranet. conſil.540.numer.11.12. Bece. conſ.20.
Menoch.conſil.261.num.9.Surd.dec.214. num.14. & ſeq.
Fenzon.ad Stat.Vrb.d.cap.149. ſub num.15. Altograd. d.
conſ.7. ſub num.37. verſic. & in hac donatione lib.1. & in
indiuiduo Pigant.ad Stat.Ferr.lib.12. d. Rubric.70. num.
13.verſic.aut alia impropria donatione tom.2. Rota in rec.
dec.192.num.7.& dec.318.num.4.par.6.& dec.241. nu.
26.ac ſeq. par.7.& coram Buratt.dec.274. ſub numer.14.
& deciſ.149.num.28.29.31.poſt Merlin. de legit. Vbi er-
ronee inſcribitur Bonon. fideic. de capite ſer.23. Febr.
1646. coram Corrado ; cum ſit in Reggien. bonor.23.
Ian.1647. §. poſtrema demum , & §. vndè meritò coram
eodem Eminentiſs.Corrado eſtque deciſ.25. ſub numer.24.
26. poſt Cenſal. ad Peregr. de fideic. repetita apud Tena-
gl. de Sacra Rota Audit. lib.1. deciſ.11. poſt capitu-
lo 7.

46 Generale eſt enim, quod ea, quæ diſponuntur in
veris, & proprijs donationibus, locum ſibi non vin-
dicent in iſtis improprijs. Rota diu. dec.488. num.4. par.
1.eſt coram Seraphin.d.deciſ.416.num.7.tom.1. Et habe-
tur pro indubitato apud omnes ſuperius ad hanc rem
allegatos.

Et vt clariſſimè dignoſcatur, nos modo verſari in
donatione impropria tranſcendente propriam, ac ſim-
plicem puræ donationis naturam ; illud pro conſtan-
ti affirmo, illam appellari propriè donationem, quan-
47 do Dat aliquis ea mente, vt ſtatim velit accipientis fie-
ri, nec vllo caſu ad ſe reuerti, & propter nullam aliam
cauſam facit, quam, vt liberalitatem, & munificen-
tiam exerceat. ſunt verba l.1.ff. de donat. de quib. Man-
tic. de tacit. & ambig.conuent.lib.13.tit.4. nu.8.16. Leo-
tard.de vſur.q.98.num.34.Rota d.dec.149.n.26.poſt Mer-
lin.de legit.alias d.dec.25.num.23.poſt Cenſal. ad Peregr.
de fideic.

Sed in iſto caſu donatio facta à Florida, non fuit, vt
liberalitas, & munificentia exerceretur, ſed ob promiſ-
ſa eidem ab Antonio ſcuta tercentum, & ſi, & quando
ipſimet fuerint ſoluta, vt contextus inſtrumenti eſt cla-
riſſimus ; meritò non poſſe appellari donationem pro-
priè eſt concedendum.

48 Tum, quia illi non conueniunt verba donationem
propriè inducentia, & ſucceſsiuè neque conuenit diſpo-
ſitio l.4.§.toties.ff.de damn.infec.l.ſi ſeruum. §. non dixi.
ff.de acq.hæred.Roman.conſ.442.numer.2. Argel. de acq.
poſſeſs.quæſt.8.num.291.Surd.dec.56.num.1.& conſ.152.
n.38.Cyriac.contr.204.n.20.lib.2.Rota in rec. dec.434. n.
5.p.3.

49 Tum, quia ſi Dat aliquis, vt tunc demum accipien-
tis fiat cum aliquid ſecutum fuerit, non propriè donatio
appellabitur : ſed totum hoc donatio ſub conditione eſt.
Verba d.l.1.ff.de donat.Mantic.d. tit.4.ſub n.16. verſ. in-
terdum verò. Ac alij.

Qua improprietate huius donationis ſtante, reddi-
tur certiſsima concluſio ſupra firmata, vt nem-
pè non comprehendatur ſub Stat. Ferrar. d. Ru-
bric.70.

Ex alijs etiam euitatur obiectum ab eod. Stat. in d.
Rub.70.deſumptum.

Ac maximè, quoniam, & ſi donatio dici debeat
illa, quæ in dicto inſtrumento fuit facta Antonio per
Floridam, cum taliter nominetur à partibus, & con-
50 tractus dicatur talis, qualem verborum proprietas
deſsignat, & ipſorum figura oſtendit. l. fideiuſſores
magiſtratuum. ff. de fideiuſs. l. qui fundum. §. fundi. ff.
de contrah.empt.Cephal.conſil.703.num. 1.& ſeqq. Nat-
ta conſil.49.num.14.Oſaſch. deciſ.139. numer.24. pulchrè
Surd.conſil.243.numer.3.lib.2.Crauet.conſil.20.numer.1.
& ſeqq.lib.1.Menoch.lib.3. præſ.104. numer.26. Mantic.
de tacit.lib.2.tit.2.numer.1.2.4.tom.1.Cyriac. contr.260.
numer.19.lib.2.Rota in rec. dec.491. num.4.p.3. Et talis
51 iudicari debeat, qualem contrahentes denominant.
Magon.dec.Floren.33.num.2.Sabel. var. reſol. & reſponſ.
cap.51.num.22.Mell.alleg.99.ſub num.12.lib.2.Rota cor.
Merlin.dec.161.num.2.tom.1.& dec.545. n.7. tom.2.&
cor.Cardin.Caualer.dec.371.n.1.& dec.118. n.3.poſt lib.
1.conſ.Farinac.

Attamen, cum mens contrahentium, & effectus
ipſius donationis aliter ſe habeant, quam nomen ei-
dem appoſitum demonſtret, nam extra dubitatio-
nem eſt, quod contrahentes ipſi voluerunt concor-
diam, & tranſactionem inire præuio receſſu à litibus,
& controuerſijs, quemadmodum eruitur à præfati
52 inſtrumenti proœmio, per quod declarari mentem,
& intentionem contrahentium eſt tex. in l. fin. vbi DD.
ff.de hæred.inſtit.Rota in rec. dec.466. numer.1. par.1. &
deciſ.348.ſub numer.1.par.4.& coram Buratt. deciſ.543.
numer.11. vbi, quod ſæpiſſimè fuit dictum, & coram
Caualer.deciſ.91.num.4.& coram Duran.dec.14. num.7.
cum alijs latè adductis infrà in mea legali colluct.10. n.36.
& ſeqq.

Et omnia contenta, & ſubſequuta in eodem in-
ſtrumento illuc tendunt, vt requiſita tranſactionis
concurrant, & adimpleantur, ita, & taliter, quod
donatio præfata ſecum afferat effectum mutuæ com-
penſationis, & remiſsionis ex parte Floridæ erga
Antonium, vt latè deduxi in anteceden. legal. col-
luct. præſertim numer.28. Sequitur, eandem donatio-
nem iudicari non debere ſecundum nomen, & cor-
ticem verborum, ſed ſecundum mentem contra-
hentium, & effectum : ſicuti generaliter loquendo,
53 quod contractus ad mentem contrahentium iudi-
cetur, & ab effectu, non attenta partium denomi-
natione, ſunt tex. in l. in conuentionib. ff. de verb.ſignif.
in l. celſus filius. §. ſi fundus. ff. de contrah. empt. in l.
fin. Cod. quæres pign. oblig. poſs. Et tradiderunt Ruin.
conſil.160.numero 11. volum.1.& con.107. in fin.volum.
4.Pariſ. conſil.88. numero 20. volum.1. & conſil.32. nu-
mero 38.volum.3.Crot. conſil.79.numero 25. Bero. conſil.
153.numero 5. lib.1. Menoch. conſil.27. numero 45. Ro-
land.conſil.8.numer.31.lib.1. & conſil.69. numer.40. &
ſeqq. lib.3. Surd. d. conſil.243. numer.2. Cæphal. conſil.
329. numer.47. Gabr. conſil.168. quæſt.1. numer.4. De-
cian. conſil.23. numer. 6.13. lib.2. Rimin. iun. conſil.83.
numero 2. & conſil.218. numer. 94. 95. cum alijs apud
Mantic. de tacit. lib.2. d. tit.2. numer.20. Cyriac. contr.
478. numero 18. cum multis ſeqq. Vbi omnia axiomata
circa hanc rem congerit. Et contr.524. numer.5. lib.3.
Centolin. in Add.ad Rot. d. deciſ.118. ſub litt. B, verſic.
benè verum eſt poſt lib.1. conſil. Farinac. & ipſamet Rota
in rec. d.deciſ.491.num.4.par.3. & in diu. dec.37. nu.22.
par.2.

Quod eſt adeò verum, vt magis contrahentium
mens, & intentio, quam ipſa veritas attendi de-
beat. Surd.conſil.315.numer.66.Rota coram Greg. deciſ.
265. numer.5.& in Bononien. fideicommiſſi. 28. Mar-
tij. 1650. §. nec poteſt reuocari in fine coram Cel-
ſo.

Conſequenter, quod tamen ex abundanti ſit di-
ctum non debemus donationem ipſam, vti ſimpli-
citer talem conſiderare, ſed tamquam à mente contra-
hentium, & effectu ſubſequuto regulatam, potius tran-
ſactionem vocare eſt neceſſe ; quia hoc inter partes
54 actum creditur, & ideò ſequendum venit, omiſſo,
quod aliter fuerit ſcriptum. Maluaſ.conſ.25. numer.2.3.

Peregr.conſil.5.numer.6.vol.6.Cyriac.d.contr.478.nume-
55 ro 19. Præſertim cum ex præcedentibus, & ſubſe-
quentibus idem deſumatur. Roland. conſ.61. n.36. lib.2.
Burz.dec.25.n.76.Rota Genuæ dec.71. n.6. Cyriac. d.con-
tr.478.n.39.

Propterea non fuit, neque eſt neceſſaria aliqua
inſinuatio ordinata in Stat.Ferr.d.Rub.70. qua inſinua-
56 tione tranſactionem non indigere, docuit ante omnes
Bal.conſ.265.num.4. verſic. præterca lib.1. nouiſſimè An-
tonel.de temp.legal. lib.1. cap.34. num.83. Et in præciſis
noſtris terminis tradidit Rota apud Puteum. deciſ.230.
numer.9. lib.3. & coram Buratt. deciſ.640. numer.1.2.
tom.2.

57 Accedit vlteriùs, quod licet requiratur inſinuatio
in remiſſione debiti, ſecundum communem ſenten-
tiam DD.in l.creditori. C. de pact.Calcan.conſil.25.Alex.
conſil.137.in fin lib.2. Cur. iun. conſ.47. numer.3. Canar.
de inſin.quæſt.46.47. Durant. de arte teſtan. tit. vlt. caut.
19.ſub num.5.cum multis apud Gabr.d.tit.de donat. concl.
1.ſub num.41.verſic.contrarium tenuit.adde Tiraq. in l. ſi
vnquam. §. donatione largitus numer.176. vbi innume-
ros de more congerit concordan. Cod. de reuoc. donat. Ro-
ta coram Buratt.dicta deciſ.640. numero 3. & in Roman.
dot. 31. Ian. 1652. §. quarto quod in fin. coram Bi-
chio.

Nec non, & in pacto de non petendo. Alex. in l.
58 ne ſemnus in fin. vbi de magis communi opinioni. Rum.
conſil.133.volum.4. Canar. vbi ſupra Ripa in l. ſi vnquam
numero 39. Cod. de reuoc. donat. Gabr. d. concl.1.numer.
42. Bertaz. clauſ.35. gloſ.6. numero 22. Rota coram Bu-
ratt. d. deciſ.640. ſub numero 3. verſic. & in pa-
cto.

Ideoquè videatur dicendum, inſinuationem non
poſſe euitari in hoc caſu quatenus etiam non eſſemus
in donatione cum ex inſtrumento ſatis, ſuperquè li-
queat à Florida fuiſſe factam remiſſionem debiti, &
initum pactum de non petendo erga Antonium.

59 Nihilominus, ex quo remiſſio præfata non fuit gra-
tuita, ſicuti in ſuperioribus oſtendi, neque pactum
de non petendo fuit factum de credito liquido, & in-
dubitato non adaptantur doctrinæ modo allegatæ, &
ſucceſſiuè excluditur inſinuatio; vt per Calcan. d. conſ.
25.numero 19.Gabr. d. concl.1. numer.42.43. cum pluri-
bus penes Tiraquel. d. §. donatione Largitus numer.196.
197.Antonel. d. capit.34.numer.62. pulchrè Rota coram
Buratt. alleg. deciſ 640. numer.4.6. & in d. Roman. dot.
31. Ian. 1652. eod. §.quarto quod verſic. in remiſſionibus
donationem importantibus cor. Bichio.

Atquè tandem, multis prætermiſſis, non conuenit
huic caſui diſpoſitio d. Stat. in ead. Rub.70. Quoniam
conſiderandum eſt,illud loqui in donatione ſimpliciter
non autem in donatione geminata, & multiplicata,
qualis eſt præſens: vt reſultat ex ſerie facti in anteced.
collect. appoſita; meritò ne inſinuatio ab ipſo ordina-
ta deſideretur eſt fatendum, cum Statutum intelligi
debeat in iis ſolum terminis, in quibus loquitur.
Honded.conſil.1.num.31.32.lib.1.Burz. deciſ.50. numer.
29.Surd.deciſ.56.numer.4.Altograd. conſil.4. numer.17.
lib.1.

61 Ac idcircò hanc donationem geminatam non conti-
neri ſub cenſura eiuſdem Statutariæ diſpoſitionis, ſicu-
ti non comprehenditur ſub determinatione iuris com-
munis inſinuationem deſiderantis, omninò eſt conclu-
dendum cum Bertrand. conſil.30. lib.3. par.2. Gratian.
diſcept.531.numero 31.32.Rota coram Buratt.d.dec.640.
numer.9.vbi de veriori opinione teſtatur tom.2.

Vlterius anima aduertendum proponerem, quod
inſtrumentum donationis à Florida factæ repertur
modò in actis notarij actuarij coram Iudice produ-
62 ctum ab Antonio donatario: atquè ità,cum Statutum
in d.Rubric.70. aliud non requirat, quam donationis
denuntiationem à donatario faciendam Iudici præſen-
tibus notarijs, exprimendo donantis, & donatarij no-
men, cognomen,ac rem donatam, & notarium de ea
rogatum, non eſſet abs re deducere à productione di-
cti inſtrumenti,fuiſſe Statuti mentem,& diſpoſitionem
adimpletum,ex eo, quod per eandem productionem
inducitur denuntiatio donationis Iudici facta,expreſſio
nominis,& cognominis donantis,& donatarij,rei dona-
tæ,& Notarij de donatione rogati.

Vbicumque enim requiritur aliquid ad certum ali-
quem effectum conſequendum, vt in præſenti, nam
prædicta omnia deſiderantur, ad hoc, vt donatio in
multorum ſcientiam perueniat ex proœmio, & ratione
63 expreſſa in d.Rubric.70. tunc illud per æquipollens po-
teſt adimpleri, cum ſit ſatis, vt obtineatur legis in-
tentus, & cogitatus ſequatur effectus. Roman. conſil.
433.ſub num.2.verſic.ſeptimo conſidero. Oſaſch. dec.92.
numer.15 Veladiſſet.21. num.19. Mantic. de tacit. lib.2.
tit.4. num.45. nouiſſimè Rubeus reſol. pract. circa teſtam.
cap.22.num.162. & ſeqq. vbi multos concordan. adducit.
Rota coram Seraph.dec.309.num.1.& in rec.dec.577.nu-
mer.9.par.1.dec.167.num.12.p.2.dec.353.num.1. par.3.
dec.124.n.1.& dec.149.n.14.p.6. & in Roman. cenſ. ſeù
depoſ.8.Martij 1641.§.nec dicatur verſ. vbi forma coram
Dunozet.

Niſi hoc accipi apprimè deberet, quatenus produ-
ctio inſtrumenti prædicti eſſet facta intrà terminum d.
Stat.in d. Rub.70. Præfixum ad emittendam inſinuatio-
nem; nam, ſi appareret, eandem productionem ex-
trà terminum fuiſſe factam, tunc quatenus etiam ip-
64 ſamet donationis productio legitimè emanata (ſecun-
dum congeſta in iſtis terminis à Piſtor.lib.3.quæſt.9. nu-
mer.15.Harpr.in addit.ad Clar.§.donatio quæſt.17.litt. G,
Gall.de except.ſucceſſ.tit.4.excep.3.p.2.numer.56.& an-
te iſtos à Bal.in l.illud ſub numer.9.verſic.intellige tamen.
C.de ſacroſanc.Eccleſ.Alber.in l.3.§.cauſa cognita numer.
4.ff. de bonor. poſſeſſ. quos cum alijs refert, & ſequitur
Rubeus reſol.pratic.circa teſtam. capit.93. numero 161.&
ſeqq.) pro inſinuatione à Statuto deſiderata ſuffice-
ret, nullius ad hanc rem foret momenti, vt potè fa-
cta poſt tres dies ab inita donatione, & ſic elapſo iam
termino à Statuto præfixo: quo caſu, etiam ſi vera
65 inſinuatio interueniſſet, nulla remaneret, ſeù emiſſa
poſt præfixionem temporis ex Rimin.iun.in §.1. numer.
551.Inſt.de donat.Pigant.ad Stat.Ferr.lib.12. d. Rub.70.
n.8.tom.2.

66 Etenim generale eſt, quod tempus determinato
modo prolatum non recipit alterius temporis functio-
nem.l.ſi vſuſfructus mihi. ff. de Vſufr.leg.Bal.in l.1.quæſt.
9.in fin.C. de inſtit.& ſubſt.Natta conſ.485. num.5. Rim.
iun.conſ.33.num.31. lib.1. & conſil.222. numer.154. lib.
2.Cyriac.contr.473.num.4. lib.3. Rubeus reſol. practicab.
circa teſtam.cap.30. numer.579. Ita vt quando tempus
67 eſt præciſum differri non poſſit. l. conditiones, quæ in
futurum. ff. de condit. & demonſtr. Rubeus d. capit.30.
68 numer.580. Quia temporis vnius incluſio eſt excluſio
alterius. Rimin. iun. d. conſil.222. numer.154. Gratian.
diſcept.699.num.6.Cyriac.d. contr.473. numer.3. Vnum
69 namquè tempus ex propria ſignificatione non conti-
net aliud. Turret.conſil.76.num.16.Cyriac.d.contr.473.
num.5.

70 Et punctualiter quod tempus inductum à Statuto
reſpectu inſinuationis ſit ſeruandum prodijt cum
Rimin.iun. d. §. 1. numer.551. Pigant. ad d. Rub.70.ſub
num.8.verſic. remoto Statuto addo Magon. deciſ. Florent.

64.ſub

64.ſub num.42.verſ.nec nobis viſum.Gratian.diſcept.783.
num.34.tom.4.nouiſſimè Sabel. var. reſol. & reſponſ. c.5.
num.25.
71 Ad quod comprobandum poteſt adduci,tempus in-
ducere formam. *Ex auth. quæ ſupplicatio. C. de præcib.*
Imp.offer. Bart. in l.denuntiaſſe.§. quid autem numer.3. ff.
de adult. Alciat. in l.1. numer.49. ff. de vulg. & pupill.
quos refert Rubens.d.cap.30.num.581. Quæ forma ſem-
72 per eſt ſeruanda, vt in terminis formæ præſcriptæ à
Statuto in donationibus decidit *Rota coram Pegu.deciſ.*
239.ſub numer.6. & dec.327. num.2. tom.1. in impreſs.
Lugdun.& coram Duran.dec.155.num.8.tom.1. Et gene-
raliter *latè deduxi in mea legal.colluct.2.numer.18. &*
73 *ſeqq.* Eiuſdemque formæ implementum debet eſſe
clarum, & certum, adeovt non indigeat ſuppletio-
ne, vel diuinatione. *Bal. cum in capit. cum in iure pe-*
ritus ſub numer.16. in fin. de off. de leg. quem relatum ſe-
quitur Rota coram Buratt.dec.120.num.8.tom.1. Et pro-
prium, ac ſtrictum. *Ruin. conſ.69.ſub num.13.lib.3.Ce-*
phal. conſil.306. numer.56. Sperell. deciſ.151. numer.8.
tom.2.

Et ne dùm ex tempore *in d.Rub.70.* appoſito induci-
74 tur forma, vt dixi, ſed etiam à clauſula annullati-
ua, & decreti irritantis ibidem inſerta, ad *Bertaz.*
de clauſul.inſtrum.clauſ.7. gloſ.19. numer.41. Gratian. di-
ſcept.691. numer.6. & ſeqq. Barboſ. clauſ.40. numer.32.
Teod. Rubeus ſing. Rot. Roman. par.4.clauſ.258. numer.
27.volum.2.Pigant.ad Stat. Ferrar. lib.2. Rubric.90. nu-
mer.10. tom.1. nuper Paulus Rubeus reſol. pract. circa
teſtam.capit.49.numer.477. & capit.96.ſub numer.234.
& in annot. ad deciſ.542. numer.70. par.4. tom.3. Ro-
ta coram Buratt. deciſ.120. numero 2.ac alibi plenius di-
xi.

Hæc, quæ de nullitate in inſinuationis factæ poſt
tempus à Statuto præfixum ſunt tradita, veniunt in-
75 telligenda, ſi à donante eadem nullitas allegetur;
nam etiam defectus ipſiuſmet inſinuationis à tertio al-
legari nequit,ſed ſolum à donante. *Galnan. conſil.37. n.*
33.Pigant.ad d.Rub.70.num.25.Rota in rec. deciſ.126. n.
15.par.7.& in Fanen. dot.17. Martij. 1642. §. & ceſſat
omnis coram Cerro dec.53.num.7. poſt Merlin. de pign. &
hypoth.
76 Quod in terminis *d.Rubric.70.* dubitabile mihi reddi-
tur; quia quemadmodum hæc aſſertio fundatur in il-
77 la concluſione, quod, vbi actus annullatur fauore
alienius, is ſolus allegat nullitatem, in cuius fauo-
rem fuit introducta, non alius; de qua præ alijs *Surd.*
deciſ.179.numer.17.Gratian.diſcep.27.numero 39. Graſs.
except.20. numer.26.27. Leoncil. deciſ.4. ſub numer.5.
corum

corum denegans Clericis,& locis pijs benefitia ſuorum
Statutorum eſſe validum; nam, quod ſtatuentes laici
non poſſint expreſsè, vt in d.Rub.5. denegare Clericis
talia benefitia,ſcripſere *Abb.in c.quod clericis num.38.*
de for.compet.Ancar.conſ.61.num.3.Socin.in l.2.num.3.
ff.de his,quæ pæn. nomin.idem conſil.122.num.6. & conſ.
292.num.3.vol.2.Cotta in memor.ver.Clerici ligantur,
verſ.et ideò. Boſs.in praxi.tit.de pæn.ſub num.43.verſ.ſed
ſimpliciter,quos cum alijs allegat Carpan.ad Stat.Medio-
lan.par.2.d.cap.180.numer.20.Bonac.de cenſur.diſp.1.
quæſt.16.ſect.2.pun.2.prop.vnic.num.28. Vbi de proba-
biliori opinione.

30 Et fauet ratio,quia ſtatuta laicorum, etiam Clericis
fauorabilia,ſi de illis mentionem faciant,vt in ead.Rub.
5.ſunt nulla, & contra libertatem Eccleſiaſticam ex
Dec.in c.quæ Eccleſiarum numer.38.& ibi nouiſſimè Fa-
gnan.num.30.cum multis ſeqq.& rurſus Reuerendiſs.ipſe
Fagnan.in c.Eccleſia ſanctæ Mariæ n.7.8. Vbi,quod nemo
diſſentit.*eod.tit.de conſtit.Tiot.conſ.93.n.2.Borgnin.dec.*
33.n.16.lib.3.Menoch.de recup.poſſeſs.rem.14.num.56.
Surd.conſ.301.ſub n.13.verſ.multoque magis to.3.Alex.
con.211.n.2.6.lib.2.Diana.reſol.moral.p.1.tract.2.reſ.58.
verſ.adde quod Princeps.Honded.conſ.3.n.18.lib.1.Coſta
de remed.ſubſid.remed.93.Bellet.diſq.cleric.p.1.tit.de
exempt.cleric.à Stat.ſæcul.§.1.n.1.2.3.& per tot.& §.4.
n.5.Spada conſ.129.n.9.lib.1.rurſus Dian.p.4.tr.1.reſ.14.
verſ.ſed ſi hæc opinio;vbi latè.Bertaz.conſ.ciuil.64.n.22.
Odd.conſ.44.n.3.lib.1.Capra reg.15.n.24.31.Marin.c.31.
n.5.lib.1.Vulp.de libert.eccl.p.2.num.7.Gail.obſ.32.lib.2.
Medic.in tract.de leg.& ſtat.p.4.q.6.n.5.Graſs.de effect.
cleric.effec.2.n.488.& ſeqq.vbi concordan.Sperel.dec.10.
n.32.& ſeqq.& dec.11.num.30.Rota in Baren.ſeù nullius
pecun.26.Iun.1645.§.ratio autem coram Cerro dec.180.
num.20.poſt Zacch.de oblig.Cam.& in Roman.ſeù Ian.
loc.mont.26.Iun 1648.§.corruit pariter,verſ.& deniquè
de ſtatuto cor.Cerro,& in ead.30.Ian.1651.§.fin.cor.Peu-
tinger.

31 Additur aliud motiuum, hoc eſt, Clericos de iure
communi poſſe gaudere, & vti benefitio Statutorum,
& priuilegiorum alicui ciuitati, vniuerſitati, ſeù certo
generi perſonarum conceſſorum ad *c.conſtitutus de reſt.*
in integr.Duard.in Bull.Cæn.lib.2.can.15.q.19.n.11.13.
14.& alibi.Diana d.reſol.58.verſ.& primo ſuppono, &
reſ.59.verſ.ſed ego de hoc in fin.

Igitur Statutum in d.Rub.5.dum diſponit,quod Sta-
tuta non proſint clericis,& locis pijs,debet cenſeri con-
tra immunitatem eccleſiaſticam, ex communi conclu-
ſione,Statutum, per quod tolluntur clericis ea, quæ
32 de iure communi illis competunt, eſſe contra liber-
tatem Eccleſiaſticam;*Dec.in c.ſanctæ Mariæ numer.8.&*
ibi Felyn.numer.69.ac nouiſsimè Fagnan.ſub numer.3.
verſ.ſed etiam de conſtit.Alex.conſ.121.lib.1.Mandel.
conſ.8.num.310.lib.1.Tuſc.tom.5.concl.342.num.13.19.
Filliuc.tom.1.tract.16.c.10.num.271.Dian.d.reſ.58.§.&
primo ſuppono verſ.ſecundo notandum,& reſ.59.§.ſed ego
verſ.& ratio eſt,& p.4.ar.1.reſ.55.in prin.& p.6.ar.8.
reſol.4.§.confirmantur ſupradicta, cum multis alijs addu-
ctis à Bellet.diſquiſ.cleric.p.1.tit.de exempt.cler.à ſtat.ſæ-
cul.§.1.numer.22.pulchrè Graſs.de effect.cleric.effec.2.
num.68.& ſeqq.& præſupponit Pigant.ad Stat.Ferrar.
lib.1.d.Rub.5.ſub num.7.verſ.ego tamen tom.1.& lib.2.
Rub.96.num.9.in fin.Honded.d.conſil.3.numer.15.lib.1.
Martha de iuriſd.par.4.cent.1.caſ.5.num.43.caſ.55.num.
6.7.& caſ.62.num.9.Kocbier.de vindic.libert.Eccleſ.par.
2.cap.11.num.6.Maynar.de priuil.eccl.p.1.art.1.num.24.
Rota in Baren.ſeù Neapolit.pecun.22.Maij.1641.§.ſe-
cundo quia verſ.alias eſſet coram Reuerendiſs.Tarraco-
nen.dec.173.num.4.poſt Zacch.de oblig.Cam.& in Spole-
tan.bonor.13.Aprilis.1646.§.viſa fuit coram Eminen-
tiſs.Corrado,& coram Duran.dec.91.num.10.11.ac co-
ram Merlin.dec.875.ſub num.2.verſic.nec laycalis.tom.2.
& in Roman.ſeù Ianuen.locor.mont.26.Iun.1648.§.cor-
ruit pariter,verſic.tanquam contra libertatem eccleſiaſti-
cam coram Cerro,& in Bonon.hæredit.26.Ian.1654.cor.
Meltio.

33 Et inſuper hæc omnia confirmantur, nam quando
Statutum non ſimpliciter,ſed conſequutiuè, ideſt pro-
pter priuilegium Clericale prohibet,& mandat, Cleri-
cos non poſſe iuuari benefitio Statutorum, tunc tan-
quam conditum in odium Clericalis ordinis, & quia
ſunt Clerici,nullum præſtat impedimentum, quin ſem-
per,& indiſtinctè Clerici vti valeant benefitijs Statuta-
rijs,non obſtante prohibitione, ex eo, quod tale Statu-
tum ſic prohibitorium dicitur eſſe contra libertatem
Eccleſiaſticam.*Soc.ſen.conſil.122.n.6.lib.2.de quo Graſs.*
de effect.cleric.d.effect.2.n.28.

Verum Stat.Ferrar.lib.1.in d.Rub.5.eſt huiuſmodi
quoniam non ex alio diſponit, ſtatuta non prodeſſe
34 Clericis,niſi quia ſunt Clerici, cum alia ratio apte ex-
cogitari nequeat, & ſucceſſiuè pro expreſſa habeatur.
Bal.in l.his ſolis.C.de reuoc.donat.Surd.conſ.240.num.14.
lib.2.Rota in rec.dec.350.n.8 & dec.411.ſub n.2.p.4.

Quod ſuadetur à contentis in *d.Rub.5.* imò, & à
proæmio eiuſdem Rubricæ dum ibi diſponendi taliter
35 ratio affertur ex eo *Quoniam æquum,ac dignum videtur,*
quod volens vti benefitio alterius recipiat illud etiam in fa-
uorem,& benefitium conferentis.

Ponderando,Statuentium ex hoc proœmiali motiuo
voluntatem,& mentem fuiſſe, nam ex proœmio legiſ-
latoris ratio finalis cognoſcitur, & mens apprimè col-
36 ligitur.*l.1.ff.ad Macedon.l.fin.ff.de hæred.inſtit.Grat.con-*
ſil.44.num.18.lib.2.Menoch.conſ.184.num.11.Surd.con-
ſil.210.num.28.Gratian.diſcept.809.num.8.& diſcept.
924.num.22.Scac.de commer.§.7.gloſ.2.numer.89.Ma-
ſcard.de probat.concl.1284.num.6.Antonin.reſ.43.num.
3.lib.1.cum multis coacervatis à Barboſ.axiom.iur.148.
num.6.& axiom.192.num.1.2.nouiſſimè Fagnan.in c.ex
tenore num.16.& in cap.ad aures num.11.de temp.ordin.
Rota in rec.dec.218.num.4.par.1.& dec.569.num.4.p.2.
& dec.230.numer.2.par.3.& dec.318 num.21.p.4.tom.
2.dec.1.num.4.et dec.299.num.1.par.5.& dec.149.num.
3.par.6.et coram Merlin.dec.558.num.3.tom.2 & coram
Duran.dec.18.num.3.tom.1.& cor.Otthobon.dec.229.nu.
15.& cor.Buratt.dec.543.num.11.et in Mediolanen.be-
nefit.31.Maij.1658.§.imò idem verſ.verba enim cor.Cel-
37 *ſo.* Et proœmium non tantum voluntatem,& animum
diſponentis exprimit,& declarat.*Crauet.conſ.888.n.2.*
Tuſc.litt.P,concl.891.num.3.11.Barboſ.d.axiom.192.n.
5.Rota in rec.dec.155.ſub num.3.p.3.et dec.715.num.3.et
dec.716.num.7.p.4.tom.3.& dec.23.n.14.p.5.et dec.149.
38 *num.3.p.6.* Sed operatur,vt tota diſpoſitio ad limites il-
lius,ac rationis in eodem expreſſæ reſtringi debeat.*Pe-*
regr.conſil.36.num.12.lib.2.Gratian.diſcept.292.numer.
15.Rota coram Duran.deciſ.48.numero 11.et ſequentib.
et in Montiſalti Beneſ.15.Decembr.1645.§.ſed verò
coram Bichio, et in Bonon.Gabell.1.Iul.1650.§.faci-
lius tollitur coram Cardin.Otthobono, nunc in eius im-
preſs.d.dec.229.num.16.et in d.Mediol.benefic.31.Maij.
1658.§.imò idem in fin.ac in ead.10.Febr.1659.§.et ina-
nis eſt reſponſio cor.Celſo.

Statuentium, inquam, mentem fuiſſe, ideò ſancire,
quod Statuta non proſint Clericis, habito reſpectu ad
generalitatem præfatæ rationis proœmialis, in con-
39 textu *d.Rubric.5.* Melius expreſſæ ibi *Quod nulla Sta-*
tuta, aut benefitia ex Statutis noſtris collata proſint
Præſbiteris, et Clericis, aut quibuſcumque Prælatis,

& locis pijs,vel perſonis contra laycos,niſi Reuerendus Dominus Epiſcopus per Conſtitutionem ſynodalem omnia , &
ſingula Statuta noſtra,vel alias legitimè approbauerit , &
confirmauerit in omnibus concernentibus fauorem laicorum,& declarauerit,ac ſtatuerit laicos vti poſſe ipſis ſtatutis contra Clericos ipſos,Prælatos,pia loca , vel perſonas in quocunque foro .

Quæ generalitas rationis , itidemquè poſtmodum
ſtatutaria diſpoſitio,ſicuti in hoc propoſito ceſſat,nam
40 Clerici,& Eccleſia poſſunt vti ſæcularium legibus, eaſque inducere in quantum faciunt pro ſe ipſis , & non
acceptare in quantum faciunt contra ipſos.*c.ad noſtram de probat.Abb.in c.ex litteris num.2.6. de vit. & honeſt. cleric.Socin.ſen.conſ.128.n.6.vol.4.et Socin.iun.conſ.158. n.44.& ſeq.lib.2. Afflic.de iure prothom.§.9.n.17.Bellet. diſquiſ.cleric.p.1.tit.de exempt.Cleric.à Stat. ſæcul.§.2.n, 38.vbi de veriori,cum alijs apud Vermigliol.conſ.crim.96. n.6.Dian.reſol.moral.p.3.tract.1.reſ.43.*

41 Cum Statuta laicorum proſint Clericis,ſed non ęquè
noceant.*Bal.conſ.30. col.2. vol.1. Cranet. conſ.972. n.5. vol.5.Bellet.d.§.2.n.37.*

Dummodò ipſi Clerici non intentent ſimpliciter remedia Sratutorum laicalium , nam tunc recipiendo ad
proprium commodum eadem ſtatuta , ſubire quoquè
tenentur incommodum indè reſultans ex dictamine
naturalis rationi s.*Alex.conſ.209.lib.2.Dec. conſ.452.n. 14.Sperel.dec.135.n.132.tom.2.*

Et patet,quoniam ſi Clerici in agendo ſumant vires ,
& fundamentum ab ipſis Statutis laicalibus,vt ſi petant
exequi inſtrumentum , quod de iure eorundem Statutorum habet executionem paratam,poteſt etiam ipſiſmet Clericis obijci præſcriptio ioducta ab iiſdem Statutis.*Socin.ſen.conſ.97.n.3.& conſ.121.n.20.vol.1.Corn. conſ.114.ſub n.4.vol.2.Bou.de Stat.Vrb.præfer.gloſ.19.n. 310.vbi bene Sperel.d.dec.135.n.131.*

Ità dicendum venit,Statuentes præfatos in d.Rub.5.
ex alia ratione non fuiſſe motos ad ſanciendum , Statuta non prodeſſe Clericis , niſi propter ſtatum Clericalem,& quia ſunt Clerici;quia,vt dixi,alia ratio aſſignari
non poteſt;ac non mirum,cum laici ſint ſemper clericis
42 infeſti.*c.clericis de immun.Eccleſ.in 6.c.laicos 2.q.7.Bellet.diſquiſ.cleric.p.1.tit.de cleric.teſt. §.5. num.3. Anſald. de iuriſdic.p.4.tit.7.c.2.n.145.Sperel.dec.124.num.52.& dec.126.n.73.tom.2.*

43 Et hinc optimè,& iure merito,tradiderunt DD. tale Statutum diſponens, vt *in d.Rub.*5. quod Clerici , &
eccleſiaſticæ perſonæ volentes vti,& frui benefitijs Statutorum , debeant priùs ipſa Statuta acceptare , eſſe
contra libertatem eccleſiaſticam , vt placuit *Gargiar. conſ.3.n.3.& conſ.4.num.38.lib.1.Duard.in Bull.Can.Domin.lib.2.c.15.q.19.n.13.quos ſequitur Prætorium Rotæ Ferrariæ in Imolen.hæredit.de maſſa Lombard.10.Ian. 1652.§. tertio quia licet verſ. quod ſi agatur coram Beccario .*

Atquè tandem alijs multis omiſſis, ex hoc conuinci-
44 tur eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam Statutum in
*d.Rub.*5.nam ob diſpoſitionem illius, tolluntur Clericis
ea,quæ tanquam ciuibus ſibi ipſis competunt , vt de ſe
patet : & Clericos eſſe ciues,& membra Reipub. non
45 dubitatur.*Natta conſ.157.n.8.Salgad.de Reg.protect.p. 1.cap.1.præl.2.Pigant.ad Stat.Ferrar.lib.1.d. Rub.5.n.3. Anſald.de iuriſdic.p.1.cap.2.num.12.Niger. de Landem. q.46.num.18.tom.2.Valaſc.conſult.100.n.2 Ambroſin.de immun.Eccleſiaſt.c.21.n.2.& infrà.Martha de iuriſdic.p. 4.cent.1.caſ.1.n.27.Graſs.de effect.cleric.in prælud.n.367. Carleual.de iudic.lib.1. tit.1. diſp.2. qu.2.ſub numer.83. tom.1.*

46 Quare tale Statutum fore contra libertatem eccleſiaſticam (dum Clerici neque etiam habentur vti ciues
& tamen non ſolum iurà communia ciuium propter
ſtatum Clericalem,non amittunt,ſed digni ſunt ratione
ſtatus maiori honore,& reuerentia;& potentiori titulo
debentur illis ea, quæ cæteris ciuibus communicantur)
non minus latè , quam doctè tradit , & comprobat *P. Diana, qui pro omnibus ſufficiat in reſ. moral. p.4. tract.1. reſ.15.*

47 Poſita autem ex prædictis concluſione, Statutum
præfatum *in d.Rub.*5.eſſe contra libertatem eccleſiaſti-
48 cam,ſuccedit, vt de illo non ſit curandum , ſed veniat
abolendum,& caſſandum , vt de ſe eſt certiſſimum , &
videri poteſt apud D.D.ſuperius recenſitos ; ac nouiſſimè *Reuerendiſs.Fagnan.in c.quæ in Eccleſiarum,& in c. Eccleſia ſanctæ Mariæ ; vbi plenè ; de conſtit. nec non in c. conſuetudines à n.57.cum multis ſeqq.de conſuet.*quo loci
affert compendioſe ſingulas partes *Bullæ Sanct. Mem. Vrbani VIII. incip. Romanus Pontifex editæ die 5. Iun.* 1641.

Quæ ſignanter in §.nec non reliqua;damnat,& irrita
eſse declarat,omnia,quotcunque, & qualiacunque Sedi
Apoſtolicæ , vel iuriſdictioni,immunitati, aut libertati
Eccleſiaſticæ,ſeù Eccleſijs , vel perſonis Eccleſiaſticis ,
earumque iuribus , bonis , & fructibus quomodolibet
præiudicialia,cum omnibus indè ſequutis; adijciens illa
non fuiſſe conſolidata,etiam ex immemorabili tempore,cum fama priuilegij Apoſtolici,iuncta etiam ſcientia
& permiſſione Romanorum Pontificum .

Nec indè aliquam præſumptionem beneplaciti Apoſtolici,nequè aliquam bonam fidem , poſseſsionem,aut
præſcriptionem induci poſse, niſi de approbatione appareat ex regiſtris Apoſtolicis, quinimò fuiſse quot annis reprobata in Bulla cęnæ Domini,& ad cautelam illa
reprobat,& damnat,&c.

Et quatenus adeſset aliqua dubitatio, præ oculis ha-
49 beatur aſsertio illa indubitata , quod quando ſumus in
dubijs , an aliquod Statutum ſit contra immunitatem
Eccleſiaſticam,debemus opinionem , quæ fauet Eccleſiæ amplecti,& ſummoperè ſequi; iuxtà thema genera-
50 le,quod opinio fauens Eccleſiæ in dubio eſt tenenda.*c. fin.de ſenten.& re iudic.Decian.conſ.80. n.22. lib.3. Hondcd.conſ.3.n.24.lib.1.Maynard.de priuil.Eccleſ.par.2.art. 22.n.61.Diana in puncto reſol.moral.p.1.tract.2. reſol.65. Bellet.diſquiſ.cleric.tit.6.§.4.n.16.Fontanel.de pact. nupt. clauſ.7 gloſ.3.p.1.n.9.to.2.*Et quod in dubio,immunita-
51 ti Eccleſiaſticæ ſit fauendum,dixerunt *Decian.conſ.80. n.22.lib.3.Giurb.conſ.crim.10. n.25. Iordan. elucubr. diuerſ.lib.11.tit.3.n.263.Vermigliol.conſ.crim.93.n.14.& conſ.99.n.7.*

Sublato obice dicti Sratuti , poſset etiam in caſum
validitatis eiuſdem refricari quæſtio , quod tamen in
præſenti non firmatur, aduerſus ea , quæ deducta fuere
ad oſtendendum hanc Venerabilem Confraternitatem
eſse locum pium .

52 Etenim hæc non ità de plano procedunt , quandoquidem , cum iſta ſit confraternitas laicorum non poteſt dici locus pius . *Bal. in l. ſi quis ad declinandum §.in omnibus num.19.C.de epiſc. et cleric.Gabr.conſ.162.lib.1. Abb.conſ.31.n.2.lib.1.Capra conſ.20.et conſ.54.num.10. Corn.conſ.119.num.27.vol.2. et conſ.18. numer.5. conſil. 297.num.4.vol.4.Pariſ.conſ.50. col.pen.in fin. vol.2. Iaſ. conſil.218.col.1.vol.2.Socin.ſen.conſil.82. col. pen. vol.4. Alex.conſ.102.in 1.dub.lib.7.Balb.de præſcrip.p.1.partis. 5.princ.§.1.ſub num.6. verſic. & ſignanter dixit cum alijs cummulatis ab Anton. Gabr. comm. concl. tit. de pia cauſa concl.1.n.1.et ſub n.7. vbi de magis communi addo Rubeum in practic.concluſ.circa teſtam.c.65.num.100. et ſub num.102.Anſald.de iuriſdict.p.2.tit.11.cap.14. vbi latè . Marth.eod.tract.p.4.caſ.113.n.11.Menoch.de recup.poſſeſ.rem.15.n.30.et ſeq. Ceual. de cognit. per viam violen.*

q.2.

p.2.q.32.Bouadil.in politic.lib.2.c.18.n.228. Lar.de anniuerſ.lib.2.c.1.n.7.Fontanell.dec.109.n.3. tom.1. Grattan. diſcept.517 n.6.tom.3.Magon.dec.Lucen.19. n.15. Caſtil. dec.2.n.12.lib.1. Cabed. deciſ.51. lib.1.Barboſ.de offic.& poteſt.Epiſcop.p.3.alleg.75.n.24. vbi de magis communi. Rot.cor.Coccin.dec.210.n.1.

53 Et conſequenter videretur poſſe dici, eandem Confraternitatem Epiſcopi iuriſdictioni non ſubiacere, quemadmodum tradiderunt *Rebuſ.in comment. Regiar.conſtit.tit.de confratr.n.8.tom.2.Feln. in c. nullus iudicum n.13.in princ.de foro competen.Nauar.conſ 3. ſub nu.5. eod. tit. Menoch.de remed 15.ſub n.31.Anſald.d.c.14.n.10.41. vbi concord.in.Grattan.d.diſcept.517.n.5.* intelligendo tamen, vt per *Rot.apud Verall.dec.328.p.1.*

54 Ac ſucceſsiuè non eſſe comprehenſam in *d.Stat. Ferrar.ea l.Rubric.5* iuxta ibidem apertiſsimis verbis ſancita ibi *ac aliorum locorum piorum Epiſcopo non ſubiacentium.*

Porrò cum pro validitate huiuſce aſſertionis altiora ſint petenda principia; & hactenus conſtet obiectum deſumptum à d. Statuto per aduerſarios corruere; dixiſſe ſufficiat, quod conſequens ab ijſdem aduerſarijs erutum, non poſſe videlicet illam Venerabilem Confraternitatem iuuari, ac vti beneficio Statutariæ præſcriptionis contento in *Stat.Ferr.lib.2.d. Rub.*128. redditur futile, & inane.

55 Nam antecedenti destructo, hoc eſt profligata *d.Rubr.*5.nullum eſt dare conſequens, quod ſine illo ſtare nequit. *l.1.§ huius rei.ff.de off.eius l.veteres.ff.de itin.Crauet.conſ.202.n.28.& conſ.231.nu.2. Monach. dec. floren. 29.n.16.Tuſc.litt.c.concl.757.n.66.Barboſ.axiom.30.n.2. Rubeus practic.concl.c.89.num.213. vbi quod eſt axioma ſatis decantatum,& c.98.n.351.Rota cor.Cardin. Mantic. dec.15.n.5.& dec.199.n.9.*

Et quatenus hucuſque tradita pro euellendo funditus aduerſantium munimine ceſſare contingeret, adhuc Confraternitas hæc potiri valeret diſpoſitione *d. Rub.* 128.ex alio capite, nempè per modum priuilegij, & tan-

56 quam merè priuilegiatiua, ex quo in illa de Eccleſijs, & Eccleſiaſticis perſonis, nulla fit mentio: vt pro conſtanti concluſione probarunt *Abb.in c.Sanctæ Mariæ n.37.vbi Felyn.n.31.& Dec.n.276.de conſtit.Burſatt.conſ.93.n.22. lib.1.Surd.conſ.2.ſub n.15.verſ.licet eis lib.1. & de alim. tit.2.q.15.ſub n.62.Gargiar.conſ.3.& conſ.5. n.17. lib.1. Carpan.ad Stat.Mediolan.in prælud.n.621.Maſcard.de gener.ſtat.interpr.concl.1.n.192.& ſeqq.Ciarlin.contr.45.n.5.6.Bellet.diſquiſ.cleric.p.1.tit.de exempt.cleric.à Stat.ſæcul.§.1.ſub n.36.verſ.ſed ea vti.Andreol. contr.340.n.3. p.5.Rota in rec.dec.438.num.7.50.p.8. & in Senogallien. fruct.cenſ.10.Iun.1644. §. deniquè non obſtat. verſ. & ſic ſupradicta concluſio cor. Reuerendiſs. Terracinen. & in d. Roman. ſeù Ianuen. locor. montium.26. Iun.1648. §. hoc enim; vbi concordan. cor. Cerro, & in alia eiuſdem tit.17. Maij 1658.§.prout nec obſtat.cor.Priolo.*

Et in puncto ac terminis Statutorum Ferrariæ conſuluit *Grilenzon.conſ.76. & ipſo allegato deciſum reliquit Prætorium Rotæ Ferrariæ in d. Imolen. hæredit. de Maſſa Lombard.10.Ian.1652.§. tertio quia licet.cor. Beccario.*

ARTICVLVS SECVNDVS.

57 ISTis ſic firmatis non officit petita reſtitutio in integrum aduerſus hanc præſcriptionem, licet regulariter competat ex capite ignorantiæ. *Surd.conſ.226.nu. 11.et ſeq.Cab.conſ.123.n.4.5.li.1.Theſ.dec.103.n.4.Grattan.diſcep.403.n.15.et ſeq.to.3.Martha vot.151.Mareſcot. variar.reſ.li.2.c.67.n.39.Ciarlin.contr.196.n.48.49.Fenzon.ad ſtat. Vrb.lib.1.c.158.n.68.& ibi Teod.Rub. in ſuis ſing. Rot. Roman.n.20. & ſeqq.Pigant ad ſtat.Ferrar. lib 2.d. Rub.128.n.44.tom.2.latè Odd.de reſtit.in integ.q.90. ar.5.Antonel.de temp.legal.lib.1.c.25.ſub n.22.Rota poſt Zacch.de obligat.Cam.dec.60.n.6.eſt cor. Pegna.dec.914. n.4. tom. 2. & cor. Merlin. dec.811. n.12. tom.2. & cor. Buratt.dec.457.n.2.cor.Greg.dec.425.n.11.& cor.Duran. dec.426. n.12. & poſt Merlin. de pign. & hypoth. dec.44. n.4. & poſt tract. de legit.dec.65. n.15. & dec.186. n.15. quæ eſt in Peruſ. reintegr.7 Iun.1647.§. fin.cor. Rotas, & in Beneuent. domus. 16.Nouembr.1648.§. nequè releuat. verſ. ac proindè.cor. Eminentiſs.Ottbobon.nunc in eius impreſs. dec. 156. n.12.*

58 Quinimò contra ignorantem ceſset præſcriptio; vt prædicti omnes docuerunt; & præciſim *Mareſc. d.c.67. n.37. verſ. quinto hoc Pigant. ad d. Rub. 128. n.44. Rota cor.Greg.d.dec.425.in fin. & poſt Merlin. de legit.ead.dec. 65.n.15.verſ.& data ignorantia, ceſſat præſcriptio. nouiſſimè Antonel. de temp. legal. lib. 1. c. 25. n. 22. & rurſus Rota in rec. dec. 573. ſub n.1. p.3. & poſt Ceuc. de cenſib. dec. 158. n. 12.*

59 Et ignorantiam ſemper præſumi in hærede non dubitatur. *Surd.d.conſ.226.n.10. Eung. conſ.95. n.23. lib.1. Fenzon.ad d.c.158.n.71. Rota poſt Zacch.de oblig.Camer. d.dec.60.n.7. & dec.219. n.10.& cor.Pegna d.dec.914. ſub n.5.& in Roman.ſeù Florent.reſtit.in integr.10. Maij. 1641.§.quod autem cor.Panzirol. et in Roman. Pecun.7. Maij 1649.§.et in omnem caſum; verſ.quam ex capite cor. Celſo,& poſt Merlin.de pign.et hypoth.dec.77. n.9. et cor. Duran.d.dec.426.num.9.et cor.Ottbobon.alleg. deciſ.156. num.11.*

60 Ita, & taliter, vt ſicuti eſt generale ad ſeriem verioris, tutioris, ac in ſupremis tribunalibus canonizatæ ſententiæ, quorundam aduerſantium blaterationibus ſpretis, reſtitutionem ipſam in integrum non denegari creditori ignoranti contra præſcriptionem tricennariam, & quadragenariam, iuxtà *Hodiern.ad Surd.dec.4.n.1.& ſeqq. Rouit.conſ.40.n.11.Caren. reſ.234. n.14. Fontanell. de pact.nupt.clauſ.4 gloſ.12.à n.38. vſquè ad num.92.to.1.latè,& nouiſſimè Antonel.de temp.legal.lib.2.cap.60. n. 5.& ſeqq.ac in fin. dicit ab hac ſententia non eſſe recedendum.Iordan.elucubr.diuerſ.lib.14.tit.24.num.475.verſic. ſed iſte caſus.tom.3.Vermigliol. conſ.487. n.16. multorum DD.et Senatuum deciſiones conglomeratas, cæteris omiſsis, à Paulo Rubeo in annot.dec.3.in rec.p.3.vbi à nu.7. vſque ad num.66. ità prolixus in hoc deducendo ſe gerit, vt vlterior addendi locus omninò interdicatur: et præſertim n.65. coacervat innumeras propemodum Sacri Romani Auditorij inſigniores reſolutiones, ad iſtius concluſionis comprobationem, et maximè in rec.d.dec.3.n.1.vbi de communi p.3. et in d. Montisfaliſci ſupplem. legit.18. Iun.1642. §. ant tertio prætenditur cor. Bicchio, quæ eſt dec.130.n.22. poſt Merlin.de legit.in vltima impreſsione.*

61 Ita ignorantia, quæ hæredi ineſſe cenſetur, ſufficiat pro obtinenda reſtitutione aduerſus longiſsimi temporis præſcriptionem ex traditis *à Rubeo in annotat. ad d. dec.3.n.76.et ſeqq.p.3.in recent.*

62 Quamuis alias, ad hoc, vt competat talis reſtitutio contra præſcriptionem 30 vel 40.annorum, requiratur ignorantia iuſta, rationabilis, inuincibilis, penitus ſine macula, & ex omni parte excuſabilis, vt latè oſtendit *Rubeus in annot.ad d.dec.3.à n.67. vſque ad n.75. Giurb. dec.91.num.25.Merlin.dec.Lucen.70.num.49.Altograd. conſ.94.num.14.et ſub num.29.lib.1.Poſt.reſ.41.num.20. Rota in Bonon.fideic.16.Martij 1640. cor. Bicchio, et in Roman.diuiſ.15.Iun.1640.§.tandem non obſtat cor.eod.et in ead.10.Iun.1641.§.præſertim quia cor.Cerro, et in rec. dec.238.n.21.p.8.*

Reſpondetur etenim, quod, cum in vita Antonij Mariæ venditoris tantum tēporis ſpatium effluxerit, quan-

tum fuit ſufficiens ad inducendam Statutariam præſ-
criptionem,ſicuti in facto non controuertitur, & patet
à celebrati inſtrumenti die 11.Iun.1610.vſque ad mor-
tem eiuſdem venditoris ſequutam ſub die 25.Octobris
63 1627. vt de hoc obitu conſtat ex partita ſoriuter ex-
tracta à libro Parochi,in quo nomina defunctorum de-
ſcribuntur.ad Rot.in rec.dec.605.n.4.p.2.& dec.84.n.5.
p.5.& poſt Zacch.de oblig.Camer. dec.232. n.9. & coram
Greg.dec.78.n.2.& ibi benè Add.& dec.359.num.5. vbi
Add.n.9.& cor.Buratt.dec.563.n.11.& in Toletan.cano-
nic.pæniten.10.Martij 1645.§.quod etiam cor.Cardin. Ot-
thobon.ac in Bonomen.fideic. Barthol. de Bolognin.5.Iun.
1651.§.ſed quod magis eſt cor.eod.nunc inter eius impreſ.
dec.29.n.75.& dec.251.n.41.et in Bonon.benefic.26. Fe-
br.1652.§.vacatio eſt cor.Albergato.

Fruſtrà contenditur pro parte Petri eius filij, & hæ-
redis,ad beneficiũ reſtitutionis in integrum admitti cõ-
tra dictam præſcriptionẽ in vita eius auctoris cõpletã.

Siquidem, aut aduerſarius hoc petit ex perſona de-
64 functi,& tunc non eſt audiendus, nam licet beneficium
reſtitutionis in integrum ſit tranſmiſsibile, & tranſito-
rium ad hæredes. l.non ſolum.ff. de reſtit. in integrum. l.
minor autem.§.non ſolum.ff.de minor.l.1.C.de reſtit.milit.
l.1.C.ſi aduerſ.dot.Noal.de tranſmiſs.caſu.43.n.1. & per
tot.Odd.de reſtit.in integr.p.1.q.50.art.1. Gratian. diſcept.
711.n.16.tom.4.Poſt.reſ.41.n.11.

65 Adhuc tamen hoc intelligitur quoties tale benefi-
tium competebat defuncto, ita quod ſi ipſe non pote-
rat reſtitui, multò minus poteſt reſtitui illius hæres. l.
quod ſi minor.§.ſcæuola.in fin.ff.de minor. Bart.in d. l.non
ſolum n.2.& ibi Angel.n.2.Bald.conſ.226.lib.1. Noal. d.
caſ.43.n.27.

Tantum autem abſit, competijſſe defuncto reſtitu-
tionem in integrum,quod imò contrarium,eſt firmiter
66 dicendum,quia nondum fuit doctum,aliquam adfuiſſe
iuſtam cauſam pro ipſa reſtitutione integrali obtinen-
da,ſicuti neceſſe eſt.Poſt.reſ.113.n.55.Rota in licien. hæ-
redit.3.Iul.1645.§.ratio verò cor.Cardin.Ottbobon.nunc in
eius impreſs.dec.50.n.3. cum vulgat.

Et ſi prætendatur obiectum ignorantiæ, ob quam
datur reſtitutio in integrum, vt dixi, verificari in ipſo-
67 met defuncto,obſtabit, quod ignorantia in facto pro-
prio non præſumitur,ſed ſcientia.l.quamquam. ff. ad S.
C.Velleian.l.plurimum.ff.de iur.& fac.ignor. Bal.in l. qui-
cunque n.2.C.de ſeru.fugit.Maran.in l.is poteſt n.227.ff.de
acq.hæred.Menoch.præſ.23.n.32. lib.6.

68 Et ignorantia facti proprij, non poteſt vti inanis al-
legari,Rota in rec.dec.289.n.28.p.6.& cor.Cardin.Otthо-
bon.dec.204.n.10.et dec.239.n.12.

Et talis ignorantia eſt omninò intolerabilis. l. non eſt
ſcrendus vbi DD.ff.de tranſact.Rot.cor.Merlin.dec.681.n.
1.tom.2.

Ac tamquam craſſa,& improbabilis non excuſat. c.
ab excommunicato de reſcript.Gail.obſ.48.n.19.lib.2.Ma-
ſcard. concl.637. n.3. et concl.879.n.40.Tuſc.litt.I, concl.
22.n.1.10.et concl.23.n.25.Barboſ.axiom.113.num.2.vbi
concordan.

69 Neque officeret, contractum venditionis fuiſſe ini-
tum à procuratore D.Antonij Mariæ,quaſi quod, cum
factum proprium fuerit, non per ſe, ſed per alium ex-
pletum,debeat præſumi,& tolerari ignorantia, ex gloſ.
in l.ſi res obligata de leg.1.Soc.reg.219. Fallen.5. Roman.
conſ.481.n.2.Lancell.de attent.in proem.n.89. Menoch. d.
præſ.23.n.42.

70 Quoniam hoc non procedit,quando verſamur in fa-
cto geſto à procuratore ſpecialiter conſtituto,vt in præ-
ſenti,tunc enim ſcientia, non autem ignorantia præſu-
mitur.Imol.in c.fin.de præſcr.Cuman.conſ.162.col.2.verſ.
nec in hoc poteſt.Roman.d.conſ.48.Gaileſ.de oblig. Cam.q.
36.n.10.et ſeqq.vbi benè.Capyc.dec.4 n.23.24.Menoch.d.
præſ.23.n.46.Gabr.comm.cõcl.tit.de reg.iur.concl.5. n.33.
et ſeqq.Maſcard. de probat.concl.879.n.48.& infrà. Hon-
ded.conſ.55.n.55.lib.1.Et hac ſpetiali procuratoris con-
71 ſtitutione præſuppoſita, generaliter, procuratorem
præſumi certioraſſe ſuum principalem de geſtis ab ipſo;
docet S.Rot. Audit. vt ex deciſionibus congeſtis à Teodoſ.
Rubeo ſing.Rot.Rom.p.3.verb. Rom.§.9.vbi quod Roman.
in d.conſ.481.paſſim approbatur à Rota;& patet cor. Car-
din.Seraphin.dec.1123.n.4.tom.2.et cor.Buratt. dec.190.
n.5.tom.1.ac in rec.dec.174.n.3.& dec.185.nn.4. & dec.
490.n.5.p.3.Add.ad Greg.dec.127.n.10.11. vbi concord.
et cor.Merlin.dec.68.n.7.tom.1.et in Roman.prætenſ.abſo-
lut.18.Iun.1646.§.citationi autem cor.Meltio,quæ eſt dec.
165.n.15.poſt Zacch. de oblig. Cam.

72 Quotieſcunque tamen interceſſerit tantum tempo-
ris ſpatium, intrà quod talis certioratio fieri potuerit.
Add.ad Greg.d.dec.127.n.11.verſ.declara tertio. Poſt. de
manu.obſ.48.n.30.vbi plures adducit dec.Rot.Roman.ad-
de cor.Merlin.d.dec.68.ante n.7.cor. Buratt. dec.134. ſub
n.5.verſ.præſertim quia,& n.6.& dec.307. n.3. et ibi Fa-
rentill.litt.A, et n.7.

Quod ſpatium temporis, ſicuti in præſenti interceſ-
ſiſſe dubitari nequit; ità inſpecta qualitate perſonæ di-
cti Antonij Mariæ,factum geſtum ab illius procuratore
fuiſſe graue,arduũ,& notabile,non eſt cur ambigatur.

73 Et ſucceſsiuè eundem principalem certioratum fuiſ-
ſe à Procuratore ipſo, omnes DD. et Rot.dec. ſup. alleg.
admittunt;& expreſsim tradunt.Menoch.d. præſ.23. nu.
43.Crauett.conſ.40.n.3.Bero.conſ.118.n.23.lib.2.Lancell.
de attent.in proem.n.82.Honded.d.conſ.55.n.54.Maſcard.
de probat.concl 554.n 8.Beltramm.ad Greg.d.dec.127.ſub
n.11.verſ.declara ſecundo.Poſt. d.obſ.48. ſub nu.30. verſ.
maximè in negotio arduo.Zacch.de oblig.Cam.q.36. ſub n.
6.verſ.maximè quando,ego ipſe in colluct.27.n.24.Rota in
rec.dec.3.ſub n.4.verſ. et in negotio tam arduo p.4.

74 Quemamdodum certiorationem præfatam interue-
niſſe quoq; cum ſtatim ex facto procuratoris, aliquod
commodum, vt in præſenti,etiam ex conceſsione ad-
uerſarij in illius petitione, peruenit ad dominum prin-
cipalem,tradiderunt Lancel.de attent.in proœm.n.80.81.
Menoch.d.præſ.23.n.44.lib.6.

Ex quibus omnibus.

Vel deducitur ſcientia Antonij Mariæ,ac demonſtra-
75 tur illius negligentia in agendo,vt vtramque;negligen-
tiam partis,ſcilicet,& ſimul ſcientiam iuris agendi pro-
bare tenetur allegans præſcriptionem Crauet.conſ.201.
n.29.Vrſill.ad Aff ict.dec.239.n.3. Rota in Montis falſe.
ſupplem.legit.3.Iul.1645. §. et quatenus cor. Eminentiſs.
Otthobon.inter eius impreſs.dec.51.n.3. cum præſcriptio
76 crediti tota fundetur in negligentia creditoris diffe-
rentis exactionem, ex Rot. deciſionibus congeſtis à Rubeo
in annotat.dec.6.n.13.14.p.3.in rec.et cor.Merl. dec.487.
n.16.to.1.et poſt tract.de pign.et hypoth.dec.44. n.3.et in
rec.dec.17.n.3.p.4.dec.407.num.16.p.5.dec.270.n.5.p.6.
et dec.133.n.17.p.7.noniſsimè Zacch. de Salar. q.105.nu.
77 41.Ita vt, quando negligentia non adeſt, præſcriptio
currere non poſsit Rota poſt Zacch.de oblig. Camer. dec.
265.n.4.

78 Hinc dimanans illud vulgatum dictum, quod non
valenti agere,non currit præſcriptio.l.is §.vlt.C. de ann.
except.l.cum notiſſimi.§.in ijs,et §.illud C.de præſcr.30.vel
40.annor.Peregr.de fideic.art.41.nu.16. Fuſar. de ſubſtit.
q.548.n.4.5.Rota poſt Zacch.de oblig.Cam.deciſ.196.n.8.
poſt Merlin.de pign.et hypoth.dec.6.num.11.et dec.35.nu-
mer.20.coram Canaler.dec.213.n.6.7.vbi infert ad multa
cor.Merlin.dec.487.ſub n.13.& dec.811.n.6. et in lucan.
Capellan.1.Iul.1650.§. quia voluntas verſ. ita neque cor.
Bichio cum multis alijs adductis à Zacch.de Salar.d.q.105.
n.32.& à me ipſo in legal.colluct.48.n.24.

79 Quia data impotentia agendi,conſiderari nequit ne-
gli-

Digitized by Google

gligentia exigendi. Dec.conſ.430.n.4. Rota cor. Caualer.
80 d dec.213.nu.5. Dummodò talis impotentia probetur.
ad Leoncil.dec.76.ſub n.20.verſ.ſed in facto: Et non ſimus
81 in ijs, pro quibus adminiſtrantes poſſunt agere, nàm
contra iſtos, data adminiſtratorum negligentia, currit
præſcriptio; vt bene probat Abb. in conſ.32. ſub num.2.
verſ.& ex his lib.1.& conſ.54.per tot.lib.2.& ſunt tex.in
l.vt inter diuinum.C.de ſacroſanct.eccleſ.in l.ſicut. Cod.de
præſcript.30.annor.
82 Ità vt minores quoquè priuentur remedio reſtitu-
tionis in integrum ex capite ignorantiæ aduerſus præ-
ſcriptionem, quoties habere poſſunt regreſſum contra
eorum tutorem, ſcientem, & negligentem. Bart. in l. qui
duos n.6.ff.de reb.dub. Natta conſ.492.num.6.& ſeq. Be-
ro.conſ.121.n.20.lib.3.Odd.de reſtit.in integr. q.86. n.37.
44.Surd.conſ.226.n.15.16.quos laudat.Rota in Beneuent.
domus 10.Maij 1649. §. ideò ſicuti cor. Cardin. Otthobon.
nunc in eius impreſs.dec.173.n.17. repetita poſt Salgad. in
83 Labyrint.credit.dec.33.n.13. Et non ex alio, niſi, quia
ſcientia tutoris, ſeù curatoris eſt ſufficiens ad præſcri-
bendum contra pupillum, & minorem. l.3. §.fin.ff.de
tribut.act.l.ſi tutoris. C. de adminiſtr. tutor. Rot.in Bonon.
Prædij 27.Ian.1642.§.fin.cor.Cerro,& poſt Salgad.in La-
byr.credit.d.dec.33.n.8.9.cor.Otthob.d.dec.173.n.11.12.
Vel ipſiuſmet Antonij Mariæ ignorantia non con-
uincitur iuſta, probabilis, & ex omni parte excuſabilis,
84 nedùm ex prædictis, ſed etiam, quia negari non poteſt,
quin ipſe habuerit notitiam ſui crediti, ſaltem in genere
quo caſu ignorantia non eſt excuſabilis. Rota poſt Statil.
de Salu.interd.dec.255.à n.2.cum multis congeſtis à Paulo
Rubeo in annot.ad dec.3.ſub n.70.71.p.3.in recent. Sicuti,
85 & cum debuerit inueſtigare, ſcire, & inquirere iura ſua,
vt quilibet tenetur. l. qui cum alio de reg. iur.gloſ. in cap.
innotuit verſ.ignorantia, de elect. Rubeus in annot.ad d.dec.
3.n.71.72.
Et quin modo concurrant coniecturæ ignorantiam
86 excludentes; quas, & ſi remotas ſufficere in hac mate-
ria, docuit Rot.in diu.dec.387.p.1.& in Roman. diuiſ.10.
Iun.1641.§.præſertim quia verſ.ſufficit ſcientia cor.Cerro.
de quibus Rubeus in annot.ad alleg.dec.3.n.70.& ſub nu.
73. Accedente præſertim, quod nimis improbabile, &
inueriſimile eſt, Antonium Mariam non perquiſiuiſſe,
quo iure, quouè titulo pro parte huiuſce noſtræ Con-
fraternitatis, poſt deſtructionem propriæ domus, eri-
geretur ibidèm Eccleſia; nàm cum ageretur de proprio
negotio, & tractaretur de amittendo proprium, fuiſſet
87 iactare ſuum contra tex.in l.cum de indebito. ff. de pro-
88 bat. Vigente potius præſumptione, quem velle acqui-
rere, & ditari. Maſcard.de probat.concl.439. n.20. Zacch.
de Salar.q.3.n.32. Rot.in rec.dec.195.n.8.p.6.& dec.453.
n.6.p.7. Et in omnem caſum, ſi in perquirendo prædi-
cta fuiſſet negligens, huiuſmodi negligentia non eſſet
tolerabilis, quinimò nec præſumenda. Ad c.niſi de præ-
ben.c.deputari.de appellat.Surd.dec.221.nu.12. Andreol.
contr.36.numer.12. Rubeus in annot. ad dec.6.n.49.p.3.in
rec.Rota cor.Merlin.dec.799.n.10.tom.2. Et de dicta ere-
ctione Eccleſiæ in loco vbi ſuprà domus D. Antonij
Mariæ, non potuit vlla dari ignorantia in eo; cum iam
89 eſſet publica in ciuitate. Rom.conſ.127. n.2. Surd. conſil.
246.n.16.Rot.cor.Cardin.Otthobon.dec.16.n.16.
Succeſſiuè his ſtantibus, omnis prorſus ex capite
ignorantiæ, reſpectu præfati Antonij Mariæ defuncti
venit deneganda contra præſcriptionem decurſam re-
ſtitutio in integrum prætenſa, ex traditis ſuprà num.62.
iuncta concluſione, quod licet ſimus in præſcriptione
Statutaria ad quindecim annos duntaxat reſtricta,
adhuc tamen eadem preſcriptio debet conſiderari tan-
09 quam tricennaria, & ſubrogatione facta de vna in aliā
ita vt Statutaria præſcriptio locum tricennariæ aſſum-
pſerit. Bald.de præſcrip.p.6.princ.caſ.23.n.43.circa fin.Ma
reſcot.var.reſ.lib.2.c.67.n.14.26.Rota in rec.dec.6.ſub n.
3.verſ.cū igitur,& ibi Rub.in annot.n.15.p.3. & dec.372.
n.15.p.4.to.2.eſt in Roman.canon.15.April.1622.§. quod
vero pertinet cor. Vbaldo Teodoſ. Rubeus in ſing. Rot. Ro-
man.p.6.circa Stat.Vrb.lib.1.c.158.n.20.verſ. quæ ſucce-
dit in locum.vol.2.
Si autem, omiſſo ignorantiæ præſidio, confugiat ad-
uerſarius ad tutamen minorilis ætatis forſitan tempore
celebrati contractus, in dicto Antonio Maria vigentis;
tunc quomodocunque hoc intentetur; neceſſe eſt vt
91 probetur eadem ętas, ſtante fundamento in ipſa ex ad-
uerſo facto, iuxta veriorem, & magis communiter re-
ceptam opinionem, ſe habentem, quod ætas, ſiuè maior
ſiuè minor probanda eſt ab eo, qui ſe fundat in illa.
Duen.reg.258.Vin.opin.256.n.1.Lamberteng.de contract.
gloſ.9.n.4.verſ.quæ ſententia Mandoſ. de ætat. qu.1. & in
Regul.Cancell.reg.18.q.3.ſub n.2.verſ.tertia fuit; & n.3.
Maurit.de reſtit.in integ.q.315.Odd.eod.tract.p.1.q.37.n.
3.& ſeqq.& n.10.& poſt n.14.Maſcard. de probat. lib.2.
concl.666.n.1.& ſeqq.Pacian.eod.tract.lib.3. c.24. nu.4.
14.Menoch.præſ.50.nu.18. lib.2. Bonius de Stat. præſcrip.
gloſ.19.n.38.Farinac.in fragm.crim.p.1. verb. ætas. n.72.
vbi allegat concordan.Surd.conſ.95.n.1.
Immò ſi poſſet dari, quod probaretur minorilis ætas
Antonij Mariæ tunc temporis; adhuc nequiret pars ad-
92 uerſa obtinere prætenſam reſtitutionem in integrum;
quoniam, ſi fuit incæpta præſcriptio in minori ætate
poſt pubertatem, eaque fuerit completa poſt maiorem
elapſo iam quadriennio, non auditur is, contra quem
fuit præſcriptam, vt, ſubducto tempore minoritatis, vel
non ſit decurſum tempus ſufficiens ad præſcriptionis
complementum, vel quatenus ſit decurſum, competat
benefitium reſtitutionis in integrum: ſicuti, omnibus
hinc indè tum rationibus, tum auctoritatibus adductis,
hanc partem, ſeù veriorem, & in ſuo ſenatu comproba-
tam, ac à contrarijs non minus latè, quam doctè defen-
ſam, docuit omnium poſtremus, quem pro cæteris alle-
gaſse ſufficiat, Ioann.Petrus Fontanell.de pact.nupt.clauſ.
7.gloſ.3.p.2.à n.17.verſ.hæc quæſtio.vſque ad n.37. inclu-
ſiuè, vbi rem latiſsimè tractat, & agit tom.2.
93 Hocquè circumſcripto, obſtat in omnem caſum,
quod Eccleſia fruitur, & gaudet priuilegijs minorum, &
pupillorum. gloſ.in l.libertas. C. de excuſ. tut. et l.non eſt
ignotum.C.de adminiſtr.tut.DD.in c.auditis. de reſtit.in in-
tegr.Falcon.reg.316.Menoch.conſ.170.Diaz.reg.219.Ge-
nuenſ.de eccleſ.q.253.n.5.Ricc.in praxi.reſ.88. n.3. Leon-
cil.de pauper.p.2.priuil.259. n.7. Barboſ. in locis commun.
argument.loc.40.n.3.& loc.92.n.2.
Vndè ſuccedit, quod & ſi Antonius Maria potuiſset
ex capite minoris ætatis conſequi reſtitutionem in in-
tegrum, hæc tamen ei fuiſset deneganda, tanquam pe-
tita contra pariter priuilegiatum, ſecundum axioma il-
94 lud generale, quod priuilegiatus, contra æquè priuile-
giatum, non vtitur priuilegio ſuo. l. ſed et milites. ff.de
excuſ.tut.l.ſcire, C.de ſacroſanct.Eccleſ.Marſil.ſing.99.Ce-
uall.comm.contra comm.q.756.n.45.Ripa obſ.7.n.3.Tuſc.
litt.P, concl.760.Mantic.de tacit.et ambig.lib.11.tit.26.n.
6.Gratian.dec.196.num.18.19.cum multis alijs adductis à
Barboſ.axiom.190.n.1.Donad.de renunt.c.49.n.22.vbi in-
numeros congerit.Rot.cor.Greg. dec.473. nu.13. & in rec.
dec.251.ſub n.4.p.3.& dec.221.ſub n.1.in fin.p.4.& cor.
Merlin.dec.737.n.21.tom.2.& cor.Otthobon. dec.215. n.
4.et in Roman.reſidui dot.15.Iun.1648.in fin.cor. Cerro.
95 Quod axioma, licet communiter limitetur, vt non
procedat, quādo inter ęqualiter priuilegiatos, unus tra-
ctat de damno vitādo, alius vero de lucro captādo, præ-
ferendo tractantē de dāno euitando vt poſsit ſuū priui-
legiū opponere aduerſus alterū agētē de lucro capiēdo

l.verum.§.vlt.ff.de minor.l.fin.ff.ex quib. cauſ. Odd. de reſtit.in integr.q.18.ar.5. Antonin.var.reſ.lib.2. reſ.8. num. 59. Bobſ.d.ans concordan.d.axiom.190.n.3. Donad. d. c. 49.num.24.Rota in rec.dec.218 num.6.p.2. & dec.231. num.5.p.6.et cor.Greg.dec.164.num.6. & ibi Add. ſub n. 12.et d.dec.473.num.13.et coram Merlin. alleg. dec.737. n.22.et cor.Cardin.Ottbobon. ead. dec.215. num.10. quæ eſt in Ancon. cenſ.9. Maij 1650. §. indequè non releuat, verſ.quo caſu potior.cor.ipſomet Eminentiſs.nunc Vigilantiſſimo Brixienſi Antiſtite.

Nihilominus, vltrà quam quod limitatio prædicta non adaptatur pro aduerſarijs, ſed imo contra ipſos apprimè facit, quia noſtra Confraternitas certat de dam-
96 no vitando, hoc eſt, de retinenda ſua poſſeſsione, in qua patentiſſimum ius habet, itavt pars aduerſa illam prætendens, tractet de lucro capiando, vt optimè traditur *à Caſtrenſ.conſ.37.in fin.vol.2.* Dato etiam, vtramque
97 partem tractare de damno, vel de lucro, potior erit ſemper cauſa huiuſce ſodalitatis conuentæ ſuſtinentis partes rei, & poſſeſſoris; ad congeſta in puncto per *Trentacinq.var.reſol.lib.1.tit.de reſcript.reſ.1.nu.12. Peregr.conſil.77.ſub num.39.lib.1. Amat.dec.77.num.9.Ronit.dec.90.num.9.Rota coram Greg.d.dec.473.numer.14. coram Merlin.d.dec.737.ſub num.22.verſ.& ipſa domina et num.23.et cor.Otthobon.d.dec.215. num.11. & in rec. dec.190.num.30.p.6.& in Roman.ſeu Peruſ.cenſ.23.Iun. 1645.in fin.cor.Bichio,*

Aut Petrus actor prætendit reſtitutionem in integrum aduerſus hanc præſcriptionem ex perſona propria; & tunc ſimiliter eſt repellendus, quia, ſi veniat ex
98 capite minoris ætatis, ipſi non competit reſtitutio prędicta, cum nihil fuerit actum cum eo, & tractetur de negotio iam cum ipſius finito. *l.emilius, in fin. ff. de minor.Odd.de reſtit.in integr.quæſt.2.ſub num.2. verſ. ſecundo quia, & n.8. Fontanel.dec.111.nu.6. Rot. poſt Zacch.de oblig.Camer.dec.32.n.11.*

Si verò veniat ex capite ignorantiæ pariter non debet audiri, nam cum ſit filius defuncti, ſola coniunctio
99 ſanguinis effecit, ne ignorantia ſit ex omni parte probabilis, vt oportet ad effectum obtinendæ reſtitutionis contra talem præſcriptionem, ex traditis *à Rot. in Roman.diuiſ.15.Iun.1640.§.tandem non obſtat verſ.quinimò ſola cor.Bichio, & in rec.dec.238.n.21.p.8.*

100 Accedente præſertim, quod attento *Stat. Ferrariæ*, in cuius terminis verſamur, nulla ex hoc capite competit reſtitutio in integrum contra præſcriptionem ab ipſo inductam, ac in præſenti decurſam: vt in puncto *d. Stat.* traditur *Felyn.in c.viginti num.6. de præſcript. Aretin.conſ.104.col.2.Iordan.elucubr.diu.lib.14.tit.24.n.479. tom.3.*

Multa alia inter recenſita ſuperius perbellè adaptantur ad hoc, vt dignoſcatur inanis prætenſio aduerſarij per D. meum Iudicem conſideranda, & videnda: idcircò calamo parcens, illud poſtremum animaduerten-
101 dum rurſus propono, in dubio fore Eccleſiæ fauendum, ne infælicisſimus eueniat caſus Dyni, qui noluit pro Eccleſia in dubijs iudicare, de quo *Ruſtic. ad l.cum anus l.2.c.2.n.93.relatus à Fontanell.de pact.nupt.clauſ.7. gloſ.3.p.2.n.10.20.2.*

Atquè ita, &c. Saluo, &c.

102 Cauſa iſta fuit tractata in foro Eccleſiaſtico Comaclenſi *de anno 1656.coram Reuerendiſs.Vicario Generali, in actis D.Hippolyti Folcgatti Cancellarij Epiſcopalis* 1 at, cum Zanus ſilentium ſibi impoſuiſſet, non expectata ſententia, inſimul Venerabilem Confraternitatem ſub tutamine ſuorum iurium, lite dimiſſa, voluntariò eſt veneratus: vigentibus tamen interim ſemper rationibus aduerſus illum ſuperius allatis, in tantùm vt quocunquè tempore inſurgere velit, Confratres ipſi opponentes eiuſdem prætenſiones proſternere facillimè poſſint, validiſſimo pro eis interueniente patrocinio BEATÆ MARIÆ VIRGINIS, quam *S. Bernardus* appellat,
103 *Peccatorum ſcalam, noſtram maximam fiduciam, ac totam rationem ſpei noſtræ*, Vt obſeruat, *Caren.reſ.89.*
104 *num.19.* ac eſſe *Cæli gaudium, mundi refugium, & Purgatorij ſolatium*, ait *Rubeus in practicab. obſer. circa teſtam.in prælud.n.74.*

Et quod ſancti Euangeliſtæ de laudibus illius ſileant,
105 *quoniam ineffabilis eſt eius magnitudo, ſatis fuit de illa dicere, de qua natus eſt Ieſus*, traditur *à B.Thoma de Villanoua* (Nunc in numero ſanctorum collocato *à S. D. N. Alexandro Papa VII.* Sub die 1. Nouembr.1658.) *in ſermon.2.de B.V.* Et refert *Rubeus in diſcurſ. ad Rot. in recent. par.4. tom.2. ſub numer.407. verſic. prudenter quidem.*

COLLVCTATIO XI.

ARGVMENTVM

Confeſſio dotis facta à marito de dote recepta, quando probet, etiam emiſſa in teſtamento, ac attento *Stat. Ferr.lib.2. Rubric.108.* Mulier quæ bona cenſeatur dediſſe in dotem: & demum concluditur, maritum poſſe agere ad dotem legatam ſuæ vxori abſquè ceſſione.

SVMMARIVM.

1 *Dotis confeſſio facta à marito conſtante matrimonio, præſumitur ſimulata. Fallit concurrentibus adminiculis n. 2. quæ adminicula habentur n.6.7.9.*
3 *Dotis confeſſio facta ante matrimonium, cenſetur facta ſub ſpe futuræ numerationis fallit.n.4.5.*
8 *Dotis confeſſio probat, ſi concurrant adminicula, etiam ſi confeſſio ſit teſtamentaria.*
10 *Stat.Ferr.lib.2.Rub.108. affertur.*
11 *Teſtamentum præfefert vires inſtrumenti, ſi habeat neceſſaria requiſita.*
12 *Hypotheca contrahitur per dictionem ſuper.*
13 *Hypotheca deprehenditur, etiam ex clauſulis æquipollentibus.*
14 *Pigant.ad Stat.Ferr.lib.2.Rub.108. n.18. tom.1. Declaratur.*
15 *Quantitas de facili poteſt liquidari conſtit. de facto, ſeù de ſubſtantia actus.*
16 *Dotis conſtitutione probata, quantitas illius præſumptiuis probationibus liquidatur.*
17 *Dos legata à Patre ſuæ filiæ, ſeù ab alio teſtatore, ſi filia deindè nubat, præſumitur data marito, & n.18.*
19 *Dos ex qualitate mariti, & facultatibus vxoris deducitur.*
20 *Mulier non præſumitur dediſſe omnia ſua bona in dotem marito. Limita vt n.21.*
22 *Inſtrumentum vbi eſt, nulla cadit dubitatio.*
23 *Inſtrumenti vires remiſſiuè.*
24 *Teſtamenti inſtrumentum qualiter probet remiſsiuè.*
25 *Dos matrimonio deſtinatur, & propter illius onera ordinatur.*
26 *Dos verè, & propriè dicitur, quando contractum fuit matrimonium.*
27 *Dos ſequuto matrimonio dicitur ſtatim conſtituta marito à lege.*
28 *Mulier, cui ſit legata dos, dicitur dotata.*

Vere

29 *Verba ſunt mains veritatis, & teſtantium teſtimonium.*
30 *A verbis nullo modo eſt recedendum.*
31 *Voluntas teſtatoris eſt omninò ſeruanda.*
32 *Intentio talis præſumitur, qualem verborum proprietas demonſtrat.*
33 *Verba non alio tendunt, niſi vt mentem dicentis exprimant.*
34 *Verba teſtatorum in vltimis elogijs examinantur remiſſinè.*
35 *Dos ſine matrimonio eſſe non poteſt.*
36 *Dos intelligitur conſtituta marito, ſi fuerit legata mulieri cum in matrimonio collocabitur.*
37 *Filia cenſetur voluiſſe exequi voluntatem patris legantis in cauſam dotis.*
38 *Dos retinet tacitam conditionem, ſi nuptiæ ſequantur.*
39 *Mulieres valdè cupiunt maritum, pro multorum filiorum generatione.*
40 *Maritus, non inuenitur, vel ſaltem difficillimè ſine dote.*
41 *Mulier indotata contemnitur, & malè tractatur à marito.*
42 *Maritus, qui ſuſcepit vxorem ſine dote, tenetur eam alere. Declara vt n. ſeq.*
44 *Maritus poteſt cogere vxorem ad ſe dotandum, ſi non vult expelli, quatenus ſit diues.*
45 *Mulier non præſumitur habere aliud, vltrà dotem.*
46 *Marito non eſt honeſtum accipere vxorem ſine dote: nec æquum. n. 47. & n. 49.*
48 *Mariti ſunt ſolliciti in perquirenda dote mulierum.*
49 *Iactare ſuum, nemo præſumitur.*
50 *Singula, quæ non proſunt, iuncta iuuant.*
51 *Dos, ſi ex negligentia mariti non fuit exacta, eſt tamen ab ipſo, vel eius hæredibus reſtituenda vxori.*
52 *Ceſſio eſt neceſſaria ad hoc, vt maritus poſſit exigere legatum quantitatis dotis factum eius vxori: & de rationibus n. n. ſeqq. vide n. 59. 60.*
53 *Nomina debitorum, non traduntur, ſed ceduntur.*
54 *Actio perſonalis competit pro legato quantitatis exigendo.*
55 *Actio perſonalis de perſona ad perſonam, non poteſt tranſire ſine ceſſione.*
56 *Actio pro legato datur ei tantum, cuius principaliter intereſt, contra n. 61.*
57 *Legatum dotis factum filiæ concernit principaliter illius intereſſe.*
58 *Ceſſio in incorporalibus, ſuccedit loco traditionis.*
59 *Maritus poteſt agere pro conſequutione legati quantitatis dotis abſquè ceſſione ex æquitate.*
62 *Dos ſi ſoluatur marito ab hæredibus teſtatoris eam mulieri legantis, rectè ſoluitur, & ex indè hæredes liberantur.*
63 *Mortuis debetur reuerentia.*

1 COnfeſſionem dotis receptæ factam à marito, conſtante matrimonio, non minus inualidè, quam inſufficienter conſiderari, vtpotè quia, non conſtito de effectiua ſolutione dotis, eadem nuda viri confeſſio præſumatur ſimulata, & in fraudem donationis inter coniuges prohibitæ emiſſa ad *Menoch. conſil. 81. n. 15. Mareſc. var. reſol. lib. 1. c. 8. num. 2. nouiſſimè Boſs. viden. de dote cap. 10. §. 4. à num. 28. vſque ad numer. 56. Rotam coram Gregor. dec. 67. num. 1. 2. cor. Merlin. dec. 419. numer. 3. coram Buratt. dec. 108. numer. 2. & poſt Zacch. de oblig. Camer. dec. 232. num. 4. & in Roman. dot. 11. Febr. 1656. §. nec dicatur coram Beulaqua, & dixi in legal. colluct. 1. num. 87. colluct. 5. num. 26. & colluct. 42. num. 9. vbi concordan. adduxi*, omnes pro conſtanti concluſione admittunt.

2 Verùm, & ipſammet theſim ceſſare concurrentibus adminiculis, & coniecturis veram dotis ſolutionem, & numerationem præſeferentibus, itavt dicti mariti confeſſio probet, etiam contra tertios, communiter ſcribentes docuere; ac inter iſtos *Bald. in l. 1. ſub num. 4. verſic. vnde quæritur. C. de priuil. dot. Bero. conſil. 60. num. 43. lib. 2. Mareſc. d. cap. 8. num. 9. Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 14. gloſ. vnic. p. 2. num. 50. tom. 2. Menoch. præſ. 12. num. 22. & præſ. 13. num. 19. lib. 3. Mareſc. d. c. 8. numer. 9. Gratian. diſcept. 362. num. 19. & diſcept. 890. num. 24. 25. Boſs. de dote d. cap. 10. num. 121. vbi concordan. Rota poſt Zacch. de oblig. Camer. d. dec. 232. num. 5. & dec. 257. numer. 5. 6. & cor. Greg. dec. 66. num. 2. & cor. Otthobon. dec. 43. ſub n. 1. verſ. vbi plurimæ coniecturæ, & dec. 167. ſub n. 3. & n. 4. et cor. Buratt. dec. 873. ſub n. 9. verſ. non obſtant coniecturæ, & cor. Merlin. dec. 869. n. 3.*

3 Ex diuerſo, ſi confeſſio dotis facta fuerit à viro ante matrimonium contractum, regulariter, ſecundum receptiorem D.D. ſententiam, facta cenſetur, non quidem animo donandi affectionis ardore, ac blandimentis allecto, ſed verius ſub ſpe futuræ ſolutionis; vt habetur; apud *Pigant. ad Stat. Ferr. lib. 2. Rub. 108. num. 2. & nu. 4. vbi concordan. tom. 1. Boſs. viden. de dote d. c. 10. nu. 11. ad 17. vbi non minus latè, quam doctè concluſio iſta abſoluitur, & per Rot. poſt Salgad. in Labyrint. creditor. dec. 22. ſub n. 4. verſic. nec obſtat. eſt in Rom. dot. 21. Febr. 1650. §. nec obſtat, quod confeſſiones cor. Emmentiſs. Corrado.*

4 Sed & iſta concluſio ſuis deſtituitur viribus, quando ex facti circumſtantijs donandi voluntas apparet, quæ legitimis coniecturis Iudicis penſitationi arbitrariæ reportatis ſatis iuſtificatur. *Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 20. ſub num. 16. in fin. Valaſc. conſult. 5. ſub num. 21. Rota coram Buratt. dec. 108. num. 6. cum multis alijs allegatis in d. dec. 22. num. 5. & dec. 23. pari n. 5. poſt Salgad. in Labyrint. credit.*

Poſteriore hoc theoremate, in quo non verſamur, abſquè examinatione relicto, cum præſertim videri poſſint coniecturæ interuenientes eidem ad finem eli-
5 ciendi animum donandi penes *Menoch. de præſ. lib. 3. præſ. 13. num. 26. & ſeqq. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 20. n. 35. 36. Pigant. ad d. Rub. 108. ſub num. 28. & n. 29. Merl. de pign. & hypoth. lib. 3. q. 58. à n. 32. cum multis ſeqq. Rot. poſt Salgad. in Labyrint. creditor. d. d. dec. 22. & dec. 23. vbi latiſſimè res diſcutitur; ſicuti et in d. Roman. dot. 11. Febr. 1656. cor. Beulaqua.*

Priorem reaſſumo concluſionem infraſcriptis præſumptionibus, & adminiculis diuerſa methodo veram dotis ſolutionem ſuadentibus, eliminandam.

6 Se ſe offert in primis generalis illa coniectura, quod mulier maritata cenſetur dotata, ex quo matrimonia ſine dote regulariter iniri non ſolent. *Crauet. conſ. 77. nu. 10. Marzar. conſil. 37. ſub num. 105. Bardellon. conſil. 66. n. 37. vol. 1. et conſil. 196. num. 8. vol. 2. Surd. conſil. 94. num. 19. 20. Cyriac. contr. 29. num. 25. Mareſc. var. reſol. d. c. 8. n. 11. lib. 1. Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 14. gloſ. vnic. p. 2. nu. 51. tom. 2. Peregr. dec. patauin. 34. numer. 10. Pigant. ad d. Rub. 108. ſub num. 12. verſic. mouet inſuper. Poſt. reſ. 152. num. 23. Ferentil. ad Buratt. dec. 844. num. 16. dixi infrà in mea legal. colluct. 42. num. 16. Boſs. de dote d. cap. 10. num. 122. Rota apud Mancin. de confeſs. cap. 8. num. 19. & cor. Greg. dec. 62. num. 4. et poſt Zacch. de oblig. Cam. dec. 203. num. 4. & dec. 258. nu. 2. & dec. 263. num. 5. & poſt Merlin. de pign. et hypoth. dec. 53. numer. 5. et coram Otthobono deciſ. 167. num. 6. et coram Merlin. dec. 718. num. 6. tom. 2. & in rec. dec. 15. ad fin. p. 4. ac dec. 345. n. 12. 13. ead. p. 4. tom. 2.*

7 Congeruntur ſecundariò lapſus temporis opponen-
di

di exceptionem non habitæ dotis: ſubſtentatio onerum matrimonij à viro peracta: alimenta vxori tanquam dotatæ præſtita: conſuetudo patriæ in conſtituendis dotibus: & qualitas familiæ, tam mariti, quam vxoris: à quibus omnibus elici veram dotis ſolutionem ad finem, vt perfecta, ac ſubſtentabilis reddatur nuda confeſsio mariti facta de dote recepta, ac vi plenè probet, & ab eadem confeſsione omnis ſimulatio arceatur, agnouerunt *Mareſc.var.reſ.lib.1.d.cap.8.n.11. et ſeqq.Fontanell.de pact.nupt.clauſ.14.d.gloſ.vnic.p.2.n.51.& ſeqq.Pigant.ad Stat.Ferr.lib.2.d. Rub.108.ſub nu.12.verſ.monet inſuper tom.1.Peregr.deciſ.34.num.6. Cyriac.d.contr.29.num.21.cum multis ſeqq.Poſſent.ſing.35.cen.1.ego ipſe d.collect.42.num.17.cum ſeqq. Boſs.omninò legend.de dote d.cap.10.à num.123.et infrà latiſsimè. Rota in diu.dec.155.num.2.et ſeqq.par.2.et dec.53. num.5.et dec.143.num.6.poſt Merlin.de pign.et hypoth. et dec.257.num.6.et dec.258.ſub num.1.2.et ſeqq. et deciſ.263. num.5.6.poſt Zacch.de oblig.Camer.et coram Merlin. dec.718.num.3.et ſeqq.et dec.869.ſub num.2.verſic.nec videtur et n.3.tom.2.*

Propterea ijs concurrentibus in hoc caſu, non poteſt dubitari quin confeſsio D. Rondoni de dote D. Lauræ eius vxoris ſuſtineatur, & ſit valida, quamquam facta in teſtamento; proſunt namquè adminicula, & conie-
8 cturæ ſuperius recenſitæ, etiam in confeſsione teſtamentaria facta a marito de dote recepta; quemadmodum ſcripſerunt *Fontanell.de pact.nupt.d.gloſ. vnic. p.2. n.60.Leoncil.dec.111.num.4.et ſeqq.Pigant.ad d.Rubric.108.ſub n.17.verſ.vel ſi fuerit Rota in diu.d.dec.155. vbi pulchrè p.2.*

Quamquam, circumſcriptis iiſdem adminiculis, ipſa confeſsio ſic in teſtamento emiſſa nullum gradum probationis faciat, quoad ſolutionem ipſius dotis, ſed tantum ſpem futuræ numerationis, aut donationis præſeferat. *Menoch.præſ.12.num.49.lib.3.Maſcard.de probation.concl.362.num.6.Mantic.de tacit.lib.11.tit.20.num.22.Gratian.diſcept.116.nu.42.& ſeqq. Fontanel. de pact. nupt.clauſ.7.gloſ.1.p.2.num.71.72.tom.2.Surd.deciſ.285.n.1.Peguer.dec.147.Medic.dec.80.Pignatel.contr.forenſ.cap.85.Pigant.ad Stat.Ferr.d.Rub.108.n.17.Boſs.de dote d.c.10.n.87.vbi concordan.Rot.cor.Cardin. Seraphin. dec.471.n.2.& dec.487.n.1.tom.1.*

Vel ipſamet confeſsio dotis in teſtamento facta ſuſtineatur, & valeat duntaxat in vim legati, & fideicommiſsi. *Gratian.diſcept.116.à num.43.ad 52.Cancer.var.reſol.p.1.cap.9.num.53.54.Mantic.d.tit.20.num.22. Fontanel.d.clauſ.14.gloſ.vnic.p.2.num.26.& ſeqq. Hodiern. ad Surd.dec.65.num.13.cum ſeqq.& ad dec.250. num.4.& infrà ipſe Surd.d.dec.285.Pigant.ad d.Rub.108. ſub num.17.verſ.vndè tantùm Boſs.de dote d.cap.10. numer.89. & ſeqq.vbi plenè Rot.cor.Eminentiſs.Seraphin.d.d. dec.471.& 487.*

Licet nulla certa quantitas in teſtamento fuerit per maritum expreſſa; cum non indè promanet talis incertitudo, quæ inſpectis qualitate perſonarum, quantitate patrimonij, & alijs circumſtantijs certificari nequeat; vt poſt *Menoch. conſil.81. & conſil.293.ſtrenuè tuetur Boſs.de dote in ſæpè alleg. capit.10. numer.101. 102. vbi vide.*

Obſeruato tamen, quod decedente vxore ante maritum, qui dictam confeſsionem teſtamentariam emiſit, legatum, in cuius vim ipſa confeſsio ſuſtinetur, efficitur caducum, nec hæredes vxoris illud conſequi poſſunt. *Bald.conſil.262.vol.3.Surd.conſ.169. num.10. Boſs. de dote d.c.10.num.100.*

Omnia prædicta circa ſubſiſtentiam confeſsionis de dote per maritum emiſſæ, inſpecto iure communi procedunt; & ſignanter, ſi in hoc præſenti caſu concurreret aliqua ex alijs fortioribus præſumptionibus per me reaſſumptis in *legal. collect.5. num.27. & ſeqq. vbi DD. & S. Rot. deciſ. hanc materiam apprimè enucleantes fideliter cumulaui; ſicuti & in vnum congeſſit noniſs. & doctiſs. P. Boſs. de dote capit.10. numero 123. cum multis ſeqq.*

9 Ac maximè, ſi appareret, patrem D. Lauræ alias dotauiſſe filias, nam tunc fortius, & ipſam dotaſſe eſſet cenſendum, ob æqualitatem inter liberos ſeruandam. *Natta conſ.581. numer.13. verſic. accedit alia. Decian. conſil.49.num.12.lib.2.Rot.in rec.deciſ.345.num.15.p.4. tom.2.*

Sed verius exiſtimo ipſammet concluſionem, habere
10 etiam locum, attenta diſpoſitione *Stat.Ferr.lib.2. Rub.* 108. Vbi ſancitur, quod *Confeſsio facta per virum, vel eius procuratorem de dote recepta ab vxore, vel alio eius nomine in pecunia, aut in rebus mobilibus, vel immobilibus æſtimatis, vel inæſtimatis ante matrimonium, vel tempore matrimonij, vel poſt matrimonium contractum cum expreſſa bonorum obligatione in inſtrumento contenta, valeat & efficax ſit.*

Etenim in hac facti ſpecie concurrunt omnes qualitates Statutariæ.

Confeſsionem prædictam, nempè, eſſe factam inſtrumento.

Atquè expreſsam bonorum obligationem interueniſſe.

11 Nam quo ad primam, teſtamentum, in quo fuit emiſſa dicta confeſsio, vt potè continens omnia neceſsaria requiſita, & ſeù receptum à Notario publico, præſefert vires publici inſtrumenti. *l.2.ff.quemadm.teſtam. aper. l. Paulus reſpondit.ff.ad l.Corn.de falſis.l.fin.C.eod.l. ſi idem C.de codicil.Caranit.in pragm.1.§.8. numer.21. de Senat. conſult.maced.Marin.quotid.reſ.lib.2.c.230. numer.3. & pleniſsimè demonſtratur ab Altograd. conſil.50. volum.1. & à Rubeo in practic. reſol. circa teſtamen. cap.38.39.*

Quoad ſecundam, deducitur expreſsa hypotheca à verbis eiuſdem teſtatoris confitentis recepiſſe dotem D. Lauræ eius vxoris, & mandantis illam reſtitui de, &
12 ſuper ſuis proprijs bonis; per verbum enim *ſuper* hypotheca, & expreſſa obligatio fuit contracta. *Oſaſch. dec.51.num.1.Gratian.diſcept.256.nu.52. 53. & diſcept. 683.num.1.Honded.conſil.85.numer.3. vol.2.Surd.conſil. 162.num.10.Cyriac.contr.214.num.3. latè Barboſ. de dictiōn. vſufrequen. diction.394. num.2. & ſeqq. Merlin. de pign.& hypoth.lib.1.tit.2.quæſt.14.num.3.Piſtor. obſ.29. Valaſch.de iure emphyteot.quæſt.32.num.17. Caldaſ. eod. tract.c.3.num.19.et cap.4.num.20.30.lib.4.Mantic.de tacit.lib.11.tit.3.num.9.Scapuccin. de Salu. lib.1. quæſt.14. ſub num.4.Amod.de laudem.quæſt.45. num.15. Bottiller. de ſucceſs.ab inteſt.theor.23.num.14. Gait. de credit. c.4. quæſt.6.num.281.Barbat.de aſsiſten.gloſ.12.n.29.Salgad. in Labyrint.credit.par.1.cap.10.n.35. pleniſsimè videndus Andreol.contr.354.num.1.& per tot.p.5.Rot. in diu. dec. 44.ante n.1.dec.259.260.p.1.*

Et ſi namquè non fuerit adhibita ſolita clauſula ex-
13 preſsæ obligationis bonorum, & hypothecæ, ſufficit adhuc, quod ex æquipollentibus illa deducatur, vt in puncto *d.Stat.* animaduertit *Pigant.ad d.Rub.108.ſub n.7. verſic. obligatio autem atque generaliter docuit Rota in Mediolanen.bonor.31.Maij 1649.coram Cardin. Corrado, quæ eſt impreſſa poſt Salgad.in Labyrint. creditor. dec.55. & tradidi in legal.collect.1. n.5. & ſeqq.*

14 Quare, vel modò non eſt curandum dè dicto *Pigantij ad d.Rub.108.numer.18.* Aſſerentis Statutum præfatum ad confeſsionem in teſtamento factam non porrigi, neque verba illius poſſe verificari in huiuſmodi confeſsione: vel idem dictum eſt declarandum, vt procedat circumſcripta expreſsa hypotheca in teſtamento

recepto

Digitized by Google

recepto cum debitis requiſitis in forma publici inſtrumenti, ſecus eadem hypotheca interueniente, vt in iſto caſu.

Ex prædictis omnibus idcircò eruitur non minus conſtans, quam vera concluſio liquere ad ſaturitatem de conſtitutione dotis D. Lauræ: ac ex inferius dicendis conſtabit quoquè de eiuſdemmet dotis quantitate, circa quam difficultatis nodus perpenditur.

15 Pro qua re aſſequenda cenſeo præmittendum, quod conſtito de facto, ſeù de ſubſtantia actus, licet de quantitate non appareat; nihilominus iſta ex inditijs, coniecturis, & leuioribus probationibus de facili liquidari, & probari poteſt. *c. per tuas de probat. l. ſolent. ff. de alimen. & cibar. leg. Bart. in l. admonendi col. 9. ff. de iureiur. Iaſ. in l. 1. not. 2. C. de teſtam. Aretin. conſil. 51. col. 1. Rimin. conſ. 254. num. 1. Cephal. conſ. 177. num. 24. & conſ. 297. num. 10. Surd. conſ. 94. num. 28. & conſil. 168. numer. 7. Peregr. dec. 34. num. 8. Rot. coram Greg. dec. 468. num. 10. & cor. Merlin. dec. 40. num. 9. tom. 1. & in Bonon. pecun. 19. Ian. 1646. §. tandem coram Bichio, & in ead. 10. Ian. 1650. §. admiſſa verò coram Eminentiſs. Otthobono nunc in eius impreſs. deciſ. 200. numer. 32. dixi infrà collučt. legal. 30. numer. 1.*

Cuius aſſertionis generalitate fretus non verebor conſequens ad rem noſtram eruere, quod ideò in hoc
16 caſu probata ſubſtantia, hoc eſt conſtitutione dotis, facillimè præſumptiuis, & coniecturalibus probationibus quantitas illius liquidabitur; ſicuti etiam indiuidualiter argumentati ſunt. *Surd. d. conſ. 94. ſub n. 25. verſ. nam hæc eſt, & n. n. ſeqq. Peregr. d. dec. 34. n. 8. 9.*

Generalioribus reiectis, vel quia ipſa apud præcitatos D. D. habere poſſunt; vel quia ex ſuperius traditis hauriri licet: propinquiora huic rei, & magis vrgentia exaranda ſtudebo.

Firmiter igitur pono, quantitatem dotis D. Lauræ fuiſſe de ſumma ſcutor. bis mille quinque centum.

Quod deducitur, ac probatur.

17 Quoniam præfata quantitas ſcutor. 2500. fuit relicta eidem D. Lauræ ab illius patre in teſtamento ex cauſa dotis; vndè, cum poſtmodum ipſa nupſerit D. Rondono præſumitur illi, ſeù ſuo viro, & marito quantitatem legatam dediſse in dotem; ſecundùm concluſionem firmatam à *Ruin. conſ. 224. num. 5. & ſeqq. lib. 1. Socin. iun. conſ. 8. num. 2. 13. lib. 2. Phanuc. de lucro dotis gloſ. 10. ſub ſub num. 45. verſic. alio etiam in caſu. Monteren. ad Stat. Bonon. lib. 4. Rub. de dote reſtic. §. præterea in ver. omnia bona circa fin. & in verſ. non aliter. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſ. 6. num. 89. & ſeqq. vbi diluit aduerſantium fundamenta, & ſub n. 94. ad fin. dicit*, hanc eſse veriorem opinionem, & ab ea non eſſe recedendum. *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib. 12. tit. 14. num. 6. tom. 1. nouiſſimè Boſs. de dote cap. 8. num. 101. vbi pulchrè de more; quos ſequitur S. Rot. Rom. in Bononien. dotis. 4. Iulij 1642. §. minus obſtat. verſ. inter coniecturas cor. Dunozet. impreſs. poſt Merlin. de pign. & hypoth. dec. 62. ſub num. 5. & num.*
18 *6.* Quibus in locis traditur, quod quando mulieri relicta fuiſsent à patre, vel alio teſtatore aliqua bona, aut certa pecuniarum quantitas, ex cauſa, & nomine dotis, ſi ipſa deindè nubat, præſumitur, quod viro ſuo dederit pro dote legatum prædictum ſibi factum, tanquam ad dotem deſtinatum; & ita etiam docet *Poſt. reſol. 152. n. 50. 55. 58. & ſub num. 59. ac alibi: quinmò in fine aſſerit dictam Rot. deciſionem in Bonon. dot. emanaſſe in cauſa eadem, quam ibidem ipſe reſoluit.*

Hocquè tanto fortiùs eſt dicendum, attenta qualitate D. Rondoni viri tanta dote digni, & dictam ſummam ſanè promerentis: ex indè etenim elicitur, quod
19 eidem fuerit data dos in præfata quantitate, concurrentibus pro illa facultatibus, & poſsibilitate vxoris. *ad l. quaro, & l. cum poſt. §. gener. ff. de iur. dot. Rota in Roman. dot. 26. Nouembr. 1650. §. hincquè apparet, coram Eminentiſs. Corrado dec. 23. numer. 8. poſt Salgad. in Labyrint. creditor.*

20 Et hic conuenit, quod licet non præſumatur mulierem nubentem nulla conſtituta dote, dediſſe omnia bona ſua marito in dotem *ex Bald. in l. ſi ante. ff. ſolut. matr. Alex. in l. pen. §. vxor. ff. eod. & conſ. 194. vol. 2. Roman. conſ. 44. Com. conſ. 282. vol. 1. Ruin. conſ. 224. num. 2. vol. 1. Bero. conſ. 40. num. 43. lib. 1. Marzar. conſ. 37. num. 94. & num. 105. Surd. conſ. 94. numer. 3. lib. 1. Nouel. de dot. p. 6. priu. 14. Campeg. eod. tract. quæſt. 12. et quæſt. 30. p. 1. Phanuc. de lucro dot. gloſ. 10. num. 36. Roland. eod. tract. quæſt. 71. num. 2. Couarr. de ſponſ. p. 1. c. 5. num. 5. Menoch. de præſump. lib. 3. præſ. 6. num. 54. & ſeqq. vbi latè. Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 3. num. 22. Sanchez de matrim. lib. 1. diſp. 59. num. 3. & diſp. 60. n. 1. Gratian. diſcept. 143. num. 28. tom. 1. Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 7. num. 26. et ſeqq. et clauſ. 6. gloſ. 3. p. 7. num. 77. tom. 2. Poſt. reſol. 32. num. 37. Cyriac. contr. 29. num. 14. tom. 1. Faber. in C. lib. 5. tit. de iure dot. defin. 18. nouiſſimè Boſs. de dote. c. 8. num. 87. Rota in diu. dec. 588. num. 1. p. 1. et in d. Bonon. dotis. 4 Iul. 1642. §. minus obſtat cor. Dunozet d. dec. 62. n. 4. poſt Merlin. de pign. et hypoth.*

21 Attamen iſta concluſio, quæ eſt communiter recepta inter alias, illam admittit fallentiam, & limitationem, quando ſumus in viro, & marito, qui ſit dignus omnibus ſuæ vxoris facultatibus, & bonis; nam tunc è contrario præſumitur, mulierem nubentem dediſse illi in dotem omnia bona ſua. *Bal. in l. nulla num. 3. verſic. ſi autem. C. de iure dot. Bart. in l. ſi conſtante. num. 78. ff. ſolut. matrim. Curt. iun. in auth. præterea num. 13. verſ. quarto limit. Cod. vnde vir, et vxor. Calcan. conſ. 11. numer. 4. Alex. conſil. 122. numero 5. volum. 7. Dec. conſil. 521. num. 8. Decian. conſ. 12. num. 13. lib. 2. Bero. conſ. 39. num. 3. lib. 1. Marzar. d. conſ. 37. ſub num. 105. verſ. et tanto magis. Surd. d. conſ. 94. n. 29. et ſeqq. Cardin. Mantic. de tacit. et ambig. tit. 10. num. 27. 28. lib. 12. et d. tit. 14. n. 4. 5. Cyriac. d. contr. 29. n. 26. et num. 49. Caluin. de æquit. lib. 1. c. 86. à num. 2. Mel. alleg. 41. num. 7. lib. 2. Rota in Veneta. donation. 9. Iun. 1617. cor. Buratto. in eius impreſs. dec. 254. n. 9. tom. 1.*

Quicquid contrarium firment *Roland. de lucr. dot. q. 71. num. 10. et q. 74. num. 9. Phanuc. eod. tract. gloſ. 10. nu. 37. 39. Molin. de ritu nupt. lib. 3. q. 46. numer. 22. Ludouic. dec. Peruſ. 99. num. 8. Nouel. de dote p. 6. priu. 14. num. 3. verſ. tertius; et cum eis nuperrimè vir inſignis. P. Boſs. de dote d. c. 8. n. 90.*

Additur pro confirmatione prædictorum, diſpoſitionem tum legis; intentionem tum teſtatoris concurrere ad effectum, vt abſque vlla dubitatione affirmandum veniat, dotem D. Lauræ continere dictam quantitatem ſcut. 2500. eamque fuiſse D. Rondono eius viro traditam.

Diſpoſitio legis ſuadetur quoad primum aſsertionis membrum, dotem prædictam nempè, continere ſummam ſcut. 2500. ex eo, quia inſtrumentum teſtamenti, in quo legatur pro dote dicta quantitas D. Lauræ, eſt in
22 forma publica, & probanti adeovt ſuper illa non cadat vlla dubitatio, vt potè caſus inſtrumenti. *ad Becc. conſil. 74. num. 19. Surd. conſil. 134. num. 3. Argel. de acquir. poſſeſs. qu. 8. num. 180. Rub. in pract. concl. d. c. 38. num. 120. Rot. in Roman. reſtit. dot. 10. Ian. 1650. §. non enim verſic. ita vt de eodem cor. Cardin. Otthobon. nunc in eius impreſs. dec. 199. num. 3.* Et vindicent ſibi locum ea omnia, quæ
23 de vi inſtrumenti pro inducenda probatione contentorum in ipſo, traduntur vbiquè *D. D. de quibus dixi in legal. collučt. 1. num. 2. et num. 33. et collučt. 4. num. 10. et collučt. 5. n. 6.*

24 Et

24 Et magis in ſpetie de inſtrumento teſtamenti plura
ſcripſerunt Rubeus. reſol. pract. circa teſtam. d. c. 38. d
numer.105. cum multis ſequentib. Altograd.d.conſil.50.
lib.1.

Aliud aſsertionis membrum, dotem ſcilicet, in dicta
quantitate, fuiſse D. Rondono traditam, diſpoſitione
pariter legis comprobatur.

25 Nam cum dos regulariter matrimonio deſtinetur
ac propter onera illius ordinetur. l.ſi is.ff. de iure dot. D.
D. in Rubr. ff. ſolut. matrimonio. Pinauc. de lucr.dot.in
prin. n.5. Surd.conſ.131.n.14. & de aliment.tit.1. q.33.n.
7.8. & tit.7.q.17. nu.1. Gratian. diſcep.243. n.25. Ceuall.
comm. contra comm.q.73.n.1. Molin.de ritu nupt. lib.3. q.
41. Fontanell.de pact.nupt. clauſ.6. gloſ.2. p.2. Mantic. de
tacit.lib.12.tit.3.num.3. & tit.8.numer.18. cum alijs apud
Boſs.de dote cap.1. num.92. & cap.20. ſub numer.26.44.
Rota coram Mantica.dec.321.num.2. & in rec.deciſ.126.
ſub num.1.verſ.præſertim quod par.3. repetita poſt Zacch.
de oblig.Camer.dec.10.num.5. & coram Merlin.deciſ.517.
n.17.tom.1.

26 Itàvt dos verè, & propriè dicatur, quando contra-
ctum fuit matrimonium. l.fin.C.de donat.ante nupt. Surd.
d.conſ.131.n.14. Poſt.reſol.46.n.96. nouiſſimè Boſs.de dote
c.2.§.2.n.123.

27 Sequitur, quod ſecuto matrimonio dos ſtatim dica-
tur conſtituta marito à lege, ac in ipſum conuerſa dica-
tur. l.Titio centum.§.Titio genero.ff. de condit. & demon-
ſtr. quem textum in puncto expendit pulchrè Catus inter
conſil. Marzar.d.conſ.37.n.99.

Et conſequenter D. Rondono conſtitutam fuiſſe do-
tem, vt ſupra D. Lauræ eius vxori legatam, quia lega-
tum præfatum ſecum affert eiuſdem dotis in ſumma
28 antedicta conſtitutionem, adeovt etiam mulier, cui ſit
legata dos dicatur dotata. Bart. in d.§.Titio genero. Cat.
d.conſ.37.num.99. & num.108. vbi de communi. Brun. in
tract.excluſ.fœmin.art.6.n.193.213. & ſeqq. & art.11. n.
39. Natta eod.tract. qu.2. princ. vbi latè. Campeg. pariter
in tract.eiuſd.nomin.q.10.n.58.

Quod ſine dubio procedit, quando agitur de legato
facto per patrem filiæ innuptæ, vt modò; tunc enim non
expreſſo etiam nomine dotis, legatum præſumitur fa-
ctum pro dote. l. ſi cum dotem. §. ſi pater.ff.ſolut.matr.
Surd.conſ.112.n.1.2. & dec.244.num.2. Roland. conſ.22.
lib.4. Menoch.præſ.109.n.16.24.lib.4. Præt.de interpr.vl-
tim.volunt.lib.4.dub.12.n.13. Boſs. de dote. c.3. ſub n.44.
Rot.in rec.dec.145.n.17.p.6.

Intentio teſtatoris ſimiliter concurrit ad prædicta;
quod enim voluerit D. Lauræ eius filiæ conſtituere do-
tem in ſumma antedicta ſcut.2500. clariſſima ſunt te-
29 ſtamentariæ diſpoſitionis verba in legato dotis appo-
ſita; & nullum profectò maius veritatis, teſtantiumque
mentis teſtimonium eſt, quam verba ipſa. Bal. in l.1.in
princ.C.de non numer.pecun. Pontirol.in reſponſ.pro Mam-
bel.q.2.princ.art.8.n.437. Rota cor.Greg.dec.301. num.5.
30 à quibus verbis nullo modo eſt recedendum. l. non alı-
ter.ff.de leg.3. Gratian.diſcept.105.num.2.tom.1. Poſt. re-
ſol.129.num.23. Rota cor.Coccin.dec.203.num.1. ſed tan-
31 quam præſeferentia expreſsam teſtantis voluntatem
ſunt omninò ſeruanda. l.quoties.§.ſi duo.ff.de hæred. inſt.
l.cogi.ff.ad S.C. Trebell. l.cum quæſtio. C. de legat. l. cum
de lanionis.§.aſinam.ff.de fund.inſtr. l.1.ff.de conſt.pecun. l.
in conditionibus.ff.de conditionibus, & demonſtr. cum alijs
per Rot.cor.Cardin.Otthobon.dec.162.num.5. & dec.254.
32 num.1.15. Et eſt certum, quod intentio talis præſumi-
tur, qualem verborum proprietas demonſtrat. Gratian.
33 d.diſcept.105.num.3. Poſt.d. reſ.129. num.4. Et verba
non aliò tendunt, niſi, vt mentem dicentis exprimant.
l.labeo.ff.de ſuppel.leg. Tiraq.in l. ſi vnquam verb. liberis.
num.17. & ſeq.C.de reuoc.donat. Pontirol.in d.reſponſ. pro
Mambel.ſub d.num.437. Rot.coram Greg.d.dec.301.ſub n.
34 5. Et multa alia de verbis teſtatorum in vltimis elogijs
appoſita, & ſcripta tradidit Eminentiſs. Cardin. Mantic.
de coniect.vlt.volunt.lib.3.tit.4.per tot.

Quod etiam teſtatoris intentio fuerit, vt ipſamet dos
traderetur viro, & marito dictæ D. Lauræ eius filiæ,
colligitur.

Tum, quia legatum præfatum ad hoc deſtinauit, dum
pro cauſa dotis illud fecit, & in hanc ſolam cauſam de-
35 beri iuſsit, & dos ſine matrimonio eſſe non poſsit. l.1.
§.1.ff.de iur.dot. l.3.C.eod. Fagnan.in c.quanto num.19.de
translat.Epiſcop. Surd.conſ.131.n.14. Poſt.reſol.46.n.96.
Ferentil.ad Buratt.dec.844.n.18.

36 Tum, quia legauit dictam quantitatem ſcut.2500. D.
Lauræ, cum in matrimonio collocabitur, ex quo datur
intelligi, dotem illam fuiſſe marito conſtitutam: vt in
indiuiduo argumentatur Catus inter conſil. Marzar. d.
conſ.37.ſub n.102.verſ. & huic rationi, ac inſeruit Poſt. d.
reſol.152.ſub n.49.verſ.ſed etiam.

37 Et filia cenſetur voluiſſe exequi voluntatem patris
legantis, vt ſuprà, in cauſam dotis. Menoch. in punct. de
præſumpt.lib.3.d.præſ.6.in fin.verſ. & accedit. Boſs.de dote
c.8 n.101.ad fin.

38 Maximè, cum natura dotis retineat tacitam condi-
tionem ſi nuptiæ ſequantur, & earundem diem nuptia-
rum recipiat. l.3.ff.de iure dot. Menoch.de arbitr.caſ.149.
num.33. Mangil.de imput.quæſt.16.num.29.42. Merlin.de
legit.lib.3.tit.1.quæſt.8.num.7. Altograd. conſil.17.num.
16.lib.2. Rot.coram Pegn.dec.656.num.13.tom.1.ex typo
Lugdun.

Quod dictum velim accipias pro corroboratione
eorum duntaxat, quæ nunc firmamus, cum alias non
vulgaria inſurgerent dubia, ob examinationem, quam
aggredi deberemus de illo iuris articulo, an, & quando
legatum dotis, ſit purum, vel conditionale, & tranſmiſ-
ſibile ad hæredes, de quo præ alijs videndi erunt. Tiraq.
de iur.primogen.quæſt.56. Caſtil.de coniect.vlt.volunt.cap.
55.num.54. Craſs.§.legatum q.48. Theſ.q. q. forenſ. lib.1.
q.43. Surd. de aliment. tit.3. q.1. Menoch.præſ.146.lib.4.
Mangil.de imput.q.57. Merlin.de legit.lib.3.tit.1.quæſt.8.
Marth.de ſucceſs.legal.p.1.q.18.art.2. Noal.de tranſmiſ.
caſ.17. Galganet.de condit. & demonſtr.p.2.cap.6.quæſt.1.
Pigant.ad Stat.Ferr.lib.2.Rub.140.num.23.et numer.28.
cum ſeqq.tom.2. nouiſſimè Boſs.de dote cap.7.à num.84.ad
99.vbi pulcherrimè materia enucleatur. Rot.cor.Greg.dec.
346.vbi Adden.

Prædictis hactenus exaratis adnectere poſſumus plu-
rimas veriſimilitudines, & coniecturas, quibus tota hæc
noſtra concluſio firmatur.

Et primo, retenta parte mulieris; quod ingenitum, &
39 valdè cupidum eſt ſexui muliebri, maritum habere pro
multorum generatione filiorum, ſicuti ad hoc natura
mulieres progenuit. l.2.verſ.cum enim.C.de indic.viduit.
tollen. c.fin.de frigid. & malef. Viu.dec.289.numer.50. Cy-
riac.contr.29.n.27.28.tom.1. Sed iſtud non obtineretur,
40 quoties ſine dote mulier eſſet, nam ſine illa, maritus, &
vir minimè inuenitur, vel ſaltem difficillimè. Pedroch.
conſil.35.num.80. Cyriac.d. contr.29. num.27. Altograd.
34.ſub num.50.verſic. & per conſequens lib.1. Rota in rec.
dec.345. numer.12. par.4. tom.2. Etiam ſi mulier fuerit
iuuenis, & dos exigua, nam & iuuentutis merito detra-
hitur ab exiguitate dotis. Surd.conſ.164.n.36.in fin. Rot.
in Piſaur.Iocal.22.Iun.1648. §. ſecunda vero verſic. nam
exiguitas cor. Arguelles.

Secundo; quod mulieris ſummè intereſt habere
dotes, etenim, ſi poſset dari, quod indotata virum con-
ſequeretur, certè ab ipſomet viro temporis tractu con-
temneretur, & malè tractaretur. l.fin. C. ad Vell. Rimin.
iun.conſil.514.n.2. Surd.de alim.tit.7.q.6.num.6. Cyriac.d.
contr.

cont.29.n.29.Poſt.d.reſol.152.num.68.Rota Bonon.diuerſ. dec.50.n.10.

42 Tertio,quod licet maritus, qui ſuſcepit vxorem ſine dote,eam teneatur alere,quia ſibi imputare debet,cum matrimonium contraxerit taliter abſquè dote. l.ſi eum dotem.§.ſi autem in ſæuiſſimo.ff. ſolut. matrim. Socin. ſen. conſil.64.num.1.& ſeqq.Surd.de alim.tit.1.q.32.num.11. & tit.7.quæſt.32.num.11.& tit.7.quæſt.7.num.6. Leoncil.de pauper.priuil.239.vbi latè.Rota in rec.dec.24.num. 12.p.7.& in Roman.alimentor.2.May.1650.§.1.& ſeq. cor.Cardin.Ottbobon.nunc in eius impreſs.dec.213.numer. 3.7.

Attamen promptius eſt credendum,mulierem,data ipſius poſsibilitate,dotem dediſſe; ne alias ſibi à viro
43 denegarentur alimenta, cum hæc poſsit maritus denegare,quoties mulier habet bona,ex quibus dos, poſsit conſtitui,& eandem dotem,ſibi minimè conſtituat. Iaſon.in l.ſi donatarius.§.1.col.2.ff.de condit.ob cauſ.Lup. in c. per veſtras de donat. inter vir. & vxor. Silueſter. inter conſil.Marzar.conſ.38.numer.62. Fontanel. de pact. nupt. clauſ.5.gloſ.7.n.31.32.Saneb.de matrim.lib.9.diſp.5.n.9. Boſs.poſt hæc ſcripta editus, de dote c.8.n.82.& ſeqq.vbi vide.

Et ad effugiendam coactionem, & expulſionem,
44 quam eſſet paſſura inſtante viro;poteſt enim vir cogere vxorem ad ſe dotandam,ſi non vult expelli quatenus ſit diues. Bal.in l.fin.C.de ſenten .quę ſine cert. quan. & in c.iurauit.Surd.de aliment.tit.1.q.32.12.& ſeqq. & tit.7. q.6.n.9.Altograd.d.conſ.54.nu.51. lib.1. Andreol. contr. 296.n.5.

Dummodò,quando vir duxit vxorem fecerit, provt nunc feciſſe ſupponitur,mentionem dotis; nam ea non facta,& ducta vxore abſque dote, nequit maritus cogere eam ad dotem ſibi conſtituendam. Barboſ. in l.1.p. 3.num.49.ff.ſolut.matrim.Mantic.de tacit.lib.12.tit.13.et tit.17.num.45.Merend.contr.iur. lib.2.c.47. Andreol. d. contr.296.num.6.Gratian. diſcept.367.num.14. Menoch. præſ.6.num.19.21.& infrà lib.3. Molin. de rit. nupt. lib.1. compar.23.n.11.Fontanel.de pact.nupt.clauſ.5.gloſ.7. nu. 25.& ſeqq.tom.2.Faber.in C.lib.5.tit.9.defin.3. Ludouic. dec.Peruſ.99.num.8.cum ſeqq.p.2. nouiſsimè omninò videndus.P.Boſi.de dote d.cap.8.à numer.78.ad 85. vbi pleniſsimè materia examinatur.

Si igitur ex prædictis reſpectu mulieris venit dicendum,ipſam dediſſe veriſimiliter ſuo viro dotem; certè in iſto caſu erit concedendum,dotem datam à D. Laura fuiſſe in dicta ſumma ſcut.2500.cum,vt ſuperius fuit
45 oſtenſum talis eſſet eadem dos, vltrà quam regulariter mulier nihil habet. l.3.§.vtrum.ff.de minor. Fachin. conſ. 95.num.10.lib.2.Franch.dec.489.num.28.in fin.p.3.Honded.conſ.16.num.18.lib.2. Gratian. diſcept.556. num.12. Poſt.reſ.106.num.73.Rot.in rec.231.num.2.p.6.& coram Gregor.dec.398.num.5.& cor.Merlin. dec.673. n.3. tom. 2.& dec.77.num.16. poſt Merlin. de pignoribus, & hypoth.

Reſpectu etiam D. Rondoni viri concurrunt præſumptiones, & coniecturæ, quibus omnia præfata ſuadentur.

46 Primo,quod non eſt honeſtum,ſed dedecus accipere vxorem ſine dote. Curt.ſen.conſ.54.n.10.Cyriac. d. contr. 29.n.30.

47 Secundo, quod non eſt æquum, maritum habere vxorem indotatam. Aldobrandin.conſ.21. nu. 27. lib.2. Cyriac. alleg. contr.29. ſub n.30.

48 Tertio,quod hodiernis temporibus mariti ſunt ſolliciti in perquirenda dote mulierum, antequam cum ipſis matrimonium contrahant; vt experientia ſatis ſuper docet.

49 Quarto, quod, cum non poſsint onera matrimonij ſupportari ſine maxima impenſa, ſi quis vxorem duceret ſine dote,videretur iactare ſuum, quod non præſumitur. l.cum de debito.ff.de probat. ità arguunt in puncto Curt.iun.conſ.168.ſub n.7.Surd.conſ.94.ſub num.22.verſ. confirmatur hæc coniectura.lib.1.nouiſsimè Boſſ.de dote.c. 9.§.13.n.141.ad finem.

Propterea,cum demonſtraretur ab iſtis præſumptionibus, maximè accedentibus alijs ſuperius recenſitis, D. Rondonum habuiſse dotem vtiquè negari non poterit, hanc dotem fuiſse in dictà ſumma ſcut. 2500. e-
50 tenim,ſi ſingulæ in ſe ipſis coniecturæ ſuprà traditæ ad hoc non ſufficiunt, coniunctæ inſimul ſatis iuuare debent. l.ſpadonem.§.qui iura.ff.de excuſat.tut.l. inſtrumenta.C.de probat. Anton.Gabr.de probat. concl.1. n.1. Surd. conſ.245. n.31. Antonin. reſol.55. num.16. lib.1. Barboſ. axiom. 209.n.1. Rot. in rec.dec.774.n.7.p.2. & dec.134. n.3.& dec.504.ſub n.7.p.3.

Et in his terminis. Rota cor. Pegna. dec.277. ſub n.7. verſ. ex his enim omnibus ſimul iunctis in impreſſ. Venet. alias dec.359. ſub n.6. tom.1. ex typo Lugdunen. repetita apud Mancin. de confeſſ.cap.8.num.20.

Idcircò poſita per ſuperiora non minus dotis conſtitutione D.Lauræ erga D.Rondonum eius virum,quam eiuſdem dotis certa quantitate.

51 Succedit, quod ſi ſolutio illius ex negligentia mariti in exigendo, haud fuiſset ſequuta, non per hoc illatum fuiſset præiuditium vxori,& habentibus ab ea cauſam,quin agere poſsint ad ipſius dotis reſtitutionem in euentu caſus reſtituendæ dotis, etiam contra hæredes eiuſdemmet viri. l.ob reſ.ff.de pact.dotal.l.ſi extraneus. ff. de iur.dot.Cyriac. contr.110. nu.5. Fontanel.de pact.nupt. gloſ.1.clauſ.6.p.2.n.64.& n.77.tom.2.Poſt.reſ.152.n.45. & eſt videndus Boſſ.de dote. c.19. §.2.n.56. & ſeqq. Rot. in rec.dec.114.num.16.p.6. & poſt Merlin. de pign. & hypoth.dec.63.num.7.et poſt Zacch.de oblig.Camer.dec.203. num.6. ſunt in Ciuit. Vetul.27. Febr.1643. §. non obſtat; quod reſtitutioni verſ. quia negligentia viri. cor. Cerro, & Ariminen.dot.4.Maij.1646.§.1.in fin.coram Veroſp. et in Roman. dot.31. Ianuar.1652. §. alioquin ſi vxor. coram Bichio impreſs.poſt Salgad.in Labyrint. credit. decij.3. numer.16.

Quod ſi obijceretur huic concluſioni, non poſſe argui negligentiam viri in exigendo dotem conſiſtentem in legato quantitatis ex defectu ceſsionis ſibi ab vxore
52 factæ; quam ceſsionem marito fore neceſſariam ad finem exigendi legatum dotis prædictæ,iuxtà tex. in l.2. C.de action. et oblig.tradidit Bal.in cap.1.ad fin. an marit. ſucc.in beneſ.et cum eo Catus inter conſ. Marzar. d. conſil. 37.ſub n.97.verſ.vlterius,et vltimo.

53 Vel ex eo, quia ſeù legatum quantitatis connumeratur inter debitorum nomina, quæ non traduntur, ſed ceduntur, itavt ſine ceſsione non poſsint dici in dotem conſtituta. Bal.in d.c.1. Alex.conſ.122.n.6.lib.7. Catus in d.conſ.37.num.112.Silueſter.inter ead.conſ.Marzar.conſ. 38.num.32.Curt.ſen.conſ.78.in fin.in addit.Roland.de lucr.dot.q.81.n.4.et ſeqq.Menoch.conſ.914.poſt nu.15.verſ. reſpondetur primo.Rot.in d.dec.62.n.7.poſt Merlin. de pign.et hypoth.

54 Vel ex eo, quia, cum pro eodem legato quantitatis exigendo competat actio perſonalis. DD. in l. 1. ad fin. ff.de leg.1.Catus d.conſ.37.ſub num.94.verſ.et pro augenda.Merlin.de pign.et hypoth.lib.3.quæſt.14.num.13. verſ.
55 cum pro legato. Conſequens eſt, vt actio ipſa de perſona vxoris, in perſonam viri non potuerit tranſire ſine ceſsione. l.1.C.de oblig.et act.Bertaz. clauſ.27.gloſ.8. n.5. et clauſ.29.gloſ.6.num.8.Surd. dec.364. num.2. Vallaſc.de paup.priuil.p.3.q.8.num.259. Noal. de tranſmiſs. caſ.24. à num.1.Virgil.de legit.perſon.in prælud. num.158. Trentacinq.var.reſol.lib.3.tit.de ſolut.reſol.13. in prin. Cyriac. contr.

Digitized by Google

contr.120.à num.1.lib.1.Olea de ceſs.iur.& action.tit.4.in miſcel.n.1.vbi concordan.

56 Vel ex eo tandem,quia actio pro legato datur ei tantum,cuius principaliter intereſt.*l.fideicommiſſum. §. interdum de leg.3.l.3.ad fin.ff.de liber.leg.Silueſter.in d.conſil.38.num.59.* Et ſic in præſenti D. Lauræ, non autem
57 eius viro; nam legatum dotis factum filiæ concernit principaliter illius intereſſe.*l.ſeruo legato.§.ſi teſtator.de leg.1.Silueſter d.conſ.38 ſub n.30.verſ.vndè quia.Cancer.var.reſ.p.1.c.7.n.120.*

Reſponderi poſſet, ſubmouendo omnia in aduerſum deducta vnico verbo, quod cum legatum dotis factum D. Lauræ,ſeù ius exigendi illud, cenſeatur ex ſuperius plena manu congeſtis datum in dotem D. Rondono eius viro;conſequens neceſſarium affertur,ceſsionem eiuſdem legati dotis, caſu quo foret neceſsaria,
58 fuiſse factam,quoniam in iuribus incorporalibus,quale eſt dictum legatum,loco traditionis,& dationis, ſuccedit ceſsio ita reſpondent in puncto *Boſs.de dot.c.8.ſub n.101.Poſt.reſ.152.n.55.56.62.63.*

Et generaliter hæc eadem concluſio,quam nunc pro reſponſione adduximus,firmatur ab ipſomet *Poſt.in ſuo tract.de manut.obſer.55.num. 8.Gratian.diſcept.310.n.1.2.Marin.quotid.reſol.lib.2.cap.238.num 13. Thomat. dec. 29.num.25.Cenc.de cenſib.q 92.nu.9 Rot. poſt eius tract. dec.249.num.3.et dec.382.num.3.& deciſ.410 numer.2.& cor. Caualer.dec.319.num.5.et coram Buratt.dec.133.ſub num.3.& dec.347.n.1.& ibi Ferentil.litt. A, & latè agit videndus Olea de ceſs.iur.et action.tit.1.q.4.num.13.& ſeqq.*

Vlterius, ſigillatim rationibus in contrarium promotis reſpondendo poſſet dici.

59 Quod ex quo verſamur in quantitate mulieri ex cauſa dotis legata;& ſic non agitur propriè de nomine debitoris ad fauorem ſolius mulieris, ſuccedit, quod pro conſequutione eiuſdem quantitatis competierit marito quoque actio ex æquitate abſquè alia ceſsione.*l.titio d.§.titio genero. vbi gloſ. & D. D. ff. de cond. et demonſtr. Caſus.in d.conſil.37.ſub num.104. verſ. certè ad hoc ego, et infrà vbi latè,et num.105.Silueſt.d.conſ.38.num.59.60. vbi de magis commun.Poſt.d. reſ.152. numer.48. Olea de ceſs.iur.et action.tit.4.in miſcellan.ſub numer.7. verſic. an autem ſequitur Rot.in d Bonon.dot.4.Iul.1642.§. non obſtat quod actio,et §.quoniam vltrà coram Dunozet d.deciſ. 62.ſub num.2.8.9.poſt Merlin.de pign. et hypoth.*

60 Et quod vtilis actio competat marito ſine ceſsione, quando eidem datur nomen debitoris in dotem remouendo ex hoc obiectum deſumptum à natura perſonalis actionis,quinimò,& præcipuum motiuum ex aduerſo deductum,tradiderunt *Anton.Faber. lib.2. coniectur. cap.2.Odd.in l.3.quæſt.1.C.de nouat.Trentacinq.var.reſol. lib.3.tit.de ſolut.reſ.13.ſub num.8.verſ.ſecundo non procedit.Vallent.illuſtr.iur.tract.2.cap.4.nu.21.Borell.in ſumm. dec.tom.3.tit.de iur. dot.à numer.345. Giurb. ad conſuet. Meſſan.cap.13.gloſ.1.num.9.par.1.quos omnes relatos ſequitur Olea de ceſſione iur.et action.d.tit.4. in Miſcellan. n. 7.et accedunt Ruyn.conſil.53. num.27.28. lib.1. Menoch. lib.3.præſ.6.ſub num.53.verſic.verum diſſentit tom.1.Rot. in d. deciſ.62.numer.8.poſt Merlin.de pign.et hypoth.*

61 Ac tandem non eſt ſimpliciter verum id, quod vltimo loco dicebatur circa actionem pro legato, nam etiam ex legato agit,cuius non intereſt principaliter;ex notatis in *l.ſi cui legatur. §.ſi Titio vbi Aret. ff. de leg.1. Silueſter.d.conſ.38.n.61.*

62 Adeò autem ſunt vera prædicta de actione viro competente pro dote legata eius vxori, vt hæres teſtatoris ſoluens eidem viro ipſam dotem legatam,rectè ſoluat, & liberetur.*l.cum pater.ff.de iur.dot.Caſtr.in d.§.Titio genero ſub num.3.verſ.non obſtat;quod dicitur. Cancer. var. reſol.p.1.cap.9.num.120.Faber.in C.lib.5.tit.7.de iur.dot. definit.31.in fin.Rot.in d.dec.62.n.10.poſt Merlin. de pign. et hypoth.*

Atque ita, etc. Saluo, etc.

Huiuſce cauſæ exitus ignoratur, quia, cum eſſet introducēda in foro per *Excell.Franciſcum Zaratinum I.C. Comaclenſem* maritum ex ſecundis nuptijs d. D. Lauræ,
63 mors illum præuenit; & ſic erga ſe ipſum, ſeù mortuum reliquit tantum monumenta reuerentiæ obſequentis;de qua *Caſſan.in cathal.glor. mund. conſid.74. p. 1.et conſid.5.par.2.Gratian.diſcept.forenſ.c.243.num.17. tom.2.*

COLLVCTATIO XII.

ARGVMENTVM

Adulterium quomodo definiatur, probetur, & caſtigetur, ampliſſimè tractatur: de confeſſione ſpontanea, tum ad probationem, tum ad condemnationem, nonnulla, ſicuti, & de probatione corporis delicti, & de viribus inditiorum, & præſumptionum in delictis occultis, & copula carnali, cum alijs, de quibus in ſummario, digeſtè afferuntur.

SVMMARIVM.

1 *Adulterium eſt alieni thori violatio,eſt vitiatio eius, quæ alteri nupta eſt num.68.non niſi cum coniugata,et nupta committitur.num.67.probatur confeſſione adulterorum. num.3.eſt difficilis probationis num.11. probatur per coniecturas,et præſumptiones.num.12. quæ coniecturæ habentur.n.n.29.30.31.32.33.*

2 *Confeſſione non datur maior probatio; ſit res manifeſta num.74.*

4 *Confeſſio adulterorum ſufficit ad condemnandum, ſi præcedat querela partis, vel alia informatio, et hoc etiam procedit in cæteris delictis, quorum non remanent veſtigia n.46.*

5 *Confeſſio ſpontanea, et ſi vnica, ſufficit, ad condemnandum non indiget ratificatione,n.7.*

6 *Ratifitatio confeſſionis ſpontaneæ fit cautius, non neceſſario.*

8 *Confeſſio ſpontanea non ſufficit ad condemnandum, ſi ſit facta non præcedentibus legitimis inditijs. Contra num. 9.vbi quod praxis eſt talis,et n.49. et latè n.52. et ſeqq. et n.61.et ſeqq.*

10 *Copula carnalis eſt difficilis probationis probatur inditijs, præſumptionibus, et coniecturis n.13.*

14 *Inditia, et præſumptiones ſufficiunt ad condemnandum in delictis occultis, et difficilis probationis.Declara num. 15.16.*

17 *Inditia indubitata, quæ dicantur.*

18 *Inditia dubitata coniungi poſſunt ad hoc,vt reſultet vnum inditium indubitatum.*

19 *Inditia indubitata non ſufficiunt ad condemnandum in pænam ordinariam.Amplia nu.20.limita n.21.22.ſublimita n.23.rurſus declara n.24.*

25 *Fama publica formiter probata iunctis adminiculis inducit probationem plenam in ijs, quæ ſunt difficilis probationis.*

26 *Adulterium probatur, ſi cum fama concurrat præſumptio violenta.*

27 Stu-

27 *Stuprum probatur per famam, ſeù ab ea inducitur ſtupri argumentum.*
28 *Copula carnalis probatur per famam iunctis adminiculis.*
34 *Inditia iunguntur ad probandum adulterium, & copulam carnalem.*
35 *De corpore delicti conſtare debet in primis, antequam Iudex procedere poſſit. Liquidè, per plenas probationes, et concludenter n. 37. amplia n. 36. limita n. 41. ſublimita n. 42. limita rurſus n. 44.*
38 *Inditia corruunt ex defectu corporis delicti.*
39 *Corpus delicti non ſuppletur, neque probatur à reorum confeſſionibus.*
40 *Confeſſio, non conſtito de corpore delicti, non præiudicat.*
43 *Delicta difficilis probationis quænam ſint, et remiſſiuè.*
45 *Adulterij corpus delicti probatur ex inditijs, et coniecturis.*
46 *Corpus delicti conſtat ex querela partis in delictis, quorum non remanent veſtigia; et ſi ſequatur rei confeſſio, eſt locus condemnationi. Contra n. 47. ſententia auctoris n. 48. et ſeqq. et n. 61. et ſeqq.*
48 *Querela partis ſucceſſit hodiè loco accuſationis, et n. 120. auget argumentum. numer. 50. et num. 65. inducit aliquam probabilem ſuſpitionem, et facit inditium, ſaltem leuè n. 51.*
53 *Confeſſio facta, vbi non conſtat de corpore delicti eſt verificanda.*
55 *Pęnæ omnes hodiè ſunt arbitrariæ. Declara num. 56. et ſeqq.*
57 *Conſuetudo in infligendis pęnis poteſt quantum lex. Amplia vt n. 58. limita n. 59. ſublimita n. 60.*
62 *Corpns delicti in caſibus occultis, et difficilis probationis probatur ex querela partis, et ſi ſequatur confeſſio rei, quæ verificetur, eſt locus pœnæ ordinariæ.*
63 *Confeſſus ſpontè ſine inditijs poteſt condemnari in pœnam extraordinariam ſicuti, et confeſſus ſine proceſſu n. 64. multo magis præcedente querela partis n. 65. mitius punitur.*
66 *Adulterium ſi quis probare intendat, opus eſt, vt conſtet de matrimonio de ratione n. 67. 68.*
69 *Stat. Ferrar. lib. 3. c. 105. affertur.*
70 *Matrimonia hodiè non poſſunt contrahi inter Chriſtianos, niſi publicè, notoriè, et in faciem Eccleſiæ: poſſunt tamen domi celebrari, et ordinarius hoc non poteſt prohibere, licet ne domi contrahantur debeat hortari, ſed non præcipere n. 72. de ratione n. 73.*
71 *Notorium matrimonij ſufficit allegare.*
75 *Matrimonium probatur ex teſtibus deponentibus, talem eſſe vxorem talis, et ex partita formiter extracta à libro Parochi ad matrimonia deſtinato. n. 76.*
77 *Delicta ſecum afferunt pœnam, et publicè intereſt ea puniri ibidem.*
78 *Adulterij pœnæ remiſſiuè, atrocitas eſt multa, et prohibitio omnimoda n. 79.*
80 *Stat. Ferrar. lib. 3. c. 100. 101. 102. 104. affertur pro pœnis adulterij.*
81 *Adulterij pœna eſt arbitraria. Duntaxat pecuniaria n. 82. alternatiua, vel pecuniaria, vel exilij. num. 83. media, et promiſcua adhibita moderatione in pecunia, & reducto exilio ad tempus n. 84. & iſta eſt iuſta n. 95. practicata num. 123.*
85 *Statuta Vrbis fuerunt condita, ſummo Pontifice authorante, & ſpecifica eorum fuit ſubſequuta confirmatio. n. 86. dicuntur Papalia n. 87.*
88 *Statuta præſumuntur iuſta, & rationi conſona.*
89 *Papa eſt oraculum Cæli: quidquid facit, videtur ab ore Dei procedere. n. 90. impoſſibile eſt, vt mentiatur, & erret in his, quæ vti Papa deliberat. num. 91. habet auctoritatem à Deo immediatè. num. 92. ad ipſum omnes appellant. n. 96.*
93 *Bullæ, & Conſtitutiones Pontificis de per ſe, & ſtatim ac latæ ſunt dicuntur effectuatæ, & obligant, nec opus eſt aliqua acceptatione populi per non vſum tolli nequeunt, niſi interueniat ſcientia, & conſenſus Pontificis. numer. 94.*
97 *Iuſtitia vera eſt miſereri delinquentibus.*
98 *Miſericordia in puniendis delictis, eſt adhibenda.*
99 *Confeſſus ſpontè mitius punitur. Declara n. 103.*
100 *Delicta ſeueriter, & ad rigorem ſunt caſtiganda.*
101 *Adulterium eſt crimen grauiſſimum inter cætera acerbiſsimè eſt caſtigandum. n. 102.*
104 *In delictis puniendis ſeueritas ſemper cum benignitate, eſt temperanda, & n. 105. 111.*
106 *Delicta carnis quomodo punienda, & n. 110. omnes tangunt. 107. ad illa naturaliter ſumus procliuiores n. 108. qui ea comiſerint n. 109.*
112 *Adulter, et adultera non poſſunt eodem libello inſimul accuſari amplia n. 113. 114. limita n. 115. non procedit in praxi n. 116. 117. 118. 119.*
120 *Accuſatio receſſit ab aula.*
121 *Inquiſitionis remedium hodiè adhibetur de generali conſuetudine in omnibus delictis indiſtinctè, etiam in crimine adulterij. numer. 122. quod declara, vt ibidem remiſſiuè.*
124 *Illuſtriſs. et Reuerendiſs. Sigiſmundos Iſeus Caſenas Epiſcopus Comaclenſis commemoratur.*

DElictum ſicuti pœnam præcedit, cum, eo circumſcripto, iſta non cadat, ex *l. aliud fraus eſt. ff. de verb. ſignific. & l. ſancimus. Cod. de pœnis. Marſ. conſ. 128. n. 25. et in pract. crimin. §. conſtante n. 100. Dec. conſ. 256. n. 2. Rimin. iun. conſ. 327. n. 29. lib. 3. Farin. in prax. tit. de delict. et pœn. q. 17. n. 1. et q. 18. n. 6. et conſ. 11. ſub n. 32. lib. 1. Cabal. reſol. crimin. caſ. 1. n. 12. et c. 151. n. 9. Giurb. conſ. 32. n. 12. et conſ. 69. n. 4. Vermigliol. conſ. 153. n. 1. et conſ. 204. n. 3. Rot. cor. Seraph. dec. 668. n. 2. tom. 1.*

Ità agam primitus circa probationem adulterij, de quo tractatur; poſtmodumquè pœnam illi ſtatuendam examinabo.

CAPVT PRIMVM.

COnſtat, *Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Præſul*, de adulterio commiſſo per Dominicum, & Franciſcum de Villa Mezzogorij, ob copulam carnalem ab ipſis habitam cum Hippolyta vxore Ioannis; ſicque ex
1 violatione alterius thori, per quam certiſſimè adulterium perpetratur. *c. lex illa verſ. adulterium verò. 36. q. 1. & prius c. nemo 32. q. 4. Clar. in praxi. §. adulterium, ſub n. 2. Boniac. de matrim. q. 4. punct. 15. n. 1. Lancell. in pract. tit. de adult. n. 1. Menoch. conſ. 249. n. 1. lib. 3. Gregor. ſyntagm. iur. lib. 36. c. 6. n. 2. Sanchez de matrim. lib. 1. diſput. 2. n. 2. tom. 1. Farinac. in praxi tit. de delict. carn. q. 141. num. 1. 2. Bellet. diſquiſ. Cleric. p. 2. §. 6. num. 1. Anſald. de iuriſd. p. 4. tit. 3. c. 1. n. 1. 2. et n. 7. Gratian. diſcept. 35. n. 22. benè Prat. in annot. ad Paſchal. de patr. poteſt par. 1. cap. 5. §. & ne à noſtro.*

Copula prædicta, ac ſucceſſiua thori violatio comprobatur ex confeſſione, nedum prædictorum Dominici, & Franciſci, ſed & eiuſdem Hippolytæ adulteratæ,
2 qua confeſſione nulla maior datur probatio. *l. cum te. C. de tranſact. l. generaliter. C. de non numer. pecun. Surd. conſ. 60. num. 1. Mancin. de confeſs. c. 1. n. 1. 2. Farinac. in praxi q. 81. c. 1. num. 4. Poſt. qui pro omnibus alijs ſufficiat, de manut. obſ. 19. n. 11. et ſeqq. vbi pulchra circa hanc rem congerit axiomata iuris adde Vermigliol. conſ. crim. 13. num. 6. et*

*conſil.248.num.12.Baiard.ad Clar.§.fin.quæſt.65. numer.
10.Spada conſil.68.num.5.& conſ.97.n.1.lib.1. Rot. apud
eund.Poſt.in addit.de ſubhaſt. dec.179.n.48. & dec.195.
num.5.*

3 Et in indiuiduo, quod adulterium probetur ex con-
feſsione paritum, dixerunt *Farinac.de delic.carn. q.136.
n.51.& conſ.38.ſub n.6. verſ. ex qua etiam lib.1. Cyriac.
contr.355.in princ.verſ.de quo conſtat per eorum confeſſio-
nem tom.2.Spada conſ.68.num.5.& conſ.81.pari n.5. lib.
1.Leoncil.dec.84.n.8.& ſequentib.*

4 Ita vt, ſi præceſſerit querela, ſeù illius loco aliqua alia
informatio, & deindè ſequatur rei confeſſio, indubitan-
ter ſit locus condemnationi, vt in terminis *Clar.in praxi
§.fin.q.55.ſub num.11.verſ.nam aut,& ibi Add. num.19.
Farinac.in praxi tit.de inquiſit.q.2.num.23.in fin. & infrà
latius repetam.*

Quod promptius eſt exaudiendum, cum verſemur in
5 confeſsione ſpontanea, & ſine tormentis facta; quo ca-
ſu, vnicam ſufficere confeſsionem ad condemnandum,
& ſtatim ac, quod reus eſt confeſſus, debere condemna-
ri, authumat cum communi *Clar.in praxi §.fin.quæſt.65.
ſub n.2.verſ.nam ſi quidem,& ibi Add.ac Baiard.n.9.Go-
mez.var.reſ.tom.3.c.12.ſub n.3. Boſs.in pract. tit. de con-
feſs.num.2.Maſcard.de probat. lib.1. concl.353. num.34.
Chartar.de interrog.reor.lib.4.c.2.num.18.Farinac.qui in-
numeros allegat, in praxi tit.de reo confeſs.& conuic.q.81.
n.8.10.vbi teſtatur de veriori, communiori, & practicata
opinione.Caball.reſol.crim.cent.1.caſ.33.n.4.Spada d.con-
ſil.97.n.3.*

Atquè in omnem caſum, non de eſt ratificatio con-
6 feſsionis prędictæ; per quam omnis remouetur ſcrupu-
lus circa veritatem nunc recenſitæ ſententiæ, iuxtà id,
quod cautius, & ſi non neceſſarium eſſe, prodidit *Brun.
a e indic.p.2.q.6.n.22.Conrad.tit.de confeſs. crim. ſub n.4.
Monticel.reg.19.n.2.cum eis Farinac.d.q.81.n.12. Guaz-
zin.ad defenſ.reor.defenſ.30.c.35.ſub n.5. verſ.ſed non eſt
dubium.*

7 Dixi *non neceſſarium*, quoniam confeſsio ſpontaneá
de iure non indiget ratificatione; ſecundùm D. D. quos
longa ſerie adducit *Farinac.d.q.81.num.8. & in conſ.23.
ſub n.11.verſ.quæ cum ſpontanea lib.1. Ambroſin. in pro-
ceſs.informat.lib 4.c.5.n.11.& ibi Addit.in c.15.in princ.
verſ.ratificatio hæc.Guazzin.defenſ.30.d c.35.n.5.Clar. in
d.q.65.ſub n.2.verſ.& quod in tali confeſſione, & ibi Ba-
iard.n.9.Caball.d.caſ.33.n.4.* Et ſupponitur ab omnibus
in iam tradita communiori opinione.

Nequè huic firmatæ concluſioni obſtare poteſt, con-
8 feſsionem ſpontaneam non ſufficere ad condemnan-
dum, ſi ſit facta non præcedentibus legitimis inditijs, ſi-
cuti docuere quam plures conglomerati à *Farinac. d.q.
81.n.14.15.Vermigliol.conſ.305.n.8. & conſ.370.n.1.2.
Guazzin.defenſ.30.c.38.n.2.& defenſ.32.c.31.n.15.*

Etenim, omiſſa trutinatione huiuſce propoſitionis
9 ſuos contradictores habentis videndos apud *Farinac.in
alleg.q.81.n.13.ſubdentem ibi in verſ.& hac opinio*; quod
horum contradicentium opinio ſeruatur in practica;
cum viderit plures condemnatos confeſſos ſpontè,
etiam, quod non præceſſerint inditia, dummodò con-
currant alia requiſita ad validitatem confeſsionis; *&
conducit Baiard.ad d.q.65.n.4.Guazzin.d.defenſ.30.c.38.
ſub n.2.verſ.& quidem caueat reus,& d.defenſ.32.c 31.
ſub n.15.verſ.& quod confeſſio.Lancell.de attent.p.2.c.12.
ampl.14.n.13.Manem.de confeſs.c.3.art.4.n.40.*

Multa, & ea quidem vrgentiſsima ex proceſſu huiu-
ſce cauſæ reſultant inditia, & præſumptiones, quibus,
etiam circumſcriptis alijs probationibus, adulterium
diceretur probatum: vti enim delictum difficilis pro-
10 bationis, nedum quia omnis carnalis copula eſt huiuſ-
modi.*Corn.conſ.192.n.12.lib.4.Grat.conſ.50.nu.1.lib.2.
Rimin.iun.conſ.274.n.2. in fin. cum innumeris congeſtis à
Farin.de delict.carn.q.136.n.4.Rota in diu.dec.95.numer.
16.p.2.& poſt lib.1.conſil.Farinac.dec.35.n.7.in fin.& ibi
Add.litt.E, & cor.Bratt. dec.530. n.9. tom.2. & in Ro-
man.nullit.matrim.19.Iun.1651. §. copula verò Flaminij
cum Iſabella, ſicuti eſt difficilis probationis coram Eminen-
tiſs.Otthobon.nunc in eius impreſs.dec.262.n.3.& prius in
Callagurit.prætenſ.matrim.11.Febr.1647.§. in primis au-
tem, verſ.cum copula coram Meltio*: Sed quoniam in ſpe-
11 tie adulterij ità ſcripſerunt *Maſcard.de probat.concl.57.
Menoch.præſ.41.n.1.lib.5.et de arbitr.caſ.116.n.11. Ripa
teſtans de communi in tract.de noctur.temp. c.36. n.2. Fa-
rinac.in praxi.tit.de delict.& pæn.q.18.n.105.& tit.de in-
dic.& tort.q.37.n.150.& q.43.ſub n.78.& tit.de reo con-
feſs.& conuic.q.86.n.35.& in d.q.136.n.4. Rota cor. Du-
ran.dec.353.n.2 to.2.*

12 Sequitur, vt idem adulterium per coniecturas, & prę-
ſumptiones probari potuerit. *Bertaz. conſ. crim.20. vol.
1.et conſil.273.vol.2.Roland.conſil.50.ſub n.2. verſ. quod
præſumptiuè lib.1.et conſ.34.num.5. verſ. nec habet lib.2.
Gozzadin.conſ.13.ſub num.36.Menoch.d.præſ.41.num.2.
lib.5.Baiard.ad Clar.in praxi.§.adulterium num.39. & n.
112.Ripa de noctur.temp.d.c.36.num.4.vbi concordan. al-
legat.et in fin.ait,* Quod hoc non habet difficultatem. *Fa-
rinac.de inquiſ.q.2.num.23.& de delict.carn.d.q.136.nu-
mer.23.vbi multos coacernat.Anſald. de iuriſd. p.4. tit.3.
cap.1.num.147.150.at infrà.Menoch.de præſump.lib.1. q.
58.num.3.& d.præſ.41.n.2.lib.5.Spada conſil.83. num.1.
lib.1.Rot.coram Cardin.Seraphin.dec.226.num.2.par.1.et
coram Duran.d.dec.353.num.2.et in rec.dec.49. ſub nu.3.
par.4.*

13 Et eſt regulare, quod copula carnalis probatur indi-
tijs, coniecturis, & præſumptionibus. *Menoch.conſ.31.n.
18.25.lib.1.Sanchez de matrim. lib.10. diſp.12. numer.4.
Maſcard.de probat.concl.810.num.1.& ſeqq.tom.2. Fari-
nac.d.q.136.num.2.et conſil.25.num.1.lib.1.Poſſent.ſing.
126.num.2.cent.2.Rota in d.Calagur.prætenſ. matrim. d.
§.in primis autem, verſic.propterea ad illam coram Meltio,
& poſt Farinac.lib.1.conſil.dec.35.ſub num.7. verſ.& in
hac materia: vbi add.litt.E.et in diu.dec.95.num.14. p.2.
et in Roman.nullitat.matrim.10.Ian.1646.coram Arguel-
les,& in d.alia Roman.nullit.matrim.19.Iun.1651. §. co-
pula vero coram Cardin. Otthobon. in eius impreſs. d. dec.
262.n.4.*

14 Quemadmodum etiam vniuerſaliter dicitur, quod
in delictis occultis, & difficilis probationis poteſt deue-
niri ad condemnationem ex præſumptionibus, & indi-
tijs. *Bal.in l.quicumque num.23.Cod.de ſeru.fugit. Vermi-
gliol.conſ.263.num.7.Farinac.qui dat concordan.d.qu.86.
n.29.et n.32.* Vbi, quod iſta opinio eſt magis communi-
ter recepta, & verior.

15 Dummodò tamen verſemur in præſumptionibus, &
inditijs indubitatis, *Farinac.ead.q.86.num.33.* Vbi in fi-
16 ne dicit, quod iſta eſt veritas, & *n.58.* Vbi quod reſidet
in arbitrio Iudicis, vel torquere, vel condemnare ex in-
ditijs indubitatis; & repetit hanc eſſe veritatem, quam
praxis etiam amplexa eſt, *Et in conſ.23.ſub num.20.ver.
ſic.ſtantibus omnibus lib.1.*

17 Quæ inditia tunc demum dicuntur indubitata, quan-
do ſunt talia, vt poſsibile non ſit, rem aliter ſe habere vt
latè per *Farinac.de ind.& tort.q.36.n.36. & ſeqq.et d.q.
86.n.67.vbi de communi.Cabal.reſol.crim. caſ.288.n.10.
Giurb.conſil.71.n.3.Vermigliol.conſ.99.n.9.et conſ.113.n.
2.et conſ.381.n.6.Guazzin.defenſ.33.c.15.nu.1. Andreol.
contr.172.n.2.p.2.*

18 Animaduertendo tamen, quod plura inditia dubita-
ta poſſunt coniungi ad hoc, vt reſultet vnum inditium
indubitatum. *Farinac.d.q.36.n.41.& latius d.q.86.n.59.
& ſeqq.vbi declarat.Guazz.d.c.15.n.4.*

Et

19 Et obſeruando inſuper, quod inditia indubitata non ſunt ſufficientia ad condemnandum in pænam ordinariam. Scacc.de iudic.lib.1. c.97.nu.1. verſ. ſed prædictam. Caball.d.reſol.288. n.15. & ſeqq. Farinac.alleg.qu. 86.n.110. Vermigliol.d.conſ.99.n.10. & d.conſ.381.n.7. Guazzin.ad defenſ.reor.defenſ.33. c.14.n.14. Spada conſ. 96.n.1. vbi quod eſt receptiſſima penes omnes concl. tom.1. Sperel.dec.108.n.34.43. vbi cōc.Gurb.cōſ.43.n.23.et ſeq.

20 Neque ad imponendam pænam corporalem, ſed tātùm pecuniariam. Farinac.d.q.86.n.113. & nu.117. vbi de magis communi. Guazzin.d. c.14.nu.15. Vermigliol.d. cōſ.113.n.4. quod poteſt contemni, ſeù veriùs limitari,
21 quando ſumus in delictis occultis, & ſecretis tractatibus. Grammat.dec.42.n.14.15. & vot.21.n.8.10. Caball. d.caſ.288.n.15. Farinac. d.q.86.ſub n.114. ad fi. Guazzin. d.c.14.ſub nu.15.verſ. & maximè hoc affirmant. Spada d.
22 conſ.96.n.4. & tractetur de imponenda pæna exilij, vel ictuum funis publicè a Iudicibus, etiam ordinarijs. Farinac.ſæpè alleg.q.86.n.118. & ſeq. Vermigliol. conſ.396. n.3. vbi infert, non poſſe propterea tales Iudices impo-
23 nere pænam triremium, ex præfatis inditijs, quantumuis indubitatis; latè Guazzin.ad defenſ.reor. defenſ.33.c. 14.ſub n.15. verſ.tandem aduocatus, vbi arguit de nimis rigoroſa opinion. Caball.in reſ.crimin.cent.3.caſ.288.n.15.
24 ad differentiam ſupremorum conſiliorum, & tribunalium, apud quæ abſolutè ſeruatur in praxi, quod ex talibus inditijs indubitatis, & præſumptionibus violentiſſimis poſsit imponi pæna corporalis; ita Farinac.d. q.86.ſub n.117.verſ.ſecundam autem. Vermigliol. d.conſ. 396.n.3.in fin.ad Caball.d.caſ.288.n.6. Guazzin.d.defenſ. 33.c.14.ſub n.15.verſ.tandem aduocatus.

Inter inditia, & præſumptiones, quæ à proceſſu dimanant, & quibus confeſsiones reorum fulciuntur; poſſunt adduci.

25 Fama publica formiter probata; ob quam, iūctis aliquibus adminiculis, plena inducitur probatio in ijs, quę ſunt difficilis probationis. Farinac.de indic. & tortur.q. 47.n.91. & conſ.34.ſub num.15.verſ. & iuncto aliquo, & conſ.55.ſub n.48.verſ.ſi verò lib.1.

26 Et in indiuiduo adulterij, quod probetur, ſi cum fama concurrat præſumptio violenta Anſald.de iuriſdict. p.4.tit.3.c.1.num.148. Baiard.ad Clar. §.adulterium.nu. 39.verſ. & fama publica. Maceraten. reſ.7.num.10.lib.3. Spada conſ.83.n.8.lib.1.

27 Et, quod per famam probetur ſtuprum, ſeù verius inducatur non modicum ſtupri argumentum. Crauett. conſ.205.n.13. Baiard.ad Clar.§.ſtuprum nu.5. Farinac.de delit.carn.q.147.n.133.

28 Et generaliter in terminis copulæ carnalis, quæ probatur per famam iunctis adminiculis. Lancel.in pract.de adult.ſub num.14.verſ.non ſufficit Rot.in Calagur.prætenſi matrim.11.Febr.1647. §.in primis autem, verſ. & ex ſola fama.cor.Meltio. & cor.Buratt.deciſ.530.n.9. & in d.Roman.nullit.matrim.19. Iun.1651. §.dictum vero, cor.Otthobon.in impreſs.dec.262.n.11.

29 Alloquutio, & ferè aſsidua confabulatio inter prędictos reos adhuc in iuuentute permanentes, nam præſumptionem copulæ carnalis, & adulterij exinde oriri, pluribus demonſtrat Farinac.d.q.136.nu.113. & ſeq. & inter alios adducit Mand.ad Rom.conſ.451.lit.c. Neuiz.in Sylu.lib.4.§.eſt nubendum, poſt nu.76. & ſeq. Hipp.Rimin. conſ.274.n.16. Ferret.conſ.168.n.4. Lap.alleg.53.ſub n.4. Maſcar.de probat. concl.64.n.11. & concl.810.nu.8. adde Spad. d.conſ.83.n.6. Andreol.contr.336.n.21.p.5.

30 Acceſſus multiplicatus prædictorum Dominici, & Franciſci, ſubindeque ingreſsus, etiam nocturno tempore, vel alio inſolito in domum dictæ Hippolytæ, nulla allata cauſa, non reſpiciente adulterium, talis ingreſſus frequentis; ex ijs enim inſurgit adulterij, & copulæ carnalis præſumptio. Grat.conſ.50.lib.2. Socin.iun.conſ.32. ſub num.16.lib.2. Ferret.conſil.168. Fontanel.inter conſil. crim. conſil.97.num.35.lib.2. Farinac.alios cumulans.dict. qu.136.num.118. & ſeqq. Ciarlin.controu.174. num.22. Andreol. dict.controu.336.ſub num.21. Rot. in diu.deciſ. 95.num.7.p.2. & cor. Cardin. Otthobon. dict. deciſ.262. num.13.

31 Locorum abditorum qualitas, in quibus viſi fuerunt præfati viri cum dicta Hippolyta horis intempeſtiuis; hinc namque deſumitur copulæ, & adulterij præſumptiua probatio. Bart.in l.2.ff.de fur. Bal. in l.non hoc. C. vnde leg. Roman.conſ.451.n.3. Ruyn.conſ.149. num.4.lib. 5. Blanc.de indic.num.69. Rolan.conſ.34.n.7.lib.2. Natta conſ.205.nu.3. Lancel.d.tit.de adult.ſub nu.13.in fin.verſ. idem ſi viderunt. Maſcard. d.concl.810. num.11. Menoch. præſ.41.n.11.lib.5.cum alijs apud Farinac.d.q.136.n.143. & 148. Andreol.contr.336. nu.22.p.5. Rot.diuerſ. d.dec. 95.nu.8.9.p.2.

32 Et non eſt verendum, locum ad hunc effectum cenſeri additum, & ſecretum, ſi vir, & mulier fuerunt viſi, ac reperti inter lignaria, vt in præſenti; nam in puncto ſic docuit. Cephal. conſ.140.ſub nu.29.lib.1. quem refert Farinac.d.q.136.ſub n.148.verſ.vbi quando.

33 Atque tandem, alijs omiſsis, viſi, ac reperti fuerunt dicti homines cum præfata muliere in eadem camera ſoli cum ſola, oſtio cubiculi clauſo; ex quo vehemens copulæ, & adulterij præſumptio dimanat, ad tradita per Socin.iun.conſ.32.num.16. lib.2. Ferret. d.conſil.158. num.8.in fin. Bertaz.conſ.20.num.8 9. & conſ.173.poſt n. 11.lib.2. Rimin.d.conſ.274.numer.18.21.36.45. & ſeqq. Ciarlin.d.contr.174. nu.18. Farinac.alleg. q.136.nu.144. 147. Add.ad dec. 69.litt. C.poſt lib. 1.conſil. Farinac. Anſald.de iuriſd.p.4.tit.3.c.1.num.149.151. Rot.d.dec.95.n. 11.qu.2. diuerſ. & cor. Otthobon.in ſæpè alleg. deciſ.262. num.12.

Quibus præſumptionibus, & inditijs concurrentibus tollitur omninò obiectum contra horum reorum confeſsionem ſpontaneam excitatum.

34 Quinimò, eadem confeſsione præciſa, ſi omnia prefata inditia iungerentur, vt fieri debet, negari non poſſet, quia copula, & ſucceſsiuè adulterium, ſufficienter iuſtificata eſſet. Valenz.conſ.28.n.12.lib.1. Ramon.conſ. 22.n.21. Ciarlin.d.contr.174.n.9. Farinac. in puncto adulterij conſ.38.n.8.lib.1. Rot.diu.d.dec.95.in fin. q.2. & cor. Cardin.Otthobon.d.dec.262.nu.15.

35 Neque etiam obſtat, quod in præſenti non conſtet de corpore delicti, vt in primis conſtare debet, antequam Iudex procedere poſsit. l.1.§.item illud.ff.ad Syllan. vbi DD. Cran. & conſ.244. in princ. Boſſ.in pract.tit.de delic.n.1. Clar.§.fin.q.4. Gabr.tit.de maleſ. concl.17.nu.1. cum multis adductis à Farinac.in praxi q.1.n.6. & q.2.n. 1. & infrà: & maximè in verſ. quare conſtare; vbi, quod iſta eſt communis, & practicata opinio, & ab ea nemo diſcrepat, & omnes DD. ita exclamant. & in conſ.23.nu. 2. & conſ.26.n.9.lib.1. Scacc.de iudic.lib.1.c.83.num.3.6. Ambroſin.in proceſſ.inform.lib.1.c.1.n.2.3. latè Guazzin. ad defenſ.reor.defenſ.4.c.1.vbi pulchrè. Cabal.reſ.crimin. cent.3.caſ.255. Sabell.var.reſol.c.64.n.1. Manſon. de contraband.q.4.n.1. Vermigliol.conſ.144.n.8. & conſ.148.n. 14.conſ.190.n.2. & conſ.193.num.11.12. quibus in locis
36 ſubdit, quod ſi Princeps motu proprio mandaret contra aliquem inquiri, adhuc tamen intelligi debet, ſi cōſtet de corpore delicti; & repetit conſ.132.ſub nu.16.ac in conſ.500.n.1. Farinac. d.q.2.nu.1. in fin. & quidem de hoc corpore debet conſtare liquidè, & per plenas probationes, ac concludenter. Farinac.d.q.2.nu.6. & conſ. 37.ſub n.11.verſ. & de corpore.lib.1. Vermigliol.conſ.59. n.2. Poſſent.ſing.232.n.1. Sperel.dec.136.nu.4.tom.2. Caren.reſol.122.n.1.2.

38 Ac proindè ex defecto huius corporis delicti corruunt nedum inditia. *Vermigliol. d. conſ. 132. n. 16. et conſ. 281. n. 1. vbi allegat Giurb. conſ. 37. n. 21.* Sed & reorum
39 confeſſiones, à quibus, ſicuti idem corpus delicti non ſuppletur, neque probatur. *Boſs. in d. tit. de delict. nu. 15. Cabal. reſ. crim. caſ. 180. & caſ. 255. n. 1. 2. Burg. de modo proceden. ex abrupt. q. 22. n. 12. Antonin. reſ. 44. n. 4. lib. 3. Baiard. ad Clar. q. 55. num. 15. Farinac. d. q. 2. n. 7. vbi concord. in. & d. conſ. 23. ſub n. 2. & ſub n. 10. verſ. nec dicatur. Guazzin. d. defenſ. 4. c. 3. n. 1. & defenſ. 32. c. 2. n. 1. Vermigliol. conſ. 190. n. 3. Sabell. var. reſol. & reſponſ. d. c. 64. n. 1. Mascard. de confeſs. c. 3. art. 3. n. 10. Manſon. de contraband. d. q. 4. n. 5. 6.*

40 Ita eędem confeſsiones, non conſtito de corpore delicti, haud pręiudicare debent. *Farinac. d. conſ. 23. ſub nu. 2. Clar. in praxi §. fin. q. 55. ſub n. 10. & ibi Giach. Guazzin. d. c. 3. n. 3. Caball. d. caſ. 180. n. 3. Vermigliol. d. conſ. 282. n. 1. ad Giurb. conſ. crim. 37. ſub num. 21. verſ. adeovt confeſſus. Honded. conſ. 106. num. 20. lib. 1. Sperel. dec. 137. n. 23. tom. 2.*

41 Nam reſpondetur, quod, cum ſimus in delicto occulto, & difficilis probationis, vt dictum eſt ſupra, conſtat de illius corpore ſufficienter per præſumptiones, & coniecturas. *Boſs. in d. tit. de delict. n. 20. Menoch. de pręſump. q. 58. n. 2. lib. 1. Farinac. d. q. 2. n. 12.* Vbi, quod hoc omnes admittunt. *Vermigliol. conſ. 230. nu. 2. Manſon. de contraband. d. q. 4. n. 8. Sperel. d. dec. 136. n. 18. Guazzin. ad defenſ. reor. d. defenſ. 4. c. 2. n. 16.*

42 Cum proculdubio verſemur in caſu, in quo de probationis difficultate conſtat in actis, vt conſtare eſt neceſſe. *Vermigliol. d. conſ. 59. n. 3. & ſeq.*

43 Et eſſet idem, quando tractaretur de delicto, quod communiter reputatur difficilis probationis. *Clar. q. 66. num. 1. verſ. benè verum eſt. Vermigliol. d. conſ. 59. ſub n. 5. verſ. atque hinc Farinac. q. 18. n. 105. et q. 37. nu. 150. et q. 86. n. 35.* Vbi multa traduntur exempla; ſicuti, & à *Menoch. de arbitr. caſ. 116. per tot. & de præſ. lib. 1. q. 58.*

44 Et vlterius, ex quo verſamur in delicto facti tranſeuntis, cuius nulla remanent veſtigia, ſatis dicitur conſtare de illius corpore ex inditijs, & coniecturis. *Boſs. d. tit. de delict. num. 19. 23. Maſcard. de probat. concl. 830. numer. 7. Scacci. de in tit. lib. 1. cap. 71. num. 3. Farinac. d. q. 2. n. 13. Guazzin. d. defenſ. 4. cap. 2. num. 15. Vermigliol. d. conſil. 230. num. 3. Honded. d. conſ. 106. num. 18. Baiard. ad Clar. q. 55. num. 22. Manſon. de contraband. d. q. 4. num. 9. vbi de de communi.*

45 Atque in terminis adulterij, hoc admittitur *à Boſs. d. tit. de delict. ſub num. 19. verſ. vel etiam in adulterio, & ſub num. 32. in fin. Piot. inter conſil. crimin. diuerſ. conſil. 132. ſub numer. 22. lib. 1. in magius. Foller. in pract. crim. verſic. capiat informationem num. 20. Farinac. d. quæſt. 2. num. 23.*

46 Quinimò in puncto adulterij, & in cæteris delictis, quorum non remanent veſtigia, ſufficit querela partis, ad hoc, vt dicatur conſtare de eorum corpore; ita, & taliter, vt ſi deindè ſequatur confeſsio rei, ſit locus condemnationi, vt dixi *ſuprà num. 4.* Et generaliter vltra *Clarum ibidem ad deductam*, edocet *Mancin. de confeſs. c. 3. art. 3. num. 8 & addi poteſt Hirut. inter conſ. Farinac. conſ. 25. ſub num. 23. verſ. ex ſola confeſſione, niſi concurrat querela partis, condemnari quis non poteſt, et vide n. 68. lib. 1.*

47 Super hoc vltimo dicto inſiſtit *Farinac. in praxi tit. de inquiſit. d. q. 2. n. 13. verſ. quod ego.* Vbi, quod non putat verum, nec credit ex ſimplici querela in his caſibus probari corpus delicti, ſed benè per aliquas coniecturas, & inditia; & accedunt *Baiard. ad Clar. d. q. 55. numer. 22. Guazzin. d. defenſ. 4. cap. 2. n. 2. verſ. aduocatus animaduertat.*

Ego vt verum fatear, tenerem in praxi poſſe deueniri ad condemnationem in dictis delictis ex confeſsione
48 ſpontanea rei, iuncta querela partis, quæ hodiè ſucceſ-
49 ſit loco accuſationis, vt dicam *infra num. 120.* ſtante illa
concluſione à practicis admiſſa, quod confeſsio facta non præcedentibus inditijs, ſi fuerit ſpontanea, ſufficiat ad condemnandum; de qua *ſuprà n. 9.*

50 Ergò multo magis præcedente querela, ducto argumento in ſimili *à Farinac. tit. de carcer. & carcer. q. 27.*
51 *ſub n. 120.* Ex eo, quod negari non poteſt quin ipſa
querela partis inducat aliquam probabilem ſuſpitionem, & faciat inditium, ſaltem leue. *Farinac. conſ. 5. num. 103. lib. 1.*

52 Addito tamen quod, poſt habitam confeſsionem, teneatur Iudex eandem, ſi poſsibile ſit, verificare medio præſumptionum, & inditiorum, omnem pro illis habendis diligentiam adhibendo; nec diſſentit *Farinac. d. q. 2. ſub n. 16. in fin. verſ. ideo ſi ſecus tenere.*

53 Et generaliter de confeſsione verificanda, vbi eſt facta ſine corpore delicti, videantur tradita *à Boſs. d. tit. de delic. ſub n. 15. Clar. d. q. 55. ſub n. 11. Cabal. reſ. crimin. caſ. 180. n. 3. & ſeqq. latè Farinac. d. q. 2. ſub n. 15. & q. 81. n. 30. Guazzin. defenſ. 32. c. 2. ſub num. 2. verſ. necnon iudex. Vermigliol. conſ. 386. n. 8.*

54 Sed quatenus inditia haberi non poſſent, quibus eadem ſpontanea rei confeſsio verificari valeret, non per hoc exiſtimarem, fore reum ipſum ſpontè confeſſum, cum præcedenti querela relaxandum abſque condemnatione in pęnam, quæ iudicantis arbitrio congrua delicto, & qualitati rei, cæteriſque circumſtantijs apprimè
55 videretur; iam quod hodiernis temporibus omnes pœnæ arbitrariæ dicuntur, & in iudicantis arbitrio iuxta facti, & perſonarum qualitatem omninò reſident. *l. & ſi ſeuerior. vbi gloſ. & DD. C. ex quibus cauſis infam. irrog. l. hodie vbi pariter DD. ff. de pæn. Tiraquel. de pæn. in præf. n. 16. & ſeqq. Rimin. conſ. 245. n. 5. 16. lib. 3. Mynſing. caſ. 30. cent. 2. Capra reg. 18. num. 23. Vaſq. contr. illuſtr. c. 14. n. 4. Farinac. qui plures congerit in praxi tit. de inquiſit. q. 5. ſub num. 8. verſ. ſatis enim, & tit. de delict. & pęn. q. 17. num. 7. Guazzin. ad defenſ. reor. defenſ. 33. c. 16. n. 2.*

56 Ita tamen, quod in iiſdem pœnis arbitrandis Iudex debeat ſequi id, quod ſolitum, & conſuetum eſt, nec a ſolita, & conſueta pœna recedere poſsit. *l. ſi quis reum. ff. de cuſt. reor. l. 1. C. de pet. bon. li. 10. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 14. n. 3. et ſeq. et q. 71. Farin. d. q. 17. n. 54. vbi concord. & in fine teſtatur de communi.*

57 In tantùm, vt in infligendis pęnis attendenda ſit conſuetudo loci, quæ in delictis illud poteſt, quod ipſa lex. *Abb. in c. de cauſis in fin. de off. deleg. Franc. dec. 240. n. 10. Baiard. ad Clar. q. 67. ſub n. 11. verſ. non eſt etiam. Guazzin. defenſ. 33. c. 4. n. 6. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 86. n. 26.*

58 Adeovt, ſi conſuetudo ipſa ſe habeat, vt, quando intrat arbitrium pro commutatione pœnæ mortis in aliam pœnam, poſsit imponi pœna corporis afflictiua, eadem conſuetudo ſit ſeruanda, quidquid ſecus ſit de iure. *Clar. in praxi §. fin. q. 85. ſub num. 10. ad fin. verſ. item ſcias. Farinac. d. q. 17. n. 73. 74.* Vbi teſtatur, talem conſuetudinem vigere in ſtatu Eccleſiaſtico.

59 Niſi ſimus in Iudicibus inferioribus, quibus interdictum eſt arbitrari quamcunque pœnam corporalem. *Farinac. in alleg. q. 17. n. 58. vbi concord. in.*

60 Quod ceſſat, ſi arbitrium interponatur ab illis conſulto Principe, in quo omnes pœnæ ſunt arbitrariæ, etiam vſque ad mortem, ſi ita ſibi viſum fuerit ex facti, & perſonarum qualitatibus. *Grammat. dec. 36. ſub nu. 12. Caball. reſol. crim. caſ. 99. n. 103. Farinac. in ſępè adduct. q. 17. n. 60. Cyriac. contr. 66. n. 1. 2.*

61 Sicq; concluderem, retento hoc Iudicantis arbitrio, ex querela partis cum ſubſequuta confeſsione ſpontanea rei conſtare de corpore delicti in caſibus, in

quibus

quibus tractetur dè delictis occultis, & difficilis probationis, quorum nulla remanent veſtigia, tanquam facti tranſeuntis, ad finem, vt ſi deindè ipſa confeſſio verificetur, ſit locus condemnationi in pœnam ordinariam delicti confeſſi.

Si autem verificari non poſsit, ſit locus pœnæ extraordinariæ.

Vtrumque membrum huiuſce concluſionis ſufficienter poteſt probari à congeſtis ſuperius.

62 Et quo ad primum, ſatis ſit allegaſſe *Farinac. tit. de inquiſ. d. q. 2. ſub num. 15. verſ. & ſi eius reſponſio verificatur poterit in pęnam ordinariam condemnari*: Et loquitur in furto.

Alterum membrum deducitur arguendo à fortiori.

63 Tùm, quia confeſſus ſpontè, ſine inditijs poteſt condemnari ſaltem in pœnam extraordinariam. *Honded. conſ. 108. ſub num. 19. 20. lib. 1. Guazzin. defenſ. 30. c. 38. ſub n. 2. in fin.*

64 Tùm quia, confeſſus etiam nullo præcedente proceſſu, poteſt ſimiliter condemnari in pœnam extraordinariam. *Farin. in prax. q. 81. ſub n. 75. ad fin. & ſub nu. 82. verſ. ſaluando tamen.*

65 Multò igitur magis tali pœna poterit confeſſus mulctari præcedente querela partis; vt dixi *ſuprà num. 50. 51.*

Propterea, redeundo ad eneruationem obiecti, iam facti, non poteſt dubitari in hoc caſu, quin ſatis, ſuperquè conſtet de corpore delicti, hoc eſt adulterij à prædictis viris, & muliere patrati, cum nedum adſit querela mariti, verum, & concurrant tot, tantaque inditia ſuperius recenſita, & legatur reorum clariſsima confeſsio ſpontè emanata.

66 Quod ſi obijciatur, opus eſſe, vt conſtet de matrimonio inter dictam Hippolytam, & Ioannem eius virum, itavt ab agente de adulterio probandum ſit illud, alias tali probatione matrimonij non facta, ad nihilum agatur. *ex Iaſ. in l. ſi cui ſeruus. §. à filio. n. 7. ff. de leg. 1. Angel. in tract. de maleſ. ver. che hai adulterato n. 40. et ibi Aud. Lancel. d. tit. de adulter. ſub num. 17. verſ. & eum qui vult. Dec. conſ. 162. Drogh. poſt Clar. §. adulterium in ſuo conſil. ibi impreſs. n. 43. Anſald. de iuriſdic. p. 4. tit. 3. c. 1. n. 186.*

67 Quoniam adulterium committitur ſolùm cum coniugata, & cum nupta. *l. inter. ff. ad l. Iul. de adult. Cardoſ. in praxi ver. Adulterium. §. 1. Sanchez de matrim. lib. 1. diſp. 2. ſub num. 2. tom. 1. Lancel. d. tit. de adult. n. 2. vbi concordan. Anſald. d. c. 1. n. 186. Rot. cor. Andrea dec. 110. ſub n. 9. verſ. nam licet.*

68 Adeovt adulterium nihil aliud ſit, quam vitiatio eius quæ alteri nupta eſt. *Prat. in addit. ad Paſchal. de patr. poteſt. p. 1. c. 5. verſ. & ne à noſtro ibi, vt hinc rectè dicamus, vbi doctè hoc comprobat, & dixi cum alijs ſup. in princ.*

Facilis erit reſponſio, obicem non procedere iſtis
69 temporibus, in quibus, vltrà leges particulares huius
Ducat. Ferrariæ prohibentes, occultè accipi vxorem, vt
70 in *lib. 3. cap. 105. Statut.* Non poſſunt legitimè ex *Sacr.*
Concil. Triden. ſeſſ. 24. cap. 1. de reform. matrimonij. Inter
Chriſtianos matrimonia contrahi, & fieri niſi publicè,
71 notoriè, & in facie Eccleſiæ; quod notorium ſufficit al-
legaſſe, vt in puncto *Drogh. in d. ſuo conſil. num. 44.*

72 Et hoc habet locum, licet eſſemus in matrimonio domi celebrato, nam, quod matrimonium ſit celebrandum in facie Eccleſiæ iuxta præceptum *Concil. Trident. loc. cit.* Non impedit, quin domi celebrari poſſit, in tantum, quod ordinarius prohibere nequit quin matrimonia domi celebrentur ſeruata Concilij forma; ſed, cum maximè deceat, vt in Eccleſia contrahantur, debet id hortari, non præcipere. *Barboſ. de off. & poteſt. Paroch. cap. 21. num. 29. & de off. & poteſt. Epiſcop. alleg. 32. num. 18. par. 2. Leo in theſaur. for. Eccleſ. par. 2. cap. 9. n. 48. Poſſeuin. de off. curat. cap. 10. num. 15. Pont. de impedimen. matrim. c. 26. §. 2. verſ. 3. Vulp. in praxi fori Eccleſiaſtici c. 15. n. 15. Dian. reſol. moral. p. 3. tract. 4. reſ. 279. Rebell. p. 2. lib. 2. q. 7. ſect. 2. n. 11. vbi teſtatur, ſic declaratum fuiſſe à S. Cardin. Congreg.*

73 Ac confert ratio allegata de matrimonio a *Sanchez lib. 3. diſp. 15. n. 20. to. 1. repetita à Barboſ. d. alleg. 32. n. 17.* Vbi, quod extra Eccleſiam matrimonium licitè celebrari poteſt, cum, vt dicatur celebrari in facie Eccleſiæ non ſit opus, vt in ipſa materiali Eccleſia, ſeù eius limine celebretur, ſed ſufficit, vt coram aliqua fidelium multitudine fiat, quia tanquam quædam catholicorum congregatio, cenſeri poteſt Eccleſia, iuxtà *c. Eccleſia de conſecr. diſtinc. 1. c. relatum il 2. de teſtam.*

Etiam ſi idem matrimonium, nuptiarum tamen ſolemnibus omiſsis, tempore quoquè quadrageſimæ, & Aduentus, ſeruatis alijs ſeruandis, celebratum fuerit, provt poſſe licitè, & validè dicto, & quocunque tempore celebrari firmant declarantes *Sacr. Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reform. matrim. c. 10. & c. Capellanus de ferijs*, multi inſignes *DD. relati à Sanchez de matrim. lib. 7. diſp. 7. à n. 10. ad 15.* Vbi non minus hanc concluſionem ſuſtinet, quàm omnibus aduerſantibus profligatis optimè tuetur. *tom. 2. Buſemb. in medul. theol. lib. 6. tr. 6. cap. 3. ſub dub. 1. §. dicitur 2. verſ. quo tempore.*

Intelligendo tamen, ſi interuenerit licentia ordinarij nam ea ſecluſa matrimonium dicto tempore celebrare eſt prohibitum; ſi credamus *Bonac. de matrim. q. 3. punct. 14. ſub n. 4. verſ. verum tamen eſt. Barboſ. de off. & poteſt. Epiſcop. d. alleg. 32. n. 194. & videri poteſt Iordan. elucubr. diuer. lib. 3. tit. 7. ſub n. 132. & ſeqq. to. 1. Stephan. de ſacr. lib. 3. c. 11 1. n. 2. 4.* Et ſic multoties vidi practicatum.

Vltra quod rei ipſi confitentur, quod tempore habitæ copulæ carnalis cum dicta Hippolyta, erat ipſa co-
74 niugata cum Ioanne illius marito, ex qua confeſsione
ſit res manifeſta. *c. veſtra, & c. fin. de cohabit. cleric. et mu-*
lier.

75 Præſertim accedentibus depoſitionibus teſtium examinatorum aſſerentium Hippolytam fuiſſe, & eſſe dicti Ioannis vxorem. *Drogh. in terminis. d. conſil. ſub n. 44.*

76 Et in omnem caſum datur partita formiter extracta à libro Parochi ad matrimonia deſtinato, per quam matrimonium præfatum abſque alijs probationibus plenè probatur. *Barboſ. de off. & poteſt. Parochi. c. 7. n. 10. & de Epiſc. d. alleg. 32. n. 175. Rota diu. dec. 750. n. 1. p. 1. et dec. 340. p. 2. et cor. Cardin. Caualer. dec. 444. n. 1.*

CAPVT SECVNDVM.

DElicti præfati probationibus ſic conſtitutis, reſtat, vt quam breuiter examinetur, quali ſint adulteri prædicti pęna puniendi.

Delicta etenim ſecum afferunt ipſam pœnam, cum, eam eſſe læſionem punientem, & vindicantem quod quiſque delinquendo commiſit, ſtatuatur *in c. pænitentia 4. de pæniten. diſtinc. 3. & obſeruetur à Simanc. de catholic. inſtit. tit. 46. de pæn. n. 1. 2. Vermigliol. conſ. 359. n. 1.*

77 Subindeque, vt eadem delicta puniantur publicè interſit, & expediat Reipubl. ne impunita remaneant. *l. ità vulneratus. §. quod ſi quis verſ. cum neque. ff. ad l. Aquil. l. congruit. ff. de off. præſid. l. ſi operis C. de pæn. c. vt famæ extr. de ſenten. excomm. Plac. de delic. c. 21. in princ. Thomaſ. in florib. reg. 103. Tuſch. litt. D, concl. 157. Farinac. in praxi q. 17. num. 2. Barboſ. axiom. 68. n. 1. Anſald. de iuriſd. p. 4. tit. 3. c. 1. n. 142. Spada conſ. 126. n. 7. lib. 1.*

78 Omiſsis propterea pænis adulterorum, quas ſecundùm iurium cōſtitutiones, ac regionum, & morū diuer-

ſitatem inflictas percipimus apud *Tiraquel. de l. l. con-
nub.l.13.numer.6. & ſeqq.Menoch.de arbitr.caſ.419.Ba-
iard.ad Clar.§.adulterium num.55. & ſeqq. Farin. de de-
lict.carn.quæſt.141.num.58. cum multis ſeqq.Cyriac. con-
tr.355.tom.2.Anſald.de Iuriſdic.p.4.tit.3.capit.2. Bellet.
diſquiſ.Cleric.p.2.§.6.latè Prat.in Annot.ad Paſch.de pa-
tr.poteſt.p.1.cap.5.ad n.38.vbi pulchrè;Leoncil.dec.84.nu.
33.34.Theſaur.q.13.lib.4.*

79 Illud pro conſtanti affirmo (licet huiuſce criminis
atrocitas ſit multa,& illius prohibitio ſit omnimoda,vt
doctè,& egregiè traditur à *Menoch.d. caſ.419. Farinac.
d quæſt.141.num.3.& ſeqq.Anſald.d.cap.2.Bellct.d.§.6.
numer.1.Scacc.de iudic.lib.2.cap.4.difficul.5. num.19.20.*
80 Et ab alijs per ipſos adductis; atque circumſcriptis
ſanctionibus municipalibus, & Statutarijs diſpoſitioni-
bus,plures quarum recenſentur à *Menoch. d. caſ.419. à
num.75.vſque ad 86.Farinac.d.q.141.numer.70.71.An-
ſald.d.c.2.num.51.& addi poteſt Stat.Ferrar.lib.3.c.100.*
101.102.104.quibus in locis occurritur;& pæna infligi-
tur committentibus adulterium, iuxtà caſuum varieta-
81 tem) arbitrium Iudicantis huc tamen venire aduo-
candum,& iuxtà illud,inſpecta facti,& qualitate perſo-
narum, ac omnibus circumſtantijs perpenſis pænam
iſtam adulterij eſſe terminandam ex placitis *Tiraq.de l.
l.connub.d.l.13.ſub num.24.verſ.ego autem ſcio. Menoch.
d.caſ.419.num.1.& ſub num.78.Greg.ſyntagm.iur.lib.36.
cap.6.num.39.Baiard.ad Clar.§.adulterium nu.46. Marc.
dec.240.num.5.Farin.d.quæſt.141.numer.72.73. Vinc.de
Franch.deciſ.240.num.12.Caball.reſ.crimin.caſ.200.num.
22.cent.2.Anſald.de Iuriſdic.p.4.tit.3. d. cap.2. num.52.
53.vbi concordan.Leoncil.dec.84.ſub num.34.verſ. ex ge-
nerali.*

Quo circa exiſtimarem, prædictos viros adulteros
poſſe condemnari.

82 Vel in ſolam pænam pecuniariam ſcut. centum pro
quolibet, provt de iure applicandam, ſequendo ſen-
tentiam eorum,qui docuerunt, quod hodiè pro adul-
terio pæna duntaxat pecuniaria infligitur, inter quos
*Cranet.conſil.41.ſub num.8.& conſil.137.ſub numer.10.
Vulpel.conſ.94.num.8.Franch.dec.240.ſub num.8.9.Odd.
de reſtit.in integr.quæſt.81.num.7. vbi de communi. Ba-
iard.ad Clar.§.adulterium num.55.Farinac.de delic.carn.
d.q.141.ſub num.67.nouiſſimè Vermigliol.conſ.crim.123.
ſub n.10.11.*

Dixi,*provt de iure applicandam*; Vt memoriæ recole-
rem ſanctiones ſacri Concil. Trident. ac determinatio-
nes S.Congreg. emanatas circa huiuſmodi pænarum
criminalium pecuniariarum applicationem locis pijs
faciendam; quemadmodum de illis conſtat apud *Gal-
let.in margar.caſ conſc.verb.pæna 1. Sbrozz. de off. Vicar.
lib.2.q.143.in addit. Quarant. in ſumm Bullar. ver.pænæ
pecuniariæ.Bonſadin.in theſ.Eccleſ.reſol.11.Ciarlin.contr.
50.numer.39.et ſeqq.Barboſ. de off. & poteſt. Epiſcop. al-
leg.107.num.19.& in ſumm.Apoſtolicar.dec.collect.581.
per tot.Maſſin.de confiſc.bonor.q.2.num.28.cum ſeqq. pe-
nitiſſimè,ac nouiſsimè Faguan.in c ducEtus à num.6.ad 23.de
offic.ordin.et in c.Preſbyteri de pæn.*

Citrà tamen neceſsitatem reddendi rationem de ea-
rundem pænarum applicatione, nam quod Epiſcopus
erogauerit, nec ne eas in vſus pios ſolum Deum habet
Iudicem,& cognitorem, & contra ipſum non datur ad
hunc effectum vlla actio,ſiuè ciuilis, ſiuè Criminalis; vt
pulchrè traditur præ alijs à *Vermigliol.conſil.143.ſub n.
5.6.& conſil.159.num.55.Maſsin.de confiſc.bonor. d.q.2.
num.32.*

83 Vel in pænam exilij ſaltem à tota hac Comaclenſi
Diœceſi perpetuò ſeruandi,iuxtà aliorum placitum aſ-
ſerentium,pænam adulterij iſtis temporibus in viris al-
ternatiuè poſſe inferri, hoc eſt in pænam pecuniariam,
aut exilij,ſic *Farinac.in praxi d.quæſt.141.ſub num.27. in
fin.verſ. viri enim,aut exilio, aut pecuniaria pæna fuerunt
mulctati;cui calculum ſuum adiecit Anſald. de iuriſdict.p.
4.tit.3.d.c.2.ſub n.54.verſ.ſed viros.Leoncil.d.dec.84.ſub
n.34.verſ.provt in hoc caſu.*

Dixi,*ſaltem à tota hac Comaclenſi Diœceſi*, Vt indè in-
nuerem,neglecta iuris communis cenſura, poſſe Iudi-
cem hodie de conſuetudine vniuerſali pænam exilij im-
ponere, etiam à locis non ſubditis,vt per *Bald. in l.exe-
quutorem ſub numer.29. Cod. de exeq.rei iudic.Farinac.in
fragm.crimin.par.1.litt.B. numer.70.vbi quod in ſtatu Ec-
cleſiaſtico ſæpiſsimè vidit ſeruatum. Vermigliol.conſ.360.
num.9.*

Et idem eſt in pæna relegationis,ſeu confinij;ex *Clar.
in pract.crimin.q.71.ſub num.4.Caualc.de brach. reg. p.4.
numer.29.Farinac.d. litt.B. ſub eod. numer.70. Guazzin.
ad defenſ.reor.defenſ.33.capit.27. numer.18. vbi concor-
dan.*

84 Vel tandem in vtramque pænam ex prædictis, adhi-
bita tamen vtriuſque moderatione, vt ſcilicet pecunia-
ria ad mitiorem ſummam redigatur; & exilium ad
tempus D. V. Illuſtriſsimæ bene viſum imponatur:ſicu-
ti alias ſancitum comperimus à conditoribus *Statutor.
Vrb.in lib.2.cap.50.vt meminit Farinac.de delict. carn. d.
quæſt.141.ſub num.70.in fin.& ſub num.74.verſ. et in vi-
ro,& poſt cum Anſald.de Iuriſdict.p 4.tit.3.d.c.2. ſub nu.
51.verſ.& in Vrbe.*

Cuius ſanctionis locum fas mihi ſit allegaſſe, non vt
deciſionem proponerem, ſed vt pænam conſultam au-
ctoritate vallerem.

85 Et quidem auctoritate maxima, & ſuprema, cum
Statuta Vrbis fuerint condita ſummo Pontifice autho-
rante.*Fenzon.ad Stat.Vrb.in inſcript.num.26. 27. 51. &
lib.1.cap.134.num.1.Rot.coram Caualer.dec.257. num.3.
cum alijs per Rubeum in pract.obſeru.circa teſtam. cap.29.*
86 *nu.*442. Subſequuta deindè ipſorum Statutorum con-
firmatione eiuſdem Pontificis ex certa ſcientia, & mo-
tu proprio, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine.
*Fenzon.in d.inſcript.n.43.Rota in rec.dec.98.ſub n.2.et n.
4.p.3.*

87 Ità vt dicta Vrbis Statuta dicantur Papalia. *Gratian.
diſcept.913.n.14.Pic.ad Stat.Vrb.lib.1.c.151.gloſ.2. nu.
27.gloſ.4.n.12.Fenzon.d.inſcript.n.50. & lib.1. cap.124.
n.18.Rot.in diu.dec.452.num.1.p.1.& cor.Seraphin. dec.
1170.num.3.p.2.& coram Caualer.d.deciſ.257.numer.3.
cum alijs per Beltramin. ad Gregor. deciſ.267. nume-
ro 13.*

88 Et ſucceſſiuè,vt cognoſcatur,pænam præfatam iuſti-
tiæ,& rationi conformem eſſe,iam quod eſt regula vni-
uerſalis,Statuta præſumi iuſta,& rationi conſona,atque
eorum conditores in eis componendis fuiſſe memores
iuſtitiæ, & rationis; vt per *Menoch. de præſumpt.lib.2.
præſ.1.num.3.5.tom.1.Fenzon. ad Stat. Vrb. lib.1. c.143.
num.35.*

Quæ theſis venit præſertim adaptanda dictis Vrbis
89 Statutis,ſeu Papalibus: cum Papa ſit oraculum Cæli,
& dictator diuinus. *Rubeus in annot.ad Rot.in rec. par.3.
dec.2.n.1.vbi alia congerit,et in pract.reſol.circa teſtam. c.*
90 80.*num.5.6.7.* Et quidquid Papa facit, videatur ab ore
Dei procedere.*Rubeus in d.annot.§.5.n.31. Rot. in Foro-
ſempr. & Eugub.ſeù Null. Emphyteuſ.16. Iun.1636. §.
hinc inferendo verſ.itavt quod fit cor. Coccino.*

91 Et ideò impoſsibile ſit,vt Papa in his, quæ vti Papa
deliberat,mentiatur,& erret, quia non puri hominis,
ſed Veri Dei legatione fungitur in Orbe terrarum. *Fa-
gnau. in c. quanto num.66. de translat. Epiſcop. S. Thom.
quol.9.art.vlt.et in 2.2.q.1.art.10.& quæſt.11. art.2. vbi
Caiet. Turrecrem.in ſumm. de Eccleſ. lib.2. cap.107. cum
ſeqq.Viguer.in Inſtit.Theolog.tit.de Virt.fidei.cap.10.§.3.*

Vargaſ.

Vargaſ.de auctor.Pontif. prop.4. confir.11. à num.6. Candid. in diſquiſ. Moral. tom.4. tit. de ordin. diſq.4. art.28. dub.49. quos cum alijs refert. Rubens in d.annot.§.5.num. 28.

92 Cumque habeat Pontifex Romanus auctoritatem à Deo immediatè abſque vlla humana dependentia.

93 Hinc ſanctiones, Bullæ, & Conſtitutiones eiuſdem Pontificis de per ſe, ſtatim ac latæ ſunt, dicuntur effectuatæ,& obligant, & auctoritatem habent, nec opus eſt aliqua acceptatione populi,& ſubditorum. Suarez de l.l.lib.4.cap.16.num.2.Baldel. in diſput. Theol. moral. lib.5.tit. de leg. diſp.18. num.1.4.5. Dian.reſ. Moral. p.1. tract.10.reſ.1.in fin.verſ. ſed his non obſtantibus quoad leges Pontificias pulchrè,& plenè Reuerendiſs. Fagnan. ſine oculis oculatiſsimus neotericus Auctor. in cap.treugaſ. un. 48.cum ſeqq.de treug.& pace. Rubens in d. annot. ad Rot. in rec.dec.2.§.40.n.5.6.p.3.& ipſa Rota in rec.dec.630.n. 6.p.4.et cor.Caualer.dec.85.n.2.et cor.Merlin.dec.814. n. 4.5.tom.2.

94 Ità,& taliter,vt per non vſum tolli nequeant,niſi interueniat in illum non vſum ſcientia, & conſenſus ipſiuſmet Pontificis.Fagnan.in d.c.treugaſ.n.74.de treuga, et pace.Pigant.ad Stat.Ferrar.lib.1.Rub.2.ſub numer.10. verſic.ab his non longè tom.1.Rota in rec.dec.197.num.3. 4.dec.213.num.2.dec.221.num.4.dec.356.num.7.par.1.et dec.630. nu.6. par.4.cor.Caualer.d.dec.85.num.2.et dec. 91.num.5. et ſeqq. et dec.111. et in Roman. ſociet. offic. ſcnt.mille. 15. Nouembr.1624. in fine coram Vbaldo impreſs.in calce formular.Inſtr. Saluſtij Tiberij, et in Fauen. commendæ 25.Iun.1640. §. nequè ſuffragatur non vſus. cor.Merlin.in eius impreſs.dec.845. n.2.3. vbi concordan. tom.2.

95 Et promptius exiſtimandum eſt, pænam ſuperius vltimo loco recenſitam intra iuſtitiæ ſemitas contineri, neque nouum in ſubditorum punitionem præſeferre grauamen; quando quidem firmiſsimè tenendum eſt, ſummum Pontificem,illam non approbaſſe, ſi alias ſe
96 haberet: cum ſummus Pontifex, & Papa vniuerſi orbis terrarum molem ſuſtineat, gubernet, ordinet, foueat,atquè diſponat, & ad ipſum omnes poſsint recurrere, & ſupplicare contra quemlibet viuentem, ne iniquè grauentur,& opprimantur;ex eo,quod Papa tenet in terris locum Dei in releuationem oppreſſorum: vt plenè, & doctè comprobat Paulus Rubeus in ſæpè adduct. Annotat.ad Rot.in rec.dec.2.§.42.et §.43. vbi latiſſimè p.3.

Et hinc colligi poteſt, iuriſdictionem Papæ non reſtringi ad limites alicuius territorij. Innocen. in c.1. n.2. et ibi Butr.n.31.de off.deleg. Socin.ſen. conſ.237. ſub n.1. lib.2.Crauet.conſ.128.num.2. Fagnan. in c.canonum Statuta n.17.verſ. cum iuriſdictio de Conſtit.

Priorem pænam in pecunia duntaxat conſiſtentem ſi attendamus: vt potè ea, quæ ſuauiori clementia, &
97 benignitate exuberat, veram iuſtitiam exercitam demonſtrabit; nam vera eſt iuſtitia miſereri delinquentibus.c.vera iuſtitia.45.diſt.de qua quidem miſericordia
98 in puniendis delictis latè agit Farinac. in praxi tit. de delict.& pæn.quæſt.17.num.4.& altiora petunt Barboſ.de off.& poteſt.Epiſcop.p.1.tit.2 gloſ.12.à num.11.cum ſeqq. Iordan.elucubr.diuerſ.lib.1. tit.8. num.16.17. tom.1. quibus in locis multa S. S. Patrum præmonita referuntur. adde Rub. in diſcurſ.ad Rot.in rec.par.7.n.61.

Et maximè in iſto caſu mitius videtur eſſe agendum, cum agatur de delinquentibus confeſsis; eſt enim trita
99 concluſio;quod benignius agitur cum confeſsis, quam cum conuictis.c.non dicatis 12.q.1.Boſs.tit.de conuic.n.6. ſimanc. de hæret.c.55.n.7.vbi de communi Bert.conſ.357. num.4. Rimin.conſ.245.n.57.58.lib.8.Treuiſan.dec.crim. 46.num.7.lib.1.doctiſsimè Tiraq. de pæn.temp.cauſ.30. n. 1.& ſeqq.Farinac.in praxi tit.de reo confeſs.et conuict.qu. 81.num.172.vbi concordan.Baiard.ad Clar.q.60. nu.112. Cabal.reſ.crim.caſ.56.vbi latè Goazzin.ad defenſ.reor.defenſ.32.c.36. n.1. et per tot. Leoncil. in terminis adulterij dec.84.n.31.

Si verò alteram pænam exilij perpetui conſideremus tanquam illa,quæ maiorem ſeueritatem,& rigorem re-
100 dolet, non propterea iuſtitiam inobſeruatam oſtendet, quoniam delicta, ſeueriter & ad rigorem fore caſtiganda, colligitur à c.vt clericor. extr. de vit. et honeſt. cleric.cap. peruenit.90.diſtinct.et comprobat Gramm. vot.35.num.3.et ſeqq.Rimin.d.conſ.245.n.13.lib.3.ac alij relati à Farinac.d.q.17.num.3. Vbi inſigniora dat loca S.S. Patrum.

101 Ac præſertim in hoc crimine adulterij, quod eſſe crimen grauiſsimum inter cætera,dicitur in cap. quid in omnibus 32.q.7.Tiraq.de l.l.connub.d.l.13.num.9.Meno-
102 ch.de arbitr.d.cap.419.numer.88.et ſeqq.Anſald. de iuriſd.par.4.tit.3.cap.1.num.26.27.Et iuſtiores illas leges, vel municipales,vel communes, quæ acerbiſsima pæna adulteria mulctarunt, ſemper exiſtimauit Eruditiſsimus Menoch.eod.caſ.419.numer.87.cuius meminere Farinac. de delict.carn.d.q.141.n.71.in fine.Cyriac.contr.355. n.4. tom.2.

103 Adeovt poſsit etiam dici, quod regula ſuperius in aduerſum tradita de agendo mitius cum confeſsis, non militet in hoc delicto,vt potè ex atrocibus, ſicuti in ſimilibus criminibus ſeruari in practica, nec non quando reus à Curia captus,vt in præſenti,vel vocatus delictum fatetur,obſeruat Farinac.d.q.81.cap.5.ſub numer.173.in fin. Clar. §. fin. quæſt.60. ſub numer.34. verſic. ſed certè. Vbi generaliter loquendo, dicit, quod Iudices de hoc non curant: videlicet de tali ſpontanea confeſsione ad finem mitiorem infligendi pænam.

Deniquè ſi poſteriorem pænam ex aliqua tenuiori pecuniarum quantitate, ex temporali exilio conflatam reſpiciamus; ea ſanè veluti media inter prædictas vnico contextu manifeſtabit iuſtitiam adminiſtratam, cum miſericordiæ dulcedine, & rigoris temperantia;
104 prout in puniendis delictis, ſeueritatem ſemper eſſe cum benignitate temperandam,habetur in c.quid faciat 23.quæſt.3.et meminit Farinac.d.q.17.ſub num.4.verſ.vbi etiam.

105 Et de hac media punitione inter rigorem temperatum, & miſericordiam non diſſolutam, multa,& quidem pulcherrima habentur apud Barboſ. d. gloſ.12. num.16.20.et ſeqq.Iordan.d.tit.8.ſub num.16.verſ. ſtateram itaquè: Vbi etiam recitantur traditiones S. S. Patrum.

106 Præcipuè autem in caſtigando delicta carnis exerceri debet amor,ſed non emolliens; rigor,ſed non aſperans: & in arce regiminis iuſtitia clementiæ eſt permi-
107 ſcenda: quia ipſa delicta omnes tangunt. Farinac. in prax.q.136.n.1.Anſald.de iuriſdict.p.4.tit.3.cap.1.num.
108 141.Et ad illa procliuiores omnes naturaliter ſumus. Crauet. conſ.137.ſub num.10.verſic. agitur enim de vitio
109 veneris: Neque iſtis temporibus dantur Sanctiores Dauide, fortiores Sampſone, ſapientiores Salomone pro venereis euitandis amplexibus,cohibendis criminibus:
110 vt cum Dino Auguſt. obſeruat Coſp. in ſuo opere Il Giudice criminal.p.1.cap.20.num.5.Et ideò hominis fragilitate inſpecta, pietati inhærendum: fœditate delicti penſata, rigori non parcendum:ac ſucceſsiuè media,& promiſcua pæna iudicandum concluditur cum Sancto
111 Greg.in mor.lib.19.par.4.c.23.de quo in c.ſunt 45.diſt. nos admonente, quod regat diſciplinæ vigor manſuetudinem, & manſuetudo ornet vigorem, et ſic alterum commendetur ex altero; vt nec vigor ſit rigidus,nec manſue-

ſuetudo diſſoluta. Refert *Barboſ. d. gloſ. 12. ſub num. 21. in fin.*

Nequè ad euitandam pænam patrati adulterij confugere poſſunt iſti delinquentes ad ineptitudinem li-
112 belli, ſiuè accuſationis, contra ipſos porrecti, & datæ;
eam deducendo, quod lege, & iure cautum eſt, quod
adulter, & adultera non poſſunt ſimul eodem libello
accuſari. *l. ſi maritus. §. fin. l. denuntiaſſe. §. quæritur. l. vim
paſſi. §. duos. ff. ad l. Iul. de adult. l. reos. C. eod. tit. Decian.
tract. crimin. lib. 3. c. 28. num. 7. Baiard. ad Clar. §. adulte-
rium num. 1. Drogh. poſt d. §. adulterium in ſuo conſil. ibi
impreſs. num. 22. nouiſſimè, poſt hæc ſcripſa edidit, Oroz. vir
benè doctus de apicib. iur. ciuil. lib. 1. cap. 7. ſub num. 10. Cy-*
113 *riac. contr. 354. num. 5.* itavt, ſi inſimul accuſentur, li-
bellus non procedat, etiam parte non opponente. *Bel-
luſ. in pract. tit. de lenonib. num. 26. Rub. in tract. de adult. c.
9. ſub num. 3. Cagnol. in l. edita num. 287. Cod. de eden. Ba-
iard. vbi ſup. Cyriac. d. contr. 354. numer. 6. & numero 7.*
114 Vbi quod tunc libellus in neutrius perſona procedit.
*ex Bal. in conſ. 6. num. 2. vol. 5. Baiard. ad d. §. adulterium
num. 4.*

115 Quoniam, vltrà, quod ſimultanea accuſatio adulte-
ri, & adulteræ admittitur, quando agitur, vt in præſenti
coram Iudice eccleſiaſtico ad ſeparationem thori. *gloſ.
in cap. ſtatuit 22. q. 4. Arnon. problem. 3. Roman. ſing. 276.
Baiard. ad Clar. d. §. adulterium ſub n. 1. verſ. niſi quando.
Cyriac. d. contr. 354. n. 10.*

116 Obiectum in praxi non habet locum; ſeruatur enim
paſſim, quod adulter, & adultera ſimul, & eadem accu-
ſatione, & inſtantia accuſantur, & querelantur, & ipſiſ-
ſima ſententia ambo condemnantur; & hoc non eſt
nouum in hac Curia; ſed etiam obſeruari in ſua patria
117 teſtatur *Cyriac. in alleg. contr. 354. num. 11. & ſeqq. vbi
ſub num. 19. 20.* Ait, hoc non videri inconueniens, cum
118 in Hiſpania, nedum poſſint ambo eodem libello accu-
ſari, ſed immò maritus teneatur hoc facere, *ex Gomez.
ad l. Taur. 80 ſub num. 72. & non diſſentit Baiard. ad d. §.*
119 *adulterium num. 5. Drogh. in d. ſuo conſ. num. 26.* Vbi,
quod per conſuetudinem generalem receſſum eſt ab
ordine legum illarum Cæſarum, & Imperatorum, & *n.*
27. Vbi, quod non eſt diſputandum ſuper ordine. *d. l.
reos. C. de adulter.* Tamquam ſimpliciter inſiſtentis in
120 terminis ſtrictiſsimis accuſationis propriè ſumptæ,
quæ receſsit ab aula; ſubrogata exindè querela partis.
*Delr. diſquiſ. magic. lib. 5. ſect. 6. in princ. verſ. ſed in praxi.
Farinac. in de accuſat. quæſt. 12. num. 4. Clar. in prax. q. 10.
ſub num. 2.* vel inquiſitione, *ex DD. in l. pæn. ff. de publ. iu-
dic. Roland. conſ. 30. num. 15. lib. 2. Marſil. in pract. §. con-
ſtantem num. 32. Farinac. d. q. 12. n. 1. vbi concordan. quibus*
121 *adde Delrium, in loco ſuprà citato*: Cuius inquiſitionis
remedium hodiè communiter, & de generali conſuetu-
dine adhibetur in omnibus delictis indiſtinctè. *Farinac.
in prax. q. 1. ſub num 9. in fine, & num. 10. vbi concordan.
Clar. in §. fin. q. 3. numer. 6. vbi latè Ambroſin. in proceſs.
inform. lib. 1. cap. 1. num. 1. Caball. reſ. crimin. caſ. 114. ſub
n. 10. et n. 11.*

122 Et ſic etiam in crimine adulterij, provt in eo poſſe
per inquiſitionem procedi, dixerunt multi relati *à Fa-
rinac. de delic. carn. quæſt. 141. num. 41. Anſald. de Iuriſ-
dict. p. 4. tit. 3. cap. 1. num. 103.* Sed ambo ſunt videndis *in
nn. ſeqq.* vbi traduntur huiuſce dicti plures declaratio-
nes, & videatur *Caball. d. caſ. 114. num. 12. & ſeqq. &
Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reform. matr. c. 8. in cuius termi-
nis loquitur Paſſent. ſing. 282. & ſing. 393.*

Quoad Hippolytam adulteram, quid ſtatuendum fuerit, viſo exitu tractationum promotarum cum Ioanne eius viro, ſecundum virium mearum tenuitatem exarandum pro veritate, ſicuti in præmiſsis, neglecta quauis ſubtilitate, quam *onus Aduocati fiſcalis mihi in hac Diœceſi iniunctum* expoſcere fortaſsè videtur, me feciſse profiteor; continuo curabo; ſalua ſemper, quemadmodum, & in ſuperiùs traditis ſapientiſsima, & iuſtiſsima moderatione *D. V. Illuſtriſſimæ, & Reuerendiſſimæ*, cui omnia mea ſcripta humile ſubijcio.

123 *Sub die 7. Iulij anni 1659. in actis D. Hippolyti Fole-
gatti Cancellarij fori Epiſcopalis Comacli fuit lata ſententia
à Reuerendiſs. D. Vicario Generali contra prædictos adul-
teros viros; qui fuerunt condemnati in pænam ſcut. 50. pro
quolibet; & exilij à tota Diœceſi: ita annuente* Illuſtriſs.
124 & Reuerendiſs. D. D. Sigiſmundo ex Comitibus de
Iſxis Cæſenate Epiſcopo Comaclenſi vigilantiſsimo,
*quem, veluti acerrimum iuſtitiæ propugnatorem; æquitatis
vindicem ſolertiſſimum; clementiæ cultorem eximium, pie-
tatis ſpecimen; ac integritatis exemplar fulgidiſſimum om-
nes ſuſpiciunt, iureque optimo colunt.*

COLLVCTATIO XIII.

ARGVMENTVM

Iuriſpatronatus materia, quoad præſentationem, requiſitorum concurſum in præſentatis, & prælationem, cum multis alijs, & ſignanter quando benefitium dicatur ſacerdotale, hic pertractatur.

SVMMARIVM.

1 *Præſentatio à patronis laicis intrà quadrimeſtre; à patronis Eccleſiaſticis intrà ſemeſtre eſt facienda: poteſt fieri quacunque die n. 7. de nocte n. 8.*

2 *Præſentandi tempus currit a die ſcientiæ vacationis; de momento ad momentum n. 6.*

3 *Scientia vacationis debet eſſe certa: ab allegante eſt probanda. n. 4. amplia vt n. 5.*

9 *Præſentatio poteſt fieri extrà Diœceſim. Declara num. 10. ſeqq.*

12 *Vicarius Generalis epiſcopi poteſt admittere præſentationem extrà diœceſim, ſi habeat ſpetialem facultatem conferendi beneficia.*

13 *Nominatio poteſt dici præſentatio.*

14 *Præſentatio poteſt fieri per litteras, vel per procuratorem, non tamen de abſente num. 15. Limita num. 16. Declara num. 19. 20.*

17 *Diœceſani præſumuntur noti ordinario.*

18 *Præſentatus de alterius Diœceſi, quando poſſit inſtitui.*

31 *Præſentatus debet eſſe actu clericus. Declara numero 22. 23.*

24 *Præſentationis admittendæ forma, remiſſiuè, & num. ſeq.*

25 *Clauſula, ſi, & in quantum apponitur in admiſſione præſentationis.*

26 *Præſentatio præſumitur facta iuxtà formam fundationis: et de rationibus ibid. et n. ſeq. remiſsiuè.*

28 *Priuationis pænam ſubire velle, nemo præſumitur.*

29 *Præſentans aduerſus tenorem præſentationis priuatur pro ea vice iure præſentandi.*

30 *Sacerdotium probatur ex litteris patentibus ordinarij.*

31 *Familia, vt quis contineatur in familia, quæ ſufficiant, in relicto familiæ quomodo ſuccedatur n. 164. cum ſeqq. et num. 112. continua, et effectiua, quæ ſit num. 109. numer. 111. familiæ nomen ſi ſit expreſſum continet tranſuerſa-*

les

Digitized by Google

les. numero 110. an veniat effectiua, & contentiua numer. 111.

32 *Dignior quis præſumitur ex eius confirmatione: venit preferendus n. 83. ex quibus dijudicetur. nu. 84. & ſeqq. vbi latè multa adducuntur.*

33 *Arbitrium non eſt redarguendum, præſumitur iuſtum, ſi ab eo non ſit reclamatum. n. 34.*

35 *Qualitates requiſitæ præſumuntur in electo. Declara num. ſeq.*

Qualitates præſentatorum, quando habendæ ſint in conſideratione num. 88. & n. 98. fundationis ſunt ſeruandæ. n. 54. legis, & Statuti ſunt probandæ n. 59.

37 *Beneficium quando dicatur ſacerdotale; & n. 38. 39. 40. in dubio non præſumitur ſacerdotale. n. 41.*

42 *Approbatus cenſetur ille, contra quem nihil opponitur.*

43 *Tacens in inditalibus, cenſetur conſentire.*

44 *Iurispatronatus pertinentia, quomodo probetur illius exiſtentia n. 46. quomodo in eo ſuccedatur, ſi ſit relictum familiæ n. 105.*

45 *Acta faciunt rem notoriam.*

47 *Reuerendiſs. Iacobus Foleus Vicarius Generalis laudatur.*

48 *Vacatio beneficij probatur ex partium confeſſione.*

49 *Præſentatus quando ſit inſtituendus, & numer. 50. 51. 88.*

52 *Præſentatio facta à minori parte, non conſideratur.*

53 *Plures qualitates ſi requirantur non ſufficit aliquarum concurſus.*

54 *Fundationis qualitates ſunt verificandæ, & lex, ac tenor ſeruandus n. 57. 58. & n. 69.*

55 *Pluralis numerus, & loquutio, non conſideratur in vno.*

56 *Præſentare, ſi debet ſenior domus, non requiritur, quod ſit proximior.*

60 *Proximior, ſi debet præſentare, opus eſt, vt proximioritas probetur per gradus diſtinctos.*

61 *Iuris patronatus pertinentia non eſt probanda ab eo, qui eſt in quaſi poſſeſſione præſentandi; neque ab habente cauſam ab illo, qui eſt in eadem quaſi poſſeſſione. numer. 66.*

62 *Præſentandi quaſi poſſeſſio acquiritur vnica vice: ſi præſentatio fuerit ſortita effectum n. 63.*

64 *Præſentatio quando dicatur effectuata remiſſiuè, non effectuata non conſideratur n. 65.*

67 *Præſentatus ab eo, qui non eſt patronus debet repelli.*

68 *Fundator poteſt apponere conditiones ſibi benè viſas in fundatione: Amplia, & declara. n. 70.*

71 *Præſentatio non eſt facienda pendente lite: declara, vt n. 77. 81. 82.*

71 *Variatio laicis permittitur ante quadrimeſtre. Declara n. 73. 74. 76.*

75 *Patronus poteſt præſentare plures vnico contextu.*

78 *Calumnia excluditur à qualibet colorata cauſa. Amplia n. 79. 80.*

88 *Præſentatus à maiori parte debet præferri non attentis maioribus aduerſarij qualitatibus.*

95 *Sacerdotium, vt Sacerdotium quid exigat.*

97 *Prudentia non præſumitur.*

99 *Gratificatio intrat data vocum paritate: non habens beneficium debet gratificari. n. 100.*

101 *Digniorem, non tenentur præſentare patroni laici digniore omiſſo poteſt eligi dignus in beneficijs ſimplicibus num. 102.*

103 *Proximior ſi debet præſentari, neceſſe eſt, vt ſit talis.*

113 *Formula edicti poſt præſentationem, remiſſiuè.*

114 *Reuerendiſs. Ioannes Baptiſta Ferrus Argentanus Vicarius Generalis Comacli laudatur.*

1 Sicuti præſentatio à patronis laicis intra quadrimeſtre; a patronis verò eccleſiaſticis intra ſemeſtre fieri debet. *c. cum propter. de iurepatr. c. vnic. §. verum. tit. eod. in 6. c. ſicuti de ſuppl. negl. Prælat. leon. in prax. p. 2. cap. 6. num. 23. Ricc. collect. 119. & dec. 228. numer. 14. 19. p. 2. Garz. de benef. p. 5. cap. 9. numer. 209. Maſſobr. de concur. requiſ. 2. dub. 1. Lambert. de Iurepatronat. p. 2. lib. 2. q. 1. art. 1. Viuian. eod. tract. lib. 7. cap. 1. num. 1. 2. & ſeqq. vbi de rationibus. Solorz. de iure Indiar. lib. 3. c. 3. num. 48. tom. 2. Lotter. de re benef. lib. 2. quæſt. 6. numer. 22. Vulp. in prax. cap. 49. à num. 12. Barboſ. de off. & poteſt. Epiſc. alleg. 72. num. 126. p. 3. Iordan. elucubr. diuerſ. lib. 10. tit. 7. nu. 326. & 329. tom. 2. Antonel. de temp. legal. lib. 3. cap. 15. num. 1. Rot. cor. Greg. dec. 177. numer. 4. & in Bonon. Paroch. 2. Mart. 1648. §. quod autem in fine coram Cardin. Otthobon. nunc in eius impreſs. dec. 135. num. 4. & coram Duran. dec. 199. n. 9. et coram Pegn. dec. 890. n. 7. tom. 2. ex typo Lugdunen. & alibi.*

2 Incipiendo curſus dicti temporis à die ſcientiæ patronorum vacationis beneficijs. *Maceraten. reſol. 29. nu. 19. 20. lib. 1. Mena var. lib. 1. q. 3. à num. 20. Ricc. d. collect. 119. Palao oper. moral. tom. 2. tract. 13. diſp. 2. punct. 5. n. 3. Viuian. de iurepatr. lib. 7. cap. 2. num. 7. Barboſ. d. alleg. 72. ſub nu. 134. verſ. verum tale, vbi concordan. Lotter. d. q. 6. num. 23. & ſeqq. Antonel. d. cap. 15. numer. 2. Beltram. ad Greg. d. dec. 177. num. 9. Rota in rec. dec. 186. ſub num. 1. p. 2. & in diuer. dec. 532. n. 1. par. 4. & coram Seraphin. dec. 380. num. 1. & coram Merlin. dec. 220. num. 11. & coram Buratt. dec. 18. n. 3. & ibi Add. litt. B, & dec. 459. num. 7. & coram Pegn. dec. 1226. num. 2. vbi add. & cor. Caualer. dec. 489. n. 2.*

3 Quæ ſcientia debet eſſe certa, concludens, & indubitata, & non ſufficit præſumpta, ac veriſimilis. *Lotter. d. q. 6. num. 24. Alphonſ. de leone in praxi 5. q. 4. num. 76. et ſeqq. Beltram. ad d. dec. 177. ſub num. 9. Barboſ. d. alleg. 72. ſub num. 134. Iordan. d. tit. 7. num. 336. Viuian. d. cap. 2. n. 8. Rot. coram Buratt. dec. 459. tom. 2. & coram Merlin. dec. 220. num. 11. 12. tom. 1. & cor. Pegn. d. dec. 1226. num. 3. tom. 2. & coram Canaler. d. dec. 489. ſub num. 2. cum alijs per Ferentill. ad Buratt. d. dec. 18. numer. 10. & in rec. dec. 173. ſub num. 1. & dec. 186. ſub n. 2. p. 2. & coram Seraph. dec. 1178. n. 3. tom. 2.*

4 Et ab allegante eſt probanda, alias ignorantia præſumitur. *Antonel. d. cap. 15. num. 3. Barboſ. d. alleg. 72. num. 135. 136. vbi congerit Rot. dec. Iordan. eod. tit. 7. num. 338. Rot. cor. Merlin. d. dec. 220. ſub num. 11. verſ. & ſuper hac ſcientia.*

5 In tantum, vt præſumptio ſit pro patrono, quod præſentauerit tempore debito, & ignorauerit vacationem. *Menoch. præſ. 77. num. 14. lib. 6. Iordan. d. tit. 7. num. 339. Garz. ad benef. p. 10. c. 2. n. 134. ad fin. Barboſ. in d. alleg. 72. n. 136.*

6 Poſtquam vacationis ſcientiam tempus prædictum eſt adeo continuum, vt currat de momento ad momentum, etiam diebus feriatis, & horis ipſis obſeruatis. *Latè Viuian. d. lib. 7. c. 4. per tot. Barboſ. d. alleg. 72. num. 127. Iordan. d. tit. 7. n. 342.*

7 Et quemadmodum præſentatio præfata poteſt fieri intra dictum tempus, quacumque die, etiam feriata in honorem Dei, & Paſchali. *Viuian. lib. 8. cap. 1. n. 5. Iordan. elucubr. diuerſ. lib. 10. tit. 2. n. 352. tom. 2. Barboſ. de off. et poteſt. Epiſc. alleg. 72. n. 144. p. 3.*

8 Et etiam de nocte. *ex Lambert. de Iurepatr. lib. 2. p. 2. q. 2. art. 4. Viuian. d. c. 1. n. 10.*

9 Et quoquè extra Diœceſim, quocieſcunque ibidem reperiatur is, coram quo fieri debet præſentatio, & inſtitutio. *Viuian. d. lib. 8. eod. cap. 1. num. 12. et ſeqq. Barboſ. d. alleg. 72. num. 146. Iordan. d. tit. 7. ſub num. 353. verſ. et ob id.*

10 Ex-

10 Excluſo tamen Vicario Epiſcopi generali ; nam licet
corã ipſo poſſit fieri præſentatio. *Barb.d.alleg.72.n.148.*
11 *Viuian.d.lib.8.cap.7.ſub num.1.* Nihilominus extra Diœ-
ceſim nequit Vicarius illam admittere, & confirmare ,
etiam ſi habeat ab Epiſcopo ſpetiale mandatum . *Vi-
uian. d. cap.1.num.15. quem vide ſub numer.24.* Vbi re-
linquit cogitandum . *Iordan. elucubr.diuer.lib.12.tit.1.
ſub num.142.verſ.nunc illud ex Ianu.de citat. real. cap.1.
num.386.* quod limitat *Sbroz.de off.Vicar.lib.2. qu.102.*
12 *num* 8.Si Vicarius habeat facultatem ſpetialem confe-
rendi beneſitia , nam tunc poteſt recipere extrà Diœ-
13 ceſim nominationem,quæ poteſt dici præſentatio. *Vi-
uian.de Iurepatr.lib.5.c.1.ſub num.51.in fin. Rot. poſt eius
tract.dec.148.ante n.15.*

14 Quæ quidem præſentatio , & ſi fieri poſſit intrà di-
ctum tempus à Patrono,etiam abſente per litteras, vel
per Procuratorem . *cap. ea noſcitur. de his , quæ fiunt à
Prælat.Viuian.de Iurepatr.lib.6.cap.8.num.3. Barboſ. de
15 epiſc.d. alleg.72. num.116.* Non tamen poteſt fieri de
abſente,ſed præſentatus debet actualiter , & perſonali-
ter coram ordinario exhiberi , & præſentari, alias præ-
ſentatio erit nulla.*Tuſc.litt.P, concl.592.num.7.8.Garz.
de beneſ.p.4.cap.1.num.1.& ſeq.latè Viuian.d. lib.6. eod.
cap.8.per tot.Barboſ.d.alleg.72.à numer.110.cum multis
ſeqq.Beltram.ad Greg.dec.34.num.4.& ſeqq.Iordan.Elu-
cubr.diuerſ.lib.10.tit.7.num 377.& ſeqq. apud quos ma-
teria diſcutitur ampliſſimè . Rota coram Pegn.dec.1118.
n.2.3.tom.2.*

16 Quæ concluſio ſolet limitari , & reſtringi , quando
perſona præſentata eſt nota ordinario , qui debet inſti-
tuere:*Lamberteng.de Iurepatr.p.1. lib.2. q.11. art.5. Vi-
uian.eod.tract.d.cap.8.numer.14.et ſeqq.& lib.8.cap.6.n.
6.in fine.Barboſ.d.alleg.72.num.118.& ſeqq.Iordan.d.tit.
7.num.382.& infrà .* Vbi declarationes huius limitatio-
nis habentur.*Rot.in rec.dec.593.num.3.p.3.& cor.Pegn.
dec.627.n.6.tom.1.& dec.1118.num.4.& num.7.tom.2.
17 in impreſ.Lugdunen.* Et inter notos ordinario ſunt illius
Diœceſani,quorum mores,vitæ,idoneitates,& doctrinæ
præſumuntur eidem notæ.*Rot.apud Puteum.dec.331.n.
3.lib.1.& in rec.dec.593.numer.4. p.3.& cor.Buratt.dec.
22.num.30.& ibi Add.num.41. vbi concordan.et in Sul-
monen.beneſ.25.Iun.1646.§.fin.cor. Peutinger. nunc im-
preſ.poſt Viuian.de iurepatr.dec.149.n.12.*

18 Et quando præſentatus eſt de alterius Diœceſi,non
debet inſtitui abſque litteris commendatitijs ſui Epi-
ſcopi atteſtantis de illius idoneitate , *c. fraternitatis de
Cler.non reſid.Viuian.d.c.8.n.18.19.*

19 Illud eſt verum , quod ad validandam præſentatio-
nem factam de abſente,ſufficit , quod abſens præſenta-
tus infra quadrimeſtre,ſi ſimus in patronatu laicorum,
ſe exhibeat coram ordinario ad effectum , vt inſtitua-
tur.*c.cum nobis de elect.in 6.Garz.de beneſ.p.4.c.1. n.25.
quem ſequitur Beltramin.ad Greg.dec.34.n.8. Rota coram
Pegn.d.dec.627.n.5.*

20 Itemquè ſufficit, quod ordinarius eandem præſenta-
tionem abſentis admiſerit,vel non reiecerit . *Viuian. de
iurepatr.lib.6.cap.8.num.21.22.Lotther. de re beneſic. lib.
2.quæſt.6.num.43.44.Rota cor.Pegn.d.dec.627.ſub num.
3.verſic. reſpondebatur tamen in d.Sulmonen. beneſic.25.
Iun.1646.§.et parum refert coram Penting. d. deciſ.149.
ſub numer.12. verſic.ſufficit enim poſt Viuian.de Iure-
patr.*

21 Ac inſuper,licet præſentatio ad illius validitatem re-
quirat,quod præſentatus non ſit laicus , ſed actu Cleri-
cus,itavt,ob ſuperuenientem clericatum ſubſtineri non
poſſit.*c.2.& c.per veſtras,de inſtit. Lambert. de Iurepatr.
p.1.q.7.art.2 num.18.& art.7.& art.29.num.9.10. lib.2.
Viuian.eod.tract.lib.6.cap.3.num.12. Barboſ. d. alleg.72.
ſub num.73.et n.74.Rot.cor.Buratt.dec.21. num.21.et in
Aquilan.iuriſp.24.Ian.1646.§.nec obſtat;quod de tempo-
re cor. Eminentiſs. Corrado dec.148. n.14. poſt Viuian. de
Iurepatr.in vlt.impreſ.*

22 Nihilominus hoc tantum procedit , quando verſa-
mur in vera , & propria , atquè actuali præſentatione
perſonæ prius nominatæ coram ſuperiore ad finem ob-
tinendi inſtitutionem;ſecus vero, quando ſumus in ele-
ctione,ſeù nominatione , quæ fit à patrono ; vt latè di-
ſtinguitur,& comprobatur *à Barboſ.d.alleg.72.num.76.
Ricc.in prax.reſ.149.num.3.et à Rota cor.Pegn.dec.4.per
tot.et in d.dec.148.num.15.cum ſeqq.vbi num.19.* Habe-
23 tur, concluſionem ipſam etiam ceſſare , quando præ-
ſentatio de perſona laici ſit facta non abſolutè, ſed cum
declaratione *dummodo , et poſtquam fuerit promotus ad
Clericatum , reſeruata aliàs facultate patrono alium Cleri-
cum præſentandi poſt Viuian.de Iurepatr.*

24 De cuius præſentationis factæ à patronis admiſſione
ſtylo,& forma , ſunt videndi *Campanil. in diuer. iur. Ca-
non.Rub.11.c.13.num.295.Barboſ.in collect. ad cap. cum
laici num.2.de iurepatr.Lambert.de iurepatr.lib.2. p.2. q.
3.art.11.Viuian.eod.tract.lib.8.cap.6.num.4.5.et cap.7.n.
38.39.et ſeqq.necnon lib.9.cap.1.* quibus in locis formulæ
comparitionum , & inſtrumentorum ipſius præſenta-
tionis habentur : & vlterius concluditur, præſentatio-
25 nem ab ordinario fore admittendam , cum clauſula *ſi ,
et in quantum de iure admitti debeat , et præſentanti ius
competat , et præſentato nihil obijciatur ;* quod docent
etiam *Rocch.de Curte.de iurepatr.verſ.honorificum. q.38.
n.69.Lamber.eod.tract.lib.2.p.2.quæſt.6. art.2. Barboſ. de
Epiſc.d.alleg.72.ante num.172. et de clauſ.vſufreq. clauſ.
149.n.5.Iordan.diuerſ.Elucubr.lib.10.tit.9.n.28.29.to.2.*

Ita , alijs omiſsis,inferiùs forſitan recenſendis , præ-
ſentatio R. D. Vincentij Folei facta a patronis Iuriſpa-
tronatus Sancti Franciſci erecti in Eccleſia Cathedrali
26 Comaclenſi,præſumitur facta iuxta formam traditam
& contentam in eius fundatione;ex rationibus genera-
libus deſumptis *à l.3.§. verum quæri . ff. de manumiſs. et
poſit.ab Alciat.de præſ.reg.2.præſ.24.Surd.in conſil.19.n.
18.et ſeqq.Tuſc.litt.A , concl.152.et litt.S , concl.716.n.
9.Menoch.præſ.74.num.3.lib.2.et præſ.49.numer.4.lib.3.
Barboſ.axiom.12.num.1.vbi concordan.Rota in rec. deciſ.
454.num.3.p.1.et dec.615.n.2.p.2.*

27 Ac indiuiduàliter adaptatis huic materiei ; & repor-
tatis in puncto ab eadem *S.Rot.Roman.in Monopolit.be-
neſ ſeù Capellæ 14.Nouembr.1622.§.nequè obſtat.verſic.
præſumendum eſt,illam fuiſſe factam iuxta formam funda-
tionis coram Merlin.in eius impreſ. deciſ.53. ſub num.13.
tom.1.*

28 Et confert,quod non præſumitur , aliquem incidere
velle in pœnam priuationis proprij iuris . arg. *l. cum de
indebito . ff. de probat. & à traditis à Tiraquel. in l.ſi vn-
quam,verſ.donatione largitus num.206.cum ſeqq.C.de re-
uoc.donat.Barboſ.axiom.112.Roe.in rec.dec.108. num.2.
p.3.& dec.517.num.3.par.5.tom.2. & dec.26. numer.9.
par.7.& coram Ottbobon. deciſ.162.num.22. et dec.125.
num.7.*

29 Quod eueniret,in caſu,quo præſentatio fieret aduer-
ſus tenorem fundationis; nam taliter præſentans priua-
retur pro ea vice iure præſentandi. *Barbat.conſil.33. lib.
2.Lambertin.de iurepatr.p.1.lib.2.q.10.princ. art.4. num.
31.Rot.in Aquilen.beneſ.14.Decembr.1640. §. neque re-
leuat præſentatio coram Ghiſiler. et in Cremon. Præpoſi-
tur.23.Maij 1644.§.neque obſtat,quod cum Veſpaſianus ,
et §.tum quia viderat in fine coram Eminentiſs. Corrado ,
eſt impreſ.poſt Caren.reſol.10.et poſt Viuian. de iurepatr.
dec.131.n.11.et dec.139.n.22.et 27.*

Sed vltrà hanc præſumptionem pro præſentatione
R.D.Vincentij,demonſtratur maniſeſtiſsimè obſeruan-
tia formæ preſcriptę in fũdatione dicti Iuriſpatronatus.

Et

Digitized by Google

Et primitus quoad perſonam præſentandam, ex eo, quod Vincentius Foleus ſenior Babonus fundator de anno 1599. *die 7. Maij*; mãdauit ad Iuſpatronatus præſatum eligi vnum Sacerdotem digniorem *per ſcienza* de familia Foleorum.

30 Etenim, R.D. Vincentium eſſe Sacerdotem, non controuertitur, & de ipſius ſacerdotio exhibentur litteræ patentes ordinarij, quibus fides eſt adhibenda: vt in puncto *Rota in Calagurit. benef. de Cornago. 10. Decẽb. 1646. §. ex patentibus enim. cor. Verosp. & prius in Calagurit. benef. della Caſa della Reina. 4. Iul. eod. anno. §. has vero verſ. oſtendit propterea. cor. eod. & in alia eiuſdem tit. 27. Martij 1648. §. quod autem. cor. Ghiſiler. & in Calagurit. benef. de Lumbreras. 18. Martij 1652. §. quod autem Marcus. cor. Meltio. & in Bouonienſ. benef. 26. Februarij 1652. §. vacatio eſt, verſ. ordo autem Sacerdotalis. cor. Albergato.*

Et pariter eſſe de familia Foleorum haud dubitatur:
31 ac in omnem caſum eſt ſatis notum, illum deferre idem cognomen, & eadem inſignia, & arma, iiſquè publicè, & palam vſum fuiſſe, quod ſufficit ad effectum, vt dicatur contentus in dicta familia Foleorum, vt latè per *Rot. in Roman. iurishonorif. 12. Iun. 1651. §. licet enim, & §. ſeq. vbi DD. concordan. habentur. cor. Dunozet.*

Et in his præciſis Iuriſpatronatus terminis per *Viuian. de Iurep. tr. lib. 4. cap. 9. num. 35. 36. Gratian. diſcept. 645. numer. 3. & 6. tom. 4. Rot. in rec. deciſ. 697. numer. 7. par. 1.*

32 Et tandem eſse digniorem *per ſcienza*; manifeſtatur ex confeſsione præſentationis de ipſo facta per hæredes d. fundatoris, quorum arbitrio eſt commiſsum dignoſcere talem digniorem; arbitrium namque, vel non
33 eſt redarguendum. *Menoch. de arbitr. lib. 1. qu. 70. num. 7. 12. & lib. 2. caſ. 176. num. 5. Gratian. diſcept. 170. nu. 6. Thomat. dec. Maceraten. 14. num. 24. 25. Leoncil. deciſ. 51.*
34 *num. 4.* vel præſumitur iuſtum, vbi ab eo, vt in præſenti, non fuit reclamatum. *Pariſ. conſ. 137. num. 12. lib. 4. Zero. conſ. 19. num. 9. lib. 2. Rot. in rec. dec. 154. ſub num. 6. par. 3.*

Cum tunc præſumatur regulatum à iure, vt regulari debet. *Fagnan. in c. vt iuxta, num. 34. de offic. ordin. Rot. in rec. dec. 707. num. 1. & dec. 742. num. 13. p. 4. tom. 3. deciſ. 65. num. 3. & dec. 348. num. 2. p. 5. dec. 71. num. 1. & dec. 108. num. 1. p. 6. deciſ. 250. num. 1. dec. 264. num. 1. & dec. 289. num. 3. p. 7. dec. 13. num. 1. dec. 25. numer. 1. & deciſ. 224. n. 1. p. 8. cor. Caualer. dec. 183. num. 3. & dec. 507. nu. 1. cor. Greg. dec. 11. num. 3. cor. Pegn. dec. 769. num. 2. tom. 1. cor. Duran. dec. 5. numer. 3. & dec. 78. numer. 2. cum alijs apud Barboſ. clau. 10. num. 2. & apud Rubeum in ſing. Rot. Roman. p. 4. clauſ. 8. et clauſ. 175. tom. 2.*

35 Et in omnem caſum talis qualitas præſumitur in d. R. Vincentio, vt potè electo. *Rot. in Ferrarien. canonic. 26. April. 1624. cor. Remboald. et in ead. 29. Maij 1625. in fin. cor. Buratt. in eius impreſſ. dec. 866. n. 2 tom. 3.*

36 Quidquid eſset dicendum circumſcripta electione, nam tunc qualitas iſta ſcientiæ, prudentiæ, & ſimilium tanquam mixta, & quæ longo labore, longaque experientia acquiritur, non præſumeretur, niſi probaretur. *DD. in c. duarum de præſump. Gratian. diſcept. 125. num. 28. nouiſſimè Antonel. de temp. legal. lib. 1. cap. 6. num. 16.*

Hæc omnia in hoc caſu de plano procedunt.

Verùm, & illud eſt obſeruandum occaſione quali-
37 tatis ſacerdotalis ſuperiùs recenſitæ, quod tunc demum benefitium eſt ſacerdotale, & requirit benefitiatum ſacerdotem, quando fundator expreſsè dixit, quod præſentandus *celebret per ſeipſum*, vt pluries fuiſse reſponſum *à S. Congr. Concil.* traditur *à Garz. de benef. p. 7. c. 1. num. 47. 93. et à Rota cor. Merlin. dec. 825. num. 8. tom. 2.* in qua tota deciſione adeò latè, & doctè hoc diſcutitur, vt fruſtraneum ſit aliquid addere: in eaquè congeruntur, tum *DD.* tum *ipſius S. Rot. deciſ.* hanc rem pertractantes, inter quas poſſunt videri *in rec. dec. 366. et 719. p. 2. et dec. 155. num. 2. p. 4. et dec. 182. nu. 11. 12. p. 8. cor. Mantic. deciſ. 129. cor. Greg. dec. 108. num. 7. et ibi Add. num. 15. cor. Caualer. dec. 551. cor. Buratt. deciſ. 92. tom. 1. et in Maceraten. Capellan. 1. Iul. 1647. et in Hortan. Iuriſpatr. 15. Ianuar. 1649. §. non enim ex aduerſo. cor. Verosp. ac in Lucan. Capellan. 1. Iul. 1650. §. prouiſio pariter. cor. Bichio.*

38 Et ſicuti in *d. dec. 825. nu. 18. cor. Merlin.* reprobantur non nullæ Rotales deciſiones, in quibus contraria ſententia firmari videtur; & ſubditur contra ipſas eſse probabiliorem, & magis æquam opinionem, vſu etiam Eccleſiarum receptam, inter quas connumeratur *deciſ. 570. par. 4. diuer. et in recent. deciſ. 496. p. 1. et deciſ. 216. p. 2.*

Ità reprobatio adaptari poteſt cæteris deciſiõnibus iſtas ſequentibus; vt *cor. Buratt. dec. 21. numer. 20. et ibi Add. num. 28. et dec. 680. et in Barchinon. benef. 15. Ian. 1644. cor. Cerro. et in d. Cremonen. præpoſ. 23. Maij. 1644. §. quia licet benefitium, et in Pampilonen. Capellan. 19. Iun. 1648. §. altera vero parſ. cor. Eminentiſs. Corrado.*

39 Et cum verbis eiuſd. dec. 825. num. 19. cor. Merlin. concluſionem proferri, quod, *cum Eminentiſſimi interpretes Sacri Concilij Tridentini pluries reſponderint, tunc ſolùm dici ſacerdotale benefitium, ſi adſint præciſa verba* Per ſeipſum celebret, *huic reſolutioni, et ſententiæ inhærendum eſt omninò, reiectis quibuſcunque in contrarium dicentibus.*

Vndè, & non grauabor circa hanc difficultatem vlteriori examine, neque ſcribentium allegationibus,
40 maximè, quia videri poſsunt apud *Gratian. diſceptat. 133. tom. 1. Sanchez. conſ. moral. lib. 7. cap. 1. dub. 48. Garz. de benef. p. 7. c. 1. §. 1. Lotter. de re benef. lib. 2. q. 47. à num. 34. et ſeqq. Candid. diſquiſ. moral. p. 1. diſq. 18. art. 3. dub. 23. Ritè. in praxi. tit. Iuriſpatr. dec. 202. et tit. Capellan. dec. 402. p. 1. in 1. edit. Diana reſol. moral. p. 4. tract. 4. Miſcell. reſol. 227. Monet. de commut. vlt. volunt. c. 10. num. 140. et ſeqq. latè Viuian. de Iurepatr. lib. 6. c. 6. à num. 25. vſquè ad num. 61. Barboſ. de off. et poteſt. Epiſc. alleg. 24. à nu. 28. vſque ad 45. p. 2. nouiſſimè Iordan. elucubr. diuerſ. lib. 10. tit. 13. à num. 97. cum multis ſeqq. tom. 2. Manriq. qq. vicarial. p. 1. q. 111. per tot. Rubeum, in Annot. ad Rot. in rec. dec. 21. à numer. 26. ad 31. p. 3. nouiſſimè Reuerendiſs. Fagnan. in elaboratiſsimis, et doctiſsimis eius commentar. ſuper Decretal. in c. vt Abbates, a num. 37. vſquè ad nu. 107. vbi pleniſsimè materia examinatur, et trutinæ ſolidiſsimè ſubijcitur de ætat. et qualit.*

Et, cum in fundatione huius noſtri Iuriſpatronatus, non reperiantur præciſim illa verba, quod præſentandus *Per ſe ipſum celebret*; vel æquipollentia, quæ ſufficere ait *Reuerendiſs. Fagnan. in d. c. vt Abbates, ſub num. 76. verſ. obſeruandum eſt, de ætat. et qualit.* mihi fas erit concludere, idem Iuſpatronatus non eſse benefitium ſacerdotale: vti etiam in dubio eſt præſumen-
41 dum. *Ritè. in prax. tit. Iuriſpatr. d. dec. 202. num. 228. Viuian. d. lib. 6. eod. c. 6. num. 36.*

Et ſucceſſiuè ad illud non fore neceſse, vt præſentetur actu Sacerdos, ſed poſse præſentari quemcunque Presbiterum habentem cæteras qualitates requiſitas à fundatore, expletis interim per alium oneribus celebrationis miſsarum, alijſque ſi extent in fundatione.

Et ita fuit obtentum in *hac Curia Epiſcopali Comacli* in caſu, quo fuit præſentatus ad iſtud Iuſpatronatus, quod vacauit per obitum R.D. Vincentij, pro quo modò ſcribimus, & poſt hæc ſcripta ad cæleſtem patriam euolati, R.D. Deſiderius de Foleis conſtitutus in ordi-

ne ſub-

ne ſubdiaconatus tantummodò, poſtmodumque inſtitutus de anno 1659. ſub die 31. Octobr. in actis D. Hippolyti Folegatti Cancelarij Epiſcopalis.

Dignoſcitur etiam obſeruata forma præfatæ fundationis reſpectu præſentantium.

Quoniam in illis concurrunt qualitates requiſitæ, quod ſint ſeniores, & proximiores de dicta familia Foleorum; & ſunt duo, videlicet D.D. Michael, & Dominicus de Foleis ad ſeriem præſcriptam à fundatore;
42 contra quos nihil opponitur, & ideò pro talibus cenſentur approbatis ad Menoch. præſ. 46. vbi latè lib. 2. Leoucil. dec. 30. nn. 2. cum multis ſeqq. Gallerat. de renunt. lib. 5. c. 11. tom. 1. vbi habentur declarationes.

43 Et tacens in iuditialibus cenſetur conſentire calore iuditij, etiam in ſibi præiuditialibus. Surd. dec. 47. num. 9. Cancer. variar. reſ. lib. 1. c. 20. n. 21. Pacific. de Salu. inſp. 3. cap. 5. numer. 86. Barboſ. axiom. 217. numer. 4. vbi concordan.

44 Cumque adſit confeſsio aduerſarij de pertinentia d. Iuriſpatronatus ergà pręfatos patronos, vlterius non eſt quærendum circa iuſtificationem illius, ex quo ordinarius non eſt in cauſa ad tradita per Rot. in Cremon. Capellan. 20. Febr. 1641. §. 1. cor. Rotas, & in Aſculan. iuriſpatr. 1. Iul. 1650. §. patronatus laicalis, verſ. vltra, quod dum ordinarius, cor. Meltio. & in Aquilan. iuriſpatr. 1. Feb. 1651. §. patronatus, vt ſit cor. eod. & inſeruiunt auctorit. mox congerendæ in verſ. tandem exiſtentia.

Confirmatio dictæ præſentationis facta ab hæredibus d. fundatoris, requiſita pariter pro forma ad teno-
45 rem codicillorum illius de anno 1605. die 8. Febr. manifeſtatur ab inſtrumentis publicis, & ab actis, quæ faciunt rem notoriam. l. fin. C. de re iudic. cap. ex inſinnatione de appellat. Becc. conſ. 40. num. 3. lib. 1. Surd. conſil. 188. num. 8. Barboſ. axiom. 8. nu. 1. vbi concordan. & dixi alibi multoties.

Tandem exiſtentia Iuriſpatronatus præfati in du-
46 bium non reuocatur, & cum de eo non agatur principaliter, ſed incidenter, nec ordinarius ſit in cauſa, probatur ſufficienter ex teſtamento d. Vincentij Folei Baboni ſenioris mandantis erigi, fundari, & dotari hoc ſimplex benefitium Iuriſpatronatus, quod poſteà erectum, & dotatum reperitur; neque à R. Ioanne Baptiſta aduerſario poteſt controuerti, dum præuia præſentatione inſtitutionem obtinere contendit, confitendo, hoc benefitium eſſe de Iurepatronatus; ex congeſtis à Rota cor. Greg. dec. 452. num. 2. & ibi Add. num. 22. & in rec. dec. 96 num. 14. 15. part. 6. & in Ferrarien. Archidiaconat. 20. Aprilis. 1646. §. exiſtentia Iuriſpatronatus cor. Cerro, & in Placent. Canonicat. 16. Decembr. 1647. §. probatur enim cor. Royas, & in Maioric. benef. 27. Iun. 1648. §. vacatio ſi quidem cor. Bichio, & in d. Hortana Iuriſpatr. 15. Iannar. 1649. §. iuſtificatas autem, verſ. quæ narratiua comprobatur ex teſtamento cor. Veroſp. & in d. Aquil. Iuriſpat. 1. Febr. 1651. d. §. patronatus vero, cor. Meltio, & poſt Viuian. de Iurepatr. dec. 148. nu. 1.

Quapropter, ſtante vacatione eiuſdem benefitij per
47 mortem Reuerendiſs. Iacobi de Foleis olim Vicarij Generalis huius Epiſcopatus Comacli viri integerrimi, ac plu-
48 rium dotium ſingularitate præditi, quæ vacatio eſt in confeſſo apud partes quod ſatis eſt. Rota cor. Mantic. dec. 132. num. 1. et in Mutinen. benefic. 27. Martij 1648. §. vacatio benefitij. cor. Arguelles, et in d. Maioric. benef. 27. Iun. 1648. §. vacatio ſi quidem. cor. Bichio, et in d. Hortan. Iuriſpatr. 15. Ian. 1649. §. iuſtificatas autem, verſ. nec controuertitur ex aduerſo, cor. Veroſp. et in rec. decis. 544. num. 4. p. 4. et cor. Otthobon. dec. 135. num. 1.

49 Et iuſtificatis à R.D. Vincentio exiſtentia, ac pertinentia Iuriſpatronatus, præſentatione habita à patronis, cum ſucceſsiua confirmatione ab hæredibus prædictis obtenta, & illius ordine presbiterali, ipſimet R.D. Vincentio inſtitutio, ſiue adiudicatio eiuſdem benefitij denegari non poteſt. c. cum Bertoldus. de re iudic. c. monaſterium. 16. q. 7. Rota in rec. dec. 337. num. 1. p. 2. et cor. Duran. dec. 100. num. 1. et cor. Merlin. dec. 220. num. 1. tom. 1. & poſt Viuian. de Iurepatr. deciſ. 131. num. 6. & in Lucan. Iuriſpatr. 3. Iun. 1647. §. 1. in fin. cor. Ghiſiler. & in Feſulan. benefic. ſeù orator. 27. Iun. 1646. §. probauit enim, cor. Bichio, & in Placent. Canonicat. 1. Iul. 1647. §. appoſito igitur. cor. Royas, & in d. Mutinen. benef. 27. Martij §. 1. & 26. Iun. §. Vincentius enim 1648. cor. Arguelles, & in d. Maioricen. benef. 27. Iun. 1648. §. 1. cor. Bichio, & in Piſcien. benef. 21. April. 1651. §. 1. in fin. cor. Roias.

50 Eoque magis venit inſtituendus R. Vincentius, quoniam omnium patronorum huiuſce Iuriſpatronatus aſſenſum, & vota fauorabilia obtinuit, dum ad hunc effectum maior pars duntaxat ſufficeret. cap. quoniam. de iurepatr. Rota in recent. dec. 275. num. 1. & dec. 280. num. 1. 3. par. 7. & cor. Duran. dec. 94. num. 8. & cor. Buratt. dec. 942. num. 1. & ſeq. & cor. Coccin. dec. 464. num. 5. & cor. Cardin. Otthobon. dec. 3. num. 2. & num. 35. & dec. 77. nu. 1. & dec. 89. num. 7. vbi concordan. & in Calaguris. benef. 11. Maij 1646. §. 1. cor. Peutinger. & in Comen. Capellæ. 27 April. 1648. §. quibus ità ſtantibus, & 26. Febr. 1649. §. 1. cor. Dunozet. & in Comen. iuriſpatr. 7. Febr. 1650. §. Ioannes Baptiſta vero. cor. Arguelles, & in ead. 12. Iunij 1651. §. 1. cor. Albergato, & in Piſcien. benef. 20. Nouembr. 1651. §. inſtitia autem, cor. Zarate, nunc Præſide Valliſolet. & poſt Viuian. de Iurepatr. deciſ. 148. numer. 5. et dec. 149 nu. 7.

Ac ſucceſsiuè non eſt curandum de præſentatione habita à R. Ioanne Baptiſta aduerſario, cum ex patronis fuerit ſolummodò præſentatus à D. Michaele vni-
51 tam vocem habente, & idcircò non meretur inſtitui in concurſu præfati R. Vincentij, vt in puncto per Rot. in Comen. Capellæ. 26. Febr. 1649. §. 1. verſ. cumque Pollata. cor. Dunozet.

52 Et eſt generale, quod præſentatio ad Iuſpatronatus facta per minorem partem patronorum non eſt habenda in conſideratione. cap. ſi cui de elect. in 6. Rot. diuerſ. dec. 117. num. 1. p. 2. et in Lucan. iuriſpatron. 25. Iun. 1638. §. quia pro parte cor. Cartillo. eſt dec. 118. num. 1. et num. 10. poſt Viuian. de iurepatr. et cor. Gregor. deciſ. 452. num. 4. et ibi Add. numer. 23. et cor. Caualer. dec. 436. et dec. 519.

Neque eſt conſideranda perſona Petri Mariæ de Foleis, qui pariter R. Ioannem Baptiſtam præſentauit, quoniam, licet ſit ex ſenioribus eiuſdem familiæ, non tamen eſt proximior fundatori, prout requiritur, vt dixi ſupra: cum ſit regulare, quod vbi plures interue-
53 nire debent qualitates, non ſufficit aliquarum interuentus. l. ſi hæredi plures. ff. de condit. inſtit. l. is qui ducenta. §. ſi quis ita. ff. de reb. dub. Surd. deciſ. 179. num. 24. Gratian. diſcept. 890. nu. 10. 12. Salgad. in Labyrint. credit. p. 1. c. 35. num. 35.

Et quamuis alias pluralitas reſoluatur in ſingularitatem, quotieſcunque ex alijs diſpoſitionibus, ſeù iuribus apparet huiuſmodi reſolutionem eſſe faciendum. c. vt priuilegia, vbi Abb. n. 5. de priuil. Fagnan. in c. cauſam, nu. 41. de elect. ad hoc, vt euitetur contrarietas ipſarum diſpoſitionum, ſeù iurium; ſecundùm tradita per Abb. antiquum in c. quia propter, num. 19. de elect. et Fagnan. in d. c. cauſam, ſub n. 38. et ſub num. 41.

Nihilominus illud venit intelligendum, ſi numerus pluralis nô poſsit verificari, quin ſequatur inconueniés, vel abſurdum. Gemin. in c. omnes diſtinct. 1. Fagnan. in d. cap. cauſam, n. 41. verſ. et confirmatur ex theorica de elect.

Secùs huiuſmodi abſurdo ſemoto, vt in præſenti, tunc enim, cum mens diſponentis repugnet, nunquàm plura-

Digitized by Google

pluralitas in ſingularitatem reſoluitur. *l.cum quidam de*
impuber.& alijs ſubſt. DD.in l.falſa demonſtratio. §.fin.de
condit.& demonſtr.Fagnan.in alleg.c.cauſam,nu.44.verſ.
& propterea, de elect. Sicuti & vbi pluralitas, vt modò,
eſſet de forma, nam hoc caſu nequit ſimiliter fieri reſo-
lutio in ſingularitates. *l.cum hi.§. Prætor. de tranſ.Bald.*
conſ.123.num.3.verſ.nec intelligo. lib.5. Fagnan. d.c.cau-
ſam, nu.46.
54 Et in ſpetialibus terminis Iuriſpatronatus, quod ſi
duæ qualitates, vt nunc requirantur ex tenore funda-
tionis, vnius verificatio non ſufficiat traditur *à Rota in*
Trident. iuriſpatr.22.Iun.1648. §. neque obſtat. cor.Emi-
nentiſs.Otthobon.inter eius impreſs.decis.151.num.7.8.
55 Ac fauet, quod pluralis loquutio non verificatur in
vno. *c.pluralis, de reg.iur.in 6.l.fin.ad Trebell. Rota in re-*
cent.dec.11.nu.3.p.4.& cor.Orthobon.dec 26.num.12.13.
cum multis apud Barboſ.axiomat.179. numer.1. nouiſſimè
Fagnan.in d.c.cauſam. nu.36.de elect.& c.ex tenore.num.
14.de temp.ordin.
56 Et non verſamur in caſu, quo teſtator, ac Iuriſpa-
tronatus iſtius fundator diſpoſuerit, nominationem,
& præſentationem ſpectare ad antiquiorem, & ſenio-
rem domus Foleorum, quaſi tunc admittatur quicun-
que de eadem domo, & familia habens dictam quali
tatem, non attento, quod adſint alij proximiores: vt
latè, & doctè reſoluit *Gratian. diſcept.645. per tot.tom.*
4.quem ſequitur nouiſſimè Sabell.var.reſolut.& reſponſ.c.
96. num.36. ſed vlterius teſtator ipſe voluit, vt cum
57 ſenioritate concurreret etiam proximioritas; quo fit,
vt voluntas, & lex huiuſmodi in fundatione præſcripta
omninò ſeruari debeat. *Rot.in terminis cor. Merlin.dec.*
40. num.11. tom.1. cum ſit generale, tenorem funda-
58 tionis eſſe ad vnguem attendendum. *Alban. conſ.51.*
num.40.& ſeqq.Ricc.in prax. tit.iuriſpatr. dec.211. num.
270.p.1. Viuian.de iurepatr. lib.2. cap.8. & lib.4. cap.2.
num.3.
Vndè conſequenter, ſi R.Ioannes Baptiſta intende-
bat frui præſentatione obtenta à Petro Maria, opus
erat, vt in eo exhiberet probatas omnes qualitates
59 præſcriptas à fundatore; ad inſtar illius, qui ſe fundat
in lege, vel Statuto, nam tenetur probare omnes qua-
litates à lege ipſa requiſitas, alias diſpoſitioni illius non
erit locus. *Bart.in l.1.§.quod autem.ff.ne quid in flum.pu-*
bl.Bero.conſ.29.num.29.vol.2. Ripa conſ.78.num.1.Nat-
ta conſ.474.nu.31.Surd.conſ.45. nu.14.lib.1.
Et in iſtis terminis præciſis Iuriſpatronatus, hoc do-
60 cuit *Caren. reſol.10.ſub n.9. verſ. præterquam quod, poſt*
Rot.cor.Duran. dec.25.n.1. vbi indiuidualiter ſtatuitur,
quod ſi fundator requirat qualitatem proximioritatis
in eo, qui præſentare debet, neceſſe eſt, præſentatum
illam probare per gradus diſtinctos.
Cumque non doceatur, dictum Petrum Mariam ali-
quando præſentauiſſe ad hoc Iuſpatronatus, fruſtrà al-
legari poteſt, non fore neceſſarium probare deſcen-
dentiam à fundatore, & dicti Iuriſpatronatus pertinen-
tiam; nam tunc hæc non ſunt iuſtificanda, ſi ille, qui
61 præſentauit ſit in quaſi poſſeſſione præſtandi. *Rota cor.*
Seraphin.dec.1141.nu.11.& dec.1232. ſub nu.3.cor. Ca-
naler.dec.383.nu.2.& dec.395.nu.2. & dec.424.num.1.
& cor.Greg.dec.452.nu.20.cum alijs poſt Viuian. de iure-
patr.dec.139.nu.3.& in Gerunden.benef. 11.Mart. 1648.
§.de pertinentia.cor.Celſo,& in Aſculan.iuriſpatron.1.Iul.
1650.§.præſuppoſita enim. cor. Otthobon. in eius impreſs.
62 *dec.230.nu.5.* quæ quaſi poſſeſsio non acquiritur, niſi
ſaltè vnica vice præſentauerit ille, qui pertinentiam Iu-
riſpatronatus prætendit. *Poſt.de manut.obſ.18. n.16.&*
ſeqq.vbi pulchrè. Rota cor.Buratt. dec.633.n.1. & ibi Fe-
rentil.num.13.cum ſeqq.& alibi apud Viuian.de iurepatr.
lib.12.c.8.nu.8.& in Sulmonen.benef. 10.Martij 1649.§.
hæc quaſi poſſeſſio cor.Arguelles, & in comen.iuriſpatr.7.
Februar.1650.§.leuis eſt illa cor.eod. & ipſa præſentatio
63 ſuum fuerit ſortita effectum. *Sabell. var.reſol.c.96.n.3.*
Maſſobr.de concurſ.præl.7.dub.16.Garz. de benef.p.5.c.5.
n.56.Viuian.de iurepatr.lib.5.c.4.n.29.35.Poſt.d.obſ.18.
nu.16.18.& ſeqq.vbi declarat; & habetur in dictis Rotæ
64 *decis.* & quando dicatur effectuata, traditur *à Rota cor.*
Otthobon.dec.224.n.4.& ſeqq. & dec.234.n.11. & ſeqq.
65 nam præſentatio, quæ non habuit effectum, non eſt ha-
benda in conſideratione. *Viuian.d.c.4.nu 41.42.Poſt.d.*
obſer.18.n.22.Rot.in rec.dec.286.n.10 p.5.et cor.Otthob.
dec.243.n.11.& poſt Viuian.de iurepatr.dec.115.n.16.
66 Vel niſi oſtendat talis prætendens ſe habere cauſam
ab eo, qui in hac quaſi poſſeſsione exiſtebat. *Viuian.d.c.*
4.a nu.64.cum ſeqq.& ibi Rota in d.dec.115.num. 4.5.&
in rec.dec.337.nu.3.p.2.& cor.Greg.dec.349. nu.1.& ibi
Beltramin.litt.A, vbi concordan.& cor.Merl.dec.798.an-
te num.1.tom.2. & in Caurien.iuriſpatr.13. Martij 1645.
§.iuſtitia verò, verſ.præfatuſque. cor.Roias.decis.146.ſub
numer.4.poſt Viuian. de iurepatr. & in Piſcien. benef.21.
April.1651.§.aliæ verò. cor.Roias; quod nec etiam in
præſenti probatur.
Ac idcircò, cum noſter aduerſarius fuerit præſenta-
67 tus ab eo, qui non eſt patronus, debet repelli, neque
venit inſtituendus. *Rota.cor.Canaler.dec.551.num.7.cor.*
Seraphin.dec.555. ſub nu.6.cor.Duran.dec.71.n.3.cor.Bu-
rat.dec.605.num.1.tom.2.& poſt Viuian.de iurepatr. dec.
139.n.36.repetita poſt Caren.reſ.10. ſub n.25.verſ. iniuſti-
tia vero, & in Bononien. Parochial.22. Martij 1647. §.1.
in fin. cor. Cardin. Otthobon.nunc in eius impreſs.dec.107.
num.3.
Vlterius R.Ioannes Baptiſta non obtinuit confirma-
tionem ſuæ præſentationis à D.D.Iulio, & fratribus de
Zaratinis, ac à D.Ioanne Franciſco Foleo hæredibus
dicti fundatoris; vt eſt neceſſe; & ideò nullo modo eſt
68 audiendus per ſuperiùs tradita; nec eſt verendum de
facultate fundatoris pro apponendis in fundatione
conditionibus ſibi benè viſis. *c.verum de condit.appoſit.*
cap. cum dilectus de conſuet. cap.nobis de iurepatr. Ricc.in
prax.dec.163. Lambert. de iurepatr.lib.1.p.1. qu.9.art.1.
nu.2. & art.4.nu.3. Mel.alleg.56. num.23. lib.2. Viuian.
eod.tract.de iurepatr.lib.2.cap.8.num.1. & per tot.vbi la-
tè. Rota ibi poſt tract.dec.112.num.5. & in rec.decis.331.
nu.2.p.4.
69 Quas conditiones ſore ſeruandas deciditur in *c.de-*
cernimus 16.q.7.c.illud.vbi DD.de iurepatr. Concil. Trid.
ſeſſ.25.de reform.cap.8.verſ.niſi aliter fortè, & ibi S.Con-
greg.ſub die 4.Febr.1581.Viuian. d.c.8. ſub num.1. & ſub
num.10.in fin.Barboſ.de offic.& poteſt.Epiſc.p.1.tit.2.gloſ.
17.num.27.
70 Etiam ſi eædem conditiones ſit contra id, quod ius
regulariter diſponit in materia Iuriſpatronatus, & be-
neſitiorum, dummodò tamen non ſint natura impoſsi-
biles, ſeu turpes, vel contra ſubſtantiam iuriſpatrona-
tus, & beneficiorum, aut aliàs à iure improbatæ. *Bar-*
boſ.d.gloſ.17.num.28. ad Rot.in Roman.iuriſpatr. 31.Maij
1613.§.1.cor. Eminentiſs.Sacrato, quæ decis. eſt impreſs.
apud Viuian.de iurepatr.lib.4.cap.9. ſub nu.56.vbi multa
doctiſſimè habentur. Lambert.de iurepatr. d.q.9. art.1.nu.
52.et ſeqq.
Accedente tamen, vbi conditiones iuri communi
aduerſantur, conſenſu Diœceſani. *Rota, quæ dat concor-*
dantes, in rec.dict.decis.331. ſub num. 2. verſ. vera tamen
part.4.
Non obſtat, quod lite iam introducta, & pendente in-
ter prædictos R.R. Vincentiũ, & Io:Bapt.præſentatos,
ſequuta fuerit cõfirmatio dictorũ hæredum de perſona
eiuſdem R.Vincentij; ſicque tanquam nulliter facta nõ
veniat conſideranda; vt de præſentatione non facienda,

ſtante pendentia litis inter præſentatos, habetur in c.1.
2.vt lit.penden.in 6.Rot.cor.Coccin.dec.426.num.12.cor.
Canaler.dec.126.nu.1.& dec.556.num.1.& in rec.deciſ.
427.nu.2.p.1.& dec.599.nu.13.& ſeqq.p.4.tom.3.& in
Papien.benef.20.Nouemb.1645.§.minus obſtat.cor.Cor-
rado.& in Bonon. Parochial.26.Nouembr.1646. §.quo
vero.cor.Otthobon.in eius impreſs.dec.90.n.10.& plenè in
Calagur. benef.della caſa della Reina. 27.Martij 1648.§.
non obſtat, quod Ioſephus. verſ. ratio eſt. cor.Reuerendiſs.
Terracinen.
72 Licet enim patronis laicis competat variatio intra
quadrimeſtre ante Epiſcopi inſtitutionem, ita vt ſuc-
ceſſiuè plures præſentare poſsint. c.quod autem,c.paſto-
ralis. de iurepatr. Guttierez.de iuram.par.3.cap.13.Lara
de Capell. lib.2. c.9.à numer.8.Nouar.de elect.& variat.
fori.ſect.1.quæſt.3.num.6.Ferr.de præceden.qu.24.à num.
5.Leon.de off.capellan.§.4.prax.5.num.97. Lamber.de iu-
repatr.p.2.lib.2.qu.7.Viuian.eod.tract.lib.10.c.1.n.1.vbi
concordan. Barboſ.de off.& poteſt.Epiſcop.par.3.alleg.72.
num.151.
73 Non tamen recedendo à prima præſentatione, ſed
cumulatiuè cum ea præſentando, adeò vt ſi prætenda-
tur recedi à prima præſentatione, variatio non permit-
tatur, niſi aliqua iuſta cauſa recedendi interueniat.
Lambert.de iurepatr.lib.3.p.3.q.7.art.21.22. Garz.de be-
nef.p.5.cap.9.num.213.Ferr.de præced.d.q.24.num.7.Vi-
uian.d.lib.10.c.3.num.9.10.Barboſ.d.alleg.72.num.158.
159.Ferentil.ad Buratt.dec.942.n.6.tom.3.Rot.cor.Merl.
dec.443.n.1.vbi, quod hoc aliàs ſæpiùs fuit dictum tom.1.
duplicata apud leon.ſub d.prax.5.à num.103.cum ſeqq.&
triplicata penes Barboſ.d.alleg.72.ſub n.162.verſ.pro præ-
ſentis quæſtionis, & in Cæſarauguſt.benef.de linareſ.4.De-
cembr.1643.§.ſecundo quia cor. Bicchio. impreſſ.poſt Vi-
uian. de iurepatr.dec.133.nu.6.
Et dummodò poſt primam præſentationem non
74 varietur niſi ſemel,hoc eſt, quod vnus prima vice,alter
ſecunda vice, & deindè non vlteriùs præſentetur.Garz.
de benef.d.c.9.n.214.Perier.de poteſt.eligen.c.3.num.19.
Lambert.d.q.7.nu.23.Viuian.d.lib.10.c.4.nu.1.Palao.in
oper.moral.tom.2.trac.13.diſput.2.punc.6.nu 3. Barboſ.d.
alleg.72.nu.161.Ferentil.ad Burat. d.dec.942.nu.6. Rota
cor.Merlin.d.dec.443.nu.1.
75 Quanquam plures poſsint vnico contextu ab eodem
patrono præſentari. Clem.plures,vbi DD.de iurepatr.Vi-
uian.d.c.3.n.8. Barboſ.d.alleg.72.n.158.
76 Nihilominus hæc variatio, ſeù potius præſentatio-
num accumulatio,fieri nequit, vti attentata lite pen-
dente. Lancel.de attent.p.2.cap.4. in præf. nu.583.Garz.
de benef.d.cap.9.num.220.Palao.dict.punc.6.n.5.Viuian.
de iurepatr.d.lib.10.c.p.ſub nu.1.verſ. quæ variatio. & n.
12.& c.4.num.5. Barboſ.d.alleg.72. num.162. Rota cor.
Merlin.d.dec.443.nu.2.& Ferentil.ad Buratt. d.dec.942.
num.7.

Reſpondetur namque.

77 Primò,quod cum à R. Ioanne Baptiſta fuerit mota,
& introducta lis calumnioſa, confirmatio prædicta, ſeù
præſentatio fieri potuit eadem lite non obſtante. Rota
apud Biſignet.dec.2.n.2.tit.de rer.permut.Caſſad.dec.7.de
dol. et contum. et cor.Canaler.dec.126. num.4. cor. Greg.
dec.27.n.5.et cor. Coccin. dec.426.n.5.et cor. Cardin.Ot-
thobon.dec.90.n.11.
Sed hic non figo pedem ob difficultatem probandi
78 calumniam, quæ ſicuti excluditur à qualibet colorata,
& probabili cauſa. Rot. apud Ægid. dec.103. et cor.Ca-
ualer. d.dec.126.num.7. & ſit neceſſe, quod concurrat
79 aliqua vehemens ſuſpitio doli,& malitiæ. Abb.conſ.78.
ſub nu.1.verſ. calumnia autem.Rota cor. Canaler. d. dec.
126.n.6. ita ad hunc effectum requiritur adeò patens,
80 & notoria, vt nulla poſsit excuſatione, aut tergiuerſa-
tione celari. Rot.cor.Otthobon.d. dec.90.num.12.vbi con-
cordan.
Secundò igitur reſpondetur, quod cum confirma-
tio prædicta fuerit facta de R.Vincentio collitigante,
vtique debet ſuum habere locum, etiam ſi durante
pendentia litis ſit emiſſa; vt de variatione, ſiuè de cu-
81 mulatione præſentationis permiſſa, lite non obſtante;
ſi fiat de perſona vnius ex collitigantibus, traditur à
Garz. de benef.p.5.d.c.9. num.220. Ferentil. ad Buratt.d.
dec.942. num.8. Barboſ.d.alleg.72.ſub n.162. ad fin. Vi-
uian.de iurepatr.lib.10.d.c.4.nu.7.Rota cor.Merl.in d.dec.
443.n.3.et in Cremonen.Capellan.6.Feb.1640.§.et ceſſat
omnis ſcrupulus. cor.Roias, eſt dec.123.n.22.poſt Viuian.
de iurepatr.
Tertiò tandem reſpondetur, quod hæredes funda-
toris, quorum confirmatio requiritur, ſi conſideren-
tur, vt fieri debet, tanquam patroni diſtincti ab illis
duobus ſenioribus, & proximioribus fundatori de fa-
milia Foleorum, proculdubio potuerunt eorum con-
firmationem impartiri Reu.Vincentio, non attento,
quod lis penderet inter eum, & Reu.Ioannem Bapti-
82 ſtam; ſi enim ex tribus patronis duo præſentauerint
ſeparatè duos; qui poſteà inter ſe litigent, tertius pa-
tronus poteſt hac lite quoque pendente, præſentare,
& variare, prout ei libet: ex cumulatis per Viuian. d.
lib.10.c.4.nu.6. et confert Barboſ.d. alleg.72.ſub nu.162.
in fine.
Neque pariter officit,quod R.Ioannes Baptiſta ma-
83 ioribus polleat qualitatibus, quibus dignior redditur
R.Vincentio,cui propterea veniat præferendus. c.de-
cernimus.16.q.1.c.ex ore de priuileg. c.Statutum de ma-
ior.et obed.Lotter.de re benef. lib.2.qu.31.num.133.cum
ſeqq. Lar.de capell. lib.2. cap.3. num.1. et ſeqq. Rota cor.
Greg.dec.11.numer.4.et in Calagur. benef. de longron.27.
April.1646.§.nec obſtat, quod ambo. cor.Roias, et in alijs
Calaguritanis, vt de Ocon. 11.Maij 1646. §.1. in fin.cor.
Peutinger. Benefic.della caſa della Reina.4.Iul.1646.§.
1.vbi concordan. cor.Veroſp. Benefic. de cornago. 10.De-
cembr.1646.§.ex patentibus cum, in fin.cor.eod.Bene-
fitiorum. 26.Iunij.1648. cor.Bichio. Benef. de Ordonnana.
4.April.1650.cor.Peuting.benef.de Alenſaco. 8.Martij.
1652.§.1. cor.Albergato. benef.de lumbreraſ.18.Martij.
1652.§.1.cor.Meltio. benef.de murillo.28.Iun.1652.cor.
Roias, ac in multis alijs.
Deſumendo maiores qualitates eiuſdem R.Ioannis
Baptiſtæ, tùm reſpectu maioris ætatis, ex quo eſt ſenior
84 dicto R.Vincentio: quæ ætas valdè attenditur, vt in
collatione ſit præferendus. cap.cum in cunctis, vbi gloſ.
de elect.Barboſ.conſil.23.in fin.vol.1. Rota in Calagur. be-
nef.27. Nouembr. 1648.§.3.verſ.ætas maior. & in alia
benef. de lumbreras. 18.Martij 1652.§.hinc reſultat. cor.
Meltio. & cor. Eminentiſs.Otthobon.dec.123.num.10.16.
& dec.222.nu.3.5.
85 Tum reſpectu exercitij curæ animarum habiti ab eo-
dem R.Ioanne Baptiſta ab hinc multum longè, vſque
ad præſens, cum facultate audiendi fidelium confeſsio-
nes. Lotter.de re benef.lib.2.qu.31.n.138.Rota in d.cala-
gur.benef.della caſa della Reina. 4.Iul.1646.§. has vero,
verſic.& quod alias.cor.Veroſ.& in dict. alia benefic.de
lumbreras. 18.Martij 1652.§.multum etiam cor.Meltio,
& cor.Cardin.Otthobon.dec.86.n.11.12.& dec.222.n.7.
8.9.& dec.248.nu.8.
86 Tum reſpectu antiquioris Sacerdotij, quo ipſe Reu.
Ioannes Baptiſta inſignitus eſt. Rot. in calagur. benef.de
Comago. 28.Iunij 1647.§.quod autem, & in alia calagur.
benef. de Toralua 10. Iun.1650.§.inſuper Ioannes, cor.
Otthobon. nunc in eius impreſs. deciſ.123. nu. 9. et d.dec.
222.num.6.
Tum denique,alijs qualitatibus omiſſis, quia R.Ioā-
nes

87 nes Battiſta, vltrà integritatem vitæ, & morum grauitatem, pollet eximia prudentia in rebus gerendis, ob quam plura ſubiuit munera ſatis laudabilia, & notoria, & dignior efficitur. *Rota in Leodien. præpoſit. tongren. 8. Febr. 1649. §. dignior autem, cor. Ottbobon. inter impreſs. dec. 164. num. 20.*

Quoniam facilis eſt reſponſio; ex quo enim R. Vin-
88 centius fuit præſentatus ab omnibus patronis, & ſi tantum maior eorum ſufficeret, præferri, ac inſtitui debet, non attentis maioribus qualitatibus aduerſarij, vtpotè, ne dum à minori parte patronorum, ſed ab vnico ſolum præſentati. *Garz. de benef. p. 9. c. 2. num. 257. Rot. in rec. dec. 202. num. 1. p. 2. & cor. Buratt. dec. 942. n. 1. & in Calagur. benef. de linareſ. 4. Decembr. 1643. §. debuiſſet inſtitui. cor. Bichio impreſſ. poſt Viuian. de Iurepatr. dec. 133. num. 8.*

Quinimò non deſunt in R. Vincentio qualitates ob
89 quas venit præferendus: tum, quia notoriè conſtat, ipſum per plures annos inſeruiſſe Eccleſiæ Cathedrali Comacli, in qua vacat beneſitium iſtius Iuriſpatronatus, vt ponderauit. *Rota in Calagur. benef. della Caſa della Reina 27. Martij 1648. ſub §. quod autem Franciſcus. cor. Ghiſiler. & in alia benef. de Murillo. 28. Iun. 1652. §. reſpectu vero cor. Roias.*

90 Tum quia eſt pauper, & ideò in conſequendis beneſitijs præferri debet. *c. conquerente de cler. non reſid. Viuian. de Iurepatr. lib. 12. c. 9. ſub n. 9. Rota in diu. dec. 16. n. 7. p. 2. & cor. Otthobon. d. dec. 248. n. 9. & in d. Calag. benef. de Cornago. 18. Febr. 1647. §. non obſtat quod ſententia. cor. Veroſp. & in d. de Murillo. 28. Iun. 1652. eod. §. reſpectu vero. verſic. nec non probatur. cor. Roias. vbi allegatur al. a Calagur. benef. del Ciego. 6. Febr. 1651. §. maiorum autem. verſ. tùm denique. cor. Veroſp.*

91 Tum, quia R. Vincentius nullum habet beneſitium; Reuerendus verò Ioannes Baptiſta habet beneſitium multum pingue; quo fit, non habentem beneſitium, habenti fore præferendum. *c. is cui. de præbend. in 6. latè Barboſ. de off. poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 60. ſub num. 102. verſ. item qui nullum, & de Paroch. c. 2. nu. 116. & n. 121. Rot. cor. Pegn. dec. 388. num. 3. vbi concordan. ſecundùm Venet. impreſs. alias dec. 496. n. 3. vbi Add. tom. 2. ex typo Lugdunen. & cor. Otthobon. d. dec. 222. nu. 10. & dec. 248. n. 10. & in d. Calagur. de Murillo 28. Iun. 1652. §. præterea ad excludendum. cor. Roias.*

Tum, demum, quia R. Vincentius fuit approbatus
92 dignior per ſcienza ad mentem fundatoris; vnde debet præferri, cum ad hoc habeatur multum in conſideratione litteratura. *c. de multa. de præben. Felyn. in c. cum accu. de reſcript. Viuian. de Iurepatr. lib. 12. cap. 9. nu. 22. & ſeqq.*

Maximè autē ſunt attendendę iſtę qualitates R. Vincentij; quoniam ab ijs repelluntur qualitates aduerſarij:
93 quod enim ipſe ſit ſenior ætate parum iuuat, concurrētibus in R. Vincentio qualitatibus ſuperius recenſitis. *Rot. in dict. Calagur. benef. de Murillo. 28. Iun. 1652. §. reſpectu verò. verſic. itaque his qualitatibus. cor. Roias, & priùs in alia Calagur. benef. 15. Decembr. 1649. §. ex defectu quoque, verſ. neque elici valet. cor. Veroſp.*

Quod aduerſarius item curā animarum exercuerit, & confeſsiones fidelium audiuerit, poſſet prodeſſe, ſi verſaremur in beneſitio Curato: ſecus retectis terminis
94 beneſitij ſimplicis, ad quod obtinendum de iure, non requiruntur maiores habilitates, quàm ad Sacerdotiū. *Rot. cor. Pegn. d. dec. 388. numer. 7. ex Venet. alias d. deciſ. 496. ſub numer. 5. vbi Add. ex Lugdun. & apud Garz. de beneſic. par. 7. cap. 1. num. 168. & in diu. dec. 16. ſub num. 4. 5. p. 2.*

95 Et Sacerdotium, quatenus eſt ſacerdotium duntaxat, aliud non exigit, quàm vt illud ſuſcipiens ſciat legere, conſtruere, & cantare. *gloſ. & DD in Clem. 1. de præben. Nauar. in manual. c. 25. nu 133. verſ. porro Sacerdos. Rota cor. Pegn. d. dec. 388. num. 8. & dec. 496. ſub num. 5. verſ. Sacerdos autem.*

96 Antiquioris Sacerdotij qualitas reijcitur, quoties paupertas, carentia beneſitij, & aliæ qualitates ſuprà poſitæ, adſunt, vt in præſenti, in concurrentis perſona. *Rota cor. Otthobon. dec. 248. num. 3. & ſeqq. & in d. Calagur. benef. 15. Decembr. 1649. § ex defectu quoque, verſ. neque elici valet. cor. Veroſp. & in dict. alia de Murillo. eod. §. reſpectu vero. verſ. itaque his qualitatibus. cor. Roias.*

97 Eximia tandem prudentia R. Ioannis Baptiſtæ in rebus gerendis, non præſumitur, niſi probetur. *Menoch. præſ. 91. nu. 20. 21. lib. 6. Antonel. de temp. legal. lib. 1. c. 6. num. 16.*

Quapropter nullus remanet dubitandi locus quin Reuerendiſs. D. Vincentius veniat præferendus, & inſtituendus.

98 Præſertim, cum de qualitatibus præſentatorum tunc demum ſit diſputandum, quando verſamur in paritate vocum, & inæqualiter præſentatis, vt pleniſsimè habetur apud *DD. omnes ſuperiùs adductos, & Rotæ deciſiones allegatas: cum alijs congeſtis à Viuian. de Iurepatr. lib. 12. cap. 9. per tot. Ricc. in praxi. deciſ. 191. à num. 199. cum ſeq. part. 1. in 1. edit. & rursùs à Rota in Calagurit. benef. della Caſa della Reina. 27. Martij 1648. §. quod autem in fin. verſic. & paſſim, vbi agitur de aliquo præferendo data paritate. cor. Ghiſiler.* à quibus terminis longè abeſt ſtatus huius negotij, ſtante non tantum maioritate, ſed, & omnimoda votum fauorabilium pro R. Vincentio; vnica duntaxat pro R. Ioann. Baptiſta aduerſario voce exiſtente.

99 Et quatenus etiam poſset excogitari, quod eſt impoſsibile, adeſse paritatem inter præſentatos, & ſic intrare gratificationem. *cap. cum autem, vbi DD. de iurepatr. Ricc. d. dec. 191. num. 199. Peregr. conſil. 33. n. 28. lib. 1. Barboſ. de off. & poteſt. Epiſcop. par. 3. alleg. 72. numer. 199. vbi concordan. Maceraten. reſol. 104. num. 2. libr. 1. Viuian. de iurepatr. lib. 12. d. c. 9. num. 1. Rota ibi poſt tract. deciſ. 133. num. 9. & cor. Pegn. deciſ. 1386. num. 1. tom. 2. & in Fæſulan. parochial. 1. Iul. 1644. §. remanet itaque, in fin. cor. Eminentiſs. Cardin. Otthobon. in eius impreſs. deciſ. 17. num. 6.*

100 Adhuc tamen, ſi inter præſentatos adſit nullum habens beneficium, & alij compræſentati beneſitia retineant, vt in præſenti; tunc Epiſcopus nedum poteſt ſed debet gratificari non habenti beneficium, & ſic modò R. Vincentio. *Lamberl. de iurepatr. part. 3. lib. 2. q. 5. princ. art. 3. nu. 1. & ſeqq. Rot. apud Cæſar. de Graſs. dec. 1. nu. 11. & ſeqq. tit. de iurepatr. & cor. Seraphin. dec. 767. num. 1. 5. & cor. Pegn. dec. 1457. num. 3. tom. 2. in impreſs. Lugdunen.*

Et vltimò ad euitandum omnem ſcrupulum circa haſce qualitates reddentes præſentatos magis, vel minus dignos, conſiderandum propono, quod ſicuti patroni laici, quales ſunt in præſenti, non tenentur præ-
101 ſentare digniorem. *Lambert. de iurepatr. p. 1. lib. 2. q. 10. art. 3. num. 17. Ricc. in dec. 306. nu. 4. p. 3. Garz. de benef. p. 7. c. 16. num. 19. Ledeſm. in ſumm. p. 2. trac. 7. c. 2. concl. 7. difficult. 9. Valer. de differ. inter vtrumque for. ver. electio. diff. 2. Barboſ. de off. & poteſt. Parochi. cap. 2. nu. 102.* ità,
102 cum nunc agatur de beneſitio ſimplici, poteſt eligi R. Vincentius dignus, omiſſo R. Io: Baptiſta digniori ex ſuppoſito, ſecundum opinionem communiorem, de qua *Gutt. qq. can. lib. 2. c. 11. ſub n. 12. Molin. de primog. lib. 3. c. 5. n. 55. Garz. de benef. p. 7. d. c. 16. nu. 16. & infrà. Barboſ. de iur. Eccleſ. lib. 1. c. 19. n. 138. Rot. cor. Greg. dec. 11. n. 8. & ibi Beltramin. in fine. & in d. Calagur. benef. de Lumbreraſ. 18. Martij. 1652. §. 1. verſ. & licet dum cor. Meltio.*

Pariter non aduerſatur obiectum, quod, acchileum
à ſcribentibus pro R. Ioanne Baptiſta appellatur, de-
ſumptum ex eo, quod in ipſo verificatur qualitas præ-
103 cipua requiſita a fundatore, vt, ſcilicet, ſacerdos, qui
inſtitui debet in hoc benefitio, ſit proximior eidem;
in Reuerendo autem Vincentio eadem qualitas defi-
ciat: ac idcircò ipſimet aduerſario non poſſit denegari
adiudicatio dicti benefitij, ex traditis à *Lambert. de Iu-
repatr. part. 3. lib. 2. qu. 5. art. 6. Viuian. in eod. tract. lib. 12.
cap. 9. ſub num. 11. & num. 15. & apertiſſimè à Rota ibid.
poſt tract. dec. 45. num. 1. quæ eſt in Pampilon. Capellan. 4.
Martij 1622. §. 1. cor. Remboldo. & in rec. dec. 571. ſub nu.
2. verſ. ſimiliter inſtit in p. 4. aliàs p. 2. in poſthum. Farinac.
& dec. 361. in princ. eod. p. 4. tom. 2.*

Quoniam licet R. Ioannes Baptiſta ſit proximior,
quod non controuertitur, negatur attamen in funda-
tione reperiri cautum, vt Sacerdos, cui hoc benefitium
conferri debet, ſecum habeat iſtam proximioritatis
qualitatem.

Perperam namque exiſtimatur ab aduerſarijs, vindi-
104 care in præſenti ſibi locum ſancita in *l. cum ita. §. in fi-
deicommiſſo. de leg. 2. cum ſimil.* vbi ſtatuitur, quod in
relicto adſcripto familiæ, omnes de familia gradatim,
hoc eſt, proximioribus ſemper admiſſis prius intelli-
guntur vocati: quod omnes ſcribentes ibidem adnota-
uere; & latè docuerunt *Surd. conſil. 247. numer. 15. Me-
noch. conſ. 124. num. 1. lib. 2. Mantic. de coniect. vltim. vo-
lunt. lib. 8. tit. 12. num. 3. Peregr. de fideic. art. 19. num. 12.
& ſeqq. et art. 22. num. 26. et num. 64. et conſ. 46. numer.
16. et ſeqq. lib. 2. Menoch. præſ. 94. nu. 6. lib. 4. Magon. dec.
Floren. 37. num. 20. et dec. 72. Raudenſ. dec. Piſan. 22. nu.
19. et ſeqq. Fuſar. de ſubſt. qu. 358. num. 1. vbi de more in-
numeros concordan. adducit. et rurſus. q. 483. num. 1. Rota
cor. Seraphin. dec. 1438. ſub num. 7. tom. 2.*

105 Nam, etſi d. *l. cum ita §. in fideicommiſſo. de leg. 2.* pro-
cedat etiam in Iurepatronatus, adeout ſi Iuriſpatrona-
tus ſit relictum familiæ ille admittatur, qui pro tem-
pore erit proximior teſtatori, & fundatori, vt per
*Ricc. in prax. tit. Iurepatr. dec. 199. num. 121. 122. vbi al-
legat Bal. conſil. 1. numer. 8. lib. 3. Calderin. conſ. 19. tit. de
Iurepatr. Gabriel. conſ. 196. num. 3. 4. lib. 2. Menoch. conſ.
380. vol. 2. Mynſing. conſ. 122. Couar. pract. qq. cap. 38. in
fin. March. dec. 1135. part. 1. quibus adde Roland. conſil. 1.
num. 8. lib. 3. Viuian. de Iurepatr. lib. 4. cap. 9. numer. 14. et
num. 37. Lambert. eod. tract. lib. 1. p. 2. qu. 2. art. 6. num. 1.
Rot. in Papien. Iuriſpatr. 19. Febr. 1601. §. non obſtat, quod
iuſpatronatus. cor. Lancellotto, et in Pient. iuriſpatr. 10.
Iun. 1602. §. ſed non ad omnes. cor. Litta, quæ deciſiones
ſunt impreſſa apud Marium Anton. var. reſol. lib. 1. poſt re-
ſol. 82. et repetita penes Viuian. in d. c. 9. ſub nu. 55.*

Nihilominus diſpoſitio præfatæ l. cum ita, §. in fi-
deicommiſſo, cum ſuis concordan. non adaptatur huic
106 noſtro caſui; quia illa procedit vbi agitur de relicto
facto ſimpliciter familiæ: non verò, quando tractatur
107 de relicto facto vni de familia: tunc enim intrat *tex.
in l. vnum ex familia. in prin. & §. 1. ff. de leg. 2.* quo loci
deciditur, quod ſi teſtator iuſſerit, hæredem fundum
reſtituere vni ex familia, poteſt hæres vnumquemlibet,
etiam poſterioris gradus eligere, nec alij proximiores
ex hoc conqueri poſſunt.

Verùm teſtator, & iſtius patronatus fundator man-
dauit, hoc benefitium conferri, & dari vni Sacerdoti
de familia Foleorum; meritò potuit ad illud eligi, &
præſentari R. Vincentius, licèt remotior, neglecto
108 R. Ioanne Baptiſta proximiore: & hanc diſtinctionis
veritatem, & ſucceſſiuè huius argumentationis com-
probationem agnouerunt. *DD. omnes, qui ſcripſere ſuper
d. l. vnum ex familia, et ſuper l. peto §. fratre. ff. de leg. 2.
Cuman. conſ. 253. colum. 2. Ruin. conſ. 27. num. 13. libr. 2.
Crot. conſ. 48. num. 12. Alciat. conſ. 561. num. 3. Pariſ. conſ.
72. num. 11. lib. 2. Cephal. conſ. 56. num. 21. Surd. conſ. 29.
num. 7. et conſ. 247. num. 15. et conſ. 415. ſub num. 6. Tira-
quell. de retract. lignag. §. 11. gloſ. 6. numer. 7. Mantic. de
coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 12. num. 15. Mangil. de im-
put. quæſt. 150. n. 10. Rot. in Roman. renunciat. 23. Martij
1650. §. in iure vero cor. Cerro. eſt dec. 100. num. 20. poſt
Salgad. in labyrint. credit.*

109 Hinc oritur, nos verſari in familia contentiua, quæ
comprehendit omnes agnatos, etiam tranſuerſales.
*Pariſ. conſ. 51. num. 10. lib. 2. Gabr. conſ. 132. num. 58. 59.
lib. 1. Mantic. de coniec. lib. 8. d. tit. 12. n. 12. Gratian. diſce-
ptat. 645. num. 2. tom. 4. Rot. in rec. dec. 193. num. 10. p. 2.
et cor. Merlin dec. 450. ante num. 6. tom. 1. et poſt Merlin.
de legit. dec. 215. ſub num. 11. duplicata poſt Cenſal. ad Pe-
regr. de fideic. dec. 4. nu. 8. triplicata apud Teuagl. de Sacr.
Rot. Audit. lib. 1. poſt c. 6. dec. 4. et eſt in Bonon. fideicom-
miſſ. de Pancaldis. 23. Ianuar. 1649. §. tertium verò cor.
Peutinger.*

110 Præſertim cum ſit expreſſum nomen familiæ nem-
pè Foleorum, quo caſu venire tranſuerſales quoque
dixerunt *Rimin. iun. conſ. 485. Menoch. conſ. 424. Peregr.
conſ. 16. num. 11. lib. 3. conſil. 31. nu. 16. in fin. lib. 4. et conſ.
149. num. 21. lib. 5. Fuſar. de ſubſt. qu. 351. nu. 37. Rot. cor.
Pegn. dec. 217. num. 1. 2. iuxtà Venet. impreſſ. aliàs deciſ.
366. num. 1. tom. 1. in impreſſ. Lugdun. et cor. Merlin. dec.
669. num. 24. tom. 2.*

Cuius nominis familiæ expreſſione ſtante, euitatur
111 ingens illa diſceptatio, an appellatione familiæ ve-
niat tantùm familia effectiua, ſcilicet deſcendentes,
an verò etiam contentiua comprehendens tranſuerſa-
les, vt dixi: circa quam multi ſcripſere, & in diuerſas
iuerunt ſententias, vt licet videre apud *Fuſar. de ſubſt.
d. quæſt. 351. num. 1. & ſeqq. allegantem hinc inde DD. qui-
bus adde videndum Carenam reſol. 103. à nu. 4. cum ſeqq.
vbi benè. Barboſ. appell. 94. Gratian. d. diſcept. 645. num. 3.
& ſeqq. Rot. cor. Merlin. dec. 450. ſub num. 5. & ſeqq. tom.
1. quæ eſt repetita in rec. dec. 362. p. 5.*

Et hæc de familia contentiua deduxi; non vt mihi
inſeruirent, ſed vt oſtenderem quid in contingentia
facit eſſe ſtatuendum: nam pro bono iure R. Vincen-
tij ſufficiunt ſuperiùs tradita, & pro excluſione cu-
iuſuis dubitationis exorientis à proximioritate aduer-
ſarij, illud non omitto, quod tunc demum proxi-
112 mior teſtatori poſſet audiri circa relictum familiæ,
quando ille, qui diſponendi facultatem habebat in
vno de familia non diſpoſuit: ſecus facta diſpoſitione,
vt in præſenti, etiam in remotiori, nam tunc de pro-
ximiore nulla eſt habenda ratio ex *Socin. conſil. 227.
num. 6. lib. 2. Tiraquell. d. gloſ. 6. ſub num. 7. verſic. & ta-
men. Surd. conſil. 29. num. 7. lib. 1. & conſ. 415. num. 21.
lib. 3.*

Quare ex prædictis omnibus fore benefitium hu-
ius Iuſpatronatus adiudicandum R. Vincentio, & ip-
113 ſum in illo inſtituendum, præmiſsis ediictis neceſſa-
rijs, quorum formula habetur per *Viuian. de iure pa-
tr. lib. 9. cap. 2. & apud Iordan. elucubr. diuerſ. lib. 10. tit. 9.
num. 32.* iuris eſſe non vereor. *Saluo &c.*

*De anno 1656. die 11. Februar. fuit iudicatum ſecun-
114 dum prædicta à Reuerendiſſ. D. Ioanne Baptiſta Ferro
Argentano Vicario Generali Comaclen.* quem integer-
rimum, & non minus iuris ſapientiſſimum quàm iu-
ſtitiæ conſultum appellat. *Fabrit. Pontirol. in ſuo do-
ctiſſimo reſponſ. pro Mambol. quæſt. 4. princ. num. 584.* &
ſententia fuit recepta ex rog. *D. Hippolyti Folegati Can-
cel. Epiſc.*

COL-

COLLVCTATIO XIV.

ARGVMENTVM

Examinatur pleniſſimè validitas, & iuſtitia contractus *à godere à godere*, tam propriè, quam impropriè celebrati: & indè ſumpta occaſione multa adducuntur in materia lucri ceſſantis, & damni emergentis; nec non conſuetudinis; pacti de retrouendendo, & l.commiſſoriæ: ac circa alia plurima, quæ in ſummario habentur.

SVMMARIVM.

1 *Contractus* à godere à godere *proponitur, & examinatur: afferuntur DD. de illo tractantes, nu.8. datur modus, quo propriè concipitur n.9. eſt validus, ſi concurras ratio lucri ceſſantis n.10. continet antichreſim, n.12. contra n.178. eſt validus de conſuetudine Italiæ, Germaniæ, & aliorum locorum, n.115. ex eo quid reſultet n.163. in ipſo contrahitur pignus n.168. contra n.178. præfefert emptionem cum pacto retrouenditionis ad libitum vtriuſq; n.163. & 177. clauſulæ, quæ in eo impropriè inito apponuntur n.181.189.201.203. quibus cōcurrentibus ſit licitus, et validus, n.204. pretiū quod expoſcit n.219.220.*

2 *Verborum prolixitas reijcitur à conſulente.*

3 *Verba inania afferunt tædium, & ſolent ſtomachari prudentes.*

4 *Breuitati eſt ſtudendum declara nu.5.*

6 *Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Alphonſus Pandulphus Epiſcopus Comacli laudatur.*

7 *Multitudo parit confuſionem.*

11 *Intereſſe lucri ceſſantis requiſita, & n.24.25.26. examinantur ad requiſita à n.28. vſque ad nu.70. & nu.76. & nu.81. & à n.106. vſque ad n.114. & in iſtis locis materia ipſius lucri ceſſantis continetur, & ibi per extenſum videatur.*

13 *Antichreſis eſt prohibita. Limita n.14. quid requirat n.179*

16 *Pignoris fructus ne imputentur in ſorte nō valet pactum. Limita nu.15. & nu.17. declara nu.18.*

19 *Vſura non datur ſine mutuo, aut formali, aut interpretatiuo.*

20 *Mutuum poteſt aliquod recipi intereſſe vltrà ſortem mutuatam ſi concurrat ratio lucri ceſſantis.*

21 *Lucri ceſſantis fundamentum eſt vagum, applicatur quibuſcunque contractibus, iam quod in omnibus debetur, nu.22. iſtis temporibus vſurpatur, dum euitari non poſſunt vſuræ, nu.23. vide ver. Intereſſe lucri ceſſantis, vbi remiſſiuè indicani loca huius colluctationis, in quibus habetur materia; ad illa recurre, nam multa inſigniora notabilia, quæ hic breuitatis gratia non repetuntur, in ipſis continentur.*

30 *Negotiari ſolitus quis dicatur, num.31.*

32 *Moræ requiſita, remiſſiuè, vt quis incurratur in mora requiritur debitum eſſe liquidum, nu.33. & quod debitor ſciat eueniſse caſum ſuæ obligationis, n.34. ſufficit interpellatio extraiudicialis, nu.35. contra nu.36.*

47 *Comaclenſis Ciuitas antiquiſſima, reponitur inter loca inſigniora ratione mercaturæ piſcium, illius Hiſtorias commolitur auctor, nu.48. eſt in Italia num.145. vbi adducuntur auctores de ea tractantes.*

71 *Intereſse damni emergentis requiſita, cum ſua materia, et à nu.72. vſque ad num.114. vbi reſtringitur tota doctrina, tàm theoricæ, quam praxi accommodata circa hoc intereſse. ibi vide.*

83 *Iuramento eſt ſtandum, quando ſumus in re, quæ in animo conſiſtit.*

84 *Intereſse, et damna ſunt difficilis probationis.*

85 *Præſumptiones, et coniecturæ ſufficiunt in ijs, quæ ſunt difficilis probationis.*

86 *Præſumptio iuris dicitur præſumptio veriſimilis.*

87 *Præſumptiones qui habet pro ſe transfert onus probandi contrarium in aduerſarium.*

88 *Iuramentum inducit ſufficientem probationem in his, quæ ſunt difficilis probationis.*

89 *Damnum ex diſceſſu famuli probatur per iuramentum domini.*

92 *Citatio non eſt neceſse, vt fiat perſonaliter, ſi adſit ſtatutum, quo caueatur, vt Ferr.lib.2.Rub.1. ſufficere citationes factas domi cum dimiſſione copiæ, amplia nu.93. declara num.94.*

94 *Relatio nuntij referentis citaſse reum ad domum ſine adiectione ſolitæ habitationis non eſt ſufficiens.*

95 *Stat.Ferr.lib.2. Rub.1. affertur.*

96 *Citatio ad officinam apothecam quando ſufficiat, non valet ad domum hoſpitij num.97.*

98 *Citatio ſi fiat domi ſolitæ habitationis requiritur bina per interuallum vnius diei.*

99 *Relatio nuntij de citatione facta eſt neceſsaria.*

100 *Damni emergentis caſus adducuntur remiſſiuè, et ſubditur formula interpellationis.*

109 *Iuramentum habet vim interpellationis, ſi debitor ſciat, ſe explicitè debere ſoluere certa die.*

116 *Conſuetudo attenditur, quando dubitatur an aliquis contractus ſit licitus, vel vſurarius.*

117 *Conſuetudo reddit licitum contractum, declara nu.118. ſubdeclara nu.119.120.121.*

122 *Conſuetudo valet in interpretandis dubijs, etiam legum, et ſtatutorum, nu.123.*

124 *Conſuetudo eſt probanda ab allegante, plenè, et concluditer, n.125. in caſu ſpetiali, et indiuiduo, n.126. in loco, in quo ſumus, n.127. teſtes quomodo debeant deponere, nu. 129.130.131. quando non ſit probanda nu.144.148.*

128 *Conſuetudo eſt difficillimæ probationis.*

132 *Conſuetudinis requiſitum, vt ſit obtenta in contradictorio iuditio, quomodo, et quando procedat, et n.n.ſeqq.*

137 *Conſuetudo probatur per inſtrumenta, et ſcripturas, et n.150. declara nu.138. per inſpectionem plurium inſtrumentorum probatur notoria, num.151.*

139 *Conſuetudo debet eſse vniformis, et n.ſeq. ampl. vt n.141.*

142 *Conſuetudinis tempus congruum quodnam ſit.*

143 *Ius dicitur actus præter ius, cum contrarium expreſsè nulla lege, vel canone diſponitur.*

146 *Doctori atteſtanti aliquid eſse de conſuetudine non creditur, declara nu.147. et ſeq.*

152 *Populi ſubditi Sedi Apoſtolicæ non poſsunt condere ſtatuta abſque auctoritate, vel confirmatione Sanctæ Sedis, neque inducere conſuetudinem ſine dicta confirmatione, num.154.*

153 *Conſuetudo exigit ex parte inducentis poteſtatem legis condendæ, vel ſtatuendæ, declara nu.157.*

155 *Conſuetudo debet eſse confirmata à Principe, declara vt n.n.ſeqq.*

156 *Confirmatio Apoſtolica præſumitur ſi cum diuturnitate temporis concurras obſeruantia.*

158 *Conſuetudo generalis habetur pro iure communi, non pro iure conſuetudinario.*

159 *Princeps in dubio præſumitur ſequi conſuetudinem.*

160 *Conſuetudo interpretatiua aliud non requirit quàm tacitum conſenſum vtentium, et priùs nu.136.*

161 *Obſeruantia interpretatiua vnico actu inducitur, in ea non deſideratur vniformitas, ſed quod magis fuit obſeruatum attenditur, nu.162.*

164 *Pactum de retrouendendo ad fauorem emptoris, & venditoris*

ditoris eſt validum. Sicuti ad fauorem ſolius emptoris. num.165. vel ſolius venditoris. num.166.

167 *Licita quæ ſunt, ſi fiant duobus temporibus, ſunt etiam licita, ſi vno, & eodem tempore fiant.*

169 *Emptio, & pignus inter ſe valdè differunt.*

170 *Dominium rei venditæ transfertur in emptorem cum pacto de retrouendendo.*

171 *Dominium pignoris remanet penès creditorem, neque transfertur in creditorem, & n.190.*

172 *Fructus ſequuntur dominium.*

173 *Emptor cum pacto retrouenditionis facit fructus ſuos.*

174 *Pignoris fructus imputantur in extinctionem crediti, & n.196. limita vt num.198.*

175 *Pactum legis commiſſoriæ in venditione eſt validum: ſecus in pignore, num.176. hoc vltimum declara vt nu. 207. & ſeqq.*

180 *Contractus illicitus eſt excludendus.*

181 *Dominium transfertur ex verbis*, Dedit, ceſsit, tranſtulit, & tradidit, ad vtendum, fruendum, & gaudendum; *& cum multis ſeqq.*

182 *Verbum* dedit *transfert dominium, ceſſit. nu.183. tranſtulit. nu.184. tradidit. nu.185.*

186 *Verba ad vtendum, fruendum, transferunt dominium. Limita, ſi eſſemus in contractu pignoris. numer.187. important vſum, & vſumfructum. numer.193. important proprietatem, num.195. vbi & de verbo ad gaudendum.*

188 *Verba dimiſit, remiſit, conſignauit, aſſignauit, relaxauit, transferunt dominium.*

189 *Clauſula* Conſtituti, & euictionis *transfert dominium.*

191 *Emptio vt inducatur, ſufficit quod verba poſsint deſeruire, ſecundùm aliquam ſignificationem.*

192 *Venditio cum pacto de retrouendendo reſpectu recuperationis videtur quaſi pignus.*

194 *Argumentum ab vltimis voluntatibus ad contractus eſt validum.*

196 *Pignoris vſum, non habet creditor.*

197 *Pignus rei propriæ non conſiſtit.*

199 *Datio in ſolutum in dubio potiùs præſumitur, quam pignus.*

200 *Creditorem velle recipere ſuum creditum minutatim non eſt veriſimile.*

201 *Clauſula* ponens in ſuum locum *transfert dominium:* 202 *& inducit venditionem, & dationem in ſolutum.*

203 *Clauſula* omni meliori modo *poſt verba dedit, ceſſit &c. transfert dominium, & inducit dationem in ſolutū.*

205 *Pactum de retrouendendo minorem habet ſuſpitionem fraudis, in datione inſolutum.*

205 *Pactum de reſtituendo quid importet.*

209 *Pactum legis commiſſoriæ, quare prohibitum in pignore*

213 *Pretium taxatum à partibus in pacto legis commiſſoriæ appoſito, in pignore præſumitur iuſtum.*

214 *Pretium conuentum non præſumitur iniuſtum præſumitur iuſtum. num.217.*

215 *Læſio non præſumitur, ſed eſt probanda plenè.*

216 *Contractus habet pro ſe præſumptionem iuſtitiæ pretij.*

218 *Pactum de retrouendendo quantum minuat de pretio, remiſſiuè: ſi ſit perpetuum ad libitum venditoris detrahit tertiam partē. n.219. quid ſi ſit ad fauorē vtriuſq; n.220.*

1 VItio prauitatis vſurariæ nec eſſe obnoxium contractum mihi propoſitum; nec minùs aliqua alia illicita turpitudine laborare, ad effectum, vt fructus rerum traditarum legitimè percipi poſſint, neque ſorti veniant imputandi, ſed in dominium percipientis irreuocabiliter conuertantur, ſi proprij termini, quibus eſt inītus ſedulò retineantur, quinque firmatis inſpectionibus, ambigendum non puto.

INSPECTIO PRIMA.

ETenim, quoad hanc contractum vulgò & impropriè dictum *à godere à godere* celebratum inter Antonium, & D. Iacobum de Ciuitate Comacli illud eſſet præmittendum, multipliciter formulam huiuſce contractus accidere poſſe, & videre eſt apud DD. inferiùs allegandos.

2 Sed, quia conſulenti verborum prolixitatem reicere conuenit ex *Rolando conſ.61. num.2. lib.3. Barboſ. axiom. 38. num.5.* ne verba inania, & ſuperflua tædium animis

3 inferant, ſicuti ſolent ſtomachari prudentes. *Roland. conſ.39. num.2. lib.2. Tuſc. litt. S. concl.895. nu.31. Barboſ. d. axiom.38. num.2. pulchrè Reuerendiſs. Fagnan. in c. cum ſit ars. n.16. vbi* de ijs, qui pretioſum tempus conterunt in allegationibus ſe inutiliter dilatantes, ſubdens, quod doctis, & cordatis viris nauſeam mouet tot auctorum præſertim nullius nominis, aut ponderis, inepta congeries. *de ætat. & qualit.*

4 Idcircò, breuitati ſtudendo, vt fieri debet *Tuſc. litt. B. concl.127. num.1. Barboſ. eod. axiom.38. nu.1.* dummo-

5 dò obſcuritas, & incertitudo non ſequatur. *Barboſ. ibid. nu.4.* iuxta illud. *Dum breuis eſſe laboro, obſcurus fit;* nam tunc potius Aſiaticæ affluentiæ, quàm Laconicæ ſobrietati inhærendum eſt; itàvt copia verborum, ſermóniſque longitudo crimini non ſit adſcribenda, vt pulcherrimè aiebat *doctiſſimus vir, & præſtantiſſimus Antiſtes Comaclenſis omni æuo ſummis laudibus extollendus, & inter inſigniora encomia perpetuò reponendus Alphonſus Pandulphus in ſuis celeberrimis Diſputationib. de fin. mundi. diſp. proem. cap.1. §. neque aliquis.*

Præſens reſponſum his duntaxat, quæ proponuntur accommodandum curabo.

Non tamen omittendum cenſeo, contractum iſtum

7 fuiſſe à pluribus DD. examinatum: & ſicuti multitudo parit confuſionem. *Gloſ. in §.1. verſ. honeſtum. auth. de referen. Sacr. Palat.* ita in præſenti ſcribentes ipſos diſcordes extitiſſe, demonſtratur à congeſtis ſuper huius contractus materia ab *Azor. inſt. moral. p.3. lib.9. tit. de ſociet. c.20. vbi latè. Stephan. de contrac. lib.2. c.46. num.4. & c.82. nu.9. Homobon. de exam. p.2. trac.9. c.13. q.42. et in reſponſ. moral. p.6. reſp.206. lib.2. Molfeſ. in ſumm. to.2. tract.12. c.8. nu.47. Conrad. de contract. lib. q.84. Medin. de vſur. q.15. Surd. conſ.184. et conſ.327. n.30. Marcian. conſ. 44. lib.2. Ricc. in praxi p.2. reſol.48. et reſol.307. Caroc. de locat. p.1. q.4. princ. tit.* godere à godere. *qu.4. Couar. var. reſol. lib.3. c.9 nu.3. Bonacin. de contr. diſp.3. qu.2. punc.7. §.1. nu.7. Dian. reſol. moral. p.3. tract.8. reſol.28. et reſ.82. Scacc. de commerc. et camb. §.1. q.1. nu.470. et ſeqq. Leotard. de vſur. q.15. n.30. et ſeqq. Filliuc. trac.36. c.5. n.90. Delugo de iuſt. tr.2. diſp.25. ſect.8. num.136. Tamburin. in praecept. decalog. lib.8. tr.3. c.7. §.6. nu.16.17. tom.2. Marin. reſ. quotid. c.172. lib.2. Mart. conſ.17. Koppen. dec.22.* apud quos habentur alij concordantes.

9 Conueniunt autem ipſimet auctores, contractum iſtum, *à godere à godere*, ſi concipiatur propriè, & ſimpliciter eo modo, qui penes eos, communiter habetur, hoc eſt, *Petrus dat Antonio aureos mille. Antonius dat illi prædium, vel domum æquiualentiæ: fruitur quiſq; datis donec alteruter reddat acceptum, nàm tunc, et alter, quod accepit reddere obligabitur;* paſsim ſuſtineri, & validum

10 eſſe, quotieſcunque, ex parte dantis pecuniam concurrit ratio lucri ceſſantis, vti indiuidualiter prodierunt. *Dian. d. reſ.28. Homobon. d. reſponſ.206. verſ. reſpondi, ibi niſi aliqua. Cardin. de Lugo d. ſect. 8. num. 136. Stephan. de controu. lib.2. cap.25. num.7. Azor. d. cap.20. in fin. Marin. d. c.172. n.4.9. et ſeqq. Tambur. d. §.6. num.17.* vbi hæc formalia verba habet. *Nihilominus indè puto poſſe te*

excu-

Digitized by Google

excuſari ab vſura, quia fructus illos accipis ratione lucri
ceſſantis;nam illos aureos mille tu poteris negotijs exponere
atquè adeò illis aliquid modo magnum, modò paruum lu-
trari; potes igitur in eius compenſationem accipere fructus
prædij lucro illi incerto ad prudentis arbitrium æquiualens.
Niſi ex hoc capite iuſtifices hunc contractum prædicto mo-
di explicatum fur eris, vel vſurarius, non enim video
qua alia ratione, quidquid alij dicant, defendi ab iniuſtitia
poſſis.
11 Quapropter ſi concurrerent requiſita in Antonio
neceſſaria ad finem, vt erga eum haberi deberet ratio
lucri ceſſanti, de quibus per *Caſtr.in l. non vtique. 3. ff.*
quod cert. loc. quem communiter ſequuntur DD. vt apud
Zuccard.dec.lucen.ciuil.21.num.4. Molfeſ.in prompt.iur.
tom 2.tr.12.cap.23.num.31.Scacc.de commerc.& camb.
§.1.quæſt.7.p.2.ampl.8.num.99.Caren.reſol.113.num.6.
Gratian.diſcept.911.num.22.Vermigliol.conſ.crimin.289.
num.10.Poſt.reſol.54.numer.52.& ſæpiſsimè amplexa eſt
Rota Romana, vt præ alijs obſeruat Rubeus ſenior in ſing.
Rot. Roman.p.1.circa Mobedan.dec.3. deuſur. f. mihi 371.
col.2.in fine vol.1.& p.2.verb. lucrum. §.1. & p.3.verb.
Caſtrenſis. §.15. vol.2.et vlterà deciſiones ab eodem addu-
ctas,hoc idem fuit firmatum cor.Pegu.dec.26.num.7. tom.
1.ex typo Lugdun.cor.Caualer.dec.345.numer.7.cor.Mer-
lin. dec.409. num.16. tom.1. & coram Carlin. Otthobon.
dec.12.num.10.et poſt Zacch.de oblig.Camer.dec.275.n.4.
et poſt Merlin.de pign.et hypoth.dec.29.n.3.et poſt Cenc.de
cenſib.dec.350.num.6.et dec.479.num.9. cum multis alijs
allegatis à Ridolphin.in prax.p.1.c.8.num.265.et à Feren-
til.ad Buratt.dec.767.num.3.tom.3. et apud Poſt. de ſub-
haſt.dec.133.n.18.et dec.156.n.9.in Addit. et quæ requi-
ſita adducto *inf.n.24.*

Non veniret dubitandum de ſubſiſtentia,& validita-
te contractus præfati ab eodem,etiam ſic, vt ſupra ce-
lebrandi.

Quemadmodum nec etiam ambigi poſſet de illius
12 iuſtitia,licet perſeferendo mutuum vſum ex vna par-
te pecuniæ ex alia pignoris, indè reſultaret vera anti-
chreſis;ex conſideratis à *Leotard.de Vſur.d. q.15.ſub n.*
30.verſ.quid enim.Nigro de Laudem. q.31. num.1. Vbi,
quod nos Itali nuncupamus antichreſim dare *à godere,*
à godere.tom.1.ex Surd. conſ.327.ſub num.30. Bertrand.
Argent.ad conſuet.Briton. art.61. not.2. num.2. ac obſeruo
infr.in colluct.35.n.66.

Succeſſiueque eſſet omni iure improbatus,veluti an-
13 tichreſis eſt prohibita.*cap.1.2.8.de Vſur.cap.7. de iure-*
iur.Duaren.ad tit.de vſur.cap.1.Martin.de iure cenſ.c.1.n.
142.147.Theſaur.dec.78.num.3.Gregor.de vſur. lib.2.c.
10.num.1.latè Leotard eod.tract.de vſur.q.11.num.7.cum
ſeqq. et quæſt.80. ſub numero 6. et quæſt.98. numero
46.Laym in.lib.3.tract 4.c.16.num.17.Buſenb. in Medul.
Theol.moral.lib.3.tract.5.cap.3.dub.16.verſ.contractus hic
videtur.

14 Quoniam adhuc permitteretur, ſicuti antichreſis
permittitue, ſi adſit ratio lucri ceſſantis. *Buſembau.d.*
*dub.16.in fin.Leotard.de Vſur.d.q.98.num.46.*qui moue-
tue per tradita à *Theſaur.d.dec.78.ſub num.3. et num.4.*
Medic.de compenſ.p.1.q.9.n.9. Mantic. de tacit. et ambig.
15 *conuen.lib.11.tit.8.numer.22. ac alijs* firmantibus vale-
re pactum, vt fructus pignoris non imputentur in ſor-
tem, dicta ratione lucri ceſſantis concurrente.
16 Licet alias tale pactum eſſe omnino improbatum,
& vſurarium docuerint. *Surd.conſil.194. num.14. Paci-*
fic.de Salu.interd.inſp.4.cap.1.num.46.Neguſan. de pign.
p.5.memb.1.num.10 Vgolin.de vſur.cap.63. num.1. Leo-
tard.eod.tract.d.q.11.num.2.Gait.de credit.cap.4. numer.
1005.Trentacinq.var.reſol.lib.3.tit.de pign.reſ.2. num.6.
Rota in Tiburt.Caſtri S.Angeli.14.Febr.1656.§.1. verſic.
adeovt nec valeat pactum, vbi de ratione coram Meltio.
Merlin.de pign.et hypoth.lib.5.q.45.num.13.14 38. Vbi
17 declarat quomodò ſint intelligendi Doctores illi, qui
dixerunt,pactum illud valere, ſi iuramento ſit robora-
tum,inter quos *Neguſan. d.p.5.membr.1.num.14. Man-*
tic.d.tit.8.num.36.Gait.d. cap.4. numer.1030. et ſeqq. vt
18 ſcilicet procedant eorum dicta ad finem impediendi
ne debitoe qui pignus dedit, poſsit compenſationem
opponere de fructibus eiuſdem pignoris à creditore
perceptis,vt imputentue in ſortem: non autem ad hoc
vt debitoe nequeat eoſdem fructus petere, & conſequi
poſtquam debitum ſoluerit, & pignus recuperauerit:
cui declarationi fauere *cap.ad noſtram.il 1. de iureiur. et*
cap.debitores de vſur. animaduertit Eminentiſsimus Man-
tic. d. tit.8. numer.37. Gait. de credit. d. capit.4. numero
1033.
19 Sicuti,quod fortius eſt,nequè obſtaret ſi verſaremur
in mutuo,ſine quo, aut formali,aut interpretatiuo non
datue vſura.*Molin.de contr.diſp.303. num.7. Vermigliol.*
conſil.crim.298.num.5.Sabel.var.reſol.& reſponſ.cap.17.
num.45.Mantic.de tacit.lib.8.tit.18.Mareſc.var.reſol.lib.
2.cap.132.Pigant. ad Stat.Ferrar.lib.2.Rub.97.ſub num.
20.verſic.& quod attinet,in fin.to.2.Rota in rec. dec.490.
num.3.par.3.& dec.160. num.4. & ibi poſt deciſionem in
Voto impreſs.dec.6.par.4.tom.2.in diu.dec.195.num.2. p.
2.& poſt lib.1.conſil.Farinac.dec.24.num.3.& coram Se-
raphin.dec.599.num.3.tom.1. & coram Merlin. dec.161.
num.1.tom.1.cum alijs in Roman.locat.2.Maij 1659. §. in
quam DD.ſententiam cor.Veroſp.
20 Nam quoquè ſi concurrat ratio lucri ceſſantis lici-
tum erit exigere aliquod inteeeſſe vltrà ſortem mutua-
tam;intelligendo,vt per *Buſembau. in Medul. theol. mo-*
ral.lib.3.tract.5.cap.3.dub.7. §.10. Dicaſtil. de iuſt. lib.2.
tr.10.diſp.2.dub.5.num.167. Cardin. de Lug.de iuſt. diſp.
25.ſect.6.Tamburin.in præcept.decalogi lib.8.tract.3. cap.
8.§.3.num.11.& ſeqq.Staiban.de intereſſ.lib.1.q.17.num.
25.& ſeqq.& lib.2.tit.11.q.vnic.à n.128.cum multis ſeq.
Scacc.de commer.& camb.§.1.q.7.par.2.ampl.8.n.76. et
ſeqq.
21 Verum fundamentum iſtud pro ſuſtinendo hunc
contractum,etiam vt ſupra initum, quamquam ſit vali-
diſsimum; attamen tamquam nimis vagum,& quibu-
22 ſcunque contractibus applicabile, iam quod lucrum
ceſſans in omni conteactu debetur; vt cum *Roderic.de*
ann.reddit.lib.3.quæſt.5.num.20.dixit Staiban. de intereſ.
lib.1.q.17.num.2. & latè comprobat Leotard. de vſur. qu.
71.num.7. cum ſeqq. Atque illis temporibus dum alio
23 medio vſuræ euitari non poſſunt, à pleriſque vſurpa-
tum,& admiſſum,ex *Merend.de camb.nundin. cap.3. nu-*
mer.94.

Vel in præſenti non erit multum plaudendum.

Vel, ob difficultatem deducendi illud ad praxim,
non veniet magnificiendum.

24 Etenim, vt legitimè exigi, ac obtineri poſsit lucrum
ceſſans,non tantum opus eſt.

Quod illud volens ſit ſolitus negotiari.

Quod debitor pecuniæ fuerit in mora.

Et quod iſte volens hoc lucrum habuerit præ manibus
merces,quas non fuit negotiatus,ex quo non habuit ſuas pe-
cunias numeratas: ſicuti tradunt *D. D. omnes ſuperiùs ad-*
ducti n.11.
25 Sed etiam alia multa concurrere debent, de quibus
Menoch.de arbitr.caſ.119.Scacc.de commer.& camb.§.1.
quæſt.7.p.2.ampl.8.à num.426.cum ſeqq.Leotard.de vſur.
quæſt.74.per tot.Staiban.de intereſſ. lib.1. quæſt.16. à n.8.
vſque ad fin.
26 Quæ priora tria requiſita licet examinentur admo-
dum doctè à ſcribentibus ipſis,& latiſsimè *à Scacc. d. §.*
1.ead.ampl.8.à num.100.vſque ad num.243.à Ridolphin.
in prax.p.1.cap.8.num.226.& ſeqq. & nouiſſimè à Zacch.
de Sa-

de Salar.operar.q.47.n.15.& ſeqq. Cæteraque neceſſaria ab ijſdem perpendantur.

Nihilominus non grauabor aliqua inſigniora delibare, eaq; ibidem reponere, vel, vt ſecurius in hac re procedatur, vel, vt aptius conſulenti ſuper hoc opera non denegatur.

INSPECTIO SECVNDA.

IDcircò, retento ordine eorundem trium requiſitorum, illud obſeruo circa primum, quod intereſ-
27 ſe lucri ceſſantis peti non poteſt, nec de eo habetur ratio, vbi petens otioſam pecuniam retinuiſſe. *Gat. de credit.cap.2.tit.7.q.4.n.1870 & 1900.*

28 Et pariter, ſi nihil lucraturus fuiſſet. *Couarr. var. reſ. lib.3.c.4.n.2. Maſcard.de probat.concl.934.n.3. Staiban.de intereſs.d.q.16.n.11.*

29 Et quatenus volens hoc intereſſe, feciſſet lucrum, vtiquè hoc eueniſſet eo tempore, quo debitor tenetur ſoluere, cum tunc temporis etiam opus ſit, vt fuerit ſolitus negotiari. *Maſcard.d.concl.934.num.4.5. Menoch. de arbitr.d.caſ.119.ſub n.3.verſ.nec ſufficit, quod olim. Staiban. d.q.16.n.12.13. Lup.de commer.illic.comm.1.§.6.nu.17. Leotard.de vſur.d.q.74.n.24.*

30 Intelligendo pro ſolito negotiari, non vt ſoli mercatores, & negotia gerentes mercantili more poſsint hoc lucrum conſequi; ſed etiam comprehendantur cæteri omnes, qui ab eorum pecunijs vtilitatem, & lucrum capere valent, præciſa negotiatione eo modo ſumpta, quo ſolis mercatoribus conuenit, vt explicant *Maſcard. d.concl.934.num.24. Caſtil.contr.iur.lib.2.cap.1.num.45. Scacc.de commer.& camb.§.1.q.7.p.2.ampl.8.ſub n.94. in fin.pulchrè cum exemplis Leotard.d.q.74.num.25.26.et num.27.vbi concordan.adde Mutam.dec.Sicil.44.n.35.& ſeqq. Staiban.de intereſs.lib.1.q.16.num.3.et numer.33.ac ſeq. Pigant.ad Stat.Ferrar.lib.2.Rub.107.ſub n.18.verſic. intereſſe vero.tom.1 Cyriac.contr.368.n.21.22.tom.2.& contr.526.n.30.tom.3.*

31 Et etiam illi, qui negotiari abſtinuerunt culpa debitoris. *Leotard.ead.q.74.n.51.52.*

32 Quoad ſecundum requiſitum: plura requiruntur ad hoc, vt conſtituatur debitor in mora, de quibus *Mareſc.var.reſol.lib.2.cap.124. Sanfelic.dec.124.numer.4.& ſeqq. Staiban.d.q.17.num.30.cum ſeqq. Zacch. de Salar. d. q.47.n.19.*

33 Sed ſignanter debet debitum eſſe liquidum. *Fabius de Anna conſ 95.n.24 Sanfel.d.dec.124. num.5. Staiban. ead.q.17.ſub num 35. verſ. & tandem. Rota in rec. deciſ. 331.n.6.in fin p.1.& cor.Seraphin.dec.473.num.2.& poſt Merlin.de pign.dec.70.ſub num.10.repetita penes Poſt.de ſubhaſt.dec.177 num.14 vbi concordan.in Addit.*

34 Et quod debitor ſciat veniſſe caſum ſuæ obligationis. *Sa d.dec.262.num.5.6.cum alijs per Rot. in Ancon. cambij r.18.Iun.1646 §.1.cor.Peutinger.*

35 Ad quam moram incurrendam eſt certum interpellationem extraiudicialem ſufficere; ex *Bancr. de mora p.1.num.19.amp.3.quem ſequitur Scacc d.ampl.8.ſub num. 106. verſic. ſubdeclara primo. Maſcard.de probat.concl. 1071.num.14. Menoch.de arbitr.caſ.220.numer.28. Mareſc.d.cap.124.num.4. Leotard.de vſur.q.81. ſub num.11. 12. Rot.in rec.dec.733.num 3 in fin.par.3. & coram Pegn. dec.14.num.7.tom 1 nouiſſimè Sabell.var.reſol.& reſpon. c.65.n.9.cum alijs apud Zacch.de Salar. d. q.47.n.20.21. vbi de ratione.*

36 Licet contrarium dicat *Muta deciſ.52. numer.45.47. de quo Staiban. d.quæſt.17.numer.36. vbi de magis communi.*

37 At non eſt perpetuò verum, quod ad conſequendum lucrum ceſsans requiratur mora debitoris, nam in multis caſibus hoc fallit, quos longa, & plena examinatione adhibita recenſet *Scacc.d.ampl.8.à n.114.vſque ad 220.& poſt eum Leotard. de vſur.d.quæſt.74. a n.9. vſque ad n.23.& inferius ego ipſe aliquid dicam.*

38 Reſpectu denique tertij requiſiti, vltra ea, quæ dicam *inferius num.76.* Non eſt ommittendum, quod pro conſequendo lucro ceſsante non ſufficit, adeſſe in Ciuitate, vbi degit creditor, occaſiones ſemper reinueſtiendi pecunias in mercibus, & negotiationem faciendi, quia iſta dicitur potentia remota lucri, pro quo tamen debet eſse proxima, hoc eſt, quod tunc occurrit ſpetialis, & indiuidua occaſio alicuius particularis inueſtimenti, cui creditor pecunias deſtinauerat. *Menoch.conſ. 1180.num.20. Rim.iun.conſ.52.num.42. & ſeqq. & conſ. 218.num.100.& ſeqq. Gratian.d.ſcept.67.num.13. Sabell. var.reſol.& reſponſ.c.100.num.16. Rot. dec.7. num.8. & ſeqq. & dec.42.num.2.3.poſt Zacch. de ſociet. off. & dec. 362.num.2.poſt 2.lib. conſil. Farinac. & in Auenion. pecun.10.Febr.1640.§. nec releuat probatio, & §. ſeq. vbi eleganter agitur de ratione coram doctiſsimo Bichio, eſt dec.29.ſub num.2.3.4 poſt Merlin.de Pign & hypoth. & in Roman.legit. dei Nero 22. Iun.1644.§.in liquidatione fructuum coram Eminentiſs. Ottbobono nunc in eius impreſs.dec.12. numer.11. & in Roman. fruc. dot. 2. April. 1651.§. quia præter quod coram Cerro, ac alibi: vt apud Scacc.de commer.& camb.§.1.quæſt.7.par.2. ampl.8. nu. 223.& per Zacch.de Salar.ſeù Merced.operar. quæſt.47. num.18.*

39 Ita concluſio procedit, nedùm ſi volens hoc lucrum non eſset ſolitus negotiari, qualis eſt nobilis, contra quem ſicuti viget præſumptio excluſiua lucri, ita habet neceſse probare, quod habuerit præ manibus cenſum vel quid fructiferum emendum, & quia non habuit pecunias, non potuit emere. *Rim. conſil.104. lib.4. Natta conſil.370.num.5. Maſcard.de probat. concl.985. num.24. Scacc.de commer.& camb.§.1.q.7.p.2.ampl.8.ſub n.222. vbi de commun. Leotard.de vſur.d.q.74.n.34. Staiban. de intereſs.lib.1.q.16.n.25.*

40 Sed etiam ſi ſimus in mercatore, vel alias ſolito negotiari; ex multis apud *Scacc. d. ampl.8. ſub numer.224. Gratian.d diſcept.67.num.13.14.& diſcept.987.num.22. Staiban.de intereſs.lib.1.d.q.16.num.18.19.20. Rodolph. in prax.p.1.c.8.num.266.& ſequitur Rot.in rec. dec.331. ſub num.1.ver.quod procedit.par.1.& coram Coccin.deciſ. 153.cum alijs in d.dec.29.num.5.poſt Merlin. de pign. & hypoth.*

41 Quamuis non deſint quamplurimi contrarium tenentes, & aſserentes, ſufficere, quod probetur ſolitos eſse negotiari, & lucrari octo, vel decem annua pro ſingulis centenis, & mercatores eiuſdem qualitatis, & conditionis tantundem lucrari conſueuiſse deductis expenſis, & quod veriſimiliter creditor id lucraturus eſset ſi pecunias ſibi debitas habuiſset. *Burſat.conſ.68.num. 35.36. Caſtil.contr.iur.lib.2.cap.1.num.51. Gat de credit. cap.2.tit.7.num.1748.& ſeq. Surd. dec.259.num.9. Magon.dec.Floren.103.num.19. Mut. dec. Sicil.52. num.42. Medic.dec.Seuenſ.15.num.22.cum alijs apud Scacc.d.ampl.8.num.225. Leotard qui latiſsimè hanc partem tuetur d. quæſt.74.à num.35.vſque ad 43. Staiban.d.q.16.à nu.21. cum ſeqq.*

42 Hæc ſecunda opinio dicitur à praxi recepta, communis, in praxi ſeruanda, magis vera, & magis recepta *à DD.allegatis per Leotardum in d.quæſt.74. numero 35.*

43 Prior autem vocatur tutior in practica *à Scacc.d.ampl.8.num.226. magis communis, & ſubſtentabilis ab adductis per Rot.d.dec.29.num.5.* Addi poteſt, quod eam ſequitur Rot. Roman. Auditorium, cuius ſumma au-

Digitized by Google

44 ſtoritas, cæteras omnes præcellit ſententias; vt remiſ-
ſiuè dixi in colluct. 3. n. 38.

45 Verum non requiri dictam potentiam proximam
lucri, ſi creditor verſetur in locis inſignioribus, de qui-
bus meminit *Leotard. de vſur. q. 74. n. 43. Leoncil. dec. 65.
ſub n. 31. 32. Rot. cor. Seraph. dec. 186. in fin. tom. 1.* tradi-
derunt ijdem, quos modò adduxi.

46 Et quando debitor ſuſcepit in ſe onus inueſtiendi
ſummam debitam, alias voluit teneri ad damna, & in-
tereſse, tunc creditor non tenetur probare requiſita
prædicta Caſtrens; dummodò adfuerit occaſio inue-
ſtiendi, prout in Vrbe adeſt in locis montium; ex *Rot.
poſt Statil. de Salu. dec. 159. et in Roman. multipl. 25. Febr.
1619. §. nec demum coram Vbald. eſt dec. 479. num. 12. poſt
Cenc. de cenſib.*

Neque mihi interdicatur inter hæc loca reponere
47 quoad piſcium mercaturam *antiquiſsimam Ciuitatem
Comacli*: Quanta enim, & quanta ſit frequens, conti-
nua, & proxima occaſio implicandi etiam ingentem
pecuniarum ſummam in emptione piſcium, iam ſatis,
ſuperquè patet, dum à variis, ac diuerſis partibus Orbis
affluenter concurrunt mercatores, & magni quidem
nominis pro mercatura ipſa feliciter exercenda: faxit
Deus, vt ea, quæ in corde gero erga *eandem Comaclen-
ſem Ciuitatem*, aliquando palam facere mihi non dene-
48 getur: ex hiſtoricis namque meis obſeruationibus,
quas ſuper illius Statu fideliter commolior, certiſsi-
mum deuotionis meæ obſequentiſsimæ dabitur argu-
mentum.

49 Interim circa præſentaneam lucri ceſsantis mate-
riam, ſi deſideres formulam citationis, ſeù interpella-
tionis, qua fit proteſtatio contra debitorem de intereſ-
ſe lucri ceſsantis, eam habebis apud *Ridolphin. in prax. p.
1. c. 8. ſub n. 45.*

Et vlterius præcipuas huiuſce rei, ac intereſse duas
affero concluſiones.

50 Prima, quod ille, qui vult intereſse huius lucri, debet
probare quantitatem eiuſdem. *Scacc. de commer. &
camb. §. 1. q. 7. p. 2. ampl. 8. num. 238. Lup. de vſur. comm. 1.
§. 9. num. 114. & ſeqq. Staiban. de intereſs. lib. 1. q. 16. n.*
51 *16. 17.* per propationes arbitrio iudicis commiſsas. *Ma-
ſcard. de probat. concl. 934. num. 22. Caſtil. contr. iur. lib. 2.
cap. 1. num. 48. Leotard. de vſur. q. 74. in fine Staiban. d. q.
16. n. 24.*

52 Non ex hoc putes, quod probato intereſſe, ſed non
deducta preciſa quantitate, nequeat Iudex condemna-
re reum conuentum: nam cum actor probauerit ſua
intereſse debet in ea obtinere; et deindè fiet liquidatio
quantitatis illius in executione ſententiæ: ſic ſeruari in
praxi teſtatur *Scacc. d. ampl. 8. num. 242. Lup. de Vſur. d.
§. 9. num. 127. latè Staiban. d. q. 16. num. 28. & ſeqq. Leo-
tard. de vſur. quæſt. 76. num. 29. Rota cor. Buratt. deciſ. 545.
n. 4. tom. 2.*

53 Quæ liquidatio ſicuti admittit veriſimilem, & conie-
cturalem probationem. *Scacc. d. ampl. 8. num. 241. Leo-
tard. d. q. 74. ſub num. 68. verſ. proindè parum. Ridolphin. in*
54 *prax. p. 1. c. 8. num. 277.* ità arbitrium boni viri, habitis
rationibus ad labores, ſumptus, dubios euentus, & peri-
cula, expoſcit. *Honded. conſ. 41. num. 41. lib. 1. Molin. diſp.
316. num. 7. Lopez de contract. lib. 1. c. 24. verſ. ſed in con-
trarium. Medic. dec. 14. n. 15. Leotard. de vſur. q. 72. n. 47.
et in alleg. q. 74. n. 54.*

55 Quinimò pro eodem arbitrio circa quantitatem lu-
cri ceſſantis, legitimè habendo, datur certa regula à
*Leſs. lib. 2. cap. 20. dub. 11. n. 96. Regin. tom. 2. lib. 23. cap. 8.
num. 87. Bonac. de contr. diſp. 3. q. 3. punc. 4. n. 3. Dian. reſol.
moral. part. 1. tr. 8. reſ. 64. verſic. ſed quia.*

56 Et ſi allata fuiſset ſemiplena probatio huiuſce lucri,
poterit deferri iuramentum ſuppletorium pro eruenda
plena probatione, ex magis æqua, & communi opinio-
ne de qua *Coler. de proceſ. exec. c. 10. par. 1. num. 139. cum
ſeqq. Medic. d. deciſ. 14. num. 25. latè Leotard. de vſur. q. 86.
num. 35. & ſeqq. Gratian. diſcept. 67. num. 12.* Vbi ſubdit,
57 quod ſi creditor ad dictum iuramentum non admitta-
tur, aderit iuſta cauſa appellandi. *tom. 1. Staiban. de inte-
reſs. lib. 1. q. 5. num. 6.* Quidquid dixerint nonnulli apud
Leotard. ead. q. 86. num. 34. quos ſequitur abſque vllo exa-
mine de more volubili *Staiban. q. 16. n. 37.*

58 De iureiurando in litem quando poſſit admitti pro
eo, quod intereſt, vide *Leotard. de vſur. quæſt. 77. Stai-
ban. d. quæſt. 16. numer. 26. 27. vbi concordan. & q. 24. per
tot.*

59 Poſterior concluſio eſt, quod taxatio certæ quanti-
tatis pro intereſse lucri ceſsantis ab initio fieri prohi-
betur, & eſt illicita. *Innocen. in c. nauiganti de vſur. Natta
conſ. 417. Leotard. qui dat concordan. de vſur. q. 72. num. 3.
4. Vermigliol. conſ. crim. 289. num. 1. & ſeqq. & conſ. 301.
num. 3. Cyriac. contr. 368. num. 23. tom. 2. Gait. de credit. c.
2. tit. 7. q. 2. num. 1686. & ſeqq. Carleual de iudic. tom. 2.
tit. 3. diſp. 8. num. 79. vbi ex ordine recenſet 59. D. D. vltra
hic allegatos. Andreol. contr. 83. n. 1. p. 1. Rota in diu. deciſ.
315. p. 2. apud Cæſar. de Graſs. dec. 1. num. 2. tit. de vſur. &
dec. 325. poſt lib. 2. conſ. Farinac.*

60 Nam de eodem intereſse conſtare aliter debet,
quam ex conuentione partium; vt cum communi legi-
ſtarum, canoniſtarum, & theologorum aſserit *Mantius
inter conſ. Farinac. 15. num. 25. lib. 1. Coler. de proceſs. exe-
cut. p. 1. cap. 10. num. 122. Leotard. de vſur. d. q. 72. num. 9.
& quæſt. 76. num. 39. Vermigliol. d. conſ. 289. num. 4. Gait.
de credit. cap. 2. num. 1691. Scacc. de commer. & camb. §.
1. q. 7. p. 2. ampl. 8. num. 56. 57. Gratian. diſcept. 387. n. 12.
tom. 2. Cyriac. contr. 526. num. 16. Staiban. de intereſs. lib. 2.
tit. 11. q. vnic. n. 134. latè Carleual de iudic. d. diſp. 8. numer.
96. Sabell. var. reſol. & reſponſ. cap. 51. num. 2. & cap. 100.
n. 14. vbi allegat Rot. in Roman. fruct. dot. 2. April. 1651. §.
quia hæc præſumptio. verſ. ſed immò, nec ſtatuitur cor. Cer-
ro, & poſt 2. lib. conſil. Farinac. dec. 372. num. 89.* Vbi, quod
61 hoc ampliatur, etiamſi confeſſio eſset iuramento vol-
lata; & reaſſumit *Leotard. d. q. 72. n. 10. qui allegat Rode-
ric. de ann. redit. lib. 3. q. 5. n. 40. Maſcard. de probat. con-
cl. 934. n. 28.*

62 Et ſi partes quoquè aſserant, & confiteantur, quod
intereſſe taxatum, puta in rationem ſex pro centenario,
ſoluatur pro lucro ceſsante, & damno emergente; quia
creditor deſtinaſset pecunias conuertere in mercibus,
ſiuè cenſibus, & ſi illas conuertiſset, habuiſset idem in-
tereſse taxatum. *Vermigliol. d. conſ. 289. ſub num. 1. Rota
poſt lib. 2. conſ. Farinac. d. dec. 325. num. 2. 3.*

63 Quare ex prædictis omnibus DD. ſicuti idem intereſ-
ſe à principio taxatum debetur, ſi ſubſequuta fuerit de-
indè legitima illius probatio: ità taxatio certa inita à
64 principio ſuſtinetur, ſi contineat intereſſe veriſimile, &
proportionatum qualitati rei, & perſonarum contra-
hentium. *Theſaur. q. 71. num. 2. lib. 3. Gait. de credit. cap. 2.
tit. 7. q. 2. num. 1724. cum multis ſeqq. Staiban. d. tit. 11. qu.
vnic. num. 131. & ſeq. vbi de veriori. Carleual. d. diſp. 8. à
num. 85. vſque ad num. 94. Mangil. de euict. quæſt. 180. nu.
29. 30. Vermigliol. d. conſ. 289. num. 4. et conſ. 301. num. 3.
Caſtil. dec. 143. vol. 1. Andreol. contr. 83. num. 6. par. 1. Gra-
tian. diſcept. 387. num. 25. tom. 2. et diſcept. 652. numer. 25.
26. tom. 4. Thomat. dec. 132. num. 35. Cyriac. contr. 368. nu.
24. Rota apud Cæſar. de Graſs. dec. 1. 2. tit. de vſur. alias de-
ciſ. 187. num. 3. & dec. 188. num. 1. & poſt lib. 1. conſ. Fari-
nac. dec. 85. ſub num. 10. vbi de veriori, & poſt lib. 2. conſil.
eiuſd. dec. 331. per tot. & dec. 372. n. 2. 4. 7. & ſeq. cum aliis
apud Cenc. de cenſib. q. 57. ſub n. 11. verſ. tertio poteſt Sa-
bell. d. c. 51. ſub n. 13.*

65 Intantum vt concurrente iuſtitia, vel veriſimilitudi-
ne

ne intereſſe taxati, non attendatur mora debitoris. *Villagut.de vſur.q.18.num.12. Nauarr. in Manual. c.17. num.211. Gratian.d.diſcept.387.num.21. Leotard.de vſur. q.74.num.21.22.vbi de ratione. Rota in d. dec.372. num. 6.poſt 2.lib.conſil.Farinac.Staiban.d.tit.11.q. vnic. ſub nu. 138.139.*

66 Sed circumſcripta legitima taxatione, non per hoc, etiamſi fuerit exceſſiua, contractus redditur illicitus, niſi concurrat vlterius exactio: vndè volente creditore exigere id ſolum, quod ſua intereſt, contractus erit validus, & taxatio habebitur pro non facta. *Gratian. d. diſcept.387.num.8.plenè Leotard.de vſur.d.q.72.num.29. & ſeqq.Staiban.de intereſse d.q. vnic. num.136. Rota poſt lib.2.conſ.Farinac.d.dec.331.num.16. & ibid.dec.362. n. 3.& dec.372.n.8.*

67 Animaduertendo tamen, quod ſi forte id, quod intereſt tranſcendat ſummam taxatam, non ideò tenetur debitor vltra quam conuentum, & taxatum eſt. *Bertaz. conſ.crimin.527.numer.12. lib.2. Leotard.d.quæſt.72.numer.12.*

68 Quæ exactio intereſſe lucri ceſſantis nequit fieri ab initio, licet taxatio aliquando, vt dixi, ab initio permittatur; ſed poſt aliquod congruum tempus recipi debet. *Scacc.de camb.§.1.q.7.p.2.d.ampl.8. num.87. & ſub nu. 95.Gait.de credit.c.2.num.1719.Leotard.de vſur.q.72. n. 26.Dicaſtil.de iuſt.lib.2.tr.10 diſp.2.dub.6.à num.174. & ſeq.Tambur.in præc.decal.lib.8.tr.3.cap.8.§.3.n.16.Mangil.de euict.q.180.num.24.in fin.*

69 Verùm *Caramuel.in theol. moral.lib.1.n.755.* tradit, quod ſi fiant duo contractus alter mutuationis, alter venditionis, poterit mutuans ſumere ab initio decem, ſeù ſaltem octo, vel ſex: ità ineundo contractus, quod mutuans, nunc mutuat centum cum ſpe recipiendi hinc ad annum ex lucro licito præter ſortem, alia decem: vendat pariter nunc anticipato hanc ſpem lucri ipſi mutuatario; quæ ſpes valebit (omnibus ab experto viro perpenſis) ſex, vel octo; nam ſtatim mutuans poterit ſine labe vſuræ hæc ſex, vel octo ſumere: *ità explicat Tambur.d.§.3.n.17. & approbat n.20.*

Atque iſta quoad intereſſe lucri ceſſantis ſufficiant in præſenti.

INSPECTIO TERTIA.

70 RESpectu verò intereſſe damni emergentis, quod omninò cum lucro ceſſante in hac re fraternizat, vt videre licet apud D. D. omnes hucuſque allegatos, dum vtrumque promiſiuè adducunt decreueram, vel remittere lectorem ad eoſdem D. D. vel inſigniores ſedes, vbi tractatur, indicare: ſed mutato conſilio nolui materiam ipſiuſmet damni emergentis tam ſicco pede, in gratiam quoque conſulentis, pertranſire.

71 Quocircà illud primum obſeruo, quod iiſdem requiſitis, quibus indiget lucrum ceſſans, regulatur, & damnum emergens, ſi credimus *Honded.conſ.50. ſub numer. 30.verſ.quæ procederet.lib.1.& conſil.36.in fin.lib.2.Vermigliol.conſ.289.num.10. Rot. apud Mohedan. deciſ.103. alias 2.tit.de vſur.& in diu.dec.371.num.1.& dec.467. n. 1.p.1.& coram Merlin.dec.409. num.16. tom.1. Gratian. diſcept.244.num.12.tom.2.& diſcep.829. ſub nu.12. co.5.* nam eſt videnda *ipſamet Rota in Bonon. nullit. concord. 11. Martij.1647.coram Cerro, & 21.Ian.1648.cor.Bichio & coram Seraph.dec.1284.num.3.tom.2.* Vbi ſtatuitur,

72 quod reſpectu huius intereſſe damni emergentis non ſunt probanda requiſita *Caſtr.in l.3.ff. quod cer. loc.* quæ enumeraui *ſup. num.24.* & conducunt *Maſcard. de probat.concl.933.num 16.Morot.reſp.63.numer.2.Tepat.tit. 168.Staiban.de intereſs.lib.1.q.18.num.3.& nu.10. Gratian.diſcept.987.numer.17.& prius diſcept.67.numer.23. Zacch.de Salar.d.quæſt.47.numer.14. Andreol. contr.10. num.14.p.1.*

73 Benè verum eſt, quod ad hoc, vt poſſit haberi hoc intereſſe damni emergentis plura deſiderantur tradita *à Menoch.de arbitr.caſ.119.num.12.& ſeqq. Molin.diſp. 315.Bonac.de contr.diſput.3.q.3.Leſs.de iuſt.lib.2. cap.20 cum alijs apud Dicaſtil.de iuſt.lib.2.tr.10. diſp.2. dub.4. n. 187.& ſeqq.Tamburin.in præcep.decal. lib.8.tr.3.cap.8. §.3.num.2.& ſeqq.Leotard.de vſur.qu.75. vbi latè. Buſemb.in medul.theol.moral. lib.3. tr.5. cap.3. dub.7. §.10. Scacc.de commer.& camb.§.1.q.7.p.2.ampl.8. à nu.247. cum ſeqq.*

74 Et præciſim, quod ſit neceſſe in indiuiduo probare, quod ex eo, quia creditor non habuit pecunias debitori datas, damnum ſequutum fuerit, eſt opinio *S. Rot.Roman.de qua Theodoſ.Rubeus in ſuis ſingul.par.2. ver.Intereſse §.3.vol.2.& vt poſt lib.2.conſil.Farinac. dec.325. n. 5.& coram Coccin.dec.498.num.2.3.& poſt Cenc.de cenſib.dec.325.num.1.& dec.350.num.7.et poſt Poſt. de ſubhaſt.dec.8.num.2.et coram Merlin.d.dec.409.ſub num.16. et poſt Fenzon.ad Stat.Vrb.dec.83.in princ.& in Lauellen. dot.26.Nouembr.1650. cor. Corrado, et in Roman. fruct. dot.2.Aprilis.1651.cor.Cerro.*

Et vlterius hanc ſententiam ſequuntur *Honded. conſ. 50.num.30.ad fin.lib.1.Caſtil.contr.iur.cap.3.num.77.p.2. Trullench.ſuper decal.lib.7.cap.19.Roderic.de ann.reddit. lib.3.q.5.num.21.Gratian.diſcept.244.num.14. et diſcept. 829. et diſcept.987. num.8.9.* Vbi, quod eſt concluſio poſsim approbata, contra quam nullus contradicit, *et u.n.ſeqq.vbi latè.Merend.de camb.nund.cap.3. numer.23. Scacc.d.ampl.8.num.248.Amat.var.reſol.lib.1.reſ.27. n. 12.Sabell.var.reſol.cap.51.num.6.et cap.100. numer.22. 23.Zacch.de Salar.d.q.47.n.13.Antonel.de temp.legal. li. 1.c.58.n.2.3.et alij.*

75 Porrò, quod ſufficiat, conſtare de damno, & eo ipſo, quod creditor paſſus eſt damnum, præſumatur, quod illud non incurriſset, ſi debitor eidem ſuas pecunias ſoluiſset; fuit ſententia *Ruyn.in conſ.104.num.6.lib.1.* quem licet reprobatum *à Rota Romana in locis ſuperius indicatis,* qui immò ab omnibus communiter, *Vt dixit Gratian. d.diſcept.987.num.16.* adhuc ſequuntur *Bertaz.conſ. crimin.263.num.10.11.lib.2.Borgnin. dec.2. num.29. lib.2. Caſtil.contr.lib.2.cap.1.num.78.Andreol.d.contr.19.num. 7.10.et ſeqq.nec diſſentit ipſe Gratian.diſcept.67.num.23. verſic. et ſufficit tom.1.* atque accedere videtur *eadem Rota coram Seraphin.dec.593.num.3. et dec.935. num.4. tom.1.et dec.1284.ſub num.2.verſic. ſecundo cum monialeſ,et n.ſeq.tom.2.et coram Caualer. dec.210. numer.1. et poſt Zacch.de oblig.Camer.dec.140.num.6.et poſt Cenc.de cenſib.dec.554.numer.7.et ſeq.quæ eſt in Bonon.pecun.16. Ian.1634.§.quia vltra.coram Buccabella:* Dum in omnibus iſtis deciſionibus declaratur, eſse locum intereſse damni emergentis, eodem damno probato; abſque eo, quod dicatur interueniſse vlteriorem probationem pro parte creditoris, ideò damnum ſequutum fuiſse, quia non habuit ſuas pecunias à debitore: quam probationem fore impoſsibilem, tuendo hanc poſteriorem ſententiam, latè, & ſolidè oſtendit, & comprobat *Leotard.de vſur.q.75.à num.12.vſque ad n.26.*

76 Facit egregiè, quod tradidit *Ridolphin.in praxi.par.1. cap.8.num.272.et ſeqq. ad mentem Scacc. de commerc. et camb.§.1.q.7.p.2.ampl.8 num.250.* Vbi in terminis tertij requiſiti neceſsarij ad conſequendum lucrum ceſsans in ea parte, qua deſideratur vt creditor probet amiſiſſe occaſionem lucrandi, & emere non potuiſse, ex quo pecuniæ ſibi non fuerunt à debitore ſolutæ, docet, & pulchrè perpendit, iſtam probationem videri recta via impto-

probabilem,& impoſsibilem,cum conſiſtat in corde,&
77 animo,cuius ſcrutator eſt ſolus Deus:vt in Pſalm.7. &
43.& in c.tua nos de ſimon.Leoncil.de pauper.priuil.2.nu.
18.Vermigliol.conſ.26.num.5.Faguan.in c.accepimus,ſub
num.51.verſic.ſolus autem de pact.Rot.cor.Cardin.Man-
tic.dec.313.n.1.

Quocirca quatenus etiam prior ſententia adſcripta
78 S.Rotæ Romanæ,obtinere deberet; vtiquè eſſet intelli-
genda,vt probatio illa indiuidualis,fuiſſe,nempè,incur-
ſum damnum,quia creditor non habuit ſuas pecunias à
debitore,haberetur pro facta per coniecturas, & præ-
ſumptiones reſultantes à probatione directa antece-
79 denti;vtpotè, quoniam creditor per prius probauerit,
accepiſse,poſt moram ſui debitoris, pecunias ſub fœno-
re,vel cambio; aut illius bona fuiſse diſtracta a ſuis cre-
ditoribus viliori pretio, vel ædes ruinoſas reparare ne-
quiſse, & ab id collapſas fuiſse; ſeù, quod anno nam,
quam æſtatis tempore emere propoſuerat, emiſse de-
indè carius,& ſimilia.

80 Ex hac namque directa probatione eruitur præſum-
ptio,quod ſi debitor ſoluiſset, creditor ſe vſuris non
ſubmiſsiſset, & rerum ſuarum iacturam, ac cætera in-
commoda paſsus non fuiſset,vt benè Leotard.d. q.75.n.
18.& ſeqq.

Ac ſucceſsiuè, ſtante iſta præſumptione pro credito-
re,quod ſit ſatis probatum, ideò talia damna eundem
ſubiſſe, quia pecunias non habuit, & conſequenter
quia debitor ipſi non ſoluit: ex eod. Leotard. d. quæſt.
75. num.18. ac alijs omnibus ſectatoribus huius, poſterioris
ſententiæ.

81 Vel in omnem caſum,quod ſit translatum onus pro-
bandi contrarium in debitorem; vt in indiuiduo per
Leotard.d.q.75.num.24.vbi allegat Menoch.conſ.1023.n.
3.& benè in ſimili reſpectu lucri ceſsantis, dixerunt
Scacc.d. ampl.8. ſub n.256. verſ.ſeù oritur pro creditore.
Ridolphin.d.c.8.n.273.

82 Aut tandem, quod ipſimet creditori deferatur iura-
mentum,an verè, ob defectum pecuniæ ſibi debitæ, &
non ſolutæ ſuis temporibus,damnum deductum paſsus
ſit,ſicuti prudenter admonet, & obſeruat Leotard. d. q.
75.num.26.verſic.vel ius iurandum, & prius Alex.conſ.
221.numer.5.lib.2.Cyriac.contr.546.num.35.to.3.

83 Cui iuramento optius eſt locus, quoniam ſumus in
re,quæ in animo conſiſtit, & directè probari nequit, &
ità per iuramentum probabitur. Ridolphin.d.cap.8.num.
275.Niger.de Laudem. q.22. n.71. vbi concordan. tom.2.
Add.ad Rot.in nou.tit.de probat.dec.4.in fine.Cyriac.con-
tr.473.n.29.tom.3.

Pro qua tota re optimè conducit,quod cum verſemur
84 in materia difficilis probationis, vt quoad damna, &
intereſse,dixit Rota in rec.dec.56. ſub num.2. verſic. tum
quia iſta probatio par.3. alias in poſthum. Farinac. par.1.
intrat conſideratio triplici propoſitione conflata;
quod.

85 Aut ſufficiunt præſumptiones,& coniecturæ. Meno-
noch.præſ.9.num.26.lib.3. Ludouic. deciſ. peruſ.87. Surd.
conſil.293.num.31.Rota in rec.deciſ.571.numer.3. verſic.
cum enim p.3.& poſt lib.1.conſil. Farinac. deciſ.32. nume-
ro 2.

Aut ſtantibus iiſdem præſumptionibus, & coniectu-
ris transfertur promptius in aduerſarium onus proban-
86 di contrarium;nam quoties pro aliquo concurrit præ-
ſumptio iuris,quæ & veriſimilis dicitur ad congeſta per
Menoch.lib.1.q.4. de præſump. regulare eſt in omni ne-
87 gotio iſtud ſubſequi.l.generaliter.§.ſi petitum.in fin.ff. de
fideic.liber.l.ſiuè poſsidetis. C. de probat. c. ex inſinuatione
de procur. Menoch.de præſ.lib.1.q.33.n.2. Rota in rec.dec.
438.num.1.verſ.vndè inſerebatur p.3.

88 Aut deniquè erit locus iuramento, quod in his quæ
ſunt difficilis probationis,ſufficientem probationem in-
ducit.Roman.conſ.76.num.5.Marſ.conſ.5.n.23.Seraph.
de iuram.priuil.33.n.178.& priu.35.n.5.6.Ridolphin.in
prax.p.1.c.8.ſub n.175.

89 Et in terminis, quod ſi dominus aſſerat pati dam-
num ex diſceſsu famuli, hoc damnum probetur per il-
lius iuramentum,eſt tex.in l.ſi quando.C.vnde vi.cap.fin.
de met.cauſ.Maſcard.de probat.concl.471.n.1.Zacch.de
Salar.p.2.q.68.n.24.

90 Hæc facilius eſſent admittenda, ſi,vt neceſſe eſt ad ef-
fectum exigendi vſuras per creditorem alteri ſolutas
occaſione moræ debitoris in non ſoluendo eidem ſuas
pecunias,præceſserit citatio debitoris, eiuſque denun-
tiatio, & interpellatio facta à creditore de neceſsitate
capiendi pecunias ſub vſuris, ſine quibus aliter inueni-
re nequit,cum proteſtatione,quod ipſe debitor tenea-
tur ad vſuras,& damna,iuxtà c.ſi quis de clericis 12.q.2.
& cap.quoniam.14.q.4.Bero.conſ.195.num.2.lib.1.Scacc.
de commer.& camb.§.1.q.7.p.2.ampl.8.n.249.vbi plenè.
Gratian.diſcept.829.num.7.& diſcept.987.n.10.& ſub n.
17.tom.5.

91 Faciendo eandem interpellationem perſonaliter, &
non domi dimiſſa copia.Gratian.d.diſcept.829.num.8.et
diſcept.987.num.11.ex Rot.poſt Zacch.de ſociet.off.dec.7.
num.6.adde & in Ancon.cambior.8.Martij.1649.§.1.cor.
Peutinger.

92 Niſi adſit Stat.vt Ferrar.lib.2.Rub.1. quo caueatur
ſufficere citationes factas domi cum dimiſsione copiæ.
Rot.coram Seraph.dec.564.numer.1. tom.1. & in rec.dec.
569.num.2.par.1.& in Piſauren. pecun.15. Ian.1652. §.
quæ omnia cor. Cardin. Otthobon. nunc inter eius impreſs.
93 dec.269. num.13.14. Etiam nulla facta perquiſitione
perſonæ,ſecundum praxim communem, quidquid ſe-
cus ſit de iure,vt per Clar.in prax.§.fin.q.31.nu.17.Trem-
tacinq.var.reſol.lib.2.tit.de citat.reſ.3.num.22.Pigant.ad
Stat.Ferrar.lib.2.d.Rub.1.ſub num 7.verſ. tamen; tum in
multis tom.1.& probat Rota in rec.dec.644.num.5.par.1.
Vermigliol.conſ.crim.110.num.10.Farinac. in praxi q.11.
ſub num.41.

94 Dummodò tamen talis citatio fiat domi ſolitæ habi-
tationis eiuſdem rei. Farinac.d.q.11. ſub num.41. verſic.
& in propoſito.Gratian.diſcept.697.num.14.Pigant. ad d.
Rub.1.num.22.In tantum,vt ſi nuntius referat ſimplici-
ter,ſe ad domum reum citaſse ſine adiectione ſolitæ ha-
bitationis,talis citatio, vti incerta, & indiſcreta non va-
let.Tiraquel.de retract. lignag. §.9. gloſ.2.num.25.Farin.
in alleg.q.11.ſub num.41. verſic.& in propoſito ibi, quod
ſi nuntius. Eugen.conſ.2.num.8.lib.1.Gratian.diſcept.697.
num.14.tom.4.Tort.ad Stat.Pap.Rub.10.numer.10.in ci-
uil.Pigant.ad d.Rub.1.num.22. Et ità apud nos ſeruatur
quicquid in aduerſum firment. Franch.dec.322. San Fe-
lic.dec.225.tom.2.Prat.ad Muſcatel.in prax.p.1. princip.
p.2.gloſ.veniens num.9.Bottilier.de ſucceſs. ab inteſtato c.
1.theor.34.n.4.

95 Quinimò ex Stat.Ferrar.lib.2.d.Rub.1. in princ. opus
eſt,quod in dicta habitatione,ſit ipſe citandus,vel aliquis
de ſua familia tempore citationis cui cedula citationis rela-
xetur,vel ad oſtium affigatur, ſi eam acceptare recuſaue-
rit: ſi verò nullus fuerit in domo, teneatur præco inquire-
re à vicinis, vbi eo tempore fuerit ille ſic citandus, & ſi
relatum fuerit ab ipſis vicinis eſſe in Ciuitate Ferrariæ, af-
figatur cedula citationis ad oſtium cor. duobus vicinis, quos
præco nominare teneatur in relatione ſin autem relatum
fuerit eſſe ruri,& in comitatu,citetur ruri, & in comitatu
ad domum ſuæ habitationis.

96 Et ità non ſufficiet citare ad officinam, apothecam,
vel ſtationem, niſi prò habitatione electæ fuerint, aut
niſi ſint annexæ domui, vel ſub domo, itavt per do-
mum habeant aditum; ex traditis à Gratian. diſcept.

126.n.

*126.num.14.& ſeqq.tom.1.& diſcept.541.numer.18. ac
diſcept.775.tom.4 de quo Pigant.ad d.Rub.1.num.21.vbi
concordan.*

97 Et multò minus ad domum hoſpitij, ſiuè diuerſorij.
*Bart. in l.1.§. permittitur poſt med. de liber. agnoſc. Bal. in
cap. fin. col.2. verſic. & aſt tertia domus extra da eo, qui
mit.in poſſeſ.Tiraq.de retrac.d.§.9.gloſ.2.n.31. & nu.32.
vbi declarat.*

98 Sicuti autem iſta citatio ad domum ſolitæ habitatio-
nis requiritur bina ſaltem per interuallum vnius diei,
iuxtà diſpoſitionem *d.Stat. Ferrar. in alleg. Rubric.1. in
princ.& ibi Pigant.num.8.allegans Rot.in rac.dec.567.nu.*
99 *2.p.1.* ita executoris, ſiuè nuntij relatio expoſcitur;
adeò vt, ſi Index non viſa relatione progrederetur,
actus,vnà cum ſententia eſſent nulli.*Vant.de nullit.pro-
ceſs.cit.de null.ex defec.citat.numer.146. Pigant. ad Stat.
Ferrar.lib.2.d.Rub.1.num.4.Ridolphin.in prax.p.1.cap.2.
num.70.*

100 Huiuſce citationis,ac interpellationis formula poſ-
ſet taliter concipi; mutatis tamen mutandis, ſecun-
dùm caſuum contingentiam; de quibus *ſup.num.79.*&
apud *Menoch. de arbitr. caſ.119. numer.16.Leotard. de
vſur.d.q.75.num.1.& num.8.Staiban.de intereſſe lib.1.q.
18.n.2.*

Pro Antonio N. cum
Franciſco N.

Coram, &c. & in offitio, &c.

*Comparuit dictus Antonius ſuo N. proprio;citrà,&c. &
expoſuit qualiter ipſe eſt creditor præfati Franciſci in, &
de ſumma ſcut.500.ſibi debit. occaſione, & cauſa, de qua
in inſtrumento quod in actis actualiter produxit, rogat. ſub
die ..... anni ..... per D. N. Notarium, &c. ad quod,
&c. verùm quoniam ſua plurimum intereſt conſequi di-
ctum ſuus creditum, cum illius medio intendat ſatisfacere
æri alieno,quo multùm grauatur,& præciſim debito N.N.
&, niſi ſibi ſoluantur dicta ſcuta 500. nequit præfatam ſa-
tisfactionem facere,& ſe à dicto debito liberare, cum pecu-
nias penes ſe non habeat,nequè habere valeat, niſi ſub vſu-
ris (vel ſub cambio, vel mediante venditione cenſus, vel
alio modo,provt caſus dederit): ideò requirit, admonet,
& interpellat dictum aduerſarium ad ſoluendum dictam
ſummam ſcut.500.aliàs proteſtatus fuit,& proteſtatur con-
tra eum de omnibus, & ſingulis damnis, & intereſſe, ac
de dictis vſuris in illius præiuditium decurrendis donec ab
eo fiat dicta ſolutio,ac de omnibus alijs damnis,expenſis,&
intereſſe,quæ ob retardationem dictæ ſolutionis ſibi quomo-
dolibet contingerent,& de alijs licitè proteſtandis,deducens
etc. omni meliori modo, &c.*

Notificetur,& intimetur d. Franciſco,&c.

101 Et, quæ dixi de interpellatione prædicta proce-
dunt, niſi debitor dediſset facultatem creditori acci-
piendi pecunias ad intereſſe, & ſub vſuris pro damnis
per eum patiendis, ob retardatam ſolutionem debiti;
nam ideò, antequàm acceptio iſta pecuniarum ſequa-
tur,venit monendus, ac intimandus debitor, vt ſit cer-
tus,quod illi ſunt currendæ vſuræ, à quibus forſitan ſe
liberaret,priuſquam tales pecuniæ acciperentur, quod
non vindicat ſibi locum, quoties facultas prædicta fue-
rit creditori attributa, quia tunc debitor poſt eius mo-
ram debet eſſe certus de damnis ſibi imminentibus, ac
creditorem velle vti facultate ipſi conceſſa, vt citius
ſuas conſequatur pecunias, & ob id non eſt debitor
idem certiorandus vlterius, *ex reg.vulg.* atque ità eſt in-
telligendus *Gratian.d. diſcept.829. num.9.* Et expreſsim
tradiderunt *Scacc.de commer.et camb.§.1.q.7.p.2. ampl.
8.num.249.Amat.var.reſol.lib.1.reſ.27.numer.10.Caſtil.
deciſ.112.num.14.15.lib.2.Maſtril. deciſ.303. lib.4. Rota
in diu.deciſ.775.num.1. par.4. et in rec. dec.52. numer.2.
par.1.*

Quidquid dicat *Sabel.var.reſol.et reſp.cap.51. num.9.*
motus ſola auctoritate *Gratiani*, qui in locis ab ipſo in-
dicatis cautè eſt legendus, vt benè intelligatur.

102 Verùm tam præciſa dicta facultate, poſtquàm fue-
rit notificatio eum proteſtatione, vt ſuprà facta: quam
eadem facultate interueniente, neceſſarium eſt, quod
ſi fuerit ſequuta realis pecuniarum acceptio ſub inte-
reſſe, & vſuris, notificetur vtroque caſu debitori, eſſe
ſuum debitum ſub vſuris,ad finem, vt certo ſciat inte-
reſſe,quod patitur,& vbi velit, poſſit ſe ab eo eximere
& liberare ſoluendo debitum.*Rota in d.Piſauren. pecun.
15.Ian.1652.§.neque Comites coram Otthobon.in eius im-
preſs.dec.269.num.4.et in diu.d.dec.775.ſub num.1. verſ.
ſecundum eſt.p.4.et in rec.dec.304. numer.4. par.4. ſiuè in
poſth.Farinac.p.2.et in Ancon.cambior.2. Auguſti. 1649.
§.quare iuſtum coram Peutinger. eſt dec.60. numer.6. poſt
Salgad. in Labyrint. credit. et in Roman. cenſ.30. April.
1655.§.non obſtat; quod eſſet data facultas coram Dunozet.
et in Roman.camb.8.April.1658. coram Cerro, et in alia
Roman.camb.1.Iul.1658. §. neque ſubſiſtit replicatio cor.
Meltio Scacc.d.ampl.8.num.250.Amat.d.reſol.27.numer.
1. Antonel. de tempore legali libr.1. capit.58. ſub nume-
ro 1.*

103 Et licet ipſemet *Scacc.in ead. ampl.8. numer.263.et
ſeqq.* ſed præſertim *num.266.in fin.* dicat, haſce notifica-
tiones fore laudabiles, ſed non neceſſarias; propterea-
què ſuſtineat, illas non requiri, cuius opinionis meminit
*Amat.var.reſol. lib.1.d.reſ.27. num.11. in fin.et ſequitur
Leotard.de vſur.q.75.num.5.6.Altograd.conſ.45.ſub nu.
44.verſ. tamen præterquam vol.2.*

Nihilominus, vel eorum dicta in praxi non ſunt acci-
pienda, quamquam in viam diſputationis non debeant
104 contemni: vel tantum poſſunt habere locum, quan-
do creditor prætenderet vſuras, aut cambia vigore
mandati, ſeù ordinis ſibi à debitore dati pro accipien-
dis pecunijs, puta ad cambia, & recambia, vſque ad in-
tegralem ſatisfactionem, nam tunc talia cambia abſque
alia intimatione, & proteſtatione debentur; ſecus ſi tan-
quam creditor illa prætenderet per moram debitoris
in non ſoluendo debitum; ſic *Rota in Roman. pecun.13.
Iun.1616. §. minus obſtare coram Ioanne Bapt. Pamphil.
poſteà Sanctiſs. D. N. D. Innocentio Papa X. in rec.d.dec.
304.ſub num.4.p.4. vbi allegat alias deciſiones in Bonon.
quadrenæ 22.Iun.1611.coram Lancell.et in Roman.ſeù Flo-
rent.cambior.19.Iun.1614.cor.Dunozet.quibus adde,et in
rec.dec.274.num.4.p.5.et coram Merlin. dec.636. nu.10.
11.* Vbi egregiè: & multas deciſiones concordantes ad-
ducit, ac teſtatur, quod Rota ſemper hanc diſtinctio-
nem eſt ſequuta.*tom.2.et in d.Roman.cambij 1.Iul.1658.
§.quia tale obiectum coram Meltio, et prius in Ancon.
camb.18.Iun.1646.§.1. verſ. aut quando cor. Peutinger*;

105 Vbi etiam declarat hoc procedere, quando facultas
data creditori fuiſset ſimpliciter, & purè data; ſecus ſi
ſub conditione, cuius euentum debitor poteſt ignora-
re,nam tunc interpellatio requiritur; & opus eſt, quod
eidem debitori intimetur conditionis purificatio,& fa-
cultatis executio: quod confirmatur *in ead.2. Auguſti
1649.coram eod.d.dec.60.per tot.poſt Salgad.in Labyrint.
credit.* & videatur Roman. Cambior. 10. Martij. 1662.
cor. Veroſp.

Ex prædictis omnibus liquet, quando damni ceſsan-
tis intereſse debeatur; ſed quoniam res ipſa altiorem
requireret vlterius diſpunctionem, cum multa diſputa-
bilia contingere poſsent: idcirco remittendo me ad
ſcripta,& tradita per D.D. in locis ſuperius adductis, &
ad ea, quæ alibi, dum materiam cambiorum reaſſu-
mam, explanabo, pro coronide duo duntaxat vtrique
intereſse videlicet lucri ceſsantis, & damni emergentis
communia adnotanda propono.

106 Al·

Digitized by Google

106 Alterum,quod contra inopem, & decoctum currit intereſſe damni emergentis, ſed non lucri ceſſantis. *Conrad.de contract.q.31.& q.85.Bellon.dec.99.num.2.3. Martha dec.165.n.10. Ricc. collect.1432. Scacc. de commer.& camb.§.1.q.7.p.2.ampl.8. ſub nu.101. verſ. ſecus etiam.Viſconi.concl.iur.verb.Intereſſe col.3.Carleual. qui dat multos concordantes,de iudic.to.2.tit.3.diſp.8. num.3. Staiban.de intereſs.lib.1.q.14.n.8.*

107 Alterum eſt, quod quando intereſſe eſt in pactum deductum,tunc ſiuè ſit damni emergentis, ſiuè ſit lucri ceſſantis,debetur abſque mora.*Salon.de iuſt.tom.2.q.78. art.2.contr.8.num.9.10.& contr.9.numer.16. Azor. inſt. moral.p.3.lib.7.tit.de mutuo cap.7.quæſt.6. verſ.de damno quidem,& verſ. ſecunda eſt ſententia vbi multos congerit. Filliuc.tom.2.tract.24 par.2.cap.4. num.69.78 Bonac. de contr,diſp.3.q.3.punct.4.num.2.12.Carleual.d.diſp.8.n.5. quo loci plures alios adnectit. Adde Staiban. de intereſſe lib.1.qu.12.num.20.Sabell. var. reſol. & reſponſ. cap.51. num.7.*

108 Pactum enim in iſtis terminis dicitur illud operari,quod operatur mora.*Gratian.diſcept.652. numer.25. Scacc.d.ampl.8.num.151. Leotard. de vſur. qu.74. numero 22.*

109 Idem dico de iuramento, quoties debitor ſciat ſe explicitè ſoluere debere certa die. *ex Rot.poſt Zacch. de oblig. Camer. deciſ.20. numer.14. 15. & vide latè agentem Leotard. de vſur. quæſt.81. à numer.47. cum multis ſeqq.*

110 Supereſſet,vt hic non omitterem illam quæſtionem an, & quando intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis ſufficienter probetur mediante pacto per aſſertionem creditoris iuratam,vel non iuratam;ſed poſſunt videri *Felic.de ſociet.cap.24.nu.76.Bellon.dec.78.nu.7.8. Maſtril.dec.60.& dec.111.Botta. conſ.57. Rota Genuenſ. dec.78.num.7.& ſeqq.Tuſch.litt.P. concl.4. Amat. reſol. 27.num.26.& ſeqq.Guzman.de euict.q.14. Coler. de proceſs.execut.p.1.cap.10.nu.154.& infrà.Fontanel. de pact. nupt.clauſ.5.gloſ.9.tom.2.Gratian.diſcept.772. ex numer. 19.tom.4.Leotard.de vſur.q.76.vbi latè. Carleual. de iudic.tom.2.tit.3.diſp.8.à num.108.vſque ad num.125.*Vbi
111 dicit,quod verior,ſecurior, & firmior eſt ſententia, quæ aſſerit,quod, ſicuti intereſſe non probatur ex taxatione facta inter partes ab initio, ità nec cenſeri debere probatum ex declaratione creditoris quantumcumque iurata, ſed debere aliundè probari, etiam ſtante pacto, quo probatio fuerit in ſuam declarationem remiſſa.

112 Verum hæc opinio natat contra torrentem D.D. magis communiter aſſerentium,valere pactum, quod ſtetur, nedum iuratæ declarationi creditoris ſuper intereſſe;vt per ipſum *Carleual.d.diſp.8.nu.115. vbi multos conſarcinat;quibus adde Leotard.d.q.76.n.1. Andreol. contr.260.n.5.p.4.Marcſc.var.reſol.lib.2.c.16.n.8.aſſerentem deciſiones Rotæ Romanæ.*

Sed etiam, quod ſtetur ſimplici eiuſdem creditoris declarationi;*ex eod.Carleual.d.diſp.8.numer.108.concordantibus ibidem adductis,& cum eis Leotard.d.q.76.num. 2. Andreol.d.contr.260.n.13.*Adhibitis tamen limitationibus congeſtis *ab ipſo Carleual.d. diſp.8. numer.116. & ſeqq.examinatis plenè à Leotard.in alleg.q.76.à n.7.vſque ad n.22.*

113 Poſſet etiam hic tractari an conſtito deberi intereſſe, eo non ſoluto debeatur, & quando intereſſe ipſius intereſſe.

At cum ſit res altioris indaginis libenter eam pertranſeo.

Obſeruato ſolummodò, quod deberi intereſſe alterius intereſſe,ſi ſimus in intereſſe damni emergentis, ſecus in in intereſſe lucri ceſſantis, dixerunt *Honded. conſ.50.n.16.in fin.lib.1.Gratian.diſcept.987.n.13. Caſtil. contr.iur.lib.2.c.1.n.81.*

Contra quam diſtinctionem inſurgit *Andreol. contr. 210.n.6.7.*eo fretus motiuo,quod indiſtincta ſit regula, intereſſe alterius intereſſe non deberi, de qua agunt *Vuſembec.conſ.72.Mart.vot.165.Faber.de error.pragmat. decad.20.error.1.Giurb.ad conſuet.Meſſan. cap.4.gloſ.4. n.21.& dec.24.n.14.Laurent.dec.Auen.170.n.4. & dec. 188.n.1.Griuel.dec.dolan.103.n.1.Chriſtin. deciſ.105.n.3. tom.4.Maſtril.dec.124.Franch.dec.254.Sperel.dec.90.ſub n.20.tom.1.Leo.dec.Valen.13.Capyc.latro conſult.59.n.1. Garon.var.reſol.cap.16.n.4.Marin.quotid.reſol.c.199.nu. 1.lib.1.Gait.de credit.c.2.tit.7.n.1489.cum ſeqq.Paſſerit. ſing.388.Leotard.de vſur.q.5.& alij multi allegati ab Andreol.d.contr.210.n.1.& per tot. Rot.cor. Merlin. dec.409. n.21.& in rec.dec.301.n.20.p.5.*

114 Cuius tamen regulæ binas reaſſumo limitationes. Alterum circa intereſſe annuorum redditum, ſiuè cenſuum ad formam *Bullæ Pij V.*conſtitutorum,eorum enim intereſſe deberi agnouerunt *Latro d.conſ.59.n.19. & ſeqq.Marin.d.c.199.n.2.3. Andreol.d.contr.210. n.10. vbi concordan.*

Quam limitationem intelligit *Cenc.de cenſib.q.33.n. 12.*vt fortè poſſit procedere in mercatoribus, & ſolitis negotiari.

Eamquè expreſſè, ac latè reijcit *videndus Leotard. de vſur.q.82.per totam.*

Alteram circa cambia, in quibus permitti intereſſe alterius intereſſe,voluerunt.*Surd.conſil.485. num.6. lib. 4.Cyriac.contr.526.n.46.& ſeqq.Gait.de credit.c.2.tit.7. n.1502.*

Et generaliter eſt ſciendum, regulam præfatam ceſſare,quando intereſſe efficitur ſors, ſeù vice ſortis fungitur, adeovt petatur non acceſſoriè ad ſortem, ſed principaliter. *Anna conſ.48.num.25.Trentacinq. var. reſol.lib.1.tit.de intereſſe n.21.Roderic. de ann.reddit. lib.3. q.7.num.28. Andreol.d.contr.210.n.8.Leotard.de vſur. q. 5.ſub n.17.Rouit.dec.9.n.17.18.Minad.dec.17.Giurb.dec. 14.n.35.*

Dummodò intereſſe efficiatur ſors ex diſpoſitione legis,ſecus ſi ex conuentione partium.*Garon.var.reſol.c. 17.ſub nu.11.12. Rouit.d.dec.9.nu.14. Andreol. in alleg. contr.210.ſub n.8.*

INSPECTIO QVARTA.

POrrò res expoſtulat,vt quò digreſſi fuimus iam reuertamur:& memoriæ recolendo, quod ex hactenus traditis patet difficultas fundamenti, quo regitur iſte contractus *à godere à godere* vt in praxi legitimè exerceatur,ſi duntaxat rationi lucri ceſſantis, aut damni emergentis ſit inhærendum; non quia fundamentum ipſum veritate careat,cum ſit veriſſimum, & vndequaque iuſtiſſimum, ſed quoniam intereſſe in eo requiſitum maximas examinationes,vt obtineri poſſit, deſiderat.

Idcircò alijs petitis medijs, quibus ipſemet contra-
115 ctus fulciri poteſt,illud aſſero, quod conſuetudo Italiæ, Germaniæ, aliorumque locorum, illum vt ſuprà initum,approbat,& admittit, itavt paſſim ſit vſitatus, & frequens; *ex Scacc. de commerc. & camb. §.1. quæſt.1. ſub num.490.verſic.reſtringe eandem opinionem. Azor. Inſtit.moral.p.3.lib.8.tit.de empt.et vendit.c.12.q.8. verſic. alij tamen volunt.adde,& in lib.9.tit.de ſociet. c.20. verſ. penult.ac Duard.in proem.conſt.Pij V. q.24. numer.26. de quo Leotard.de vſur.q.15.n.31.in fin. Surd. conſ.184. ſub num.8.verſ.ſeptimo ſi verum lib.2.et conſ.327. ſub nu.50. verſ.accedat quod ille li.3.Diana tract.8.reſol.82. in princ. par.1.*

M Intrat

Intrat hic diſcuſsio virium conſuetudinis; nam caſu
116 quo dubitaretur, an iſte contractus, quem examinamus eſſet licitus, aut fæneratitius, nec ne, tunc inſpici deberet conſuetudo regionis, in qua celebratur. *Abb. conſ.15.ante num.1.in fin.li.1.Scacc.de commer.& camb. §.6.gloſ.1.ſub num.50.Henriq. de fideiuſſ. cap.26. nu.98. Leotard.de Vſur.q.99.num.1.in fin.Cardin. Mantic.de tacit.& ambig.conuent.lib.3. tit.9. num.7. tom.1. Zacch. de Salar.q.47.n.5.*

117 In tantum, vt ſi eſſemus modo in patria, in qua vigeret conſuetudo celebrandi huiuſmodi contractum, poſſet, & deberet dici, quod eadem conſuetudo redderet illum licitum, poſito, quod de hoc dubitaretur. *Bart. in l.quid ſit fugitiuus.§.apud labeonem.ff.de ædil. edic. Roland.conſ.58.num.20.lib.4.Gratian.diſcept.14.n.12.lib.1. Caſtrac.de ſociet.off.c.4.n.20.& ſeq.Scacc.d. gloſ.1. ſub n. 48.Surd.conſ.184.n.9.& conſ.327.n.51.Leotard. de vſur. q.89.n.9.& q.99.ſub n.1.& n.5.Rota in diu.dec.316. n.7. p.4.& in rec dec.708.n.7.p.3.*

118 Non obſtante quod ſit apud ſcribentes aſsertio, conſuetudinem illud tantùm operari in contractibus illicitis, & vſurarijs, vt contrahentes excuſentur à pœnis temporalibus, non vt ipſimet contractus validentur, ex *Bero.conſ 167.n.10.lib.1. Natta conſil.498. num.25. Roland.conſ.75.n.47.lib.1.Surd.conſ.184.numer.10. Vermigliol.conſ.301.n 2. Menoch.præſ.122.n.97. lib.3. Gratian. diſcept.14 num.12.13.Farinac. in prax.q.95.n.8. Caſtrac. de ſociet.off.c.4.n.22.23.& cap.5.n.23.25.Leotard.d. qu. 99.n.2.4.Mantic.d tit.9.ſub n.7.verſ.quod ſanè,& num.8. Rauden.dec.piſ.in.7.n.37.ſola ad conſuet.ſaband. in proem.gloſ.vlt.n.12.Pancirol.conſ.148.numer.12.lib.1. cum alijs per Borel.conſ.65.num.42.& ſeqq.cent.1.& in ſumm. deciſ.tit.14.num.56.57.tom.1.Poſt. reſol.115. numer.48. & ſeqq.Sabell.var.reſol.& reſponſ. cap.100. num.38.39. Rota poſt lib.2.conſil.Farinac.dec.2.ſub numer.1.& deciſ. 84.num.2.& poſt Cenc.de cenſib.dec.11.dec.155.et deciſ. 227.num.3.& poſt Zacch.de ſociet.dec.30. poſt Mangil. de ſubhaſt.dec.75.& poſt Merlin.de pign. deciſ.29. ſub numero 8.*

119 Etenim hoc procedit, vbi non adeſt probabilis dubitatio, vtrum contractus, qui celebratur, ſit licitus, vel potius vſurarius; ſecus tali dubitatione exiſtente; nam tunc conſuetudo nedum excuſat à pœna, verum etiam reddit ipſum contractum omninò validum; ſicuti *omnes præcitati D.D.* affirmant, & præſertim *Leotard. d. qu. 99.num 5.Latius ſcacc.de commer.& camb.§.1.q.1. num. 307.& in d.gloſ.1.à numer.48. cum multis ſeqq. Surd. d. conſ.327.ſub n.51.verſ.quia difficultas,& num.52.Natta d.conſ.498.num.26.lib.3.Roland.conſ.96.num.26.27. lib.*

1202. Ac operatur, vt contrahentes ſecundo eandem conſuetudinem excuſentur quoque in ſoro interiori ab omni peccato. *Canat.de camb.ſicc.verſ. quæro an conſuetudo.f.223.quem allegat,& ſequitur Scacc.d.gloſ.1.ſub n. 53.verſ.ſed etiam.*

Probabilis dubitatio ſuper validitate huius contractus controuerti non poteſt, ſi percurrantur quotquot
121 ſuperius de eodem agentes auctores adduxi: ob id ſuccedente conſuetudine, quæ illum tanquam validum ſequitur, cogimur fateri, eſse talem, reiecta, ſi quæ ſit, contraria opinione: vt benè in ſimili ſcripſit *Scacc. de camb.§.6.gloſs.1.ſub n.53.* Non enim eſt nouum maxi-
122 mè, & potenter valere conſuetudinem in interpretandis dubijs, vt latiſsimè examinat circa quemcunque actum. *Eminentiſs.Mantic.de tacit.& ambig. conuent. lib.*
123 *3.tit.9.per tot.tom.1.* & habetur *per Rotam*, quoad interpretationem legum, & Statutorum, *cor.Buratt.dec. 87.n.18.& in rec.dec.608.n.6 p.2.& dec.71.num.13.p.7. & in Melenit.dom.11.Martij.1648.§.nec etiam in fin.cor. Otthobon.in eius impreſs.dec.136.n.15.*

Sed quatenus Antonius vellet huic altero fundamento à conſuetudine deſumpto inhærere, poſset
124 aliquibus videri, quod opus eſset probare eandem conſuetudinem; ex *l.1.vbi D.D.ff.quæ ſit long.conſuet.Socin.iun.conſ.36.lib.1.Mantic.d.tit.9.num.72. Cranet. conſil.96.num.4.Zacch.de Salar.q.78.num.46. Menoch. conſ. 54.num.7.Cyriac.contr.67.n.43.Niger.de laudem.q.46.n. 7.tom.2.Surd.conſil.74.n.13.& dec.131.num.10. Rota in rec.dec.645.num.3.et dec.679.n.6.p.3.et dec.126. n.5. p. 4.tom.2.dec.214.num.18.p.7.dec.97.n.11.p.8. & coram Buratt. dec.3.nu.17.et dec.19.nu.7. & ſeqq. & in Melenit.penſ.29.Maij 1648.§. neque viſa fuit releuans allegata conſuetudo cor.Otthob.nunc in eius impreſs.dec.147. nu. 15.et cor.Merlin.dec.5.n.4.* plenè, & concludenter. *Guid.*
125 *Pap.conſ.231.Cyriac.d.contr.67.n.43. Rota cor. Seraph. dec.1159.n.1.tom.2.*

126 Et quidem, cum ſpetiali, & indiuidua probatione huius caſus, & contractus hoc modo celebrati, cum generalis probatio non admittatur. *Poſt. reſ.68. num.106. Poſſent.ſing.382.num.4.Rota in diu.dec.799. num.3. par. 1.& in rec.dec.422.numer.13.par.1.& dec.662.num.3.p. 3.dec.97.num.18.et dec.211.num.5. et dec.278. num.11. p.8.et coram Seraphin.dec.326.num.2.& cor.Caualer.deciſ.172.n.5.et cor.Buratt.dec.383.num.13.et dec.895.nu. 4.et cor.Otthobon.dec.39.n.10.et cor.Greg. dec.45. n.6.8. cor.Merlin.dec.484.n.5.et cor.Duran.dec.453.nu.2. et in Maioricen.canonic.23.Ian.1658.§ quia teſtes, et §.quia præter cor.Cerro.*

127 Ac in iſta Comaclenſi Ciuitate, quia eſt ſtricti iuris, ac ideò, eſto, quod probaretur, hanc conſuetudinem vigere in alijs locis, non extenderetur ad hunc locum. *Zacch.de Salar.ſeu merced,operar.q.59.n.5.et q.105. n.8. Poſt.reſol.108.num.31 Gionagn.conſ.70.numer.64. lib.1. Altograd.conſ.42.num 54. lib.2. Cyriac. contr.271. num. 11.Rota cor.Seraph.dec.1159.num.6. tom.2.et in rec.dec. 94.n.5.p.4.tom.2.dec.214.num.20. p.7. et in d. Maioric. canonic.23. Ianuar.1658. §. quia teſtet in fin. coram Cerro.*

Iſtiuſque conſuetudinis probatio cum multa, præter iam dicta, deſideret; ſucceſsiuè quod ſuis non careret difficultatibus, adhoc, vt praxim contractus præfati tuto aſsequeremur.

128 Quoniam, vltra quod conſuetudo eſt difficillimæ probationis. *Abb. conſ.53. lib.2. Roman.ſing.367.Rota Genuenſ.dec.17.n.1.Cranet.conſ.325.n.1.et conſ.683.n.5. et conſ.886.num.15.16. Rota cor.Greg.dec.162.n.13.Niger.de Landem.q.46.n.8.tom.2.*

Si per teſtes illius probatio fieri intenderètur, tunc
129 eſset neceſse, vt ijdem de tribus copulatiuè deponerent; nempè de vſu actus, cuius conſuetudo allegatur, de eiuſdem actus frequentia; & de temporis diuturnitate; ex quibus omnibus eliciatur tacitus conſenſus totius, vel maioris partis populi. *Alex.conſ.45. n.3. lib.2. Curtium.conſ.184.n.10.Dec.conſ.215.ſub n.2.verſ.tertio quia. Crauet.conſ.134.n.6.7.Maſcard. de probat. concl.424. n. 2. Mareſcot.var.reſol.lib.2.cap.100.n.1.2.Ferentil.ad Buratt.dec.497.n.11.to.2.Antonel.de temp.legal.lib.1.c.78. ſub n.3.Rota in rec.dec.497. n.2. p.2. et cor. Caualer. dec. 125.ſub n.7.verſ.ſed in omnem euentum, et numer. ſeq.et coram Merlin.dec.353.n.54.tom.1.benè coram Pegn. dec. 147.num.2.7.et dec.856.n.8.tom.1.et dec.913. n.1.2. to. 2.in impreſſ.Lugdun.et nouiſſimè in d. Maioricen. canonic. 23.Ian.1658.§.quia teſtes,et §.indeque deficit, cor.Cerro*
130 *Decano*; Itavt non ſufficeret, ſi affirmarent, talem eſse conſuetudinem, non adiecta alia ratione; vt optimè *Crauett.conſ.814.n.18.to.5.Rot.cor.Buratt.dec.497.n.9.to.2.*
131 Quinimò deponere deberent, quod conſuetudo eſset vniuerſalis: quod fuerit in cõtradictoriũ deducta, & obtinuerit, & ſecundũm eã fuerit iudicatũ; *DD.in l.2.C.quæ ſit*

ſit long.conſuet.& in l.de quib.ff.de leg.Decian.conſ.51.n.
10.& ſeqq.lib.2.Natta.conſ.574.n.14.Antonel de temp.
legal.lib.1.d.c.78.ſub n.3.ad fin.Gratian. diſcept.740.nu.
23.tom.4.Rota apud Caſſad.dec.3.numer.5.tit.de conceſs.
præben.& in rec.dec.255.num.4.& dec.524.n.3.p.1.&
coram Buratt.dec.497.num.10.& cor.Merlin.d.dec.353.
n.54.repetita poſt Fenzon. ad Stat.Vrb.dec.108.§.nec ob-
ſtat conſuetudo.

132 Quod vltimum requiſitum,videlicet, quod ità fue-
rit in contradictorio iudicatum,cautè intelligas,vt pro-
cedat vbi allegatur conſuetudo contraria iuri commu-
ni, nam tunc debet eſſe obtenta in contradictorio iudi-
tio,ſaltem per binas vices.Ruger.conſ.38.num.27.28.&
133 ſeqq.lib.1.Altograd.d.conſ.42.n.55.lib.2. Vel ſi dedu-
catur probatio conſuetudinis per binos actus dunta-
xat, ſecus ſi per alium modum;nam licet ille ſit vnus
modus probandi conſuetudinem, ità tamen, vt vtens
eodem modo teneatur probare, fuiſſe iudicatum in
contradictorio per binas actus;nihilominus,non exclu-
ditur,quin ipſa conſuetudo alijs quoquè modis probari
poſsit,ſecundùm veriorem, & communiorem opinio-
nem.Decian.conſ.51.n.111.112.lib.2.Rota cor.Pegn.dec.
207.n.7.8.ex typo Venet.alias dec.265.nu.6.7.tom.1.ex
134 Lugdun. Aut tandem ſi tractetur de actibus iuditiali-
bus,ſecus de extraiuditialibus.Cranet.de antiq. temp.p.
4.§.1.n.34. vbi concordan. Et ita poſſet concordari, ſi
placet ſententia prædictorum aſſerentium,tale requiſi-
tum fore neceſſarium, cum ſententia eorum,qui omni-
135 nò negauerunt requiri ad probationem conſuetudi-
nis actus iuditiales,& quod fuerit in contradictorio ob-
tēta;vt firmarunt Cranet.conſ.55.n.6.vbi de cōmuni.Guil-
lin.obſer.lib.20.cap.31.num 8.Dian.reſol.moral.p.6.tr.5.
reſ.8.Burſatt.conſil.50.num.27.lib.1.Theſ.dec.183.ſub n.
3.verſ.licet hoc non eſſe rurſus Cranet.de antiq.temp.p.4.
d.§.1.num.33.vbi de magis communi.Rimin.iun.conſ.32.
num.25.Niger.de Landem.d.q.46.n.31.tom.2.Præſertim
136 quando ageretur de probanda conſuetudine inter-
pretatiua,nàm tunc non requireretur ſententia, neque
contradictorium,neque aliqua ſcriptura,cum ſolo taci-
to vtentium conſenſu inducatur.Decian.d.conſ.51.n.55.
verſ.tertia eſt ſpecies ſequitur Rota cor.Pegn.d.dec.207.n.
9.10.alias d.dec.265.num.7.8.Pigant.ad Stat. Ferr. lib 1.
Rub.2.ſub numer.21.tom.1.ex Giurb. ad conſuet. Meſſan.
par.1.in proem.num.28. Rota Bonon. ad Statuta deciſ.57.
num.58.

Si verò eiuſdem conſuetudinis probatio deduci in
137 tenderetur ab inſtrumentis,& ſcripturis, vt fieri per-
mittitur,ſi multitudo inſtrumentorum concurrat.Bart.
in l.ſemper in ſtipulationibus in fin.ff.de reg.iur.vbi Cagnol.
nu.12.dicens,verba Bartoli eſſe notanda in practica. Surd.
dec.265.num.60.Cranet.conſ.134.num.9.& conſil.369.n.
16.& conſ.476.n.4.& conſ.900.n.48.Niger.de Landem.
q.46.ſub n.9.verſ.dicendum primo tom.2.Rota in rec. dec.
32.n.15.p.7.

138 Tunc oporteret probare, quod iiſdem inſtrumen-
tis, & ſcripturis fuiſſet data fides in iuditio; ac tot in-
ſtrumenta,& ſcripturæ eſſent, vt veriſimiliter ad noti-
tiam totius populi,vel maioris partis deuenerint. Abb.
conſil.37.& conſil.53.lib.2.Natta conſil.574.num.14.&
ſeq.& conſil.575.num.9.& ſeqq.tom.3.Roland.conſil.73.
num.42.lib.2.Phanuc.de inuen.p.3.num.88.Mareſc.var.
reſol.lib.2.d.cap.100.num.3.Alb.conſil.253.nu.13.Surd.
conſ.354.numer.25.Niger.ad Maſcard.concl.425.ſub nu-
mer.3.Ripa in reſponſ.impreſs.poſt lib.1.alleg.Mel.numer.
101.Caren.reſol.32.numer.5.Gratian.diſcept.767.numer.
6.& diſcept.861.numer.13.optimè Rota in diu.deciſ.72.
ſub num.21.& ſeqq.p.2.& coram Buratt.dec.3.num.4.5.
tom.1.

139 Atque illud præcæteris generaliter foret obſeruan-
dum, quod conſuetudo eſſet vniformis. Bero.conſil.
162.num.3.lib.3.Barz.dec.98.num.7.Surd.conſ.449.n.7.
lib.3.Cacher.dec.99.num.7.Borell.in ſumm.dec.tit.14.nu.
28.Cyriac.contr.523.n.42.lib.3.Rota in diu.d.dec.72.nu.
28.29.p.2.

140 Nam ex actibus difformibus non dicèretur inducta.
Gratian.diſceptat.561.num.26.& diſcept.679.numer.12.
Mel.alleg.58.num.6.lib.2.Rota in rec.dec.280.num.3.par.
3.& dec.336.num.7.par.5.et dec.136.numer.14.par.7.
141 Et pro illa excludenda ſufficeret, quod daretur vni-
cus actus in contrarium.Cyriac.contr.460.numer.31.32.
Rota in rec.dec.97.num.13.par.8.& cor.Gregor.dec.162.
num.9.& ibi Beltramin.num.15.& coram Cardin.Otthо-
bon.dec.45.n.7.& in Portuen.affict.27.Febr.1651.§.mi-
nus vrget verſ.quin è conuerſo coram Bichio,& in Cracou.
decimar.ſuper Remiſſor.27.Martij.1651.§.ſi quidem,
verſ.nec non articulata cor.Veroſp.

Quod intellige de particulari conſuetudine legitimè
non præſcripta, ſecus de conſuetudine vniuerſali legiti-
mè præſcripta, quam per vnicum actum contrarium
non tolli, comprobatur ex traditis à Natta conſil.636.
num.118.& ſequitur Rota in Bonon. fideic. de Glana rm.
15.April.1633.in fin.cor.Ghiſiler.eſt in rec.dec.193.n.17.
par.7.

142 Inſuperque neceſſe eſſet, quod probaretur con-
gruum tempus pro inducenda dicta conſuetudine,
nempè ſaltem decem annorum, vbi verſaremur in con-
ſuetudine,quæ eſſet præter ius.Rota in rec.dec.722.num.
1.p.2.cor.Seraphin.dec.639.n.11.coram Mantic.dec.51.n.
3.cor.Caualer.dec.73.n.3.et dec.95.n.2.et dec.356.n.1.et
cor.Pegn.dec.913.num.6.tom.2.et rurſus in rec.dec.376.
n.7.p.2.in Mediolanen.ſuſtent.libri.26.Iun.1647.§.cum
Statuto verſ.& tamen in his,coram Ghiſiler.& in d.Maio-
ricen.canonic.23.Ian.1658.§.fin.verſ.aut ſaltem decenna-
143 lis cor. Cerro: Vt quia eſſemus in actu, cuius contra-
rium expreſsè nulla lege,vel canone diſponeretur.Rota
in rec.dec.197.n.1.in fin.p.1.et in d.Mediolanen.ſuſten.li-
br.eod.§.cum Statuto verſ.qualis eſt cor.Ghiſiler.

Verum his omnibus minimè obſtantibus, ſi Anto-
nius vellet ſe iuuare dicta conſuetudine,non grauaretur
vlteriori onere illam probandi, nam cum plures inſi-
gnes D.D.fidem faciant, & teſtentur de vniuerſali con-
ſuetudine huius contractus in Italia, ac alibi, vt dixi ſu-
144 pra num.115.eorum dictis in hoc eſt credendum, ſal-
tem quoad ipſius conſuetudinis præſumptionem, & ad
finem transferendi onus probandi contrarium in ad-
uerſarios.Bart.in l.de quibus ſub n.21.ff.de l.l.Dec.conſil.
420.propè fin.vbi de communi.Cranet.conſ.166.numer.9.
et in conſil.pro Genero num.476.Socin.iun.conſil.60.n.10.
Curt.iun.conſ.60.n.5.vbi de magis communi.Gallia conſil.
99.num.93.lib.1.Ladereb.conſ.202.n.4.Natta conſ.218.
n.4.lib.1.Peregr.conſ.11.n.30.lib.3.Menoch.conſ.164.n.
11.et conſ.173.n.75.Rimin.iun.conſ.215.n.88.Surd.dec.
64.n.11.cum alijs per Gratian.dec.202.numer.3.Borell.in
ſumm.dec.tit.14.n.137.Cyriac.contr.209.n.41.tom.2.Al-
tograd.conſ.14.n.11.lib.2.

145 Et non eſt verendum, hanc Comaclenſem Ciuita-
tem in Italia reperiri, vt omnibus notiſsimum eſt, ac
obſeruant,de eaque tractant Blond.in Ital.Illuſtr.region.
6.f.148.alias f.355.in fin.iuxta impreſs.Baſil.Volaterran.
in Geograph.li.4.tit.Regio trāſpad.f.33.à tergo in fin.Pigna
in Hiſtor.Princip.Ateſt.li.1.f.61.ac alibi.Rubens in Hiſtor.
Rauenn.lib.1.f.4.ac ſparſim in corpore operis. Surd.in
Hiſtor.Ferrar.lib.7.f.143 Albert.in ſua deſcript.Ital.
in reg.14.f.344.et nouiſſimè, alijs omiſſis, ſapientiſſi-
mus, ac occulatiſſimus ſcriptor, et ſemper præ manibus
habendus Reuerendiſs.Abbas.P.Ferdinand.Vghellus in
Ital.ſacr.tom.2.Rub.Comaclenſes Epiſcopi.f.502.et ſeqq.
et ego ipſe,fauente Deo, multa de hac Ciuitate in medium

afferam; cuius etiam multoties meminit Altograd. conſ.2. 3.4 lib.2.

146 Et licet non deſint *DD.aſſerentes*, quod non credatur doctori atteſtanti eſſe aliquid de conſuetudine, vt apud *Gabr.tit.de probat.concl.4.n.3.Silnan.conſ.9.nu.27. Giouagn.conſ.70.num.63.lib.1.Gratian.diſcept.973.n.43. Thomat.dec.31.n.18. & dec.36. num.9.10. Altograd. d. conſ.14.num.12.lib.2.Rubeus in practic.reſol.circa teſtam. c.38.num.82.& ſeqq.Vermigliol.conſil.11.n.25.& conſil. 224.n.2.Carlenal.de iudic.lib.1.tit.1.diſput.2.qu.2. ſub n. 62.ad fin.tom.1.nouiſſimè Fagnan.in c. ne innitaris n.410. de conſlit.tom.1.& hanc opinionem teneat,ac ſequatur Rota, vt in multis deciſionibus congeſtis a Teodoſ. Rubeo in ſing.Rot.Roman.p.2.verb.Doctor. vol.2. & cor. Greg. dec. 274.num.5.& ibi Add.& cor. Coccin. dec.123. num.27. & in rec.dec.277.ſub num.4. & dec.284. ſub num.1. p.3. & in Rauenn. hæredit.5. Iun.1648. §. atteſtatio Pariſij. cor. Eminentiſs. Otthobon. nunc in eius impreſs. deciſ.149. num.14.*

147 Nihilominus hoc declaratur procedere, ſi agatur de conſuetudine particulari alicuius loci; nam non creditur Doctori atteſtanti de ea, ſi non ſit verſatus in illomet loco: ſecus ſi tractetur de conſuetudine vniuerſali, & ſint plures D. D. de diuerſis partibus illam atteſtantes, & in eodem dicto omnes conuenientes; quoniam tunc ijſdem D.D. ita de ipſa conſuetudine vniuerſali teſtantibus erit credendum, & danda fides. *Altograd.d.conſ.14.num.14.Niger.in collect. ad gloſ. in l. præſcript.verſ.iuris.C.ſi cont.ius. vel vtil.publ. & de Laudem. q.46.ſub num.11.verſic.ceſſat tamen tom.2. Rota Roman. in rec.dec.193.n.13.14.p.6.*

148 Vlterius, ſi cum Doctore atteſtante de conſuetudine concurrant aliqua adminicula, probatio ipſius conſuetudinis reſultat, & ſuffragatur. *Rota cor.Coccino dec. 376.n.4.*

Quare, etiamſi Antonius deberet probare talem
149 conſuetudinem, hoc facillimè aſſequeretur; vel præuio examine teſtium deponentium de publica voce, & fama illius, ſicuti admiſit. *Rot.cor.Coccin.d.dec.376. nu.14.*
150 Vel exhibendo ſcripturas talem contractum continentes, iam quod ad probandam conſuetudinem ſola inſpectio ſcripturarum pro iuridica probatione reputatur. *Niger.de Laudem.q.46.num.9. verſ. dicendum primo tom.2.Fulgin.de iure emphyt.tit.de renouat.q.6. nu.8. Mēnochi.q.84.n.7.lib.2.& dixi ſup.n.137.*

151 Quintò ex inſpectione plurium inſtrumentorum conſuetudo notoria probatur. *Socin. ſen.conſ.94.col.4. verſic.circa ſecundum fundamentum lib.1. Curt. iun. conſ. 106.col.2.Granet.de antiq.temp.p.1.§.ampliatur nunc memorata n.16.*

152 Neque officere poteſt, quod ſimus in loco ſubdito ſedi Apoſtolicæ; ideoquè ſicuti populus einſdem non poterat condere legem, & Statuta abſque Sanctæ ſedis auctoritate, vel confirmatione, vt cum multis oſtendi in *Legal.collect.2.n.100.105.*

153 Ità conſuetudinem inducere prohibebatur, cum, vt validè conſuetudo inducta iudicetur maximè neceſſarium ex parte inducentis exigatur eadem poteſtas legis condendæ, vel ſtatuendæ. *Bart.in conſ.136.n.2.3. lib. 1.Alex.conſ.173.n.12.lib.6.Molin.de primogen.lib.2.c.6. n.5.Tiraq.eod.tract.q.16.n.2.Viu.comm.opin.c.160. n.3. Paulus Rubeus in annot.ad Rot.in rec.dec.20.n.28.29. ac ibidem ipſa Rota dec.479.n.3.p.3.*

154 Niſi ſaltem eiuſdem conſuetudinis ſubſequuta deindè fuerit confirmatio Pontificis; vt in terminis populi ſubditi ſedi Apoſtolicæ dixit *Rota cor.Merlin.d.dec.353. n.55.verſ.ità et conſuetudinem tom.2. repetita poſt Fenz. ad Stat.Vrb.dec.108.§.& quod idem caſus, & in rec. dec. 177.ſub n.55.p.5.*

155 Ac generaliter de confirmatione Principis habentis poteſtatem legis condendæ neceſſaria ad hoc, vt conſuetudo admittatur. *Bero.cõſ.28.n.32.vol.3.Bertaz. conſ. ciuil.125.n.29.Borell. in ſumm.dec.tit.14.n.12.to.1.*

Quoniam reſpondetur multipliciter. Et primo, quod
156 conſuetudo, de qua tractamus non tantum præſefert diuturnitatem temporis, ſed etiam obſeruantiam ſubſequutam, quo fit, vt confirmatio Apoſtolica, ſi ea indigeamus, interueniſſe præſumatur. *Rota in rec.dec.506.n. 2.3.p.2.& dec.177.n.8.p.4.& cor.Merlin.dec.95. n.9. to. 1.& in Ampurien.ſeù Ciuitat.archypreſbiter.26.Nouembr.1649.§ vtrumque enim cor.Bichio.*

157 Secundo, quod cum nequeat negari hanc conſuetudinem eſſe ſaltem quadragenariam, vt de ſe patet, potuit ea induci etiam a non habentibus auctoritatem condendæ legis, ſine quoquè Principis ſcientia. *Decian. conſ.51.num.113.verſ.nam per tantum lib.2.Aretin.conſ. 23.n.9.verſ.quia conſuetudo. Rota in rec.dec.335.n.2.p.1. & cor.Pegn.dec.913.n.3.tom.2. in impreſs. Lugdun.*

Tertio, quod non ſumus in conſuetudine particulari huius loci ſubditi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſed in vniuerſali totius Italiæ, & aliorum locorum, vt dixi; quamobrem, cum per talem generalitatem habeatur pro lege,
158 & pro ipſo iure communi, & non amplius pro iure conſuetudinario. *Alex.in l.poſt dotem n.23.& ibi Iaſ.nu. 105.ff.ſolut.matr.Bal.in l.1.in fin. C. de bon. quæ liber. Capyc.dec.176.ſub n.19.Maſcard.de probat.concl.423. n.38. & concl.428.n.1.Theſaur. dec.190. n.5. Gratian. diſcept. 801.n.11.12.tom.5.*

Sequitur, vt non adaptentur doctrinæ in aduerſum adductæ, ceù procedentes, & duntaxat loquentes in terminis conſuetudinis, vt iuris conſuetudinarij.

Et tantùm abſit hoc caſu requiri confirmationem
159 Principis, quod immò Princeps ipſe in dubio præſumitur velle ſequi conſuetudinem, donec illius de voluntate appareat. *gloſ.in l.digna vox.C. de l. l. Roland. de lucr.dot.q.84.Surd.de aliment.tit.2.q.15.ſub n.62. verſic. ſed & tertio.Gratian.d.diſcept.801.n.20.*

Quarto tandem, quod hic non agitur de conſuetudine inductiua alicuius actus, ſed de conſuetudine interpretatiua contractus modò examinati reſpectu illius validitatis, vti ſæpius fuit dictum ſuperius.

160 Quo circa aliud non requiritur ad hoc, vt illa attendatur, niſi ſolus tacitus conſenſus vtentium; hæc enim conſuetudo interpretatiua eſt quædam obſeruantia ex ſimplici vſu, & nudo quodam facto collecta. *Rota cor. Pegn.dec.265. num.8. in impreſs. Lugdun.* quæ ex vnico
161 actu introducitur. *Surd.conſ.140.num.45. Rota cor. Canal.dec.497.num.5.coram Buratt. dec.647. numer.11. & deciſ.679.numer.9. & in Barchinon. canonic.4. Decembr. 1644.& 9.Iun.1645.coram Veroſp.& in Spolet. fideic.19. Iun.1648.coram Aguelles, & in Rauenn. ſeù Ferrar. decim.5.Martij.1649.§.& pro obſeruantia, coram Meltio, eſt impreſs.apud Pigant.ad Stat.Ferrar.lib.2. Rub.127.ſub num.163.& in Tiraſon.vnion.26. Febr.1649. §. his accedit obſeruantia coram Otthobon.in eius impreſs. deciſ.165.*
162 *num.19.* Et in ea non deſideratur vniformitas, ſed id venit attendendum, quod magis fuit obſeruatum. *Bart. in l.de quibus num.16.ff.de l.l.Dec.conſ.11. num.12. verſ. ſecundo reſpondeo.Bece. conſ.101. num.51. lib.1. Menoch. conſil.75.num.66.Pigant.ad Stat.Ferr.lib.1. Rub.2. num. 21.in fin.to.1.ſequitur Rota in Anconit. præd.29. Nouembr.1632.§. fin. coram Dunozet eſt deciſ.95. numer.10. penes Poſt.de ſubhaſt.& coram Comitol.dec.36.§.ad eandem n.9.10.*

IN-

INSPECTIO QVINTA.

ALterum pro validitate huius contractus *d gode-*
re à godere affertur fundamentum;& eſt, quod
ſi ineatnt modo ſuperius adducto *nu.9.* & ſic propriè,
aliud ex eo non reſultat,quam emptio, & venditio eum
163 pacto de retrouendendo ad voluntatem vtriuſq;con-
trahentis,emptoris ſcilicet,& venditoris , itavt cuilibet
164 licitum ſit recedere à contractu: quod pactum eſſe li-
citum per ſe,& non poſſe iure damnari tanquam vſura-
rium,docent ſpetialiter *Azor.Inſt.moral.p.3.lib.8. c.12.*
q.8. verſ.alij tamen.Tambur.ſuper Decalog.lib.8.tr.3. c.7.
§.8. n.17.
165 Et euidentiſſimè probatur,nam generaliter pactum
de retrouendendo appoſitum in fauorem ſolummodò
emptoris, vt *ſi quis vendat tibi prædium eò pacto , vt vo-*
lente te reſtituere prædium , ille debeat reſtituere pretium ,
eſt validum,neque poteſt condemnari.*Couar.var.reſ.lib.*
3.c.9.n.3.Azor.d.c.12.q.8.Med.de reb.per vſur.acquiſ.q.
15.Molin.diſp.375.num.11.Conrad.de contr.q.74.concl.4.
Lup.de vſur.comm.2.§.1.n.28.Vgolin.eod.tract.c.42.n.2.
Salaſ.de cenſib.dub.25.n.5.Martin.de ann.reddit.c.6.num.
250.Eminentiſs.de Lugo. de iuſt.diſp.26.ſect.13.n.200.&
ſeq Fagund.de contr.lib.5.c.43.Tamburin.d.§.8.n.16.17.
Gabr.conſ.152.n.4.lib.1.Leotard.de vſur.q.15.num.16.&
ſeqq.& q.68.n.5.& ſeqq.
166 Similiterque pactum de retrouendendo appoſitum
duntaxat in fauorem venditoris , vt *ſi quis tibi vendat*
fundum eo pacto,quod eo volente reſtituere pretium, tu de-
debeas reddere fundum, eſt licitum , neque per ſe vſura-
rium, vt tradiderunt multi congeſti à *Tiraq. de retract.*
conuen.in princ.n.3.4.Leonard.Leſs.lib.2. c.21.n.113.& n.
123.vbi,quod eſt commune placitum Theologorum. Couar.
var.reſol.lib.3.c.8.n.4.Molia in empor.iur.tit.9. q.14. n.1.
Felician.de cenſib.lib.1.c.6.n.12.Azor.d.c.12.q.5.Tam-
burin.d.§.8.n.16.17.de Lugo. d. diſput.26.ſect.13.§.1.à n.
185.& infrà.Caniſ. de vſur.c.5.n.30.Leotard.eod.tract. d.
q.15.n.1.cum ſeqq.& n.28.
Propterea,ſi iſta pacta eſſent licita,ſi inita fuiſſent di-
uerſis temporibus ; ità etiam erunt licita ſi vno, & eo-
dem tempore inita fuerint , vt ſi ſubſequuta ſit emptio
ea lege,vt *emptore volente reddere prædium,venditor red-*
dat pretium ; & è contra volente venditore reddere pre-
167 *tium,emptor reddat illi prædium;* Ex vulgato axiomate,
quod , quæ duobus temporibus facta ſunt ex ſe licita ,
erunt quoque ex ſe licita , ſi vno , & eodem tempore
fiant.*Carlenal.de iudic. tom.2.tit.3.diſp.7. ſub n.20.*
Difficultas ſuper hoc fundamento poteſt excitari ,
num verè id , quod ab illo eruitur , contineatur in hoc
168 noſtro contractu : nam ſi in ipſo contrahitur pignus ,
vt dixit *Leotard.de vſur.q.15.nu.30.31.* cum alijs addu-
ctis *ſupra nu.12.* fruſtrà contenditur deduci ab eo em-
ptionem cum pacto retrouenditionis ad voluntatem,&
fauorem vtriuſque contrahentis .
169 Etenim hoſce contractus pignoris , & emptionis
ſunt inter ſe incompatibiles,inſpectis vtriuſque, effecti-
bus,& maximoperè differunt,vt omnibus patet;ex *Fon-*
tanel.dec.85.ſub n.14.
170 Et ſignanter , quia dominium rei venditæ transfer-
tur in emptorem,etiam cum dicto pacto.*l.2.C. de pact.*
inter empt.& vendit. l.3.ff.de contrah. empt. & l.3. in fin.
quib. modis pign. vel hypoth. ſolu. Leotard. de vſur. d. qu.
15. ſub numer.1. verſic. neque ex eo , & numer.19. Fon-
tanel.deciſ.72.numer.2.& deciſ.85.num.1.& dec.86. ſub
num.3.
171 At dominium pignoris remanet penes debitorem,
nequè in creditorem transfertur. *l.ſi contingat.l. pignus .*
Cod.de pign.act.l.ſi quis fugitiuus.§.pignori.ff.de ædil.edic.
Gratian.diſcept.777.num.13. Merlin. de pign. & hypoth.
lib.4.quæſt.105.numer.5.Rota in Tiburt.Caſtri Sancti An-
gel.14.Febr.1656.§.tanto autem magis in fin. coram Mel-
tio .
Vndè non mirum,ſi emptor eum pacto prædicto fa-
ciat fructus ſuos,creditor autem , qui habet pignus te-
neatur fructus ipſius pignoris in ſortem imputare;quo-
172 niam fructus ſequuntur dominium. *l.qui ſcit.ff.de vſur.*
l.ex diuerſo.ff.de rei vendic.Surd.conſ.243.n.14.Andreol.
contr.255.num.3.p.4. Afflict. dec.87.n.6. Cop. de fructib.
lib.2.tit.1.c.1.Leotard.de vſur.q.12.num.4.Fontanel.dec.
208.n.4.Rota in rec.dec.495.n.1.p.1.& dec.421. ſub n.4.
verſic. & conſequenter par.3. & coram Coccin. deciſ.498.
ſub numer.5. verſic. & fructus ad ipſos , & in Vrbeuetan.
cenſ.6.Iun.1640. §. his poſitis coram Ghiſiler. impreſs. pe-
nes Poſt.de ſubhaſt.dec.155.num.4.in Addit.& in Tiburt.
Caſtr.Sancti Angeli 14.Febr.1656.§.neq; vllius releuantiæ
verſ.interim fructus cor. Meltio .
173 Et præciſim , quod emptor cum pacto retrouendi-
tionis conſequatur fructus rei emptæ,tanquam ſuos,eſt
tex.in l.1.Cod.de peric.& comm.rei vend.l.fructus.Cod.de
act.empt.Menoch.præſ.122.num.17.lib.1.Vgolin.de vſur.
c.42.num.3.Leotard.eod.tract.quæſt.15.num.19.Fontanel.
d.dec.85.num.1.Layman.in theol.moral.lib.3.tr.4.cap.16.
ſub n.17.verſ.ſecundus ex communi,& n.18. to.1. Niger.
de Laudem.q.5.art.1.n.40.& art.6.nu.10.& q.31.nu.21.
tom.2.
174 Quoduè creditor imputet fructus pignoris in ex-
tinctionem ſui crediti,& ità in ſortem,ſunt *tex.in c.cum*
contrac.illo vos.de pign.cap.1.2.de vſur. l.ſi dominium . C.
de pign. l.1.2.3.Cod.de pign. act. Theſaur. dec.78. num.1.
Surd.deciſ.328.num.14.15.Felician.de cenſib.par.2.lib.1.
cap.3.numer.5.Petr.Greg. de vſur. lib.2. cap.9. numer.1.
Leotard.eod.tract.quæſt.11.numer.1.Salas. eod.tract. cap.
*28.numer.2.*Et eſſe exploratiſſimum dixit *Crauet.conſil.*
476.numer.17.in fin.Mantic.de tacit.lib.10. tit.8. ſub n.2.
tom.1. Fontanel.d.dec.208.num.1. Vbi , quod nihil eſt in
iure certius.*Statil.de Salu.inſp.4.cap.1.numer.43.44. cum*
multis apud Merlin.de pign.& hypoth.lib.5.quæſt 45. nu.
1.Rota in rec.dec.749.numer.4. p.3.repetita poſt Statil de
Salu.dec.101.num.10.& eſt coram Buratt.dec.160.numer.
11. vbi Ferentil. litt. D , dat concordan. & coram Comi-
tol.dec.4.n. 2. 4. 5. & in d. Tiburt. Caſtri Sancti Ang.14.
Febr.1656.§.etenim ex lectura cor. Meltio , & cor. Ottbo-
bon.dec.137.n.10.
In alio etiam differunt iſti contractus emptionis , &
175 pignoris principaliter inter ſe; quoniam pactum legis
commiſſoriæ in venditionibus appoſitum , vt *ſi fuerit*
conuentum, quod pretio ad diem non ſoluto res vendita co-
mittatur venditori , ideſt ad venditorem redeat , & ſit
inempta , eſt validum : in pignore autem additum , vt
176 ſi actum ſit , *quod ſi intra Statutum tempus pecunia non*
ſoluatur , pignus fiat creditoris : aut , *quod non liceat*
amplius debitori illud luere : aut , *quod creditor rem pi-*
gnori obligatam habeat emptam,vel inſolutum pro debito ;
aut quoties id actum ſit , *vt niſi intra certum tempus*
pecuniam debitor ſoluerit , creditor acquirat pro pecunia
credita dominium rei in pignus datæ , eſt inualidum : pro
vt probatur in *l.3. ff. de contrab. empt. l. 1. 2. ff. de leg.*
commiſ. cap. ſignificante de pign. l.2.3. C.de pact. pign.&
tradunt Mantic.de tac. & ambig. conuent. lib.4. tit.29. à
numer.1.vſque ad numer.7.& lib.11.tit.9.numer.2.3.tom.
1.Leotard.de vſur. quæſt.69. numer.1. et ſeqq. Merlin. de
pign. et hypoth. lib.4. quæſt.123. à numer.2. cum multis
ſequentib. Gait.de credit. capit.4. quæſt.9. à numer.1100.
vſque ad numero 1113. Scacc. de comm. et camb. §. 1.
quæſt.7.par.2.ampl.12.ſub numer.4.verſ.primus caſus , &
ſeq. Surd. deciſ.248. Cyriac. contr.393. numer.5.et ſeqq.

tom.2.Azor.Inſt.moral.p.3.lib.7.tit.de pign. & hypoth. c. 10.Stiuatic.ſen.conſ.4.n.90. & ſeqq.Rota in rec. dec.422. n.4.& ſeqq.par.4. & in Tiburt. Caſtri ſancti Angeli. 11. Martij.1658.§.neque obſtare cor. Meltio,& in ead.14.Febr.1656.§.firmato ex prædictis, & §.creditum enim verſ. ſed ad cuntandum,cor.eod.

Sed,alijs diſcriminibus inter iſtos contractus conſulto prætermiſsis,dicendum fortaſsè tutius exiſtimo,hũc
177 contractum à godere à godere ſic,vt ſuprà initum præſeferre quodammodo emptionem cum pacto retrouenditionis; quod ſpetialiter agnouit P. Stephanus de contract.lib.2.cap.26.ſub num.27.ibi ſed nota,quod in tali caſu datur translatio dominij, itavt ſi res pereat ſit in damnum dantis pecuniam, quia talis contractus eſt ad modum emptionis cum pacto retrouendendi;& non diſſentit Scacc. de commer.& camb.§.1.q.1.ſub n.490.verſ.reſtringe eandem, ibi quæ conſuetudo ea fundatur ratione.

178 Et hæc pars promptius eſt ſubſtinenda,quoniam ex formula huiuſce contractus excluditur apertiſſimè pignus, quod non alias poterat in illo conſiderari, niſi quia antichreſis in eo contineretur,vt perperam opinatus fuit Leotard.ex aduerſo allegatus, ac ſordidè ſenſerunt adducti ſupra num.12.

179 Ad hoc enim,vt antichreſis dicatur contracta opus eſt, quod ſit perſpicuum pecuniam mutuo datam, & creditori fundum loco pignoris dimiſsum,cum ea lege, vt fructus non imputet ipſe creditor ſorti, atque non aliter fundum reſtituat,quam reddita pecunia; vt clariſsimè habetur in l.ſi quis bona.§.1.ff.de pign.& hypoth. Alciat.diſpunct.lib.2.c.3.Leotard.de vſur.q.11.num.4.& apertiùs in q.15.num.29. nouiſſimè, poſt hæc ſcripta editus Oroz.de apicib.iur.lib.2.cap.3.ſub num.9. verſ. quod adeò verum.

Quare ceſſantibus iſtis in hoc contractu, vt inferius
180 demonſtrabitur, & cum verba ipſius noſtri contractus patiantur, ac firmiter trahi poſsint, vt potius inita videatur emptio per modum prædictum, neceſſario hunc ſenſum ſequi debemus, vt contractus illicitus excludatur. l. cum hic ſtatus. §.4. ff. de donat.inter. vir. & vxor.l.quoties de reg.iur.l.cum precibus.C.de probat.Leotard.in ſæpe adducto tract.de vſur.q.9.n.5. & propinquius d.q.15.ſub n.29.

Concurrunt namque,tum ad incluſionem emptionis tum ad excluſionem pignoris, multa in hoc contractu mihi propoſito conſideranda verba.

Et præcipue(nuncque deſcendo ad contractum mihi
181 exhibitum) apponuntur illa, quod recipiens pecuniam,dedit,ceſſit tranſtulit, & tradidit fundum ad vtendum fruendum, & gaudendum, per quæ verba concluditur expreſsa venditio & emptio, cum translatione dominij.

182 Sicuti reſpectu verbi, dedit firmant Aretin.conſ.159. num.14.in fin.Socin.ſen.conſ.9.num.32. & ſub nu.34.lib. 2.Natta conſil.496.num.4.5. Menoch.conſil.229.numer. 11.& præſ.6 num.85.et præſ.34. num.32.lib.3. Honded. conſ.91.n.24.lib.1.& conſ.18.n.1.lib.2.Tuſc.litt. D, concl.16.Gratian.diſcept.82.num.14.18.Surd.dec.166.n.16. & conſ.184.n.1. Vbi loquitur in noſtris præciſis terminis.lib.2.Retes li.2.opuſcul.ſect.1.c.2.n.2.nouiſſimè Oroz. de apicib.iur.ciuil.lib.3.c.8.n.14.& c.9.ſub n.24.& lib.4. c.9.ſub n.1.verſ.hac tamen.Boſs.de dote c.1.§.2.ſub nu.8. verſic.ſecundo obijcitur.Pereir.de empt.& vendit.c.18. n. 24.et 20.n.1.Noguerol.alleg.26. n.195. lib.1. doctiſſimus Giurb.dec.24.ſub num.19.vbi concordan. Barboſ. dict.92. n.1.Rota poſt lib.1.conſil.Farinac.dec.46.ſub num.2. verſ. legitur etiam, & in rec. dec.633. ſub num.2.verſ. in parte vero p.3.et dec.130.n.5.p.5.et cor.Gregor.dec.194.nu.15. et in d.Tiburt.caſtr.ſanct.Angel.11. Martij.1650.§.neque obſtare viſum verſ.quæ verba cor.Meltio.

183 Reſpectu verbi ceſſit docent Caſanat.conſ.10.num.4. Giurb.d.dec.24.ſub n.19.ad fin.verſ. ita quoque. Rota in rec.dec.131.num.6.circa med.p.2.et in alleg.Tiburt. caſtr. Sanct.Angel.d.§.neque obſtare.

184 Reſpectu verbi tranſtulit probant Caſanat.eod. conſ. 10.ſub n.1.Ricard.inſt.tit.de adempt.leg.in rubr.3.Cagnol. in l.cuius eſt n.2.et in l.nemo plus iuris num.4.ff.de reg.iur. Giurb.dans concordan.in d.dec.24.ſub n.19. verſ. et paulo poſt.

185 Reſpectu verbi tradidit,aſſerunt Menoch.conſ.796.n. 29.Giurb.d.dec.24.n.19.verſ. et de verbo, ac comprobat Oroz.de apicib.iur.ciuil.lib.4.c.9.ſub n.1. Rota cor. Duran. dec.327.n.5.tom.2.

186 Reſpectu ſubſequentium verborum ad vtendum, et fruendum,iunctis antecedentibus,decidit Rota poſt lib.1. conſil.Farinac.dec.46.num.2. verſic. dedit, et conceſſit dictam domum, vtendam, et fruendam, eſt coram Comitol.dec.4.num.6.et docet in puncto Surd.d. conſil.184. ante n.1.lib.2.

187 Quæ poſteriora verba ad vtendum, et fruendum translationem dominij non operarentur, ſi eſſemus in contractu pignoris, nam tunc tanquam acceſſoriè adiecta intelligerentur iuxtà naturam ipſius contractus, & ita non quoad proprietatem, ſed quoad vſum vſque ad dicti crediti ſatisfactionem. Rot.in d.Tiburt.Caſtr.S. Ang. 14.Febr.1656.§.neque obſtare viſum fuit cor. Meltio, vbi inter alios allegantur Faber.in C.lib.4.tit.6.def.11.Cancer. var.reſ.p.3.c.8.n.365.

188 Dominio itaque ex prædictis verbis, & conſimilibus deducto,vt de verbis dimiſit,remiſit,conſignauit,aſsignauit,relaxauit,habetur per Giurb.in ſæpè alleg.dec.24. ſub num.19. vbi reſpectiuè concordantes adducuntur,adde Altograd.conſ.8.n.13.et infrà vol.1. Rota in rec. dec.633. ſub n.2.p.3.et dec.130.ſub n.5.6.p.5.et dec.157.n.28.p.6. et apud Poſt.de ſubhaſt.dec.205.n.3.in Addit.

189 Necnon eiuſdem dominij translatione elicita à clauſulis conſtituti, & euictionis in formula huius propoſiti contractus appoſitis,vt de priori dixerunt Abb. in c. ex litteris,extr.de conſuet.Tiraq.de conſtit.p.1. ſub n.3. Surd. conſ.334.n.14.lib.3.Giurb.in ead dec.24.ſub n.21.verſ. et conſtituti. Marin.quotid.reſol.lib.2.c.70.nu.9.Teodoſ. Rubeus ſing.Rot.Roman.p.4.clauſ.217.n.39.vol.2.Barboſ. de clauſ.vſufrequent.clauſ.31.n.5.Rota poſt lib.1.conſil.Farinac.dec.46.num.7.in fin.et ibi Addit.litt. B, et penes Poſt. de manut.dec.58.n.20.cor.Duran.dec.84.n.16.18. tom.1. de poſteriori comprobarunt Burſat. conſ.86. n.16. Gall. conſil.13.num.11.Giurb.d.dec.24.ſub numer.21.verſ. item clauſulam.

190 Neceſſariò venit dicendum, excludi ab hoc noſtro contractu pignus,cuius dominium penes pignorantem remanet,vt dixi n.171.& nunc addo Rotam, ſic arguentem in d.dec.46.n.2.in fin.poſt lib.1.conſil. Farinac. et cor. Comitol.d.dec.4.num.8.et in d.Tiburt. Caſtr. Sanc. Angel. 11.Martij 1650.§.neque obſtare viſum fuit, verſ. et reſpectu verbi cor.Meltio.

191 Et conſequentet, inductam fuiſse emptionem, & venditionem, cum in hoc ſufficiat, quod verba ſecundum aliquam ſignificationem poſsint deſeruire,vel non repugnent, quominus contrahentes intelligantur voluiſse contrahere ipſam emptiouem,& venditionem;vt ad propoſitum egregiè adnotauit Eminentiſs.Mantic.de tacit.et ambig.conuen.lib.11.tit.7.ſub num.7.verſ.quare in propoſito tom.1.

192 Non obſtante,quod ſit factum reluitionis pactum, nam reluitio ipſa quãdoque pro retrouenditione vſurpatur;& venditio eadem cum pacto de retrouendendo reſpectu recuperationis,videtur quaſi pignus.Socin.ſen. conſ.15.n.34.lib.1.Fontanel.dec.85.n.6.7.Rota cor. Greg. dec.194.ſub n.18.et n.19.

Au-

Augẽtur hæc omnia pro excludendo pignore in hoc
193 contractu, ſi verba illa ad *vtendum, fruendum, & gaudendum* debita ponderatione conſiderentur.

Siuè etenim important vſum, & vſumfructum, vt placuit *Bart. in l. ſtipulatio iſta §. hæc quoque in princ. de verb. oblig. Rebuff. in l. qui vti. in fin. ff. de verbor. ſignif. Gratian. diſcept. 442. num. 15. tom. 3. Rot. cor. Buratt. dec. 257. num. 5. tom. 1.*

Siuè verius præſeferant proprietatem; vt ducto va-
194 lido argumento ab vltimis voluntatibus ad contractus, ſicuti fieri licet. *ad Dec. conſ. 41. num. 102. lib. 1. Fachin. conſ. 2. num. 21. lib. 3. Tuſch. litt. A concl. 495. nu. 12. tom. 1. Euerard. in topic. legal. loc. 17. Barboſ. loc. 122. nu. 1. Rota in diu. dec. 125. num. 25. par. 1.* fas mihi eſt firmiter
195 dicere, iam quod, ſi teſtator ligauit prædium, ſiue fundum, *ad vtendum*, & *fruendum*, vel *in gaudimentum*, præſumitur relicta ipſa proprietas, ex *gloſ. in l. ſi mulier. C. de iur. dot. Bart. in l. liberis. la 1. nu. 3. de alim. leg. Alex. conſ. 223. ad fin. lib. 2. & conſ. 150. num. 1. lib. 7. Socin. iun. conſ. 54. num. 16. vol. 4. Corn. conſ. 295. num. 2. lib. 4. Pariſ. conſ. 21. num. 36. lib. 2. Cephal. conſ. 399. num. 31. Natta. conſ. 211. nu. 17. Guid. pap. ſing. 442. crem. ſing. 34. Marcb. dec. 870. num. 2. p. 1. Capyc. dec. 188. Menoch. conſ. 352. nu. 17. lib. 4. & præſ. 133. nu. 11. lib. 4. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 9. tit. 2. num. 29. 30. Surd. in iſtis indiuidualibus terminis. d. conſ. 184. ſub numer. 3. verſ. tertio quod & ſeq. lib. 2. Vela tom. 2. diſſert. 47. num. 17. Tondut. reſol. ciuil. c. 87. à nu. 1. Olea de ceſſ. iur. & action. tit. 3. q. 1. ſub num. 18. Rota in diu. dec. 121. nu. 7. p. 2.*

Semper eſſe verum, ab iiſdem verbis excluſum pignus fore cenſendum.

196 Cum reſpectu prioris aſſertionis ex pignore, nec vſum, nec fructum habeat creditor, vt dixi ſuperius, & latiſſimè comprobant. *Leotard. de vſur. quæſt. 11. per tot. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 11. titul. 8. tom. 1. Merlin. de pign. & hypoth. lib. 5. q. 45. Rota cor. Comitol. dec. 4. num. 4. repetita, tamen manca, poſt lib. 1. conſil. Farinac. dec. 46. ſub nu. 2. verſ. at ex pignore.*

197 Nec inſuper reſpectu poſterioris theſis rei propriæ pignus conſiſtat. *l. neque pignus. de reg. iur. l. 29. ff. de pign. act. Leotard. de vſur. q. 14. ſub num. 10. Surd. d. conſ. 184. n. 3. Anarcol. contr. 285. num. 7. Carlenal. de iudic. lib. 1. tit. 3. diſput. 34. ſub num. 21. tom 2. Mantic. d. lib. 11. tit. 7. ſub num. 5. Gait. de credit. c. 4. q. 9. num. 1084. Moiſeſ. de contr. tr. 12. tit. de pign. & hypoth. c. 18. nu. 70. Merlin. de pign. & hypoth. lib. 2. tit. 2. q. 87. num. 1. Cyriac. contr. 425. num. 36. tom. 3. Oroz. de opicib. iur. ciuil. lib. 3. c. 13. ſub n. 3. Rota cor. Duran. dec. 40. nu. 24.*

At quomodocunque ſit, firmis manentibus prædictis, ex alio indubitabili medio pignus omnino ab hoc contractu arcetur.

Quoniam, attento modo, quo ipſemet contractus initur, vt *ſup. num. 9.* datur quantitas, & ſumma æquiualens valori prædij, ſiuè alterius rei datæ.

198 Quo circa etiam ſi fuiſſet tractatum de pignore, adhuc creditor ſuos faceret fructus, vti dominus prædij ſibi dati, cum in hoc caſu cenſeatur, fuiſſe conſtitutum pignus animo illud non reluendi, &, vt iure alienationis, ſiuè dationis in ſolutum, quæ à pari procedunt. *l. eleganter. ff. de pign. l. ſi pretium. C. de euict. latè dixi in colluct. 6. num. 54. & ſeqq.* cenſeatur in creditorem translatum; ita vt in illius dominio, & patrimonio remaneat; ſicuti tradiderunt *Gratian. diſcept. 422. num. 13. & ſeqq. tom. 3. Gait. de credit. c. 4. num. 1097. & ſeq. & num. 1127. Coſta de retrotr. caſ. 10. c. 8. num. 18. Tort. ad Stat. Pap. c. 67. num. 28. Neguſant. de pign. p. 3. membr. 1. num. 27. & ſeqq. Niger. de laudem. q. 31. num. 30. et ſeq. tom. 2. Tiraquel. de retrac. lign. §. 1. in præf. num. 36. vbi antiquiores conglomerat. Pacific. de ſalu. inſp. 4. c. 1. ſub n. 87. verſ. verum hoc caſu, in vlt. impreſſ. Cenc. de ſenſib. q. 64. num. 45. Poſt de ſubbaſt. inſpec. 55. num. 60. vbi de communi. Leotard. de vſur. q. 12. num. 1. vbi concordan. Merlin. de pign. & hypoth. lib. 2. q. 8. num. 42. & q. 95. num. 7. & q. 105. num. 4. Eminentiſſ. Mantic. de tacit. et ambig. conuent. libr. 11. tit. 4. num. 27. tom. 1. Griuel. dec. 52. num. 35. Altograd. conſ. 3. ſub num. 11. verſ. reſpondetur tunc et ſeq. lib. 1. Andreol. d. contr. 285. num. 12. Rota poſt Statil. de ſalu. dec. 2. num. 6. et apud poſt. de ſubbaſt. dec. 2. num. 1. et in rec. dec. 749. in fin. p. 1. et dec. 582. ſub num. 5. et infrà p. 2. et dec. 145. in fin. p. 4. tom. 2. et cor. Buratt. dec. 160. num. 16. tom. 1. repetita poſt Pacific. de Saluian. interd. dec. 101. num. 15.*

199 Pro qua concluſione adaptatur, quod in dubio præſumitur potius datio inſolutum, quam pignus; ex congeſtis à præſtantiſſimo *Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſ. 150. num. 1. et ſeqq. vbi contraria refellit. Decian. conſ. 35. ſub num. 41. et ſeq. lib. 2. Merlin. de pign. et hypoth. lib. 2. q. 95. num. 4. et d. qu. 105. num. 1. Andreol. d. contr. 285. ſub num. 6. Rota in diu. deciſ. 168. num. 1. p. 1. eſt cor. Seraphin. dec. 242. numer. 2. et ibi Teodoſ. Rubeus. in ſuis ſing. Rota Roman. p. 1. ſ. mihi 54. col. 1. vol. 1. et in rec. dec. 672. nu. 4. p. 2. et cor. Greg. dec. 194. num. 12. et ibi Beltramin. nu. 26. vbi latè, et in Roman. Vineæ de Capoceſal. 24. Ian. 1628. cor. Dunoz.*

Et hoc tanto magis procedit in caſu huius noſtri contractus, in quo vltra ea, quæ ſuperius conſiderauimus interuenire pro translatione dominij, & præter motiuum illud generale, quo ideò dicitur, cenſeri dationem in ſolutum, & non pignus, quia non eſt veriſi-
200 mile creditorem velle recipere ſuum creditum per particulares, & mutilatas ſolutiones multa afferentes incommoda approbatum *à Rota in diu. d. dec. 168. nu. 2. aliàs cor. Seraphin. dec. 242. num. 3. et ab Add. ad Greg. d. dec. 194. ſub nu. 26. verſ. et etiam eſt verior.*

201 Concurrit clauſula, qua debitor dixit, *ſe ponere in locum, et vniuerſum ius ſuum*, per quam importatur translatio dominij. *ex Rim. iun. conſ. 529. num. 43. lib. 5. Menoch. conſ. 201. num. 13. et conſ. 361. nu. 38. et d. præſ. 150. num. 8. Rubeo ſing. Rot. Roman p. 4. clauſ. 536. num. 6. tom. 2. Barboſ. de clauſ. vſu freq. clauſ. 101. num. 17. in fine*: & inducitur venditio, ac datio inſolutum. *Menoch.*
202 *in alleg. præſ. 150. num. 8. Rubeus d. p. 4. clauſ. 64. §. 1.*

Et accedit poſt dicta verba *dedit ceſſit etc.* alia clau-
203 ſula *omni meliori modo* ſignificans ſimiliter translationem dominij, & dationem in ſolutum. *Corn. conſil. 208. num. 11. lib. 4. Menoch. conſ. 201. num. 16. libr. 3. et d. præſ. 150. nu. 9. lib. 3. Giurba. dec. 24. ſub num. 23. verſ. addita præſertim.*

204 Qua propter ex omnibus hucuſque congeſſit, dubitari nequit, quin contractus iſte *à godere à godere*, impropriè dictus, conceptus modo prædicto, & ſecundùm formam mihi exhibitam, nempè cum verbis, & clauſulis ſuperius recenſitis, ſit licitus, & validus, neque vlla labe vſurariæ prauitatis ſit infectus, ac legitimè ille, qui dedit pecunias, ſuos rei, aut fundi ſibi traditi fructus, vti dominus eorundem fructuum irreuocabiliter facere.

Quinimò hanc eandem concluſionem firmiter eſſet præponendam, etiam ſi eſſemus in contractu propriè initio *à godere à godere*, ſiue habita ratione lucri ceſſantis, & damni emergentis, ſiuè conſuetudinis vniuerſalis, ſiuè habilibus retentis terminis emptionis cum pacto de retrouendendo ad libitum vtriuſque contrahentis, aut ſaltem dationis inſolutum cum eodem pacto, ex latiſſimè hactenus deductis ambigendum non venit.

205 Et nunc addito, quod ſicuti pactum de retrouendendo minorem habet ſuſpitionem fraudis in datione

info-

ſolutum,quam in venditione ad *Rot.poſt lib.1.conſ.Fari-*
nac.dec.46 n.9.& coram Comitol.dec.4.n.20.

Ità diligenter conſiderandum eſt quomodo conci-
piatur;nam , ſi vice illius pactum de reſtituendo fiat ,
205 tunc cautius erit procedendum , ex quo pactum ſic
initum magis ſimulationi , & naturæ pignoratitij con-
tractus accedit;vt per *Corn.conſ.4. col.2. vol.1. quem ſe-*
quitur Cagnol.in l.2.ſub num.16.verſ.diccus magis,& ver-
*ſic.ex quibus inferri.C.de pact.inter empt.& vendit.*ſuper-
quo tamen videndi ſunt *Tiraq.de retract.conuen. in præf.*
num.2.Farin.de ſimul. & falſit.q.136.num.78.Caſtil.con-
tr.iur.cap.25.numer.29.cum multis ſeqq.lib.1.

Remaneret , vt leuiora quædam offendicula arce-
rentur ; ſed quoniam virtualiter omnium obiectionum
fulcimina deſtrui poſſunt à iam traditis .

Idcircò longiore dimiſſo ſermone , etiam circa me-
thodum huius contractus petitam , cum & ipſa facilli-
mè à ſuperioribus deductis hauriri queat , breuiter reſ-
pondeo difficultati vltimo loco promotæ, validum eſſe
207 pactum legis commiſſoriæ, atque illud admitti etiam
in pignore,quotieſcunque conuentum fuit,vt non ſolu-
to in certam diem debito , res pignori obligata cenſea-
208 tur creditori vendita pro iuſto pretio;quinimò ſi ſim-
pliciter actum ſit , vt res , tranſacta dicta certa die , ſit
empta creditori ; nam intelligitur iuſto pretio arbitrio
boni viri ; vti docuerunt *Tiraq. de retrac. conuen. ad fin.*
tit.num.138.& ſeq.Surd.dec.113.n.13. Coler. de proceſs.
execut.p.3.cap.12.num.75. Faber. in Codice lib.8.tit.22.
de pact.pign. def.2. Mantic. de tacit. & ambig. conuen.lib.
11.tit.10.num.20.33.tom.1.Cyriac.contr.393.numer.7.8.
tom.2.Fontanel.dec.130.num.3.& ſeqq.Honded.conſ.31.
num.43.lib.1.Gait.de credit.cap.4.quæſt.9.num.1123.&
ſeqq.Leotard.de vſur.quæſt.70. num.49.50. Merlin. de pi-
gn.& hypoth.lib.4.q.123.num.51.Rota in d.Tiburt.Caſtri
Sanct. Angel.11. Martij 1650. §. accedit vlterius coram
Meltio .

209 Cumque lex, in propoſito huius pacti illud tantum
intendat, vt rationes læſionis,& vſurarum ceſſent, & ni-
hil aliud curat,niſi,quod euitentur læſio,& vſuræ in ven-
ditione,vel datione inſolutum rei pignoratæ, mediante
iuſto pretio, vt apertiſsimè deſumitur à reſponſo *Mar-*
ciani in l. ſi fundus . §. fin.ff. de pign. & obſeruauit Rota in
alleg.Tiburt.Caſtr.Sanct.Angel.d.§.accedit vlterius, verſ.
lex enim .

210 Sequitur pactum præfatum , vt ſcilicet res pignori
obligata,cenſeatur vendita creditori,non ſoluto debito
in præfinitum tempus,valere,& admitti, etiam ſi fuerit
dictũ , venditã cenſeri pro ipſa ſumma debita,dũmodò
tamen appareat,ſummam debitam æquare iuſtum pre-
211 tium pignoris : ſicuti , & ſi certum pretium fuerit à
partibus taxatum , quatenus tamen ſit iuſtum.*Honded.*
conſil.31.num.43.lib.1.Gait.de credit.cap.4.à n.1123.cum
ſeqq.& rurſus à n.1133. & duobus ſeqq. & ſequitur Rota
in d.Tiburt.Caſtr.Sanct. Angel. d. §. accedit vlterius verſ.
212 *quod etiam procederet.*licet contrariam ſententiam ſu-
ſtinuerit *Scacc.de commer.& camb.§.1.q.7.ampl.10. ſub*
num.89.verſic.intellige ſecundo.Leotard.d.vſur. d. qu.70.
à num.57. vſque ad num.64. Vbi latiſsimè hanc partem
tuendo conatur , ſed in caſſum perpenſis diligenter il-
lius dictis,contraria omnia diluere ; & *adhæret Rota in*
eadem Tiburt.Caſtri Sanct.Angel.14.Febr.1656.§. credi-
tum enim in fine cor.Meltio .

213 Et plus dico , quod pretium in tali caſu taxatum à
partibus,præſumitur iuſtum;ità & taliter, vt transfera-
tur onus probandi contrarium in negantem huius taxa-
ti pretij iuſtitiam. *Honded. d. conſ.31.ſub num.51.& 52.*
cuius opinionem probabiliorem putat *Merlin. de pign.*
& hypoth.d.q.123.ſub num.77. & ſeq. in fin. Vbi reijcit
ſententiam huic concluſioni aduerſantem firmatam à
Surd.dec.248.ſub n.21.verſ.poſtremò non turbat .

214 Sanè eſt concluſio generalis , quod in dubio pre-
tium conuentum,non præſumitur iniuſtum,niſi contra-
rium probetur,*Roland.conſ.92.num.17.lib.2.Rota in rec.*
dec.656.num.1.p.3. Ea ratione, quia deducendo iniuſti-
tiam pretij allegatur læſio,quæ non præſumitur , ſed ab
215 allegante eſt probanda,plenè, & concludenter . *Hon-*
ded.conſ.31.num.53.lib.1.Rota in diu.dec.86.num.11.12.
p.4.& poſt Zacch.de oblig.Camer.dec.121.num.15.& de-
ciſ.134.num.16.& coram Greg.dec.553.num.1. & coram
Buratt.dec.538.num.1.& dec.783.num.13.& poſt Cenc.
de cenſib.dec.85.num.11. ego ipſe in colluct.7. numer.55.

216 Accedente etiam, quod contractus habet pro ſe præ-
ſumptionem iuſtitiæ pretij. *Natta conſ.610. ſub num.8.*
lib.4.Rota in diu.dec.553.num.8. par.4. & cor. Buratt. d.
dec.538. num.2. & in Bonon. præd.21. Maij 1640. §. non
obſtat verſ.quo caſu intrat coram Reuerendiſs.Terracin. eſt
dec.180.num.17.penes Poſt.de ſubhaſt.in Addit. Et ob id
pretium conuentum inter partes præſumitur iuſtum .
217 *Rota coram Greg.dec.321.num.10. & dec.524. num.5.*
et coram Buratt.dec.399.numer.10. vbi Ferentil. litt. A,
multos concordan.adducit , & poſt Zacch.de oblig.Camer.
dec.257.numer.13. & apud Poſt.de ſubhaſt.in Addit.dec.
206.num.13.& dec.208.num.6. & in rec. dec.135. num.
16.p.6.& in Negeſin.pecun.14.Iun.1647.§.altera princi-
palis coram Veroſp.& poſt Merlin. de pign. deciſ.143. nu-
mer.14.

218 Ad dignoſcendam autem iuſtitiam pretij , quoties
ſumus in venditione cum pacto retrouendendi , & ſuc-
ceſsiuè vna retenta methodo, in hoc contractu *à godere*
à godere ſit ſatis indicaſſe *P. Thomam Tamburinum in*
præcept.Decal.lib.8.tr.3.cap.8.§.8.à numer.19. vſque ad
n.27.tom.2. Fabr. in C. lib.4.tit. de reſcind. vend.def.27.
Mantic.de tacit.& ambig.conuen.lib.4.tit.20.num.41. to.
1.Maſcard.de probat. concl.447. num.10. & ſeqq.tom.1.
Menoch.præſ.122.num.9.& numer.29.lib.3. Caſtil.contr.
iur.cap.25.num.63.& ſeqq.Honded.conſ.33. num.29.30.
lib.2.Farinac.de falſit.et ſimul.q.163.nu.13. et ſeqq. Gra-
tian.diſcept.600.num.7.8.tom.3. Cyriac. contr.87. tom.1.
et contr.261.num.46.et ſeqq.tom.2. Pigant. ad Stat. Fer-
rar.lib.2.Rub.97.num.58.et ſeqq.tom.1.Conar. var. reſol.
lib.3.cap.10.Rot. poſt lib.1. conſil. Farinac. deciſ.57.et ibi
Addit.litt.B, & poſt lib.2. dec.206. et poſt Merlin.de le-
git.dec.105.et coram Andr.dec.109.num.8. & coram Bu-
ratt.dec.62.num.8.ac ibi Add.et dec.471.num.3. & deciſ.
675.num.10.et in rec.dec.344.num.10.11. et ſeqq. par.4.
tom.2.et dec.17.num 4.et ſeqq. par.6. et in Roman. reſciſ.
tranſact.29.Maij 1648.§.præter quod pactum coram Emi-
nentiſs.Corrado cum alijs infrà in mea legal. colluct.35. n.
50.et ſeqq.

219 Illud eſt verum,quod ſi pactum ſit perpetuum , &
liberum de retrouendendo quandocunque ad libitum
venditoris,tunc ſolet detrahi pretio in tertia parte . *Pi-*
gant.ad Stat.Ferr.d.Rub.97. ſub numer.58. verſ. declara-
tur tamen vbi ſic procedere dixit Rota in d. deciſ.17. nu.5.
adde,et alios apud Eminentiſs.de Lugo. de iuſt.diſp.26.ſect.
13.§.1.n.189.

220 Si verò idem pactum fuerit initum ad fauorem
vtriuſque contrahentis,emptoris,videlicet, & vendito-
ris,ſicuti præſefert modus traditus ſuprà *n.9.* tunc pre-
tium debet eſſe aliquantò maius , quam ſi fieret ſolùm
in gratiam venditoris,& aliquantò minus ſi iniretur ſo-
lùm in gratiam emptoris;calculando,vt ſi res ſit valoris
centum poſsit emi pro 88.vel 90.ex mente *Leſs. de iuſt.*
lib.1.cap.21.dub.14. num.120. quem ſequitur Tamburin.
in d.§.8.n.26.

Atque ita , &c. ſaluo , &c.

Cauſa huius colluctationis non fuit in foro,vti crede-
batur,agitata : & hæc omnia ſcripti pro veritate con-
ſul-

ſultus; multaque in hoc reſponſo contenta, & præſertim tradita in materia lucri ceſſantis, & damni emergentis, libenter exaraui, vt non nulla, quibus angebantur amici, dubia remouerentur.

COLLVCTATIO XV.

ARGVMENTVM

Agitur de vi clauſulæ *Conſtito de duobus conformibus*, & de facultate executoris mixti. Sequeſtrum quando tollatur cautionis medio. Fideiuſſio quando remaneat ſubſiſtens, annullata principali obligatione: *Statut. Ferr. lib. 2. Rub. 66.* An ſit deciſorium, vel ordinatorium. Forenſis quando ligetur, & gaudeat Statutis.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula conſtito de duabus conformibus requirit ſententias iuſtas, & validas; intellige numer. 2. facit executorem mixtum numer. 6. expoſcit cauſæ cognitionem numer. 7.*

3 *Sententia præſumitur valida, & iuſta donec contrarium probetur. n. 4.*

5 *Executor mixtus non poteſt exequi, niſi præuia cauſæ cognitione tenetur, aſſumere partes Iudicis num. 8.*

6 *Clauſula conſtito facit executorem mixtum; requirit cauſæ cognitionem n. 7.*

9 *Sequeſtrum tollitur fideiuſſione. Limita num. 10. declara n. 11. rurſus limita n. 12. declara n. 13. iterum limita n. 14. remiſſiuè.*

15 *Sequeſtrum debet fieri ſeruata forma ſtatuti, quæ eſt ineuitabilis.*

16 *Actus omiſſa forma legis initus, non ſuſtinetur. Amplia num. 17.*

18 *Forma eſt de genere indiuiſibilium ſeruanda, ſi deficiat, actus eſt nullus. n. 19.*

20 *Sequeſtrum obtentum non ſeruata forma Statuti eſt nullum.*

21 *Fideiuſſio facta cum clauſula*, quatenus ſequeſtrum valeat, *annullato ſequeſtro reſoluitur.*

22 *Fideiuſſio eſt ſtricti iuris, & non extenditur niſi ad ea, quæ ſunt expreſſa.*

23 *Dictio quatenus eſt limitatiua. Conditionem importat. num. 24.*

25 *Actus limitatus non producit effectum pleniorem expreſſo.*

26 *Conditione deficiente deficit conditionatum. Factum ſub vna conditione, ſub contraria cenſetur reſolutum numer. 27.*

28 *Fideiuſſio eſt acceſſoria obligationi principali.*

29 *Fideiuſſio annullatur annullata obligatione principali. Amplia numer. 30. Declara numer. 31. Limita numer. 32. 33.*

32 *Fideiuſſor obligatus cum clauſula, vti principalis principaliter, & inſolidum, vel alia æquipollenti, tenetur, licet principalis obligatio ſit nulla.*

33 *Fideiuſſor tenetur annullata principali obligatione, ſi nullitas non proueniat ex aliqua diſpoſitione iuris communis, aut ob defectum formæ ſubſtantialis, ſed oriatur ab aliquo iure ſpeciali.*

34 *Negatiua probatur ex actis.*

35 *Agens ſine actione repellitur à limine iuditij, etiam ex officio Iudicis.*

36 *Stat. Ferr. lib. 2. Rub. 66. affertur. Declaratur n. 37. & ſub n. 41. & n. 43.*

37 *Forenſis non ligatur Statuto de duabus conformibus deciſorio: non ligatur generaliter ſtatutis deciſorijs n. 38. neque illis frui poteſt n. 39. Ligatur ſtatutis ordinatorijs ſub num. 41.*

40 *Statuentium intentio eſt prouidere ſuis ciuibus, non exteris.*

41 *Statutum minuens appellationes eſt de ordinatorijs. Declara n. 42.*

44 *Stat. Ferr. lib. 1. Rub. 6. affertur.*

45 *Sententia diffinitiua eſt, quando terminatur negotium cum condemnatione, vel abſolutione.*

46 *Interlocutoriæ vim diffinitiuæ habentis exempla, remiſſiuè.*

47 *Fideiuſſor iuuatur exceptionibus competentibus reo principali.*

48 *Deciſio cauſæ.*

1 Est facta commiſsio cum clauſula, *conſtito de duabus conformibus*, idcircò, vt eidem ſit locus oportet, ſententias prætenſas conformes à D. Michaele Foleo Comaclenſi eſſe validas, & iuſtas, *Surd. conſ. 99. num. 18. Mareſc. var. reſol. lib. 1. cap. 86. numer. 30. Leoncil. dec. 32. ſub num. 6. Marta de clauſ. p. 1. clauſ. 19. num. 11. Barboſ. eod. tract. clauſ. 28. num. 1. Rubens in ſing. Rot. Roman. p. 4. clauſ. 216. num. 18. Pigant. ad Stat. Ferrar. lib. 2. Rub. 66. num. 30. tom. 1. Fenzon. ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 180. num. 54. Ferentil. ad Buratt. dec. 567. num. 7. tom. 2. Rota in rec. dec. 132. num. 1. 2. par. 6. & dec. 38. num. 1. par. 7. & deciſ. 21. num. 3. p. 8. & poſt Merlin. de pign. & hypoth. deciſ. 60. num. 15.*

2 Hoc tamen intelligendo, quod ille, qui habet ſententias non grauetur onere probandi earum validitatem, & iuſtitiam; ſed benè ipſas ſententias impugnans teneatur probare eas nullas, ſeù iniuſtas, vt egregiè animaduertit *Leoncil. d. dec. 32. ſub num. 6. verſ. ſenſus tamen videtur.*

3 Ex doctrina vniuerſali, quod ſententia præſumitur
valida. *Gloſ. in l. ſi poſt C. de iur. & fact. ignor. Menoch. conſil. 110. num. 6. et præſ. 67. n. 1. 2. lib. 2. Rota in Neapol. pe-
cun. 22. Iunij 1648. §. de illius coram Meltio, et in Hippori-
gen. penſ. 28. Iun. 1651. §. validitas autem coram Meltio, et
poſt Cutel. de donat. dec. 3. num. 2.* Sicuti etiam præſumi-
4 tur iuſta, donec contrarium probetur. *Poſſent. ſing. 325.
num. 2. Rota in rec. dec. 664. numer. 1. par. 3. et coram Merlin. deciſ. 604. num. 4. tom. 2. et poſt Salgad. in Labyrint. credit. dec. 59. numer. 3. cum alijs per me adductis in colluct. 6. num. 62.*

Quare debet *Illuſtriſ. D. meus Gubernator* Executor
5 delegatus aſſumere cognitionem in hoc negotio, dùm
tanquam mixtus executor exequi non poteſt, niſi præ-
uia cauſæ cognitione. *Vbert. de modo citan. in Roman. Cur. p. 6. ver. merus eſt ille. ſ. mihi 262. Rota in recent. dec. 334. num. 2. par. 3. et coram Pegn. dec. 1453. num. 2. et numer. 6. tom. 2. in impreſ. Lugdun. et coram Coccin. dec. 225. num. 2. et in Leodien. præpoſit. tongren. 8. Febr. 1649. §. nec etiam coram Cardin. Otthobon. nunc inter eius impreſ. dec. 164. n. 10.*

Alias ea non ſeruata, neque admiſſis probationibus, diceretur grauare. *Rubens in ſing. Rot. Roman. d. clauſ. 216. num. 24. Rota coram Coccin. d. dec. 225. ſub n. 2. verſ. et propterea.*

6 Quod ſit mixtus executor manifeſtatur à ſupradicta clauſula *conſtito* in commiſſione appoſita. *Barboſ. de clauſ. vſufrequent. clauſ. 25. ſub num. 9. verſic. non enim eſt merus. Ridolphin. in prax. p. 2. cap. 8. num. 118. et num. 124. Rota in rec. dec. 446. num. 13. p. 4. tom. 2. et dec. 65. num. 6. par. 5. coram Greg. dec. 91. num. 2. Add. ad eund. deciſ. 413.*

ſub n.

ſub num.4 verſic. quarto fuit, & coram Coccin. d. dec.225.
num.1. & coram Pen.d.dec.1453.ſub num.5.verſ. quia in
procedendo, & cor.Merlin.dec.157.n.7.tom.1. & cor. Du-
ran dec.78.n.4. & in Mleiin.cancellatum.1 Iul.1648.§.
nullitas ineuitabilis cor.Otthobon.nunc in eius impreſs. dec.
153.n.2.

7 Per quam clauſulam *conſtito*, requiritur cauſæ cogni-
tio.*Rubeus d.clauſ.216.num.7.Barboſ.d.clauſ.25. num.5.*
Gratian.diſcept.961.num.9.Ridolphin.d. cap.8. num.136.
Viuian.de Iurepatr.lib.13.cap.8.num.4.Rota in locis ſupe-
rius adductis: Et executor mixtus tenetur aſſumere
8 partes Iudicis.*Rota coram Merlin. d. dec.157.num.7. &*
coram Greg.dec.413.num.1. & coram Seraph.deciſ.1056.
num.2. & in rec.dec.51. num 9. p.7. & in Vrcellen.paro-
ch.23.Maij 1650.§. nec obſtare poteſt, verſ. & per conſe-
quens tenebatur cor.Eminentiſs.Otthobon. nunc in eius im-
preſs.dec.219.n.6.

Propterea, cum actum fuerit pro parte Folei contra
D.Ioannem Camparium, vti ſequeſtratarium Veleni
Anconitani; nec non tanquam illius fideiuſſorem de iu-
ditio ſiſti, & iudicatum ſoluendo.

Quoad primum placeat D. meo Iudici penſitare,
quam perperam fuerit intentatum iuditium, cum ſe-
9 queſtrum minimè exiſteret, quia ſublatum medio fide-
iuſſionis ab ipſo Veleno in forma præſtitæ, per quam
tolli ſequeſtrum diſponitur *à Stat.Ferr.lib.2. Rub.28.* &
pro indubitato agnouerunt ex *tex.in l.fideiuſſor.§.fin. ibi*
DD. ff. qui ſatiſd. cogan. Maur. de fideiuſs. ſect.4. cap.29.
Trentacinq.var.reſol.lib.3.tit.de ſolut.reſ.12 num.7. Gra-
tian.diſcept.531.num.91.Salgad.de Reg. protect.p.2. cap.
16.num.21.Pigant.ad d.Rub.28.num.41.tom.1.Vbert. de
modo citan.in Roman.Cur.p.3.form 5.§.quando vero.ſ.mi-
hi 122.Ridolphin.in prax.p.1.cap.14. nu.168. Rota in diu.
dec.840.p.4. & in rec.dec.654. num.5.p.2. & dec.381. n.
2.p.3. & poſt Zacch de oblig.cam.dec.118.num.10. & cor.
Coccin.dec.13. & coram Buratt.dec.105.n.10. & cor. Ot-
thobon.dec.69.n.1.

Neque ſumus in aliquo ex caſibus, in quibus pro tol-
lendo ſequeſtro non ſufficiat cautio, ſed requiratur ſo-
10 lutio, vt puta, quia ſequeſtrum fuiſſet factum pro exe-
cutione ſententiæ, vel mandati; ad *Carpan. in comment.*
Stat.Mediol.p.1.c.111.num.72.Ridolphin.d. cap.14. num.
171.Ferentil.ad Buratt.dec.595.num.9. Rota poſt Zacch.
de oblig.camer.d.dec.118.num.11.coram Canaler.dec.567.
11 *num.1.cor. Buratt. dec.653 num.1.*quando tamen credi-
tum eſt clarum, & liquidum. *Ridolph.in præd.c.14.n.182.*
183.Vbert.in loco ſuperius allegato.Ferentil.ſub d. num.9.
verſ.dummodò res iudicata.Rota coram Buratt.d.dec.653.
12 *num.2.*Seù, quia ſequeſtrum emanauiſset contra debi-
torem in forma Cameræ obligatum.*Caroc.de ſequeſtr.p.*
2.princ.q.19.num.4.Galleſ.de oblig. Camer.q.37. num.39.
& ibi Zacch num.94. & ſeq.Ridolphin.d.cap.14. num.180.
Vbert.de modo citan.in Roman.Cur. d.form.5.eod.§. quan-
do vero.Thomat.dec.macer.51.numer.10. Ferentil.ad Bu-
ratt.d.dec.595. ſub num.9. verſ. ſecundo limitatur. Rota
13 *coram Coccin.d.dec.13.num.2.*Si tamen ſit clarum, quod
bona ſequeſtrata potuerunt capi pro executione obli-
gationis Cameralis; vt obſeruant *Vbert. & Ferentil.in*
locis adductis ac benè Ridolph.in alleg. c.14. num.182. &
ſeq.Pigant.ad Stat.Ferr.lib.2.d Rub.28. numer.44. Rota
14 *coram Coccin.d.dec.13. n.2.* aut in alijs conſimilibus ca-
ſibus congeſtis latè ab ipſis *Ferentil. in annot. ad Buratt.*
d.dec.595.ſub num.9. & Ridolphin. in d. cap.14. à nu.172.
vſque ad n.180.

Quo ad ſecundum.

Neque minus contra eundem D. Camparium, vti fi-
deiuſſorem Veleni potuerunt actiones, & iura dirigi à
Foleo: quoniam ſequeſtrum factum fuit non ſeruata
Statuti forma, quæ eſt ineuitabilis, vt in iſtis terminis
15 docet *Pigant.ad d.Rub.28.num.3. ex Borgn. dec.23. p.1.*
et Rot.Boiion.ad Stat.dec.140. num.46. vbi Add. & con-
ducit Cyitac.contr.494.n.10.tom.3.

Ideò, ſicuti idem ſequeſtrum corruere debet, iuxtà
16 generalem regulam, quod actus omiſsa forma legis
initus non ſuſtinetur.*l.cum hi.§.ſi prætor.ff.de tranſact. l.*
traditionibus.C.de pact.Surd.dec.268.num.8.Valenz. con-
ſil.173.num.39 tom.2.Antonin.reſol.26.num.3.lib.1.ſeſs.
dec.30.num.10.Barboſ.axiom.12.num.24. & axiom.100.
17 *num.17.Rota in rec.dec.15. num.3.p.2.* etiam ſi omiſsio
formæ fuerit in minimo.*l.qui Romæ.§. flauius. ff. de ver-*
bor.obligat.Gamm.dec.43.num.3.Valaſc.conſ.133. num.3.
Maſcard.de interpr.Stat.concl.9.nu.61.Barboſ. d. axiom.
100.num.15.vbi concordan.Rota in rec.dec.671.num.2.p.
18 *1.*quia forma eſt de genere indiuiſibilium. *l. ſi veritas.*
C.de fideic.Eſcob.de ratioc.cap.11. num.19. Menoch. dec.
Lucenſ.18.num.2.3.Rendin.in recept.ſent.tit.100. num.5.
Barboſ.alleg.axiom.100.num.14. Rota in rec.dec.30.nu.3.
19 *p.1.*Et ſi forma ſeruanda deficiat, actus ſit nullus. *l.1.2.*
C.quando prouoc.non eſt neceſs. Roland.conſil.30.numer.2.
lib.3.Maſcard.d.concl.9.num.8 Amat.conſ.64. numer.6.
Valenzuol.conſil.187.num.74. & ſeq. Barboſ. in ſæpè ad-
20 *duct.axiom.100.num.3.* Et in indiuiduo, quod obtentio
ſequeſtri ſit non ſeruata ſtatuti forma. *Pigant. ad Stat.*
Ferr.lib.2.d. Rub.28.n.3.vbi concordan.

21 Ita fideiuſsio D. Camparij, tanquam facta cum ſolita
clauſula, *quatenus ſequeſtrum valeat*, cadere, & reſolui
debet annullato ipſo ſequeſtro: vt in puncto firmant
Pigant.ad d.Rub.28.ſub n.48. verſ. tutius eſt autem: con-
uocatis in hanc ſententiam Alex. & Bargnin. in locis per
ipſum adductis.

Quod dictum veriſſimum eſt agnoſcendum ex du-
plici fortiſsimo medio.

Primo.

22 Quia fideiuſsio eſt contractus ſtricti iuris, & non ex-
tenditur vltrà conſenſum proprium, ſed ſolum ad ea,
quæ expreſsa ſunt.*l.ſi vltra.C.de fideiuſs.Decian.conſ.72.*
num.12.lib.2.Honded.conſil.111.num.25.lib.1.Mantic.de
tacit.lib.16.tit.14.num.1.Surd dec.212.ſub nu.5. pulchrè
Cyriac.contr.546.num.143. & ſeqq.tom.3. Poſt. reſol.20.
num.16.Leoncil.dec.29.num.5.Caren.reſol.90. num.1. &
ſeqq.Rota cor.Merlin.dec.338.n.6.et dec.783.ſub n.1.2.in
rec.dec.384.n.2.p.4.

Vndè, cum D. Camparius fideiuſſor conſenſerit, &
ſe obligauerit, *quatenus ſequeſtrum valeat*, meritò eius
fideiuſsio, & obligatio ad validatem ſequeſtri reſtringi-
23 tur, nequè vltrà extenditur: etenim dicta dictio, *quate-*
nus, eſt limitatiua, & reſtrictiua.*Dec.conſ.285.nu.2.Surd.*
conſ.186.n.14.Barboſ.dict.312.n.2.Fenzon. ad Stat. Vrb.
lib.1.c.180.n.16.

At conſequenter, annullato ſequeſtro, opus eſt, vt &
reſoluatur eadem fideiuſsio conditionaliter etiam, vt
24 ſuprà, præſtita; dictio ipſa namque, *quatenus*, conditio-
nem quoquè importat.*DD.in l.1.ff.de condit. & demon-*
ſtr.Cranet.conſ.802.num.1.Honded.conſ.57.numer.20. &
conſil.68.num.11.volum.2.Surd.conſil.186.num.20.Paci-
fic.de Salu.inſp.4.capit.2.num.40.Barboſ.dict.312.numer.
1.Rota in diu.dec.381.num.2.par.1.et in rec.dec.12. n.37.
par.6.

Et hinc ſit, quod intrent duæ concluſiones.

25 Altera, quod præfata fideiuſsio ſubdicta reſtrictione,
& conditione emiſsa pleniorem expreſso nequeat pro-
ducere effectum. *l. ſi vnus. §. ante omnia.ff. de pact.l.in*
agris, vbi DD.ff.de acq. rer.domin.Bec. conſil.34. ſub num.
26.Surd.conſil.402.numer.5.lib.3. Rota in Feſulan.benef.
26 *ſeù orator.14.Martij.1650.§ quoniam voluntas cor. Emi-*
nentiſs.Corrado: Sed, quod deficiente conditione, deficiat
& ipſa.*Bal.conſ.478.lib.1.Antonin.reſol.56.num.3. & reſ.*
88.num.4.lib.1.Surd.dec.209. num.1. et conſ.423. numer.

18.ple-

18.*plenè Barboſ.axioma.48.n.2.Rota cor.Buratt.dec.237.
n.12.& dec.297.n.6.*

Altera, quod eadem fideiuſſio, ceù facta ſub condi-
27 tione validitatis ſequeſtri, eueniente contraria condi-
tione nullitatis illius cenſeatur omninò reſoluta. *arg. à
diſpoſitis in l.ſi legatum purè.ff.de adim.leg.l.aliquando.ff.
de condit.& demonſtr.l.quod pure.ff.quand.dies leg.ced.l.ſi
pecuniam.ff.ſi cert.pet.Natta conſ.200.n.5.Cephal.conſil.
17.n.20.Surd.conſ.129.n.36.& conſ.143.num.44.lib.1.
Oſaſch.dec.66.n.4.Gratian.diſcept.443.n.20.to.3.Mantic.
de coniect.lib.3.tit.17.n.2.*

Secundo, quia fideiuſſio prædicta conſideratur vti
28 acceſſoria antedicta ſequeſtro; ſicuti generaliter, fide-
iuſsionem dici acceſſoriam obligationi principali tra-
ditur; *in l.1.& ſi ſtichum.§.fin.ff.de fideiuſſ.gloſ. in l. ſi hæ-
res pecuniam.ff.ad Trebel.Surd.conſ.201.n.9.& conſ.359.
n.27.Cenc.de cenſib.q.52.n.10.Rota poſt Salgad. in Lavy-
rint.credit.dec.63.n.22.*

29 Igitur, ſi ob defectum nullitatis corruat ſequeſtrum,
nec etiam ſubſtinebitur fideiuſsio, propter illud præſti-
ta: vt generaliter habetur *ex tex. in l.cum lex.ff.de fide-
iuſſ.Alex.conſ.109.n.8.lib.4.Surd.conſ.345.n.2.& conſ.
436.num.8.lib.3.Caren.reſol.88.num.6.Cenc.de cenſib.d.
quæſt.52.ſub n.10.verſ.erit ſimiliter,& q.74.num.7.* Vbi
quod eſt vulgaris, & ab omnibus recepta concluſio. *Ma-
reſc.var.reſol.lib.2.cap.65.num.1.Maur.de fideiuſs.ſect.
1.cap.5.Rota poſt Zacch.de oblig.camer.dec.80.num.3.&
dec.110.num.11.& dec.216.num.1.& cor.Greg.dec.321.
ſub n.4.13.*

30 Quæ concluſio procedit, etiamſi in fideiuſsoria obli-
gatione adeſſet clauſula *principaliter,& inſolidum.Pariſ.
conſil.110.num.75.lib.1.Laurent.de Pinu.conſ.71.et ſeqq.
Odd.conſ.41.num.23.et ſeqq.quos relatos ſequitur Cenc.
de cenſib.d.q.52.num.11.vbi de ratione.Caren.d.reſ.88.
num.6.*

31 Intelligendo tamen, vt hæc extenſio habeat locum,
quando obligatio principalis debitoris eſſet ab initio
ipſo iure nulla; vt declarat *Cenc.de cenſib.d.qu.52.num.
12.et q.74.ſub num.9.verſ.vel poteſt ſaluari.Rota poſt eius
32 tractat.dec.21.ſub n.11.et ſeq.* Nam alias ſi fideiuſſor ſe
obligaſſet cum dicta clauſula, vel alia æquipollenti, eius
obligatio teneret, quamuis eſſet nulla, ex poſt facto
principalis obligatio, vt firmant *Mareſc.d.c.5.numer.7.
Cenc.de cenſibus d.q.74.num.8.9.Zacch.de oblig.camer.q.
3.num.22.Rota poſt cenſib.d.dec.21.n.10.11.et dec.138.
num.4.et deciſ.519.num.4.et coram Greg.dec.321.num.
7.vbi Beltram.ſub num.13.et dec.560.num.2.et dec.564.
n.2.3.*

33 Sicuti vniuerſaliter etiam obligatio fideiuſſoris ſub-
ſiſtit, licet ſit nulla obligatio principalis debitoris, quo-
tieſcunque nullitas non proueniat ex aliqua diſpoſitio-
ne iuris communis, aut ob defectum formæ ſubſtantia-
lis inducentis nullitatem ab initio; ſed oriatur ab aliquo
iure ſpetiali, puta, quia non interuenerunt ſolemnitates
requiſitæ à Statuto in contractu inito. *Mareſc.d.c.65.n.
2.et ſeqq.Cenc.de cenſib.d.q.74.num.12.Gratian.diſcept.
122.num.14.15.Zacch.de oblig.Cam.q.3.numer.23.Rota
Bonon.diuerſ.dec.63.et ibi Add.et Rota Roman.poſt lib.2.
conſil.Farinac.dec.118.numer.4.et coram Seraphin.dec.
1324.et coram Greg.dec.321.num.6.et ibi Add.ſub num.
13.in fin.et dec.560.num.4.et poſt Zacch.de oblig.Camer.
dec.216.num.2.et penes Cenc.de cenſib.d.dec.21.num.11.
et ſeqq.et dec.138.n.5.et dec.192.ſub n.3.et 4.et dec.519.
num.5.*

Quas binas reſtrictiones congruentes prædictæ fir-
matæ concluſioni non militare in præſenti eſt res cer-
tiſsima cum D. Ioannes perſtiterit in puris terminis fi-
deiuſsionis de iuditio ſiſti, & iudicatum ſoluendo; &
nullitas ſequeſtri cauſetur ex defectu formę non ſeruatę
in illud obtinendo; vt patet ex actis, per quæ probatur
34 optimè negatiua, vt ſæpiſsimè reſoluit S.Rota Roman.
*vt cor.Greg.dec.416.num.5.et ibi Add.num 8.cor.Buratt.
dec.683.num.2.tom.3.et in rec.dec.429.num.1.p.3.et dec.
235.num.4.p.4.tom.2.et in Calagur.beneſ.de cornago 31.
Maij 1647.§ verum ceſſat coram Cardin.Ottbobon.et in
Roman.Salu.17.Martij 1649.§.neque obſtat.cor.eod.nunc
in eius impreſs dec.114.n.4.et dec.170.num.23.cum alijs
adductis per Rubeum in ſing.Rot.Roman.p.2.verb.negati-
ua.§.1.vol.2.*

Quo circa, ſicuti ex prædictis patet, nullam compe-
tijſſe actionem Foleo contra Camparium ex intentatis
remedijs: ità maniſeſtiſsimè conſtat quam iniuſtæ, &
iniquæ ſint ſententiæ reportatæ pro parte eiuſdem Fo-
lei, qui, ob defectum actionis tantùm abſit, quod potue-
rit obtinere dictas ſententias, ſi ità vocari queant; vt
35 imò debuerit repelli à limine iuditij, etiam ex offitio
iudicis parte non petente. *Cyriac.contr.321.num.5.Mel.
alleg.18.num.2.et alleg.101.numer.12.lib.2.Rota coram
Greg.dec.119.num.6.et dixi in collu&t.3.numer.49.et col-
lu&t.9.num.16.ac alibi.*

36 Et non obſtat diſpoſitio *Stat.Ferr.lib.2.Rub.66.* Vbi
ſancitur, quod *à duabus ſententijs quatenus conformes ſint
non liceat ampliùs prouocare, nec appellare, nec eas nullas
dicere, etiam ex capite cuiuſcunque notoriæ nullitatis, vel
iniquitatis principaliter intentata, nec ijſdem aliqualiter
contrariari, aut contra eas officium Iudicis implorari, nec
ſupplicari, nec reſtitutionem aliquam petere, ex capite mi-
noris ætatis, nec quicquam contra eas opponere, ſed ad exe-
cutionem indilatè procedatur, cuiuſcunque nullitatis, etiam
notoriæ, exceptione non attenta:* De quo Statuto memini,
& non nulla ſuper eo dixi in *mea collu&t.legal.6.numer.
79.84.et adeſt Rot.in rec.dec.552.n.7.p.3.*

37 Nam Velenus, cuius bona fuerunt ſequeſtrata, tan-
quam forenſis, quia Anconitanus, non ligatur *Stat.Fer-
rar.in d.Rub.66.* Vt punctualiter docent dicentes, idem
Statutum eſſe deciſorium, *Dec.conſil.97.Rimin.iun.conſ.
312.numer.30.et conſ.450.Pigant.ad Stat.Ferrar.lib.1.
Rub.6.num.11.et ad d.Rub.66.num.37.Leoncil.dec.3.nu.
2.et dec.32.num.1.et dec.107.per tot.* Vbi non ſolùm lo-
quitur in terminis dicti Statuti, ſed etiam prædictæ
clauſulæ *conſtito.Rota in rec.dec.529.p.2.eſt cor.Buratt.
deciſ.40.per tot.et benè Theodoſ.Rubeus in ſing.Rot.Ro-
man.p.6.circa Stat.interpret.obſeru.15.Rub.circa Stat.Fer-
rar.§.3.n.1.2.vol.2.*

38 Generaliter namquè forenſes non ligantur Statutis
deciſorijs loci iuditij. *Alciat.conſ.64.numer.3.lib.6.Mar-
zar.conſil.9.numer.9.Caren.reſol.116.numer.6.Honded.
conſil.29.numer.22.lib.2.Graſs.de effect.cleric.effec.2.ſub
numer.134.Rota in diu.dec.673.num.1.p.1.Leoncil.deciſ.
107.n.3.*

39 Sicuti nequè eorundem Statutorum fauoribus, & be-
neſitio frui poſsunt. *Maſcard.de gener.Stat.interpr.concl.
1.num.102,Tort.ad Stat.Pap.in prælud.num.153.Pigant.
Stat.Ferr.d.Rub.6.ſub num.5.verſic.ſecunda eſt concluſio
Rota coram Buratt.d.dec.40.num.3.* Quia regulare eſt,
intentionem ſtatuentium eſſe prouidere ſuis ciuibus,
40 non autem exteris. *Maſcard.de gener.Stat.interpr.con-
cl.6.num.1.et ſeqq.Fenzon.ad Stat.Vrb.lib.1.cap.152.
num.10.Thomat.dec.204.numer.50.tom.2.Rota in diu.
d.dec.673.num.2.par.1.et coram Comitol.deciſ.123.n.8.
vbi concordan.*

41 Et licet non deſint aſſerentes, Statuta minuentia ap-
pellationes, vt quia diſponant, non niſi ſemel vel bis poſ-
ſe appellari, & ità non tollant in totum appellationem,
ſed nam limitent, reſpicere ordinatoria iuditij, non au-
tem deciſoria; ſicuti placuit *Graſs.de effect.cleric.d.effect.
2.num.136.verſ.vel quod non poſſit.Honded.d.conſ.29.n.
21.et notant Fenzon.ad Stat.Vrb.lib.1.cap.180.num.31.*

et ibi

Digitized by Google

& ibi Teod. Rubeus in princ. in ſuis ſing. Rot. Roman. par. 6. vol. 2. Rota in diu. dec. 452. num. 6. par. 1. & coram Seraphin. dec. 312. tom. 1. et in rec. d. dec. 552. num. 8. verſ. quia quicquid ſit p. 3. Vbi ideò infert, quod, cum noſtrum *Stat. in d. Rub. 66.* Limitet, ac tollat vnum tantum caſum appellandi, venit inter ordinatoria reponendum ad effectum ligandi forenſes, qui ſubiacent talibus ordinatorijs ſtatutis. *Graſs. d. effect. 2. numer. 134. verſic. ſic etiam. Tort. ad Stat. Pap. in prælud. numer. 152. Maſcard. de gen. ſtat. interpr. concl. 6. num. 195. & infrà. Chartar. deciſ. 26. numer. 4. Pigant. ad Stat. Ferrar. lib. 1. Rub. 6. num. 5. Leoncil. deciſ. 9. num. 5. & dec. 107. num. 4. Martha de iuriſdict. p. 3. c. 31.*

42 Nihilominus aſſertio prædicta venit intelligenda, vbi Statutum prohibet, & minuit appellationem ab interlocutorijs, nam tunc eſt cenſendum ordinatorium: ſecus, quando minuit appellationes à deffinitiuis, quia hoc caſu dici debet deciſorium, cum tollat ius, & finem liti, ac negotio principali imponat: ità diſtinguit *Fenzon ad Stat. Vrb. d. c. 180. num. 32.* Et pro tali diſtinctione allegat *Contard. ad l. vnic. limit. 4. n. 7. 8. C. ſi de moment. poſseſs. Scacc. de appellat. q. 18. num. 11. adde Leoncil. dec. 107. n. 2. Caren. reſ. 66. n. 5. Rot. apud Put. dec. 416. n. 1. & dec. 469. lib. 2. in nona impreſs.*

43 Quar: *Stat. Ferrar. lib. 2. d. Rub. 66.* et it connumerandum inter deciſoria, quatenus vetat appellationem à duabus conformibus diffinitiuis: & erit reponendum inter ordinatoria, quatenus prohibet appellari ab interlocutorijs pariter binis conformibus: iam quod vtrunque ſtatuitur in ipſa *Rub. 66. verſ. & à tali ſententia in hac cauſa ſecunda appellationis lata, ſiuè ſit deffinitiua, ſiuè interlocutoria*: ac obſeruat *ibi Pigant. n. 51.*

44 Et hæc interpretatio congruit *eidem Stat.* vt in *libr. 1. Rub. 6.* Vbi declaratur *ad deciſoria pertinere Statuta, quæ diſponunt poſſe, vel non poſſe appellari à diffinitiua, vel habente vim diffinitiuæ.*

45 Vndè, cum ſententiæ obtentæ à Foleo indubitanter ſint diffinitiuæ, ex quo terminant negotium, de quo agitur, cum condemnatione petita; *Abb. in Rubr. de iudic. col. pen. Marant. in ſpec. 3. p. 6. princ. numer. 1. & infrà, quos relatos ſequitur Pigant. ad Stat. Ferrar. lib. 2. Rub. 65. num. 14. tom. 1. Rota coram Caualer. dec. 158. nu. 3.* Et ſufficeret, quod eſſent interlocutoriæ vim deffinitiuæ ha-
46 bentes, quarum multa exempla habentur *à Scacc. de app. q. 17. lim. 47. memb. 1. à num. 172. ad numer. 215. Ridolphin. in prax. p. 1. cap. 13. num. 309.* Et penes alios; non poteſt in controuerſiam deduci, quod *Stat. in d. Rub. 66.* cenſeatur, & ſit deciſorium erga eaſdem; & conſequenter, D. Velenum forenſem non ligari illius diſpoſitione.

Succeſsiuè ijs ſtantibus neque pro parte D. Folei poteſt fieri fundamentum pro nunc in ſuis duabus ſententijs, licet etiam conformibus, ad finem illas exequendi contra D. Camparium, quoniam vti fideiuſſor Veleni
47 iuuatur ipſiſmet exceptionibus competentibus reo principali. *l. omnes. ff. de fideiuſs. Natta conſil. 50. num. 24. & conſ. 51. n. 13. Marſ. de fideiuſs. num. 136. Chartar. deciſ. 7. numer. 2. Surd. conſ. 327. numer. 10. 36. & conſil. 509. nu. 5. Cabal. conſil. 170. num. 39. lib. 1. Cyriac. contr. 546. n. 49. tom. 3.*

Et ideò, cum patentiſsimè conſtet de iniuſtitia, ac iniquitate dictarum ſententiarum ex prædictis: remanet certum, non intrare clauſulam huius commiſsionis: cumque verſemur in negotio ad forenſem ſpectante, excluditur diſpoſitio Statuti *in d. Rub. 66.* vt fuit demonſtratum: & ſic vertat quò velit D. Foleus, ſemper erit verum, partes D. Camparij eſſe in tuto: & partes D. mei Iudicis fore in declarando, nullum ſequeſtrum obtentum ex aduerſo, & in abſoluendo eundem D. Camparium; quemadmodum ſic concluditur, &c. *Salvo, &c.*

48 Vti fuit ſuperiùs firmatum, iudicauit *Illuſtriſsimus, ac integerrimus D. Petrus Mancurtus Imolenſis Gubernator Comacli de anno 1655. ſub die 20. Aprilis in actis D. Andreæ Folei Notarij Actuarij.*

COLLVCTATIO XVI.

ARGVMENTVM

Solemnitates Statutariæ, & præſertim *Statut. Ferr. lib. 2. Rub. 91.* Non requiruntur in compromiſſo neceſſario faciendo per minorem: quid verò ſit dicendum de ſolemnijs iuris communis exponitur: & de decreto Iudicis in contractibus minorum, multa traduntur.

SVMMARIVM.

1 *Solemnitates, quæ requiruntur in alienationibus faciendis per minores, deſiderantur & in compromiſſo.*
2 *Compromiſſum facere non poteſt, qui nequit alienare de ratione n. 53. declara vt n. 52. 55.*
3 *Compromiſſum facere eſt ſe obligare. Declara vt numero 59.*
4 *Mulier non poteſt facere compromiſſum ſine ſolemnibus Statutarijs, etiam ſi tendat ad vtilitatem illius, etiamſi ſit neceſſarium n. 7.*
5 *Minor non poteſt compromittere ſine ſolemnibus Statuti, licet compromiſſum eſſet ad eius commodum, & eſſet neceſſarium num. 10. de ratione num. 11. Contra nu. 45. non poteſt compromittere abſque ſolemnitatibus iuris communis n. 70.*
6 *Decretum irritans operatur, vt attendatur magis forma quam ratio.*
8 *Compromiſſum æquiparatur tranſactioni, & eſt quædam tranſactio.*
9 *Minor non poteſt tranſigere ſine ſolemnitatibus ſtatuti. Declara vt n. 63.*
10 *Stat. Ferrar. lib. 2. Rub. 91. habet locum etiam in compromiſſo neceſſario. Affertur n. 12. ſub n. 43. verſ. dico ſecundo n. 47. & ſub n. 58.*
13 *Decretum irritans inducit nullitatem ipſo iure eorum, quæ in contrarium fiunt.*
14 *Minor ſine ſolemnitatibus non obligatur, neque ciuiliter, nec naturaliter quid in conſcientia num. 15. etiamſi vna ſolemnitas ſtatuti fuerit omiſſa n. 16. etiamſi adeſſet iuramentum n. 18.*
17 *Solemnitates Statuti in contractibus minorum ſunt de forma.*
19 *Laudum eſt nullum, ſi compromiſſum ſit nullum pro validitate eius præſumitur. nu. 21. ſicuti pro illius iuſtitia & rectitudine n. 22.*
20 *Compromiſſum ſi ſit nullum, cætera acceſſoria cadunt.*
23 *Inſtrumentum eſt probatio probatiſſima.*
24 *De compromiſſo, & electione arbitrorum aliter conſtare oportet, quam per eorum aſſertionem.*
25 *Laudum eſt nullum, ſi non conſtet de compromiſſo. Declara ibid. & n. 26. 27.*
26 *Compromiſſum tacitum ſufficit; vt ſi laudum ſit latum partibus præſentibus, & non contradicentibus, & vt num. 27.*

28 *Ar-*

28 *Arbitri ex Stat. Ferrar. lib.2. Rub.22. poſſunt procedere de ſacto,& hinc quid oriatur.ibid.n.29.*
29 *Arbitri procedentes de facto poſſunt ſe extraiuditialiter informare;& non deſideratur ſcripturarum productio.*
30 *Laudum aſſumit vires à compromiſſo: quando dicatur res iudicata n.35.36.*
31 *Arbitrorum poteſtas dependet ad compromiſſo.*
32 *Compromiſſum præcedere debet,non laudum.*
33 *Compromiſſi acceptatio eſt neceſſaria ſufficit tacita.n.34.*
37 *Laudum ex Stat.Ferrar.non poteſt impugnari,vt ibi.*
38 *Compromiſſum eſt faciendum à coniunctis intra quartum gradum ſecundùm ius ciuile computandum ex Stat.Ferr.*
39 *Gradus qualitas eſt probanda, ſi controuertatur.*
40 *Compromiſſum eſt neceſſarium, quod ex ordine Statuti fieri debet.Declara vt n.41.42.fieri poteſt à tutore,curatore, & procuratore ad cauſas vbi vide.*
42 *Stat.Ferrar.lib.2.Rub.22.aſſertur, & prius nu.28.37.& deinde n.43.46.59.*
43 *Minores cogi poſſunt ad faciendum compromiſſum neceſſariũ ex Statuto,etiã ſine ſolẽnitatibus Statutarijs.n.45.*
44 *Solemnitates Statuti in contractibus minorum,vel mulierum non habent locum in contractibus,& obligationibus neceſſarijs:neque in huiuſmodi alienationibus tam tacitis n.57.quàm expreſſis n.58.ceſſant vt n.61.*
47 *Stat.Ferrar.lib.2.Rub.91. non habet locum in conſtitutionibus procuratorum ad cauſas.*
48 *Argumentum à fortiori eſt potentiſſimum à ceſſante ratione valet n.56.*
49 *Antonius Marianus Carpenſis laudatur.*
50 *Illatio non fit ex diuerſis. Amplia, vt n.ſeq.*
54 *Solemnitates requiſitæ in alienationibus, deſiderantur etiam in actibus, per quos poteſt ad eas deueniri.*
60 *Solemnitates Statuti, vel legis non requiruntur in actu Statutario,vel legali.*
61 *Minor,ſi contrahat,& ſe obliget in executionem teſtamenti paterni, non habet opus ſolemnitatibus.*
62 *Argumentum ab vltimis voluntatibus ad Statuta eſt validum.*
64 *Tranſactio eſt ſpecies alienationis.*
65 *Genus continet ſub ſe ſpecies; qualitas generis qualificat ſpecies.n.66.*
67 *Doctoris auctoritas,quæ videri non poteſt in fonte, non attenditur,neque alleganti tribuit fundamentum, & Doctor,qui non probat ſuam opinionem tex.ratione, vel auctor.non conſideratur.n.68.*
68 *Marcabr.conſ.14.n.116.117.& conſ.46.ſub num.14.reprobatur.*
69 *Rot.cor.Merlin.dec.205.tom.1. Declaratur.*
70 *Solemnitates iuris communis,auctoritas ſcilicet curatoris, & Iudicis decretum requiruntur in compromiſſo, etiam neceſſario ex Statuto,faciendo per minorem.Limita, vt n.71.& ſeqq.*
72 *Decretum Iudicis in contractibus minorum non requiritur in diuiſione facienda à minore,ſi maior pronocet, nec in actu neceſſario.num.77. ſupplet defectum curatoris in actu neceſſario.n.78.facit præſumere omnia ritè,et rectè facta,remouendo ſuſpicionem doli,& fraudis. n.79. non dicitur interueniſſe,vbi Iudex ignorauit.n.80.eſt nullum ſi narratio ſit defectiua. n.81.obtentum per obreptionem eſt ipſo iure nullum.n.83.habet pro ſe præſumptionem.n.84.limita vt n.85.86.debet extendi, ita vt non ſufficiant clauſulæ cæteratæ.n.89.eius formula remiſſiuè n.90.cenſetur interpoſitum erga eum,cui magis conuenit.n.94.ex capite veriſimiliori,etiam non expreſſo.n.95. non debet eſſe eluſorium. nu.101. præſumitur interpoſitum, ergà quem erat neceſſarium.n.102.*
73 *Argumentum à compromiſſo ad tranſactionem valet.*
74 *Diuiſio eſt ſpecies tranſactionis.*
75 *Curatoris auctoritas debet interuenire,ſi minor habeat curatorẽ,et ſi habeat quando fuerit confirmatus à Iudice de conſenſu minoris ſi ipſe curator ſit datus in teſtam. n.76.*
76 *Minor legitimè adminiſtrat ſine Curatore, donec curato datur in teſtamento, fuerit à Iudice confirmatus de illius conſenſu.*
82 *Obreptio quando interuenire dicatur remiſſiuè.*
87 *Decretum Iudicis ad vnum effectum,& actum,non extenditur ad alium.*
88 *Suppoſito non verificato,diſpoſitio non habet locum.*
92 *Generalitas eſt generaliter intelligenda ſine reſtrictione.*
93 *Mulieres maiores non prohibentur de iure communi contrahere ſine ſolemnitatibus.*
94 *Actus cenſetur factus ergà quod magis conuenit,& ex capite veriſimiliori etiam non expreſſo.nu.95.& ex titulo habili,ac cauſa neceſſaria.n.102.& id præſumitur præceſſiſſe,quod actum facit ſubſtinere.n.100.*
96 *Notarij imperitia contrahentibus non nocet ſicuti neque illius error in ommittendo.98.*
97 *Error in Notario potius in dubio præſumitur dignoſcitur, ſtatim,ac quod fuit omiſſũ id, quod apponi debuit.n.99.*
101 *Iudicis auctoritas illudi non debet.*
103 *Iuramentum ſupplet curatoris auctoritatem, & Iudicis decretum,ac iuris communis alias ſolemnitates, ſi fuerit præſtitum à minore.*
104 *Clauſula* pro iurata, &c. *Habet omnes vires iuramenti dempto periurio.*
105 *Exitus cauſa.*

OPponitur contra compromiſſum alias initum ab Antonio Thomaſio Bedino de illius nullitate, ob non ſeruatas ſolemnitates Statutarias requiſitas propter minorilem ætatem eiuſdem Antonij.

1 Certum namquè eſſe dicitur, quod eędem ſolemnitates, quæ requiruntur in alienationibus faciendis per minores,vt in *Stat.Ferr.lib.2.Rub.91.*deſiderantur quoquè in faciendo compromiſſo, quod eſt ſpecies alienationis,cum id,quod arbitri dari iubent,alienari dicatur. *Pariſ.conſ.134.n.15.lib.4.lap.alleg.102.ſub num.3.& ibi Mandoſ.in verb.compromittere in fin.Borell.in ſumma.dec. tit.63.n.55.to.1.Fenzon.ad Stat.Vrb.li.1.c.100.n.36. Budou.dec.Peruſ.2.n.24.p.1.Rota cor.Merl.dec.205.n.4.to.1.*

2 Et qui alienare nequit,conſequenter compromittere non poteſt.*Dec.conſ.39.n.4.& conſ.44. per tot. & conſil. 445.num.27.Grat.reſp.155.n.20.li.2.Mandoſ.ad Roman. conſ.175.litt.B,& conſil.369.litt.P,Ferret.conſ.102.num. 15.Prat.conſ.169.n.9.lib.1.Borel.d.tit.63. nu.54. pulchrè Tiraq.de l.l.connub.verſ.contracter.gloſ.5.nu.203.& ſeq. Benintend.dec.21.n.9.Gratian.diſcept.379.num.10.tom.2. Marcabr.conſ.46.n.12.plenè Reuerendiſs. Fagnan. in cap. cum tempore n.17.et ſeq.de arbitr. to.1. Rota apud Veral. dec.165.p.1.et cor.Merlin.d.dec.205.n.5.*

Vlteriùs,nam in *d.Rub.91.*ſancitur, quod minor citra ſolemnitates ibi præſcriptas,non poſſit, ſe vllo mo-
3 do obligare; ſucceſsiuè igitur neque compromittere, quia facere compromiſſum, eſt ſe obligare. *Laderch. conſ.115.n.1.Pigant.ad Stat.Ferrar.lib.2.Rub.90. ſub nu. 34.verſ.ſed nec compromittere to.1.* Vbi, ideò reſoluunt,
4 mulierem ſine ſolemnitatibus Statutarijs non poſſe cõpromiſſum facere ex dicta ratione, etiamſi tendere ad vtilitatem,& commodum illius, quia Statutum *Ferr. in d.Rub.90.* Vbi datur forma pro contractibus mulierum eſt præciſum, & infirmat contractum aliter geſtum. & propterea non inſpicitur,an ſit vtilis,vel damnoſus. *Laderch.eod.cõſ.115.n.2.Pigãt.ad d.Rub.90.n.6.vbi pulchrè.*

5 Atque hoc idem dici debet reſpectu minoris,& præfatæ *Rub.91.*cum ferè iiſdem verbis ſit concepta, quibus eſt formata *d.Rub.90.* & eædem rationes adaptantur,vt perbellè conſiderat *Marcabr.conſ.20.à n.61.ad 69.*

Et in vtraque *ex dictis Rubricis* adeſt clauſula decreti
6 irritantis, quæ operatur, vt attendatur magis forma, quàm ratio. *Mareſc.var.reſ.lib.2.c.38. nu.10.11. Pigant.*

ad d.Rub.90.ſub n.6.verſ.& verè ac n.10.& ſub num.36.
verſ.extenditur modo.Marcab.d.conſ.20 n.68. Imò etiam
ſi tractaretur de faciendo à muliere compromiſſum
neceſſarium, quod ſubijci d. Rub.90. ex dicta ratione,
quia ibidem prohibetur contractus,& actus, per quem
quoquomodo mulier apparet obligata, oſtendit. Marcabr.conſ.14.à n.114.& ſeqq.

8 Inſuper, quoniam compromiſſum æquiparatur tranſactioni,& eſt tranſactionis ſpecies, imo quædam tranſactio.Marcabr.conſ.17.n.1.& d.conſ.46.n.11.vbi arguit in puncto. Altograd.conſ.21.n.3.lib.2.cum alijs apud Fenzon.ad Stat.Vrb.d.c.100.n.32.Blanc.de compromiſſ.qu.3.ſub n.39.§.tertio comprobatur verſ.nam ipſum compromiſſum,Ludouic.dec.Peruſ.2.n.2.11.p.1.Gratian.diſcept.557.n.20.tom.3.

9 At minor non poteſt tranſigere ſine ſolemnitatibus Statuti in d.Rubr.91.vt in ſimili de muliere habetur per Bertazz.de clauſ.inſtr.clauſ.10.gloſ.2.n.13.de quo Pigant.ad ſupradic.Rub.90.n.36.Et generaliter Rubeus hoc docet in ſing.Rot.Roman.p 6.circa Stat.Vrb.lib.1.c.151.n.9.tom.2.& traditur in voto Aſſetam. impreſſ. apud Fenzon.ſub d.c.151.num.14.49.52.& 66.ac in Apolog.Torm.impreſſ.ſub eod.c.151.inſpect.1.p.1.dec.13.& dec.14.n.3.et p.2 dec.18.n.3.

Meritò in compromiſſo minoris deſiderantur ſolem-
14 Tùm tandem, quia eadem Procuratoris confeſsio, ſeù petitio potuit reuocari, vt reuocata fuit à D.Comitiſsa, etiam non doсto de errore. *Rota in nouiſ. dec. 19.tit.de procur.& dec.2.tit.de confeſs.& in rec.dec.170. num.6.et dec.768.num.5.p.2.et dec.445.num.3.p.4.et coram Buratt.d.dec.136. num.16.et ibi Ferentil. num.30. et coram Greg.dec.270.numer.9.vbi Add. et coram Caualer. dec.226.num.5.et coram Merlin.dec.659.ſub num.5.tom. 2.et coram Durau.d.dec.35.num.6.tom.1.et coram Pegn. dec.1313.num.2.in fin.tom.2.et poſt Merlin.de pign.et hypoth.d.dec.119.numer.12.vbi in indiuiduo cum alijs apud Rubeum d.verb.confeſſio.§.6.Manciu.de confeſs.cap.4.nu. 7.8.et cap.9.art.5.num.6.Gratian.diſcept.268. numer.48. Ridolphin.in praxi p.2.c.12.nu.211. Poſt.de manut.obſer. 19.n.59.*

15 Quod procedit, etiam ſi confeſsio procuratoris fuiſſet geminata. *Rota apud Veral.dec.198.p.1.cor. Buratt.d. dec.136.ſub n.16.et in rec.dec.768.num.5.p.1.Beltram.ad Greg.d.dec.270.ſub n.12.*

Similiter alia præſumptio elicita ex tribus proximis
16 vltimis volutionibus iuxtà terminos *l.quicunque. C. de*
*Apoch.publ.lib.*10. Vbi ſancitur, quod oſtendens ſolu-
tiones trium annorum continuorum cohærentium,
præſumitur ſoluiſſe pro toto tempore anteriori: & præ-
ter D.D.ibid.adnotauerunt mox recenſendi; & cum ijs
Coſta de retrotr.cap.8.caſ.14.Leoncil.dec.173.num.1.Fon-
tanel.de pact.nupt.clauſ.4.gloſ.18.p.4.num.39. Ridolph. in
prax.p.1.capit.8. numer.244. Sabel. var. reſol. et reſponſ.
capit.42. numer.5.et alij innumeri. Rota poſt Pacific. de
Salu. dec.141.numer.12.et in rec.dec.613.numer.10.p.5.
tom.2.

17 Quam habere locum in quolibet debito, probat *Feſtaſ.de collect.p.3.cap.1.ſub quaſt.6.num.55.et,poſt eum Cenc.de cenſib.d.quaſt.87.ſub numer.26.verſ.et licet Menoch.præſ.139.à num.5.ad 10.lib.3.Trentacinq.var.reſol. lib.2.tit.de fide inſtr.reſol.2.numer.6.et ſeqq.Poſt.reſol.49. num.5.6.7.Gratian.diſcept.152. num.1. Vizzan. de mandat.Princip.l.3.c.4.n.8.Rota in rec.dec.585.ſub nu.2.p.4. Antonel.de temp.legal.lib.2.c.54.n.1.*

Et præciſim in contractibus cenſuarijs. *Alex.conſil. 115.nu.3.lib.3.Menoch.d.præſump.139. num.7. Maſcard. de probat. concl.1321. numer.2. cum alijs apud Cenc. de cenſib.d.quæſt.87.ſub num.26. verſic. et in proprijs terminis.Poſt.d.reſol.49.in princ. Rota in Maceraten. cenſuum. 22.Iun.1646.§.ſecundo deducebatur coram Arguelles eſt dec.254.n.11.poſt Zacch.de oblig.Camer.et coram Buratt. dec.582.n.1.*

18 Etiamſi adeſſet obligatio in forma Cameræ, cuius executio per hanc præſumptionem retardatur. *Gratian. diſcept.716.num.15.Cenc.de cenſib.d.q.87.num.26.in fin. Poſt.d.reſol.49.num.9.Vizzan.de mandat.Princip. d. cap. 4.n.11.Ferentill.ad Buratt. dec.582. num.11. Rota in Roman.cenſ.16.Decembr.1647.§.quod vero cor.Bichio. Antonel.d.c.54.n.2.*

19 Tollitur, non tantùm, quia de eiuſd. *l.quicunque*, requiſitis non apparet; de quibus agunt inter alios *Gratian.dec.152 Gabr. tit. de præſump. concl.11. Menoch. d. præſ.139.lib.3.Thomat.dec.2.Cenc.de cenſib.d.q.87.à nu. 27.ad 32.Vizzan.de mandat.Princip.l.3.cap.4.Poſt.d.reſol.49.à numer.12 vſque ad numer.18. Trentacinq. d. tit. de fid.inſtr.alleg. reſ.2.à numer.19.ad 27. Antonel. d. capit.54.*

20 Sed quoniam apochæ receptionum datæ continent ſolutiones factas *à bon conto*; quo caſu non intrare diſpoſitionem *d.l.quicunque*; traditur *à Thomat.dec. macer.2. n.6.7.Leoncil.dec.173.n.3.Rota in puncto in d. dec.254. nu. 14.poſt Zacch.de oblig Camer.*

21 Vltraquam, quod non continent integrales ſolutiones trium vltimorum annorum, vt requiritur, quando debitum eſt annuale, vt in præſenti. *Alex. in d. l. quicunque num.3.et conſil.105.num.2.lib.3.Maſcard. de probat. concl.1321.num.23.Gratian.dec.152.ſub num.2. Cenc. de cenſib.d.q.87.ſub n.34.* Et ſunt proprij termini *d. l. quicunque.C.de apoch.publ.lib.*10.

22 Quamuis enim ſufficere ſolutiones ſemeſtrales, itavt ſi oſtendãtur de tribus poſtremis ſemeſtribus vniformibus, & continuatis inducant præſumptionem præteritarum ſolutionum, vſque in vltimam ex congeſtis generaliter *à Menoch.d.præſ.139.n.13.Gratian.diſcept.716.n. 12.13.vbi de veriori.Thomat.d.dec.2. num.2. Poſt. d. reſ. 49.num.3.11.Vizzan.de mand.Princip.l.3.d.cap.4. num. 9.Ridolphin.in praxi.p.1.cap.8.ſub num.244.verſ.et etiam in ſolutionibus ſemeſtralibus;* Et in terminis cenſus *à Rota cor.Buratt.d.dec.582.ſub nu.1. et poſt Zacch. de oblig.Camer.d.dec.254.ſub num.11. verſ. etiamſi trium duntaxat ſemeſtrium.*

23 Nihilominus hæc ſententia intelligi debet, quando ſolutio nedùm eſt diſtributa per ſemeſtria; ſicuti etiam procederet, quando diſtributio ſolutionis fuiſſet facta per bimeſtria, vel trimeſtria, vt apertè docent *Menoch. d.præſ.139.num.12.13.Ferentil.ad Buratt.d.dec.582.nu. 10.nec diſſentit Gratian.d.diſcept.716.n.12.13.Poſt.d.reſol.49.ſub n.4.Vizzan.d.c.4.num.10.Trentacinq. d. reſol. 2.num.15.Antonel.d.cap.54.ſub num.1.in fin.Caren.reſol. 66.num.10.Cenc.de cenſib. d.qu.87. ſub num.38. verſic. ſi autem partium, ex Rot. poſt eius tract.deciſ.481. numero 2.*

24 Verùm etiam ſolutio taliter diſtributa afferat ſecum totum, & integrum debitum: ſecus, vbi firmato annuali debito, diuideretur poſteà ſolutio in ſemeſtris, vel alio tempore, nam tunc non ſufficerent ſolutiones trinæ ſemeſtrales poſtremæ, ſed deberent eſſe integræ vltimorum trium annorum, ità *Alex.d.conſil.105.ſub n.3. verſ.ſed dico primo lib.3.latè Cenc.de cenſib.d.q.87.n.34.et ſeqq.*

De fide tandem facta à Notario manara, non eſt ha-
25 benda ratio; nam fides non facit fidem. *Cyriac. contr.*
201.num.193.194.Mel. alleg.43. num.1. lib.2. Thomat.
dec.19.num.37.Rota in rec.dec.82.numer.14.15.par.7. et
coram Buratt.dec.676.num.5.et eſt vulg.ex alijs in mea le-
gali collect.9.num.50.et in aſin.dotis.3.April.1656.§. nec
viſum cor.Bevilaq.

26 Et eſt vnicus teſtis, nihil ideò probans. *c.licet vniuer-*
ſis c.iureiurando de teſtib.Farin.de teſtib.q.63. cap.1. num.
1.Poſt.reſol.91.num.2.Rota coram Merlin. dec.174. num.
5.et in Piſaur.iocal.22. Iunij 1648. §. crumenam vero in
fin.coram Arguelles: Etiamſi foret valdè qualificatus, &
27 in dignitate conſtitutus. *l.iuriſiurandi C. de teſt.c.placuit*
6.quæſt.2.Leoncil.dec.37.num.16. Præterquam contra
inducentem, aduerſus quem teſtis, & ſi vnicus facit pluſ-
quam ſemiplenam probationem. *Roman.conſ.104. num.*
6.Gratian.diſcept.552.num.9.Poſt.reſol.20. num.39.cum
ſeqq.Rota in Cathaceu.hæredit.24.Nouembr.1649.§.pon-
derando præſertim verſic. huiuſmodi enim coram Cerro:
Immò concurrentibus adminiculis, facit plenam pro-
bationem. *Poſt.d.reſol.20.à num.40.Rota in rec.dec.87.n.*
9.p.6.

Digitized by Google

9.p.6.& cor.Coccin.dec.462.n.1. & in d. Cathacen. here-
dit.eod.§.ponderando præſertim verſ. quinimò plenè.
Illiuſque depoſitio nihil inducit; quia cum ex ea
prætendant aduerſarij probare, D. Comitiſſam recepiſ-
ſe certam ſummam pro ſaldo,& reſiduo; ipſa itá ſe ha-
bet oltre di che hebbe à contraſtare per vn nó ſo che di de-
nari,che eſſa pretendeua di vn reſiduo, &c.che poi ſi quie-
torono; Ex quibus verbis non colligitur ſolutio prætenſa,
28 eum ſuper ea nihil dicatur, & tamen teſtis depoſitio,
debeat per neceſſe concludere. l.matrem. Cod. de pro-
bat.Farin.de teſtib.quæſt.68.n.98.Rota coram Merlin.dec.
317.n.2.
29 Ac in iſtis terminis cenſus, quod non tantum teſtes
debeant deponere de ſolutione,ſed etiam,quod ſolutio
fuerit facta ex cauſa cenſus, de quo eſt controuerſia,
aliàs depoſitio,ceù incerta, & non concludens, non ſit
releuans,tradit Cenc.de cenſib.d.q.87.n.18.
Addo,depoſitionem præfatam retorqueri: quoniam
ſi D. Comitiſſa prætendebat aliquod pro reſſiduo, ſi-
gnum eſt, non fuiſſe perantea ei ſolutum integrum
debitum: nimis enim eſt inueriſſimile, quod iſta nobi-
liſsima mulier voluerit exigere iterum,quod ſemel fue-
30 rat ipſi ſolutum;egiſſet namquè contra bonam fidem,
qua ſtatuitur,ne bis idem ſoluatur.l.bona fides.ff. de reg.
iur.cap.bona fides eod.in 6.Surd.conſil.150.num.100.Poſt.
reſol.67.numer.5.ego ipſe in legal.collucł.5.numer.5. Rota
in rec.dec.5.num.1.p.6.& coram Greg.dec.580.num.4. &
31 tamen non ſolùm præſumitur, quod nobilis ſit fidei
obſeruantiſſimus.ex Ang.in l.à bonæ fidei. ff. de rei ven-
dic. Menoch.præſ.59.num.2.lib.6. Surd.in puncto conſ.80.
num.6.lib.1.Sed etiam,quod viuat innocenter, adeovt
32 pro eo ſit ſemper benè præſumendum. Luc.de Pen.in
l.3.verſic.109.C.de apoch.publ.lib.10. Menoch.præſ.4.nu.
6.lib.5.
33 Quod autem non eſt veriſimile, habet imaginem fal-
ſitatis.c.quia veriſimile de præſumpt.Crauet.conſil.28.nu.
1.Cephal.conſ.287.num.21.Becc.conſ.101.n.44.Surd.con-
ſil.132.n.21.& conſ.135.n.15.lib.1.Rota in rec. dec.173.
ſub num.6.p.4.& coram Comitol.dec.86.n.11.
34 Et licet præſumptio, quæ oritur ex nobilitate ſit ge-
neralis,& tollatur facillimè.Becc.conſ.52.num.94.et ſeq.
35 Surd.d.conſ.80.num.40.in tantum, vt ſtent ſimul, quod
quis ſit nobilis,& tamen faciat, quod de iure fieri non
debet.cap.1.vt lit.pend.Barbat.conſ.18 num.38.39. lib.2.
Becc.d.conſ.52.num.100.Surd.d.conſil.80.n.38.
Nihilominus hoc vltimum eſt de poſsibili: noſtra
verò præſumptio de veriſimili: vndè fit,quod attenda-
tur iſta,neglecto illo; nam ſequimur id, quod eſt veriſi-
36 mile.non quod poſsibile.Bald.in l.ſcripturæ num.7. Cod.
de fid.inſtr.Dec.conſ.176.in princ.Rota coram Comitol.dec.
28.num.20.Et tanto magis pro hac nobili muliere, di-
37 cta præſumptio viget,& in ea ceſſat omnis ſiniſtra ſuſ-
picio fraudis.Felin.in cap.ſuper his de accuſ.Boer.dec.217.
num.9.ad med.Gratian.diſcept.625. num.27. tom.4. cum
adhuc non fuerit aliquid deductum in contrarium,
38 quod ſit magis veriſimile, & ſucceſsiuè veniat atten-
dendum Iaſ.in l.ſi extraneus num.11.ff.de condit. ob cauſ.
Viu.deciſ.366.num.15.Menoch.de præſ.lib.1.q.30.num.3.
Altograd.conſil.84.nu.59.lib.2. Et præſumptio non tol-
39 litur,niſi ſaltem per aliam præſumptionem, l.diuus. ff.
de reſtit.in integr.Surd.conſ.16.numer.23. Gratian.diſcept.
650. & diſcep.657. vtrobique num.33. tom.4. Altograd.
conſ.91.num.59.lib.2.Ita tamen vt validior, debiliorem
40 perimat,& expellat.l.non ſolùm. ff. de rit. nupt. Menoch.
præſ.30.num.1.lib.3.Altograd.conſ.78.num.19. & conſil.
84.n.40.lib.2. Rota in rec.dec.195.n.20.p.4.to.2.cum alijs
per Barboſ.axiom.186.n.3.
Neque turbare poſsunt illa verba, che poi ſi quietoro-
no; nam referuntur ad antecedentia à contraſtare: vt eo-
rum ſit ſenſus quod partes controuertentes, & alter-
cantes acquieuerunt medio taciturnitatis, & ſilentij:
41 verba namquè ſecundùm ſubiectam materiam decla-
rantur, & intelliguntur.clem. exiui. de verb.ſignif. Gra-
tian.diſcept.579.num.27.& diſcept.838.num.13. Rota co-
ram Buratt.dec.168. ſub num.13. & coram Merlin.deciſ.
607.num.5.& in Taraſon.vnion.26.Iunij 1645. §. fin. cor.
Otthobon.nunc in eius impreſs.dec.44.num.18.cumque ſi-
42 mus in verbis ſubſequentibus certum eſt,quod debent
declarari à præcedentibus, & referri ad præambulam
cauſam. l. quædam mulier. ff. de rei vendic. Cranet. conſ.
158.n.13.Cephal.conſ.351.n.24.Rota poſt Cenc.de cenſib.
dec.361.numer.8.& in rec.dec.445.ſub n.4.p.3.
Vndè fruſtranea cenſeri debet interpretatio, quod
dicta verba intelligenda veniant de quietatione, ſeù
fine,vel abſolutione facta: nam ſi hoc admitteretur,ver-
43 ba ipſa non benè, & congruè inter ſe conuenirent, &
connecterentur,vt fieri debet.Gloſ.fin.in l.ſi negotium.ff.
de negot.geſt.Non.conſ.15.numer.5. Rota coram Merlin.
44 dec.846.n.14.tom.2.Nequè intelligerentur eo reſpectu,
quo fuerunt prolata,contra l. ſi quis domum. §. quod ta-
men.ff.locat.Cranet.conſ.9.n.21.Rota coram Greg.dec.511
n.24.& cor.Otthobon.d.dec.44.ſub n.18.
45 Et in omnem caſum verba prædicta venirent inter-
pretanda contra Colinellum ſe fundantem in illis. l. ve-
teribus.ff.de pact.Gabr.conſ.60. n.6. lib.1. Rota poſt Cenc.
de cenſib.dec.223.n.10.eſt cor.Greg.dec.311. n.41.
Quare, vel eſt relaxadum mandatum executiuum
46 aduerſus debitorem pro ſumma petita,cum in proba-
tione exceptionum eius intentionem fundantium defe-
cerit.arg.l.qui accuſare. Cod. de eden. Vel expediendum
idem mandatum pro fructibus decurſis,& non ſolutis,
etiam nulla ſpecificata ſumma,vt fieri poteſt. Saluſt. in
prax.lib.1.cap.52.num.2.Ridolphin.in prax.iudicar.p.1. c.
47 13.n.47. Vel ſaltem eſt deueniendum ad ſolidationem
computorum,ſi ea petatur ex aduerſo. Saluſt. Tiber. in
prax.lib.1.cap.27.n.15.& c.34.n.15.& c.52.num.1.2. Ri-
dolphin.in prax.p.1.c.13.n.48. Et quatenus prætendatur
quantitatem adhuc non eſse certam, ex cumulatis à
Bald.conſ.463.ſub num.4.lib.1.Alex.conſ.192.numer.2.3.
Parlador.rer.quotid.lib.2.c.fin.p.1.§.12. limit.4 n.27.&
ſeq.Rota in rec.dec.31.num.2.p.6.& dec.141.n.5.p.8. &
cor.Buratt.dec.58.n.2.3.& dec.443.num.2.& dec.595.n.
2.& dec.637. nu.11.12. & in Roman. comput.20. April.
1640.§.præſertim quia cor. Cerro, & in Roman. ſociet.af-
fict.3. Iun.1647. §.non autem cenſuerunt cor. Arguel. eſt
dec.148.n.9.poſt Merlin.de pign. & hypoth.
48 Ac deindè facto ſaldo finali, præuia diſpunctione, &
diligenti examinatione omnium rationum, executio
pro ſumma concluſa, committenda: ad Rebuſ. de litt.
obligat.ar.6.gloſ.3.n.3.verſ.8.caſus eſt tom.1. Gratian. di-
ſcept.391.num.1.tom.2. cum ſtetur calculo, donec con-
49 trarium probetur. Ridolph.in prax.p.1.d.c.13.n.52. Rota
in rec.dec.382 n.10.p.5.
Atque ita, &c. Saluo, &c.
In hac eadem cauſa ſcriptis,& partes præfatæ D.Co-
50 mitiſsæ tutatus eſt viriliter,& doctiſſimè Excellentiſs. D.
Cæſar. Cintius I.C. Comaclenſis eruditiſſimus, & in omni-
gena ſcientia peritiſſimus; cuius merita extraneo non indi-
gentia encomio, propriam ab illius eximijs virtutibus vndi-
que coruſcantibus; ab eiuſque animi præclariſſimis dotibus
integritate, rectitudine, & prudentia perpetuò inceſſanti
laude extollendis, condignam petunt concelebrationem.
Iuditium agitabatur Rauennæ de anno 1654. cor. D.
Locumtenente Ciuili; & ſecundum prædicta fuit conclu-
ſum,& terminatum.

Digitized by Google

COLLVCTATIO XVIII.

ARGVMENTVM

Sacrilegij materia diſcutitur, propoſito etiam particulari caſu de eo, qui exiſtens extrà locum ſacrum iecit ferreum inſtrumentum contra alium ibidem pariter ſtantem, ſed poſt iactum erepta fuga vulneratum eo inſtanti, quo in locum ſacrum peruenit: hincquè tractatur de preuentione, ſucceſſiuaque punitione ſacrilegij, & delicti eidem annexi.

SVMMARIVM.

1 *Sacrilegium committitur ratione perſonæ, rei, & loci ſacri; ſicuti patratur in Eccleſia, ità in Cæmeterio, num. 4. committitur etiam ratione loci immunis num. 5. contra num. 6. quæ requirantur ad ſacrilegium ratione loci. num. 16. 22. non committitur vbi effuſio ſanguinis ſuccedit caſualiter, & per accidens num. 28. eſt delictum mixti fori n. 32. Et in eo datur præuentio. nu. 33. illius pœna eſt multiplex num. 40. eſt arbitraria num. 41. de iure canonico eſt pœna excommunicationis numer. 43. & ſub numer. 58.*

2 *Locus ſacer quis dicatur.*

3 *Cæmeterium connumeratur inter loca conſacrata.*

7 *Sacrilegij deffinitio, remiſſiuè ſacrilegium non committitur in loco prophano n. 19.*

8 *Delinquens caſu, & repentino motu non violat, nequè offendit Eccleſiam, etiamſi in ea delinquat, & n. 30. is eſt, qui agit id, vt delinquat. n. 23.*

9 *Iniuria ſine animo iniuriandi non infertur, neque ſine dolo. n. 14. 15.*

10 *Animus iniuriandi non præſumitur, ſed probari debet.*

11 *Motus primi non ſunt in poteſtate noſtra.*

12 *Accidentia ex caſu improuiſo imputantur plerumque fato, non noxæ.*

13 *Iracundiæ inconſultus calor doli vitio caret.*

17 *Immunitate Eccleſiaſtica non gaudet, qui exiſtens extra Eccleſiam in loco prophano percutit ſagitta, iaculo, aut ſclopo exiſtentem in Eccleſia, aut loco ſacro; neque ille qui committit in Eccleſia homicidium, aut mutilationem membrorum num. 29. limita, ſi caſualiter in pura rixa homicidium, vel mutilatio membrorum ſequatur, in Eccleſia n. 30.*

18 *Initium illicitum delicti non attenditur, ſed finis ſed vbi initium eſt licitum, & finis illicitus, attenditur pro excuſatione rei initium, n. 20.*

21 *Initium licitum operatur excluſionem omnis delicti.*

24 *Homicidium cenſetur commiſſum in pura rixa, non autem præmediatè, & appenſatè.*

25 *Voluntas quid ſit.*

26 *Caſus quid ſit.*

27 *Delictum præſumitur caſu factum.*

31 *Iudex Eccleſiaſticus non procedit ex delicto ſæculari inter laicos ſequutum.*

33 *Præuentio datur inter Iudicem ſæcularem, & Eccleſiaſticum in crimine ſacrilegij. Declara numer. 42. Amplia num. 44.*

34 *Præuentio operatur, vt Iudex perueniens excludat alium, & forus alterius ſileat: Realis mediante carceratione præfertur verbali, etiamſi reus prius ab alio Iudice fuiſſet citatus, & monitus n. 35. amplia n. 36. Limita nu. 37. 38. ſublimita n. 39.*

38 *Præuentio affectata, & à reo procurata nihil operatur.*

44 *Iudex nedum ſæcularis, ſed Eccleſiaſticus poteſt procedere pro delicto principali commiſſo à laico in Eccleſia, vel loco ſacro etiam ad pœnas temporales, & licet delictum fuerit ſæculare contra n. 46. declara n. 47.*

45 *Eccleſia habet territorium, & familiam armatam contra laicos in cauſis mixti fori.*

48 *Punitus à Iudice Eccleſiaſtico præueniente tam quo ad ſacrilegium, quam quoad delictum principale per modum, de quo ibi, non poteſt iterum puniri à Iudice laico vide numer. 50. è contra punitus à ſæculari Iudice non poterit puniri ab Eccleſiaſtico numer. 51. intellige, vt numero 52.*

49 *Punitus ſemel pro aliquo delicto cum pœna condigna, non debet amplius de eodem puniri.*

53 *Abſolutus ritè à Iudice præueniente, non poteſt amplius moleſtari à Iudice præuento, ceſſante fraude, & colluſione abſolutionis vide n. 55. 56.*

54 *Abſolutus ſemel non poteſt amplius vexari; Limita, vt num. 57.*

57 *Clauſula* rebus ſic ſtantibus; *& ex hactenus deductis in abſolutione rei; operatur, vt reus ſic abſolutus poſſit iterum inquiri, & caſtigari.*

58 *Exitus cauſæ.*

SIcuti de duobus principaliter quæri poteſt: altero, an ſacrilegium in præſenti ſit commiſſum: altero an ſacrilegij crimine admiſſo, poſſit nunc Curia Eccleſiaſtica procedere.

Ità vt alterutrum debitæ examinationi ſupponatur, præſentem diſputationem in bina capita cenſeo diuidendam.

CAPVT PRIMVM.

1 SAcrilegium nedum ratione perſonæ, & rei ſacræ committitur ſed etiam ratione loci pariter ſacri. *c. frater. 17. q. 4. Farinac. de furt. quæſt. 172. num. 4. & conſ. 30. num. 4. 5. lib. 1. Guazzin. ad defenſ. reor. deſen. 1. cap. 11. ſub num. 20. verſ. quæ opiniones. Azor. Inſt. moral. p. 1. lib. 9. cap. 27. Anſald. de iuriſdict. p. 4. tit. 1. c. 1. numer. 29. Vermigliol. conſ. 102. Sabell. poſt hac ſcripta edit. var. reſol. & reſponſ. c. 9. num. 3. et ſub num. 4. verſ. ſacrilegium autem. Menoch. de arbitrar. caſ. 389. nu. 31. 32. Sacc. in theol. moral. lib. 2. tr. 2. c. 1. dub. 2. tom. 1.*

2 Locus autem ſacer ſicuti dicitur, qui eſt ritè Deo per Pontificem, vel Epiſcopum conſecratus. *Decian. tract. criminal. lib. 6. cap. 24. num. 22. & ſeqq. Farinac. d. qu. 172.*
3 *num. 48. Anſald. d. cap. 1. num. 4.* Ità negari nequit Cæmeterium eſſe huiuſmodi, cum inter loca conſecrata connumeretur. *Durant. de rit. Eccleſ. lib. 1. cap. 23. Azor. inſt. moral. par. 2. lib. 9. cap. 6. Barboſ. de offic. et poteſt. Epiſc. par. 2. alleg. 27. num. 29. Iordan. Elucubr. diuerſ. lib. 5. tit. 12. n. 5. tom. 1.*

Succeſſiuè non dubitaretur de ſacrilegio commiſſo à Ioanne Paulo Felecto Comaclenſi, quatenus inflixiſſet vulnus Franciſco Folegatto dicto Mezzanino exiſtenti in Cæmeterio huius Cathedralis; nam quemad-
4 modum committitur ſacrilegium in Eccleſia, ſic committitur in Cæmeterio. *ad Abbat. in cap. cum Eccleſia n. 2. de immunit. Eccleſ. Sanchez de matr. lib. 9. diſput. 15. qu. 3. numer. 40. tom. 3. Farin. d. q. 172. num. 51. Anſald. de Iuriſdict. p. 4. tit. 1. cap. 1. num. 29. et ſeqq. Diaz. in pract. canonic.*

Digitized by Google

nonic.c.90. ſub numer.3. Graff. de caſ.reſer. lib.2.cap.35.
num.6.
5 Quinimò,ſacrilegium committi, etiam reſpectu loci
immunis,vt de porticu,& atrio Eccleſi e;dixerunt Bero.
conſ.177.num.32.33.lib.3.Caſtil.dec. Sicil.156. num.24.
Anſald.de Iuriſdict.d.cap.1.num.34.Vermigliol.hoc quo-
què extendens ad domum Parochialis Eccleſiæ. d.conſ.
102.per tot.
6 Cuius tamen contrarium omninò colligitur à tradi-
tis per Graff.de caſib.reſeruat.lib.2.d. c.35.n.20.38. San-
chez de matr. d. diſput.15. num.21.& ſeqq. Fagundez in
præcept.Eccleſ.p.1.lib.3.cap.14.num.37.& ſeqq.Barboſ.de
off.& poteſt.Epiſc.p.2.alleg.28.n.45.Iordan.d.tit.12.num.
78.80.& ſeqq.
Sed illud hærere facit; quod exiſtentibus tam Ioanne
Paulo,quàm Franciſco in loco profano, fuit repentino
motu contra iſtum iactum ab illo inſtrumentum fer-
reum, quo ipſe Franciſcus fugiens in Cæmeterium re-
manſit eo inſtanti, quo illuc peruenit grauiter in calca-
neo pedis dexteri vulneratus.
Ex eo, quia ad committendum ſacrilegium ratione
7 loci ſacri,requiritur violatio, & offenſio ipſiuſmet loci,
ex definitione ſacrilegij,de qua Diaz.in pract. crimin. ca-
nonic.cap.90. num.1. vbi Lopez litt. A, Decian. tract.cri-
min.lib.6.cap.14.rubr.de Sacrileg.num.1.& ſeqq. Cancer.
in q.q.crim.cap.8.rub.de fur.ſub numer.16. & 17.Peguer.
dec.crimin.24.num.2 Farinac.in prax.d.q.172.nu.2. Ver-
migliol.d.conſ.102.num.4.ac ſub num.9. verſ. & huic ſpe-
cies.Anſald.d.c.1.n.1.& ſeqq.Sacc.in theol.moral.lib.2.tr.
2.c.1.dub.1.tom.1.Manriq.q.q. moral.& Vicar.p.1. q.79.
n.6.& q.106.ſub n.1.
8 At delinquens caſu, & repentino motu,vt in præſen-
ti,etiam in Eccleſia, non violat, nequè offendit illam,
cum ceſset in eo animus iniuriam Templo, & Eccleſiæ
inſerendi,iuxta tradita à Gutierez pract.q.q.lib.3.4.q.1.
ſub nu.9.10.& ſeq.Vermigliol.conſ.103.n.5. & conſ.104.
9 num.9. Et iniuria abſente animo iniuriandi non inſerra-
tur,l.ſi non conuitij.C.de iniur.Roman. conſ.96. n.3. Gram.
dec.37.n.5.9.Farinac.in prax.q.105.num.111.& conſ.30.
10 n.46.lib.1.Andreol.contr.371.num.18. p.5. Qui animus
iniuriandi, nec etiam præſumitur;ſed probari debet.
Maſcard.de probat.concl.902.n.6.Honded.conſ.112.n.22.
26 lib.1.Farin.d.q.105.n.115.
Meritò, ſacrilegium non fuiſse in hoc noſtro caſu
commiſsum,videtur dicendum.
11 Maximè,ſtante regula,quod primi motus non ſunt in
poteſtate noſtra.gloſ.in l.1.§.huius ſtudij in verb.coniuga-
tio ad med.ff.de iuſt.& iur.Peguer.dec.14.numer.15.Ver-
migliol.d.conſ.103.num.6. Et accidentia ex caſu impro-
12 uiſo imputantur plerumque fato non noxæ.l.1.verſ.cæ-
terum.C.ad l.corn.de ſiccar.Felin.in c. ſignificaſti ſub n.14.
de homicid.Vermigliol.conſil.26.num.10.& d.conſ.103.n.
13 7.Et inconſultus iracundiæ calor doli vitio caret.l.1.§.
quæritur.ff.ad Turpil.Farin.conſ.2.ſub num.10.et conſ.67.
14 num.2. Sine quo dolo crimen iniuriarum non commit-
titur.l.non conuitij,vbi D D.C.de iniur.Crauet.conſ.13.nu.
2.Menoch.conſ.107.num.8.lib.2.Hond.d.d. conſ.112.nu.
15 23.Quia iniuria abſque dolo non irrogatur. Crauet.
conſ.9.n.35.& ſeqq.Alex.conſ.209. ſub n.12. lib.6. Hon-
ded.d.conſ.112.n.24.
Accedit, quod ad effectum, vt ex crimine, ac de-
16 licto dicatur offenſus locus ſacer pro inducendo ſacri-
legio,requiri videtur non tantum exequutio, & perfe-
ctio ipſius delicti in loco ſacro, ſed inſuper, quod deli-
ctum à principio fuerit aduerſus eundum locum, ſeù
contra exiſtentem in illo deſtinatum.
17 Vt dicimus de eo, qui extra Eccleſiam, & ex loco
prophano percuſsit ſagitta,iaculo, aut ſcloppo exiſten-
tem in Eccleſia, aut loco ſacro;is enim ideò committit
ſacrilegium,quia à principio delictum deſtinauerat per
modum præfatum;& poſtmodum illud fuit exequutus,
& perfecit in Eccleſia, cui ex hoc non minus iniuriam
intulit,ac ſi ab initio in eadem deliquiſset;ita & taliter,
vt priuetur illius immunitate Couar.var.reſol. lib.2. cap.
20.ſub numer.15. verſic. vigeſimo ſeptimo tom.2.Decian.
tract.crimin.lib.6.cap.28.num.6.& ſeq.Farin.in praxi. qu.
28.num.61.Guazzin.ad defenſ.reor.def.1.cap.38.num.21.
Anſald.de iuriſdict.p.4.tit.1.cap.1. ſub numer.37. & ſeq.
Dian.reſol.moral.p.1.tract.1.reſol.9.§.notandum eſt verò.
Sacc.in theol.moral.lib.2.tr.2.c.2.§.4.dub.4.num.80. tom.
1.Bellet.diſquiſ.clerical.§.4.tit.de fauor.cler. real. ſub nu.
47.verſ.quemadmodum etiam in addit.p.1.Iordan. Elucu-
br.d uerſ.lib.5.tit.12.n.15.tom.1.& lib.11.tit.3.n.326.to.
2.Barboſ.de off.& poteſt. Epiſcop.p.2.alleg.28. n.26. & n.
28.in fin.vbi de veriori.
Et non mirum,quoniam reſpectu iniuriæ Eccleſiæ, &
18 ſic ſacrilegij,initium præfati delicti fuit illicitum; quo
caſu finis eiuſdem delicti attenditur. Alex.conſ.75.nu.6.
vol.3.Conrad.in pract.tit.de inquiſit.ſub num.16.verſic. &
ideò inquit.Farinac.in prax.q.7.ſub n.45. verſ. contrarium
tamen.
Verùm in hoc caſu abeſt deſtinatio delicti à principio
aduerſùs locum ſacrum,ſeù exiſtentem in illo, cum ia-
ctus inſtrumenti ferrei ſucceſserit contra Franciſcum
in loco prophano permanentem; & ita reſpectu ſacri-
legij initium delicti,non fuit illicitum, cum ſacrilegium
19 in loco prophano,& non conſecrato, non committa-
tur.Guazzin.ad defenſ.reor.def.1.cap.37.num.4.tom.1.&
patet ex ſuperius traditis.
Conſequenter ſola exequutio,& perfectio huius de-
licti in Cæmeterio,non poteſt operari, vt dicatur com-
miſsum ſacrilegium,quandoquidem,vbi initium, eſt li-
20 citum,& finis illicitus,attenditur in delictis quibuſcun-
què pro excuſatione rei ipſum initium. Marſil. in pract.
criminal.§.quoniam ſub n.91.verſic. ſed ſi principium, &
plenè in §. vlterius numer.1. & ſeqq. Bertaz.conſ. crimin.
246.n.14.lib.1.Cephal.conſil. 397.n.96.Cyriac.contr.256.
n.10.& contr.311.n.37.tom.2.et contr.418.nu.40. tom 3.
Farinac.d.q.7.ſub n.45. verſ. contrarium tamen. Rota in
diu.dec.763.n.12.p.1.
21 Et initium licitum operatur excluſionem omnis de-
licti.Corſet.conſ.25.n.35.in fin.ac n.36.cum ſeqq.inter con-
ſil.crim.diuerſ.lib.2.Vermigliol.conſ.355.num.4.Cyriac.d.
contr.418.n.24.& ſeqq.
Vlterius excluditur ſacrilegium in præſenti;quoniam
à Ioanne Paulo nihil actum fuit, per quod commiſsum
dicatur hoc delictum: etenim pro indubitato concedi-
tur iſtud quo ad perſonas, & res ſacras: reſpectu vero
loci ſacri, & modò Cæmeterij certiſsimè in eo defuit
22 voluntaria irreuerentia,ad hoc requiſita.Graff.in deciſ.
aureis lib.2.cap.47.ſub num.19.& de caſib.reſeruat. lib.2.
cap.35.num.49.Barboſ.de off.& poteſt.Epiſc. p.2.d. alleg.
28.num.2.18 Succeſsiuè intrat concluſio pro remouen-
23 do ſacrilegij delicto:ſi quidem is delinquit,qui id agit,
vt delinquat.Giurb.conſ.crimin.16.n.35.Vermigliol.conſ.
8.n.19.
Atquè pleniori comprobatione apparet, ab fuiſse ab
hoc viro omnem voluntariam irreuerentiam, iniuriam,
ac offenſionem iſtius loci ſacri:ſi conſideretur, quod ia-
ctus dicti ferrei inſtrumenti non appenſatè,aut præme-
ditatè ſucceſſit,ſed in ſubitanea, ac improuiſa rixa orta
inter ipſum,& aduerſarium: vti non controuertitur, &
etiam de iure præſumitur, ſi quoquè agatur de homici-
24 dio,quod in pura rixa,non autem præmeditatè, & ap-
penſatè commiſsum cenſetur ex Burſat. conſ.316. n.34.
lib.3.Surd.conſ.40.num.48. lib.1. Boſs. in prax. tit. de ho-
micid.num.23.ad med.& num.25.Menoch. de arbitr. caſ.
361.num.23.Farinac.conſil.61.numer.7. lib.1. & de pæn.
temp.

Digitized by Google

temp.q.96.num.75.& de homicid.q.126.num.106.Giurba
conſ.crimin.88.num.25.Vermigliol.conſ.39.nu.7. & conſ.
89.num.2.

Atquè ità nulla potuit dari in eodem Ioanne Paulo
applicatio animi ad irrogandam iniuriam,& irreueren-
tiam loco ſacro, vel potius aduerſatio, conſiderato
tamquam exiſtenti: & per conſequens abfuit ab ipſo
iniuriandi, ac offendendi dictum locum voluntas, quæ
25 eſt animi affectio ad aliquid applicata. *Bal. in l. potuit n.*
14. C. de iure deliber. Vermigliol. conſ.331. num.7. Seù
animi motus ad aliquid imitandum, vel adipiſcendum,
iuxtà *D. Auguſt.in lib.1.retract.de quo Mantic. de coniect.*
vlt.volunt.lib.1.tit.3.ſub n.5.

Ceſſante autem præmeditatione, ac huiuſmodi vo-
luntate in hoc vito,datur intelligi, omnia poſteà ſubſe-
26 quuta euenisse ex accidenti, & caſu, qui eſt inopinatæ
rei euentus, ex diuerſis cauſis proueniens ob aliud in-
ceptis. *Gloſ.in §.theſauros verb. fortuito caſu. Inſt. de rer.*
diuiſ.Prateius in lexicon. litt. C, verſ. caſum iniure in fin.
27 Et ità etiam de iure præſumitur. *Farinac. in prax.d.qu.*
96.n.75.

Quo fit,ſacrilegium indè excludi, nedùm ob defe-
ctum voluntariæ irreuerentiæ, ac iniuriæ in locum ſa-
28 crum,vt dixi,ſed quoquè, quia ſacrilegium non datur,
vbi effuſio ſanguinis in eodem loco ſacro ſuccedit ca-
ſualiter,& per accidens. *Nauar.in manual.c.27.ſub num.*
256.Graff.de caſ.riſeru.lib.2.c.35. num.49. & in dec.caſ.
conſcientia lib.2.c.47.ſub num.20.Barboſ.de off.& poteſt.
Epiſcop.p.2.d.alleg.28.n.3.Iordan.Elucubr.diu.lib.5.d.tit.
12.n.30.tom.1.

29 Hinc oritur,quod licet committens homicidium,aut
mutilationem membrorum in Eccleſia, non gaudeat
illius immunitate,ſecundùm terminos. *c.fin.de immunit.*
Eccleſ. & Bullæ Greg.XIV. editæ in hac materia; & tra-
dunt Farinac.in prax.q.28.num.52.& ſeqq. & de immun.
Eccleſ.cap.16.num.205.Guazzin.ad defenſ.reor. def.1. c.
38.num.13. & alijs multis apud ipſos,quibus adde Vermi-
gliol.conſ.101.num.1.conſ.103.in princ. & conſ.104. n.8.
Iordan.Elucubr.diuerſ.lib.11.tit.3.num.325.tom.2. nouiſ-
ſimè Fagnan. in c. Eccleſ. Sanctæ Mariæ num.39.de con-
ſtit.

30 Attamen hoc ceſſat, quando non appenſatè, nequè
animo præmeditato, ſed caſualiter in pura rixa homi-
cidium,ſeù mutilatio membrorum committitur in Ec-
cleſia;iſto enim caſu delinquens taliter gaudet immu-
nitate,iuxtà veriorem, & magis receptam ſententiam,
quam tuentur relati *à Farinac.de immun. Eccleſ. c.16. n.*
238.240.Bobadil.in ſua politic. lib.2. cap.14. num.25.26.
Giurb.conſ.crimin.30.num.22. & conſ.90. num.3. Sperel.
dec.59.ſub num.35.verſ.cæterum hæc omnia. Vermigliol.
conſ.103.num.4.& conſ.104.num.7.Dian.reſol.11. tract.
1.p.1.Scacc.in theol.moral.lib.2.tr.2.c.2.§.4.dub.6. n.85.
tom.1.

Ex quibus omnibus non videtur abs re firmiter
aſſerere, ſacrilegium in præſenti facto non adeſ-
ſe.

31 Propterea que, cum delictum ſit merè ſeculare inter
laicos ſequutum, non poſse Curiam Epiſcopalem ali-
quo modo procedere; ſed illius cognitionem ſpectare
ad forum laicalem D. Gubernatoris: *ex c. licet ex ſuſpe-*
cto, & c. ex tenore vbi DD. de foro competen. Farinac. in
prax.quæſt.8.num.125.Vermigliol.conſ.166.num.2. Car-
lenal.de iudic.lib.1.tit.1.diſput.2.q.7.ſect.1.n.771.tom.1.
Iordan.Elucubr.diuerſ.lib.13.tit.8.nu.127. vbi, quod eſt
nouiſſimum tom.3.

CAPVT SECVNDVM.

32 PORrò ſi quoquè in hoc caſu admittatur ſacrile-
gium, adhuc tamen, cum ſit delictum mixti fo-
ri. *Guazzin.d.def.1.c.11.num.11.Farin.in prax.q.8. num.*
132.vbi de communi.Caball.reſ.crimin.caſ.194. numer.8.
Anſald.de iuriſdict.p.4.tit.1.cap.4.Graſs. de effect. cleric.
eff.1.unic num.615.Antonel.de regim.Eccleſ.Epiſ.p.2.lib.
6.cap.36.num.3.Sabell.var.reſol.& reſponſ.cap.9.num.5.
cum multis apud Bellet.diſquiſ.cleric.p.1.tit.de fauor. cler.
real.§.4.num.9.Menoch.de arbitr. caſ.389. numer.33.34.
Manriq.q.q.moral.& vicar.p.1.q.55.num.9.Barboſ.de off.
& poteſt.Epiſcop.p.3.alleg.107.n.33. Iordan. Elucubr. di-
uerſ.lib.13.tit.8.n.137.tom.3.

Ceſſat iuriſdictio Curiæ Eccleſiaſticæ,ob præuentio-
33 nem D. Gubernatoris Iudicis ſæcularis, quam præuen-
tionem admitti in hoc ſacrilegij delicto,vltrà *DD. modò*
*adductos,*dixerunt *Fontanel.de pact.nupt.clauſ.4. gloſ.13.*
p.2.n.60.61.tom.1.Farinac.in prax.tit.de carcer.& carce-
rat.q.28.ſub num.62.& latius tit.de furt.q.172.n.31. vbi
teſtatur de veriori, & magis communi, Carlenal. de iudic.
lib.1.tit.1.diſp.2.q.7.ſect.1.ſub n.771.tom.1.Berett. conſil.
68.n.9.Graſs.d.effect.1.ſub n.614.ad fin. Vermigliol. conſ.
102.n.2.vbi adducit reſolutiones S.Congreg. in Amerin.7.
Maij 1630.& in nullius Terlitij.23. Decembr.1636.

34 Illa namquè eſt natura præuentionis, vt Iudex præ-
ueniens excludat alium,& altero procedente, forus al-
terius ſileat. *Sperel.dec.4.n.4.Sabel.d.c.9. n.2.cum multis*
apud Guazzin.d.defenſ.1.c.8.n.1.Farinac.in prax.q.7. nu.
52.& q.8.n.156.& conſ.208.Giurb.conſ.48. num.38. &
conſ.70.n.10.Marth.de iuriſdict.p.2.c.2.ex n.4. Carlenal.
d.diſp.2.q.7.ſect.3.n.899.vbi benè Vermigliol. conſ.52. n.
2.& d.conſ.102.n.3.& conſ.121.n.7.

35 De præuentione huius laici tribunalis liquet paten-
tiſſimè ex captura dicti Io: Pauli, etiamſi ad inſtantiam
Curiæ Eccleſiaſticæ fuiſſet priùs citatus, & monitus,
quia præuentio realis mediante carceratione præfere-
tur præuentioni verbali. *Farinac.in prax.q.7.n.53.vbi de*
communi.Guazzin.d.defenſ.1. cap.9. num.14. Vermigliol.
conſ.212.num.1.Bellett.diſquiſ.cleric.p.1.d.§.4.n.4. plenè
Carlenal.de iudicij.d.diſput.2.qu.7.ſect.3.nu.884.vbi benè
& n.886.vbi teſtatur de magis communi, veriori, & vſu
recepta.Iordan.Elucubr.diu.lib.13.tit.8. n.174. to.3. Can-
cer.var.reſol.p.2.c.2.n.228.

36 Quinimò hoc procedere, ſi quoque fuiſſet ſequuta
per dictam Curiam Eccleſiaſticam condemnatio in
contumaciam huiuſce rei poſtea carcerati,autumarunt
Farinac.d.q.7.n.53.& Vermigliol.eod.conſ.212.n.1.

37 Et non officit,quod iſte reus ſpontè comparuerit,&
ſe conſtituerit coram D. Gubernatore, quo caſu præ-
uentio verbalis priùs ab alio Iudice facta præfertur,ità,
& taliter,vt reus ſit ad ipſum remittendus. *ad Boſs. tit.*
de for.competen.n.98.Farinac.d.q.7.ſub num.53. verſ. ſu-
blimita primo,& n.64.Guazzin.d.c.9.n.15.16.Vermigliol.
in alleg.conſ.212.n.2.

Quaſi tunc per dictam ſpontaneam comparitionem
38 præuentio fuerit affectata,& à reo ipſo procurata,quæ
nihil operatur. *Becc.conſ.69.n.7.8.lib 1.Boſs.d.tit. de for.*
compet.ſub num.98.99.Farinac. d. q.7. num.64. vbi con-
cordan.lotè Carlenal.d.diſput.2.n.888. Giurb. conſ.crimin.
48.n.46.47.Muſtril.dec.210.n.9.Scacc.de iudic.lib.1.cap.
12.n.62.63.Iordan.d.tit.8.ſub n.174.& nu.175. in fin. &
n.177.Cancer.var.reſol.p.2.c.2.n.229.

39 Quoniam,cum de mandato D.Gubernatoris fuerit,
dictus reus citatus ad comparendum perſonaliter,& in-
formandum Curiam,ſilent modò tradita,nã talis cõpa-
rẽs coactè,nõ ſpõtè paret,& ita ceſsat fraus,& affectatio

præuentionis: vt benè *Farinac.d.q.7. ſub nu.53. verſ. in quo aduertas.Tuſch.concl.293.ſub num.38. tom.5. Guazzin.d.cap.9.ſub num.16.confert Scacc.de iudic.lib.1. c.12. n.63.Vermigliol.conſ.121.n.8.Belliet.d.§.4.n.4. Iordan. d. tit.8.n.175.*

Poſita ſic præuentione non eſſet, vt loqueremur vlterius de hac re: verum ne ea fortaſse circumſcripta aliquis ſuboriatur in cæteris dubitandi locus circa punitionem faciendam de prædicto Ioanne Paulo, infraſcriptas huiuſce materiei affero concluſiones: quarum ſit.

Prima, quod vterque Iudex eccleſiaſticus, & ſæcularis poteſt infligere pænam pro ſacrilegio: ita tamen, vt præuentio ſemper admittatur, ſecundùm ea, quæ ſuperius tradidi.

40 Quam pænam eſſe multiplicem, ſiuè ſacrilegium ſequatur reſpectu perſonæ, & rei ſacræ, ſiuè reſpectu loci pariter ſacri, oſtendit latiſſimè *Anſald. de iuriſdict.p.4. tit.1.c.2.& antè eum docuerunt Greg.Syntagm.iur.lib.33. c.15.Decian.tract.crimin.lib.6.c.30.n.18. & c.33. nu.26. cum ſeq.& alij apud Farinac.in prax.tit.de furt.q.172.à n. 15.cum pluribus ſeqq.*

41 Verum communis, & regularis opinio eſt quod pæna ſacrilegij ſit arbitraria, iuxtà facti, & perſonarum qualitatem.*Clar.in §.ſacrilegium.nu.4.Peguer.dec.crim. 24.num.15.& infra.Greg.d.cap.15.ſub num.2.Menoch. de arbitrar.caſ.389.num.1.Farinac. d.q.172. num.11.& nu. 14.Ricc.ad Lancellot.Inſtit. canon. lib.4. tit.5. §. ſimilibus interdum verſic.quoad quartum, & ſeqq. vbi omnia tranſcribit à Farinac. vbi ſuprà, & de eo nullam mentionem facit.Antonel.de regim.Eccleſ.Epiſc.p.2.lib.6.c.36.n.4.*

42 Declaratur hæc concluſio, vt procedat quando agitur de infligendis pænis temporalibus pro ſacrilegio: ſi enim tractetur de pænis ſpiritualibus, ſolus Iudex Eccleſiaſticus erit competens.*Guazzin.d. defenſ.1. cap.11. ſub numer.20.in fine, ex Scacc. de iudic. lib.1. cap.18. numer.13.*

43 Et hic ſcias, quod ſacrilegis, etiam ratione loci, eſt impoſita pæna excommunicationis de iure canonico. *c.omnes 17.q.4.gloſ. in c. quiſquis inuentus. §. ſi quis domum.17.qu.4. Alberic.in diction. verb.ſacrilegium,verſic. quæ ſit pæna.Iodoc.in pract.crim.c.111.Rub. de ſacrileg. n. 15.Farinac.d.q.172.num.17.Decian. d. c.30. num.14.& d.cap.33.Rub. de pæna ſacril.n.22.Cancer.q.q.crimin.c.8. Rubr.de furt.ſub n.20.Ricc. vbi ſup. verſ. & in ſpecie excommunicationis.*

44 Secunda: quod ſimiliter vterque Iudex, ſalua ſemper præuentione, poteſt procedere pro delicto principali commiſſo à laico in Eccleſia, vel loco ſacro, in tantum, vt nedùm Iudex ſæcularis, ſed etiam Iudex Eccleſiaſticus poſſit punire delinquentem non ſolùm pænis ſpiritualibus, ſed & temporalibus, ſi delictum ſit quoquè, vt aiunt ſeculare, vt puta ſi fuerint illata laico ibidem vulnera, & ſimilia.

Quam concluſionem eſſe veriorem, magis receptam & communem agnouerunt, omiſſis antiquioribus, *Genuenſ.in prax.Neapolit cap.13. numer.3.Guazzin. ad defenſ.reor.def.1.cap.8.num.28.& c.11. ſub num.19. & ſub num.20.ante fin.tom.1.Ciarlin.contr.iur.lib.1.cap.15.Iordan.Elucubr.diuerſ.lib.13.tit.8.ſub num.206. verſ. ſed rectius tom.3. Barboſ. de off. & poteſt. Epiſc.p.3. alleg.107. Molin.de brach.ſecular.c.18.Belliet.diſquiſ.cleric. p.1. tit. de fan.cler.perſon.§.1.n.20. & ſub num.23. Tuſch. concl. 59.num.8.tom.4.Sperel.dec.3.& dec.4. vbi maximè vtrobiquè num.9.& poſt eum Vermigliol. conſ.88. num.6.* obſeruat, quod de hac opinione non videtur hodiè dubitandum, cum Eccleſiam habere contra laicos territo-
45 rium in cauſis mixti fori, & poſſe retinere familiam armatam, iam fuerit canonizatum tempore *felic.recordat. Pij V.* ad fauorem Eccleſiaſticorum, *Eminentiſs.Sancti Caroli Borromæi;* cuius, & ſi immeritus, annuentibus patrocinijs vitam ago, cuncta gero, & cæleſtem patriam conſequi firmiſſimè mihi ſpes extat.

Ergà *quem tantum Patronum, & Protectorem* deuotionis meæ obſequentiſsimæ humillimum affectum, alias ſub nomine ſodalitatis illius in *Ciuitate Comacli* pientiſsimè erectæ reuerenter emiſſum, modò repetitis vicibus, mihi ſingularibus gratijs, ſummiſque fauoribus maximè decorato (apud omnipotentem, & clementiſſimum Deum ipſo efficaciter intercedente) palam facere non denegetur per modum ſequentem.

DE S. CAROLO BORROMÆO.

Superna vis ſubſidia,
Omnem bonorum copiam?
Hæc cuncta præſtat Carolus
Decus ſacratæ Purpuræ.
Inſultet æther nubilus:
Irata abyſſus infremat;
Hos Borromæi præpotens
Manus retundit impetus.
Minetur atra irrumpere
Phalanx malorum: carceres,
Morbi, lues, & Funera
Tanto fugantur auſpice.
Vt ergò Cælum protegat;
Ruantque moles Tartari;
Nec vita curis tabeat;
Nunc deprecemur Vindicem.

Vndè, ſicuti eſt parui facienda commentitia diſtin-
46 ctio aliquorum dicentium, præuentionem duntaxat habere locum inter hos Iudicem reſpectu ſacrilegij, non autem quoad delictum principale, quod inſulsè vocant ſæculare, cuius punitionem ad Iudicem laicum tantùm ſpectare contendunt; vt patet penes *Menoch. de arbitr. d. caſ.389. num.40.41. Cabal. reſol. crimin. caſ. 194. vbi latè cum alijs per Vermigliol.d.conſ.88.num.3. et nouiſſimè Sabell.var.reſol. & reſponſ.c.9. per tot. Anſald. d.c.4.n.4.& ſeqq.*

Cum eorum fundamenta ſint inania, vt potè conſiſtentia principaliter in negando, Iudicem Eccleſiaſticum habere territorium, & familiam armatam contra laicos in delictis mixti fori, ex quo contrarium, vt dixi eſt certiſsimum.

In tantùm vt, Epiſcopum poſſe tot ſatellites, quot ſibi libuerit retinere, reſoluerit *S. Congreg. Epiſc. & Regul.in Ciuit.Caſtel.14.Aprilis 1615.in reſponſ. ad 3. apud Aldan.in compend.canonic.reſol.lib.1.tit.52. numer.8. de quo Barboſ. in ſumm. deciſ.Apoſtolic. collect.664. num.1.* Imò, Epiſcopo licere familiam armatam ſibi iam aſſumptam, circa numerum, & qualitatem augere prudenter tamen, & moderatè, deciderit *S.Congreg. Concil. in vna Agrigentina 4. Decembr.1627. teſtib. Aldan. in eod.compend.canonic.reſol.lib.2.tit.3.num.15.Barboſ.in d. ſumm.Apoſtolic.deciſ.collect.352.n.2.*

47 Ità concluſio præfata declaratur, vt ſi delictum principale detegatur capitale, vel tale, in quo infligenda veniat pæna ſanguinis, tunc Iudex Eccleſiaſticus non poſſit reum tali pæna punire.*Tuſch.d.concl.59. nu.13. Vermigliol.in alleg.conſ.88.n.7.Anſald.d.c.4. n.17.*

48 Tertia; quod reus punitus à Iudice Eccleſiaſtico præueniente tã quoad ſacrilegiũ, quã quoad delictũ principale, non per modũ pænæ medicinalis, potiùs ad ſalutẽ

animæ

Digitized by Google

animæ, quàm ad corporis afflictionem tendentis; ſed medio pænæ condignæ, extrà ſanguinem, iuxtà ius canonicum impoſitæ, licèt mitioris, quam contentæ in ſanctionibus temporalibus; non poteſt iterum puniri à Iudice ſæculari.

Hæc concluſio traditur generaliter quoad delicta mixti fori à *Seacc. de indic. lib. 1. c. 12. nu. 91. Guazzin. ad defenſ. reor. def. 35. c. 11. ſub numer. 3. verſic. aduocatus autem, tom. 2. Dian. reſol. 61. par. 4. Sperel. dec. 92. & dec. 134.*

Sed ſpecialiter reſpectu ſacrilegij à *Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 13. p. 2. ſub n. 62. in fin. tom. 1. Sperel. dec. 3. n. 8. verſic. benè verum eſt to. 1.*

Et eſt certiſſima.

Tùm reſpectu præuentionis præſuppoſitæ, quæ facit ſilere forum Iudicis præuenti, vt dixi *ſuprà numer. 34.*

49 Tùm, quoniam ſemel pæna condigna punitus pro aliquo delicto, non poteſt amplius de eodem puniri. *Farin. in prax. q. 4. num. 2. Guazzin. def. 2. cap. 7. num. 1. & num. 23. tom. 1. Sabel. d. c. 9. num. 9. Scacc. de iud:c. lib. 1. d. cap. 12. n. 81. Fontanel. d. gloſ. 13. p. 2. nu. 67. Sperel. dec. 134. n. 19. tom. 2. Antonel. de regim. Eccleſ. Epiſc. p. 2. lib. 6. cap. 42. n. 2.*

50 Cæterum ſuper materia huius concluſionis videas *Clar. in prax. §. fin. q. 57. num. 14. & ibi Baiard. num. 26. & ſeq. Fontanel. de pact. nupt. d. clauſ. 4. gloſ. 13. p. 2. num. 61. & ſeqq. tom. 1. Farinac. in prax. tit. de inquiſ. q. 4. à num. 7. vſque ad num. 14. Guazzin. ad defenſ. reor. def. 2. d. c. 7. nu. 55. & def. 35. c. 11. Seacc. de iudit. lib. 1. d. c. 12. num. 81. & ſeqq. Sabel. d. c. 9. Anſald. de iuriſd. p. 4. tit. 1. c. 4. & pleniſſimè Sperell. d. dec. 134. per tot. vbi doctiſſimè materiam de more examinat.*

51 Quarta; quod pariter reus punitus à Iudice ſæculari, vt ſuprà, non poterit vlterius caſtigari à Iudice Eccleſiaſtico: docent *DD. ſuperius adducti*; Et ſignanter. *Clar. d. q. 57. ſub num. 14. Farinac. d. q. 4. ſub num. 13. verſ. quintus eſt caſus. Fontanel. d. gloſ. 13. p. 2. ſub num. 64. verſ. quod vero.*

52 Intellige quoad pænas temporales, non verò quoad ſpirituales, puta excommunicationis, iſtas enim poteſt imponere Iudex Eccleſiaſticus, etiam ſi reus fuerit punitus per Iudicem ſæcularem: vt in ſpecie ſacrilegij. *Lopez ad Diaz. in pract. canon. c. 90. ſub litt. B, in fin. Fontanel. d. gloſ. 13. p. 2. num. 64. Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 36. tit. quis ſit Iud. in ſacril. num. 8. Antonel. d. lib. 6. c. 36. in fine.* Et generaliter *Poſſent. ſing. 291. num. 4. Antonel. eod. lib. 6. cap. 42. num. 1. p. 2. & alij concordantes apud ipſos.*

53 Quinta, & vltima ſit concluſio, quod reus ritè in caſibus prædictis abſolutus à Iudice præueniente, ſiuè Eccleſiaſtico, ſiuè ſæculari, non poteſt, ceſſante fraude, & colluſione abſolutionis, vllo pacto ab alio Iudice præuento amplius moleſtari. *Cabal. reſol. crimin. caſ. 162. num. 28. Guazzin. def. 1. cap. 14. ſub num. 13. verſ. ſi vero, & def. 2. c. 7. in fin. Fontanel. d. gloſ. 13. p. 2. num. 65. 67.* Vbi in iſtis terminis ſacrilegij. *Sperel. dec. 3. ſub numero 8.*

54 Et hæc concluſio habet pro ſe regulam generalem quod ſemel abſolutus non poteſt amplius de eodem delicto vexari. *c. de bis de actus. l. qui de crimine. Cod. eod. Bertaz. conſ. 129. num. 1. lib. 1. Cabal. reſol. crimin. caſ. 93. num. 1. Guazzin. d. def. 2. c. 7. n. 1. Farin. d. q. 4. n. 1. vbi concordan. Antonel. de regim. Eccleſ. p. 2. lib. 6. c. 42. nu. 2. Vermigliol. conſ. 55. n. 2.*

55 Verum de hac re contendunt D.D. ſunt ideò videndi *Clar. d. q. 57. n. 11. Guazzin. def. 2. d. c. 7. n. 55. Sabel. d. c. 9. n. 7. Fontanel. d. gloſ. 13. p. 2. n. 63.*

Hæc concluſio quemadmodum præſeruat Iudici Eccleſiaſtico exercitium pænarum ſpiritualium ad ſalutem animæ tendentium *ex DD. præcitatis*; ità nobis ſug-
56 gerit quid fuerit practicatum *à Sabello in ſuis varijs reſol. & reſponſ. cap. 9.* Dùm *num. 11.* Dicit, ſe abſoluiſſe reum pro vulneribus illatis cuidam in loco ſacro, qui priùs fuerat abſolutus à foro Epiſcopali; quæ praxis ideò, neglectis motiuis ibidem adductis ab *hoc Auctore*, vt potè parum firmis, poteſt, non dico, accipi, ſed quodamodò excuſari, quia in priori abſolutione extabat
57 clauſula ſolita *rebus ſic ſtantibus, & ex hactenus deductis*, ob quam reus ſic abſolutus poteſt iterum inquiri, & caſtigari. *Cabal. d. caſ. 93. num. 12. & ſeqq. latè Farinac. d. q. 4. n. 27. ipſe Sabel. d. c. 9. n. 8. Locatel. de q. q. indic. inſp. 5. n. 166. 167. Antonel. de regim. Eccleſ. Epiſc. p. 2. lib. 6. c. 42. num. 3.*

Ex quibus, &c.

58 *Iſta cauſa remanſit diſcutienda, & tractanda in Tribunali laicali D. Gubernat. Comacli, à quo ſub die 6. Iulij 1657. fuit dictus Ioannes Paulus abſolutus.*

Poſtmodum vero die 12. eiuſdem menſis excommunicatus idem Ioannes Paulus de ordine D. Vicar. Generalis Comacli, in cuius proceſſu dicebatur ſuperueniſſe probationes, quibus ipſe reus conuincebatur de ſacrilegio, eo quia vulneraſſet aduerſarium in Cæmeterio exiſtentem directo contra eum ibidem ſtantem ferreo inſtrumento, fuit quoquè pariter ab ipſa excommunicatione ſub die 28. dicti menſis abſolutus ex rogitu D. Hippolyti Folegatti Not. Epiſcopalis.

COLLVCTATIO XIX.

ARGVMENTVM.

Legatum maximè factum in cauſam piam, & alimentorum, quo in loco, cuius expenſis, & quo tempore veniat ſoluendum, & præſtandum; & ibi non nulla de gabellarum ſolutione traduntur.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum pro celebratione miſſarum in ſuffragium animæ eſt pium.*

2 *Alimenta, & legatum in cauſam piam æquiparantur.*

3 *Sacerdotium eſt ſumma honorum, qui in hominibus conſtant.*

4 *Clericus æquiparatur perſonæ illuſtri.*

5 *Clericatus qua nobilitat.*

6 *Canonicatus in Eccleſia Cathedrali eſt magnus honor, & præminentia.*

7 *Canonia, & prebenda canonicalis eſt quocunque alio beneficio præſtantior, & honorabilior.*

8 *Canonicus eſt omnibus alijs beneficijs nobilior, & dignior, & n. 9.*

10 *Canonicatus in Cathedrali poteſt dici latè dignitas.*

11 *Alimenta ſunt deferenda ad domum alimentarij nobilis, ſecus ſi alimentarius eſſet vilis, & talis cui non eſſet turpe humeris proprijs portare: ſunt etiam portanda ad ædes perſonæ, cui debetur obſequium, & reuerentia vt n. 14.*

12 *Æquiparatorum idem eſt iuditium, & æqualiter ſunt determinanda.*

13 *Sacerdotes ſemper in ſummo honore ſunt habiti.*

15 *Legatarij habentur loco creditorum.*

16 *Debitor, etiam diuerſi fori debet portare debitum ad domum creditoris, cui reſpectus reuerentiæ præſtari conuenit: licet regulariter ſufficiat, debitorem eſſe paratum ſoluere in ſuo domicilio, vt n. 18. & licet debitor non teneatur ire ad domum creditoris, etiam eiuſdem fori, quando caderet impenſa in delatione debiti, vt n. 19.*

17 *Mora contrahitur abſque interpellatione, quando debitor debet reuerentiam creditori.*

20 *Legatum pium non poteſt diſpenſari in alium, etiam in minima parte abſque licentia Papæ. n. 21. fruitur priuilegijs pauperum. n. 23.*

22. *Alimenta ne diminuantur, hæres debet ſoluere expenſas.*

23 *Pia cauſa fruitur omnibus priuilegijs pauperum; & fiſci. n. 86.*

24 *Pauper non debet ſubire expenſas, quando ei ſunt relicta alimenta.*

25 *Anima eſt omnium rerum pretioſiſſima: debet eſſe carior omnibus conſanguineis, liberis, & proprio corpore num. 26. eſt magis coniuncta conſanguineis omnibus, & amicis, num. 27. eius regimen eſt pretioſius omnibus alijs rebus num. 28. illius ſalus debet præferri cunctis rebus. num. 30.*

29 *Argumentum valet, ſi teſtator fuiſset interrogatus, ità reſpondiſset, ideo ſic dicendum.*

31 *Legatum quantitatis, vel ſpeciei in quo loco debetur, & num. 49.*

32. *Alimenta ſi ab hærede ſint cæpta ſolui in vno loco, in eodem cogitur perſeuerare.*

33 *Debitor tenetur perſeuerare ſolutionem in loco, in quo ſoluere cæpit.*

34 *Conſuetudo attenditur, quando quæritur, quo loco ſit facienda ſolutio.*

35 *Solitum per vnicum actum inducitur contra n. 36.*

37 *Legatum eſt ſoluendum in loco, in quo hæres incæpit illud ſoluere.*

38 *Exceptioni declinatoriæ quando renuntietur, & ſeq. debet opponi à principio, vbi reus ſcit illam ſibi competere numer. 40.*

41 *Soluens gerit ſe pro condemnato.*

42 *Legatum factum in cauſam ſtudij, eſt ſoluendum in loco, vbi legatarius ratione ſtudij moratur.*

43 *Studij cauſa dicitur pia.*

44 *Argumentum ab æquiparatis eſt validum.*

45 *Sacerdotes poſſunt pro celebratione miſſarum ſtipendia recipere. Declara vt ibidem, & amplia vt numero 46.*

47 *Salarium debitum offitiali debet ſolui in loco, in quo exercet offitium.*

48 *Solutio quando eſt facienda in loco deſtinato, debet fieri omnibus expenſis debitoris.*

50 *Legatum factum in cauſam piam, dicitur annuum.*

51 *Actio perſonalis competit pro legato quantitatis.*

52 *Legatum quod perſonali actione petitur præſtari debet in loco vbi petitur. Declara n. 53.*

54 *Obſeruantia declarat, qualis fuerit mens, & intentio contrahentium, & qualis fuerit forma, & natura contractus n. 55. & interpretatur diſpoſitionem teſtatoris n. 57. Declara n. 58. & inſeruit pro interpretatione legati ambigui. n. 60.*

56 *Argumentum à contractibus ad vltimas voluntates eſt validum; & à contractibus ad legatum n. 59.*

61 *Diuturnum dicitur ſpatium decem annorum.*

62 *Solutio diuturna, etiam ex mera liberalitate inducit obligationem illam faciendi in futurum fauore piæ cauſæ.*

63 *Salarium ſuccedit loco alimentorum.*

64 *Gabella eſt ſoluenda à debitore alimentorum: ſpectat ad dominum rerum num. 65. eſt onus annexum rei numer. 67. debet ſolui ab eo, qui tenetur portare quantitatem frumenti ad domum creditoris numer. 68. eſt ſoluenda à portante numer. 69. ſpectat ad venditorem numer. 71. contra quod ſpectat ad emptorem numer. 72. Non debentur pro rebus, quæ portantur pro vſu proprio numer. 74. amplia numer. 75. 77. In ſolutione attenditur conſuetudo numer. 78. & obſeruantia num. 79. Denuntiatio ab exemptis à ſolutione gabellarum facienda gabellario numer. 80. Declara num. 81. 82. Non debetur de alimentis numer. 83. Non debetur de relictis ad pias cauſas. numer. 84. Non ſoluitur pro rebus, quæ deferuntur ad fiſcum numer. 85. Non debetur ab eo, qui coactè portat res ad milites in exercitu degentes numero 87.*

66 *Dominus rei dicitur ille, qui tenetur aliquam rem præſtare antè illius traditionem.*

70 *Bulla Innocen. X. ſuper Datio Vini conceſſo Ferrariæ pro ſoluendo ære alieno montis Pietatis, qua ratione fundetur.*

73. *Expenſæ faciendæ pro menſuratione ſunt communes, inter venditorem & emptorem.*

76 *Iuramento illius, qui dicit res deferre pro ſuo vſu ſtatur.*

80 *Exemptus à gabella ſolutione, debet denuntiare gabellario, intellige vt n. n. ſeqq.*

88. *Argumentum à milite ad piam cauſam valet: à milite armata ad militem cæleſtis militiæ eſt validum numero 90.*

89 *Clericus dicitur miles cæleſtis militiæ.*

91 *Legatum annuum debet ſolui in principio anni; ſoluendum piæ cauſæ infrà annum debetur in initio anni numer. 92.*

93. *Legatum factum ex fructibus, non debetur niſi ipſis recollectis ſeù de tempore collectionis. Declara numero 94.*

95 *Genus ſemper reperitur in rerum natura.*

96 *Fructus dicitur id, quod ſingulis annis renaſcitur.*

97 *Frumentum poteſt durare adhibita diligentia vltrà triennium.*

98 *Vini Caſtellata intelligitur de vino in muſto ſiuè in graſpis.*

99 *Vſus communis loquendi attenditur in interpretandis legatis; & diſpoſitione teſtatoris n. ſeq.*

100 *Vſus, & modus loquendi teſtatoris attenditur pro dignoſcendo, quid contineatur in eius diſpoſitione, etiam neglecta verborum proprietate.*

101 *Voluntas teſtatoris, vt ſeruetur eſt pium, & habet magnam æquitatem, etiam contra piam cauſam num. 102.*

103 *Piæ cauſæ priuilegia ceſſant vbi non concurrit mens teſtatoris.*

104 *Argumentum de loco ad tempus eſt validum.*

1 PRæmiſſo, quod ſumus in legato facto in piam cauſam, vtpotè relicto ab olim Dominico Parmiano pro celebratione miſſarum in ſuffragium animæ ſuæ, ex congeſtis à *Magdal. de numer. teſt. p. 2. cap. 2. Boſs. in var. moral. par. 1. tit. 12. §. 4. à num. 215. Dian. reſol. moral. p. 7. tr. 6. reſ. 29. 30. Fragoſ. de regim. Chriſt. Reipubl. p. 3. lib. 4. §. 4. à numer. 70. Rubeo in pract. reſol. circa teſtam. cap. 1. num. 8. 9. 10. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 116. num. 9. Genuenſ. in practicab. Eccleſ. q. 165. ſub n. 1. 2 Leoncil. de pauper. priu. 320. nu. 4. Cyriac. contr. 94. n. 20. 21. tom. 1. Altograd. in puncto conſ. 50. ſub n. 214. & ſeqq. lib. 1.*

2 Et, quod valet argumentum de alimentis ad piam cauſam, ita vt legatum alimentorum æquiparetur legato in piã causã emiſſo: plenè *Euerard. in Topic. legal. loco*

59. *Bar-*

*59.Barboſ.loc.7.num.45-Surd.de alimen.tit.9.q.3.n.1.2.
& per tot.& confert.Leoncil.de pauper.prin.23. num.1.2.
& ſeqq.*

Reſolutiuè procedendo, non videtur de bono iure
Ad Reu. D. Canonici Narciſi de Carolis Comacienſis Vllo
modo hæſitandum.

Quod enim legatum præfatum, eidem, ceù ſacerdoti
electo ad celebrationem miſsarum à teſtatore impoſi-
tarum, debeatur immune à quibuſcunque expenſis, &
gabellis, ità, & taliter, vt hæredes antedicti Dominici te-
neantur proprijs ſumptibus mittere ad domum ipſius
D.Canonici triticum, & Vinum in dicto legato conten-
tum, ex multis apertiſſimè ſuadetur.

Primò, quoniam dictus D. Canonicus ratione ſacer-
dotij quod ſumma eſt honorum, qui in hominibus con-
3 ſtant. *Barboſ.de off.& poteſt.Epiſc.p.1.tit.2.gloſ.1.n.2.* vbi
alia tradit; maxima ſublimitate præfulget, adeò, quod
Sanctus Chryſoſt. in Iſai. Homil.4.5. Dixerit, loquendo
de ſacerdote ac de Rege: *expende modum poteſtatis vtri-
que tradita. & videbis ſacerdotem multò ſublimius Rege
ſedente; admirandus videtur thronus Regius, ſed rerum ter-
renarum adminiſtrationem ſortitus eſt; ſacerdotis thronus in
cælis collatus, de cæleſtibus negotijs habet pronuntiandi au-
ctoritatem, cum ſacerdotium à ſupernis deſcendat, eiuſque
vinculum animam contingat, atque de cælos vſque perdu-
cat: apud Barboſ.d.gloſ.1.ſub n.1.ad fin.* Et ratione cleri-
4 catus inter perſonas illuſtres connumeratur, ſeù ſaltem
ijſdem æquiparatur. *l.apud ſimilitudinem. C. de Epiſc. &
cler.l.3.C.de ſumm.Trinit.Socin.reg.322.limit.8. Fariuac.
in prax.q.99.n.118.Barboſ.de off.& poteſt.Epiſc.p.2.alleg.
1.n.3.Grat.conſ.71.n.3.lib.2.Graſs.de effect. cleric. off.45.*
5 *n.3.* Et nobilis dicitur; per Clericatum etenim quis no-
bilitatur. *Curtil.de nobilit.p.3.n.220.Tiraq.eod.tract.c.9.
n.4.Graſs.d.off.45.n.1.*

Accedente maximè Canonicatus gradu quo iure
6 merito eſt inſignitus in hac Cathedrali Eccleſia, is nam-
que ibidem eſt magnus honor, & preeminentia. *c.quam-
uis.§.quanquam de praben.in 6.Barboſ.de Canonic. & di-
gnit.c.13.ſub n.3.ad med.Rot.dec.26.n.6.tit.de praben. in*
7 *nou.* Et Canonia, ac præbenda Canonicalis eſt quocun-
que alio benefitio præſtantior, & honorabilior. *c.Statu-
tum in princ.de praben.in 6.Barboſ.in d.tr.de canon.& di-*
8 *gnit.c.12.num.25.* Itavt Canonicus ſit omnibus alijs be-
nefitiarijs nobilior, dignior, atquè præſtantior. *Azor.
Inſt.moral.p.2.lib.3.c.11.q.16. verſ. eſt tamen Canonicus 1*
9 Et ſi Clericatu quis nobilitatur, vt dixi, multò fortiùs
ex Canonicatu, per quem Canonicus, præſertim Eccle-
ſiæ Cathedralis, efficitur cæteris clericis dignior. *Azor.
d.c.11.q.2.& d.q.16.Fagnan.in c.bona memoria.nu.9. de*
10 *poſtulat. Pralat:* Adeovt Canonicatus Cathedralis poſ-
ſit ſecundùm latam ſignificationem dici dignitas. *Gri-
leuz.conſ.50.n.113.Negnſant.in Sylu.q.481.n.14.Lotter.
de re benef.lib.3.q.5.n.10.Barboſ.de Canon.& dignit.c.19.
n.1.vbi concordan.Rota cor.Seraphin.dec.443.n.6.to.1.*

11 Quare, ſicuti, vbi tractaretur de alimentis eidem
D. Canonico debitis, eſſent ea ad domum illius defe-
renda, quamuis in delatione exigeretur impenſa, ratio-
ne qualitatum prædictarum; quidquid ſecus, quando
alimentarius foret vilis perſona cui non eſſet turpe hu-
meris proprijs portare, quo caſu debitor alimentorum
eximeretur ab expenſis, & vecturis, ſecundùm tradita
*ab Ang.in l.cum hi. §. vult igitur verſ. in gloſ. ff. de tran-
ſact.Duen.reg.161.limit.16.Brun.de reb.dub.in q.incipien.
nunc dicamus de dubijs diſpu.loc.nu.7. limit.11. Papien. in
pract.in form.libell.quo agit pro re ſingul.§.1.nu.71.Citta-
din.de iure patr.p.6.art.4.c.fin.n.170.Lambert. cod.tract.
lib.3.art.10.q.3.Prat.de interpr.vlt.volunt.lib.4. dub.11.
num.104.quos omnes refert, & ſequitur Surd de aliment.
tit.4.q.16.ſub num.7. & num.8. adde nouiſſimè Zacch. de
Salar.ſeù operar.merced.p.1.qu.46.num.*10.

Ità, & ad domum eiuſdem D. Canonici deferri de-
bent contenta in dicto legato pio, quod, vt dixi alimen-
12 tis æquiparatur, & æquiparatorum idem eſt iudicium,
ac æqualiter veniunt determinanda. *Roman. conſ.129.in
princ.Glorit.reſp.5.n.58.Bero.conſ.27.nu.3. lib.1. Decian.
conſ.45.n.35.lib.1.Surd.conſ.384.n.12.Valenz.conſ.172.
n.28.to.2.Tuſc.litt.E.concl.308.to.3.Anton. reſol.25. nu.
10.lib.3.cum alijs apud Barboſ.axiom.14.num.1.Zacch.de
Salar.p.1.q.37.n.3.Rota in rec.dec.67.n.2.& dec.270.ſub
n.4.p.3.*

Secundò, quia D. Canonicus eſt de ijs, quibus obſe-
quium, & reuerentia debetur, intuitu ſacerdotij, cuius
13 eſt caractere inſignitus: Sacerdotes etenim ſemper in
ſummo honore ſunt habiti *Borell.in ſumm. dec.tit.7.n.4.
tom.1.Viuian.de iurepatr.lib.1.c.1.n.12.Gratian. diſcept.
298.ſub n.59.60 & paſſim apud alios:* igitur triticum, &
vinum contentum in dicto legato eſt deferendum ad
domum illius ad inſtar alimentorum, quæ veniunt præ-
14 ſtanda ſimili perſonæ, ad ædes cuius fore portanda, ne-
dùm colligitur à traditis in ſpecie *à Surd.de aliment.d.q.
16.n.4.5.Gratian.diſcept.94.n.63.to.1.* Sed à ratione ge-
nerali, qua hæc duo iam tradita motiua fulciuntur: ob-
15 ſeruato tamen prius, legatarios haberi loco credito-
rum. *l.is, cui ſub conditione.ff.de actione, & oblig.Bellon.de
iureaccreſc.c.7.q.16.n.224.to.2.*

16 Quoties namquè verſamur in creditore, cui præſtari
conuenit obſequij & reuerentiæ reſpectus, tunc debitor
etiamſi ſit diuerſi ſori, debet portare debitum ad do-
mum illius, ità ex *tex.in l.ſed ſi ſuſceperit.§.1. ff. de iudic.
prodidit Bal.in l.fin.C.de cond. inter. & docuerunt, omiſſis
antiquioribus. Natta.conſ.513.num.4.vbi benè lib.3.Surd.
conſ.172.n.13.lib.2.& de aliment.d.q.16.n.6.Gratian. di-
ſcept.128.n.14.15.tom.2.Magon.dec.Lucenſ.78. num.20.
Zacch.de Salar.d.q.46.n.5.* In tantum, vt debitor conſti-
17 tuatur in mora, licèt interpellatio non ad fuerit, quan-
do per ipſum debitorem debetur reuerentia creditori.
*Peguer.dec.33.Caſtil.dec.112.Scacc.de commerc.et camb.
§.1.q.7.p.2.ampl.8.n.130.quos laudat Bottiler.de ſucceſs.
ab inteſt.c.2.theor.86 n.13.*

Atque ità venit limitanda communis concluſio ſe
18 habens, quod vbi debitor, & creditor ſunt diuerſi do-
micilij, & fori, ſufficit debitorem eſse paratum ſoluere
in ſuo domicilio, ſi in obligatione haud expreſſus ſit
locus. *ad tex.in l.item illa verba in princ.ff.de conſt.pecun.
vbi DD.Bal.in l.acceptam n.22.Cod.de vſur.Roland.conſ.
87.n.14.15.li.1.Surd.de aliment.tit.4 d.q.16.n.2.Grat. d.
diſcep.128.n.1.Zacch.d.q.46.n.2.Camuncul.dec.2.n.12.*

Et ſimiliter eſt, vt ſupra, declaranda alia aſsertio, qua
19 dicitur, quod, ſi debitor, & creditor ſint eiuſdem fori,
tunc demum teneatur debitor ire ad ædes creditoris,
ſi in delatione debiti non cadat impenſa; vt voluerunt
*DD.in d.l.item illa verba.ff.de conſt.pecun.Bal. in d. l. fin.
num.7.Cod.de condit.inſer.Crot.conſ.114.numer.14.Bero.
conſil.126.num.20.conſil.115.numer.15. lib.1. Duen. reg.
161.limit.1. & alij penes Surd. de aliment. tit.4. d. quæſt.
16.num.7.& ſunt videndi Felic.de ſociet.cap.27.num.51.
Caroc. de locat.p.4.tit.de paleis numer.14.Valaſc. ae Iure
emphyt.quæſt.30.numer.12.Pigant.ad Stat. Ferrar. lib.2.
Rub.30.ſub num.12.tom.1.Trentacinq.var.reſol.lib.1.tit.
de aliment.ſub numer.24.verſic.in ſecunda conſideratione
vol.1.*

Tertiò, nam ſi expenſæ faciendæ in dicta delatione
ſpectarent ad D. Canonicum, vtique legatum prædi-
ctum diminuiretur, vt ſenſui patet.

Hoc autem repugnat.

20 Tùm qualitati ipſius legati pij, cuius pars aliqua,
nec minima diſpenſari in aliquem alium vſum non
debet. *l. ſi quis pro redemptione. Cod. de donat.*

Digitized by Google

l.1.§.ſi enim.C.comm.de leg.Cyriac.contr.94.num.34.35.
21 Vbi, quod requiritur pro tali diſpenſatione auctoritas
ſummi Pontificis. ad Dec.conſ.72.Et deſumitur quate-
22 nus idem legatum,æquiparatur alimentis, quæ ne di-
minuantur,hæres debet ſoluere expenſas,ad effectũ, vt
alimentarius illa cõſequatur integra.Imol.in l.cum filius
fam.§.fin.ff.de verb.oblig.& in c. indicante num.19. de te-
ſtib. Bald. conſil.224. col.1. vol.3. Gallia ad conſuet. Ale-
xan.verſic.ſolidos quæſt.6.numer.113.Surd.d.quæſt.16.nu-
mer.11.
23 Tùm rursùs naturæ eiuſdem legati, quod tanquàm
pium omnibus priuilegijs pauperum fruitur. Caualc. de
vſufruct.num.226.Vin.dec.222.Menoch.præſ.115.num.6.
lib.4.Beninc.de pauper.q.5.Leoncil.eod.tract.priu.320.nu.
1.p.2.Et conſequenter nulla poſtulat ratio, quod im-
penſæ,quæ fieri debent in delatione, ſoluantur à D. Ca-
24 nonico,ſicuti,nequè pauper eas ſubire teneretur,quan-
do eidem fuiſsent relicta alimenta,ne aliàs illorum præ-
ſtatio minueretur,& ipſe tanto minus caperet.Gallia d.
q.6.num.113.Surd.in alleg. qu.16.ſub num.15. verſic. &
quando.
Tùm menti, & voluntati teſtatoris, quem noluiſse
in dictis impenſis grauare ſacerdotem pro eius anima
celebraturum:firmiter eſt dicendum, nè aliter oſtendiſ-
ſet,ſibi cariores extitiſſe hæredes, quàm propriam ani-
25 mam;quæ tamen, ſicuti eſt rerum omnium pretioſiſ-
ſima.l.ſancimus C.de ſacr.ſanc.Eccleſ.cap. præcipimus.12.
q.1.c.iuuenis.de ſponſal.cap. fin. de præſb. non baptiz. Ru-
beus in pract.reſol.circa teſtam.c.54.num.276. Ita carior
26 debet eſſe omnibus conſanguineis, & liberis, ac etiam
proprio corpore.Leoncil.de paup.priu.207.nu.3. Rubeus
in pract.reſol.cap.21.nu.107. Eſt namquè magis coniun-
27 cta conſanguineis omnibus,& amicis.Tiraq.de pia cauſ.
priu.66.in fin.Gratian.diſcept.611.num.14.35. & diſcept.
28 955.num.49.52. Et eius regimen eſt pretioſius omni-
bus alijs rebus,& corporibus. c. cum ſit arſ. de ætat. &
qualit.Gratian.diſcept.123.num.16.Et cum non ſit dubi-
29 tandum, quod ſi teſtator ipſe fuiſset interrogatus, ità
reſpondiſſet:ideò ſic venit dicendum,ex traditis in l.fin.
ff.de poſth.hæredit.inſtit.l.quoniam de natura liberorum. l.
qui grauis de iur.codicil. l. Titius.§ Lucius vbi DD.ff. de li-
ber.& poſth.& ab Oldrad.conſil.25.ſub num.3.verſic.præ-
terea.Socin.iun.conſil.42.num.21. & conſil.106. num.11.
lib.1.Cranet.conſil.68.num.2.Signorol.conſil.183. numer.
10.et conſil.206.num.3.Cephal.conſil.114.num.17.Man-
tic.qui multos dat concordantes de coniect.vlt.volunt.lib.3.
tit.19.numer.4.Barboſ. in loc.commun.argum.iur.loc.121.
ſub num.1.& num.7. Nimium enim diſtat à veriſimili-
tudine,quod teſtator ea, quæ relinquerat in ſuffragium
animæ ſuæ,voluerit vllo modo diminui; ſed quod po-
tius augerentur, indè nixus proſpiciendo ſaluti animæ
30 propriæ,quæ cunctis rebus præferri debet. c. cum infir-
mitas,de pænit.& remiſs.Mantic.de coniec.vlt. volunt. lib.
10.tit.7.n.9.
31 Tum tandem diſpoſitioni iuris,quo præcipitur,quod
ſi quantitas,vel ſpecies legata non ſit in loco,vbi condi-
tum eſt teſtamentum, & legatarius reperitur; ſed in
loco valdè remoto, vt in præſenti, itavt ſi hæres illùc
eam ſolueret, multum diminueretur, & penè inutilis
ipſi legatario euaderet; tunc teneatur ipſemet hæres
eandem ſpeciem, ſeù quantitatem perquirere, & eam
ſuis impenſis aduehere in loco legatarij, illique ſolue-
re.l.cum ſeruus vbi Bart.num.3.& Iaſon.num.5.teſtans de
communi.ff.de leg.1.rurſus Iaſon.in l.cum.reſ.n.11.ff. eod.
Menoch.præſ.200.n.5.lib.4.
Quarto; ſi quidem multis ab hinc annis contenta in
dicto legato fuerunt miſsa ad domum D.Canonici om-
nibus expenſis dictorum hæredum mittentium:quo fit,
vt debeat perſeuerari in dicta miſsione, ac delatione;
32 ſicuti,& de alimentis dicitur, quæ ſi hæres vno in loco
præſtare cæpit, cogitur exinde eodem in loco perſeue-
rare in ſolutione.Surd.de aliment.tit.4.d.quæſt.16.nu.21.
Gratian.diſcept.94.n.64.to.1.
Duabus ad hoc concurrentibus rationibus.
33 Altera generaliori, quod ad fauorem creditoris te-
netur debitor perſeuerare ſolutionem in loco, in quo
cæpit ſoluere. l. ſi fideicommiſſum vbi gloſ. in verb.præ-
ſcript.& l.quamuis.ff.de iudic.Duen.reg.161.num.6.limit.
4.in fin.Surd.d.q.16.num.21,Gratian.diſcept.55.num.3. et
diſcept.62.numer.5.& diſcept.128. num.5. tom.1. Carle-
ual.de iudic.lib.1.tit.1.diſp.2.q.5. num.384. tom.1. Quia
34 ſolitum exindè inductum ad inſtar conſuetudinis de-
bet attendi,quando quærimus, quo in loco debitor te-
neatur ſoluere. Gloſ. in l.item illa, & ibi Bart.ff de verb.
oblig.Duen.d.reg.161.n.9.Surd. d.q.16.n.23.Gratian. di-
ſcept.62.n.6.
35 Quod ſolitum etiam per vnicum actum inducitur. l.
mela §. quid ergo. ff.de alimen.& cibar.leg. Alex.conſil.51.
col.vlt.lib.5.Cephal.conſ.255.num.31.Scappucin. de ſing.
ſucceſs.limit.2.num.8.Borel.in ſumm.dec. tit.14. num.21.
& num.116.Surd.de aliment.t.t.4. d. q.16. numer.26. &
conſil.397.num.16.Magon.dec.Lucenſ.14. num.29. vbi de
communi.Gratian.d.d. diſcept.55.num.32. & diſcept.62.
ſub num 6.tom.1.Poſſent.ſing.51.num.1.Rota coram Cre-
ſcent.tit.de conſuetud.dec.1. num.1. & coram Pegna dec.
664.num.4.6.in impreſs.Venet. alias dec.829 ſub num.5.
6.tom.1.ex typo Lugdun. & coram Merlin. dec.164.num.
21.tom.1.& coram Buratt.dec.154. num 1. Quamquam
36 plures actus, & quidem binos ſaltem requiri ad conſti-
tuendum ſolitum dixerint cum magis communi opi-
nione Franc.de feud.tit.de ijs,qui feud. dar. poſs. ſub num.
65. verſic. ſed Iacobus Bertazzol. de clauſ. inſtr. clauſ.21.
gloſ.12.Poſsent. d. ſing.51.numer.4.Barboſ. dict.376. nu-
mer.1.
37 Altera minus generali;quod hæres, qui incæpit ſol-
uere legatum in aliquo loco cogitur ſolutionem conti-
nuare ad fauorem legatarij in eodem loco. d. l. ſi fidei-
commiſſum.§.fin.ff.de iud.Duen.d.reg.161. limit.4. Pere-
gr.de fideic.art.53.n.3.latè Carleual.de iudic.d.diſp.2.q.5.
à n.372.& ſeqq.
38 Ea ratione,quia hæres ſoluendo in tali loco, in quo,
ſi fuiſset conuentus potuiſſet forum declinare, videtur
huic declinatoriæ exceptioni renuntiare, vt tradunt
congeſti à Carleual.d.q.5.ſub num.374.Et huiuſmodi re-
39 nuntiatio de declinatoria fori, ſi ſubſequatur litis con-
teſtatio,dicitur inducta.l.prætor.§.fin.ff. de vacat. & ex-
cuſat.muner.l.exceptionem.C.de probat.Carleual.ſub d. n.
40 364.Nam à principio litis,vbi reus ſcit,illam ſibi com-
petere,opus eſt,vt opponatur.l. præſcriptiones fori C. de
except.l.fin.C.ſi à non compet.Iudic.Graſs.except.18.n.13.
& dixi collect.4.n.71.vbi concordan.Rodolph.in prax. p.1.
c.7.n.41.
Vndè multò magis dicetur eidem renuntiatum, ſi
41 fiat ſolutio; cum ſoluens videatur ſe gerere pro con-
demnato.Carleual.in d.q.5. ſub eod.n.374. Et quidem in
vim præcedentis obligationis,cum ſolutio ſemper præ-
ſumatur taliter facta. Cranet. conſil.91. num.7. Decian.
conſ.52.num.41.42.lib.3.Cephal.conſil.150.num.15. Rota
coram Greg.dec.468.num.5.& in rec.dec.456.nu.10. p.4.
& in Piſaur.pecun.29.April.1661.§.ſolutio coram Pria-
lo.
Quinto:etenim vbi tractatur de legato facto ob cau-
42 ſam ſtudij, idem legatum ſoluendum eſt in loco, vbi
legatarius ratione ſtudij moratur. D. D.in l.ſed & ſi ſu-
ſceperit.§.illis libertis.ff.de iudic.Duen.d. reg.161. numer.
22.Prat.de interpr.vlt.volunt.lib.4.ſub.11.interpr.1. nu.
108.Surd.de alim.tit.4.d.q.16.numer.40. Peregr.de fidei-
cart.53.ſub num.7.verſ.item ſi legaret ſcholari. Gratian.
diſcept.

diſcept.62.num.1.tom.1. Pari igitur modo hoc noſtrum
legatum pium erit ſoluendum vbi moratur ſacerdos
legatarius, qui tenetur ad celebrationem miſſarum
in eodem legato contentarum nam hæc duo legata
43 æquiparantur, cum cauſa ſtudij dicatur cauſa pia. Bart.
in l.1.in fin.ff.ſolut.matr.Tiraq. de priuil. piæ cauſ. in præf.
verſic.item relictum in cauſa ſtudij.Lut. de ſcholar. priu.2.
per tot.Gratian.d.diſcept.62.ſub num.3.Zacch.de Salar.q.
44 5.num.16.17. Et argumentum ab æquiparatis eſt vali-
dum.Cephal.conſil.210.num.42.Menoch. conſil.32. num.
17.Becc.conſil.8.num.9.lib.1.Surd.conſ.393.num.36.Va-
lenz.conſil.124.n.16.tom.2.Gratian.diſcept.298. num.70.
cum alijs apud Barboſ.in loc.argumen.iur.loc.6.n.1.Rota in
rec.dec.6.n.3.5.p.3.

Sexto; quoniam legatum præſens ſuccedit loco elee-
moſynæ ſiuè mercedis debitæ D. meo Canonico, ob
celebrationem miſſarum, ad quas tenetur; non enim
45 poteſt dubitari, quin ſacerdotes valeant pro celebra-
tione miſſarum ſtipendia recipere. Ad gloſ. in c. cum
ſignificatum verſic.ita quod de præben.Poſſeuin.de offic.cu-
rat.cap.2.num.20.Vgolin.de Simon.tab.1.cap.9.Timot.de
ſacrif.miſs.tr.3.qu.48.Suarez de Relig. tom.1. lib.4. c.14.
Azor. Inſt. moral. p.3. lib.12. cap.3. quæſt.5. Fraxinel.de
oblig.Sacerdot.ſect.3. præn.1. num.2. 5. Barboſ. de off. &
poteſt.Epiſc.p.2.alleg.24.numer.2. cum alijs per Zacch.de
Salar. ſeu operar. merced. p.2.q.85.num.1. Intelligendo
tamen, vt in decretis S.Congreg.Concil.Trident.ſuper cele-
brat.miſſarum editis ſub die 21.Iun.1625.de quibus apud
Stephan.de ſacramen.ſub c.35.Iordan.Elucubr.diuerſ.li.4.
tit.1.num.516.tom.1.Fraxinel. de oblig. Sacerdot. in calce
oper.& alios; nec non & iuxtà alia decreta eiuſd.ſacr.Con-
gregat. emanata ad inſtantiam præfati Iordani Epiſcopi
Tragurienſis, regiſtrata in d.tit.1.ante n.517.vbi ſignanter
ad 4.ipſa ſacra Congregat.ſub die 9.Ian.& 6. Febr.1627.
reſpondit ſuper caſu propoſito (An ſacerdotes qui nulla
alia obligatione in Confraternitatibus, vel in Monaſterijs
monialium celebrant, quam pro ornatu Eccleſiæ, vel vt
Confratres, vel moniales ſatisfaciant præcepto audiendi
miſſam, poſſint vltrà ſtipendium, quod recipiunt à Con-
fraternitate, vel monialibus, aliud ſtipendium recipere)
NON POSSE.

A qua reſolutione haud receſſum fuiſſe nuper inno-
tuit Eminentiſs. & Reuerendiſs. Cardin. Paluccius cum
ſuis litteris directis Illuſtriſs. Epiſcopo Comacli, hiſce
præciſis verbis per me à proprio originali decer-
ptis

Illuſtriſs. e Reuerendiſs. Sig.

Non ſi è receduto dalla riſolutione nella Tragurienſe,
non potendo li Capellani riceuere dupplicato emolumento
per la celebratione di meſſe, benche non ſiano obligati all'
applicatione del ſacrificio; & in queſta conformità potrà
V.S. notificare à medeſmi, quali, ſe per altro operano in
ſeruitio delle Confraternite, poſſono dalle medeſme rice-
uere per detti ſeruitij adequata remuneratione; che è
quanto occorre in riſpoſta dell'vltima di V.S. quale può
eſſer certa di trouarmi ſempre prontiſsimo in ogni ſeruitio
ſuo, e della ſua Chieſa, mentre me li offero di cuore: Ro-
ma 30.Marzo. 1661. Di V.S.

Affettionatiſs. per ſeruirla ſempre
Il Cardin. Paulucci.

46. Eſt benè verum, quod ſacerdotes pro dictis ſalarijs
poſſunt, etiam via Iuris apud Iudicem illa exigere à
ſoluere recuſantibus. Azor.d.lib.12.cap.7. qu.2. Fraxi-
nel.d.ſect.3.ead.præn.1.§.2.Barboſ.in collect.ad cap.ſigni-
ficatum.n.10.de præben.Zacch.d.q.85.n.2.

Igitur idem legatum erit perſoluendum in loco, vbi
47 manet dictus D. Canonicus, vti dicimus de Salario
debito offitiali, cui ſolui debet in loco, in quo exer-
cet offitium.Zacch.de Salar.p.2.q.46.num.6.et ſub n.8.in
fine.

Si ergò, iuxtà hæc, hæredes præfati tenentur ſoluere
legatum in loco, vbi manet D.Canonicus legatarius,
certè debemus dicere, talem locum haberi pro loco
48 deſtinatæ ſolutionis, & ſucceſſiuè, eandem ſolutionem
eſſe ibidem faciendam omnibus expenſis eorundem
hæredum debitorum; ad tradita in l.is qui certo.ff.de eo,
quod cer.loc.Zacch.de Salar.d.qu.16.nu.8.

49 Hocque poſito; eruitur certiſſima huiuſce noſtræ rei
deffinitio à ſancitis in l.1.ff.de ann. legat. vbi præciſim
hæc Pomponij verba leguntur Cum in annos ſingulos quid
legatum ſit, nequè adſcriptum quo loco detur; quocunque
loco petatur dari debet, ſicuti ex ſtipulatu, aut nomine facto
petatur: affert Menoch. de præſumpt. lib.4.præſ.200. ſub
num.11.tom.2. quæ legalis diſpoſitio, ſicuti intelligi de-
bet de legato annuo, conſiſtente in quantitate, quæ nu-
mero, pondere, vel menſura contineatur, ex Menoch.
ſub d.num.11.verſ.exiſtimo huius ſententiæ: & vt in præ-
50 ſenti; accedente maximè, quod ſumus in legato facto
in piam cauſam, quod annuum iudicatur. Nouar. de
priu.miſerab.priu.4.Thor.de pia cauſ.priu.30.in princ.Ma-
rant.reſp.29.lib.1.Leo de off.capell.q.5.ſect.1. Bottilier.de
ſucceſs.ab inteſt.c.2.theor.106. num.8.Leoncil. de pauper.
p.2.priuil.205.num.4. & ſeqq.

51 Ità præbet actionem perſonalem ad petendum idem
quantitatis legatum, ex vi earum dictionum ſicuti ex
ſtipulatu, vt notat Menoch. vbi ſupra; cum quo concor-
dant tradita à DD.in l.1.ff. de leg.1.& à Roland. de lucr.
dot.qu.81.num.4.& ſeqq.Cat.inter. conſil. Marzar.conſ.
37.ſub num.94. verſ.& pro augenda. Alex.conſ. 122.nu.
10. & infr. lib.7. Rota poſt Merlin. de pignor. & hypoth.
deciſ.62. numer.7. cum alijs adductis ſupra in colluct. 11.
num.54.

52 Atque ſucceſſiuè idem legatum præſtandum eſt in
loco, vbi poſtulatur; cum ſit vniuerſale legatum, quod
perſonali actione petitur, præſtari debere in loco vbi
53 petitur; ad l.quod legatur.ff.de iudic.Menoch.d.præſ.200.
nu.12.lib.4. dummodò tamen talis locus ſit legitimus,
hoc eſt, talis, vbi hæres forum ſortiatur. Carlenal.de iu-
dic.lib.1.tit.1.diſp.2.q.5. num.387.in fin.tom.1.

Verùm hæc omnia concurrunt in iſto caſu, quemad-
modum à ſuperius congeſtis patenter deſumitur.

Meritò, non poſse denegari ſolutionem prædicti le-
gati in hac Comaclenſis Ciuitate, vbi à D.Canonico
petitur, eſse concludendum non dubitatur.

Præſertim ſtante obſeruantia ſolutionis huiuſmodi
54 ſic per multos annos ſubſequuta, per quam ſicuti da-
tur intelligi, qualis fuerit mens, & intentio contrahen-
tium. l.ſed Iulianus §.proinde ff.ad maced. l.quadam ſunt.
ff.de reb.dub.Alexand.conſ.26. num.2.lib.5. Cranet.conſ.
425.num.48.Gabr.conſ.76.num.16.lib.2.Mantic.de tacit.
& ambig.conuen.lib.2.tit.1. num.5. Rot.cor. Pegna.deciſ.
592. num.7.& dec.753.num.3.tom.1.in impreſs. Lugdun.
& poſt Merlin.de legit.dec.199.n.23.& in Roman. pecun.
5.Iun.1648.§. tùm etiam ex obſeruantia, & 31.Iul.eiuſd.
anni.§.fin.cor.Eminentiſs. Corrado, & in Roman. Caſalis
Aguzzan.26.Nouembr.1649.§.ac demùm.verſic.ex qua
quidem obſeruantia. cor.Dunozet.

55 Et qualis fuerit forma, & natura contractus. Cephal.
conſ.147.num.31.in fin.Rim.iun.conſ.363.n.315. Mantic.
d.tit.1. ſub num.5.Rota in rec.dec.456. ſub num.8. ad fin.
p.4. & cor. Pegn. dec.105.numer.7.vbi add.tom.1.in im-
preſs.Lugdun.

56 Ita, ducto argumento à contractibus ad vltimas vo-
luntates, quod eſt validum. l.pactum inter hæredem.ff.de
pact.

Digitized by Google

pact.l.ſin.C.de leg.Surd.conſ.470. num.14. Honded.conſil. 29.num.86.lib.1.Molin.de ritu nupt.lib.3.qu.18.num.24. Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.3.tit.17.nu.1.& de tacit. & ambig.conuen.lib.2.tit.15. num.1.tom.1. Negusant.in Syln.q.92.num.3.& q.503.num.5.Fuſar.de ſubſtit.q.379. num.14. cum multis alijs apud Barboſ.in loc.argument.loc. 26.num.3.

57 Eadem ſubſequuta obſeruantia ſecum affert interpretationem diſpoſitionis teſtatoris. Cravet.conſil.101. num.2.Caſtil.contr.93.§.7.per tot.libr.5. Rota cor. Buratt. dec.129.num.5.poſt Viuian. de iure patr. dec.121. ſub nu. 15.in rec.dec.169.num.1. p.1.dec.663. in fin.p.2.in Maioricen. beneſ. 27.Iun. 1648. §. prout ſuadet. in fin. cor.Bichio,& in Firman.fideicommiſs.9.Maij 1659.§.nec parum cor.Taia.

58 Cum in præſenti non controuertatur ſcientia, & patientia hæredum neceſſaria ad inducendam dictam obſeruantiam. Bart.in l.1.§.huius autem interdicti, ſub n.3. ff.vti poſsid.Rota in diu.dec.104.nu.16.p.2.& cor.Buratt. d.dec.129.num.7.

59 Immò, arguendo iterum à contractibus ad legatum, vt fieri poteſt. l.qua de legato.vbi DD.ff.de leg.1.Menoc. praſ.144.nu.10.& praſ.199.nu.5.lib.4.tom.2.

60 Dicta obſeruantia ſubſequuta deſeruit pro interpretatione præfati legati, quatenus ambiguum eſſet; vt docent DD.in l.1.C.de fideicom. Menoch.conſ.349. num. 15.Rot.cor.Buratt.dec.237. num.3.

Et in omnem caſum, cum dictum legatum fuerit
61 tanto temporis ſpatio vbi ſupra ſolutum, vt ex indè inducatur ſolutio diuturna, quæ ad ſummam talis dicitur, ſi ſit facta per decem annos. l.poſsideri. §.ſi ſeruus. ff.de acq.poſſeſs.Gail.obſ.29.num.6.lib.2. Peregr.conſ.97. num.81.lib.4. Barboſ.dict.90.nu.2.

62 Sequitur, quod, etiam ſi fuerit facta ex mera dictorum hæredum liberalitate, adhuc tamen, vt potè emiſſa in cauſam piam, inducit obligationem illam faciendi taliter in futurum. Felyn.in c.ad Apoſtolicam. nu.3.verſ. prædictis adde de ſimon.Marſil.ſing.192.Roman.conſ.144. num.2.5. Rimin. iun.conſ.264.num.18.19. & conſil.265. nu.18.lib.3. Oſaſch.dec.99.ſub num.17. & ſeqq.Surd. de aliment.tit.1. qu.60.num.9. Nouar.in prax.miſerab.priu. 24.num.3.Barboſ.de off.& poteſt. Paroch. part.3. cap.24. num. 11. & ſeq. Leoncil. de pauper. priu.117. numer. 19. vbi concordan. Rot.cor.Pegu.dec.143. num.5. in impreſs. Venet. aliàs dec.183.nu.5.tom.1.ex typo Lugdunen.

Ex quibus omnibus quemadmodum patet, teneri iſtos hæredes ad expenſas pro dicti legati præſtatione in domo D.Canonici.

Sic etiam non venit àmbigendum, eoſdem obligatos eſſe ad ſolutionem cuiuſuis gabellæ, ſi aliqua debeatur;
63 vt dicitur de debitore alimentorum, & mercedis, ſiuè ſalarij, quod eorum loco ſuccedit. l.2.C.locat. Surd.de aliment.tit.1.q.67.num.7.Zacch.de ſalar.p.1.q.46.num.4.
64 qui tenetur ad ſolutionem gabellæ ſoluendæ pro rebus, quæ dantur in alimenta; vt ex Bart. in l.1. num.5. ff.de aliment.& cibar.legat.tradunt Surd.de aliment.tit.4. q.16.num.15.Zacch.de ſalar.d.q.16.nu.11.

65 Et rationem adduco, quia onus ſoluendi gabellam ſpectat ad dominum rerum. Bart.in l.1.§.hic titulus.nu. 6.ff. de publicat. & in l.cum plures.§. vehiculum.ff.locat.
66 Bertachin.de gabell.p.7.q.3. Surd.conſ.239. num.1.lib.2. porrò, vbi quis tenetur rem aliquam præſtare eſt dominus eiuſdem rei, antè illius traditionem; ad Bart. in d.l.1.in fin.ff.de aliment. & cibar. legat. Salycet.in l.acceptam. num.15. C.de vſur. Surd. dict.conſil.239. num.2.3. conſequenter ſubire debet onus gabellæ pro illa re ſoluendæ.

67 Gabella namque eſt onus annexum rei. Bal.in d.l.acceptam. q.15.C. de vſur. Surd. in alleg.conſ.239.ſub nu.3.

68 Et ideò in iſtis terminis, qui tenetur quantitatem frumenti præſtare, tenetur illam portare ad domum creditoris, ſoluendo expenſas, & gabellam. Bal. in d.q. 15.Surd. d.conſ.239. num.3.

69 Ac eſt generale, quod gabella venit ſoluenda à portante rem. Bertach.de gabell.p.7.qu.2. in fin. Surd conſil. 307.num.8.lib.3.

70 Atque hinc à dicta ratione oritur quàm iuſtè mandetur à S.D.Innocentio X. in ſuo diplomate expedito ad fauorem Ciuitatis Ferrariæ ſub dat.Romæ die 26.Octob. 1648. de quo in lib.3.priuil. fol.8. & ſeqq. pro ſoluendo ære alieno Montis Pietatis eiuſdem Vrbis, ſolui Gabellam in eo impoſitam ſuper vino ab illius dominis, &
71 venditoribus, approbando in hoc ſententiam eorum, qui voluerunt, gabellæ ſolutionem ſpectare ad venditorem, vt per Gutier.de Gabell.q.46.num.2.

72 Quamuis reſiſtat verior, & magis recepta opinio aſſerens, gabellam eſſe ſoluendam per emptorem. Bal. in d.l.ſi prædium num.6. Cod. de ædil.edic. Firman. de gabell.p.7.q.1.Girond.eod.tract.p.4.§.1 num.1.Roman. ſing. 588.& ibi Add.Tiraquel. de retract. conuen.§.6.gloſ.2. num.1.Gratian.diſcept.343.numer.24. tom.2.& diſcept. 549.num.32.33.tom.3. Surd. de alim. tit.1. quæſt.86. numer.2.

73 Quidquid ſit, vbi tractetur de expenſis faciendis pro menſuratione ineunda, quas ad vtrumque communiter tam venditorem, quam emptorem ſpectare, traditur à tex.in l.4.§.1.verſ.& ſi menſor.ff.fin.regund.Neuiz.conſ. 38.n.8.Surd.de alimen.tit.1.q.86.n.1. & ſeqq. Gratian.d. diſcept.549.n.31.

Dixi, ſi aliqua gabella debeatur, quoniam, cum agatur de frumento, & vino ad vſum deſtinato, intrat conclu-
74 ſio illa, quod Gabella non eſt ſoluenda pro rebus, quæ vſus proprij cauſa portantur. l.publicanus.§.1.ff. de publ. l.vniuerſi.C.de vectigal.Bald.conſil.241.vol.4.Marſil.ſing. 86.Ruin.conſ.112.num.5.8.vol.5. Roland. conſil.34. num. 15.vol.3.Becc.conſ.96.num.9.vbi concordan. Surd. conſil. 307.num.1.Graſs.de effec.cleric.effec.3.num.257.Poſſent. ſing.131.num.2.cent.2.Barbat.de diuiſ.fruct.p.1. cap.8. n. 67.latè Sperell.dec.13.num.18.vbi ad fin.notat cum Tolet. in ſum.lib.5.c.73.num.6. Quod ſecus facientes non tantum peccant, ſed incidunt in excommunicationem latam in Bulla cœnæ Domini, contra eos, qui prohibita pedagia exigunt.

75 Etiamſi deindè mutato propoſito ipſæmet res vendantur. Marſil.d.ſing.86.Affuct.dec.72.num.8.Alberic.in tract.Statut.p.1.q.79.Surd.conſ.41.n.4.lib.1.& conſ.205. n.16.lib.2.Sperel.dec.94.n.15.to.1.Maſſin.de confiſc.q.21. num.59.

76 Et ſicuti ſtatur iuramento illius, qui dicit defferre res pro vſu ſuo. Bald.in l.cum proponas n.10.Cod.de naut.fæn. Alex.in l.cætera.§.ſed & ſi quid vbi Iaſon. num.10. ff. de leg.1.Marc.dec.41.n.5.p.2.Surd.in d.d.conſ.205.n.15.& conſ.307.n.3.Ferret.de gabell.n.172.209. Graſs. d. effect. 3.n.258.

77 Ità non valet conſuetudo, quod pro dictis rebus, quæ vſui proprio inſeruire debent, ſoluatur gabella. Hoſtienſ. in cap.ſuper quibuſdam de verb.ſignific. Roland.conſil.34. num.19.lib.3 Becc.conſ.96. num.9. Natta conſil.655. per tot. Surd. conſil.41. ſub numero 3. & conſil.307. numero 2.

78 Licet alias generaliter ſit verum, quod in gabellarum ſolutionibus attenditur conſuetudo. l.4.§.fin. ff. de publ.l.miſſi opinatores.C.de exact. tribut.lib.10. Ferret. de gabell.num.237.Marcabr.conſil.9.numer.19.Surd. conſil. 470.num.15.& ſeqq.Cyriac.contr.222. num.18. Ciarlin. contr.22.num.20.cum alijs per Zacch.de Salar.p.1. qu.44.
79 num.18. Nec non, obſeruantia. Burſat.conſil.16.numer. 39.40.Laderch.conſil.103.num.11.Surd.conſ.262.numer.

46.En-

*46.Eugen.conſ.92.ſub n.23.24.lib.1.Cyriac.d.contr.222.
num.20.*

80 Illud benè eſt aduertendum, quod illi, qui de iure, vel
priuilegio non debent ſoluere gabellam, ſiuè ratione
perſonarum, ſiuè rerum, quas deferunt, aut bonorum,
tenentur eaſdem res denuntiare gabellario, eique dice-
re, & probare, quod ſunt exempti à ſolutione gabellæ
aliqua ex dictis rationibus; alias dicta denuntiatione
non facta res ipſæ cadunt in commiſſum. *l.fin.§.quoties,
& §.Diuus.ff.de publican.Firman. de gabell. p.9. num.32.
Maſcard.de probat.concl.834.num.4.5.tom.2.Tuſc.litt.D,
concl.30.num.15.& litt.G,concl.12. num.17. Farinac. de
furt.q.172.n.29.Ioſeus de Iur.vniuerſ.p.4. c.1. n.90. Gra-
tian.dec.148.n.21.& ſeqq.Graſs.d. effect.3.n.257. nouiſ-
ſimè Poſſeut.d.ſing.131.n.1.*

81 Quod intelligas procedere in caſu, in quo dubitari
poſſet an res, quæ deferuntur, eſſent ſuppoſitæ oneri
gabellarum, nam tunc publicano forent præſentandæ;
ſecus vbi tractaretur de rebus, pro quibus notoriè ga-
bella non debetur. *Peregr.de iurib.fiſci.lib.6. tit.5. ſub n.
31.verſic. amplia, vt omiſſa verſic. niſi tal.s vbi allegat
Afflict.in tit.quæ ſint regal.cap.1.verſic.vectigalia.numer.
159.ſic Gratian.d.dec.148.nu.8.in Addit.Poſſeut. d. ſing.
131.n.4.*

82 Et ità quando liquet Gabellario, quod Gabella non
debet ſolui, nulla eſt ei facienda denuntiatio; cum aliud
ſit vbi eidem hoc non liqueret; *ex Bart.in l. interdum. §.
diuus num.2.de public. Anch.aran.in clem. fin.col.2. verſic.
vtrum ſaltem de cenſib.Gratian. in alleg. dec.148. numer.
5.6.*

Inſuperquè cum ſæpè ſæpiùs vſi fuerimus ſupra argu-
mento de alimentis ad piam cauſam, & ſimus modo in
legato pio, ſuccedit de eo, ſicuti de alimentis non debe-
83 ri gabellam. *Zacch.de Salar.p.1.q.44.num.3.*

Atquè, omiſſis alijs argumentationibus, in puncto,
84 quod de relictis ad pias cauſas gabella non debeatur
tradunt *Bertachin.de gabell.membr.5.p.8.ſub num.8.Fer-
ret.eod.tract.num.393. Laſſart. de decim. vendit. cap.20.
ſub num.59. & 61.ad fin. Diez, var. q. q. lib.2. queſt.21.
num.160.& ſeq.Parlador.rer.quotid.lib.1.cap.3. §.1. nu.
15.Cyriac.contr.94.num.28.29.& per tot.vbi latè, & do-
ctè tom.1.*

85 Et quemadmodum gabella non eſt ſoluenda pro re-
bus, quæ ad fiſcum deferuntur. *l.vniuerſi.Cod.de veſtigal.
vbi DD.gloſ.in l.ſi publicanus.§.1.verſ.municipium.ff. de
publican.Bertach.de gabell.memb.2. p.8. q.9. Ferret. eod.
tract.num.129.Ruin.conſ.89.ſub numer.5. verſic. præterea
pro rebus vol.1.Maſſin. de confiſc.q.21.nu.54. Surd.conſil.
239.n.8.lib.2.*

Ità nequè erit ſoluenda pro rebus, quæ in piam cau-
86 ſam portantur; etiam priuilegia fiſco competentia,
competunt, & pijs cauſis; adeovt de vno ad alias valeat
argumentum. *Tiraq. de pia cauſ. priuil.89. verſ. & ideo
videtur, & priu.143. Peregr.de iurib.fiſc.lib.6. tit.2. num.
5.Euerard.in topic.legal.loc.61.vbi doctiſſimè. Magdalen.
de num.teſt.in teſtam.requiſit.p.2.cap.4. num.9. Barboſ. in
locis comm.argum. iur. loc.49. num.2. Leoncil. de pauper.
priu.p.2.priu.163.ſub n.1.*

Et deniquè, cum in hoc caſu hæredes prædicti poſ-
ſint cogi ad portandum, & deferendum contenta in iſto
legato ad hanc Ciuitatem, quinimò ad domum D. Ca-
noci, vt fuſius in ſuperioribus eſt oſtenſum; ſequitur
87 quod, ſicuti ille, qui coactè portat res ad milites
in exercitu degentes non ſoluit gabellam pro iiſdem
rebus *l.licitatio.§.res exercitui.ff.de publ. Bald. conſ.496.
lib.4.Boſs.in prax.tit.Vectig.pro quib.reb.ſolu. nu.3. Surd.
d.conſ.239.num.9.* Sic nequè ſoluenda veniet in præſen-
88 ti; vel quia res deferuntur in cauſam piam, ducto argu-
mento à milite ad illam, quod valet. *Euerard. in topic.
loc.57.vbi egregiè de more Tiraq. de pia cauſ. priu.105. in
princ.Gratian.diſcept.895.num.67.tom.5. Leoncil. de pau-
per.priu.254. num.1. Rubeus in practicab. reſol. circa te-
ſtam.cap.61.num.24.* Vel quia eædem res coactè, vt dixi,
portantur ad D. Canonicum, qui ratione ſacerdotij, &
89 clericatus dicitur miles cæleſtis militiæ. *Leoncil.de pau-
per.priu.249.ſub num.45.ad fin.Euerard.in topic.legal.loc.
56.in princ.Rubeus in annot.ad Rot.in rec.dec.262.n.233.*
90 *p.8.* Et ideò valet arguere à milite armatæ militiæ, ad
militem cæleſtis militiæ. *Euerard.d. loc.56. vbi pulchrè.
Pacian.conſ.7.num.114.Tuſch.litt.A,concl.506. n.1. Ma-
ſtrill.dec.Sicil.159.n.11.Phæb.dec.luſit.88.num.3. tom.1.
Barboſ.loc.71.num.1.vbi concordan. Rota in rec. dec.166.
numer.47.par.8.Contr.diſcept.forenſ.cauſ.37.numer.22.
tom.1.*

Et ex hucuſque traditis, concludo pro veritate re-
quiſitus deberi D. Canonico Narciſo immune ab om-
nibus expenſis, & gabella, ſi fortè eſſet ſoluenda, legatũ
91 prædictũ quod tanquã annuum contentatur principio
anni. *l.1.C.quand.dies leg.ced. vbi gloſ. affert verſus, de
quibus etiam Iordan.Elucubr.diuerſ.lib.14. tit.8. ſub num.
68.tom.3.benè Bottilier. de ſucceſs. ab inteſt. cap.3. theor.
113.num.12.Surd.de aliment.tit.4. q.17. num.6.7. Alto-
grad.conſil.72.ſub num.13.14.vol.2.* Et præcipuè cum ſit
92 factum, vt dixi, in piam cauſam, cuius fauore legatum
ſoluendum infrà annum debetur in principio anni, non
autem in fine; & ſic ſtatim in initio ipſius anni peti po-
teſt. *l.ſi ità fuerit la 2.ff.de manumiſs.teſtam.Socin.in verb.
Priuilegium reg.310.priuil.27.Tiraq.de pia cauſ.priu.22.
Cyriac.contr.363.num.1.2.3.tom.2.Leoncil. de priu. pau-
per.p.2.priu.385.n.2.nouiſſimè Antonel.de temp.legal.lib.
1.c.23.n.3.4.*

93. Et licet legatum factum ex fructibus, ſicuti de illis
eſt ſoluendum, ità non debeatur, priuſquam ipſi fructus
fuerint collecti, ſeù tempore collectionis. *l.2. in fin. & l.
firmio.§.fin. vbi gloſ.in verb.non initio. ff. quand. dies leg.
ced.l.codicillis, & ibi gloſ.in verb.hæredis.ff. de ann. legat.
Surd.de aliment.tit.4.d.q.17.num.22.& tit.9.qu.6. num.
12.Prat.de interpr.vlt.volunt.lib.5.dub. vlt. num.29.30.
Bottilier.de ſucceſs.ab inteſt.c.3.theor.113.ſub n.13. Alto-
grad.d.conſ.72.num.17.Rota coram Buratt.dec.847.n.17.
tom.3.*

94 Attamen eſt obſeruandum, hoc procedere, quando
legatum eſſet factum de fructibus certi loci, aut fundi,
ſecus vbi teſtator reliquiſſet in genere quantitatem vi-
ni, & frumenti, ſeù aliorum fructuum, non adiecto certo
loco, vel fundo, ex quo deberent præſtari ea diuerſitatis
ratione concurrente, quod in primo caſu legatum con-
ditionem ſpecificam ſe præfert, quatenus fructus na-
ſcantur ex fundo deſignato; ità vt conditionis adimple-
mentum expectari debeat, & ſic reccollectio ipſorum
fructuum in ſecundo verò caſu, legatum diſpoſitionem
genericam continet, adeòquod hæres dicitur debitor
generis, quod ſemper conſiſtit, ac idcircò recollectionis
tempus, non eſt attendendum; ità declarat *Surd. de
aliment.tit.4.d.q.17.num.23.& ſeqq.Gratian. diſcept.62.
numer.7.11. vbi de veriori opinione. Altograd.d.conſ.72.
num.17.*

Verùm in hoc caſu quamuis verſemur in poſteriori
membro dictæ diſtinctionis: nihilominus quoad fru-
mentum in legato contentum cenſeo duntaxat, tempus
recollectionis non fore expectandum ex eodem moti-
95 uo deducto à qualitate generis, quod ſemper reperitur
in rerum natura, vt dixi, & traditur à *Iaſon. in l. ſi ſic le-
gatum.§.ſi mihi n.1.in fin.ff.de leg.1.Cyriac.contr.336.n.3.
tom.2.*

96 Et maximè, quia frumentum non tantum, vti fru-
ctus ſingulis annis renaſcitur. *l.diuortio.§.ſi vir. ff. ſolut.
matrim.Iaſon.in l.quædam.§.1.ff. de edend. Barbat. de di-
uiſ.*

Digitized by Google

*niſ fruct.p.1. cap.17. ſub num. 26. Bottilier. de ſucceſs. ab inteſt.cap.3.theor.102.num.2.*Sed etiam intrà triennium
præſumitur extare,& durare.*Alex.conſ.102.num.9.10.
lib.6.Capra conſil.45.num.8.Rota in rec.dec.248.nu.14.p.
5.& Auximan.prædij 23.Martij.1648. coram Bichio, &
in Portuen.affict.4.Martij.1652.§.fin. cor. eod.* Quinimò
97 adhibita induſtria poteſt durare vltrà triennium. *Gratian.diſcept.243.num.68.tom.2.Cyriac.contr.226.nu.64.
vol.2.*Et ità frumentum durante eo triennio ſemper reperiri poſſe non dubitatur; quidquid, circumſcrita induſtria, ſit aliter vltrà triennium præſumendum. *Gratian.diſcept.243.n.70.Rota cor. Merlin.dec.820.n.6.to.2.
& in Ancon.pecun.13.Maij.1647.§. venditio huius tritici
cor. Arguel.*

Vinum autem contentum pariter in hoc legato deberi tempore vindimiarum, & recollectionis exiſtimo,
cum teſtator mandauerit tradi *vna Caſtellata di vino*;
98 quæ Caſtellata vini, ſecundùm communem vſum loquendi verificatur de vino in muſto, ſiuè in graſpis: &
hoc modo tradi nequit, niſi de tempore prædicto: vt
ſenſui patet.

99 Vndè,cum in interpretandis legatis talis vſus attendatur.*l.ſi ſeruus plurium.§.fin. ff. de leg.1. l.ſi cui annuum
ff.de ann.legat.l.ſi vxori. ff. de aur. & argent. legat. Rota
in Roman. legat.24. Maij.1642.§. ſecunda verſ. vſus loquendi cor.Roias.*

100 Et ſit generalis concluſio, quod ad dignoſcendum
quidnam contineatur in diſpoſitione teſtatoris,id optimè percipiatur ex eius vſu, & modo loquendi, etiam
neglecta verborum proprietate.*l.labeo.§.ſeruus l.quemadmodum.ff.de ſuppelect.leg.Cephal.conſil.316.ſub num.
118.Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.3.tit.8.ſub num.10.
verſic.nouiſſimè tamen,& tit.9.num.1.Rubeus in pract.reſol.circa teſtam.cap.5.num.93.94.vbi latè.Rota cor. Greg.
dec.257.num.10.verſic.præterea,& dec.544. num.30. &
in rec.dec.239.num.8.verſ.neque huic, & n.ſeq.p.7.& in
Cathacen.hæredit.28. Maij.1649.§.quarto denique, &
24.Nouembr.eod. anno.§.particularis autem cor.Cerro.*
Dummodò tamen teſtamentum non ſit latino ſermone
exaratum; cum tunc verba ſint intelligenda ſecundùm
iuris interpretationem,non autem iuxtà vulgarem modum loquendi;ad *Alex.conſ.2. ſub num.17.& ſeqq. lib.
1.Menoch.conſ.266.num.64.Decian.conſ.9.num.54.lib.4.
Rota poſt Salgad.in Labyrint.credit.dec.26.ante nu.27. eſt
in Roman.reſciſs.concord.14.Martij.1650.§.ſecundo quia,
cor.Eminentiſs. Corrado, & in ead.26. Febr.1652.§. nec
obſtat,quod iuxta cor.Bichio.*

101 Sequitur,quod,cum taliter cenſeatur mens teſtatoris,ea vtique veniat ſeruanda,cum hoc etiam ſit pium.
*Cephal.conſ.429.n.48.& ſeq. Cyriac. contr.519.num.22.
tom.3.Rubeus d.cap.5.ſub num.69. verſ. nam & pium eſt
& n.u.ſeqq.*Et nihil ſit magis æquum,quam illam ſeruare.*l.1.C.de ſacroſanc.Eccleſ.l.in conditionibus.ff.de condit,
& demonſtrat.Rota in Bononien.ſucceſs.17.Iunij.1647.§.
ad quod facilius in fin.coram Bichio*; Non attento, quod
102 interueniat cauſa pia, nam ſeruare voluntatem teſtatoris contra quoquè piam cauſam habet magnam
æquitatem.*Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.3. tit.19. ſub
num.11.verſ.teſtatoris voluntatem. Thor. in ſumm. priuil.
cauſ.piar.priu.245.§.1.voluntas teſtatoris.Rubeus in alleg.
c.5.n.69.*

103 Vltrà quod, vbi non concurrit mens teſtatoris parum curamus de magnis piarum cauſarùm priuilegijs.
*Rota in rec.dec.721.num.5.in fin.p.2.& coram Pegn. dec.
552.ſub num.6. & ſeqq. in impreſs. Venet. alias dec.692.
ſub num.4.tom.1.ex typo Lugdun. & in Roman. execut.
14.Iun.1647.& 17.Maij.1649.cor. Arguelles cum alijs
per Rubeum in pract.reſol.d.c.5.n.96.*

Hæc certiora redduntur ſtante obſeruantia,& ſolito
præſtandi contenta in iſto legato temporibus prædictis,de cuius ſoliti,& obſeruantiæ vi dixi *ſup.n.34.*& ibi
104 tradita benè nunc adatantur; arguendo de loco ad
tempus,vti permittitur. *l. vinum vbi Bart. num.2. ff. ſi
cert.petat.à Ponte conſ.137.num.59.tom.2.Tuſch litt. A,
concl.505.num.1.Antonin.reſol.40.num.8.lib.2.Barboſ.in
loc.commun.argum.iur.loc.65.num.2. & loc.110. ſub numer.2.*

Quare, &c.

Reſolutioni præfatæ,vt potè deciſiuæ partes aquieuerunt omninò;de anno 1656.

COLLVCTATIO XX.

ARGVMENTVM.

Aſtrologicis quibuſdam dicterijs allatis, non nulla de piſcatione Vallium Comacli adducuntur.

Deindè,creditorem in conſeruationem rei,& fructuum præferri quibuſcunque, etiam locatori, examinato caſu circa materialia erogata in reparationem dictarum Vallium, & capturam piſcium acerrimè diſcutitur.

Ac tandem iuriſdictionis materia non inutiliter enucleatur, præſertim reſpectu officij Prouiſoris earundem Vallium.

SVMMARIVM.

1 *Lunæ aſpectus diametralis cum ſole ſuccedit in die 14.Lunæ: quando fiat n.2.*
2 *Aſpectus oppoſitionis Planetarum quando fiat.*
3 *Lunæ motus diurnus qualis ſit: cauſa illius variationis num.4.*
4 *Luna quando tardius, & quando celerius moueatur.*
5 *Aſpectus Planetarum, & ſtellarum quomodo diuidatur & qui ſit partilis, & qui platicus. n.6.*
7 *Sphæra actiuitatis planetarum quæ ſit.*
8 *Luna quando ſit Orientalis, & quando Occidentalis.*
9 *Mundus fuit creatus veriſimiliter in Authumno.*
10 *Piſcatio Vallium Comacli quo tempore fiat; & quomodo, n.12.13.14.*
11 *Piſcationis duplex eſt genus.*
14 *Ioannes Franciſcus Viſtulus Rauennas laudatur.*
15 *Piſcis quando, & qua de cauſa mare petat n.16.*
16 *Mare etiam poſt finem mundi extabit.*
17 *Natura cuiuslibet rei præfert intrinſecè ea, quibus poſſit ſibi parare, vndè conſeruetur.*
18 *Piſcatio in mari omnibus competit: ſicuti, & in littore. num.19.*
19 *Argumentum à mare ad littora eſt validum.*
20 *Piſcator eſt incertus de captura piſcium.*
21 *Angullæ piſcatoris manum etiam ſæpè effugiunt.*
22 *Creditor qui dedit pecuniam ad conſeruandam rem debitoris acquirit hypothecam ſuper illa re cum prælatione; ratio affertur.n.48.Declara n.23.Amplia n.24.25. Declara n.26.27.*
23 *L.interdum.ff.qui potior. in pign.habeantur, cum concordan.requiſita quæ ſint: procedit eius diſpoſitio in quauis cauſa in rei conſeruationem.n.24.& de eius materia n.25.26.27.*

28 *Lo-*

Digitized by Google

28 *Locator præfertur in fructibus natis ex fundo locato, creditori, qui mutuauit eorum ſemen. Contra numero 34.*
29 *Ratio vbi eſt eadem ibi debet eſſe eadem iuris diſpoſitio.*
30 *Facilius conſeruatur quod eſt in eſſe productum, quam quod de nouo producitur.*
31 *Argumentum à fortiori eſt validum.*
32 *Locator pro penſione & affictu habet prælationem ſuper fructibus à fundo perceptis cum prælatione, amplia vt n. 33.intellige vt n.36.*
35 *Antecedenti ſublato corruit conſequens.*
36 *Fructus dicuntur deductis expenſis: qui ſint naturales num.40.*
37 *Semen eſt expenſa neceſſaria ad fructuum acquiſitionem, & n.39.*
38 *Conductor an patiatur damnum, vt cognoſcatur ſunt deducendæ expenſæ ab ipſo factæ.*
39 *Reſtaurum vt debeatur, quid veniat deducendum.*
40 *Piſcis eſt fructus naturalis; eſt induſtrialis quoad capturam num.41.*
42 *Piſcatio eſt fructus, & in fructu.*
43 *Decima quid ſit; reicit omnium impenſarum deductionem. num.44.debetur de piſcibus numer.45. & in hoc caſu deducuntur expenſæ num.46.omni iure debetur numer.47.*
49 *Conductor deducit expenſas factas in conſeruationem rei, antè ſolutionem affictus.*
50 *V. Legatus habet illam poteſtatem, quam habet legatus.*
51 *Legatus de latere poteſt in ſua legatione, quæ poteſt ſummus Pontifex exceptis reſeruatis.*
52 *Exemplis non eſt iudicandum. Declara, vt numer. ſeqq.*
56 *Exitus cauſæ.*
57 *Iuriſdictio quid ſit: omnis à Principe fluit. numer.58. ad aliquem pertinere non poteſt abſque Principis conceſſione.num.59.priuatorum pactis dari nequit num.60. vnicuique eſt ſeruanda num.61.quando poſſit tolli à Principe num.74.poteſt haberi habitu, ſed non actu, & exercitio.num.76.contentioſa iuriſdictio quæ ſit. num.77. effectus iuriſdictionis contentioſæ num.86. voluntaria iuriſdictio, quæ ſit.num.97. actus voluntariæ iuriſdictionis poſſunt expediri etiam diebus feriatis.n.99. appellatione ordinariæ iuriſdictionis venit voluntaria. n.101. ordinaria iuriſdictio quæſit n. 102.*
62 *Ciuitas Comaclenſis olim fuit præpotens.*
63 *Abbas Ferdinandus Vghellus laudatur.*
64 *Hiſtoricis eſt danda fides. Declara n.65.*
66 *Admiratus maris quis ſit, & vndè dicatur, & de eius iuriſdictione n.71.*
67 *Natura adamat viciſſitudines.*
70 *Valles Comacli conflantur ab aqua maris continuè, & naturaliter in eas fluente: ſi in eis fiant à priuatis perſonis innouationes, quomodo procedatur n.125.*
72 *Iuriſdictio acquiritur ex immemorabili; imò ex conſuetudine num.73.quando dicatur nullius momenti, remiſſiuè n.75.*
79 *Iuriſdictio criminalis continet pondus diei, & æſtus: eſt dignior ciuili. num.80. non competit habenti iuriſdictionem ſimplicem numer.81.neque delegato ſine imperio num.82.*
83 *Iuriſdictio qualiter, & quando ſit probanda; & num. 90.95.*
84 *Iuriſdictio priuatiua quænam ſit.*
85 *Prouiſor Vallium Comacli non habet iuriſdictionem contentioſam criminalem, & vt in n.n. antecedentibus, neque ciuilem à num.88.ad 96.habet iuriſdictionem voluntariam ex conſuetudine n.97. quæ poſſit expedire nu. 98.ad eius officium quæ ſpectant, & pertineant verè ſub n.102.ad 124.*
87 *Iudex ordinarius habet intentionem fundatam quod ad eum tantum ſpectet cognitio cauſarum; criminalis præcedit ciuili.n.80.*
88 *Iudex delegatus quiſnam ſit: debet oſtendere litteras ſuæ delegationis originaliter n.100.*
89 *Iuriſdictio delegata derogat ordinariæ: eſt validius probanda num.90.eſt odioſa num.91.eſt ſtrictior, & minus fauorabilis, quam ordinaria n.92.*
93 *Iuriſdictio cenſetur data cummulatiuè; & maximè ſi concedatur ordinaria iuriſdictio alicui, vbi extat alter Iudex ordinarius n.94.*
103 *Generalia inſeruiunt pro recto progreſſu cuiuſuis offitij, & artis.*
104 *Principijs ignoratis, ignorantur, & cætera, quæ ſubſequuntur.*
105 *Scire, vel ſcire debere paria ſunt.*
106 *Leges non ſunt factæ, vt fruſtrà occupent membranas, ſed vt obſeruentur.*
107 *Experientia eſt rerum magiſtra.*
108 *Iuriſdictionem alienam vſurpans, qua pæna puniatur remiſſiuè.*
109 *D. Flaminius Morolus Comiſſ. R. C. in Ciuitate Ferrar. laudatur.*
110 *Commodum qui ſentit, ſentire debet & incommodum.*
111 *Notorium eruitur ex actis.*
112 *Præiudicium ſibi, & ſucceſſoribus facere nemo præſumitur.*
Procurator Fiſcalis non conſtituitur in Ciuitate Comacli ex immemorabili.
113 *Expreſſum habetur id, quod venit in neceſſarium antecedens.*
114 *Obſeruantia eſt attendenda tollit omnem ambiguitatem numer.115. Affert veram interpretationem n.16.*
117 *Iudicium conſtituitur ex tribus perſonis, Iudice, Actore, & Reo.*
118 *Ius ſibi dicere nemini licet.*
119 *Procurator eſt qui aliena negotia mandato domini adminiſtrat; pro perſonis illuſtribus eſt honorificus. n.120. pro Principe dicitur habere dignitatem, & honorem n. 121.generaliter laudabilis dicitur ſecundum locorum conſuetudinem.n.122. eſt adſtrictus mandare executioni mandatum ſuſceptum ſub periculo damnorum, & intereſse n.123.*
124 *Periculum vbi maius, cautius eſt conſulendum.*

DVarum inſpectionum examine colluctationem hanc legalem complectentem primitùs, vltrà præcipuum iuris articulum mihi perpendendum propoſitum, in eaque diſcuſſum, nonnulla circa piſcationem inſignium vbiquè Vallium Comacli: poſtmodum verò aperientem medullitus omnia, quæ ad officium, & miniſterium officialis, ſeù Prouiſoris earumdem Vallium ſpectant, breuiter abſolutam exhibeo.

INSPECTIO PRIMA.

1 DIametrali lunæ aſpectu cum ſole abſoluto, quem
ſuccedere in decima quarta ipſiuſmet lunæ die
notiſſimum eſt apud omnes, & docent, tum Aſtrono-
micæ facultatis ſectatores, tum Aſtrologicam artem
profitentes vbiquè, & nouiſſimè *Illuſtriſs. Pandulphus*
in tract.de fin.mund.in diſput. Aſtrologic.c.4. ſect.6. punct.
2 *1.ad princ.* Et tunc fieri, quando luna diſtat à ſole per
hemicyclum, ſeù medietatem circuli, quæ ſex cæleſti-
bus

Digitized by Google

bus ſignis, vel gradibus centum octuaginta, completur;
dictat regula generalis circa oppoſitionis aſpectum
tradita à *Magin. in ſuis Ephemer. p.1. Iſagog. c.30. §. oppoſitio. Argol. in Ptolom. paru. li.1. c.3. verſ. oppoſitio, ſeù radius*; quos, cæteris maximam turbam conſtantibus
omiſsis, allegaſse ſufficiat.

3 Prætermiſsa tamen pro nunc examinatione de lunæ
motu diurno, qui aliquando citiſsimus eſt *ex gradib.
15. min.17.* Aliquando tardior *ex gradib.11. min.48.* &
aliquandò medius *ex gradib.13 min.10. ſecund.35.* vti
obſeruat *Epiſcop. Pandulph. d. ſec.6. eod. punct.1. §. lunæ
verò motum*: tali variatione deſumpta à communi
4 Aſtrologorum doctrina aſſerentium, quod, dum luna
raptatur in Epicicli parte ſuperiori, mouetur tardius,
in inferiori verò celerius; iuxtà notata ab ipſomet *Antiſtite in alleg. punct.1. §. præterea*.

5 Sed benè obſeruato, dictum diametralem, ſicuti
quemcumque alium aſpectum, quandoquè conſpici
partilem, ſiuè perfectum; vt quando ipſa Planetarum ſeſe mutuò aſpicientium corpora, & centra inter ſe agunt
hoc eſt, vbi Stellæ diſtant ad vnguem tot gradibus, quot
pro aſpectu requiruntur: vel, cum inter Stellas tot intercipiuntur partes, quot radiationem aliquam conſti-
6 tuunt; quandoquè platicum perhiberi, ſiuè minus
perfectum, aut per orbem; vt quando Planetæ
intrà ſolam quantitatem ſuorum orbium vires communicant; videlicet, quia Stellæ non ſe ex iiſdem
gradibus exactè intuentur, ſed inter eas adeſt maior, vel
minor diſtantia, ità tamen, vt ab ea non excedatur
quantitas lucis eorum orbium; iuxtà vniuerſale effatum
de quo *Magin. in d. p.1. Iſagog. cap.31. verſ. præterea configuratio, & verſ. fin. Argol. in alleg. c.3. verſic. inter hos aſpectus. Pandulph. in d. diſput. Aſtrologic. cap.6. §. diuidi-
7 tur aſpectus ad fin.* & alij omnes, quantitas cuius lucis orbis Planetæ dicitur alio modo ſphæra actiuitatis illius,
vt per *Tit. in Tabul. ſecundor. mobil. theſ.44. in fin.*

Abſoluta, inquam, configuratione luminarium
8 præfata; & luna exiſtente Orientali, qualis eſt ab appoſitione ad coitum. cum & ſit occidentalis à coniunctione ad diametrum *ex Argol. in d. cap.3. verſic. ſuperiores ſunt in fin.*

Præſertim authumnali temporè, in quo ſicuti tellus
9 repleta fructibus conſpicitur, ità veriſimilius exiſtimatur, mundum creatum fuiſse, vt apud *Taſſon. in ſuis quæſit. lib.2. cap.13 §. ſi confronta ciò parimenti. Pandulph. de fine mundi in diſput. Aſtrolog. cap.9. §. ſed iam tempus eſt, & meminit Rota in Meleuitana penſion. 14. Maij 1649. §. nec dubitari, verſic. quare omiſſa cor. Bichio doctiſſimo.*

Et ſic etiam in eodem exuberantia piſcium habetur.

Tum, quia piſces ſunt in fructu, vt dicam infrà.

Tùm, quia qualitates ventorum, & imbrium requiſitæ ad piſcationem, vt mox ſubdam, facilius in ipſo,
natura quoquè ſignorum cæleſtium tunc adſtantium
conſiderata, & accomodatius verificantur, ex *Magin. in ſupplemen. Iſagogic. Ephemerid. in libell. de mutat. aer. c.2. verſ. autumnus incipit in fin. & alijs*.

10 Succedit quod, quo magis luna redditur vacua lumine ex quo fortior vis ventorum, & imbrium exhibetur, tanto aptior inter nocturnas tenebras detur piſcatio Vallium Comacli.

11 Cuius piſcationis genus, ſicuti differt à duplici illo
excogitato, retium, nempè, & Hami, de quo *gloſ. & ſcriben. in cap. eſt, & aliud 24. q.1. Barbat. de diuiſ. fruct. p.1. cap.4. num.5.* cum fiat mediante ſtructura arundinea
12 ingenioſo magiſterio peracta, quam piſces ex ſe ipſis,
nullo hominis auxilio intercedente, ſed ſolius tum aeris
vexatione, tum aquæ tempeſtate impellente, cateruatim ingrediuntur, quemadmodum *Torquatus Taſſus* in
eius omnium celeberrimo Poemate *inſcript. il Goffredo*,
mirificè de more cecinit in *cantu 7. octau.44.* hiſce verſibus.

13 *Come il peſce colà, oue impaluda*
Ne' ſeni di Comacchio il noſtro mare,
Fugge dall'onda impetuoſa, e cruda
Cercando in placide acque, oue ripare,
E vien, che da ſe ſteſſo ei ſi rinchiuda
In paluſtre prigion, ne può tornare,
Che quel ſerraglio è con mirabil vſo,
Sempre all'entrar aperto, à l'vſcir chiuſo.

Quorum etiam meminit *doctiſſimus P. Bartolus in ſuo oper. inſcript. la pouertà Contenta cap.10. ſub §. duolſi dell'*
14 *oro la miſericordia*; & quos *Ioannes Franciſcus Viſtulus Rauennas, humanarum litterarum profeſſor valdè inſignis inter alia eius doctiſsima Poeſis monumenta latinitati donauit, fœlicissimo ſui ingenij acumine taliter exhibito.*

Qualis piſcis, vbi ſuperi ruit æquoris vnda,
Atque paludoſo Cymaclum *circumit æſtu,*
Horriſono deuitat aquas Aquilone rigentes
Gurgitis, & mitis pacem ſcrutatur anhelus;
At vincla intrudit ſe ſe malè cautus in ima;
Vndè gradus lubricos nitens reuocare vetatur;
Namque manus fabræ conſtructi carceris arte
Ingreſſum pandens, egreſsum ianua claudit.

Quæ omnia circa harum piſcationem Vallium deducta, *Vates ipſe eruditiſsimus Viſtulus* longiori carmine
prodidit, in hunc, qui ſequitur modum.

Fluctibus in medijs lacus eſt conſeptus vbiquè
Intexto calamo, quo clauſus ſcinditur vndæ
Latè gurges: ibi fallacia vincula paluſtri
Squamigero generi panguntur arundine: calles
Vndiuagum liquidos ſic tranans, carcere ſtructo
Arcetur, pelagi genitalis vada profundi
Se petijſse ratum ceù propugnacula ſurgunt
Septa, & communita apparent arcibus vndæ.
Aethera per nitidum cum fulgent ſcorpius acer
Centauruſque ſenex Chiron, tunc muta natantum
Agmina, tunc mugil multus, tunc multaque cæcis
Anguilla inſidijs captatur. Retia ſolers
Piſcator iactat, prædæque intentus opimæ
Lætatur ſudans, vigili geſtitque labore.
Triuia cum Phœbe latet atris tecta tenebris
Onere tum lubrico madidantia lina graueſcunt.
Cumque fremit, ſtricto, & ferro nimboſus Orion
Excitet vndantes Aquilone ſtrepente procellas
In pontum triſtis minitantia lumina figens
Horriſonam nautæ furiali à turbine mortem
Cum trepidi ſtridente ſalo luctantibus auſtris
Formidant, rutilos, & celant ſydera vultus
Effuſos inter collectis nubibus imbres
Dulcia piſcantum pertentant gaudia mentem.

15 Ità eadem arundinea ſtructura, de qua ſuprà non facta, & facta neceſsarijs haud munita lignis, piſces minimè capiuntur, ſed arrepta fuga, vt potè nullo detenti impedimento, mare, veluti eorum primæuum
productiuum principium, petunt indubitanter, quaſi
in eodem tuti conſeruationem propriam perennem
16 agnoſcant, quia mare etiam poſt finem mundi extabit,
iuxtà tradita à *Comaclenſi Epiſcopo Pandulph. in d. tract. de fin. mundi diſput. proem. cap.2. §. quod autem dixi, verſ.*
17 *tamen mare*: Et ſit vniuerſalis doctrina, quod natura
cuiuslibet rei præbeat intrinſecè ea, quibus poſsit parare ſibi, vndè conſeruetur ex Philoſophis, & ſignantèr *Morand. in lib.2. de Anima tract.1. qu.13. num.179. in fin.*

Atque hoc modo piſces ipſi, qui alias adhibitis
clau-

Digitized by Google

clauſuris, medio earum poterant capi, tùm pro ſolu-
tione penſionis debitæ R. C. A. ſeù generali Appalta-
tori; tùm in ſubſtentationem, ac vtilitatem ſubcondu-
ctorum earundem Vallium, dùm ſe recipiunt in mare,
18 fiunt communes, ex quo piſcatio ibidem omnibus de
iure communi competit, & piſces capti efficiuntur ca-
pientium. l. nemo. ff. de rerum diuiſ. l. 2. §. ſi quis in mari.
ff. ne quis in loc. public. Pereg. de iurib. fiſci lib. 8. n. 34. Bar-
19 bat. de diuiſ. ſ. uti. p. 1. c. 4 n. 4. etiam ſi piſcatio eſſet fa-
cienda in littore maris, quod ſimiliter eſt commune, &
valet arguere à mari, & littora. Afflict. in c. 1. tit. quæ
ſint Regal. verſ. Armandiæ. num. 2. Cæpol. de ſeruit. in tit.
de litt. maris. in princ. Peregr. d. lib. 8. num. 25. Barbat. d.
c. 4. num. 9. & conſequenter; vel impeditur præſtatio
aſſictus, vt ſuprà debiti in præiudicium Principis: at-
què ſubconductorum durior pauperies exoritur: vel
piſces è Vallibus egreſſi, nullius vtilitati inſeruiunt;
20 quia non tantùm explicatis retibus ad eos capiendos
incertum eſt, an piſcator ſit ipſos capturus, ſed plerun-
que accidit, vt non capiantur; ad l. 8. ff. de contrah. empt.
& in l. quemadmodum. §. item labeo. ff. ad l. aquil. & eſt
tex. in Euang. Diu. Lucæ. c. 5. n. ibi per totam noctem labo-
rantes nihil cæpimus: ac obſeruāt Leotard. de vſur. q. 74. ſub
n. 48. præſertim, quando tractatur, vt in præſenti, de
21 capiēdis Anguillis, quæ ſæpè manū etiā piſcatoris effu-
giunt. Pilot. conſ. 59. n. 3. Carcm. reſol. 210. n. 7. Mel. alleg.
92. n. 21. lib. 2. & ſatis experientia docet; ac eſt in ada-
gio Anguilla eſt elabitur.

Propterea, cum occurrerit iſtis omnibus D. Sera-
phinus Folegattus Comaclen; eo quia dederit Thomæ
Foleo omnia materialia ad reparationem, ac melio
rationem Vallis ab ipſo conductæ, & non minùs ad
conſeruationem piſcium in illa, quàm ad eorum captu-
ram neceſſaria: iiſdemque materialibus adhibitis fue-
rint capti piſces, ſuper quibus modò controuerſia eſt
exorta inter eundem D. Seraphinum actorem, &
ſubconductores dictæ Vallis reos conuentos, reſpe-
ctu prælationis ab vtraque parte prætenſæ, ſuccedit
22 ad fauorem actoris, quòd ipſe ad inſtar illius, qui
dedit pecuniam ad conſeruandam rem debitoris,
acquiſiuerit hypothecam ſuper eadem re conſeruata,
& nunc ſuper piſcibus prædictis cum potioritate, &
prælatione quorumcunque creditorum, etiam ante-
riorum expreſſam generalem, aut ſpecialem, vel taci-
tam hypothecam habentium; ad tex. in l. interdum. ff.
qui potior. in pign. habean. l. 1. ff. in quib. cauſ. pign. vel hy-
poth. contrah. l. quod quis. ff. de priu. credit. Decian. conſ.
109. num. 23. lib. 2. Gail. obſ. 25. n. 8. lib. 2. Surd. de aliment.
tit. 1. q. 70. num. 10. Franc. dec. 97. nu. 1. Pignatel. contr. 26.
nu. 1. Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib. 11. tit. 23. nu. 1.
Gratian. diſcept. 670. nu. 8. 9. Medic. dec. ſenen. 18. examin.
11. Gait. de credit. c. 4. num. 1555. Roderic. de ann. reddit.
lib. 2. q. 20. num. 13. Carleual. de iudic. lib. 1 tit. 3. diſp. 32.
numer. 1. tom. 2. Merlin. de pign. & hypoth. lib. 3. tit. 1. q. 5.
num. 1. & ſeqq. ac num. 60. & per tot. Amat. reſ. 3. lib. 2. &
ſeqq. ac num. 20. lib. 1. Ferentil. ad Buratt. dec. 62. num. 10.
Zacch. de ſalar. p. 3. q. 99. num. 7. & ſub num. 10. Salgad. in
labyrint. credit. p. 1. c. 24. à n. 100. cum ſeqq. Poſt. reſol. 22.
num. 2. à Ponte dec. 34. numer. 3. Rota in rec. dec. 328. nu-
mer. 22. p. 5.

23 Cum de requiſitis d. l. interdum; & concordan. non du-
bitetur; quia ſatis liquet, materialia fuiſſe nominatim
data in cauſam reparationis, & meliorationis Vallis,
& conſeruationis piſcium in ea: ipſaque materialia
fuiſſe erogata in eandem cauſam: & demum piſces
conſeruatos nunc extare; pro vt hæc tria requiri, vt
intret diſpoſitio d. l. interdum; & concordantium, obſer-
uant Gail. obſ. 12. num. 4. lib. 2. Mynſing. obſ. 60. num. 2. 3.
cent. 1. Gratian. diſcept. 25. numer. 22. Gait. de credito.
d. c. 4. numer. 1565. Amat. d. reſol. 3 numer. 51. 52. &
numer. 70. Merlin. d. q. 5. numer. 66. Poſt. d. reſol. 22. nu-
mer. 3. vbi quod eſt verior, receptior, & in praxi ſeruata
opinio.

24 Et ſancita in ead. l. interdum; & concordan. procedant
in quocunque expendente pro quauis cauſa in rei con-
ſeruationem nulla admiſſa differentia. Roger. conſ. 54.
n. 22. Amat. d. reſ. 3. n. 19. Merlin. d. q. 5. ſub n. 41. & alij
ſuperiùs adducti.

Et concluſio prædicta inoffenſo pede nunc debet
admitti, quoniam D. Seraphinus abſque vllo inte-
25 reſſe credidit materialia: emiſſo enim, diſpoſitionem
d. l. interdum; & concordantium. habere locum, etiam
ſi interuenerint intereſſe, & vſuræ ad fauorem eius,
qui res, ſeù pecuniam dedit in conſeruationem rei,
vt probant Roderic. de ann. reddit. lib. 2. q. 20. per tot.
Paſchal. de patr. poteſt. p. 2. c. 7. num. 66. in fin. Barz. dec.
108. à Ponte dec. 34. n. 51. 53. & ſeq. Caſtil. dec. 17. nu. 46.
& dec. 204. num. 10. Medic. d. examin. 11. ſub numer. 14.
verſ. ego autem. Pignatel. d. contr. 16. numer. 2. Amat. d.
reſ. 3. ſub numer. 73. verſ. contrarium tamen. Merlin. de
pign. & hypoth. lib. 3. d. q. 5. numer. 83. vbi de veriori: illud
eſt certum, nullam adeſſe controuerſiam, quando
26 gratis eſt aliquid datum in conſeruationem rei; licet,
hanc qualitatem gratuitæ dationis eſſe neceſſariam
pro aſſequendo beneficio d. l. interdum; & concordan.
exiſtimauerint Ripa. in l. 1. num. 7. ff. qui potior. in pign.
habeant. & alij apud Amat. var. reſol. lib. 1. d. reſ. 3. nu-
mer. 73. Merlin. d. q. 5. numer. 80. & ſeq. vbi de ra-
tione.

Quemadmodum autem ex præfatis liquet de bono
iure D. Seraphini, petentis valorem dictorum mate-
rialium aſcendentem duntaxat ad quantitatem, quæ
fuit neceſſaria pro conſeruatione piſcium, & repara-
tione, ac melioratione Vallis; cum pro exceſſu, ex eo
27 pluri, quod fuiſſet datum, vltra dictam neceſſitatem,
ſileant d. l. interdum; & concordantes; ad congeſta
per Aſin. de execut. §. 7. c. 13. Mantic. de tacit. & ambig.
conuen. lib. 8. tit. 15. num. 7. Coſta de rata q. 67. numer. 1. 2.
Thor. in compend. dec. verb. credit. n. 33. Gratian. diſcept.
670. ſub num. 9. tom. 4. Paſchal. de patr. poteſt. p. 4. c. 6. ſub
n. 67. Giurb. ad conſuet. Meſſan. c. 9. gloſ 2. p. 1. n. 27. & 47.
in fin. Amat. d. reſol. 3. numer. 63. Medic. dec. ſenen. 18. d.
examin. 11. n. 9. Merlin. d. q. 5. n. 74.

Sic non obſtat vnicum, quod fortiſſimum cenſetur
fundamentum aduerſantium; dum ad elidendam in-
tentionem actoris, & comprobandam eorum præ-
28 lationem iuuari intendunt opinione eorum, qui aſſer-
uerunt, locatorem præferri in fructibus natis ex fundo
locato, creditori, qui mutuauit ſemen eorum condu-
ctori, quam ſententiam comprobauerunt Decian.
conſ. 50. lib. 3. Anton. de Bell. var. tract. lib. 5. ſuper pragm.
vnic. tit. 21. numer. 8. 9. Gait. de credit. c. 4. ſub num. 2008.
verſ. quibus non obſtantibus. vbi veriſſimam, & receptio-
rem profitetur. Acoſta de priuil. credit. reg. 1. ampl. 12.
num. 15.

Applicando hanc doctrinam huic caſui; quia ma-
terialia tradita à D. Seraphino non potuerunt plus
operari pro capiendis piſcibus; quam reſpectiuè ſemen
pro fructibus producendis: & ità ſi concurrit identitas
29 rationis intrat axioma, quod vbi eſt eadem ratio, ibi
debet eſſe eadem iuris diſpoſitio. l. illud. ff. ad l. Aquil.
Surd. conſ. 301. numer. 19. Menoch. conſ. 335. numer. 32.
Tuſch. litt. R. concl. 31. Maccraten. reſol. 39. numer. 1.
lib. 3. Argel. de legit. contradic. q. 10. numer. 115. cum alijs
penes Barboſ. axiom. 197. num. 3. 4. Rota in rec. dec. 412.
num. 4. p. 4. tom. 2. & dec. 40. n. 18. p. 7. Annot. ad dec. 131.
num. 119. p. 8.

Quod, ſi cōſideretur maius poſſe exiſtimari priuile-

gium creditoris mutuantis ſemen neceſſarium ad fructuum productionem, quàm creditoris perhibentis res
30 neceſſarias ad cōſeruationem ipſorum fructuum, ex motiuo, quod faciliùs conſeruatur id, quod eſt in eſſe productum, quod de nouo producatur. *l. patre furioſo.ff.de his,qui ſunt ſui,vel alien.iur.vbi Iaſon.n.8.D.D. in l. fin.ff. de ſeruis. Cranet. conſ.425. ſub n.72. tom. 3.& conſ.829.ſub n.5.tom.5. Surd.dec.40.n.5.& dec.60.n.7. & dec.147.n.7.*

31 Tunc dabitur argumentum, quod ſi fortiùs priuilegium non impedit prælationem locatoris in fructibus ortis ex fundo locato,vt fuit oſtenſum; eo minùs priuilegium debilius obſtabit; ad *l. in ſuis.ff.de liber.& poſth. l. nec in ea.ff. de adulter. auth.multò magis.C.de ſacroſan. eccleſ.c. per venerabilem qui filij ſint legitimi.c. ſi Paulus. 32.q.5. cum concordan.*

Idcircò aduerſarij ipſi contendunt,eſſe locum ad eo-
32 rum fauorem concluſioni, perquam firmatur, quod pro penſione, & affictu ſunt tacitè obligati domino locatori fructus à fundo locato percepti,etiàm cum prælatione ipſius in concurſu creditorum anteriorum, vt in *l.in prædijs. ff. quib.mod. pign.vel hypoth.Bart. in l. ſeruus cōmunis.§.locaui.de furt.Surd.dec.97.n.5. Gratian.diſcept. 25.n.9.& ſeqq.to.1.& diſcept.953.tom.5.Gait. de credit. c.4. n. 1578.& 1580. vbi de veriori, & receptiori, & n. 2009. ac rurſus in Appendic. ad d.c.4. ſub n.122.vbi latè. Merlin. de dign. & hypoth. lib.2. tit.2. q. 67. ſub n.65. & ſeqq.& lib.3 tit.1.q.5.n.49. nouiſſimè Sabell.var. reſol.& reſponſ.c.66.n.23.Acoſta.de priuil.creditor.reg.1.d.ampl. 12.n.12.& ſeqq.*

Et quidèm pro ſolutione penſionis pro omnibus annis, pro quibus fuit facta locatio ſub vnica verborum ſtructura,& conceptione.*Menoch.conſ.381.n.24.Magon. dec. lucens. 69.n.15. 16.Cenſ. de cenſibus. q. 118.n. 15. Salgad.in labyrint.credit.p.2.c.27.n.69.*

34 Reſpondetur etenim, opinionem illam de præferendo locatore creditori ex ſemine mutuato non eſſe veram; quinimò contrariam aientium competere huic creditori prælationem in concurſu locatoris eſſe crebriorem ſequutam à *Theſaur.lib.2. q.29. ſub num.9.10. Paſchal.de patr.poteſt.p.4.c.6.n.66.Amat.lib.1.reſ.3. ſub num.75.Mantic.de.tacit. & ambig.conuent.lib.11.tit.23. à num.11.cum ſeqq. vbi omnia diluit.Pacific.de ſalu. inſp. 3.c.2.n.524.Merlin.de pign.& hypoth.lib.3.q.5.à n.46.ad 59.vbi benè.*

Vndè non officiunt cætera in conſequentiam ex ad-
35 uerſo deducta; nàm antecedenti ſublato corruit conſequens. *l. 1. §.huius rei.ff. de off.eius.monach.dec.floren. 29. numero 16. Barboſ. axiom. 30. numero 2. vbi concordan.*

Quinimò excogitationi penſitatæ circa minus priuilegium illius, qui intendit conſeruationem rei in eſſe productæ obſtat carmen vulgatum.

Non minor eſt virtus, quàm quærere parta tueri.

Et ad id, quod ſubdebatur, locatorem fore præferendum cuicunque in fructibus è fundo locato perceptis, dicitur eſſe intelligendum,quoad fructus ſecun-
36 dùm modum legalem aſſumptos, hoc eſt, deductis priùs expenſis, ſic enim ſancitur in *l. ſi à patre.§.vult.ff. de petit.hæred.l.fruct.in princ.ff.de impenſ.in reb.dotal.fac. l. quod in fructus. ff. de vſur. l.1. C. de fruc. & lit. expenſ. Bart. in l. diuortio. num.6.& ibi Barboſ. n.7.ff.ſolut.matr. Merlin.d.q.5. n.52.& ſeqq. Barboſ. appell.103. n.22. vbi concordan.Mareſc.var.reſol.lib.2.c.108.num.1.2.Oroz.de apicib.iur. ciuil.lib.4.c.8.ſub num.2.verſ.quaſi nec fructus Acoſta de priuil. credit.reg.1. ampl.12. ſub num.15. verſ. reſpondetur enim. Rota in rec. dec. 424. numero 5. p. 4. tom.2.*

37 At non dubitatur, ſemen eſſe expenſam neceſſariam, vt fructus quærantur; ex *eod. Merlin.d.q.5. ſub n. 52.Mantic.de tacit.l.11.d.tit.23.ſub n.12.& n.16.Cyriac. contr.296.n.16.tom.2.*

38 Hinc ad cognoſcendum an conductor patiatur damnum, & ei ſit faciendum reſtaurum, ſicuti ſunt priùs deducendæ expenſæ ab ipſo factæ. *Bart. in l. licet. C. locat. Ruin. con. 81. in princ. lib. 1. Roland. conſ. 86. nume-*
39 *ro 1. vol.3. Cyriac. contr. 151 numero 9.tom.1.* ità quoque ſunt detrahenda ſemina, vt potè ſub nomine expenſarum contenta. *Cyriac.d.contr.296.num.16. ex Cauagnol.ad decret. Montiferr.lib.2.decr.72. q.4. illat.4. numer. 30.*

Atque iſta reſponſio abſque vllo dubio locum ſibi nanciſcitur ex eo, quia agitur in præſenti de piſcibus captis, qui ratione eorum generationis, ac productionis in mari, & aqua, ſeù illorum nutritionis in Valle (non tamen ex ſola aqua,vt putarunt *Rondelet.de piſcib. lib.1.c.12. Lup. ad tyron. lib.1. de re medic. dialog.4. ad fin. & alij; quorum meminit nouiſſimè Zacut. de medic. Princip.hiſtor. lib.1.hiſt.28.q.19.§. neque mireris.fol.55. tom.1.* cum,vltrà aquam, opus eſſe,vt piſces nutriantur alijs piſcibus, eſca, luto,herbis, arena, cæno,vermibus, radicibus, ſtercore,& terræ excrementis, poſt *Ariſtot. de hiſtor.animal.lib.2.dog.8.doceat plenìſsimè idem Zacut. d. q.19.§.nam ſi piſcium. ad fin. cum ſeqq.* ex experientia ipſa demonſtret.)

40 Qui piſces, inquam, licet poſſint referri ad fructus naturales, vt potè, quoniam ſola natura eoſdem produxerit, nihil in ijs cooperante hominis opera; ad *Bart.in l.ex diuerſo.ff.de rei vendic. Couar.var.reſol.lib.1. c.3. numero 6. Menoch. de arbitrar. lib.2. caſ.210. numero 2. Cop. de fructibus. lib. 1. tit.2.c. 3. Peregr. de fideic. art. 49. numero 128. Barbat. de diuiſ. fruct. p. 1.c. 2. per tot.*

Nihilominus,cum miniſterium hominis, & induſtria concurrerit ad ipſorum piſcium capturam ex præam-
41 bula fabricatione laboreriorum Vallis, poſſunt hoc reſpectu vtiquè referri ad fructus induſtriales; vt in indiuiduo piſcationis notat, poſt *Innocent. in c. non eſt. de decim. Capyc. dec.20. ſub num. 3. verſ. ex quo miniſterio hominis.*

Et ità erit accipienda doctrina generalis, qua dici-
42 tur, piſcationem eſſe fructum, & in fructu; vt in *l. item ſi fundi.§. aucupiorum. ff. de vſuſfruct.l.vſufructuarium.ff.eod.l.venationem.ff.de vſur.Barbat.de diuiſ. fruct. p.1.c.4.numero 1.Gizzarel.dec.34. ſub num.2.& ibi Mele num. 17.*

Certum eſt autem, expenſas fore detrahendas à talibus fructibus ex induſtria hominis perceptis, antequam locatoris priuilegium de quo ſupra exerceri poſſit, vti admittunt omnes, quos adduxi.

Succeſſiuè non erit dubitandum, priùs perſoluendum eſſe pretium materialium datorum à D. Seraphino, veluti erogatorum neceſſariò pro habendis piſcibus modo captis, quàm tractari debeat de ſolutione penſionis debitæ aduerſarijs.

43 Pro qua concluſione benè conducit, quod Decima, quæ eſt omnium bonorum licitè quæſitorum quota pars Deo, eiuſque miniſtris diuina inſtitutione, humana verò conſtitutione dictante, etiàm naturali ratione debita. *Sot.de iuſt.lib.9.q.4. art.6. Couar.var.reſol. lib.1. c.17. numero 2. Rebuff.de decim.q.4.Monet. in eod.tract. c.2. in princ. Barboſ.de off. & poteſt. Paroch. c.28. nume-*
44 *ro 2.* quamuis ab eius ſolutione reijciat impenſarum deductionem, adeò vt debeatur ex fructibus, abſquè vlla expenſarum detractione; vt in *c. paſtoralis. & in c. tua nobis. de decim. DD. in c. grauis. de reſtit. ſpol. & in l. fructus. ff. ſolut. matr. Menoch. de arbitr. caſ. 215. numer. 2. Pereir. de empt. cap. 27. numer. 74.*

Borell.

Digitized by Google

Borell.in ſumm.deciſ.tit.19.num.10.to.1.Monet.de decim.
c.6.q.4.à n.28.Barboſ.de off.& poteſt.Paroch.c.28.§.1.n.
34.Garz.de expen.c.1.n.17.Gamm.dec.150.nu.1.& dec.
232.n.1.
45 Attamen, vbi agitur de decima piſcium, iam quod
deberi de illis reſoluit *Rota in Vlixibonen.decim.piſc.22.*
Ian.1568.coram Oradin.quam allegat Barboſ.d.c.28.§.1.
46 *num.10.*Sunt deducendæ expenſæ, & pecuniæ eroga-
tæ in emendis, & reficiendis retibus, & cymbis ad
piſcationem deſtinatis,& in coemendis hamis, ac cæte-
ris neceſſarijs explendis ad *Fagundez. in præcept. Eccleſ.*
lib.1.præc.5.c.2.n.20.Barboſ.d.c.28.eod.§.1.ſub num.10.
verſ.deducendæ tamen ſunt.
Quarè,cum eſſet nimium indecens, apparere homi-
nem locantem maiori priuilegio potiri in penſione, &
affictu, quam Deum maximum, eiuſque miniſtros in
47 decima, quæ omni iure tam diuino,& naturali, quàm
humano debetur. *Rebuff.de decim.q.1.num 14. Ludouic.*
dec.Peruſ.106.num.33.Gregor.ſyntagm.iur.lib.2. cap.21.
Borel.conſ.20.num.14. & ſeqq. cent.1. & in ſumm. deciſ.
tit.19.à num.2.tom.1.Pigh.hierarch.Eccleſiaſt. lib.5. c.7.
Fagundez d.præc.5.lib.1.c.1.Barboſ.d.c.28.num.5.6.& de
poteſt.Epiſc.p.1.c.6.ſub n.26.Fontanel.de pact.nupt.clauſ.
4.gloſ.19.p.1.à n.3.ad 27. vbi latiſſimè cum ſuis diſtinctio-
nibus tom.1.
Intelligendo de decima ſpirituali contenta, ſecun-
dùm germanam, & propriam ſignificationem in verbo
Decima,ex Rota in rec.dec.684.num.2.p.1.dec.128.num.
7.& dec.180.nu.17.p.7.& in Ferrarien.decim.tr.11. Ian.
1658.§.eiuſdem voluntas.coram Albergato: Non de de-
cima laicali,quæ propriè appellari debet decimatio,ſeù
annua præſtatio in quantitate rei, vel pecuniæ deſcen-
dens à iure temporali. *Barboſ.de off.& poteſt.Epiſc.alleg.*
121.num.3.p.3.& de appellat.verb. iur. ſignif. appell.69.
num.7.Rota in rec.dec.420.& d.dec.684.num.2.p.1.& in
Tolet. decimar. de Capilla 2. Martij. 1648. §. vtrumque
enim coram Veroſpio,& in alleg. Ferrar. decimar.11. Ian.
1658.eod.§.eiuſd.voluntas,verſ.ad differentiam laicalium,
& §.nam apparet,in fine cor. Albergat.
Erit concludendum pro detractione pretij dictorum
materialium ad fauorem D. Seraphini ante ſolutio-
nem affictus ex aduerſo petiti.
Quia inſuper non dubitatur, ideò piſcationem fuiſſe
ſubſequutam,atque piſces conſeruatos in Valle,captoſ-
que extitiſſe,quoniam præſata materialia, in reparatio-
nem,& meliorationem ipſius Vallis neceſſaria,fuerũt in
48 eandem cauſam erogata,& implicata:ita vt intret ratio
ab Vlpiano tradita in *l.6.ff.qui potior in pign. habean.* vi-
delicet, *quod huius pecunia ſaluam fecit totius pignoris*
*cauſam.*cuius meminit *Merlin.de pign.& hypoth.lib.3.q.*
5.num.2.Mantic.de tacit.& ambig.conuen. lib.11. tit.23.
ſub num.1.tom.1.Amat.var. reſol. lib.1. reſol.3. ſub num.
2.& agnouerunt quot adduxi ſuprà n.22.
49 Et in hac re ceſſat omnis difficultas; nam propoſita
ſimili cauſa in iſtis terminis coram *Illuſtriſ. Sanfælic.V.*
legato Ferrariæ, & inſtante D. Claudio Foleo ſubcon-
ductore *Vallium Thiæ,& Pedicæ*, deducendas eſſe ex-
penſas ab ipſo factas, in reparandis dictis Vallibus, &
conſtruendis laborereijs, & ſtructuris neceſſarijs ad
capturam piſcium, priuſquam ſolueretur penſio,& af-
fictus; quinimò ſibi competijſſe retentionem pro ſum-
ma earundem expenſarum: contradicente D. Veſpa-
ſiano Cintio Appaltatore, & locatore præſatarum, &
aliarum Vallium Communitatis Comacli: idem *Illu-*
ſtriſ. D. V. legatus mandauit non moleſtari Foleum pro
quantitate ab eo retenta pro expenſis legitimè factis. Sub
die 20. Febr.1646. ex actis D. Smeraldi Notarij.
50 Quod decretum, ceù factum à ſummo Iudice, nam
V. legatus habet illam poteſtatem, quam habet lega-
tus. *Gratian. diſcept.166. numer.2. tom.1. Laurent. dec.*
Aneuien.17.numer.2. Pigaut. ad Stat. Ferrar. lib.2.Rub.
90.numer.57.tom.1. Rota coram Duran. dec.83,num.15.
51 *tom.1.* Et legatus de latere poteſt in ſua legatione,
ac in locis ſibi commiſſis, quæ poteſt ſummus Ponti-
ſex, exceptis ijs, quæ fortè eidem eſſent reſerua-
ta. *Borell. in ſumm. deciſ.tit. 61. numer.24. tom.1.* Vti-
què remouet omnem dubietatem:& iuxtà illud eſt mo-
dò iudicandum.
52 Quamquam ſit regula, quod exemplis non iudica-
tur. *l.nemo C.de ſenten.& interloc.omn.iudic.l. ſed licet.*
ff.de off.Præſid.cap.1.de poſtulat. Prælat. Gratian. diſcept.
544.ante num.33.tom.3.Surd.conſil.311. ante numer.17.
lib.3.Barboſ.axiom.86.numer.3. Altograd. conſil.1. num.
69.lib.2.Vermigliol. conſil.316. numer.7. Fagnan. in cap.
cum cauſam num.6.de elect.Rota in rec.dec.484. num.21.
p.4.tom.2.& in Melenit. Commen.14. Decembr.1648. §.
non obſtant ſententiæ coram Eminentiſſ. Otthobon. nunc in
eius impreſſ.dec.160.n.8.
53 Etenim hæc regula non procedit, vbi verſamur in
exemplis ſummorum Iudicum,nam ſecundùm ea venit
iudicandum. *Butr. in c. cum Bertoldus de re iudic. Zaſ. in*
Rub.de except.num.6.Menoch. conſil.282. num.37. Surd.
conſ.403.ſub num.83.Afflict.dec.383.num 8.Gratian. di-
ſcept.127. ſub num.49. verſ. & ità intelligenda tom.1. &
diſcept.544.n.33.
54 Sicuti etiam, vbi eſſet res dubia, ſoret ſemper iudi-
cium ferendum,iuxtà aliorum exempla. *Cephal. conſil.*
25.n.16.lib.1.Neuiz.in ſylu.nupt. lib.5. num.62. Surd. d.
conſ.311.n.17.Gratian.in d. diſcept.544. num.35. Barboſ.
d.axiom.86.ſub n.3.
55 Quando tamen, vt in præſenti, exempla conueniunt
per omnia, nam data caſuum imparitate non atten-
duntur. *Menoch.conſil.2. num.209. & conſil.604. num.*
53.Surd.conſil.417.num.16.lib.3.Vermigliol.d. conſ.316.
num.8.
56 . Sicque, ſecundùm ſuperius firmata ad fauorèm D.
Seraphini Folegatti prædicti fuit iudicatum ab *Illu-*
ſtriſſimo D. Petro Hectoreo nobile Imolenſi Gubernatore
pro ſecunda vice Ciuitatis Comacli, viro vndequaque in-
tegerrimo, & ſapientiſſimo: ſub die 24. *Octobris.1657.*
ex actis D. Gilij Caroli Notarij actuarij Comaclen-
ſis.

INSPECTIO SECVNDA.

HVic legali colluctationi lubet adnectere, ea,
quæ alias circa officium *Admirati Magnauac-*
cæ, & Prouiſoris Vallium Comacli, iam quod de illis
nunc aliqualiter eſt actum, ſcriptis requiſitus manda-
ui.
Spectata igitur veritate duntaxat oſtendam ſtrictè,
& diluculò, ni ſallot, aperiam quid circa dictum of-
ficium, & miniſterium, occaſione prætenſionum Iuriſ-
dictionalium nouiſſimè pro parte moderni officialis
excitatarum de anno 1662. ſentiendum veniat.
57 Et præſuppoſito, quod iuriſdictio eſt poteſtas de
publico introducta, cum neceſsitate iuris dicendi, &
æquitatis ſtatuendæ; ſecundùm *Accurſium. in l.1.*
verb. poteſt. ff. de iuriſd. omn. indic. quem ibidem com-
muniter ſequuntur DD.Roland.conſil.42. num.20. volum.
2.Marcb.dec.Delphin.280.n.1. & dec.368. num.6.vol.1.
Borel in ſumma dec.tit.41.num.2.Siluatic. ſeu.conſil.3. n.
33.Fontanel.de pact.nupt. clauſ.4. gloſ.14. num.4. tom.1.
Iordan.Elucubr.diuerſ.lib.13.tit.2.num.12.tom.3.Fachin.
contr.iur.lib.13.c.20.tom.2.Tamburin. de ſacram.lib.5. c.
4.§.1. num.1.

58 Quodque omnis iuriſdictio à Principe fluit. *Natta*
conſ.636.num.126.vol.3.Sacc.conſ.8.num.36. vol.1. Al-
togr.id.conſ.71.num.29.lib.2.Borell.in d.tit.41.n.73.& de
Regis Cathol.præſtan.c.21.num.17.& de Magiſtr.edict.lib.
1.cap.1.num.39.Peregr.de iur.fiſci lib.1.tit.1.n.10.11.La-
rath.in theatr.feud.p.11.dilucid.38.per tot.vbi pleuè. Pi-
gaut.ad Stat.Ferrar.lib.1.Rub.1.ſub n.7. tom.1. nouiſſimè
Fagnan.in c.quoniam n.64.de conſtit. & c. pernicioſam n.
39.de offic.ordinar.Anſald.de iuriſdict.p.3.tit. vnic. c.1. à
n.9.Grattan.diſcept.396. n.20. tom.2. Guazzin. ad defenſ.
defenſ.1.c.1.ſub n.6.
59 Et, quod ſicuti iuriſdictio ad aliquem pertinere non
poteſt abſque Principis conceſſione.*Cagnol.in l.2.n.192.*
193.ff.de orig.iur.Altograd.d.conſ.71.n.30. Larath. d. di-
lucid.38.n.4. Cancer. var.reſol.p.2.c.2.ſub n.114. Fonta-
nel.de pact.nupt.clauſ.4.gloſ.10.p.1.num.140. tom.1. An-
*ſald.d.c.1.n.12.13.*Ità priuatorum hominum pactis,ſiuè
60 conuentionibus tribui nequit. *l. priuatorum. C.de iuriſ-*
dict.omn.Iudic.Marc.dec.610.num.1.vol.1.& dec.426.n.
2. vol.2. Franch. dec.551. num.10. Borell.in alleg.tit.41.
num.74.Scacc.de ſenten.gloſ.7.q.2.n.1. & in eius reſponſ.
in fin.oper.impreſs.ſub num.18.Iordan.Elucubr.diu.lib.13.
d.tit.2.num.15.Vermigliol.conſil.140. num.12. Rota apud
Veral.dec.97.num.4.p.1. & dec.162. num.5. p.2. & cor.
Achil.dec.2,n.4.5.ſuper regul.de trien.& in rec. dec.224.
n.4.p.6.
61. Dicendum eſt, vnicuique ſuam iuriſdictionem fore
ſeruandam,ne alias ordinis inſurgat confuſio.*c.peruenit.*
in fin.11.q.1.Gratian.diſcept.837.n.16.to.5.Anſald.de iu-
riſdict.in præfat.n.1.

Verùm an ſit aliqua iuriſdictio apud eundem D. Admiratum,& Prouiſorem,vt adeſſe ipſe opinatur, nunc eſt agendum.

62. Præſciendum tamen eſt,Ciuitatem Comacli antiqui-
tus Reipublicæ mores obſeruantem ex *Rubeo in Hiſtor.*
Rauenn.lib.7.§.per hoſce dies. fol. mihi 642. in princ. opi-
bus,ſummiſque viribus affluentem, & maximè per Go-
thorum,longobardorumque tempora, claſſem armare
præpotentem fuiſſe ſolitam; Hiſtoricis vbiquè ſic te-
ſtantibus, & præſertim *Blondo in Ital. Illuſtr. region.6.*
verſ.at ſecundùm maris littus.fol. mihi.355. in fine ex typo
Baſil.& in Hiſtor.decad.1.lib.10.verſ.Ceruienſes enim, &
Comaclenſes.f.mihi 137.ad fin.ex eod.typ. Platina in vita
Agapit.2.Pontific.Leandro in deſcript.Ital. region.14. fol.
63 *mihi 344.in princ.in impreſs.Venet. Sardo in Hiſtor. Ferr.*
lib.2.f.27.in princ. Et nouiſſimè *Reuerendiſs. Ferdinando*
Vghello antiquarum rerum ſcriptore diſertiſſimo; veritatis
in abſtruſioribus indagatore diligentiſſimo;in quibuſcunque
facultatibus viro doctiſſimo; & vniuerſarum ſcientiarum
omnibus numeris abſolutiſſimo in Ital.ſacr.to.2. tit. Coma-
clenſes.Epiſcop.f.503.in princ.ac alijs.
64 Quibus Hiſtoricis dandam eſſe fidem, traditur à
Garz.de nobilitat.gloſ.18.n.10. Lara de Capellan. lib.1. c.
25.n.37.Gratian.diſcept.893.n.6.7.8.tom.5.Caſtil. de ter-
tijs.cap.3.n.3.Vela diſſert.4.num.14. Valenzuel. conſ.79.
num.32.tom.1.Salgad.de reg.protect.p.3.cap.10.à n.274.
Olea de ceſs.iur.& action.tit.3.qu.3. num.22. Rota in rec.
dec.353.nu.23.27.p.5.& dec.212.n.8.p.7. & dec.76. n.
11.p.8.
65 Si tamen hiſtoria in illis contenta fuerit, vt in præ-
ſenti, de antiquis, & communiter approbata, eique à
maioribus noſtris per communem Populi conſenſum
fides impoſita,ac adhibita.*Bart.in l.1.n.10.ff.ſi cert. pet.*
Tuſch.litt.H, concl.139.num.3.Pariſ.conſ.32.n.235.& n.
252.lib.1.Menoch.conſil.112.num.68.69.Pareya de inſtr.
edit.tit.1.reſol.3.§.5.num.56.Rubeus in Annot.ad Rot. in
rec.dec.529.ſub numer.36.37.p.4.tom.3. Rota ipſa coram
Coccin.dec.132.ſub n.4. verſ.quod dicebatur, & in Auxi-
man.ſepultur.de cimis.28. Maij 1646.§.& vlterius verſ.
nam libris Hiſtoricis cor. Arguelles, & in Geſunden. Iu-
riſdict.17.Iun.1647.§.tandem non releuant cor.Roias, &
in Fauen.ſeù Senogall.honor.26.Iun.1648.§.corroboratio-
nem,cor.Meltio,& in Balneoregien. iuriſpatr.9. Decembr.
1650.§.nequè iuſtificatur, & 7. Iun.1651. §.& ex hoc
etiam,cor.Eminentiſs. Otthobon. nunc in eius impreſs. dec.
234.n.6.& dec.253.n.21.

Ac pro eiuſdem claſſis, aliarumue rerum maritima-
rum, ad ipſam Comaclenſem Vrbem quomodolibet
ſpectantium,regimine,fuiſſe tunc temporis ab illa Præ-
fectum conſtitutum, vulgò *Admiratum*; quem etiam
hiſce diebus à Regibus ſummiſque Principibus ſub tali
nomine conſtitui, & creari in gubernium earundem re-
rum maritimarum omnibus innoteſcit; quſuè ſit,& vn-
66 dè dicatur,obſeruat *Conſtant.in l.vnic.num.65.66.C. de*
claſſibus lib.10.cuius meminit Ioſeph. Mele in Addit. ad
Grazarel.dec.73.n.1.

Hodiernis verò temporibus, poſt plures, variaſque
67 rerum,& ſtatuum viciſſitudines, quas ſemper natura
adamauit;ex *Illuſtriſs. D. meo Antiſtite Comaclen. Pan-*
dulph.de fine mund.in diſput.Pitagoric.c.3. in princ. iuxtà
68 illud,quod nihil ſub ſole eſt firmum, & perpetuum. *l.*
eum debere.ff.de ſeruit.Vrban.prædior.Bald.in proem.Co-
dic.num.24.Baez.de inop.debitor.c.5.num 30.Munnoz.de
ratiocinijs comput.16.num.12. deputationem dicti Ad-
mirati fieri, quoad Fortalitium Portus Magnauaccæ
(ante actis ſæculis *Capraſiæ* nuncupatæ, vt cum multis
tradidi in hoc oper.*colluct. Legal.33.n.1.*)mediante ex-
peditione Litterarũ patentialium emanata *ab Eminen-*
69 *tiſs. & Reuerendiſs.D.Cardin.Camerario*, quem tenere
locum Procuratoris Cæſaris,obſeruauit *Bolognet.in Ru-*
br.ff.de off.eius; & poteſt eum Præſul.Iordan. Elucubr. di-
uerſ.lib.13.tit.3.ſub n.21.tom.3.

Inſuperquè eſt ſciendum,cum eodem miniſterio iun-
gi aliud officium *Prouiſoris Vallium R. C. A.* ea fortaſsè
70 ratione, quia Valles ipſæ, ceù conflatæ à maris aqua,
(quam perennem naturaliter, & continuè fluere in eas
per dictum Portum Magnauaccæ, aliaque oſtia maris,
in ijſque permanere comprobat ocularis inſpectio, &
euidentia ſuperans omne aliud probationum genus.
Coſta de remed.ſubſid.remed.101.num.6.Maſcard. de pro-
bat.concl.8.num.5.Poſt.de manuten.obſ.101.num.5.Leon-
cil.dec.77.n.2.Rota cor.Greg.dec.575.nu.6. & in rec. dec.
151.n.2.p.4.tom.2.) ſunt eiuſdem naturæ maris. *arg. l.*
adeo.§.nouus autem.ff.de acquir.rer. domin. Bart. in tract.
de alueo.ver.cuius,& ipſius.Aretin.conſ.23.à n.1.& alibi,
Deo fauente,pleniſsimè in præciſis terminis harum Vallium
oſtendam.

Subindequè ad inſtar rerum maritimarum, veniunt
ipſæ Valles committendæ curæ illius, qui præcipuum
earundem rerum gubernium tenet, & ſic ei, qui mune-
re *Admirati* fungitur.

Iſtis præcognitis

Dico primo, *noſtrum Admiratum* nullam hiſce tem-
71 poribus penitus habere iuriſdictionem; quicquid
ſecùs generaliter loquendo reſpectu aliorum locorum
dixerint *Conſtant. in d. l. vnic.à num.64. Cod. de claſsic.*
lib.10.Frecc.de ſub feud.lib.1.tit.de offic.Admirat. Ronit.
in pragm.1.de abus.in ſcrib.ſublat.numer.20. Ponte de po-
teſt. Pro reg.tit.10. Rub. de Portu. & dec.13. Tappia
lib.2.iur.reg.Rubr.31.Maſtril. de magiſtr.lib.5. par.2.cap.
13.numer.20.& dec.147.numer.28.Franch.dec.142.dec.
175.dec.481.& dec.722.Capyc.dec.9.& ibi Maſul. Graz-
zarel.dec.73.& ibi latè in Addit.Baldax. de Angel. Ioſe-
ph.mele;& Didac.de mari.Rioc.in collect.2550.p.7. Thor.
in compend.dec. verb. Curiæ Admirat. tom.1. Nouar. de
elect.& variat.for.ſect.4.q.64.n.5.Anna conſ.107.Reuer-
ter.dec.299.& ibi Marin.n.1.

Quo enim ad cognitionẽ cauſarum de naufragijs,cæ-
teriſque

Digitized by Google

teriſque rebus maritimis, notiſſimum eſt, illam ob im-
memorabili per Illuſtr. D.Gubernator. huius Ciuitatis
Comacli fuiſſe priuatiuè tractatam, modoque in omni-
bus caſibus practicari: & cuius immemorabilis vigore
72 acquiri, & præſcribi iuriſdictionem omnes ſciunt; cum
etiam ſpatium minoris temporis ſufficere pro acqui-
renda iuriſdictione, videri poſſit apud *Iordan. elucubr.
diuerſ.lib.14.tit.24. numer.413.tom.3. Antonel. de temp.
legal.lib.2.c.105.vbi plenè.*

73 Et generaliter, quod conſuetudo tribuat iuriſdictio-
nem cuique, & ſi inepto, ac priuato, ſitque omnium
iuriſdictionum principium, fons, origo, & forma, te-
ſtantur *Bald.in l.etiam n.16.C.de exeeut.rei iudic.& conſ.
439.col.6.verſ. decimo lib.3. Abb. in c. cum contingat nu.
3.de arbitr.nouiſſimè Fagnan. in cap.noſti num.27. de elect.
Sperel.dec.116.num.82. tom.2.Fenzon. ad ſtat.Vrb.lib.1.
c.197.num.72.Borell in ſumm.dec.tit.41.num.263.tom.1.
Niger.de laudem. q.17.n.32.33.tom.1. Cancer.var.reſol.
p.2.c.2.num.69. & num.112.cum ſeqq.*

Quo verò ad Portus Magnauaccæ Fortalitium, quod
& appellatione caſtri propriè ſignificatur. *Niger. ad
conſt.Regn.cap.135.num.8.Boer. dec.212.nu.28.Andreol.
contr.298.ſub num.9.p.4.* cum ſit quaſi domus areta, &
fortis, taliter, vt paucis militibus defendi poſſit, hoſteſq;
arceri, & ab ingreſſu repelli valeant. *l.2.C.de off.Præfec.
Prætor.Affric.Bald.conſ.125.num.1.lib.3.Ballon.iun.conſ.
76.n.52.& ſeqq.Andreol.d.contr.298.ſub n.6.7. vbi latè.*

Ad inſtar ſacrilegij eſſet, ſi pro parte eiuſdem Admi-
rati prætenderetur in eo aliqua iuriſdictio, cum, poſt
deuolutionem huius Ducatus Ferrariæ ad Sanctam Se-
dem Apoſtolicam, & totaliter, & omnimodè adeſſe il-
lam penès Generalem Eccleſiaſticarum copiarum to-
74 tius ſtatus eiuſdem Sedis Apoſtolicæ, ſit ex ſe manife-
ſtiſſimum; poteſt namque Princeps pro libito volunta-
tis, iuriſdictionem omnem conceſſam in officium, ſiuè
in adminiſtrationem vni tollere, & alteri conferre, qui-
nimò ſupprimere. *Suarez alleg.7.Curt.in diuerſ.iur.feud.
ver.poteſt quoque,nu.6.7.& ſeqq. Cancer. var.reſol. p.3.c.
13.nu.157.158.*

75 Vndè liquet, officium præfatum reſpectu iuriſdictio-
nis eſſe nullius momenti: ac eidem optimè adaptari tra-
dita *à Gloſ.in c.pudor.verb.Principem mundi.32.q.2.Sar-
nen.in reg.de annal.q.47.nu.5. Iacobat.de Concil.lib.1.art.
1.num.271.Fagnan. in c.bonæ memoriæ ſub num.14.15.de
poſtul. Prælat.*

Intelligo tamen hanc concluſionem reſpectu iuriſdi-
ctionis actualis, non autem reſpectu iuriſdictionis habi-
76 tualis; non eſt enim nouum, quod quis habeat iuriſdi-
ctionem habitu, ſed non actu, & exercitio; vt *in c.paſto-
ralis ad fin. de reſcript. Fagnan.in c.cum olim numer. 8.de
maior.& obedient.Carleual.de iudic.diſp.2.qu.7.ſect.4.ſub
num.1148.tom.1.*

77 Dico ſecundo, *noſtrum Promiſorem Vallium Comacli*
nullam pariter contentioſam iuriſdictionem habere;
hoc eſt in nolentes, & inuitos minimè poſſe ex vi impe-
rij, & auctoritatis exercitium eius officij experiri, & ſibi
78 competentia, ac demandata exercere; cuius tamen
contrarium eſt proprium contentioſæ iuriſdictionis; ex
notatis *in l.inter ſtipulantem.§.1.ff.de verbor.oblig. & per
gloſs. ac DD.in l.2.ff.de off. proconſ. & à Scarder. in lexic.
litt.I.verb.iuriſdictio quadam.Roland.conſ.56. nu.4.lib.2.
Iallong. racemat. 28.num.1.2. Borell.in ſumm. dec. tit.41.
n.83.& n.211.vbi concordan.tom.1.Marant. in prax.p.4.
diſt.18.num.1.Ricc. dec.187.num.1.2. lib.2.Thomat. dec.
192.num.19.tom.2.Iordan.elucubr.diuerſ.lib.13.tit.2.ſub
num.27.& ſeqq.tom.3.Barboſ.de off.& poteſt. Epiſcop.p.
3.alleg.126.num.4.Carleual.de iudic. lib.1. tit.1.diſp.2.q.
7.ſect.4.nu.1158.tom.1.*

79 Reſpectu etenim Iuriſdictionis criminalis, in qua
conſiſtit pondus diei, & æſtus, vt ait *Bal.ad Specul. tit.de
confeſ.ver.iſta confeſsio non debet. Ian.s. de citat. real. lib.
1.c.1.n.1154.Guazzin.ad defenſ.in præfat.ſub nu.33.verſ.
80 & maximè*: &, de qua, vti digniori ante ciuilem primi-
tus eſt diſſerendum; Iudex namque Criminalis præfer-
tur Iudici Ciuili. *Frecc.de feud.in 11.off.Vrſil.de iur.præſ.
auct.c.10.Capyc.dec.27. ſub num.23. Guazzin. in d.præſ.
nu.33.verſ.& ſciat Iudex.*

Nullus adhuc ex Prouiſoribus auſus fuit taliter laxa-
re habenas, vt eandem iuriſdictionem criminalem, ceù
ſibi irrogatam, & competentem, criminalibus coer-
ctionibus, & capturis exercere tentauerit: ac prudenter
ſanè.

Tùm, quia Prouiſores nunquàm habuerunt, niſi quã-
81 dam ſolam ſimplicem iuriſdictionem, de qua inferiùs
dicam; & conſequenter ipſis nullo tempore competijt
ius criminale, & capturæ. *Baldus conſ.161. lib.3. Socin.
conſ.187.lib.2. Marſil.in prax.§. attingam.nu.77. Cancer.
var.reſol.p.2.c.2.ſub num.53.*

Tùm, quia Prouiſores fuerunt ſemper miniſtri dele-
82 gati ſine imperio, vt mox ſubdam; ſicque ipſis non
potuit criminalis coerctio, & captura vnquam compe-
tere; ex *tex.iunct.gloſ.in auth.ei qui iurat. vbi Bald.in col.
5.verſ.item nota, quod ſiue quis.C.de bonor. auct.iud.poſs.
Caſtr.in l.cum proponaſ. C.eod. Marſil.d.§.attingam.n.78.
vbi quod eſt multumnotandum in practica.Marant.in prax.
p.4.diſtinct.5.nu.58.*

83 Tùm, quia, cum ipſiſmet Prouiſoribus ſint impartitæ
duntaxat facultates ſolitæ, & conſuetæ, opus fuiſset pro-
bare, eos hanc iuriſdictionem exercere conſueuiſse;
*arg. l.fundum. ff.de contrabend.empt. Canoniſtæ in c.inter
dilectos.de fid.inſtr. Fagnan.in c.cum ob Eccleſiarum, num.
18.de offic.ordin.Rot.cor. Seraphin.dec.360.num.1.& dec.
404.nu.10.tom.1.*

Tùm, quia, cum in hac Ciuitate adſit D.Gubernator
Iudex ordinarius, præfatam iuriſdictionem criminalem
priuatiuè in cauſis laicorum exercens, fruſtrà, ac teme-
84 rè Prouiſores ſe ingerere præſumpſiſſent; ex quo natu-
ra ipſius iuriſdictionis priuatiuè competentis eſt exclu-
dere quemlibet alium præter Principem, ne in cogni-
tione rerum cadentium ſub eadem iuriſdictione vllo
modo ſe ingerere valeat, & manus apponere poſſit, ſe-
cundùm tradita per *Felyn.in c.paſtoralis.col.3.de off.ord.
Bero.conſ.22.nu.42.lib.1.Menoch.de præſ.lib 2.præſ.18.n.
36.tom.1.Pigant.ad ſtat.Ferrar.lib.1. Rub.1.ſub nu.6.*

Vndè, cum de prætenſione moderni Prouiſoris exi-
ſtimantis, talem iuriſdictionem, & facultatem capi fa-
ciendi ſibi competere, fuerit certior factus *Eminentiſs.
ac Reuerendiſs. D.Iacobus Cardin. Franſonus legatus à la-
tere Ferrariæ*, reſolutio directa *D.Gubernatori Comacli*
per modum ſequentem dimanauit.

85 *Vedrà V.S dall'anneſso quel tanto mi ſi rappreſenta per
parte di Cinthio Cinti, & altri ſucconduttori di Foſſa di
Porto, & Agoſta, facendo però ella ſcarcerare li medeſmi,
farà intendere ancora al Proueditore, che à lui non ſpetta di
far carcerare alcuno di propria autorità, ma dourà in ſimili
caſi ricorrere à quella del Giudice del luogo, che però inau-
uenire s'aſtenga di fare ſimili atti pregiuditiali à pouer'huo-
mini, e N.S.la feliciti. Ferrara li 25.Febraro 1662.*

Al piacer ſuo
G.Cardinal Franſone Legato.

Reſpectu ciuilis contentioſæ iuriſdictionis, quam
cumulatiuè in hac Ciuitate exercent DD. Gubernator,
86 & Prætor Iudices ordinarij ſeruata inter ipſos cauſa-
rum præuentione, & is ſolus cognoſcens, qui primus

Digitized by Google

eſt à partibus aditus, iuxtà proprium ipſius iuriſdictio-
nis cumulatiuè competentis effectum; ex congeſtis à
*Canoniſtis in c.prudentiam de off. deleg. Aretin. conſ.192.
Ruyn.conſ.7.num.7.lib.3.Bero.d.conſ.22.ſub num.42. lib.
1.Menoch.d.praeſ.18.num.37.lib. 2.Cancer.var.reſol.p.2.
cap.2.num.224.Guazzin.in defenſ.13.cap.3.ſub num.3.
Thomat.dec.192.num.14.tom.2. Barboſ.de off.& poteſt.
Epiſc.p.3.alleg.127.ſub n.16.Rota in rec.dec.457. ante n.
14.17.p.5.tom.2.*

Prouiſoris quoquè officium ſiletinam, vltrà aliqua
ex motiuis, quoad iuriſdictionem criminalem recenſi-
tis,quæ & eſſe in præſenti ſummè applicabilia, non eſt
87 verendum,præfatos iudices ordinarios, habere inten-
tionem fundatam, quod ad eos tantùm ex vi dictæ iu-
riſdictionis cognitio cauſarum ciuilium ſpectet. *Rota in
rec.d.dec.457.n.7.*

Quare aut D. Prouiſor,vt miniſter, & officialis dele-
gatus,iam quod eſt priuata perſona præpoſita ſoli pro-
88 uiſioni Vallium,vt dicimus de illo, cui commiſſum, &
mandatum eſt certum genus cauſarum, is enim præſu-
mitur effectus delegatus. *Bart. in l.more numer.8. & ibi
Dec.n.35.& Purpurat.n.50. ff. de iuriſd. omn. iudic. Me-
noch.de præſum.lib.2.praeſ.16.num.31.& ſeqq.tom.1.Ma-
ran.in prax.p.4. diſt.5.n.4.Scacc.de iudic.lib.1.c.16. nu.6.*
intendit hanc ciuilem iuriſdictionem priuatiuè reſpectu
intereſſe Vallium exercere quoad dictos Iudices.

89 Et tunc, licèt delegata iuriſdictio deroget ordinariæ
& delegatus priuatiuè procedat.*c.ſtuduiſti de off.legat.et
c.ſane de off.delegati gloſ.in c.1.verb. proceſſus de reſcript.
in 6.Marant.in prax.p.4.diſtin.5.n.38 Menoch.praeſ.15.n.
13.lib.2.Barboſ.de off.& poteſt.Epiſc.d.alleg.124.nu.2. in
fine.Vant.de nullit.tit.9.n.28.*

90 Attamen, cum huiuſmodi delegata Iuriſdictio diffi-
cilius præſumatur, validius, ac clarius probari debet.
*Dec.in l.vnic.num.7.C.de mand. Princip. Canoniſt. in cap.
cum in iure, vbi nouiſſimè Reuerendiſs. Fagnan. de off. &
poteſt.Iudic.deleg. Alex.conſ.20.nu.11.lib.2.Cranet. conſ.
266.num.5.Marcian.conſ.18.num.8.lib.2.Gail.obſ.48.nu.
17.lib.1.Menoch.de præſum.lib.2.praeſ.15.ſub num.2. vbi
concordan.Guazzin.ad defenſ.reor. defen.1. cap.1. num.9.*
91 Tanquam ea, quæ omninò dicitur odioſa.*Gloſ. in c.1.
de reſcript.in 6.Marant.d.p.4.ead.diſtinct.5. num.30. Me-
noch.de præſum.d.præſum.15.num.2.& praeſ.16.num.13.
Cancer.var.reſol.p.2.cap.2.num.195.Ianin. de citat. real.
lib.1.c.1.num.614.Iordan.Elucubr.diuerſ. lib.13. tit.6. nu.*
92 *179.tom.3.*Subindequè ſtrictior, & minus fauorabilis,
quam ordinaria. *Iaſ. in l.idem n.36.ff. de iuriſdict. omn.
iudic.Vant.de nullit.ex defec.iuriſd.deleg.n.1.Guazzin.ad
defenſ.reor.defenſ.1.c.1.n.10.*

Aut idem Prouiſor intendit, iuriſdictionem ipſam
ciuilem contentioſam habere cumulatiuè cum dictis
93 Iudicibus, iam quod etiam in dubio extat regula gene-
ralis, quod iuriſdictio tributa, & acquiſita vbi adſunt
habentes ordinariam iuriſdictionem,intelligitur cumu-
latiuè.*l.fin.C.de iuriſd.omn.iudic.Felyn.in c.paſtoralis.nu.
2.cum ſeqq.de off.ordin.pleniſſimè Fagnan.in c. quarto à n.
28.cum ſeqq.eod.tit.Roman.conſ.393.nu.1.vbi Add. Me-
noch.de præſumpt.lib.2.praeſ.18.num.26.& ſeqq. vbi pul-
chrè.Tondat.de penſion.cap.49. ſub num.41. Scharder. de
feud.p.10.ſect.1. num.125. vbi multos concordan. allegat.
Iordan.Elucubr.diuerſ.lib.13.tit.2.num.36.tom.3.Barboſ.
de off.& poteſt.Epiſcop.p.3. alleg.124. num.1.2. & alleg.
127.num.16.Teodoſ.Rubeus in ſing.Rot.Roman.p.3.verb.
Bartolus.§.90.& alibi,vol.2.Thomat.dec.192.numer.15.
tom.2.Guazzin.ad defenſ.reor.defen.1.cap.1.nu.26.Ver-
megliol.conſil.129.num 6.Mareſc.var.reſol. lib.1. cap.54.
numer.1. Martha in tract. de iuriſdict.p.4.cent.2.caſ.147.
Marin.quotid.reſol.cap.213.num.2.& ſeqq. lib.1. Rota in
rec.dec.121.num.4.p.1.dec.30.num.3. & dec.33.numer.
1.p.2.dec.457.num.16.& dec.618 num.27.par.5. tom.2.
coram Greg.dec.4. num.5. & coram Coccin. dec.316. nu-
mer.7.*

Et tunc, ſicuti prædicta regula procedit, maximè
94 quando conceditur alicui ordinaria iuriſdictio, vbi ex-
tat alter Iudex ordinarius; vt, poſt *Bal.in l.1.C.de off.
Praef.Vrb.Felyn.in c.Paſtoralis num.3. de off. ordin. acutè
ponderat Menoch.de praeſ.lib.2.d.praeſ.16.ſub num.12.13.*
Ità neceſſe eſt, quod pro parte Prouiſoris non minus,
quam de antecedenti,afferantur, & de iſta, fortè à ſe
95 prætenſa, ordinaria iuriſdictione ſufficientes probatio-
nes;ex *Bald.in l.1.n.1.C.de reb.alien.non alienand.Iaſ.in l.
more.num.53. verſ. item aduerte. ff. de iuriſd. omn.iudic.
Alex.conſ.107.num.6.lib.7.Put. de ſyndic. §. an officialis
ſucceſſor.num.2.Vant.de nullitat.ex defec.iuriſd.ordin.nu.
10.12.pulchrè,& eruditè Menoch.de præſumpt.lib.2.praeſ.
14.per tot.Guazzin.d.defenſ.1.eod.c.1.n.6.ac defenſ.13.c.
6.n.1.Farin.in prax.tit.de pæn.temper.q.97.num.52.Mar-
cian.conſ.27.ſub n.7.lib.2.*

Quocircà,cum nec de priori delegata, nec de poſte-
riori ordinaria iuriſdictione contentioſa fuerit ab vllo
Prouiſore adhuc allata probatio: inaniter Modernus
Prouiſor prætendit poſſe ſaltem ciuiliter medio rea-
lium executionem officium ſuum contentioſè exerce-
re.

96 Sicque reſolutum fuiſſe ab *Eminentiſſimo, & Reue-
rendiſſimo Franſono legato Ferrariæ* ſuperius nomenclea-
to,patet ex litteris.*D.Gubern.Comacli* directis huius te-
noris.

*Non conuenendo,che coteſto Proueditore di propria aut-
torità ſenza ordine mio venga à riſolutione d'eſecutioni
contro coteſti Vallanti; dourà V.S. prohibere à coteſta
ſua Corte, che non obediſca il medemo Proueditore in
materia d'eſeguire: e N.S. la Feliciti. Ferrara 22.Lu-
glio.1662.*

Al ſuo piacere

G.Card.Franſone legato.

Dico tertio,D.Prouiſorem præfatum pro directione
ſui officij, & bono regimine Vallium, habere *ex con-*
97 *ſuetudine* iuriſdictionem voluntariam; eam, nempè,
quæ inter volentes, & aſſentientes abſque contradicto-
re,& vlla coactione exercetur;iuxtà *l.2.ff.de off. proc. &
tradunt Maran.in prax.p.4.diſtinct.18.num.2.Cancer.var.
reſol.p.2.c.2.num.235.Iordan.Elucubr.diuerſ. lib.13. tit.
2.num.27.& ſeqq.tom.3.Barboſ.de off.& poteſt. Epiſc.p.
3.alleg.126.num.5.Thomat.dec.192.n.17.tom.2.Carle-
ual.de iudic.lib.1.tit.1.diſp.2.q.7.ſect.4.n.1158.tom.1. ac
alij ſup.alleg.n.78.*

98 Sicque idem Prouiſor poteſt audire quoslibet ip-
ſum voluntariè petentes circa conſtructionem Vallium
iiſque notos facere ordines, quibus conſtructio eadem
venit peragenda; & volentibus præſcribere quid ſit
ineundum pro ipſa conſtructione rectè facienda; ac
omnia iſta, & ſimilia, vt potè iuriſdictioni voluntariæ
inhærentia expedire diebus omnibus, etiam feriatis;
99 ſecundùm tradita à *Marant. d. diſtinct.18. ſub nu-
mer.2.Simoncel.de decret.lib.1.tit.1.num.85.Pic.ad Stat.
Vrb.lib.1.cap.151.gloſ.21.à num.6. Thomat. d. dec.192.
num.18.*

Dixi,*ex conſuetudine*, vt indè innuerem non appare-
re alibi, huiuſmodi iuriſdictionem Prouiſori compe-
110 tere,eamque non contineri in eius litteris Patentiali-
bus, in primis, & antè omnia originaliter oſtenden-
dis,& exhibendis, ad effectum, vt ſibi credatur circa
officium,ipſi tanquam delegato demandatum. *Vant.de
nullit.tit.9.num.16.Tuſch.concl.154. Pancirol. in prax. p.*

1.§.nunc

1.§.*nunc videndum eſt in fine vbi Add. in ver. oſtenderit.*
Aſin.in prax.§.5.cap.2.num.3.Granat. ad veſtr. in prax.
lib.7.cap.fin.num.40.Scacc.de iudic.lib.1.c.32.ſub nu.35.
Staiic. in practic.iudic.cap.1.num.11. Menoch. li.2. praſ.
15.& de arbitr.caſ.112.num.7. Burg. de modo proceden.
ex abrupto.q.82.n.35.& q.88.num.9.Guazzin.ad defenſ.
reor.defenſ.1.cap.1.num.9. & defenſ.13. cap.6. num.1.2.
vbi concordan. Iordan.Elucubr.diuer.lib.13. tit.6. numer.
50.tom.3.Rota apud Achil.tit.de offic.deleg. dec.2.
101 Ac inſuper, vt animaduerterem, iuriſdictionem vo-
luntariam venire ſub appellatione iuriſdictionis ordi-
nariæ; ex *c.conquerente, vbi Abb.num.2.de off.ordin. Rota*
coram Buratt.dec.504.num.9.tom.2. Cum & iuriſdictio
102 ordinaria ſit illa, quæ datur è lege, Principe, vel con-
ſuetudine. *l.more maiorum.ff.de iuriſdict.omn.iudic.l.cum*
prætor.§.vindicem.ff.de iudic. Marant.in prax.p.4. diſtinc.
2.ſub num.2.Scacc.de iudic.lib.1.cap.16.num.5.Carleual.
eod.tract.lib.1.tit.1.diſput.2.q.7.ſect.4.ſub num.1153.vbi
concordan.tom.1.Iordan.Elucubr.diuerſ.lib.13.tit.3.num.
1.2.3.4.& vide Borel.in ſumm.deciſ.tit.41.num.24.tom.
1.Ruginel.pract.q.q.c.47.n.9.in fine.
Dico quarto, officium, & miniſterium D. Prouiſoris
harum Vallium Comacli verè, & realiter circa infraſcri-
pta ſummatim verſari.
Quod idem Prouiſor habeat omnimodam cognitio-
nem Vallium in hoc diſtrictu permanentium, tum ad
R. C. A. tum ad alios particulares diſtinctim ſpectan-
tium: & tam reſpectu nominum, quam qualitatum
illarum; ad finem, vt hac generali cognitione, ceù
103 faciliori habita progreſſus illius officij, & miniſterij
rectè ducatur: ad *l.1.vbi DD.ff.ſi cert.petat. & extraditis*
ab Aretin.conſ.13.num.1.& conſ.100. in princ. Peter. de
commun.rer.natur.princ. lib.3. cap.12.13. Nigro de lau-
dem.in proem.n.19.20.Zacch.de Salar. in proem.num.21.
Argel.de legis.contradict.in præfat.n.3.Mantic.de coniect.
vlt.volunt.lib.1.tit.1.ſub n.1.
Quod termini, & fines, quibus quælibet ex dictis
Vallibus clauditur, innoteſcant totaliter eidem proui-
ſori; ad effectum, ne in controuerſijs, quæ poſſunt exori-
ri, vel à nimia particularium auiditate contra iura
R. C. A. vel à prætenſionibus inter ipſoſmet particu-
lares ſub conductores excitatis; vel aliter ex rancorum
hodiernis temporibus nimis efferues centium ſuppedi-
tatione, præiuditium aliquod generetur R. C. cuius iu-
ra ſemper ipſe tueri debet; quod, niſi iiſdem iuribus co-
gnitis, impoſſibile eſt explere; vt ſenſui patet; ipſa enim
104 iura aſſumuntur nunc, veluti principia, quibus igno-
ratis, cætera, quæ ſubſequuntur ignorantur. *Din.in c.nul-*
lus de reg.iur.in 6.Cagnol.in l.1.num.24.ff.de orig.iur. Ru-
ger.de commiſ.lib.1.cap.2.numer.12. Niger. de Laudem.
quæſt.1.num.28.tom.1.Zacch. de Salar. par.1. quæſt.1. ſub
num.11.
Quod Prouiſor ſit benè, & fundamentaliter inſtru-
ctus de ordinibus, & conſtitutionibus, quibus regi, &
gubernari debent Valles prædictæ: ne alias de craſſi-
tie arguatur, ex quo eſt præſumptio, ipſum huiuſmodi
105 inſtructione potiri, cum quilibet debeat ſcire, ea, quæ
ſpectant ad eius munus, & offitium, ac paria ſint ſcire,
vel ſcire debere. *l.quod te. ff. ſi cert. petat. Menoch. præſ.*
23.num.66.67. lib.6. Gratian. diſcept.205. num.25. Rota
in rec.dec.365.num.7.p.4.tom.2.dec.345.num.14.p.5.cor.
Merlin.dec.18.num.7.tom.1.coram Buratt.dec.479.num.
16.tom.2.coram Caualer. dec.3.numer.2.3. & in Roman.
cambior.10.Martij 1662.§.hæc obiectio.verſ. paria quippè
cor.Veroſp.
Quod Prouiſor diligenti, ac peruigili aſſiduitate vta-
tur, vt Vallium laboreria, cæteræque ſtructuræ fiant ea
rectitudine, quæ ab ordinibus, & Conſtitutionibus de-
106 mandatur; cum leges non ſint factæ, vt fruſtrà occu-
pent membranas; ſed vt vigeant, & obſeruentur ex pon-
deratis à *Rubeo in Annot.ad Rot.in rec.dec.444.num.70.*
p.4.tom.2. Et maximè in præſenti, cum ab inobſeruan-
tia ordinum Vallium detrimentum ingens ipſis immi-
107 neat, & damnũ irreparabile R.C.A. afferatur, vt docet
quotidie experientia rerum omnium magiſtra. *c. quam*
ſit de elect.in 6.Surd.conſ.132.num.23.Barboſ. axiom.88.
Rota in rec.dec.151.n.1.p.4.tom.2.& cor.Buratt.dec.631.
n.9.to.2.& in Roman.dot.22.Iunij 1661. §. qui ſanè verſ.
vt experientia cor. Veroſp.
Quod innouantes, & contrauenientes benignè mo-
neat, & paternè hortetur ad perficienda ea, quæ ipſis
de iure, & ſecundùm formam ordinationum incum-
bunt; cauendo à præceptis, intimationibus, pænis,
aliiſque coerctionibus committendis aduersùs eos, ne
fortè, ſi illis vtatur, veluti ad iuriſdictionem contentio-
ſam attinentibus, vt, dixi, & patet in *l.1. ff. ſi quis in iic.*
Fagnan.in c.cum omnes n.38. de conſtitut. Meritò ſubia-
108 ceat moleſtijs, vexationibus, & pænis, quibus vſur-
pantes, & turbantes alienam iuriſdictionem afficiuntur;
vt videre eſt apud *Farinac.in prax.tit.de crimin. læſ. ma-*
ieſt.q.114.per tot. Qui materiam pleniſſimè tractat, &
abſoluit, ac pro omnibus alijs ſufficiat.
Quod tandem ipſe Prouiſor ſciens innouantes, &
contrauenientes pertinaciter, ſpretis eius monitioni-
bus, & hortationibus, perſeuerare in ordinum inobſer-
uantia, cum damno, & detrimento Vallium, ſicque Ca-
meræ Apoſtolicæ, partes verè ſuas aſſumat; petendo, ac
inſtando innouationes remoueri, omnia ad ſuos veros
terminos reduci, & ordines obſeruari, cum reorum
condigna punitione; vel apud *Iudices ordinarios huiuſce*
Comaclenſis Vrbis; vel, iſtis omiſſis, apud *Eminentiſs. Prin-*
cipem pro tempore legatum Ferrariæ; vel deniquè apud
D.Commiſſarium R. C. A. in eadem Ciuitate degentem,
tanquàm harum Vallium, aliorumque iurium ad S. ſe-
dem Apoſtolic. in iſtis partibus attinentium defenſo-
109 rem: quem nunc venerabundi dimiramur *Illuſtriſs.*
Flaminium Morolium, virum eximia doctrinarum litte-
rattura coruſcantem: prudentia quàm plurimis experi-
mentis affluenti decoratum: vigilantia ſumma ſolertiſſimè
prædictum: integritate iunctis ingeſtis præclariſſimè adhi-
bita inſignitum: omniquè demum virtutum, animique do-
tium genere ſingulariter locupletatum.
Nequè Prouiſorij videnda eſt dura huiuſmodi oneris
aſſumenda prouincia; nàm quemadmodum ſibi pla-
110 cuit officium, à quo emolumenta, & commoda per-
cipit: ità diſplicere nequeunt ea, quæ eidem offitio
iniuncta aliquod onus, ſeù incommodum ſecum affe-
runt; *ad l.1. §. fin. ff. de aqua pluu. arcen. l. cum filio.ff.ad*
Syllan.Tuſch.litt.O, concl.144.num.5.& litt.V, concl.374.
Eſcobar.de ratiocin.c.42.num.12.& comput.20. num.14.
Barboſ.axiom.44.n.1.2.& axiom.121.& axiom.169. nu.
3.Gratian.diſcept.916.n.35.Rota in rec.dec.149. nu.6. &
dec.677.n.5.p.2.
Ad eundem autem Prouiſorem ſpectare onus in-
ſtandi, petendi, & procurandi ea, quæ dixi, eſt certo cer-
tius: quoniam officium, & miniſterium eſt ſibi colla-
tum, & demandatum, cum oneribus ſolitis, & conſuetis,
inter quæ connumerari onus modò allatum conſtat, ex
innumeris petitionibus, & inſtantijs, tam ciuiliter, quam
criminaliter factis, cum ſucceſſiua inuariabilis obſeruan-
tia à Prouiſoribus pro tempore, ſecundum caſuum
contingentiam, coram D. Gubernatore huius Ciuitatis
111 demonſtrant acta, & proceſſus; a quibus, ſicuti hoc
eſſe notorium ſatis eruitur. *c.ex inſinuatione de appell. l.*
fin.C.de re iudic.Bec.conſil.40.num.3.Surd.conſil.154. nu.
25.Glorit.reſp.3.num.29.Farin.in prax.q.21.num.14.Pa-
cific.de Salu.inſp.1.cap.4.num.68.Barboſ.axiom.8.numer.
1.vbi concordan.Fontanel. de pact.nupt.clauſ.4. gloſ.13.p.
2.ſub

2. ſub numer.44. tom.1. Vermigliol. conſil.31. numer.27.
Sperel.dec.149.num.31.tom.2.Rota in rec. dec.409. nu.3.
p.3.

Ità manifeſtatur ſufficiens probatio, quod onus præ-
fatum ſit ſolitum, & conſuetum officij Prouiſoris, cum
alias ſit omninò inuerſimile, tot, tantoſque Prouiſores
112 præteritos idem onus expleuiſſe, niſi ad eos ſpectaſ-
ſet, & muneri eorum iniunctum fuiſſet, ſubindeque ipſis
& ſucceſſoribus præiudicare voluiſſe; iuxtà conglome-
rata *à Rota in rec.dec.665.num.1.in fin.p.4.dec.264.num.*
34.p.8.coram Eminentiſs.Otthobon.dec.125. num.8. & in
Piſcien.iuris conferendi 14.Febr.1658.§.præterea cor.Al-
bergato.

Et ratione quidem ſolida: nam cum in hac Ciuita-
te nullus præter Prouiſorem adſit deſtinatus miniſter,
qui pro iſtarum Vallium, & iurium R.C. defenſione
interueniat (adeovt nec etiam Procurator fiſcalis ibi
conſtituatur, ſecundùm immemorabilem obſeruan-
tiam pluries ab Eminentiſs. legatis Ferrariæ canoniza-
tam) & oporteat ſæpè eadem iura, vel actiuè, vel
paſſiuè tueri, neceſſariò ipſum Prouiſorem teneri onus
iſtud aſſumere, ne alias in præiudicium R.C. & dam-
num, iura earundem Vallium indefenſa remaneant, eſt
113 concedendum, & pro expreſſo habendum, ex quo
venit in neceſſarium antecedens. *Sperel.dec.120. ſub nu.*
48.tom.2.Gratian.diſcept.855.numer.14.Rota in diu. dec.
450.num.8.9.p.1.& in rec.dec.141.num. 3.p.6. cor. Mer-
lin.dec.553.num.3.tom.2. Et ex quo huiuſmodi onus in
ipſo ſolo Prouiſore verificari poteſt. *l.2. ff. de liber. &*
poſth.Surd.conſil.143.numer.30. Rota coram Buratt.deciſ.
504.num.7. & in Ferrar.decim.11. Ian.1658. §.hacque
interpretatio cor. Albergato, & dixi in mea collect. legal.
28.n.42.

Cumque habeamus obſeruantiam, ante actis tempo-
ribus ſemper à Prouiſoribus inconcuſsè amplexatam,
in tuendo iura harum Vallium præuijs inſtantijs, & pe-
titionibus, per modum prædictum, & provt opus, ac
quando neceſse fuit, iuxtà varios euentus caſuum,
acerrimè, & omni conatu ad fauorem R.C. coram
Iudicibus, & maximè, D. Gubr. factis, & emiſsis; datur
intelligi.

114 Vel eandem obſeruantiam, nunc fore attenden-
dam, nec ab ea recedendum, vt eſt regulare in qualibet
diſpoſitione. *l.minimè.ff.de l.l.Crauet. conſ.201. num.12.*
Surd.conſ.220.n.3.& conſ.362.n.10.Gratian.diſcept.544.
n.31.& diſcept.742.n.61.

115 Vel, ſi fortaſsè prætendatur, aliquam adeſſe ambi-
guitatem, ipſam omninò tolli ab eadem obſeruantia.
c.cum veniſſent de inſtit.Becc.conſ.101. n.49. Gratian. di-
ſcept.655. num.62. Magon. dec. Lucen.49. in fin. Rota in
diu.dec.303.num.2. dec.374.num.3.p.1.& in rec.dec.6.n.
8.p.4.to.2.dec.175.num.12.p.8.coram Seraph. dec.1410.
num.3.6.tom.2.cor.Buratt.dec.237.num.3.dec.547. num.
7.& dec.835.n.10.cor.Otthobon.dec.254.num.12.& dec.
257.n.15.& in Mantuan.feud.25. May.1657.§.non etiam
viget.verſ.hinc enim cor. Veroſp. nouiſsimè contr. diſc. fo-
ren.cauſ.45.n.20.tom.1.

116 Vel, vbi opus eſset interpretatione, & declaratione,
eam optimè, germanè, & verè deſumi ab obſeruantia,
vt ſuprà ſubſequuta. *Crauet.conſil.118.numer.2.Gratian.*
diſcept.846.num.19.Rota in rec.dec.11.nu.8. & dec.109.
num.7.p.4.tom.2.dec.249.num.16.& dec.362.num.12.p.
5.dec.14.num.4.p.6.dec.15.num.4.p.8.coram Merlin.de-
ciſ.450.numer.12. tom.1. & coram Eminentiſs. Otthobon.
dec.175.num.10.& in Forolivien. ſeù nullius. Caſtror.14.
Martij.1657.§. nec releuat verſ. hinc namque cor. Alber-
gato, & in Piſcien.iur.conferen.14. Ian.1658. §. quod au-
tem cor.eod.

Accedit, quod ſi pro conſeruatione iurium R.C. in
iſtis Vallibus eruta ab obſeruandis ordinibus, aut aliter
velit Prouiſor actus aliquos coactiuos explere cõtra in-
uitos, vt quotidiè accidit; neceſse eſt, vt ad habentem iu-
riſdictionem contentioſam, & competentem recurrat,
quemadmodum dixi ſuprà; ne alias, ſi ipſe eoſdem actus
expleret; conſpiceretur, vltrà vſurpationem, ſeù turba-
tionem iuriſdictionis, vt ſuperius innui, monſtrum exo-
riens à ſubuerſione ordinis iudicij, cum non amplius
117 tres perſonæ neceſsariæ in eo adeſsent, videlicet Iu-
dex, Actor, & Reus, iuxtà tradita in *c.forus. de verbor.*
ſignific.& à Bal.in Rub.ff.de iudic.ac ibi Cagnol. n.2. Ma-
rant.in prax.p.2.num.1.Veſtr.in prax.lib.3.cap.1. num.2.
Scacc.de iudic.lib.1.cap.2.num.5.23.Borell. in ſumm. dec.
tit.42.num.10.to.1.Treutler.diſp.12. theſ.3. lib.1. Iordan.
Elucubr.diuerſ.lib.13.tit.1.numer.6. Fagnan. in cap.ne in-
nitaris, ſub numer.205. verſic. iudicium conſtat. de con-
ſtit.

Sed duæ tantùm perſonæ exiſterent, nam Prouiſor
eſset miniſter interueniens pro Camera Apoſtolica, iti-
demque Iudex; & ſic in cauſa propria reſpectu mini-
118 ſterij iudicaret, ſibique ius diceret, quod eſt alieniſ-
ſimum à iure. *l.extat.ff.quod met.cauſ.l.Iulianus ff. de iu-*
dic.l.nullus.C.de iudæis. l.1. C. ne quis in ſua cauſa. Socin.
reg.34.Marſ.ſing.167.Farin. de furt. quæſt.175. numer.2.
& in fragment.crimin.par.1.litt.A, num.253.vbi concor-
dan.

Quodque plus eſt, vt alia multa conſultò prætermit-
tam, ſedem aptiorem fortaſsè exoptantia, ex hac par-
tium ſuarum incumbentia, ſed multò magis ab accu-
rato earum implemento dignoſcere poteſt D. Proui-
ſor quantum honoris, & gloriæ ſibi ex iniuncto onere
deferatur; dum pro ſupremi omnium in terris Principis
Camera, reſpectu harum Vallium ſpetialis procurato-
ris officium, aſsumere, ac genere ſibi nedum permitti-
tur, ſed imponitur, & demandatur.

119 Si etenim officium iſtud Procuratoris ſumptum,
provt præſefert adminiſtrationem alienorum negotio-
rum mandato domini, ad *l.1.ff. de procur.l.rectè defendi.*
ff.de iudic.Treutler.diſput.Select. lib.1. diſp.9. theſ.1. Bo-
rell.in ſumm.deciſ.tit.66.numer.2. tom.1.Iordan.Elucubr.
120 *diuerſ.lib.14.tit.2.nu.1.tom.3.* Pro perſonis illuſtribus
exercitum nuncupatur munus honorabile à *Bal. in l.*
caſſius ſub num.6.verſ.& nota quod officium.ff.de ſenator.
Tiraq.de nobil.cap.30.num.6.Gratian. diſcept.56. ſub nu.
39.to.1. quanto magis idem officium geſtum pro Prin-
121 cipe, erit honorificũ, & gloria plenum, cum & Procu-
rator Principis dicatur habere dignitatem, & hono-
rem, ſecundùm notata per *Fabrum.in §.vlt.in fin.num.4.*
Inſt.de except.Gratian.d.diſcept.56.ſub eod.nu.39. verſic.
provt dicimus.

122 Ac maximè in foris huiuſce *antiquæ Ciuitatis Co-*
macli, in quibus officium ipſum Procuratoris, ex com-
muni omnium prudentum, inſimulque ſapientum vi-
rorum eſt honeſtiſsimum, ac ſummè laudabile; & Pro-
curatores admittuntur ad honores, atque dignitates
ipſius Ciuitatis; iuxtà ponderata *à Conarr. practic. q.q.*
c.19.ſub num.7.Trentacinq.var.reſol.lib.2.tit.de pœnl.reſ.
1.ſub numer.4.verſic.ſecundo reſpondetur.Pigant ad Stat.
Ferrar.lib.2.Rub.8.ſub num.28.tom.1 Klokl.de contribut.
cap.15.ſub num.91.& ſeq.Caualcan. dec.41. ſub num.24.
lib.1.Caren.reſol.244.ſub nu.17.pleniſſimè Andreol. con-
tr.314.& ibi Paraſacc.vbi doctiſsimè rem iſtam abſoluit.
par.4.

Studeat igitur D. Prouiſor officij, ac miniſterij ſui par-
tes ſuperius recenſitas diligenter complere, iam quod
ad inſtar Procuratoris, quemadmodum fuit ſibi libe-
123 rum ſuſcipere, vel recuſare mandatum, ita ſuſceptum
eſt ad trictus illud executioni demandare in quacunque
ſui parte, etiam ſub periculo præſtandi omnia damna
& in-

Digitized by Google

& intereſſe.*l.idemque.§.ſi procurator.l.ſi tibi mandauero. §.ſicut.ff.mandat.Ruin.conſil.44.lib.1.Pariſ.conſ.91.num. 10.vol.1.Surd.dec.304.num.5.6. Iordan. Elucubr. diuerſ. lib.14.tit.2.n.200.tom.3.Rota in rec.dec.348.nu.4.5.p.4. tom.2.*

124 Atquè perpetuò accuratim præoculis habeat eſſe maximi ponderis intereſſe harum Vallium; adeoque pleniori modo conſulendum fore,*l.manifeſtiſſimi.C.de furtis. l.addictos,Cod.de appell. c. vbi periculum de elect. in 6.Tuſc.litt.P.concl.281.Surd.conſ.163.numer.20.Gratian. diſcept.669. numer.19. Barboſ. axiom.177. numero 1.*

125 In tantum, vt pro coronide libèat hic inſerere reſolutionem emanatam de ordine *Sanct. record.Innocen. Papæ X.* Reſpectu innouationum, quæ à priuatis perſonis aliquando in præiudicium R. C. A. fiunt, directam *Eminentiſs.ac Reuerendiſs. D. Cardin.Benedicto Odeſchalco tunc Ferrariæ legato,*per modum ſequentem.

Eminentiſs.e Reuerendiſs.Sig. mio Olseru,

Si ſente, che li particolari, à quali altre volte fù permeſſo di peſcare nell'eſtremità delle Valli di Comacchio, doue ſono l'acque meſchegne, vanno tal volta auanzandoſi più del douere in pregiuditio della R. C. m'hà però ordinato N. S. di ſcriuere à V. E. perche ella ſi compiaccia ad ogni iſtanza del Commiſſario della R. C. coſti prouedere à queſti diſordini ogni volta, che auengono, facendola però ſenza paſſare ad atto giuditiale con ridurre le coſe al loro ſtato,manu regia, ſenza permettere ricorſo alcuno, non lo permettendo la materia medeſima, di che ſi tratta, & all'E. V. baccio humilmente le mani. Roma 22. Ottobre 1650.

Di V. E. Reuerendiſs.

Humiliſs. & Affettionatiſs. Seruit.

Camillo Cardin. Panfilio.

Atquè prædicta veluti in compendiolum redacta, & vix delibata ab iis, quæ fuſiſſimè alibi ſum dicturus circa officium, & miniſterium Admirati Turris Magnauaccæ, ac Prouiſoris Vallium Comacli pro nunc prodiiſſe ſufficiat; Saluo ſemper, nedum ſaniori cuiuſuis alterius iudicio,ſed & iure animaduertendi in ea, quæ hic caſtigationem pro pleniori veritate habenda quomodolibet expoſcunt.

COLLVCTATIO XXI.

ARGVMENTVM.

Reſtitutio in integrum aduersùs aditam hæreditatem abſque confectione Inuentarij quando competat, & ſit danda maiori 25.ann. Et talis reſtitutio competens minori, an proſit maiori cohæredi.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum aduerſus aditionem hæreditatis inconſultò factam, non conceditur maiori 25.ann.& n. 20. Amplia,vt num.2.Contra n.3.& n.13. Amplia n.4. Declara numer.24.*

5 *Ignorantis qualitates recenſentur,& n.8.9.10. & eidem eſt ſuccurendum n.11.*

6 *Noſtrum ſine facto noſtro nobis non eſt auferendum.*

7 *Hæres ſine Inuentario tenetur de ſuo proprio, vltrà vires hæreditatis.*

12 *Reſtitutio in integrum datur maiori ad adeundam hæreditatem quam ſibi delatam ignorauit iuxtà l.Pantonius ff.de acq.hæredit.*

14 *Lucri acquirendi termini ſunt diuerſi à terminis damni euitandi.*

15 *De damno euitando qui tractat, eſt ſemper potior.*

16 *Neceſſitas, in quam quis ſe poſuit, eidem eſt imputanda.*

17 *Negligentia non debet patrocinari, & ſemper nocet.*

18 *Negligenti, non eſt ignoſcendum, neque ſubueniendum.*

19 *Negligens ſibi imputet, ſi infrà tempus legitimum diligentias non adhibuit.*

21 *Hæreditas,etiam damnoſa,poteſt adiri ſine periculo, ſtante beneficio Inuentarij: adita, euadit patrimonium adeuntis n.27.præſumitur opulenta, & dicitur titulus lucratiuus.n.25.*

22 *Negligentia non eſt tolerabilis,ſi tractetur, de amittendo proprium: non imputatur, vbi diligentia nihil proficeret.num.23. Non præſumitur vbi agitur de commodo n. 26.nec in re propria num.28. generaliter non præſumitur n.29. præſertim in concernentibus proprium intereſſe n.30.*

31 *Ignorantia, quando eſt fundamentum intentionis, debet probari plenè, & aliter quam ex generali illius præſumptione, et iam in terminis reſtitutionis in integrum n.32. regulariter præſumitur in hæredibus, & ſucceſſoribus. num.38.*

33 *Ignorantia non eſt ex omni parte probabilis, ſi concurrat ſanguinis coniunctio in illam allegante. Declara vt num.40.*

34 *Ignorantia probatur iuramento, etiam ad finem conſequendi reſtitutionem in integrum.*

35 *Coniunctus præſumitur ſcire facta coniuncti. Limita n.36. 37.Declara n.39.*

41 *Reſtitutio in integrum conceditur maioribus 25.ann.enormiter læſis in contractibus ex cauſa ignorantiæ, iuſti erroris,abſentiæ,vel alterius impedimenti.*

42 *Aditio hæreditatis, eſt quaſi contractus.*

43 *Argumentum de contractu ad quaſi contractum eſt validum.*

44 *Reſtitutio in integrum conceditur minori aduerſus omiſſionem inuentarij: & hæc reſtitutio prodeſt etiam maiori cohæredi n.45.contra n.46.*

47 *Deciſio cauſæ.*

1 QVamuis contendatur D. Ioſepho de Gradariis Comacienſi non competere reſtitutionem in integrum aduersùs aditionem hæreditatis paternę ſubſequutam inconſultò, & ſine Inuentarij confectione, quia tanquam maior ann.25. tali priuilegio potiri nequit cum ſibi imputare debeat, cur beneficium inuentarij à lege introductum ſpreuerit; *ad tex.in §. extraneis.Inſt.de hæred. qualit. & diffee. & à congeſtis per Caldaſ.in l.ſi curatorem ver.læſis.num.54.ad fin. verſ. & proindè maioribus.C.de integr.reſt.minor.Guid. Pap. dec.473. num.4.Gratian.diſcept.656.n.1. & ſeqq. tom.4. Andreol. contr.101.n.1.p.2.*

2 Et ex rationibus adductis in terminis noſtris de maiore, qui inſtabat pro reſtitutione in integrum, ex eo, quia poſt aditam ſimpliciter hæreditatem, illam agnouit intricatam debitis,& ære alieno grauatam;per *Bart. conſ.154.num.2.4.lib.1.Coſtan. de fact. ſcien. cent.1. diſt. 37.n.*

37.num.12.& ſeqq. Alciat.conſ.139.num.7. lib.9. Pecch. de teſtam.coniug.cap.23.num.2. Phanuc.de Inuent. p.1. n. 24. Maurit.de reſtit.in integr.cap.130.ſub num.4.5.6. Andreol.contr.101.vbi plenè. Reuſner.dec.4. num.9. & ſeqq. lib.2. Pigant.ad Stat.Ferrar.lib.2. Rub.7. num.31. tom.1. Rota apud Marin.quotid.reſol.cap.96.numer.16.lib.2.quæ eſt in Roman. ſeù Florent. reſtit. in integr.10. Maij 1641. §.fin.coram Eminentiſs. Panzirolo in rec. dec.82. num.23. par.9.

3 Attamen, cum contraria opinio in terminis generalibus ſit verior; quoniam, maiori competere reſtitutionem in integrum ex clauſula *ſi qua mihi iuſta cauſa* aduerſus hæreditatem inconſultò aditam, tradiderunt *DD.in l.iuris ignorantia C.qui admitt. Anchar. conſil.393. num.4. Caſtr.conſ.398.ſub num.3.lib.2. Coru.conſ.184. ſub num.9.lib.3. Barbat.conſ.41.in princ.lib.1. Menoch. conſil. 932.num.11. Bero.q.64.ſub num.1. Add. ad Capell. Tholoſ.dec.55.num.7. Franc.dec.23. num.16. March. dec.291. num.3.p.1. Phanuc.de Inuent.p.1.numer.20. & p.2. num. 22.23. Gratian.diſcept.656.num.7.8.9.& diſcept.797.nu. 19.& ſeqq.tom.4. Ridolphin.in prax.p.1. cap.9. num.186. & ſub num.194.verſ.& eadem competere. Martha. clauſ. 365.num.2. Coſta de fact. ſcien. & ignor. cent.1. diſtin.37. num.12.15. Andreol.d.contr.101.numer.2. Rota in d. Roman.ſeù Floren. reſt. in integr.11.Maij. 1641.§.& quod generaliter, coram Panzirolo in rec.d.dec.82. num.10. par.9.*

4 Ac in facto iſto, cum ipſemet D. Ioſeph detexerit hæreditatem paternam maximo ære alieno onuſtam, quod de tempore tacitæ aditionis omninò latebat, & à quo tota ſubſtantia nedùm abſorbetur, ſed & longè multùm ſuperatur; ſubindeque ab eodem D. Ioſepho debita prædicta prorsùs ignorante, fuerint bona omnia hæreditaria, vna cum illorum poſſeſſione liberè dimiſſa, poſt ſpatium quinque menſium ab immixtione in iiſdem.

Sequitur, quod eidem D. Ioſepho veniat ſuccurrendum ex remedio reſtitutionis in integrum, quæ in tali caſu, non denegatur etiam maiori, ex dicta clauſula, *ſi qua mihi iuſta cauſa*, cum verè oporteat concedere, iuſtum errorem, ignorantiam facti, & magnam cauſam concurrere; vti docuerunt *Oinotom.in §.extraneis num.5. verſic.vel etiam ſi maiores. Inſt. de hæred. qualit. & differen. Rebuff.in conſt.Reg.tom.2.tit.de reſtit.art.1. gloſ.1. nu. 33. Maurit.d.cap.130.ſub num.6.verſ.ſed qui opiner. Odd. de reſtit.integr.p.2.q.62.num.133.& q.89.ſub numer.53. Marcheſ.de commiſs.reſt.in integr.p.2.§.3.num.154. Gratian.d.d.diſcept.656.ſub num.10. verſ. quibus ſtantib. & diſcept.797.ſub num.23.verſ.cum etiam tom.4. Rubeus in Annot.ad Rot.in rec.dec.10.numer.29.30.p.3. & ad dec. 460.num.225.& ſeqq.p.4.tom.2.& ad dec.1.num.95.& ſeqq.p.8. Ridolphin.in prax.p.1.d.cap.9.num.190. quos ſequuntur maturè diſcuſſo articulo Rota ipſa in d. Roman.ſeù Floren.reſtit.in integr.10.Maij.1641.§. licet enim, & per tot.coram Panzirolo, quæ eſt impreſſa apud Marin. quotid. reſol. cap.96. lib.2. & nunc in recent.d. deciſ.82. par.9. tom.1.*

Et verè poſtrema hæc ſententia vtroque reſpectu generali, nempè, & particulari ſe priùs conſiderato, indubitanter eſt amplectenda, non tantum, quia eam fuerint ſequuti proceres iuris adducti, & *S. Rotæ Romanæ Auditorum* calculum eidem album adiecerit.

Sed etiam, quoniam, præſuppoſita ignorantia iuſta, rationabili, & inuincibili, eſſet pluſquam inhumanum,
5 denegare auxilium huiuſmodi ignoranti, qui non negligit, non renunciat, non contemnit, non delinquit, non ratificat, non conſentit; cum quoad rem ignoratam conſideretur ſicuti res inſenſibilis, veluti petra, ſeù ſaxum; ad congeſta per *DD.in l.nec ignorans.C. de donat. Surd.conſil.7.num.15.& ſeqq. Barboſ. axiom.113. numer. 13.14.vbi concordan.adde pulchrè Fontanel.dec.396. n.6. Maſſin.de confiſc. bonor.quæſt.44. num.135. Paulum Rubeum ad Rot.in rec.dec.3.in ſuis annot.num.10. & ſeqq.p. 3.et ad d.dec.1.numer.48.par.8. Rot. ibidem dec.152. numer.9.*

Et ſi verum eſt, provt veriſſimum, quod iura tolera-
6 re nequeunt, vt quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro nobis auferratur. *l.id quod noſtrum.ff.de reg. iur. Menoch. conſil.296.numer.10. Phæb. deciſ. Luſitan.28.numer.12. tom.1. Barboſ.axiom.163.ſub num.2. Rubeus in d. Annot. ad d.d.dec.3.ſub num.15.par.3. in rec. Rota in Ianuen. pecun. ſeù attentator. 24. Ian.1642. in fin. coram Dunozet.*

Neceſſariò erit concludendum, ſaltem remedio reſtitutionis in integrum fore ſuccurrendum huiuſmodi hæredi ignoranti, ne alias, ſi æs alienum omninò latens ſuperet, vt in hoc caſu, totam hæreditatis ſubſtantiam, aufeatur ipſi, quod eſt ſuum, *ſine illius facto* pro eodem
7 ære alieno ſoluendo; iam quod eſt generalis concluſio, hæredem non beneficiatum cum Inuentario, teneri creditoribus, & legatarijs de ſuo proprio vltrà vires hæreditatis. *l.fin.C.de iur.deliber.§.ſancimus, verſ. ſi vero non fecerit inuentarium. Auth.de hæred.et falcid. Fachin. contr.iur.lib.4.cap.34.§. argumenta vero tom.1. Leoncil. dec. 8.num.15. Antonel.de temp.legali lib.4.cap.30.nu.1. Cancer.var.reſol.p.3.cap. 2.ſub nu.71. Add.ad Greg. dec.421. ſub nu.15.in fin. Rota in Roman.lucri dotis.1. April.1650. §.et omnis tollitur, verſic. quippe cum coram Albergato, coram Buratt.dec.521.numer.6. tom.2. et poſt Merlin. de pign.et hypoth.dec.105.num.20.in rec.dec.349. numer.2. 7.8.dec.438.num.4.p.5.dec.39. num.1.6. par.6. et in annot.ad d. dec.1.num.67.68.par.8. ego ipſe in colluct.47.numer.61.*

Et non ſumus in illis perſonis, quibus eadem concluſio minimè officit, vt ſunt Clerici, quos etiam non confecto Inuentario, haud teneri vltrà vires hęreditatis, docuere *Duard.ad Buil.can.canon.15.q.17.num.8. Dian. reſol.moral.p.1.tr.2.reſ.71. Marth. de iuriſdict.p.4. cap.75. Leoncil.dec.8.ſub num.17. Antonel.de temp.legal.lib.4. d. c.30.n.19.*

Quamuis contra, & fortè melius, ſuſtineant *Phanuc. de Inuent.p.2.num.2.ad fin. Roland.eod.tract.par.2. quæſt. 16. Spercl.dec.135.n.21.tom.2. Graſs.de effect.cleric.effect. 2.n.252.*

Ac, vt ſunt pauperes, quos pariter non affici dicta generali concluſione, dixerunt *Nouar.de priuil.miſerab. priu.33.num.2. Beninc.de pauper. q. vlt.ſpec.10. num.56. Leoncil.eod.tract.p.2.priu.194.num.1. et per tot. vbi pleniſsimè.*

Atquè, vt eſt Eccleſia hæres inſtituta, quæ non tenetur vltrà vires hæreditatis, & ſi Inuentarium non confecerit; ex traditis, poſt antiquiores à *Zanch. de priuil. Eccleſ.priuil.126.num.4.5. Montic.de Inuent.p.2. num.2. Leoncil.de priuil.pauper.d.priuil.194.numer.7. Sperel. dec. 121.num.86.et dec.135.num.20. Rubeo reſol. pract. circa teſtam.cap.1.num.171. Gennen.de Eccleſ.qu.475. Graſs. d. effect.2.num.253. Antonel.d.cap.30.nu.253. Cancer. var. reſol.p.1.c.2.n.7.p.3.c.2.n.81. Rota in Roman.locor. mont. 18. Maij 1643.§.tertio cor. Meltio in recen. dec.183. nu. 19.20.p.9.*

Quicquid in aduerſum tentent, ac conſtanter teneant *Phanuc.de Inuent.p.2.num.2. Roland.eod.tract.p.2. quæſt. 12. Fachin.contr.iur.lib.6.cap.20.et alij apud eos.*

Cum prior ſententia ſit communior, & verior; bonis tamen hæreditarijs omnibus extantibus; vt ponderat *Rubeus d.c.1.n.72.ex Rota in d.Roman.locor.mont.eod.§. tertio cor. Meltio d.dec.184.n.21.*

Dixi ſupra *ſine illius facto*; quia ex qualitatibus ignoran-

Digitized by Google

rantis ſuperius recenſitis, manifeſtiſſimè habetur, in
ignorante nullum cadere factum, cum & ignorans, ni-
8 hil agere cenſeatur. *Caſtr. conſ. 46. ſub num. 2. verſ. ſed bre-*
uiter lib. 2. Barboſ. d. axiom. 113. nu. 13. adeovt nec etiam
9 ignoranti currat tempus. *l. quandiu. C. qui admitt. Surd.*
conſil. 371. numer. 86. Coſta de fact. ſcien. & ignor. inſp. 87.
num. 5. & inſp. 88. num. 4. Barboſ. d. axiom. 113. numer. 15.
10 *Rota in rec. d. dec. 152. num. 8. p. 8.* Sed veluti impeditus
impedimento facti, & iuris. *Bald. conſil. 13. in princ. lib. 1.*
Præt. conſil. 11. num. 7. Rub. ad d. dec. 3. in annot. ſub num.
17. verſic. imò ignorans. Alex. conſ. 71. ſub num. 4. verſ. ſed
11 *impedimentum lib. 1.* veniat ſuccurrendus, & ſubuenien-
dus, iuxtà terminos. *l. qui in alterius cum ibi notatis. ff. de*
reg. iur. cap. 2. de conſtit. c. cum illorum in fin. de ſenten. ex-
commun. Rubeus in annot. ad d. dec. 3. num. 18. par. 3. in
rec.
12 Ac propterea videmus in fortioribus terminis, con-
cedi reſtitutionem in integrum maiori ex iuſta cauſa
ignorantiæ ad lucrum quærendum per aditionem hæ-
reditatis, quam maior ipſe, ſibi fuiſſe delatam, ignora-
uit, ſecundùm æquitatem. *l. Pantonius. ff. de acq. hæred.*
Alex. conſ. 169. num. 15. lib. 2. Corn. conſ. 133. num. 18. lib.
2. Capr. conſ. 6. num. 13. Gomez. var. reſol. tom. 1. c. 9. in fin.
Odd. de reſtit. in integr. p. 1. q. 50. art. 7. per tot. & p. 2. qu.
63. art. 6. vbi latè. Surd. conſ. 232. ſub num. 42. lib. 2. Præt.
de interpret. vlt. volunt. lib. 3. interpr. 1. dub. 5. ſolut. 4. n. 38.
verſic. non ſolùm. Noal. de tranſmiſſ. caſ. 8. num. 121. Alto-
grad. conſil. 84. num. 60. 61. & conſil. 94. num. 3. vbi concor-
dan. lib. 1. Rota in d. Roman. ſeù Florent. reſtit. in integr. 10.
Maij 1641. §. quæ quidem coram Cardin. Panzirolo penes
Marin. d. cap. 96. num. 14. lib. 2. & in rec. dec. 82. num. 16.
par. 9.
13 Multò fortius igitur eadem reſtitutio erit conceden-
da D. Ioſepho agenti de damno euitando; vti arguit, &
14 conſiderat *Rota in alleg. §. quæ quidem*: Subdens, inter
terminos lucri aquirendi, & damni euitandi maximam
vigere differentiam *ex Alex. conſ. 169. num. 14. lib. 2.* &
15 præſertim circa potioritatem illius, qui tractat, de
damno euitando. *ad l. verùm. §. fin. ff. de minor. l. fin. ff. ex*
quib. cauſ. Leo dec. Valent. 90. nu. 3. & ſeqq. Barboſ. axiom.
190. num. 3. Rota coram Ottbobon. dec. 215. numer. 10. cum
alijs in mea legal. colluct. 10. n. 95.

Quibus non obſtat, potuiſſe D. Ioſephum ante adi-
tionem paternæ hæreditatis, vel in termino ad delibe-
randum præfinito vires eiuſdem hæreditatis trutinare,
16 ac diligenter inueſtigare: ideoque, cum hoc non fece-
rit, ſicuti in eius erat facultate, imputet ſibi, ſi in neceſ-
ſitatem ſoluendi æs alienum modò detectum, ſe ipſum
coniecerit. *l. ſi fideiuſſor. §. 1. ff. qui ſatiſdare cog. l. ſi mu-*
lier in princ. ff. quod met. cauſ. l. interdum in fin. ff. de in-
dic. l. veteres. ff. de itiner. Surd. conſil. 215. numer. 29. 30.
lib. 2.
17 Illius enim negligentia patrocinari ipſi non poteſt,
cum ſemper noceat. *Tuſch. litt. M, concl. 36. Barboſ.*
axiom. 159. num. 1. Rota in rec. dec. 71. num. 8. & Annot.
ad dec. 373. num. 21. p. 4. tom. 2. Rubeus in annot. ad Rot. in
rec. dec. 1. num. 73. p. 8. Et nulla eſt æquitas, quæ negli-
18 genti ſubueniat, quia ei non eſt ignoſcendum. *l. pupillus.*
ff. de his, quæ in feud. credit. Rubeus in pract. reſol. circa te-
ſtam. cap. 26. numer. 261. & ad Rot. in rec. dec. 6. in annot.
19 *num. 48. p. 3. & ad d. dec. 1. num. 76.* cum negligens ſibi
imputet, ſi infrà legitimum tempus diligentias non
adhibui. *Rota in rec. deciſ. 241. numer. 2. par. 6. & prius*
dec. 615. numer. 9. par. 4. tom. 3. & coram Canaler. dec. 329.
num. 3.
20 Et hinc iure meritò ipſimet D. Ioſepho eſt dene-
ganda reſtitutio in integrum petita ex capite ignoran-
tiæ aduersùs aditionem abſque inuentarij confectione,
quoniam cum hoc beneficium aſſequi neglexerit, ſibi
imputandum venit, ſi iura modo non patiantur eidem
ſuccurri; vt dixi *in princ. & nunc addo Rubeum in Annot.*
21 *ad d. dec. 1. n. 79. 80.* Subdentem, quod hæreditas, etiam
ſi damnoſa eſſet, poteſt nihilominus ſine periculo adiri,
ſtante beneficio inuentarij. *Salgad. in Labyrint. credit. p. 1.*
cap. 9. num. 32. Rota in diu. dec. 1166. num. 4. p. 3. & in Ro-
man. ſeù Vrbeuet. pecun. 27. Febr. 1647. §. nec obſtat coram
Roias, & vide in mea legal. colluct. 1. nu. 71. & ſeqq. Et
22 ideò, cum verſemur in caſu, in quo tractatur de amit-
tendo proprium, ob ommiſſionem inuentarij, negligen-
tia non eſt tolerabilis. *Rubeus in annot. ad d. dec. 6. n. 49.*
p. 3. in rec.

Reſpondetur namquè, obiectum totum in negligen-
tia fundatum remoueri ex eo, quod D. Ioſepho ea im-
putari non debet, cum, & ſi adhibuiſſet diligentias,
adhuc tamen ipſæ non fuiſſent profuturæ, ob totalem
latitationem æris alieni modò detecti, iuxtà dictum
23 vniuerſale, quod negligentia non imputatur, vbi dili-
gentia nihil proficeret. *l. fin. §. ſi ea condit. ff. ad l. Rhod. de*
iactu. Barboſ. axiom. 159. ſub num. 1. & n. 3.

Et quamuis potuiſſet ipſe inuentarij tutamine mu-
24 niri, adhuc tamen exiſtimans, illud non fore neceſſa-
rium, ob crudelitatem, quam habuit de lucroſa paterna
hæreditate, ſi poſtmodum debitis, & litibus onuſtam,
& inuolutam reperijt, quod quilibet occulatiſſimus pa-
ter familias feſeliſſet, ex primo aſpectu, quem hæredi-
tas ipſa ad lucrum tendentem præſeferrebat, non me-
retur de negligentia redargui, ſed veluti iuſto errore
ductus, eſt ſuccurrendus, vt conſiderat optimè *Rubeus*
in Annot. ad d. dec. 1. ſub num. 95. & ſeqq. p. 8. in recen. &
admittunt omnes ſuperius allegati n. 3. 4.

Accedente maximè quod credulitas prædicta fuit
25 regulata à diſpoſitione iuris, quo ſancitur, hæredita-
tem præſumi opulentam; & dici titulum lucratiuum.
Ferentil. ad Buratt. dec. 589. num. 23. 24. Rota in rec. dec.
696. num. 2. p. 1. & dec. 254. num. 7. p. 8.

Nequè eſt putandum, D. Ioſephum fuiſſe negligen-
tem in perquirendis hæreditatis paternæ iuribus.

Tùm, quia multum ipſi intererat, & oportebat hoc
26 facere, ex concluſione, de qua ſup. n. 7. & in re ſibi ne-
ceſſaria, & vbi de proprio agitur commodo nemo præ-
ſumitur negligens. *Alban. conſ. 289. num. 24. Menoch.*
præſ. 77. lib. 6. Rota in rec. dec. 154. num. 42. 43. p. 8.
27 Tùm, quia, poſt ſequutam aditionem hæreditas
euaſit proprium adeuntis patrimonium. *l. 1. §. veteres,*
vbi DD. ff. de acq. poſſeſſ. Pontirol. in reſponſ. pro Mambel.
num. 131. Oroz. de apicib. iur. ciuil. lib. 5. c. 12. ſub n. 3. Rota
in rec. dec. 259. num. 9. p. 5. & dec. 144. n. 3. p. 6. & dec. 141.
n. 5. p. 7. & cor. Greg. dec. 219. n. 6. & dixi ſup. colluct. 1. n.
81. & infrà colluct. 36. n. 29.
28 In re autem propria, nemo præſumitur negligens.
Rota in rec. dec. 52. n. 7. in fin. p. 3. & dec. 16. n. 20. p. 8. &
cor. Greg. dec. 278. n. 14.
29 Vltraquàm quod præſumitur generaliter loquendo,
potiùs diligentia, quàm negligentia, adeovt ab allegan-
te, ſit negligentia probanda. *l. ſi defunctus. C. de arbitr.*
tut. Crauet. conſil. 77. num. 11. & conſ. 240. nu. 3. Gratian.
diſcept. 221. num. 13. Cyriac. contr. 290. num. 19. Andreol.
contr. 36. num. 12. Rota poſt Merlin. de pign. dec. 85. n. 7. &
in rec. dec. 149. num. 11. p. 5. cor. Seraphin. dec. 455. num. 3.
cor. Buratt. dec. 484. num. 1. to. 2. cum alijs per Beltramin.
30 *ad Ludouiſ. dec. 278. num. 14.* Præſertim in concernenti-
bus, vt in præſenti, proprium intereſſe. *Menoch. d. præſ.*
77. num. 3. Beltramin. ad d. dec. 278. ſub numer. 14. Rota in
diu. dec. 110. num. 3. p. 3. & in rec. dec. 52. num. 7. in fin. p. 3.
dec. 16. n. 20. & dec. 154. num. 42. p. 8. & cor. Seraph. dec.
1397. n. 4. tom. 2.

Propterea, cum omiſſio Inuentarij, & aditio hæredi-
tatis, vt ſuprà inconſultò facta veniat referenda non
ad ne-

Digitized by Google

ad negligentiam in adhibendis trutinationibus virium
hæreditatis paternæ, ſed ad rationabilem, & ex omni
parte inuincibilem ignorantiam D. Ioſephi de ære alie-
no omninò, & totaliter latente, & ad illius iuſtiſſimum
errorem. ſtat firma vndequaque concluſio pro reſtitu-
tione in integrum eidem concedenda.

31 Neque turbat, quod, vbi ignorantia eſt fundamen-
tum intentionis debeat probari aliter quàm ex gene-
rali illius præſumptione, & quidem plenè, & conclu den-
ter ad *Felyn. in c. vigilanti. numer. 1. verſ. qui allegaret de
præſcript. Carenam. reſol. 39. num. 1. Rubeum in ſing. Rot.
Roman. p. 5. ad c. præſumitur de reg. iur. in 6. tom. 2. f. mihi*
32 510. *col. 1.* Provt dixit etiam in terminis reſtitutionis in
integrum *Rota coram Cauaier. dec. 151. num. 2. & in rec.
dec. 238. num. 20 p. 8. ego ipſe in collect. 48. num. 57.* Præ-
cipuè concurrente ſanguinis coniunctione, vt in præ-
33 ſenti, per quam fit ne ignorantia ſit ex omni parte pro-
babilis, vt oportet ad effectũ obtinendæ reſtitutionis in
integrum *Gratian. dec. 4. numer. 40. Rota in rec. dec. 153.
numer. 40. & dec. 238. num. 21. p. 8. & dixi in collect. 10.
num. 99.*

34 Quoniam ſufficere iuramentum D. Ioſephi ad pro-
bationem ignorantiæ ad finem dictæ reſtitutionis con-
ſequendæ, docuit *Rota coram Merlin. deciſ. 811. num. 13.
tom 2. ad dec. 621. num. 4. p. 1. in recent. & poſt Pacific. de
Saln. interd. dec. 257. num. 6. in vlt. impreſs. et ante omnes
Alex. conſil. 71. ſub num. 5. lib. 1. et habui in d. mea legal.
collect. 48. n. 58.*

Non attenta qualitate coniunctionis ſanguinis, cũ ſit
certiſſimum, & in facto admittatur, ipſum D. Ioſephum
multis ab hinc annis non cohabitauiſſe cum eius Patre,
ſed ſeparatam domum coluiſſe, neque vnquam in rebus
domeſticis, ſe ingeſſiſse: ideoquè non poſse præſumi
in eo aliquam ſcientiam æris alieni, tunc temporis con-
tracti ab eius patre.

In tantum enim ex coniunctione ſanguinis poteſt
35 effici, vt ignorantia non ſit ex omni parte probabilis, in
quantum coniunctus præſumitur ſcire facta coniuncti:
*l. de tutela. C. de integr. reſt. min. Menoch. præſ. 124. ſub nu.
26. verſ. cæterum is lib. 3. & præſ. 24. num. 2. lib. 6. Rota in
Roman. hæredit. 19. Iun. 1645. coram Meltio, et in Roman.
fideic. de Caſijs 14. Martij 1657. §. provt viſum fuit coram*
36 *Dunozet:* Quæ præſumptio vtiquè ceſsat, quando agi-
tur, vt in præſenti de coniuncto, qui non conuerſatur
cum coniuncto. *Dec. in l. 1. n. 59. et ibi Ripa n. 46. Purpur. n.
115. verſ. 2. limit. ff. ſi cert. petat. Socin. ſen. conſ. 187. n. 22.*
37 *lib. 2. Menoch. d. præſ. 24. num. 37.* Neque habet locum,
vbi tractatur, vt modò, de actibus, qui non cadunt, in
cognitionem, & ſcientiam coniuncti, veluti de contra-
ctu. *Alex. conſ. 71. ſub num. 6. verſ. vel aliud eſt lib. 1. Dec.
conſil. 445. ad fin. Corn. conſil. 147. col. pæn. lib. 2. Menoch. d.
præſ. 24. num. 4. lib. 6. Surd. conſ. 45. num. 51. Rota in re-
cent. dec. 541. num. 43. 44. p. 5. tom. 2. et dec. 262. num. 3. p.
6. et cor. Merlin. dec. 847. num. 6. tom. 2. et in Beneuent. do-
mus 10. Maij 1649. §. itaque nullo coram Eminentiſs.
Cardin. Ottbobon. nunc in eius impreſs. deciſ. 173. nume-
ro 20.*

Cum quibus omnibus, ſi iungatur generalis præſum-
38 ptio ignorantiæ, quæ regulariter admittitur in ſucceſ-
ſoribus, & hæredibus *l. qui in alterius vbi DD. ff. de reg.
iur. Alex. d. conſ. 71. num. 5. lib. 1. Rota coram Duran. dec.
426. num. 9. & coram Cardin. Ottbobon. dec. 156. num. 11.
cum alijs in d. mea collect. 10. num. 59.* Indubitanter de-
bebit D. meus Iudex arbitrari in hoc caſu ex coniun-
ctione ſanguinis, non affici, vt ipſa ignorantia D. Ioſe-
phi non ſit ex omni parte probabilis, iam quod hoc di-
34 iudicare reſidet in Iudicis arbitrio. *Alciat. in l. 1. n. 8. vbi
Bologn. n. 31. 33. ff. ſi cert. petat. Menoch. d. præſ. 24. ſub n.
3. verſic. aliqui vero lib. 6.*

40 Et tutiſſimè hoc fiet, dum in terminis præciſis de
filio petente reſtitutionem in integrum ex capite igno-
rantiæ aduersùs aditionem hæreditatis paternæ incon-
ſulto factam, fuit deciſum, eidem competere, ob dete-
ctionem grandis æris alieni, quod anteà omninò late-
bat, *à Rota in d. Roman. ſeù Floren. reſtit. in integr. 10. Maij
1641. coram Eminentiſs. Panzirolo apud Marin. reſ. quotid.
d. cap. 96. lib. 2. & in rec. dec. 82. p. 9.*

Prædicta omnia certiora redduntur à regula ſe ha-
41 bente, quod maioribus 25. ann. in contractibus enor-
miter læſis, beneficio reſtitutionis in integrum ex cauſis
ignorantiæ, iuſti erroris, abſentiæ, vel alterius impedi-
menti ſuccurritur. *l. in contractib. C. ex quib. cauſis maior.
l. 1. Pomponius. ff. de dol. iuncta. l. penult. ff. de reſtit. in in-
tegr. Fulgoſ. in l. ſi creditor. num. 3. ff. de diſtr. pign. Odd. de
reſtit. in integr. p. 2. quæſt. 51. art. 1. n. 4. & ſeqq. ac n. 13. Ro-
ta in d. Roman. ſeù Floren. reſtit. in integr. §. nec releuare
viſum eſt, verſ. & facit regula cor. Panzirolo in rec. d. dec.
82. n. 20. p. 9.*

Igitur ex iiſdem cauſis erit etiam ſubueniendum
42 maioribus grauiter læſis in quaſi contractibus, inter
quos eſt aditio hæreditatis. *§. hæres. Inſt. de oblig. quæ ex
quaſi contr. l. apud Iulianum. §. fin. ff. ex quib. cauſ. in poſs.
eat. Salgad. in Labyrint. credit. p. 2. cap. 1. numer. 8. Rota in
rec. dec. 418. num. 14. p. 5. tom. 2. & in Bituntin. cenſ. 5. Iul.
1649 §. fin. verſ. quia adeundo cor. Argnel. & in Roman.
ſeù Ianuen. locor. mont. 17. Maij 1658. §. quod & ratione,*
43 *coram Priolo.* Quia validum eſt argumentum à contra-
ctu ad quaſi contractum. *l. ſi pupilli. §. ſi quis ità. ff. de neg.
geſt. l. aut. prætor. ff. de minor. Argel. de legit. contradict. q. 3.
n. 30. Gratiel. dec. Dolan. 14. num. 14. Barboſ. in loc. commun.
loc. 26. n. 10.*

Verſamur, ni fallor, in tuto pro aſſequenda petita
reſtitutione in integrum, ſecundùm ſuperiùs firma-
ta.

Sed ex abbundanti conſiderandum proponitur, Hip-
polytum minorem ann. 25. fratrem D. Ioſephi eſse in
hac cauſa, & in hoc iudicio petentem pariter reſtitui in
integrum aduerſus omiſſionem Inuentarij, quod ipſi
44 competere non dubitatur, quia eidem conſultum eſt,
vel contra tutores, & curatores, qui illud facere omi-
ſerunt, vel beneficio reſtitutionis in integrum. *in Auth.
de hæred. & falcid. §. illud quoque. Caſtr. conſil. 445. ſub nu.
1. lib. 2. Roland. de Inuent. q. 19. nu. 1. Monticel. eod. tract.
q. 224. ſub num. 43. & ſeqq. Thanne. eod. tract. p. 2. nu. 24.
verſ. quarto principaliter quæro, & ſeqq. Mareſc. var. reſol.
lib. 2. cap. 98. num. 11. Odd. de reſtit. in integrum p. 2. qu. 62.
art. 2. Pigant. ad Stat. Ferrar. lib. 2. Rub. 7. num. 27. tom. 1.
Cyriac. contr. 294. num. 1. tom. 2 Gratian. diſcept. 656. num.
3. tom. 4. Ridolphin. in prax. p. 1. c. 9. nu. 194. verſ. dari enim
Rottiler. de ſucceſs. ab inteſt. cap. 1. theor. 38. num. 5. Caren.
reſ. 178. num. 1. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. q. 4. in Addit. in
fin. & ibi poſt tract. Rota dec. 148. num. 22. & dec. 151. nu.
41. ſunt in Roman. fideic. de capiteferr. 19. Febr. 1646. §.
quia, & ipſi minores, & in Roman. fideic. de Rubeis. 30.
Maij 1646. §. quia id non probatur coram Eminentiſs. Cor-
rado, & coram Greg. dec. 181. num. 6. & ibi Add. litt. B, &
coram Coccin. deciſ. 219. numer. 1. & ſeqq. & in Bonon. de
Toſtinis 5. Iunij 1648. §. præterea quamuis, coram Peu-
tinger.*

Porrò eſt multum iuri conſentaneum, ſecundùm
45 opinionem grauiſſimorum ſcribentium, quod reſtitu-
tio in integrum competens minori aduersùs aditam
hæreditatem, abſque Inuentarij confectione: proſit
etiam cohæredi maiori, qui omiſit facere inuenta-
rium eiuſdem hæreditatis ab ipſo ſimiliter aditæ in-
conſultò; quemadmodum docuerunt *Pariſ. conſil. 65.
num. 59. vol. 3. Scarder. conſil. 26. num. 42. lib. 1. Odd. de re-
ſtit. in integr. p. 1. q. 46. art. 5. numer. 21. Barbat. de aſſiſten.*

glof.

Digitized by Google

gloſ.12.à n.169.Bertrand.ad conſuet.Britan. tit.de ſucceſs. & portag.art.5.§.hæres.n.3.gloſ.le commiſorie. Paſchal. de patr.poteſt.p.1.c.2.num.74.& ibi Annot.Prat. practic. obſ.c.85.tom.1.Giurb.ad conſuet.meſſan.cap.9.gloſ.5. n.7. in fine tom.1.Reuſner.d.dec.4.num.16.cum ſeqq.lib.2. pleniſſimè Cenſal. ad Peregr. de fideic. art.5.§.ſed hinc celebris,& ſeqq.vbi contraria omnia diluit. f. mihi 225.226. Et, poſt hæc ſcripta articulo benè diſcuſſo, iudicatum fuit ab *Illuſtriſs.Vincentio Florino Patritio Florentino, doctiſſimo,& vigilantiſsimo Gubernat.huius Ciuitatis Comacli,in cauſa D.Hyeronimi,& fratrum de Bonafideis, cum Antonio, & fratribus de Zarattinis, de anno 1661. die in actis D. Antonij Bellotti Notarij Comaclen. Actuarij.*

46 Licet contrarium,dictam,ſcilicet, reſtitutionem minori competentem, non iuuare cohæredem maiorem, tradiderint *Phanuc. de Inuent. p.2. num.31. Hodiern. ad Surd.dec.216.n.4.Cyriac.contr.294.n.12.tom.2.Caren.reſol.32.n.1.Pigant.ad Stat.Ferrar.lib.2. Rub.7. ſub nu.27. tom.1.Rubeus in ſing.Rot.Roman.p.3.verb.Pariſius. §.6. verſ.declaratur tom.2.Antonel.de temp.legal. lib.2. c.59. num.38.in fin.Merend.contr.iur. lib.10. c.45. Andreol. d. contr.101.num.16.vbi de veriori p.2.Rota cor.Coccin.dec. 219.n.7.& ſeqq.*

Succeſſiuè, non poſſe denegari D. Ioſepho fratri dicti Hippolyti minoris reſtitutionem in integrum, vt ſupra propoſitam, vel ſaltem eundem coadiuuari reſtitutione concedenda ipſimet Hippolyto, ambigendum non puto,& D. meum Iudicem, ſic fore iudicaturum, venit pro iuſtitia,& æquitate ſperandum.

47 *Illuſtriſſimus D. Petrus Hectoreus nobilis Imolenſis Gubernium Ciuitatis Comacli rectiſsimè, & ſapientiſsimè gerens,ſententiam, iuxtà ſuperiùs concluſa ad fauorem Gradarij protulit ſub die 9.Decembr.1638.in actis D.Romualdi Cintij Notarij Comaclen.actuarij.*

Et pars aduerſa,poſt plures habitas diſcuſsiones cauſæ in ſupremo Auditorio Eminentiſs.& Reuerendiſs.legati Ferrar. omnibus fundamentis deſtituta, totaliter acquieuit; & inuiolabiliter obſeruauit decretum factum ab eis; quo mandauit, dictum Gradarium non moleſtari in actis D. Bottoni.

COLLVCTATIO XXII.

ARGVMENTVM.

Hæreditatis priuatio, ſeù alia pæna hæredi impoſita, an, & quando ob non adimplementũ præcepti, & oneris iniuncti à teſtatore, incurratur: & quid de interpellatione hæredis veniat ſtatuendum, præciſim, latequè diſſeritur.

SVMMARIVM.

1 *Pæna priuationis hæreditatis, vt incurratur; quæ requirantur,& n.40.*
2 *Interpellatio quando deſideretur; vt ſit locus pænæ priuationis hæreditatis.*
3 *Hæres in dubio intelligitur de eo, qui adiuit hæreditatem.*
4 *Argumentum de maiori ad minus, & validum, & num.5.*
6 *Diei certitudo habetur,ſi aliquid ſit faciendum infrà biennium.*
7 *Dies interpellat pro homine declara, vt n.22.23.*
8 *Argumentum de lege ad teſtantem valet.*
9 *Voluntas teſtatoris eſt pro lege: eſt regina diſpoſitionum, & totum facit numer.10.Si in totum ſeruari non poteſt, exequi debet in quantum eſt poſsibile, numero 11.*
12 *Adimplementum à quo ſit probandum,& n.13.14.*
15 *Pæna eſt locus ex contrauentione,& non adimplemento, & n.17.*
16 *Pæna poteſt opponi à teſtatore, pro obſeruantia præcepti liciti,& honeſti.*
17 *Pæna priuationis hæreditatis in multis caſibus,ibi enumeratis fàcit appoſita per teſtatores.*
18 *Interpellatio an, & quando requiratur; ſiuè tractetur de facto negatiuo; ſiuè de facto affirmatiuo, & num.19. 20.21.22.*
24 *Legata non debentur,niſi adita hæreditate.*
25 *Modus dicitur iniunctus, ſi quid veniat faciendum poſt emolumentum quæſitum. Limita n.31.*
26 *Interpellatio eſt neceſſaria, vt oneratus in vim modi incurrat moram. Declara n.27.*
28 *Dictio ſtatim non recipit dilationem,importat idem, quod clauſula* ipſo iure,*n.34.*
29 *Verba debent eſſe cum effectu, & debent operari.*
30 *Dictio ſi conditionem importat.*
32 *Interpellatio præſumitur facta à creditore.*
33 *Mora poteſt purgari de æquitate canonica.Limita n.36.et ſeqq.*
35 *Clauſula* ipſo facto *importat idem, quod clauſula ipſo iure clauſula ipſo iure excludit purgationem moræ n.36.*
40 *Scientia in præiuditialibus,requiritur certa, ſpecifica, & indubitata,non præſumitur.n.41.probatur ex coniecturis n.43. Amplia n.44.*
42 *Ignorans facti ſubiacet pænæ.*
45 *Paulus Maſtrius Meldulenſis laudatur.*

1 QVando tractatur,quod ex contemptu, & inobſeruantia hæres incurrat pænam priuationis hæreditatis indictam à teſtatore, requiruntur copulatiuè interpellatio partis;monitio Iudicis; ſcientia plena, perfecta diſpoſitionis pænalis; & tandem expreſſa contrauentio diſpoſitioni teſtatoris, ex congeſtis *à Ruyn. conſ.184.vol. 2.Burſat.conſ.167. vol.2. Marcabrun. conſ. 36.repetit.inter conſil.Marzar. conſ.36. Coſta de rata qu. 143.n.3.& ſeqq.Merlin.de legit.lib.3.tit.2.q.21.n.10. Fuſar.de ſubſt. qu.582.583. Cyriac. contr.289. ac alijs infrà allegan.*

2 Verùm concluſio prædicta ſuas præſefert declarationes, & ſignanter reſpectu interpellationis;eam etenim tantùm requiri; vbi pæna duntaxat ſine die, vel dies ſolùm, ſine pæna appoſita eſt à teſtatore; ſecùs vbi pęna,& dies ab eodem appoſita reperitur,itavt hoc caſu pæna priuationis incurratur abſque alia monitione,& interpellatione,tradiderunt *Pariſ. conſ.19. n.199. & ſeqq.lib.2.Cranet.conſ.193.n.4 Alb.conſ.48. num.14. Fuſar.de ſubſtitut.d.q.582.n.14.Honded.conſ.68.num.25. lib.2.Marcabrun.d.conſ.36.num.97.& ſeqq.Cyriac.contr. 519.n.45.tom.3.Merlin.de legit.d. q.21. n.12. vbi allegat Rota poſt lib.2.conſil.Farin.dec.82.n.2.adde,& in rec.dec. 314.n.12.p.4.tom.2.*

3 Ac propterea in caſu propoſito,cum hæres, qui adiuit hæreditatem, vt de tali intelligitur in dubio, non deſcripto tantùm.*Ruyn.conſ.47.num.5. lib.2. Peregr. de fideic.art.32.num.5.6 Honded.d.conſ.68.n.27.* Contempſerit præceptum eidem à teſtatore impoſitum *de ſoluendo legato infrà biennium,ſub onere dupli, ſi idem legatum in eodem tempore non ſolueris,*ſequitur quod cũ verſemur in terminis appoſitionis pænæ, & diei factæ à teſtatore,pęnã ipſã incurrerit,etiãſi nulla prę ceſſerit inter-

Q pellatio

Digitized by Google

pellatio,& monitio: ſi enim hoc habet locum, vbi agi-
tur de pœna priuationis totius hæreditatis, vt dixi,
multò magis obtinere debebit, quando tractatur de
4 alia mitiori, ac leuiori pœna duplicationis legati: ar-
guendo de maiori ad minus, vt fieri poteſt. l. in ſuis. ff. de
liber. & poſth. auth. multo magis. C. de ſacr. ſanct. Eccleſ. Ce-
phal. conſil. 280. num. 17. tom. 2. Decian. conſ. 49. num. 55.
vol. 2. Phœb. deciſ. Luſitan. 106. num. 32. tom. 2. Barboſ. in
loc. 67. n. 1. vbi concordan. & axiom. 140. ſub num. 5. in fin.
5 Rota in rec. dec. 289. num. 35. p. 6. Et iuxtà regulam, quod
id, quod conceditur in eo, quod eſt maius, concedi
etiam debet in eo quod eſt minus. l. filiusfam. §. fin. ff. de
donat. l. in eo. ff. de reg. iur. c. ex parte de decim. nouar. q. 24.
n. 3. lib. 1. Barboſ. d. axiom. 140. n. 5.

Neque ambigatur de appoſitione certæ diei ad ſo-
6 lutionem dicti legati: quoniam ex ordinatione teſtato-
ris, quod infrà tempus biennij veniat illa facienda habe-
mus diei certitudinem ad Gratb. dec. 114. ſub numer. 19.
verſ. cumque ſatiſ. Poſt. reſol. 137. num. 23. Andreol. contr.
7 271. ſub num. 39. p. 4. Adeo vt prima dies poſt vltimam
biennij habeat vim interpellationis, & conſtituat in mo-
ra, ſecundùm terminos. l. magnam. C. de contrah. empt.
Honded. conſ. 39. num. 7. 8. lib. 2. Rimin. iun. conſ. 89. num.
18. lib. 1. Surd. dec. 57. num. 12. 14. Barboſ. axiom. 71. n. 1.
& ſeqq. Rota poſt Cenc. de cenſib. dec. 479. num. 12. & dec.
486. num. 7. & poſt Merlin. de legit. dec. 29. num. 6. repeti-
ta poſt ſtatil. de Salu. interd. dec. 119. num. 6. in 1. edit. aliàs
dec. 159. num. 6. in vlt. impreſſ. & poſt Zacch. de oblig. Ca-
mer. dec. 275. n. 16. 17. quæ eſt in Bonon. pecun. de Lamber-
tin. 3. Iul. 1647. §. quo verò ad ſecundam coram Bichio, &
in Tuſculan. Saluian. 25. Maij 1648 §. neque interpellatio-
nis ad medium cor. Veroſp. cum alijs per Rubeum ad Rot. in
Recent. dec. 542. in annot. n. 45. 46. p. 4. tom. 3. & per me in-
frà in colluct. 50. n. 177. ac rurſus per Rot. poſt Contr. diſc.
foren. dec. 109 ſub n. 3. & dec. 155. ſub n. 7. to. 1.

Et quemadmodum in diſpoſitione legis ſeruatur di-
cta concluſio, ità & in diſpoſitione teſtatoris eſt admit-
8 tenda valet namque argumentum à lege, ad teſtantem.
Crauet. conſ. 213. n. 5. lib. 2. Cephal. conſ. 541. num. 23. lib. 4.
Honded. conſ. 57. n. 15. lib. 1. Barboſ. loc. 60. nu. 2 Rota cor.
Greg. dec. 219. n. 2.

9 Fortaſsè, quia, ſi diſponat teſtator, erit lex. § diſponat.
Auth. de nupt. l. verbis legis. ff. de verbor. ſignific. dixi in
10 colluct. 7. n. 39. Et voluntas teſtatoris erit regina diſpo-
ſitionum, ac totum facit: l. in conditionibus. ff.
de condit. & demonſtr. l. penul. ff. de leg. 1. Cyriac. contr.
550. n. 35. 36. Rota cor. Otthobon. dec. 91. n. 8. 9. et dec. 111.
11 n. 9. Quam ideò ſeruandam omninò eſſe, in ore om-
nium habetur; intelligendo, vt ſi in totum ſeruari non
poteſt, exequi tamen debeat, in quantum poſſibile eſt.
l. in teſtamento. ff. de condit. & demonſtr. Caſtr. conſ. 218. ad
fin. lib. 2. Roman. conſ. 409. n. 11. Mantic. de coniect. vlt. vo-
lunt. lib. 3. tit. 3 ſub n. 6. Pret. eod. tract. lib. 2. interpr. 2. du-
bit. 2 ſolut. 1. à n. 1 ad 28. Cyriac. d. contr. 550. n. 38. et ſeq.

Idcircò, omiſſo pro nunc, quod tradita ſuperius de
interpellatione proueniente à lapſu diei; procedant ad
effectum, vt debitor propter moram, teneatur ad vſu-
ras, & ad intereſſe, ſeu de interitu rei, non autem ad in-
currendam pœnam, vt placuit multis, & etiam Rotæ Ro-
manæ in Bonon. legat. 8. Iunij 1643. §. quia hæc benè, cor.
Bichio, eſt impreſſ. apud maſſin. de confiſc. bonor. q. 22. n. 63.
64. Ex quo habetur declaratio inferius n. 21. 22.

Cum hæres iſte contrauenerit voluntati teſtatoris,
12 eamque non adimpleuerit, quod ſatis conſtat, vbi ipſe,
adimplementum, non probauit, ſicuti facere debebat,
quando implementum, vel pœna, vt in hoc caſu, reſpicit
commodum eius, qui agit ad pœnam, ob non adimple-
tam voluntatem defuncti, ex Bar. l. in illa la 1. n. 9. & ibi
Roman. n. 16. Iaſon. ſub num. 15. verſ. ſecundò fallit. ff. de
verbor. oblig. Gabr. comm. co. cl. tit. de probationib. concl. 6.
ſub nu. 30. Burſat. conſ. 167. n. 10. Herculan. de negatiua. n.
35. & ſeq. quos relatos ſequitur Cyriac. cõtr. 519. n. 14. t. 3.
13 Quidquid ſecus ſit dicẽdũ, vbi implementum, & pœna
reſpiret commodum alterius, quàm agentis, tunc enim
contrauentio, & non adimplementum voluntatis de-
functi eſſet probandum ab allegante, & hoc caſu hæres
non grauaretur onore docendi, ſe dictam voluntatem
ſeruaſſe, & adimpleuiſſe; ſecundùm tradita à DD. in d. l.
in illa de verb. oblig. Crauet. conſ. 1. ſub num. 10. lib. 1. Hon-
ded. conſ. 68. num. 10. Cyriac. d. contr. 519. ſub nu. 14. in fin.
Niger. de except. c. 9. §. 14. num. 16.
14 Iuxtà quam diſtinctionem ſunt accipiendi illi, qui ge-
neraliter dixerunt, quod onus probandi, contrauentio-
nem, & defectum adimplementi, licet conſiſtentem in
negatiua, ad finem incurrendæ dictæ pœnæ, ſpectat ad
allegantem; vti Nonius conſ. 28. num. 2. Marcabr. conſ. 36.
nu. 32. Honded. d. conſ. 68. num. 8. 9. Cyriac. contr. 289. nu.
16. tom. 2. Altograd. conſ. 84. num. 1. lib. 1.
15 Succedit, factum eſſe locum pœnæ appoſitæ per te-
ſtatorem, & ius acquiſitum legatario, ex DD. ſuperiùs
adductis, quibus addi poſſunt Rimin. iun. conſ. 54. num. 3
& conſ. 231. num. 24. Cephal. conſ. 497. nu. 59. 60. Cyriac.
16 d. contr. 519. nu. 13. pro obſeruatione namque præcepti
liciti, & honeſti, quale eſt præſens potuit teſtator appo-
nere dictam pœnam. Bart. in l. 1. §. item ſi ità num. 2. ff. ad
l. falc. Socin. ſen. conſ. 4. ſub numer. 15. verſ. pœna ergo lib. 4.
Cyriac. in alleg. contr. 519. num. 12.

Et ſic eidem præcepto, quemadmodum erat obtem-
perandum, ità contrauenien s dicta pœna plectendus.
17 Vt in terminis pœnæ priuationis hæreditatis, ob non
adimpletum teſtatoris præceptum, veluti, de non mo-
leſtanda vxore vſufructuaria: de geſtando arma, & in-
ſignia teſtantis, eiuſque nomen aſſumendo: de con-
ſtruendo monumento; de doctorea dignitate adipi-
ſcenda, & munere doctoris exercendo: de celebratio-
ne officiorum pro anima teſtatoris, & ſuorum defun-
ctorum: de nuptui tradendo virgines, atque huiuſmo-
di, tradiderunt Bart. in l. patrfamil. ff. de hæred. inſtitut.
Alex. conſ. 138. num. 24. lib. 1. & conſ. 52. lib. 2. Socin. iun.
conſ. 113. num. 28. lib. 1. Decian. conſ. 2. num. 93. lib. 2. Cra-
uet. conſil. 1. & conſ. 193. Burſat. conſ. 167. lib. 2. Menoch.
conſ. 30. lib. 1. Papon. conſil. 30. Marcabr. conſil. 36. Alban.
conſil. 48. Andreol. contr. 116. p. 2. Honded. conſ. 68. lib. 2.
Surd. de alimen. tit. 9. qu. 25. & deciſ. 194. Theſ. deciſ. 270.
Theſaur. iun. q. q. forenſ. lib. 1. q. 34. Coſta de rata q. 143. nu.
2. Molin. de primogen. Hyſpan. lib. 2. c. 14. Mantic. de con-
iect. lib. 11. tit. 18. Cyriac. d. contr. 519. Altograd. conſ. 101.
lib. 2. Rota in Roman. hæredit. 18. Martij 1650. cor. Roias,
& 28. Aprilis 1659. cor. Melzio, ac in Ferrarien. fideic.
5. Martij 1663. cor. Vicecom.

Neque turbare poteſt, quod ad effectum cognoſcen-
18 di, num interpellatio requiratur; diſtinctionem com-
muniter afferant DD. inter factum affirmatiuum, & ne-
gatiuum; aſſerendo, quod quando pœna imponitur pro
facto negatiuo, ſit neceſſaria interpellatio, & monitio,
ſi idem factum veniat in neceſſarium conſequens facti
affirmatiui, à teſtatore ordinati; vt ſi fuerit iniunctum, per
hæredem conſtrui capellam in tali Eccleſia, & ſi non
conſtruxerit incidat in pœnam priuationis; ex doctrina
Innocen. in c. extirpanda de præben. Felin. conſil. 34. nu. 11.
Marcabr. conſ. 36. ſub nu. 81. 82. Gabr. conſ. 5. n. 17. & ſeqq.
lib. 1. Menoch. conſ. 131. num. 8. Crauet. conſ. 193. numer. 4.
Altograd. conſ. 101. num. 7. & n. 42. & ſeqq. lib. 2. Oſaſch.
deciſ. 48. in fin. Cyriac. contrau. 153. ſub num. 57. & num.
58. tom. 1. & contr. 519. numer. 9. tom. 3. Pigant. ad ſtat.
Ferrar. lib. 2. Rub. 126. ſub numer. 38. verſ. & nouiſſimè.
tom. 2. Maſſin. de confiſc. bon. q. 22. nu. 42. nouiſſimè Reuer.
Fagnan. in c. cum in cunctis. §. inferiora nu. 16. de elect.

Quan-

Digitized by Google

19 Quando verò imponitur pœna pro facto affirmatiuo
non requiratur interpellatio, & monitio, vt ſi teſtator
mandauerit, quod hæres non alienet, & ſi alienet inci-
dat in pœnam priuationis: hic enim ſi hæres contra-
ueniat, contrauenit per factum affirmatiuum, vti do-
cent *D.D. modo allegati, & maximè Crauet. d. conſ. 193. n.
4. adde Alban. conſ. 48. n. 5. Menoch. de adipiſc. remed. 2.
ſub n. 76. Altograd. d. conſ. 101. ſub n. 47.*
20. Ea inter hos caſus diuerſitatis ratione adducta, quo-
niam in primo quis delinquit, non faciendo, & ſic ne-
gligendo; negligentia autem in omittendo poteſt faci-
liùs ex aliqua iuſta cauſa excuſari, cum non facta lateant
in ſecundo verò, quia quis contrauenit faciendo, quod
facere non debet; & ità hoc factum ſemetipſum ma-
nifeſtat, & redditur apparens inducendo poſitiuam
contrauentionem: ſucceſſiuè in priori monitionem
requiri, in poſteriori autem non deſiderari concludi-
tur *ab ipſis D. D. & ſignanter Menoch. d. conſil. 131. nu.
8. Crauet. conſil. 193. ſub num. 2. melius Altograd. d. conſil.
101. n. 45. 46. 47.*
Quoniam, & ſi dici poſſit, nos verſari in primo alla-
21 tæ diſtinctionis membro, nihilominus, & illud ceſſat,
quando, vt in præſenti, eſt appoſitum tempus, vt decla-
rat *Innocen. ſcipſum in d. cap. extirpandæ verſ. & hac vera
ſunt de preben. & agnoſcunt Rimin. iun. conſ. 31. num. 133.
136. & conſ. 798. num. 26. Cephal. conſ. 586. n. 15. 16. Cy-
riac. d. contr. 519. n. 46. Altograd. d. conſil. 101. ſub num. 50.
verſ. ſecundo reſpondetur lib. 2.*
22. Intelligendo tamen de appoſitione temporis certi
expreſſi, adeovt tacita dies non ſufficiat, nam adhuc ea
non obſtante neceſſaria eſt interpellatio, & monitio
Iudicis, ad hoc, vt locus ſit diſpoſitioni pœnali, priuatio-
nem hæreditatis vel alterius rei, ob inobſeruantiam
preſeferenti. *Alban. conſil. 48. num. 11. & ſeqq. & nu. 20.
Crauet. conſ. 64. n. 1. & conſ. 192. numer. 17. verſ. ego ſoleo
lib. 1. Altograd. conſ. 84. nu. 47. lib. 1. Gratian. diſcept. 523.
num. 26. 27. Mart. de ſucceſſ. legal. p. 4. q. 18. art. 3. n. 47. 48.
cum alijs per Rotam in Bonon. legat. 8. Iunij. 1643. §. quia
hæc benè cor. Bichio apud Maſſin. de confiſc. bonor. q. 22. nu.*
23 *64. & ſeqq.* Et in iſtis terminis, ſunt audiendi illi, qui di-
xerunt, quod in materia pœnali: & priuatiua dies non
interpellat pro homine; quales ſunt *Caroc. dec. 9. nu. 14.
Coſta de rata q. 143. n. 6. Capyc. latr. dec. 59. n. 23. Rota in d.
Bonon. legati apud Maſſin. de confiſc. bonor. q. 22. nu. 66.* Et
prædicta promptiùs admitti debent, quia modo non
verſamur in tempore, ac die appoſito, cauſa multipli-
candæ obligationis, vt in legato annuo, ſed cauſa diffe-
rendæ ſolutionis, vt in legato ſemel præſtando; ac idcò
multò minùs requiritur interpellatio, cum tempus ip-
ſum pariat tantummodò moram; quidquid ſecus in
primo caſu, in quo pareret obligationem, & moram.
*Caſtr. conſ. 47. n. 2. lib. 2. Trentacinq. tit. de ſolut. reſ. 32. nu.
13. 14. lib. 3. Rota apud Maſſin. d. q. 22. num. 67. & ſeqq. in
rec. dec. 201. à n. 37. p. 9.*
Non obſtat, quod ſimus in caſu, in quo onus adim-
plendi ſit iniunctum, poſt emolumentum, & hæredita-
tem quæſitam; legata etenim non debentur, niſi adi-
24 ta hæreditate. *l. 3. ff. de leg. 1. l. eam quam, C. de fideic. l. ſi
nemo. ff. de reg. iur. Leoncil. dec. 133. n. 1. & de pauper. p. 2.
priuil. 212. num. 1. plenè Rubeus in reſ. practicab. circa te-
ſtam. c. 61. n. 4. & ſeqq.* Et conſequenter, teſtatorem non
25 conditionaliter, ſed modaliter diſpoſuiſſe, & præcepiſ-
ſe hæredi ſolutionem legati, de quo agitur, quamuis per
verba conditionem præſeferentia teſtator ipſe loqu-
tus fuiſset; ex *Bart. in l. quibus diebus. §. termilius. ff. de con-
dit. & demonſtr. Dec. in l. cum mota. n. 6. ad fin. C. de tran-
ſact. Ruin. conſ. 47. n. 4. lib. 2. Neurz. conſ. 45. n. 22. Meno-
ch. conſ. 381. n. 42. & conſ. 1153. n. 20. Surd. conſ. 268. nu.
48. Honded. conſ. 68. n. 29. 30. lib. 2. Galuan. conſ. 13. n. 13.
et ſeqq. Altograd. conſ. 84. n. 6. lib. 1. Gratian. diſcept. 136.
n. 12. & ſeq. tom. 1. Caſtil. contr. iur. lib. 4. c. 55. num. 40. Ca-
ren. reſol. 93. n. 1. & ſeqq. vbi pulchrè. Surd. dec. 38. n. 6. 7. et
dec. 156. n. 6. Cyriac. contr. 153. n. 54. tom. 1. Sabell. var. reſ.
& reſponſ. c. 72. n. 3. Duran. de condit. & mod. impoſſib. p. 5.
c. 1. per tot. Antonel. de temp. legal. lib. 4. c. 14. nu. 53. Barz.
dec. 25. n. 80. Rota Roman. cor. Buratt. dec. 937. n. 9. to. 3. &
in diu. dec. 39. n. 1. p. 1. & in rec. dec. 293. nu. 14. p. 5. & dec.
217. n. 5. p. 8. & in Ferrar. fidcic. 5. Martij. 1663. §. defun-
cto autem cor. Viccom.*
Propterea què ad incurrendam pœnam dupli per
hæredem, ob ſolutionem dicti legati non factam, & ſic
26 ob modum non impletum, fuiſſe neceſſariam eiuſdem
hæredis interpellationem, ipſumque in mora conſtitui;
ad *Crauet. conſ. 59. n. 7. Becc. conſ. 172. n. 16. vol. 2. Galga-
net. de condit. p. 2. c. 3. q. 7. ſub n. 27. Alduin. conſ. 73. nu. 17.
Bardellon. conſ. 57. n. 23. 24. lib. 1. Galuan. conſ. 13. num. 24.
25. Altograd. d. conſ. 84. ſub num. 41. 42. lib. 1. & d. conſil.
101. n. 5. lib. 2. Gratian. diſcept. 44. n. 16. tom. 1. & diſcept.
798. n. 10. 11. tom. 4. Cyriac. contr. 153. n. 56. to. 1. et contr.
247. n. 42. to. 2. Fuſar. de ſubſtit. q. 447. ſub n. 11. verſ. diffe-
rentia tamen in addit. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. q. 21. ſub
n. 11. in Addit. Cenſal. ad Peregr. de fideic. art. 12. ſub num.
121. verſ. ſecundo obſeruo. f. mihi 12. col. 1. Duran. de con-
dit. & mod. d. c. 1. n. 8. Rota in d. Bonon. legat. 8. Iunij. 1643.
§. quia hæc cor. Bichio penes Maſſin. d. q. 22. num. 65. in rec.
dec. 201. à n. 33. p. 9.*
Etenim, reſtringendo reſponſionem ad conſequen-
27 tiam ex obiecto erutam, dicitur, tunc demum neceſſa-
riam eſſe interpellationem contra oneratum in vim
modi, quando pro adimplemento, & executione oneris
non eſt adiecta pœna, & certa dies; ſecus vt in præſenti,
eadem pœna, dieque certa extante; ad *tex. in l. ſi cum
præfinitione. ff. de quand. dies. leg. ced. adduct. à Caſtr. in con-
ſil. 292. ſub n. 9. lib. 2. Crauet. d. conſ. 59. ſub num. 7. verſ. nec
obſtat lib. 1. & admittunt. DD. omnes in aduerſum allegati,
ſi rectè eorum dicta perpendantur:* iunctis commemoratis
ſuprà n. 2.
Et inſuper, quia mandauit teſtator, quod ad duplum
28 hæres teneatur ſtatim, quæ dictio non recipit dilatio-
nem, ſine qua non poteſt fieri petitio, ſeù interpella-
tio. *Bart. in l. 1. ff. iudic. ſolu. Iaſon. conſil. 191. num. 5. vol.
2. Surd. dec. 57. num. 9. Antonel. de temp. legal. lib. 4. cap. 3.
num. 15.*
Et hinc erui poteſt, quod teſtatoris voluntas non fuit
reſpicere ad vim modi, alias virtus eiuſdem dictionis
29 ſtatim nihil operaretur, & remaneret abſque effectu,
contra *l. 1. §. hæc verba. ff. quod quiſq. iur. Bec. conſ. 14. nu.
31. Surd. dec. 303. num. 5. Barz. dec. 90. num. 19. Altograd.
conſ. 100. n. 39. lib. 2. Rota in rec. dec. 242. num. 9. p. 5. & in
Ampurien. denomin. Canonicor. 20. April. 1646. §. 1. verſ.
vt aliquid cor. Meltio.*
Præcipuè, cum non ſit abſonum aſſerere, onus præ-
fatum fuiſse conditionaliter appoſitum, ex vi dictionis
ſi iunctæ cum verbo futuri temporis, quæ in contextu
legati, de quo agitur; & in appoſitione oneris hæredi
iniuncti patenter habetur; nam, ipſam dictionem im-
30 portare regulariter conditionem, & nō modū, tradide-
rūt *DD. in l. p. ff. de condit. & demonſtr. Becc. conſ. 41. n. 26.
Honded. conſ. 34. n. 5. lib. 1. Menoch. conſil. 15. nu. 14. Surd.
conſ. 381. numer. 11. Vela diſſert. forenſ. 7. numer. 7. Galga-
net. de condit. p. 2. cap. 1. quæſt. 1. numer. 3. & ſeqq. Duran.
eod. tract. p. 5. cap. 1. num. 2. Niger. de laudem. q. 10. num. 2.
tom. 2. cum innumeris alijs apud Barboſ. de dict. vſufrequen.
dict. 364. num. 1. Rota in rec. dec. 505. num. 1. par. 2. & dec.
77. num. 3. p. 7. & cor. Buratt. dec. 938. n. 3. tom. 2.* ſucceſſi-
31 uè doctrina, circa modum tradita, non officit, vt pote
quia, de contraria voluntate teſtantis apparet. *Rota in
diu. dec. 39. n. 3. p. 4.*

Et in omnem caſum, quatenus etiam interpellatio
fuiſſet neceſſaria, legatarius habet præſumptionem
32 ſecule illam, cum de iure ipſa præſumatur, adeò vt de-
bitori neganti ſe monitum à creditore, incumbat onus
probandi. *Dec. in c. nonit. n. 148. vbi remouet contraria de
iudic. Roman ſing. 402. Rota poſt Zacch. de oblig. Camer. de-
ciſ. 20. n. 16.*

Nequè tandem officit, quod ſi poſſit dici, hæredem
33 contraxiſſe moram, adhuc detur locus purgationi il-
lius, cum ius legatarij, non ſit effectum deterius, iuxtà
æquitatem canonicam: vbiquè in hoc receptam, & de
qua in *c. ſua de pæn. Mangil. de ſubhaſt. q. 101. num. 15. et
ſeqq. Poſt. eod. tract. inſp. 17. nu. 80. et ſeqq. Zacch. de oblig.
Camer. q. 28. num. 19. Altograd. conſil. 84. num. 70. lib. 1.
Pigant. ad Stat. Ferrar. lib. 2. Rub. 126. numer. 153. tom. 2.
Antonel. de temp. legal. lib. 14. cap. 15. num. 2. et ſeqq. Ru-
beus in ſing. Rot. Roman. p. 2. verb. mora. §. 1. tom. 2. Add.
ad Greg. dec. 559. ſub nu. 10. Rota in Roman. Dom. 4. Maij.
1648. §. circa tertium cor. Dunozet, et in rec. dec. 218. n. 13.
et dec. 397. n. 9. p. 5. et in diu. dec. 410. num. 5. p. 4. et coram
Buratt. dec. 819. n 4.*

Nam, ſtante diſpoſitione teſtatoris, vt non ſoluto le-
gato infrà biennium, teneatur hæres *ſtatim*, *et ipſo facto*
ad duplum; ſuccedit, quod non admittatur purgatio
moræ; dictio enim illa *ſtatim* & clauſula *ipſo facto* ope-
34 rantur idem, quod denotat clauſula *ipſo iure*: vt de prio-
ri tradunt *Tiraq. in l. ſi vnquam ver. reuertatur num. 101.
C. de reuoc. donat. Monet. de diſtrib. p. 3. q. 7. numer. 36. 37.
Ric. dec. 288. num. 11. p. 2. Barboſ. dict. 68. num. 1. iuncto nu.*
35 7. de poſteriori autem docent *Dec. conſil. 138. num. 1. et
conſ. 187. num. 4. Fenzon. ad Stat. Vrb. lib. 1. c. 180. n. 75.
Rubeus in ſing. Rot. Roman. p. 4. clauſ. 445. n. 1. tom. 2.*

36 Porrò dicta clauſula *ipſo iure* excludit purgationem
moræ. *D. D. in l. qui ob rem non defenſam. ff. de condit. in-
deb. Caſtr. conſ. 99. num. 2. lib. 1. Roman. conſil. 427. num. 8.
et ſeqq. Alex. conſ. 14. ſub num. 2. verſ. et præſertim, quan-
do, et conſ. 57. ſub num. 11. lib. 2. et conſ. 40. ſub num. 3. lib.
6. Marſil. de fideiuſſ. num. 344. cum innumeris apud Tiraq.
in d. verb. reuertatur num. 310. C. de reuoc. donat. Rubeus
d. p. 4. clauſ. 446. num. 16. Cyriac. contr. 158. numer. 42. vbi
concordan. tom. 1. Gratian. dec. 49. num. 5. Fachin. contr. iur.
lib. 1. c. 98. verſic. poſtremo quia*, Et in iſtis noſtris termi-
nis *Mareſc. var. reſol. lib. 2. c. 125. num. 18. Ricc. in prax. p.
3. reſol. 368. Ciarlin. contr. iur. lib. 2. c. 126. Antonel. d. c. 15.
n. 15. 16.*

37 Concurrente maximè certa die cum adiectione pæ-
næ, quo fit, vt pariter non ſit locus purgationi moræ,
etiam de æquitate canonica; *gloſ. in c. mora de reg. iur. in
6. et in c. licet de decim. Alex. d. conſ. 14. num. 2. lib. 2. Bar-
bat. conſil. 87. num. 25. lib. 3. Bero. conſ. 155. num. 29. vol. 1.
Rum. conſ. 119. num. 2. lib. 5. Bologn. conſ. 16. num. 40. Crot.
conſ. 56. num. 2. Emilian. conſ. 103. num. 8. Burſat. conſ. 363.
numer. 32. Ripa obſer. 171. numer. 5. Mancin. de iuram.
par. 4. effect. 13. numer. 26. cum alijs, quos refert, et ſequi-
tur. Cyriac. d. contr. 158. num. 47. 48. tom. 1.* Eoque magis,
cum in præſenti onus prædictum eſset adimplendum
38 ab hærede infrà certum tempus, ſibi ſub conditione
aſſignatum à teſtatore, vt dixi, eodem namquè tempo-
re elapſo, mora eſt impurgabilis. *Scarban. iun. reſ. 17. nu.
11. et reſ. 36. num. 12. Rota in Rauenn. ſeù Ferrar. decimar.
5. Martij. 1649. in fin. coram Melzio, eſt impreſſa apud Pi-
gant. ad Stat. Ferrar. lib. 2. ſub Rub. 126. num. 170. in fine
to. 2. et poſt Salgad. in Labyrint. credit. dec. 95. num. 35. et in
Bonon. primogenit. 26. Maij 1656. §. hoc tamen cor. Bichio.*

39 Vltra quam quod iſta cauſa agitur inter laicos, & in
foro ſeculari contentioſo ideò non admittitur purga-
tio moræ, ſecundum canonicam quoquè æquitatem, vt
de veriori, et communiori opinione teſtatur cum multis
Cyriac. d. contr. 158. n. 46. benè Fachin. contr. iur. lib. 1. c. 98.

Hæc omnia hucuſque tradita in negotio principali,
ſunt accipienda, quotieſcunquè in hærede adeſt ſcien-
tia certa de contentis in teſtamento, & præciſim reſpe-
40 ctu legati, vt ſuprà facti; cum enim ſimus in præiudi-
tialibus, & pænalibus, requiritur talis ſcientia ſpecifica,
totalis, & indubitata, vt non ſufficiat præſumpta; ex
*Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. q. 21. num. 19. Altograd. d. conſ.
84. num. 9. & ſeqq. lib. 1. Thomat. dec. 116. num. 25. & ſeq.
Rota in rec. dec. 593. num. 4. p. 2. & coram Seraph. dec. 972.
num. 10. & dec. 1173. num. 3. & coram Buratt. dec. 182. n.
11. et dec. 617. num. 1. & dec. 899. n. 2. et cor. Duran. deciſ.
426. num. 16. & ſeqq. et cor. Merlin. dec. 409. num. 28. et in
Beneuent. dom. 16. Nouembr. 1648. §. fin. cor. Otthobon.
nunc in eius impreſſ. dec. 156. n. 14. 15. latè Rubeus in An-
not. ad dec. 542. n. 90. ad 99. p. 4. tom. 3. et in rec. dixi ſup. in
collucť. 7. n. 73.*

41 Et dicta ſcientia, dùm non probatur cum omnibus
qualitatibus, intrat præſumptio ignorantiæ. *l. verius. ff.
de probat. Poſt. de manut. obſer. 40. nu. 28. Rota in rec. dec.
504. n. 6. p. 4. tom. 2. & dec. 151. n. 5. p. 8. cor. Otthobon. dec.
51. n. 7. et in Roman. tranſact. 2. Maij 1659. §. acceptatio
verò in fine cor. Celſo.* Adeovt ignorans nulli ſubiaceat
42 pænæ. *l. quicunque. C. de ſeru. fugit. Cyriac. contr. 519. n. 4.
to. 3. Rubeus ad Rot. in rec. dec. 9. in annot. nu. 15. p. 3. et ad
dec. 1. ſub n. 47. p. 8. et ipſa Rota cor. Cauaier. dec. 141. n. 2.
ego ipſe in collucť. legal. 7. n. 75.*

43 Verùm ſcientia ipſa benè probatur ex coniecturis.
Cephal. conſ. 314. n. 15. Rota in rec. dec. 428. n. 13. p. 4. tom. 2.
44 *et dec. 152. num. 15. et dec. 193. num. 23. 24. p. 8.* etiam ſi
de maximo præiuditio agatur. *Rota in rec. dec. 238. nu.
28. p. 8. et coram Buratt. dec. 709. num. 9. et dec. 932. nu. 4.*
Super quibus nunc non immoror, vt potè non requiſi-
tus, & cum poſsint haberi ab aliquibus *ex practicatis.
D. D.*

Quare, &c. Saluo, &c.

45 Tranſmiſſum fuit hoc reſponſum Meldulæ, ſic pe-
tente *Excellentiſſ. D. Paulo Maſtrio I. C. eruditiſſimo, et
mihi cariſſimo, qui cum ſingulari qua pollet integritate, non
minus ſinceriſſimæ amicitiæ argumentum præſefert, quàm
celeberrimi alterius Pauli Maſtrij Meldulenſis eius Aui, ac
olim tempore Pontificatus Sanctæ mem.* Clement. VIII.
*Gubernium huiuſce Ciuitatis Comaclenſis, et prudenter, et
laudabiliter gerentis veſtigijs omninò calcatis, emicat per
vniuerſum, veluti fulgentiſſimum Virtutis ſydus, dum la-
bores illius omnigena ſcientia mirificè exantlati lucem
publicam per multas vices aſpiciunt.*

COLLVCTATIO XXIII.

ARGVMENTVM.

Extrema in iudicio reintegrandæ percurrun-
tur, & latè de viribus clauſulæ conſtituti in alie-
natione rei emphyteoticæ appoſitæ diſcurri-
tur.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio ſpoliati, ſiuè primum extremum remedij rein-
tegrandæ, debet plenè, et concludenter probari: poſ-
ſeſsio rei conuenti, eſt ſecundum extremum, nume-
ro 6.*

2 *Actore, non probante, reus venit abſoluendus. Amplia
num. 3. 4.*

5 *Ius metimur ex perſona actoris, non rei:*

7 *Spoliatus debet probare copulatiuè vtrumque extremum.*

8 *Plura, vbi copulatiuè requiruntur, omnium eſt neceſſarius concurſus, et n.9.*

10 *Clauſula conſtituti poſita in inſtrumentis emptionis, probat primum extremum, in iudicio ſpolij: transfert, in conſtitutarium, tàm ciuilem, quam naturalem poſſeſsionem. n.11. de materia euſdem clauſulæ tractatur in n.n. 12. 13. 14. 17. 18. 19. 20. 21. 23. 24. 32. 35. 36. 37. 38. 39. 41. 44. vbi multa habentur.*

15 *Poſſeſsio, non probatur, ex inſtrumentis; ſed exigitur factum. Limita num. 16.*

17 *Poſſeſsio quando amittatur à conſtitutario, ob negligentiam apprehendendi actualem poſſeſsionem, & num. 18. 19.*

22 *Alienatio rei emphiteuticæ, ſine conſenſu domini directi, eſt nulla, & operatur caducitatem. Amplia n.23. Limita num. 24. 29. & n.43. vbi de bonis emphiteuticis ſtatus ſerrariæ facta contra expreſsum pactum, emphiteuſis eſt nulla. n.47. & n.55.*

25 *Exceptio de iure tertij, non poteſt allegari. Limita num. 27. 28.*

26 *Exceptio de non iure agentis, permittitur.*

30 *Poſſeſsio ciuilis rei emphiteuticæ, eſt penes dominum directum.*

31 *Nemo plus iuris in alium transferre poteſt, quam ipſe habet.*

33 *Poſſeſsio naturalis rei emphyteuticæ, vt acquiratur, exigitur conſenſus domini directi.*

34 *Clauſula* non alias aliter, &c. *importat conditionem; ſi ſit oppoſita in alienatione rei emphyteuticæ quid operetur. n.29. 59.*

37 *Conſtitutum ſequitur naturam contractus cui adycitur: vide cætera in verbo clauſula conſtituti non operatur in emphyteuſi n.41. Declara n.44.*

39 *Venditor, poſt clauſulam conſtituti appoſitam in inſtrumento venditionis, debet tradere emptori actualem poſſeſsionem rei venditæ.*

40 *Priuatio præſupponit habitum.*

42 *Prior in obtinendo aſſenſum domini directi, & inueſtituram, licèt in acquiſitione ſit poſterior, debet præferri. Declara n.45. 52.*

43 *Emphyteutica bona in ſtatu Ferrariæ ſunt redacta ad inſtar allodialium. Declara n.46.*

48 *Aſſenſus domini directi eſt impetrandus à venditore; & quando n.52. 58.*

49 *Pacta feudalia, & iam repugnantia naturæ feudi, ſunt ſeruanda. Emphyteutica ſunt ſeruanda numero. 51.*

50 *Argumentum à feudo ad emphyteuſim præciſa diuerſitatis ratione eſt validum.*

52 *Dictio priùs importat vt aſſenſus domini debeat præcedere importat ordinem, & formam. n.53.*

54 *Forma cenſetur inducta ab ablatiuo abſoluto, & clauſula annullatiua. num.56.*

55 *Forma nonſeruata actus corruit.*

59 *Poſſeſsor quis dici non poteſt, etiam habita actuali poſſeſsione, ſi in emptione rei emphyteuticæ adſit reſeruatio iuris, & aſsenſus domini directi cum clauſula* non alias aliter, nec alio modo.

60 *Cauſa expeditio.*

REmedium reintegratiuum intentatum contra Excellentiſs. D. Antonium Camparium, eiuſ-
1 que fratres pro parte Doctoris Martij, exigit plenam, & concludentem probationem primi extremi, hoc eſt poſſeſſionis ſpoliati: iuxtà magis communem, & veriorem opinionem, de qua *Roland. conſil. 50. num. 16. lib. 2. Gabr. comm. concl. tit. de reſtit. ſpoliat. concl. 5. numer. 126. Menoch. de recuper. remed. 15. numer. 408. & ſeq. Afflict. dec. 364. num. 5. Mareſc. var. reſol. lib. p. c. 59. num. 30. vbi de ratione. Iordan. Elucubr. diuerſ. lib. 14. tit. 12. num. 159. impreſs. in fin. tom. 3. Thomat. dec. 60. num. 19. & ſeqq. 10. 1. & dec. 123. num. 30. 39. & 47. & deciſ. 178. numer. 1. 2. tom. 2. Gratian. dec. 192. num. 7. & diſcept. 700. numer. 63. 64. tom. 4. Rota in diu. dec. 165. num. 1 p. 2. & dec. 543. nu. 3. p. 3. & in rec. dec. 21. num. 1. & dec. 327. num. 2. par. 4. tom. 2. & dec. 139. num. 4. p. 6. & dec. 187. num. 9. & dec. 294. num. 5. p. 7. & cor. Duran. dec. 7. num. 6. & coram Buratt. dec. 216. num. 2. & dec. 952. num. 1. 2. & apud Poſt. de manut. dec. 330. num. 4. & de ſubhaſt. dec. 169. numer. 2. in Addit. quæ eſt in Roman. palat. 22. April. 1644. §. repropoſita cauſa in fin. cor. Ghiſiler.*

Proindè cum huiuſmodi probatio adhuc non fuerit pro parte D. Martij in actis allata, & facta; intrat regula
2 iuris pro D. D. Camparijs, quod actore non probante, reus venit abſoluendus. *l. qui accuſare. C. de eden. l. actor. C. de probat. cap. cum Eccleſ. de cauſ. poſſeſs. & propriet. c. inter dilectos de fide inſtr. Maſcard. de probat. concl. 36. Tuſch. litt. A, concl. 117. Farinac. in fragm. litt. A, num. 30. cum innumeris apud Barboſ. axiom. 10. numer. 2. Rota in rec. dec. 409. numer. 6. p. 1. & dec. 428. num. 2. par. 4. et dec. 441. numer. 8. ead. par. 4. tom. 2. & coram Buratt. dec. 248. numer. 1. & dec. 380. num. 1.* Etiamſi ipſe reus,
3 nihil præſtiterit, & probauerit. *Tuſch. d. concl. 117. numer. 21. Barboſ. d. axiom. 10. numer. 4. Rota coram Duran. dec. 208. num. 5. & in rec. dec. 105. num. 1. par. 6.* Quia eidem ſufficit vincere ex non iure actoris. *Rota in rec. dec. 518. num. 13. dec. 700. num. 6. p. 4. tom. 3. dec. 116. numer. 1. p. 7. dec. 63. num. 38. dec. 70. num. 22. & dec. 113. n. 9. p. 8. & coram Buratt. dec. 161. num. 17. & 18. & in Ampurien. ſeù Ciuitat. Archypreſbiter. 26. Nouembr. 1649. in fin. cor. Bichio.*

4 Quam quidem regulam obtinere in iſtis quoquè terminis ſpolij, dixerunt indiuidualiter *Angel. conſ. 367. in princ. Barboſ. in alleg. axiom. 10. ſub num. 6.* Et admittunt omnes adducti ſupra in firmata principali concluſione: par etenim in hoc, ſicuti & in alijs iudicijs eſt ra-
5 tio, quod ius metimur ex perſona actoris, non ex perſona rei. *l. p. ff. ſi pars hæred. pet. Roman. conſil. 247. num. 4. Surd. conſil. 150. num 89. et de aliment. tit. 6. quæſt. 4. num. 9. Tuſch. d. concl. 117. num. 13. Barboſ. d. axiom. 10. num. 3. et axiom. 135. num. 11. Houded. conſil. 20. num. 13. Menoch. conſ. 1123. num. 9. Thomat. deciſ. 123. numer. 48. Rota coram Greg. dec. 335. num. 13. 20. et dec. 470. num. 6. et in rec. deciſ. 178. numer. 8. par. 4. tom. 2. et in ſexcentis alijs.*

6 Et licèt non controuertatur poſſeſſio D. D. reorum inſeruiens pro ſecundo extremo remedij præfati, ſiue ſpolij nunc promoti. *Abb. in cap. cum ad ſedem. numer. 28. de reſtit. ſpoliat. Alex. conſ. 89. numer. 8. lib. 5. Afflict. dec. 327. numer. 2. Mareſc. var. reſol. lib. 1. d. cap. 59. num. 1. Menoch. d. remed. 15. numer. 383. et ſeqq. Iordan. d. tit. 12. numer. 44. Gratian. diſcept. 948. num. 45. Thomat. dec. 73. numer. 4. et dec. 116. num. 73. 75. Poſt. reſol. 40. numer. 1. Rota poſt eius tract. de manut. dec. 461. numer. 5. et poſt Mangil. de ſubhaſt. dec. 7. numer. 3. et dec. 35. num. 1. et coram Greg. dec. 485. num. 1. 2. et coram Duran. dec. 7. nu. 1. et dec. 89. num. 1. et coram Buratt. dec 453. numer. 1. et dec. 736. n. 1. et in rec. dec. 495. n. 43. p. 4. tom. 2. et paſſim in alijs.*

7 Nihilominus cum ab actore ſpoliato, ſit vtrumque extremum copulatiuè probandum, vt apud *D. D. omnes, et Rota deciſ. ſuperius allegatas*, Non ſufficit, quod de vno conſtet: quoniam vbi requi-
8 runtur copulatiuè plura, omnium eſt neceſſarius concurſus. *l. ſi hæredes plures. ff. de condit. inſtr.*

Digitized by Google

l.ſi is,qui ducenta.§.etiam.ff.de reb.dub.Roman. conſ.166. num.4.Rimin.iun.conſil.600.num.10.Surd. conſil.357. nu. 26.& conſil.403.num.30.et dec.268.num.17.et dec.272. num.5.Gratian.diſcept.973.num.18.26.Fuſar.de ſubſtit.q. 455.num.1.Barboſ.axiom.59.num.1. Rota coram Buratt. dec.297.num.13.tom.1. Accovt, cum in præſenti deſi-
9 derentur probationes dictorum duorum extremorum ad producendam actionem remedij intentati in eſse, ſi vnius probationes deficiant, nequeat dici perfecta ipſamet actio promota;ad *Alex.in conſil.123.num.22.lib.4. Barboſ.d.axiom.59.n.2.et ſeqq.vbi multa conducibilia obſeruat.Rot.in Cæſaraugust.fundat.conuent.4.Febr.1658.§. 1.cor.Cerro.*

10 Neque obſtat, quod primum extremum in hoc iudicio ex publico inſtrumento emptionis cum *clauſula conſtituti*,alias ſubſequuto *de anno* 1640.2. *Maij*. Ex rogitu Franciſci Piſæ Notarij Ferrarienſis, inter D. Martium,& Beuilaquam, modò in actis exhibito, dicatur probatum,ſecundùm tradita à *Menoch.conſil.139. num. 12.Oſaſch.dec.133.num.7.Barboſ.clauſ.31.num.20.Pont. de ſpol.lib.2.cap.14.num.109.et ſeqq.Thomat.dec.15.n.4. et dec.30.num.8.Poſt.de manut.obſ.20.numer.16.et reſol. 40.num.2.Martha de clauſ.p.1.clauſ.20. num.3. Ridolph. in prax p.2.cap.5.num.31.Rota in rec.dec.251.num.2.p.6. et coram Buratt. dec.736.numer.3. et coram Duran. dec. 89.ſub numer.1. et in Bonon. Spolij 16. Martij 1648. in princ.cor.Eminentiſs.Otthobon. nunc in eius impreſs. deciſ. 137.n.1.2.*

11 Stante generali concluſione, quod per dictam *clauſulam conſtituti*,cenſeatur translata, tam ciuilis, quam naturalis poſseſſio in conſtitutarium. *l. quod meo in princ.ff.de acq poſſeſs.Tiraq.de conſtit.p.1.num.2.Mantic. de tacit.lib.13.tit.23.num.14.Barboſ.clauſ.31.num.4. Cyriac.contr.258 num.28.Gratian.diſcept.954.num.2. Poſt. de manut.d.obſ.20.num.8.Ridolphin.in prax.p.2. cap.5. n. 26.nouiſſimè Maſſin.de confiſc.bonor.q 34. nu.7.Thomat. dec.178.num.6.tom. 2.nouiſſimè Oroz.de apicib. iuris ciuil. lib.4.c.12.num.16.Rota in rec.dec.770. numer.12. p.3. et dec.210.num.2.et dec.481.num.4.p.4.tom.2. et dec.284. num.1.p.5.et dec.251.num.12.par.6. et dec.261. num.15. p.7.et dec.26.num.2.par.8. et coram Greg. dec.437. nu.1. coram Buratt.dec.179.numer.4.et in Roman.offic.18. Iun. 1649.§.1. in fin. coram Cardin. Otthobon. in eius impreſs. dec.184.numer.2.3.cum alijs multis apud Rubeum in Annot. ad deciſ.131. numer.292. et ſequentib. par.8. in recent.*

Quoniam multipliciter reſpondetur.

12 Et primò, dictam concluſionem in hoc caſu non habere locum,cum agatur contra tertium,& in proceſsu, non ſit probatum. Beuilaquam conſtituentem poſsediſse bona, de quibus tractatur tempore initi conſtituti;vt requiritur ex congeſtis à *Gratian.diſcept.728 num. 10.et diſcept.954.num.3.4.8.Cyriac.contr.258. numer.4. tom.2.Pacific.de Salu.inſpect.3.cap.2. numer.1017.1019. Thomat.dec.96.num.41. Merlin.de pign.lib.4. q.120. nu. 22.Barboſ.d.clauſ.31.num.29.Teodoſ. Rubeo in ſing. Rot. Roman.clauſ.14.§.1.p.4.et clauſ.217.num.48.et num.82. Poſt.de manut.d.obſ.20.num.32.Oroz.de apicib. iur. ciuil. lib.4.cap.12.ſub num.16.Ridolph.in prax.d. cap.5. numer. 42.verſ.ſed poſseſſio.Rot.poſt tract.de manut. dec.300. nu. 27.et in rec. dec.408.in fin. p.4. et coram Buratt. dec. 701.num.3.tom.3.et coram Seraph.dec.302.n.6.tom.1. et cor.Pegn.dec.1395.num.5.et dec.1450.ſub num.2.tom.2. in impreſs.Lugdun.*

13 Atque in puncto quod dicta *clauſula conſtituti* non ſuffragetur reſpectu primi extremi,niſi probata poſseſſione conſtituentis, de tempore conſtituti, reſoluit *Rota in diu.dec.766.num.1.p.1.*

14 Quemadmodum autem hæc reſponſio procedit,vbi cumque non conſtat, vt in præſenti, tertium pulſatum cauſam à conſtituente habere,vt ex auctoritatibus modò adductis, quibus iunge *Ridolphin. d. cap.5. num.37. Rot.apud Poſt.de manut.d.dec.300.num.28. & prius dec. 141.num.1.& in rec.dec.324.num.5.p.2.& dec.59.num. 4.p.6.& coram Greg. dec.491. num.10. & coram Duran. dec.49.numer.3.& dec.193.numer.3.& deciſ.401.numero 6.*

Ità ad id, quod ſubditur, hanc conſtituentis poſſeſſionem deduci ab ipſomet inſtrumento venditionis;
15 ſufficit dixiſse, talibus inſtrumentis non probari poſſeſſionem,ſed exigi factum, ex quo illa reſultet. *l.1. vbi DD.ff.de acq.poſſeſs. Socin. conſ.205.num.1. lib.1. Rota in diu.d.dec.766.num.2.p.1.& in rec.dec.550.num.4.p.5.to.*

16 2. Quidquid ſit de inſtrumento adeptæ poſseſſionis, quod eam probat ad omnes iuris effectus, alio non exiſtente in poſseſſione.*l.prædia.ff.de acq.poſseſs.Menoch.de retin.remed.3.n.575.Rota poſt Poſt.de manut.dec.107.nu. 1.& dec.334.num.1.& dec.470.nu.8.& in rec. dec.525. num.1.p.2.& dec.493.num.2.p.3.& dec.448.num.1.p.4. & dec.182.num.1.p.5.& dec.567.num.2.d.p.5.tom.2.,et dec.282.num.2.p.6.& dec.152. num.3. par.7. & dec.63. num.2.& dec.300.num.1.p.8.et coram Greg.dec.138.n.1. & coram Buratt.dec.746.num.1.& coram Cardin.Otthobon.dec.122.num.10.& dec.140.num.13.14.et ſæpiſsimè in alijs.*

Secundo reſpondetur, effectum dictæ *clauſulæ Conſtituti* ſuperiùs recenſitum euanuiſſe, quatenus etiam fuiſset probata poſseſsio conſtituentis, ob negligentiam D. Martij in apprehendendo eandem actualem poſseſsionem bonorum, modò in iudicium deductorum,patiendo illam, poſt mortem conſtituentis occupari à D. D. de Thomaſijs, & deindè detineri à D. D.
17 de Camparijs; ex qua negligentia amitti poſseſſionem à conſtituto dimanantem, agnouerunt *Barboſ. de clauſ. vſufreq.d.clauſ.31.ſub num.22.& ſub num.24.Ridolphin. in prax.p.2.d.c.5.num.36. Merlin. de pign. & hypoth. qu. 120.num.17.lib.4.Poſt.de manut.d.obſ.20.num.39.Cenc. de cenſib.q.94.num.23.Rota poſt eius tract.dec.253. num. 12.et poſt ſtatil.de Salu.interd.dec.170. num.12. et in rec. dec.694.num.8.p.1.et dec.34.num.2.3. et dec.95. ſub n.1. 2.p.6.et dec.181.ſub num.5.verſic. non obſtat. p.7. et cor. Caualer. dec.5. ſub num.4. et poſt Merlin. de pign. et hypoth.dec.134.numer.4. et nuper in Roman. fideic. de Cæſij. 14. Martij.1657. §. huic poſſeſsioni, vbi concordan. cor. Dunozet.*

18 Quæ concluſio licet tunc demùm locum obtineat, ſi concurrat in conſtitutario ſcientia occupationis poſſeſsionis ab altero factæ, ità vt data in eo ignorantia non dicatur ipſe iuri ſuo renunciaſse, vt *per Ridolph. in prax.p.2 d.cap.5.ſub num.36.verſ.niſi conſtitutarius. Rot. in rec.d.dec.181.n.6.p.7.*

19 Attamen in hoc caſu,præſuppoſita quoquè ignorantia conſtitutarij,militat eadem concluſio,cum D.Martius conſtitutarius permiſerit effluere lõgum temporis ſpatium, etiam multò ſupra decennium. quod ſolum ſufficeret, ſemperque neglexerit apprehenſionem dictæ actualis poſſeſsionis,iuxtà ea, quæ communiter habentur apud *Ruin.conſil.127.lib.5. Tiraq. de conſtit. p.3. limit.21.num.9.et ſub num.10.in fin.Fabr.deffin.10. C. de acq.poſſeſs.Riec.collect.449.verſic. limita igitur. Afflict. dec.40.ſub num.16.Rubeum in ſing.Rot.Roman.p.4.clauſ. 217.num.63.et ſeqq.tom.2.Gail.de credit. c.4. num.850. et ſeqq.Cyriac.contr.258. num. 37. Merlin. de pign. et hypoth.lib.4.q.120.num.34.36.Ferentil.ad Buratt.dec.604. num.24.tom.2.Ridolph.d.cap.5.ſub num.61.verſic.21.vbi quod ità cenſuit ſignatura die 17. Septembr.1643. proponente R. P. à Valle,et ſequuta fuit Rota in rec.dec.634. n. 5.p.1.et poſt Cenc. de cenſib. dec.400. num.7. et poſt Merlin.*

lin.

lin. de pign. d. dec.134. n.9.10.
20 Tertio reſpondetur, *clauſulam conſtituti* nullum
poſſe operari effectum ad fauorem D. Martij, vtpotè
appoſitam in contractu nullo, & inualido, ex congeſtis
à Tiraq. de conſtit. p.3. limit.7. vbi latè Menoch. conſ.465.
n.2 Valaſc. conſult 106. n.7. Pacific. de ſalu. interd. inſp.3.
c.2. num.1028. Thomat. dec.40. n.24. & ſeq. Rub. d. clauſ.
217. n.10. & n.34 Gratian. diſcept.483. num.2. Neguſant.
reſponſ.398. num.4.6. ſeſſ dec. Aragon.29. nu.13. Rota poſt
Cenc. de cenſil. dec.253. nu.4. repetita poſt Pacific. de ſalu.
dec.170. n.13. & penes Poſt. de manut. dec.300. num.4. &
dec.390. n.10. & in rec. dec.694 num.9. p.1. & cor. Duran.
dec.155. n.20. & ſeqq. & cor. Buratt. dec.220. n.10. & ibi
Ferentil. n.13. tom.1.
21 Et in puncto, quod excludatur probatio primi ex-
tremi, ſi *clauſula præfata Conſtituti* ſit appoſita in con-
tractu nullo, docent *Rubeus in ſing. Rot. Roman. p.4. d.*
clauſ.217. n.54. Ferentil. ad Buratt. d. dec.220. nu.14. Rota
in diu. dec.224. numer.1. p.2. & cor. Canaler. dec.473.
num.3.
Sub ſumptum nullitatis contractus emptionis initi
22 inter Beuilacquam, & Martium patenter deſumitur,
quod bona etſi emphyteutica, fuerunt vendita abſque
illo conſenſu domini directi, nec ſaltem cum reſerua-
tione illius iuris; & ità nulliter, ac inualidè quinimò ſub
pœna caducitatis, ſecundum pactum clariſſimum in
inſtrumento inueſtituræ contentum, de non alienando
ſine aſſenſu domini; & iuxtà *tex. in l. fin. C. de iure emphy-*
teu. & ibi notata per ſcribentes; & à Gratian. diſcept. 36.
num.45 46. Theſaur. dec.169. n.1. Thomat. dec.60. nu.35.
Fulgin. de iure emphyt. tit. de alien. q.1 mel. allen.83. n.21.
lib.2. Pigant. ad ſtat. Ferrar. lib.2. Rub.126. ſub num.27.
tom.2. Rota in rec dec.40. n.21. & num.28. p.7. cum plena
Annot. Pauli Rubei. ad dec.131. à n.192. cum multis ſeqq.
p.8. Merlin. dec.871. n.1.
23 Cumque, vt dixi, non reperiatur facta reſeruatio
iuris domini directi, certè ipſa doctrina obtinet, quan-
quàm bona prædicta emphyteutica fuerint tradita per
ſolum conſtitutum; ex *Corbul. de iur. emphyteut. tit. de*
cauſ. priu. ob alien. ampl.30. in fin. Rubeo. ad d. dec.131. n.
318. quidquid eſſet dicendum in contrarium, eadem
24 reſeruatione facta; nàm tunc, alienationẽ emphyteuſis,
cum dicta *clauſula conſtituti*, non operari effectum in-
curſionis penæ, niſi aliter ſit facta traditio, docuerunt
Cencd. ad decret. collect.144. nu.10. Gamm. dec. luſit.166.
Ricc. collect.55. in fin. Peretr. de extin. emphyt. c.5. n.82. &
ſeqq & c.6. nu.24. & ſeqq. Amit. de iur. emphyt. q.2. nu.3.
& ſeqq. Fuſar. de ſubſt. q.718. n.33. Mantic. de tacit. lib.22.
tit.28. num 33. quos refert, & ſequitur Barboſ. d. clauſ.31.
num.27. adde Rubeum in Annot. ad d. dec.131. num.290.
& ſeqq. q 8. in recent. & vide Beltram. ad ludouiſ. dec.388.
num.9.
Et non releuat, quod aduerſarij excogitant, hanc
25 eſſe exceptionem de iure tertij, quæ allegari ab alio
regulariter non permittitur. *Surd conſ.344. num.16.17.*
Poſt. reſol.65. num.12. Rota poſt Merlin. de pign. & hypoth.
dec.132. n.9. & in rec. dec.88. num 6. & dec.93. num.17.
p.7. & cor. Greg. dec.582. nu.7. ego ipſe in legalis colluct.4.
num.86.
Quoniam, vltra quod ex inferius deducendis, conſta-
26 bit, hanc non eſſe exceptionem de iure tertij, ſed de
non iure agentis, ac ideò permiſſam. *Gratian. diſcept.*
700. n.65. Rota in rec. dec.258. n.6. p.8.
27 Allegari etiam poteſt exceptio iuris tertij, vbi eſt, vt
in præſenti, ipſo iure excluſiua iuris agentis. *Surd. conſ.*
213. num.16. Poſt. d. reſol.65. n.13. Add. ad Greg. dec.415.
n.6. Rota in rec. d. dec.258. n.7 p.8.
28 Nec non, cæteris omiſſis, quando vt in hoc caſu,
tractatur de tuenda propria poſſeſsione. *Poſt. d. reſ.65.*
num.19. Rot. cor. Greg. dec.415. num.4. & ibi Beltramin.
num.6. & poſt Merlin. de legit. dec.111. ac alibi.
Quarto conſequutiuè ad præcedentem reſponſio-
nem dicitur; quod, licet contractus prædictus fuiſſet
26 validus, ex ſuppoſito ab aduerſarijs, facto, quod in
inſtrumento huic contractus adſit reſeruatio iuris, &
conſenſus domini directi, etiam cum clauſula, *non alias*
aliter, nec alio modo, per quam venditio rei emphyteu-
ticæ, etiam ſequuta actualis traditione, ſuſtinetur, ad
hoc vt ſaltem caducitatis pœna euitetur. *Clar. §. emphyt.*
q.13 nu.5. Theſaur. dec.269. Gamm. dec. luſit.147. num.4.
Martha vot. dec.199. & de clauſ. p.1. clauſ.76. numer.1.
Mantic. de tacit. lib.22. tit.28. n.18. cum ſeqq. Amic. de iur.
emphyt. q.1. n.13. & ſeqq. Barboſ. clauſ.81. n.18. Fulgin. de
iur. emphyt. tit. de alien. q.1. n.10. et ſeqq. Rubeus. ad Rot.
in rec. dec.131. num.286. p.8. ipſa Rota cor. Merlin. dec.
871. num.5.7. & in Roman. Vmear.27. Nouemb.1641. §.
alterum, cor. Carillo. & cor. Pegn. dec.670. per tot. tom.2.
Nihilominus D. Martius nullam acquiſiuit poſſeſ-
ſionem bonorum ex vi conſtituti: & quidem non ciui-
30 lem, vtpotè exiſtentem penes Dominum directum,
non autem emphyteutam conſtituentem, vt eſt notiſsi-
mum. *Rota in rec. dec.40. n.6. p.8.* quo fit, vt ab eodem
conſtituente non potuerit eadem ciuilis poſſeſsio in
31 conſtitutarium tranferri ex regula, quod nemo plus
iuris in alium transſert, quàm ipſe habet, de qua in
l.2. C. de pœn. c. nemo poteſt. de reg. iur. in 6. Surd. conſ.126.
num.31. Argel. de legit. contract. q.9. nu.58. Barboſ. axiom.
160. n.2. Rota in rec. dec.686. num.1. p.2. vſurpata præci-
32 ſim in hoc quod *clauſula conſtituti* non operetur, quan-
do poſſeſsio apud conſtituentem non erat tempore
conſtituti, ad tex. in *l. quamuis. §.1. vbi gloſ. & DD. ff.*
de acq. poſſeſſ. & latè docet eruditiſſimus Tiraq. de conſtit.
p.3 limit.1. num.1.2. vbi innumeros concordantes adducit.
num.2 ſeqq. vbi de rationibus. Menoch. conſ.701. num.76.
Manſcard. de probat. concl.422. et concl.1189. numer.3.
Rubeus d. clauſ.217. num.81. Barboſ. clauſ.31. ſub num.2.
et num.29. Rota in rec. dec.63. num.5. p.1. cum alijs allega-
tis ſupra num.12.
33 Non naturalem: quia ad illam obtinendam require-
batur ſuperueniens conſenſus domini directi, ad hoc
vt purificaretur venditio, & dicta Conſtituti clauſula
aliter non appoſita, niſi ſub illa conditione obtinendi
34 illum: dicta namque *clauſula, non alias, aliter, &c.* im-
portat conditionem. *Surd. conſ.268. n.9. Monach. deciſ.*
Floren.23. n.3 Ricc. collect.868. Barboſ d. clauſ 81. n.11.
vbi multos congerit: vnde, cum nunquam fuerit purifi-
35 cata talis conditio ſequitur, nihil potuiſſe eandem clau-
ſulam operari. *Noguerol. alleg 14. n.52. Rubeus. d. clauſ.*
217 nu.20. Cutel. de donat. tract.1. diſcurſ.3. p.6. num.19.
et ſeqq. Barboſ. d. clauſ.31. numer.33. Merlin. de pign. et
hypoth. lib.4. q.120. num.31. vbi allegat. Rot. in Rom. ſeu
Teracin. affict.11. Ian.1628. §. certum eſt. circa med. cor.
Pirouano: addito inſuper, quod cum fuerit contractus
36 præfatus conditionalis, conditione allegata; conſe-
quenter, & tale oportuit fuiſſe conſtitutum in illo
appoſitum. *Poſt. de manut. obſeru.20. n.42. Rota poſt eius*
tract. dec.620. num.3. et in rec. dec 471. ſub num.4. verſ.
nam dicta p.4. et cor. Duran. dec.134. ſub n.2. verſ. ſimili-
37 *ter etiam. tom.1.* quia conſtitutum ſequitur naturam
contractus, cui adijcitur, & eſt illius acceſſorium. *Silua-*
tic. iun. conſ.31 ſub nu.80 Hond. d. conſ.18. num.54. lib.2.
Menoch. conſ.733 num.12. Rubeus. d. clauſ.217. num.19.
Poſt. d. obſ.20. n.41.42. Rota in rec. dec.191. ſub num.11.
38 *p.4. tom.2. et dec.601. num 6. p.5. tom.2. et dec.63. n.27.*
p.8. ac proindè pendente conditione non potuit à D.
Martio acqiri poſſeſsio ex conſtituto, ceu inefficaci.
Tiraq. de conſtit. p.2. amp.15. n.4. Barboſ. d. clauſ.31. ſub
n.33. verſ. & appoſita in contractu. Rot. in rec. d. dec.471.
ſub

Digitized by Google

ſub num.4.verſ. pendente autem p.4.

Non denique actualem; tum ex concluſione firmata *ſup. n.* 17. tùm quia, ſi conſtitutarius hanc acquireret,
39 fruſtra requireretur, quod venditor, poſt clauſulam conſtituti in inſtrumento appoſiti, deberet ipſam actualem rei venditæ poſſeſſionem emptori tradere; vt teneti concludunt *Surd.conſ.12.n.13. Oſaſch. dec.37. n.4. Rota in rec.dec.395.num.11.p.4.tom.2.& in Roman. domus. 6. Febr. 1640. §. primo quod cor. Card. Panzirol. plenè Rubeus in Annot. ad d. dec. 131. num.298. & ſeqq. p.8.*

Idcirco, cum D. Martius ex prædictis nullam habuerit vnquam poſſeſſionem horum bonorum, inaniter proponit, ſe tanquam ſpoliatum reintegrari: ad hoc enim obtinendum eſt neceſſaria procedens poſſeſſio,
40 ſine qua non poteſt quis dici ex priuatus, cum priuatio præſupponat habitum. *l.decem. ff.de verb.oblig. l.remitt.ff.de iur.iuran.Mangil. de imput.q.93.n.4.cum multis apud Barboſ.axiom.189.n.1. Rota in rec.dec.242. num.4. p.2.& dec.47.ſub num.5.p.3.& dec.477.num.7.p.4.& dec.291.n.2.p.6.& dec.98.n.4. p.7. & dec.218.num.15. p.8.& cor. Greg.dec.402.num.4.& cor. Duran..dec.439. n.6.& cor. Buratt.dec.245.n.14.& cor. Merlin.dec.755. num.1.tom 2.& in Auenionen. hæredit.17. Martij.1649. §.ſed neutrum. in fin. cor. Rojas. & in Roman. fideic. 19. Iun. 1651. §. nec releuat. cor. Eminentiſs.Ottbob. nunc in eius impreſs. dec.258.n.6.& poſt Contr.diſc.foren. dec.97. n.2.& dec.162. n.13.tom.1.*

Hinc propinquius accedendo ad rem noſtram, dici-
41 mus, *clauſulam Conſtituti* non tranſtuliſſe poſſeſſionem bonorum, de quibus agitur, tanquam emphyteuticorum, quia Martius nunquam fuit à domino directo inueſtitus; vt latè ſcripſit *Tiraq. de conſtit. p.3.limit. 3. n. 1. & ſeqq. & poſt eum Ridolphin. in prax. p. 2. c. 5. n. 61.* & ideò ex diuerſo, cum poſt contractum præfatum venditionis munitum ſola clauſula Conſtituti, & cum conditione obtinendi aſſenſum domini directi, ab eoque reportandi inueſtituram Beuilacqua ceſſerit eadem bona DD. de Thomaſijs: ijque ceſſerint, & actualiter illa tradiderint DD. de Camparijs, qui inueſtituram, & aſſenſum reportauerunt à domino di-
42 recto, ſit locus concluſioni, quod non ſit curandum de prioris contractu, ſed, quod DD. Camparij inueſtiti, & habentes actualem, & realem poſſeſſionem dictorum bonorum; veniant, & ſi poſteriores, præferendi, & quod illis ipſamet bona omnino debeantur. *Afflict. dec.286.& ibi Vrſil.Gratian.diſcept.730.num.12.ac ſeqq. tom.4.Valaſc.de iure emphyt.q.14.n.16. Amic.eod tract. q.49.num.14. Barboſ.d.clauſ.31.n.28. Salgad. in labyrint. credit. p.2.c.21. n.55.& ſeqq.*

43 Et non afficit, quod *bona emphyteutica ſita in diſtrictu, & ducatu Ferrariæ amiſerint, ad effectum venditionis, donationis, dationis in ſolutum, permutationis, obligationis, hypothecæ, & aliarum quarumcunque licitarum alienationum inter viuos, & cauſa mortis, quoad vtile dominium,* eorum naturam, & fuerint effecta, *tamquam allodialia, hæreditaria, & libera,* vigore *Bullæ Boniſacianæ, & Paulinæ,* ſicuti tradiderunt in terminis *Ladereh.conſ.19. num.2. Rim.iun.conſ.447.n.12. Peregr.de fideic. art. 36. n.118.verſ.ſi autem.ibi,& in ducatu Ferrariæ. et alij apud Pigant. ad ſtat. Ferrar.lib.2. Rub.127.n.14. tom.2. Rota cor.Duran.dec.254.n.5.et cor. Burats.dec.87.n.1.tom.1.et in rec.dec.358. n.10.p.4.tom.2.*

Ac propterea, nedum ceſſare omnia eruta ſuperius
44 à vi emphyteutica dictorum bonorum, & ſignanter quoad virtutem transferrendi poſſeſſinnem ipſorum in conſtitutarium, ex clauſula conſtituti, vt cum *Chaſſan.conſ.8.admonet.Tiraq.de conſtit.p.3. limit.3.ſub num. 4.*

Verum obdormite concluſionem vltimo loco firmatam, de præfatione competente DD. Camparijs, & ſi vltimis eorundem bonorum acquiſitoribus, vt
45 potè aſſenſum domini directi, & inueſtituram habentibus; cum & ipſa concluſio ceſſet, quando bona potuerunt à principio obligari, & diſtrahi ſine dicto aſſenſu, & inueſtitura; itavt vbi ab initio contractus fuit validus, & tenuit, vt in præſenti, obligatio ſuper ijſdem bonis effectis, vt dixi, ceù liberis, & allodialibus, veniat præferrendus, qui prior eſt in tempore; conneſſa dumtaxat prælatione poſteriori acquiſitori, quando à principio non potuiſſent dicta bona obligari, & contractus non fuiſſet validus, neque fuiſſet acquiſitum aliquod ius, nec dominium, & poſſeſſio priori, qui non habuit aſſenſum, & inueſtiturã; quemadmodum perbelle declarat. *Gratian.d.diſcept.730.n.13.et n.15.* vbi ait, quod in iſtis terminis loquũtur omnes, qui tractant de huiuſmodi prælatione ſecundi creditoris; & non nullos allegat; inter quos *Guid.pap.dec.46. ſub num. 2. Beltran. conſ.107. num.3.lib.2. Burſat.conſ.44.num.22.et ſeqq. et conſ.45. num.9. lib.1. Corbul.de cauſ. priuat.ob alien.q.4. n.9.Cæpol.caut.130. ad med. Vrſil. ad Afflict. d.dec.286. nu.2.3.4. Valaſt.de iur.emphyt.q.14.n.9. Ricc.in addit.ad Franch. dec.225. clarè Salgad. in labyrint. credit. p.2.d.c. 21. ſub num.55.*

46 Quoniam pro reſponſione eſt animaduertendum, *Bullas Bonifacij Noni, et Pauli V.* non conſtituiſſe bona emphyteutica ſtatus Ferrariæ, ità ad inſtar allodialium, & liberorum, vt libertatem domini directi, & emphyteuticæ pro ineundis pactis ſuper ijſdem bonis impedire voluerint: adeoquod pacta eadem ſemper ſint ſalua, & inuiolabiliter obſeruati debeant; non attento tenore earumdem conſtitutionum, vti habetur apertiſſimis verbis, in diplomate eiuſdem *Pauli V.§.quodque litteræ:* ibi: *niſi expreſſè obſtent pacta inueſtiturarum, quæ omninò obſeruari debere decernimus.* ac in §. & prædicta omnia. ibi *dummodò tamen pacta ad fauorem eccleſiarum, et piorum locorum in inueſtituris ſeù renouationibus expreſſa non obſtent, quæ quidem pacta omninò vt ſupra ſeruari volumus.* atque in §. & prædictæ omnes. ibi *non tamen in illis caſibus, in quibus pacta, etc.* ac obſeruat *Pignant. ad ſtat.Ferrar.lib.2.Rub.126.num.46.et ſeq.tom.2.*

Vndè, ſtante expreſſo pacto in inueſtitura alias Beuilacquæ conceſſa de bonis modò pulſatis, vt eadem bona nullo modo poſſint diſtrahi, ac alienari ſine conſenſu priùs obtento domini directi, ſub pæna non ſolùm nullitatis, & inualiditatis alienationis, ſed etiam cadu-
47 citatis, ſequitur, alienationem ipſorum bonorum D. Martio factam de directo contra pactum prædictum ſubieciſſe vitio nullitatis; *ex Conſtitutione præd. ſanct. mem. Pauli V.* in locis allegatis, ob quam pactum præfatum erat omninò ſeruandum, maximè, quoniam reducebat negotium ad terminos iuris communis, per
48 quod aſſenſus domini requiritur in huiuſmodi alienatione, vt *dixi ſup. num.22.* & eſt impetrandus à vẽditore. *Burſat.conſ.56.num.17. Amad. de laudem. q.10.verſ. ſed onus obtinendi. Mel. alleg.41.n. 27. lib. 2.* ac in ſimili de pactis in feudi conceſſione appoſitis, tradunt. *Giurb. de ſucceſſ. feud.§.1.gloſ.10.num.8. Mel.alleg.26.num.7. lib. 2.*

49 Et etiam eſt generale, quod ſicuti pacta, & conuentiones, naturæ quoque repugnantia ad vngem debent ad impleri, vtpotè quoniam trahatur tunc feudum extra ſuos terminos naturales, ad terminos pactorum; *ex Burſat. conſ. 131. num.11. Giurb. de ſucceſſ. feud. §. 1. gloſ.10.num.8.Vrſin.eod.tract.p.2.q.2.art.2. ſub numer.8. ad fin. Mel. alleg.10. num.79. lib.1.et alleg. 26. numer.6. lib. 2.*

Ita hoc idem eſt dicendum, quo ad pacta appoſita in emphy-

emphytheuſi, ducto argumento, vt fieri licet, præciſa
50 diuerſitatis ratione, à feudo ad emphyteuſim: ſecundum tradita à *Couar. var. reſol. lib. 2. c. 18. n. 1. Larath. conſ. 33. n. 9. Honded. conſ. 36. num. 4. tom. 1. Surd. conſ. 208. n. 9. & dec. 188. n. 5. Argel. de legit. contradict. q. 16. num. 18. Tuſch. litt. A. concl. 507. num. 34. Ludouic. dec. Lucenſ. 48. num. 37. Phæb. dec. Luſit. 187. num. 7. tom. 2. Monach. dec. Florent. 61. num. 3. Barboſ. in loc. comm. argum. loc. 47. n. 2. vbi concordan. Mel. alleg. 6. num. 69. & alleg. 9. nu. 1. lib. 2. Rota cor. Buratt. dec. 838. n. 9. tom. 3.*

Niſi aptius, & opportunius, relictis argumentatio-
51 nibus, dicere velimus in ſpecie, quod omnia pacta emphyteutica ſint ſeruanda; ad *tex. in l. 2. C. de iur. emphyt. Brun. conſ. 44. num. 1. Burſat. conſ. 127. nu. 53. 57. Neguſant. reſpon. q. 3. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 27. nu. 1. Amad. de laudem. q. 4. in princ. Burg. eod. tract. p. 1. inſp. 6. n. 4. Sperel. dec. 99. n. 26. & ſeq. Rota in Cernien. honor. 18. Iun. 1649. §. ad tertiam vero. cor. Otthob. nunc in eius impreſſ. dec. 183. num. 2. & poſt Salgad. in labyrint. credit. dec. 90. n. 13. & poſt Merlin. de legit. dec. 94. n. 12.*

52 Adeove, cum aſſenſus præfatus deberet alienationem præcedere, vigore illius dictionis *priùs*, vt in terminis per *Benintend. dec. 77. n. 11. Mel. d. alleg. 26. n. 9. lib. 2.*
53 ex eademque dictione *priùs* importatur ordo, & forma ex *Barboſ. dict. 286. num. 1. 2. Pigant. ad ſtat. Ferrar. lib. 2. Rub. 14. numer. 20. tom. 1. Rot. in rec. dec. 167. numer. 6. p. 2.*

54 Iuncto præſertim ſubſequenti ablatiuo abſoluto, per quem ſimiliter formam inductam cenſeri reſoluunt. *Roland. conſ. 81. nu. 15. 82. & ſeqq. lib. 1. & conſ. 55. n. 25. lib. 3. Salgad. in labyrint. credit. p. 1. c. fin. num. 63. Sanchez. de matr. lib. 3. diſp. 5. num. 2. Seſſ. dec. Aragon. 31. num. 8. et dec. 131. num. 22. Magon. dec. Lucen. 45. num. 11. Barboſ. axiom. 100. ſub n. 2. verſ. & ideo. Rot. in rec. dec. 161. n. 8. p. 4. tom. 2. & dec. 474. n. 9. p. 5. tom. 2. & cor. Merlin. dec. 247. n. 9. tom. 1.*

Eo motiuo, quod ablatiuus abſolutus inducit, & importat conditionem in quacunque diſpoſitione. *l. emptis. ff. de empt. l. d. teſtatore. ff. de condit. & demonſtr. Aſin. in prax. §. 11. c. 1. num. 3. & §. 3. c. 36. nu. 2. Gratian. diſcept. 307. num. 1. & diſcept. 939. num. 5. 21. 23. Silvatic. ſen. conſ. 18. n. 8. Vermigliol. conſ. 159. n. 19. Signorol. conſ. 69. n. 18. Corn. conſ. 216. n. 7. lib. 1. Rimin. iun. conſ. 37. n. 9. Bero. conſ. 28. ſub num. 8. lib. 2. & conſ. 15. num. 12. lib. 3. Roland. conſ. 30. n. 10. & ſeqq. lib. 4. Martan. conſ. 11. ſub n. 10. lib. 1. & conſ. 38. num. 3. lib. 2. Giouagn. conſ. 13. num. 4. lib. 2. Altograd. conſ. 56. num. 15. conſ. 60. num. 46. conſ. 87. num. 3. & conſ. 90. n. 72. lib. 2. Sabel. var. reſol. & reſp. c. 74. n. 10. & c. 87. ſub nu. 21. Andreol. contr. 11. n. 2. p. 1. Surd. dec. 268. num. 11. Oſaſch. dec. 165. num. 12. Seſſe. dec. 31. num. 8. Giurb. dec. 60. ſub num. 12. vbi concordan. Thomat. dec. 285. n. 8. tom. 2. Cornaz. dec. 3. num. 9. Sperel. dec. 101. n. 30. tom. 2. Amat. dec. Ferrar. 55. n. 38. Leoncil. dec. 12. n. 4. Fontanel. dec. 69. n. 7. tom. 1. Cannuncul. dec. 59. n. 20. Rota in rec. dec. 1. n. 9. in fin. p. 2. dec. 516. num. 6. p. 3. dec. 418. n. 7. dec. 429. num. 1. & dec. 474. n. 8. & dec. 561. n. 4. p. 5. tom. 2. & dec. 306. n. 3. p. 8. & cor. Greg. dec. 472. n. 7. cor. Veral. dec. 3. n. 3. p. 1. cor. Andrea dec. 107. n. 10. apud Poſt. in calce eius tract. de manut. dec. 215. n. 7. cor. Buratt. dec. 696. n. 2. cor. Duran. dec. 459. n. 4. cor. Merlin. dec. 864. n. 1. cor. Canaler. dec. 78. n. 3. & dec. 428. n. 2. & in Rauenn. hæredit. 21. Iun. 1649. §. tum quia dictum eſt. cor. Roias.*

Et per conditionem inducitur, ac importatur forma. *Boccat. ad Conſt. Picen. gloſ. 6. num. 156. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 30. n. 5. Barboſ. axiom. 100. ſub num. 2. verſ. tertio quando. Menoch. conſ. 397. n. 4. 20. Bec. conſ. 39. n. 19. conſ. 163. n. 22. lib. 1. Torniol. conſ. 84. n. 36. & conſ. 108. n. 7. Prat. conſ. 94. ſub n. 18. 19. Altograd. d. conſ. 9. n. 53. lib. 1. Honded. conſ. 60. num. 26. lib. 1. Surd. conſ. 186. lib. 2. n. 18. Bottilier. de ſucceſſ. ab inteſt. c. 2. theor. 73. ſub n. 4. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 21. n. 13. Graſs. except. 33. n. 5. Valaſc. in axiom. litt. C. à n. 103. cum ſeqq. Barboſ. axiom. 48. n. 1. Pereir. de poteſt. eligen. c. 2. num. 16. & c. 4. n. 30. Sanchez. de matr. lib. 3. diſp. 5. n. 2. Guttierez. pract. qq. lib. 2. q. 17. num. 11. Salgad. in labyrint. credit. p. 1. c. fin. num. 60. 63. Intrigl. dec. 21. nu. 2. lib. 1. Rot. in rec. dec. 315. num. 3. p. 1. & cor. Buratt. dec. 740. num. 4. & cor. Merlin. dec. 567. ante num. 10. Fagnan. in c. cauſam. num. 25. in fin. de elect.*

55 Oritur, quod non ſeruata forma tradita in alienatione prædicta facienda, ipſamet alienatio fuerit nulla, & ipſo iure inualida, & cõgeſtis à *Barboſ. d. axiom. 100. n. 3. & ſeqq. Paulo Rubeo. ad Rot. in rec. dec. 542. in annot. à n. 58. ad 70. vbi latiſſimè conglomerat multas huiuſce rei concluſiones, & innumeras auctoritates. p. 4. tom. 3. Sperel. dec. 104. n. 20. 21. & dec. 106. num. 1. 2. tom. 2. nouiſſimè Fagnan. in c. cauſam. n. 26. de elect. ac alibi ego dixi.*

56 Eoque magis attenta clauſula annullatiua in dicto pacto contenta, quam pariter formam præſeferre, ait *Gratian. diſcept. 596. n. 5. Rot. cor. Buratt. dec. 120. n. 2. & cor. Greg. dec. 384. n. 9. ac in rec. dec. 225. n. 5. p. 2. & dec. 277. n. 13. p. 6. cum alijs allegatis à Rubeo in Annot. ad d. dec. 542. n. 70. Fagnan. in c. cum acceſſiſſent. n. 18. de conſtit. & in c. cauſam. n. 23. & ſeq. de elect.*

Succeſſiuè concurrente nullitate dictæ alienationis in D. Martium ſubſequutæ, non tantum ſtat firma concluſio de prælatione DD. de Camparijs, verum & adducta in contrarium manifeſtiſſimè retorquentur: præcipuè, ſi conſideremus, quod, admiſſo præſuppoſito partis aduerſæ, de quo *ſup. n. 29.* quod tamen non verificari patefacit lectura inſtrumenti, alienatio horum
57 bonorum fuit facta ſub conditione impetrandi dictum aſſenſum; vnde, cum ante impetrationem illius, fuerint eadem bona validè, & cum ipſo aſſenſu alienata, & vendita, ſeù ceſſa DD. Camparijs, ſequitur, quod etiam ſi nunc à Martio dictus aſſenſus impetraretur, adhuc nullius fuiſſet momenti, & operationis, in præiudicium illorum, & non daretur retrotractio ad initum prioris diſtractionis ex *Put. de reintegr. feud. c. 270. num. 4. 5. & c. 271. 273. Frec. de ſubfeud. lib. 2. tit. de aſſen. q. 30. à Ponte de poteſt. Proreg. tit. 6. §. 1. n. 22. 23. Carlenal. de iudic. lib. 1. tit. 3. diſp. 23. ſub n. 18. tom. 2. Salgad. in labyrint. credit. p. 2. d. c. 21. n. 56.*

58 Quidquid eſſet ſecus, nõ ſequuta alia venditione, ſeù obligatione, nam tunc intrat regularis concluſio, quod aſſenſus domini directi, quando agitur duntaxat inter dominum, & emphyteutam poteſt præcedere contractum, interuenire in contractu, & ſubſequi poſt contractum, de qua *Burſat. conſ. 30. n. 43. conſ. 49. num. 25. Borell. in ſumm. deciſ. tit. 36. num. 15. tom. 1. Mauent. de contract. liuell. q. 18. n. 101. Fulgin. de iur. emphyteut. tit. de alien. q. 3. n. 10. Mel. alleg. 41. n. 13. & alleg. 66. num. 10. lib. 2.*

Et ex prædictis omnibus, ſicuti liquet, Martium non poſſe vllo modo iuuari, pro deducenda probatione primi extremi ex *clauſula conſtituti*, eo fortius non operante, ſi conſtituens in aliquo alio anteriori inſtrumento, *eandem clauſulam*, ad fauorem alicuius appoſuerit; *ad Bart. in l. qui pign. n. 1. ff. de acq. poſſeſſ. Caren. reſol. 19. n. 23. Rot. penes Poſt. de ſubhaſt. dec. 20. n. 8. eſt cor. Pegn. dec. 1363. num. 6. in fine tom. 2.* ità deſtitutum omni alio auxilio eundem conſpicimus ad finem prædictum aſſequendum, cum etiam ſi probaret actualem ſibi fuiſſe factam traditionem bonorum controuerſorum, adhuc ſtante reſeruatione iuris, & aſſenſus domini directi, cum clauſula *non alias aliter, nec alio modo* appoſita in dicto inſtrumento, vt aduerſarius ipſe profitetur non

potuiſ-

Digitized by Google

potuiſset dici eorundem bonorum poſseſsor, quemadmodum egregiè decidit *Rota in Roman. Vinear. 29. Iun. 1644. §. ſecundum vero in fin. coram Eminentiſs. Otthobon. modò inter illius impreſs. dec. 13. n. 2.*

Quarè, cum ſemper deficiat probatio primi extremi, requiſiti in remedio intentato, inaniter in hac facti ſpecie proponuntur multa, veluti parum, quinimò nihil ad rem iſtam conducibilia.

Et ideò, &c. Saluo, &c.

60 *Fuit iudicatum ſecundùm prædicta à D. Prætore maſſæ Fiſcaleæ de anno 1657. die 29. Maij, ex rogitu D. Io: Baptiſta Bulgarelli Notarij;* Et cum in ſecunda inſtantia coram *Excellentiſs. Fauſto Auditore Eminentiſs. & Reuerendiſs. D. Card. Imperialis legati Ferrariæ in hac cauſa, ſub die 9. Iulij eod. ann. Iudice delegato,* Quam plura de more agyrtarum deduxiſset aduerſarius, abſque vllo ſolido fundamento, videns ipſe omnia corruere, & illis in caſsum adhærere, alia parùm conſona, & omni ęuo culpanda, relicto ciuili iudicio, motiua fruſtranea, *vt in ſeq. legali colluct. dicam,* criminalibus querimonijs perperam excitauit.

COLLVCTATIO XXIV.

ARGVMENTVM.

Agitur de excluſione prætenſæ falſitatis inſtrumenti, & de alijs provt in ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Homines deſperati committunt deteriora.*
2 *Inſtrumentum facit manifeſtam probationem: habet præſumptionem veritatis n. 4.*
3 *Litigantes non attingentes portum ad vltimam deſperationem ſunt redacti.*
5 *Falſitas non præſumitur: eget probationibus concludentibus, ità quod alia interpretatio aſſumi non poſsit n. 6. et tales probationes debent eſse magis concludentes, quàm in alijs criminibus n. 7.*
8 *Extenſio de perſona ad perſonam non datur, etiamſi concurrat identitas rationis.*
9 *Dentitas perſonæ ex quibus deſumatur.*
10 *Relatum eſt in referrente cum ſuis qualitatibus.*
11 *Confitens proprium crimen ſibi, et non alteri præiudicat.*
12 *Confeſsio præiudicat confitenti, non tertio.*
13 *Qualitas emiſsa ad exculpationem non debet attendi.*
14 *Confeſsio extraiudicialis, quando probet.*
15 *Socius criminis indiget tortura in facie ſocij.*
16 *Confeſsio, ſiuè reuelatio ſpontanea facta à non carcerato, neque à Iudice requiſito, dicitur facta ſub ſpe impunitatis.*
17 *Confeſsio, ſiuè reuelatio quando non noceat nominatis.*
18 *Notarij confeſsio de confectione falſi inſtrumenti non officit tertio: Amplia num. 19. Declara n. 20.*
21 *Falſitas non præſumitur commiſsa, ſine magno commodo: et eo ceſsante ceſsat falſitatis præſumptio. numer. 24. ſicuti, quando commodum eſt alijs applicabile, numer. 26.*
22 *Superfluum non attenditur.*
23 *Inutile non conſideratur.*
25 *Falſitatem quis committere non præſumitur, quando ſine ea poteſt obtinere illud idem, quod prætenditur velle cum falſitate.*
27 *Falſitas non datur ſine cauſa, qua ceſsante, et ipſa ceſſat.*
28 *Falſitas excluditur præſumptionibus, et n. 29. ac ex obſeruantia n. 30.*
30 *Obſeruantia inſtrumenti, quod pretenditur falſum, excludit falſitatem.*
31 *Falſitas nõn præſumitur commiſsa in loco inſigni.*
32 *Veritatis primordium excludit falſitatem.*
33 *Veritas poſsibilis in eſse poſita excludit falſitatem.*
34 *Falſitas excluditur à bona fama, et vita integritate inquiſitorum. et ex qualitatibus recenſitis, num. 35. et ſeqq.*
36 *Notarij habent præſumptionem pro ſe ad falſitatis excluſionem.*
38 *Veriſimile eſt, quod quis noluerit diſcrimini ſubijcere famam, et bona.*
39 *Carolus Caſtellus Ronchegallus, et Almericus Paſſarellus Aduocati Ferrarienſes, laudantur.*
40 *Andreas Morellinus cauſidicus Ferrarienſis laudatur.*
41 *Exitus cauſæ.*

1 CVm *Bald. in l. 1. ſub n. 2. C. de euncun.* dixit *Neuizan. inter conſ. feudal. conſ. 12. n. 195.* quod homines deſperati deteriora committunt; applicans *ad illud Virgilianum in 2. Aeneid.*

Vna ſalus victis, nullam ſperare ſalutem.

Vndè, cum victum omninò agnouerimus Doctorem Ioannem Martium pro aſsequenda victoria intentati iudicij contra D. D. fratres de Camparijs Comaclenſes in antecedente legali colluctatione; hocque nunc certiſſimè conſpiciamus, dum illius fundamenta iacta ſuper inſtrumento emptionis factæ de bonis controuerſis per olim Ioannem Martium à Beuilacqua, funditus profligantur, ex alio inſtrumento abſolutionis reportatæ per eundem Beuilacquam ab ipſo Martio de pretio dictorum bonorum reſtituto in tempore ad recuperandum præfinito, in dicto priori inſtrumento, ſicuti patet euidentiſsimè ex rogitu Franciſci Piſæ, *ſub die 13. Febr. 1645.* Per quod datur certiſſima excluſio actionis promotæ, vtpote præſeferrens manifeſtam
2 probationem ſatisfactionis erga eundem Martium, & ſucceſsiuè quietantiæ ad fauorem Beuilacquæ ex traditis per *Bart. in l. 1. num. 8. ff. de nou. oper. nun. Bald. in l. intereſt. not. ab. fin. C. de ſolut. Rot. in rec. dec. 59. n. 3. p. 6. et dec. 302. n. 5. p. 7. et dec. 222. n. 1. p. 8. & in alijs quã plurimis per me allegatis ſupr. in legal. colluct. 1. n. 2.* inſtrumento enim aſſiſtit lux euidentiæ, & veritatis. *Bald. conſ. 109 in princ. lib. 4. Cranet. conſ. 54. ſub n. 15. lib. 1. Rot. in rec. dec. 252. n. 3. p. 7.*

Non mirum, ſi ipſemet Doctor Martius, poſt ani-
3 mi, & corporis labores continuos ſemper inaniter inſudatos in hac lite, nequiens aliquem attingere portum quaſi ad vltimam deſperationem redactus, iuxta obſeruata *a Rubeo in diſcurſ. ad Rot. Roman. dec. in recent. num. 162. p. 7.* ad criminalia ſubſellia confugens, inſtrumentum abſolutionis præfatæ calumniarum oppreſſione *D. D. fratribus de Camparijs, & D. Romualdo Cintio Notario* onuſtis, nunc arguere de falſitate improbiſſimè auſit.

Porrò in hoc æquè, ac in præcedentibus eiſdem Martij marceſcet intentio.

4 Militat namquè contra ipſum præſumptio; ſtans pro veritate inſtrumenti, donec ex aduerſo contrarium probetur *l. cum precibus. C. de probat. l. ſi poſt diſmiſsionem. Cod. de iur. & fact. ignor. Rota in rec. deciſ. 111. numer. 15. par. 8.*

5 Et

Digitized by Google

5 Et ex conſequenti excluſio falſitatis, quæ non præſu-
mitur. c. in præſentia de renunc. Menoch. præſ. 20. nu. 1. lib.
5. Maſcard. de probat. concl. 745. numer. 1. tom. 2. Farin. de
falſit. & ſimul. q. 153. numer. 192. Rota coram Merlin. dec.
310. num. 17. tom. 1. & in rec. dec. 26. num. 19. & dec. 106.
6 num. 17. p. 5. Et quæ concludentibus eget probationi-
bus, ità quod alia interpretatio deſumi non poſſit. Ver-
migliol. conſ. 236. num. 9. conſ. 250. num. 2. & conſ. 281. nu.
1. Rot. in rec. dec. 422. num. 5. 15. p. 1. & dec. 551. num. 7. p.
7 4. tom. 3. & dec. 26. num. 21. p. 5. Et quas probationes de-
bere eſſe neceſſarias, & magis concludentes, quàm in
alijs criminibus, docuerunt multi apud Farinac. de
falſit. q. 152. num. 7. Vermigliol. conſ. 430. num. 2. Rot. poſt
lib. 2. conſil. Farinac. deciſ. 221. numer. 2. alias in diu.
par. 5.

Ac ideò, vt non obſtent ea, quæ in aduerſum pro fal-
ſitate dicti inſtrumenti demonſtranda præcipuè affe-
runtur.

Dico prius, non conſtare in proceſſu, vt fiſcus præ-
tendit, fuiſſe appoſitum ex duobus teſtibus inſtrumen-
tarijs, alterum eorum nempè Ioannem Antonium Li-
cinium Notarium ferrarienſem præmortuum ante
eiuſdem inſtrumenti confectionis tempus: quoniam
probationes omnes quoad hoc emiſſæ, in proceſſu re-
8 ſtringuntur ad mortem Iacobi Antonij Licini: ac idcir-
cò non poſſunt ad vna ad aliam perſonam extendi,
etiamſi concurreret identitas rationis. l. ſi quis ità. §. pe-
nult. ff. de teſtam. tut. D.D. in l. gallus. §. & quid ſi tantum.
ff. de liber. & poſth. Mandel. conſil. 74. num. 2. et conſ. 540. n.
4. Cephal. conſil. 117. num. 18. & ſeqq. lib. 1. Roland. conſil.
56. n. 24. lib. 3. Oſaſch. dec. 23. num. 48. Farinac. in fragmen.
crimin. litt. E, n. 277. p. 1. Menoch. conſ. 220. nu. 128. et ſeq.
Rot. in rec. dec. 24. n. 10. & dec. 107. n. 43. p. 4. to. 2. & dec.
27. n. 10. in fin. p. 8.

Quinimò, apparere etiam hodiè de vita Antonij li-
cini Notarij Ferrarienſis, tunc temporis prædicti cele-
brati inſtrumenti quem propterea, fuiſſe adhibitum in
teſtem, ſuadetur ex multis in facto huius cauſæ allegatis
& quanquam in eo de ſit primum nomen Ioannis, ob
hoc tamen, non remanet excluſa identitas perſonæ,
9 concurrentibus in eo cæteris omnibus demonſtrationi-
bus, & qualitatibus deſcriptis in dicto inſtrumento,
nempè alio nomine, cognomine, officio, & patria; quas
ſufficere optimè in terminis deſumitur à congeſtis, per
Abb. in c. cum Ioannes n. 26. de fid. inſtr. Anan. conſ. 17. nu.
10. Bart. conſ. 179. lib. 1. Iaſon. conſ. 13. lib. 3. Alex. conſil.
108. n. 3. lib. 7. pulchrè Rot. in rec. dec. 614. à n. 14. vſque ad
n. 25. p. 4. tom. 3. et dec. 245. n. 5. p. 5. & dec. 263. num. 7. et
ſeqq. p. 6.

Atque tantò magis, quoniam in ipſius depoſitione
circa eius intereſentiam dicto inſtrumento, & quoad
ibi contenta, ſe reportat, ac refert ad illud; propterea
facendo ſe interfuiſſe, & in teſtem adhibitum extitiſſe,
10 dum taliter in eodem deſcriptus reperitur, inſpecta na-
tura relati, quod eſt omninò, cum ſuis qualitatibus in
referrente: l. aſſe toto. ff. de hæredib. inſtituen. Crauet. conſ.
45. n. 4. Vermigliol. conſ. 389 num. 9. Rota in rec. dec. 14. n.
45. p. 6. et dec. 230. n. 7. p. 8. & coram Greg. dec. 522. n. 10.
ipſe collučt. 3. n. 53.

Dico ſecundo; confeſſionem in precibus porrectis
Eminentiſs. legato Emiſſam à Notario Piſa, de illius ſe-
ductione; facta à D. Romualdo Cintio, ad conficiendum
vnum inſtrumentum ad inſtantiam D. D. fratrum de
Camparijs, non officere ijſdem.

11 Tùm, quia in ipſis precibus Piſa, confitetur proprium
crimen, vnde ſibi, & non alteri præiudicat; ad tex. in c. 1.
de confeſſ. Vermigliol. conſ. 335. num. 5. Et eſt regula ge-
12 neralis, quod confeſſio præiudicat confitenti, non ter-
tio. l. ſcia vbi D.D. ff. ad Velleian. Surd. dec. 218. numer. 4.
Farin. in prax. qu. 81. numer. 65. Vermigliol. d. conſ. 335.
num. 4.

Et qualitas adiecta de ſeductione facta à Cintio ad
13 inſtantiam D. D. de Camparijs, non debet attendi, vt
potè emiſſa ad ſui exculpationem. l. deferre. §. item de-
creuerunt. ff. de iur. fiſc. Barz. deciſ. 72. numer. 7. Farin.
de teſtib. quæſt. 60. num. 18. Vermigliol. in alleg. conſ. 335.
num. 7.

14 Tùm, quia eſt confeſſio extraiuditialis, quæ licèt
etiam eſſet ipſorum inquiſitorum, foret parui facienda,
niſi concurrentibus, quattuor in hoc caſu deficientibus,
de quibus Menoch. præſ. 89. n. 17. & ſeqq. lib. 1. Farin. conſ.
193. ſub n. 38. lib. 2. & in prax. q. 82. nu. 33. 35. Vermigliol.
conſ. 33. n. 3.

Tùm, quia in dictis precibus Piſa ſe facit ſaltem cri-
15 minis ſocium, cuius dictum propterea eſt reſpuendum,
& nullum facit inditium, ex defectu ipſius torturæ in
faciem D.D. inquiſitorum. Farin. conſ. 38. nu. 10. & conſ.
156. num. 28. 50. Cabal. reſol. 200. num. 128. Vulpel. conſil.
3. numer. 7. Vermigliol. conſ. 20. num. 13. conſil. 267. num. 8.
conſil. 270. numer. 17. et conſil. 342. numer. 6. vbi concor-
dan.

16 Tùm, quia confeſſio prædicta fuit facta ſpontè, & ità
animo ſe eximendi à pœna, & conſequandæ impunita-
tis, vti in ijſdem precibus legitur, & eſt caſus in l. quiſquis
§. final. C. ad l. iul. maieſt. ac obſeruat Farinac. in prax. q. 43.
n. 192. Cabal. reſol. 29 n. 1.

17 Vndè talis confitens, tanquàm non carceratus, nec à
Iudice requiſitus, ſed reuelans ſocios ex ſua propria vo-
luntate, nulla præcedente iudicis interrogatione, ſucce-
dit loco accuſatoris, ſeù denunciatoris, & ideò non no-
cet nominatis; eiuſque confeſſio, ſiuè reuelatio in nihilo
eſt attendenda. Ruyn. conſ. 146. num. 1. vol. 5. Oſaſch. dec.
79. numer. 7. iuncto numer. 55. Franc. deciſ. 459. num. 1. 2.
Farin. conſ. 102. num. 25. lib. 2. & in prax. d. quæſt. 43. num.
192. vbi pulchrè Vermigliol. conſil. 3. num. 14. et conſ. 15.
num. 20.

18 Tum tandem, quia indiuidualiter, talem confeſſio-
nem Notarij aſſerentis, falſum confeciſſe inſtrumen-
tum, non nocere tertio, docuerunt. Specul. in tit. de inſtr.
edit. §. poſtremo verſ. nunquid. Roland. conſ. 13. num. 14.
et conſil. 58. num. 11. lib. 2. Menoch. conſ. 49. num. 12. et ſeq.
Clar. in §. falſum. num. 3. Boſſ. in tit. de falſ. num. 12. Sola. de
conſuet. Saband. tit. de falſit. gloſ. 5. numer. 4. 5. Surd. conſil.
173. num. 81. lib. 2. et dec. 107. num. 1. et dec. 135. numer. 2.
Fenzon. ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 34. numer. 28. Maſcard. de
probat. concl. 744. Guazzin. ad defenſ. reor. defenſ. 10. cap.
6. ſub num. 1. tom. 1. Rota coram Seraph. dec. 1300. nu. 4. to.
2. et coram Merlin. dec. 209. numer. 1. tom. 1. et coram Bu-
ratt. dec. 176. num. 5. et ibi Ferentil. n. 8. et in rec. dec. 501.
num. 7. p. 4. tom. 2. etiam ſi dicta confeſſio Notarij fuiſ-
19 ſet facta in articulo mortis, & ad ſuæ conſcientiæ exo-
nerationem; nam neque hoc caſu præiudicat parti, ad
cuius fauorem cautat inſtrumentum. Alex. conſil. 133.
in fin. lib. 7. Roland. conſil. 58. num. 11. et conſ. 85. numer. 6.
lib. 2. Gabr. tit. de malefic. concl. 32. num. 5. lib. 7. Farinac. in
prax. q. 46. n. 75. vbi concordan.

20 Licet ſecus fore dicendum, ſi eadem confeſſio eſſet
veriſimilis, & fulcita adminiculis, & præſumptionibus,
valdè vrgentibus, colligatur à Surd. dec. 107. num. 7. 8. et
dec. 135. n. 4. 5. 6. Ferentil. ad Buratt. d. dec. 176. n. 10. Rot.
coram Merlin. d. dec. 209. n. 2.

Dico tertio; cauſam huius falſitatis in proceſſu non
iuſtificari.

Siue prætendat Fiſcus, eam deducere ex commodo
reſultante ad fauorem Notarij prædicti, ac Cintij aſſer-
ti mediatoris: nam tunc, cùm de eo non conſtet habi-
ta conſideratione mercedi debitæ vtrique, ſuccedit non
21 poſſe illud aſſumi pro cauſa eiuſdem falſitatis, eo quia
nunquàm

nunquam commiſſa præſumitur, niſi accedente magno commodo, & lucro. *D. D. in c. accedens de crimin. falſ. Crauet. conſ. 75. num. 16. Roland. conſ. 38. num. 36. 37. lib. 1. Cephal. conſ. 230. num. 19. Gabr. conſ. 169. num. 11. & ſub num. 22. lib. 1. Cephal. conſ. 230. num. 19. Gabr. conſ. 169. num. 11. & ſub num. 22. lib. 1. Hondcd. conſ. 109. num. 23. 24. lib. 1. & conſ. 96. num. 40. lib. 2. Farinac. de falſit. q. 153. n. 207. 208. & conſ. 44. num. 16. & conſ. 60. num. 85. in fin. Menoch. præſ. 20. nu. 49. lib. 5. Rota cor. Merlin. d. dec. 209. ſub n. 6.*

Siuè intendat, illam commonſtrare ex commodo prouenientis ad fauorem D D. fratrum de Camparijs, quia tunc cum nequeat conſiderari, niſi ad finem conſequendi victoriam litis contra eos promotæ à Doctore Martio, ſicuti etiam ex ipſomet proceſſu elicitur; obſeruandum eſt, quod iam ipſi fratres, ſententiam fauorabilem ſine dicto inſtrumento reportauerunt: & ideò non egentes extraneo auxilio eiuſdem, haud eſt putandum, eoſdem vt potè victores quæſiuiſſe mendicatum, ac falſum adiumentum.

22 Vel tanquam ſuperfluum, & propterea non adhibendum. *l. hæc ſtipulatio. §. diu. ff. vt legat. nom. cauſ. l. non cogendum. ff. de procur. Caſtr. conſ. 207. ſub n. 3. lib. 1. et conſ. 240. ad fin. lib. 2. Tuſch. litt. S. concl. 894. n. 6. Barboſ. axiom. 216. n. 3.*

23 Vel tanquam inutile, & ſucceſſiuè non conſiderandum. *l. 1. §. quod autem. ff. de off. Præſ. Vrb. l. quoties. ff. qui ſatiſdare cogan. Vermigliol. conſ. 355. n. 17.*

24 Ponderando præſertim, quod, ob conſequutionem obtentam de dicto fine, ſicuti ceſsat commodum opinatum, ità excluditur præſumptio falſitatis ab eodem dimanans; *Ex marſil. conſ. 77. col. 2. Crauet. conſ. 75. n. 27. vbi concordan.*

Vel demum tanquam tale, ſine quo in gradu appellationis potuerant poſteriorem ſentetiam, ſicuti primam conſequi fauorabilem, ſtantibus iuribus, & rationibus,
25 pro ijs militantibus, ex alibi conglomeratis; ac idcircò intrat dictum, quod quis non præſumitur velle committere falſitatem, quando ſine ea poteſt obtinere illud idem, quod prætenditur velle conſequi cum falſitate. *Port. conſil. 95. ſub numer. 14. verſic. ſexta coniectura. Bertaz. conſil. 8. num. 4. lib. 1. Farin. d. q. 153. ſub n. 203. ad med.*

Addito, quod commodum proueniens à dicto in-
26 ſtrumento erat priùs applicabile alijs perſonis, nempè Beuilaquæ, aut Thomaſijs, vt deducitur à ſerie facti, vndè ratione incertitudinis præſumptio reſultans à tali commodo deſtruitur. *Hondcd. conſ. 96. n. 64. & ſeq. lib. 2. Vermigliol. conſ. 197. n. 5.*

Propterea, cum erui non poſſit aliqua alia cauſa pro
27 hac falſitate oſtendenda, ſequitur, quod ea deficiente, ceſſet etiam falſitatis præſumptio. *Siluan. conſil. 7. n. 11. 12. Becc. conſ. 78. n. 27. & conſ. 102. n. 26. Roland. conſ. 11. n. 56. lib. Menoch. conſ. 221. num. 8. & præſ. 20. n. 47. lib. 5. Farin. d. q. 153. n. 203. vbi concordan. Vermigliol. conſ. 247. n. 10. conſ. 285. n. 4. Rota in diu. dec. 111. n. 1. p. 2. & coram Otthobon. dec. 29. n. 71.*

Dico quarto, omiſſo examine quarundam aliarum leuium præſumptionum in aduerſum excogitarum,
28 pro Fiſco, & Martio adhærente, quod falſitas omnis excluditur præſumptionibus, & coniecturis prouenientibus à proceſſu in fauorem D. D. inquiſitorum; vti firmant *Bertaz. conſ. 521. num. 7. & ſeqq. Gabr. conſ. 169. nu. 4. in fin. lib. 1. Odd. conſ. 78. num. 44. 48. Baiard. ad Clar. §. falſum num. 232. Farin. de falſit. quæſt. 152. num. 6.* Quæ
29 præſumptiones, cum fuerint rectè in facto ponderatæ, & tendant ad excluſionem prætenſæ falſitatis, non dubitatur, quin præualere debeant, alijs in contrarium adductis. *Boſs. in prax. tit. de falſit. numer. 134. Bertaz. conſil. crimin. d. 521. numer. 7. 8. lib. 2. Farinac. conſil. 164. numer. 16. lib. 2. Vermigliol. conſ. 198. num. 8. Rota in rec. dec. 607. numer. 4. par. 1. & coram Canaler. deciſ. 205. ſub numero 10.*

Ac ſignanter ſupplicatur aduerti ad obſeruantiam dicti inſtrumenti diù ſubſequutam, dùm vigore recuperationis, de qua in ipſo inſtrumento factæ à Beuilacqua de bonis controuerſis, non tantùm ipſe, ſed poſtmodùm D. D. Thomaſij, ac D. D. Camparij pacificè, vſquè ad tempus motæ litis, fuerunt in poſſeſſione eorundem
30 bonorum iure dominij, ex qua obſeruantia excludi falſitatem inſtrumenti, dixerunt in terminis *Bald. in conſ. 73. lib. 1. Crauet. conſ. 158. ſub n. 1. & conſ. 266. ſub num. 9. verſ. pro hoc, quod dicit. Ruin. conſ. 217. num. 14. Bertaz. d. conſ. 521. n. 22. 23. Menoch. præſ. 20. n. 56. lib. 5. Farin. de falſit. d. q. 153. n. 228.*

31 Iunctò præſertim, quod dictum inſtrumentum fuit celebratum in Ciuitate Ferrariæ, quæ eſt inſignis, ac celebris; & in qua propterea non præſumitur commiſſa falſitas. *Bertaz. in ſæpè alleg. conſ. 521. num. 17. Socin. iun. conſil. 39. numer. 32. lib. 2. Menoch. d. conſil. 221. numer. 4. & d. præſ. 20. num. 46. lib. 5. Farinac. d. quæſt. 153. num. 223.*

32 Et quod quidem inſtrumentum, cum apertiſſimum contineat veritatis primordium reſultans ex obſeruantia ſuperius conſiderata, vt ſenſui patet, falſitatis ſuſpicionem omninò repellit. *Surd. conſil. 173. num. 50. lib. 2. Menoch. d. præſ. 20. num. 53. lib. 5. Clar. §. falſum n. 34. Vermigliol. conſ. 242. num. 4. & conſ. 251. num. 10. & conſil. 402. num. 3. & conſ. 430. num. 5. Rota cor. Buratt. dec. 582.*
33 *num. 8. tom. 1.* Ad quod etiam ſufficeret poſſibilis veritas, qua in eſſe poſita, neceſsariò nulla ſequitur falſitas. *Boſs. d. tit. de falſ. num. 133. Becc. conſil. 78. numer. 11. lib. 1. Hondcd. conſ. 109. num. 14. 15. lib. 1. Surd. conſil. 132. num. 20. Viu. dec. 81. num. 9. Vermigliol. conſil. 409. numer. 8. & conſil. 419. num. 6. Farinac. conſ. 60. numer. 17. in fin. lib. 1. & de falſit. quæſt. 152. num. 8. Cyriac. contr. 131. num. 12. tom. 1.*

34 Ac demum vitæ integritas, ac bonitas famæ D. D. inquiſitorum vbiquè eluceſcens, & in proceſsu pleniſſimè probata elidere debet quamcunque falſitatis præſumptionem, ad congeſta per *Crauet conſil. 75. num. 8. Grammat. conſ. 30. num. 9. Cephal. conſil. 230. nu. 17. Gabr. conſ. 169. n. 7. 8. lib. 1. Vulpel. reſponſ. 129. ſub num. 23. Rimin. iun. conſ. 145. n. 12. 13. Menoch. præſ. 20. num. 5. lib. 5. Maſcard. de probat. concl. 959. n. 8. Farinac. de falſit. q. 153. n. 147. vbi concordan. Cyriac. d. contr. 131. n. 40.*

Quæ concluſio ſicuti generaliter eſt vera, ità veriſsima in iſto caſu eſt cenſenda, ſi eidem addantur qualitatates quibus potiuntur D. D. inquiſiti.

35 Ex his enim alius Doctoratus vtriuſque iuris dignitate fungitur, quam in puncto ad falſitatis excluſionem eſse attendendam, dixit *Bertaz. conſ. 71. num. 45. vti obſeruat Farin. d. q. 153. ſub n. 147. adde Cyriac. contr. 407. n. 302. 10. 3.*

36 Alius notariatus officium exercet, ad cuius fauorem concurrit vniuerſalis præſumptio iuris, quam habent Notarij pro excluſione falſitatis. *Roland. conſ. 38. nu. 13. 13. lib. 1. Maſcard. de probat. concl. 644. n. 1. & concl. 1094. num. 17. Farinac. conſil. 88. n. 18. lib. 1.*

Alius tandem inter primarios ſuæ Comaclenſis patriæ ciues eſt adſcriptus, itavt in eadem Ciuitate perſona nobilis exiſtimetur; quæ qualitas, vt inſpiciatur pun-
37 ctualiter pro eliminanda falſitate, tradiderunt *Bertaz. conſ. 521. num. 18. Rimin. iun. conſ. 58. num. 32. 33. et innuit Farin. d. q. 153. ſub n. 147. Rot. cor. Seraph dec. 879. n. 7. & in rec. dec. 26. n. 20. p. 5.*

Ex quibus omnibus, quemadmodum fugantur falſitatis præſumptiones in aduerſum excogitatæ, ſic in

ſtatu

Digitized by Google

ſtatu innocentiæ reperiri D. D. inquiſitos, pro quibus
38 ſtat quoquè veriſimilitudo, quod operam dando tali
delicto noluerint vitam, famam, & bona propria diſcri-
mini ſubijcere; ad *Crauet. conſ. 6. ſub nu. 20. in fin. Vermi-*
gliol. conſil. 120. *num.* 5. 14. procul dubio eſt cenſendum,
Saluo, &c.

39 In hac cauſa pro dictis D.D. Camparijs, & Cinthio,
interuenerunt etiam duo *celeberrimi, & eruditiſſimi*
Aduocati inter primarios Ciuitatis Ferrariæ *Carolus Ca-*
ſtellus Ronchegallus, & Almericus Paſſarellus, quorum
maxime virtutes in omnigena facultate, ceù ſplendidiſ-
ſima ſydera emicantes veritatis ſemitas puriori lumine
tradunt; & clientulorum ærumnis oppugnantes, ad eo-
rum proſperitates fæliciores influxus demittunt; & pro
40 iiſdem inſudauit, partes *diligentiſſimi, & doctiſſimi cauſi-*
dici inceſſanter explendo *Andreas Morellinus Ferra-*
rienſis.

41 *Atquè tandem de voto plenæ Congregationis habitæ cor. Eminentiſs. & Reuerendiſs. Cardin. Imperiali legato Ferrariæ, fuerunt ipſimet inquiſiti omninò abſoluti, & liberati, ac ad eorum honores, gradus, & famam reſtituti ab Excellentiſſ. Stephano Iuſto locumtenente criminali ſub die 24. Auguſti. 1658. ex rogitu D. Io: Baptiſtæ Georgij Cancellarij generalis Ferrariæ.*

COLLVCTATIO XXV.

ARGVMENTVM.

Donatio inter viuos, ex quibus cognoſcatur: illius natura examinatur; & an facta Clerico pro patrimonio ad effectum ſuſcipiendi ſacros ordines tranſeat ad hæredes donatarij.

SVMMARIVM.

1 *Donatio inter viuos ſuadetur à verbis, quibus eſt concepta, & n. 2. ac ſtantibus clauſulis poſitis n. 3. 4. eſt irreuocabilis n. 5. perpetua n. 6. tranſit ad quoſcunque ſucceſſores donatarij n. 7. Amplia, vt num. 8. non expirat extinctis perſonis, quarum contemplatione fuit facta numero 11.*

9 *Patrimonium ſiuè donatio facta Clerico, ad effectum ſuſcipiendi ſacros ordines tranſit ad illius hæredes: quare ſit neceſſarium n. 15. & quanto tempore ſit neceſſarium, n. 25. 26. 27.*

10 *Donatio perſonalis extinguitur cum perſona donatarij: fit realis extipulatione, pro hæredibus, & ſucceſſoribus. num. 12.*

13 *Cauſa finalis deſumitur à proemio. Declara vt n. 36. quomodo diſtinguatur à cauſa impulſiua, num. 14. dicitur ſi ſit vnica n. 17.*

16 *Relatum eſt in referrente, cum ſuis qualitatibus.*

18 *Cauſa diſpoſitionis ceſſante, ceſſat diſpoſitio exemplifica, vt n. n. 19. 43. 45.*

19 *Donationis cauſa ceſſante, ceſſat donatio.*

20 *Correſpectiuorum natura eſt, vt vno ſublato corruat aliud: de ratione n. 21. 22.*

23 *Cauſa temporalis, temporalem effectum producit.*

24 *Alimenta finiuntur, cum morte illius, cui debentur.*

28 *Cauſa præſumitur impulſiua, non finalis.*

29 *Cauſa dicitur impulſiua, ſi reſpiciat commodum duntaxat recipientis n. 30. & ſi concepta pro indigentijs, & neceſſitatibus recipientis. n. 30.*

31 *Dictio* pro *denotat cauſam finalem.*

32 *Cauſa impulſiua deficiente, non deficit diſpoſitio: adiecta donationi non efficit, quin dicatur pura, & ſimplex numer. 33.*

34 *Dictio* ſponte *quid importet, et n. 35. 37.*

37 *Donatio cum clauſula* ſponte *non dicitur facta alia ratione, quam ob donantis liberalitatem.*

38 *Verba, vt poſſit ſe ſubſtentare, et ne cogatur mendicare, accipiuntur pro modo.*

39 *Dictio* Vt *importat regulariter modum.*

40 *Cauſa finalis, quæ certo aliquo tempore ſufficit extare, ſi ceſſet, non ceſsat effectus. et diſpoſitio.*

41 *Vxori inopi mortuo marito, debetur quarta in bonis illius. Amplia etiamſi poſteà vxor efficiatur diues, numero 42.*

43 *Legati cauſa ceſsante, ceſsat legatum. Limita vt numer. 44.*

45 *Priuilegij cauſa ceſsante, ceſsat priuilegium. Limita vt n. 46. 47.*

48 *Donatio quando dicatur reſtricta ad vitam donatarij.*

49 *Argumentum ſi voluiſſet, feciſſet, dum potuit, valet.*

50 *Proprietas cenſetur donata, ſi præceſſit donatio, et poſteà ſubſequantur verba denotantia vſum bonorum donatorum.*

51 *Carolus Caſtellus Ronchegallus I. C. Ferrarienſis laudatur.*

52 *Aduocati dicuntur Oracula Ciuitatum.*

53 *Iudex qualis eſse debeat.*

Nulli dubium eſt, quod verſamur in donatione inter viuos.

1 TVm quia, ità ſuadent verba, quibus eſt concecepta; ex traditis *à Ruin. conſ. 80. num. 8. 16. lib. 1. Menoch. præſ. 35. num. 1. 2. lib. 3. Mantic. de coniec. vlt. volunt. lib. 1. tit. 13. num. 11. Rot. in diu. dec. 107. n. 5. par. 1. et in rec. dec. 9. n. 2. 3. p. 7. coram Merlin. dec. 664. num. 2. et*
2 *ſeqq. tom. 2.* Adeovt, cum talis pluries nominetur, non veniat admittenda quæſtio voluntatis, dum verba ſunt præciſa, & clara *l. ille, aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg. 3. l. continuus. §. cum ità. ff. de verb. obligat. Rot. ad propoſitum in rec. d. dec. 9. n. 6. p. 7. dec. 267. n. 20. p. 8. et coram Merlin. in alleg. dec. 664. num. 6.* ſed voluntas ipſa veniat omninò ſeruanda, vt in terminis *Guttierez pract. q. q. lib. 2. qu. 65. num. 13. Rot. in rec. d. dec. 267. n. 21. p. 8. et dec. 440. n. 6. p. 9. tom. 2.*

3 Tùm, quia concurrunt, & adſunt omnes clauſulæ, quibus donatio inter viuos manifeſtatur, & deducitur, quales ſunt *perpetuò ratam et firmam, etc. ad habendum, etc. omni meliori modo, etc.* ex congeſtis pulcherrimè, & late *à Rota*, quæ pro omnibus ſufficiat *in rec. d. dec. 9. à num. 9. vſque ad nu. 22. p. 7. quæ eſt cor. Merlin. d. dec. 664. à pari n. 9. ad 22. incluſiuè; vbi DD. hoc idem firmantes adducuntur, et dec. 440 n. 10. p. 9. tom. 2.*

4 Tùm, quia legitur in illa ſtipulatio pro *hæredibus, et ſucceſſoribus*, quam ſolùm adaptari donationi inter viuos, docuerunt *Mantic. d. tit. 13. num. 13. Surd. conſ. 244. num. 22. Magon. dec. Floren. 64. n. 6. 7. Menoch. d. præſ. 35. n. 7. Rot. cor. Merlin. d. dec. 664. n. 7. 8. in rec. dec. 9. n. 7. 8. p. 7. nouiſſimè contr. diſc. foren. cauſ. 13. n. 22. tom. 1.*

Conſequenter, omiſsis alijs videndis apud DD. ſupe-
5 rius allegatos, eadem donatio effecta eſt irreuocabilis. *l. perfecta. Cod. de donat. ſub mod. l. fin. in princ. et §. ex his enim. C. de reuoc. donat. Noal. de tranſmiſs. caſ. 44. ſub n. 3. verſ. et ratio eſt. Menoch. conſ. 1153. num. 48. 53. Andreol. contr. 292. n. 17. p. 4. ego ipſe in mea legal. colluct. 8. n. 26. 27. et ſeqq. Rota cor. Merlin. d. dec. 664. n. 11. et in rec. dec. 633. ſub n. 1. p. 3. et d. dec. 9. n. 11. p. 7.*

6 Et perpetua ità, & taliter, vt nunquam bona donata reuertantur ad donantem. *l. 1. ff. de donat. Mantic. de ta-*

coram Caualer.dec.64.num.3.& coram Duran.dec.76.n.
59.& in rec.dec.223.ſub n.3.p.4.& dec.108.num.5.p.5.
& dec.323.num.86.par.6.& deciſ.278.numer.13.par.8.
21 Vel, quoniam, correſpectiua dicuntur indiuidua.
Bellon.conſ.77.num.13.Mantic.de tacit.lib.2.tit.3 ſub nu.
20.Cyriac.d.contr.146. num.38. Rot. poſt Zacch. de oblig.
22 Camer.dec.113.num.14. Vel,quoniam vnum ex corre-
ſpectiuis ſine altero ſtare nequit. Cyriac. contr.23.num.
43.Rot.cor.Merlin.dec.313.num.5.tom.1.& cor. Seraph.
dec.540.num.4.tom.1.& in rec. dec.108. num.5.p.5. Et
ideò diſpoſitum, quod reperitur in vno, intelligitur
diſpoſitum,etiam in altero.Rot.in rec.dec.428.num 6.p.
1.& dec.323.num.86.p.6.& dec.16. num.27.poſt Cutel.
de donat.

Ex qua correſpectiuitate datur etiam intelligi, do-
23 nationis ipſius cauſam præcitatam fuiſſe tempora-
neam, vt ſenſui patet: ideoque temporalem effectum
duntaxat produxiſſe.Rota in rec.dec.245.num.45.par.8.
Et ſic vſquequò tantum vixit donatarius: nam poſt il-
lius mortem rediculum eſt adaptare eandem cauſam
cohærentem neceſſarijs alimonijs, quæ finiuntur cum
24 morte illius, cui debentur. l. cum hi.§.modus. ff.de
tranſact.l.firmio in fin.ff.quand.dies leg. ced.D.D.in l.1. C.
de leg.Bero. conſ.165.num.25.35.vol.2.Cephal.conſ.158.
num.3.& conſil.399.num.12.Surd. de alimen.tit.5. qu.1.
num.1.2.

25 Quod euidentius patet, ſi conſideremus, patrimo-
nium ad finem ſuſcipiendi ordines eſſe tantum neceſ-
ſarium durante vita ordinandi, vel donec ab ipſo fue-
rit obtentum,aliquod Eccleſiaſticum beneficium, cum
quo decenter ali poſſit,iuxtà S.Concil. Trident. d. cap.2.
§.patrimonium vero. Pulchrè ind iuidubiliter Carena poſt
26 reſol.2.num.2. Adeovt ſit communis ſententia, ſuffi-
ciens eſſe patrimonium ad ordines aſſequendos,ſi fue-
rit conſtitutum cum pacto, quod ad conſtituentem
reuertatur mortuo ordinando.Roderic.à Cunha in c. ne-
minem diſtin.70.verſ.ſiuè poſſeſſionis numer.21. Cutel. de
donat.inter patr.& fil.tract.1.diſcurſ.2.partic.12.num.66.
Barboſ.de iur.vniuerſ.Eccleſ.lib.1.cap.33.num.154. Care-
27 na poſt d. reſol.2.num.4. Vel,cum ordinatus habuerit
beneficium ſufficiens,vndè aliàs viuere poſſit. Acbuna
vbi ſup.Garz. de beneſ.p.1.cap.5.nu.169. Barboſ. d.alleg.
19.n.59.

Quoniam reſpondetur; cauſam ſuperius inculcatam
28 non fuiſſe cauſam finalem donationis prædictæ: tùm,
quia generàliter cauſa præſumitur impulſiua, & non
finalis.Menoch.conſ.106.num.92.Valenzuel.conſ.112.n.
73.& conſ.137.n.12.Ricc.dec.80.num.7.p.3.Marin.reſol.
87.n.8.18.lib.1.Barboſ.axiom.40.nu.8.Cyriac.contr.146.
num.46.tom.1.Rota in rec.dec.587.num.5.p.1.& dec.20.
n.5.p.5.

29 Tùm, quia reſpicit de futuro commodum ſolius do-
natarij,& recipientis, quo caſu non dicitur finàlis, ſed
impulſiua. Bald.in l.damns. ff. de cond. indeb. Tiraq. in
tract.ceſſan.cauſ.limit.1.ſub num.24.verſ.ſi autem cauſa.
& num.26.in fin.Surd. de alimen. tit.2. quaſt.1. num.31.
& conſ.361.num.19.Gabr.conſil.57. num.11. lib.2. Mon-
terent.dec.Aragon.10.n.7.Mantic.de tacit.lib.3.tit.12.n.
39.Rot.cor.Merlin.dec.229.n.10. tom.1. repetita in rec.
dec.20.n.10.p.5.

Tùm,quia nihil aliud importare poteſt, quàm ſi fuiſ-
30 ſet dictum,donationem fieri pro indigentijs, & neceſ-
ſitatibus donatarij; quæ verba ſignificant cauſam im-
pulſiuam,non finalem. Corn. conſ.187. col.pen. verſ.bis
non obſtantibus num.10.& ſeqq.volum.2.Surd.de alimen.
tit.2.quaſt.5.numer.8.9.& tit.5.quaſt.5.num.13. pulchrè
Rota in Auximan. alimentorum 7. Iunij 1638. §. nec re-
fragatur coram Dunozet nunc in rec.dec.55. ſub num.13.
31 14.p.8. Licet alias vniuerſaliter loquendo dictio illa
pro denotet cauſam finalem.l.penult.§.fin. ff. de alimen.
& cibar.leg.Bald. in cap.1. in princ.de teſtib. Alba conſil.
52.numer.2.Bero.conſil.22.num.76.lib.2. Grat. conſil.68.
numer.22.lib.2.Menoch.conſil.352.numer.2. Surd.conſil.
445.numer.29. tom.3. Honded. conſil.53.numer.3.lib.2.
Caſtil.contr. iur. cap.119. num.19. tom.6. Barboſ. diction.
287.num.5.& ſeqq. Gratian. diſcept.96. numer.26. tom.
1. Bottiler. de ſucceſs. ab inteſt. cap.2. theor.63. nume-
ro 17.

32 Idcircò etiam ſi dicta cauſa impulſiua defeciſſet,
adhuc donatio ſuſtineretur, & deberetur. Corn. conſ.
101.col.vlt.lib.1.& conſil.45.col.3.lib.3.Surd.d.conſ.361.
num.19.Gabr.conſil.57.numer.8. lib.2. Caſtil. de vſufr. c.
30.num.15.Barz.dec.25.numer.82. nouiſsimè Fagnan. in
c.cum dilecti. num.33.de renunc.tom.1.Rot.coram Mer-
lin. d. dec.229.num.4.et num.11.in rec.d.dec.20.num.11.
par.5.

33 Nàm cauſa impulſiua donationi adiecta non efficit,
quin donatio ipſa dicatur pura, & ſimplex. Bec.conſ.
20.num.9.lib.1.Bero.conſ.65.nu.15. lib.1. cum alijs apud
Rot.in rec.d.dec.20.n.3.p.5.alias cor.Merlin.d.dec.229.n.
3.tom.1.

34 Maximè conſiderando clauſulam ſpontè in prin-
cipio inſtrumenti huius donationis appoſitam, per
quam ſicuti importatur mera facientis voluntas.
Rubeus in ſing. Rot. Roman. par.4. clauſ.795. numer.1.
tom.2. Barboſ. diction.383. numer.2. Rota poſt Cenc. de
cenſib. deciſ.123. numer.7. Ità arguitur, donationem
35 eandem fuiſſe factam ex pura liberalitate. Surd. conſ.
361.num.17.tom.3.Rot. coram Merlin. d. deciſ.229. nu-
mer.8.

Et hinc non releuant adducta pro oſtendenda cau-
ſa finali huiuſce donationis; nam quatenus non tollan-
tur à ſuperius traditis: ſigillatim quoad motiuum de-
cerptum à proemio, quod negatur in primis contine-
ri, & legi in dicto inſtrumento, dicitur illud ceſſare,
quando, vt modò, donatio, ſeù aliqua alia diſpoſi-
tio ità clarè generaliter in diſpoſitiua ſe habet, vt non
poſſit reſtringi ad rationem expreſſam in proemio,
36 nam tunc ab ipſa diſpoſitiua potiùs, quam ab illo de-
ducitur cauſa finalis. Purpur.in l.cum quid n.110.in fin.
ff.ſi cert.petat.Corn.conſ.177.num.5.lib.4.Rota in rec.dec.
36.n.17.p.5.& dec.239.n.9.p.8.

Alia motiua vnico verbo eliminantur, quoniam
37 à dicta clauſula ſpontè,& mera liberalitate excluditur,
donatricem alia ratione fuiſſe motam ad donandum,
quam ob ſuam liberalitatem. Surd.d.conſil.361.num.17.
Rota coram Merlin.in alleg.dec.229. num.9. & dec.687.
num.25.& in rec.d.dec.20. ſub num.8. p.5. & in Roman.
ſeù Auximan.bonor.14.Iun.1656. §. nec quicquam rele-
nat. cor. Zarate eſt dec.11.nu.8. poſt Cutel. de donat. con-
templ.matr.

38 Atque illa verba, vt poſsit ſe ſubſtentare, et ne co-
gatur mendicare, ſunt accipienda pro modo, & non
pro cauſa finali, nam reſpiciunt duntaxat commo-
39 dum donatarij, vt dixi; & propterea dictio illa
Vt, a qua regulantur ſubſequentes, non egreditur
ſuos fines regulares importantes modum. l. demon-
ſtratio falſa. §. vult. ff. de condit. et demonſtr. l.1.2.
Cod.de donat. quæ ſub modo. Menoch.præſ.146. num.5.
lib.4.Barboſ.dict.479.num.2.vbi concordan.benè Surd. d.
conſil.361.num.18. Mantic.de coniect. vlt. volunt.lib.12.
tit.2.num.29.

In omnem autem caſum, quo patet dici, verba ſu-
periùs recenſita fuiſſe cauſam finalem iſtius do-
40 nationis, eſt animaduertendum, nos verſari in
cauſa, quam ſatisfuit extitiſſe certo aliquo tempo-

Digitized by Google

re , vt de ſe patet ; proindè , cum negari nequeat, il-
lam eo tempore adfuiſse , datur certiſsima iuris
concluſio , non ceſsáre diſpoſitionem , & effectum ,
ſi poſteà ipſamet cauſa ceſſet ; ex notatis in *l. quæcun-
que. §. fin. ff. de publ. in rem. act. Tiraq.in tract.ceſsan.
cauſ. limit.4.numer.1. & ſeqq. vbi de more rem tractat
latiſſimè, & doctiſsimè. Nouar. de elect. & variat. for.
ſect.4.quæſt.26.ſub numer.6. & ſeqq. vbi pulchrè. Surd.
de alimen tit.9.quæſt.29.num.2. Mangil. de imput. & de-
tract.qu.166.num.2.Barboſ.axiom.40.numer.22. Rota in
rec.dec.733.num.8.par.2, & poſt Pacif. de Salu. dec.174.
num.35.*

41 Quod multis confirmari poſset exemplis ; ſed ſi-
gnanter , quia licet ex diſpoſitione *Auth. præterea.
Cod. vnde vir. & vxor.* Detur vxori inopi quarta in
bonis mariti, & ratio, ſiuè cauſa finalis ſit, ne ip-
ſa mendicare cogatur in dedecus, & opprobrium
benè tranſacti matrimonij ; vt pulchrè per *Mangil. de
imput.quæſt.137.numer.1.et ſeqq. nouiſſimè Antonel. de
temp.legal.lib.1.cap.66.nu.1.16.Rot.poſt Pacifie. de ſalu.*
42 *d. dec.174.numer.22.* Attamèn ſi vxor efficiatur poſteà
diues, & ita ceſſet cauſa prædicta inopiæ, non pro-
pterea vxor ipſa quartam illam amittet, quoniam
eadem cauſa requiſita tempore mortis mariti, tunc
adfuit, quod ſufficit ad hoc , vt præſatum benefi-
cium perduret ; ità præciſim firmatur *à Dec.conſil.24.
Tiraq. d. limit.4.numer.2. Cephal. conſil.244. ſub numer.
4.Rimin. iun. conſil 701.ſub num.36.vol.6.Surd.d. quæſt.
29.num.3. Mangil. d. quæſt.166.per tot. Barz. deciſ.128.
num.87.& ſeqq. Antonel. d. cap.66.num.20.Nouar. d. q.
26.num.15.Rot.poſt Pacif.de Salu d.dec.174. num.19. &
ſeq.n.36.*

43 Sic legatum factum ob cauſam, licèt deficiat cau-
ſa ceſſante. *Ancharan. conſil.237.ſub numero 2. Dec.
conſil.485. numer.7. & conſil.621 numer.4. Rota coram*
44 *Pegn.dec.19.numer.7.tom.1.* Nihilominus ſi ſit factum
alicui , ob illius paupertatem , non ceſsabit , ſi le-
gatarius poſtmodùm euadat diues, quinimò aſcendat
ad dignitatem Epiſcopatus. *Anna conſil.21. volum.1.
Thor.de pia cauſ.priu.113.Molſeſ. de contr. tit.13. cap.5.
numer.159.quos laudat Nouar. in alleg. quæſt.26. nume-
ro 12.*

45 Videmus inſuper , quod reſcriptum , ſiuè priuile-
gium euaneſcit , ceſsante cauſa, propter quam fuit
conceſsum . *l. athletæ. §. 1.et l.geometræ de excuſ.
tut.Tiraq.d.tract.de cauſ. ceſs.p.1.numer.203.et ſeq. vbi
egregiè . Rota coram Pegn.dec.117.num.4. tom.1.* Et ta-
46 men,ſi fuerit obtentum paupertatis gratia , non vitia-
bitur , licet tempore executionis obtinens eſset factus
diues , ex repetito motiuo , quod ſufficit , cauſam
tempore reſcripti adfuiſse. *Couar. var. reſol.lib.1.cap.20.
num.5. Henriq. in ſumm. tit. de irregul. cap.17. in fine.
Nald.in ſumm. ver. delegatus num.2.et verb.gratia num.
3.Nouar. d. quæſt.26.numer.13.et numer.14.* Vbi ſubdit,
47 quod priuilegium conceſsum monaſterio ad exigen-
das decimas , ob paupertatem, non ceſsat , acquiſitis
diuitijs à monaſterio ; & allegat *Suar.de l.l.c.8.§.30.Sa-
laſ.eod.tract.d.ſp.20.ſect.6.n.67.Bonacin.eod.tit.q.3.punc.
8.§.3.prop.2.*

Demum conſiderata ex aduerſo , hanc donatio-
48 nem cenſeri reſtrictam ad vitam donatarij ; procede-
re fortè poſsent , quando donans præciſè reſtrinxiſ-
ſet eam ad perſonam illius , ſeù donationem feciſset ,
donec donatarius ſuperſtes fuerit , & illius vita duran-
te,vt oportuiſset facere : ſecus vbi hæc omnia abſunt ,
vt in hoc facto ; iuxta congeſta *ab Alciat.conſil.3.num.
21.lib.8.Molſeſ. conſil.41.numer.6. Peregr. de fideic. art.
51.ſub num.20. Valaſc. de iur. Emphyt. quæſt.50. numer.
44.a d.fin. Rot.coram Merlin.d.dec.663.ſub num.39. verſ.
vel quando,et in rec.dec.142.ſub num 8.p.4.et dec.9.num.
39.p.7.*

Niſi aptiùs dicere velimus ea retorqueri ; quoniam
dum donatrix potuit donationem iſtam reſtringe-
re per modum antedictum , & non reſtrinxit ; ſed
omninò cum terminis generalibus donationis inter
49 viuos concepit , & efformauit , dicendum eſt , vo-
luiſse , vt eadem donatio , ſecundùm ſui generalem
naturam obtineret effectum , atquè ità non reſtringi
ad vitam donatarij , ſed imò ad hæredes illius tranſ-
mitti ; arguendo à traditis *in l.labeo. ff. de ſup.leg. et l. ſi
is , qui ducenta ff. de reb. dub. l. vxorem . ff. de ma-
num. teſt. l. fideiuſsores magiſtratum . ff. de fideiuſs.*

Propterea , cum corruant omnia aduerſantium
obiecta , ſiuè fundamenta , remanet inconcuſsum ,
& firmum bonum ius hæredum d. R. Andreæ : quibus
nec etiam officiunt oretenus exagerata , hanc dona-
tionem videri reſtrictam ad ſolos fructus bonorum
50 donatorum : quia , cum præceſserit donatio , & da-
tio eorundem bonorum , licèt poſteà ſubſequantur
verba denotantia vſum illorum , quæ in hoc caſu ne-
què adſunt , ſi diligenter legatur inſtrumentum dona-
tionis , puta , ſi ſit dictum *Dono prædium ad vſufru-
ctuandum , vel ad vſum , aut in gaudimentum , ſiuè
pro percipiendis fructibus in proprias neceſſitates diſpen-
ſandis ,* Adhuc dicitur donata , & conceſsa pleno iu-
re proprietas tranſmiſsibilis , & tranſitoria ad hære-
des , itavt mentio illa vſus non reſtringat donatio-
nem , & conceſsionem . *l. donationes . §. ſpecies vbi
D. D. ff. de donat. Roman.ſing 206.numer.3. in fin. Alex.
conſil.223. ſub numer. 5. volum 2. et conſil. 150. numer.
1. volum.7. Ruin. conſil.21 ſub numer.5. volum.1.Nat-
ta conſil.211.numer.17.Pereg . conſil.59. numer.5. lib.1.
Menoch. præſ.133. ſub numer.11. lib.3. latè , et pulchrè
Surd.de aliment.tit.2.q.1.num.1.et ſeqq. Gratian. diſcept.
forenſ. c.937.num.2. tom.5. cum alijs apud Cyriac. contr.
145.num.57 et cont .146 ſub num.51. verſ. et conferunt
tom.1.Rot. in diu.dec.168.num.2.p.2. et in rec. deciſ.537.
ſub num.1.p.2.*

Atque ita , etc. Saluo , etc.

51 *Sapientiſsimus vir D. Carolus Caſtellus Ronchegallus
primarius in Ciuitate Ferrariæ Aduocatus ,* Et Iudex in
hac cauſa delegatus ab Eminentiſsimo Principe D.
Cardinal Legato ſuam protulit ſententiam ad fauo-
rem hæredum donatarij , ſecundùm ſuperius firmata ;
oſtendens non minus ſibi tamquam *Aduocato do-
ctiſsimo* conuenire verba *à Patre Romani elo-
quij prolata in lib.1. de orat.* & reaſum-
pta *à Rubr. in diſcurſ. ad Rot. in*
52 *rec. par.4. tom.3. numer.23.*
vbi, quod Aduocati .
*Oracula ſunt Ciui-
tatum , quia
Ciues ad
eos
euntes de rebus ſuis incerti , certi poſteà
dimittuntur;* ſed etiam,vti *Iudici in-
tegerrimo* adaptari congeſta
*à Teodoric. var. reſ. c.12.
lib.1. de quo Rubeus
in diſcurſ. ad*
53 *dec. Pe-
nia n.84.* vbi quod *Iudex debet eſse
innocentiæ templum ; tempe-
rantiæ ſacrarium ; ara
Iuſtitiæ.*
(∴)

COL-

COLLVCTATIO XXVI.

ARGVMENTVM.

Retinendæ, ac reintegrandæ remedia quando cumulari poſſint; eorum natura in aliquibus recenſita. Aluei, & alluuionis materia tractatur. Exemptio Eccleſiaſticorum à Iuriſdictione Principis, & Iudicis ſæcularis deducitur. Ac nonnulla de vi confirmationis afferuntur.

SVMMARIVM.

1 *Remedia retinendæ, & reintegrandæ ac è contra in eodem libello ſub conditionatè cumulari poſſunt, & numero 3.*

2 *Interdictum, vti poſſidetis quid importet.*

4 *Manutentio competit Eccleſiæ, etiamſi Abbas habuerit ſe pro ſpoliato. Amplia, vt n. 5.*

6 *Manutentio intentatur, pro conſeruanda ſibi alluuione.*

7 *Spoliatum in dubio quis ſe habere non præſumitur.*

8 *Reintegratio, datur concurrentibus extremorum probationibus, & n. 9. 11.*

10 *Reintegranda remedium, datur contra quoque titulo poſſidentem.*

12 *Manutentio reſpuit exceptiones requirentes altiorem indaginem, & exceptionem dominij. n. 14. & concernentes petitorium n. 16.*

13. *Reintegranda remedium repellit exceptiones requirentes altiorem indaginem, & exceptionem dominij. num. 15. & concernentes petitorium. n. 17.*

18 *Alueus naturaliter derelictus à flumine acquiritur ei, qui habet prædia proximiora. Amplia etiamſi placuerit Principi alio flumen auertere miniſterio hominis. n. 19. Limita, quando Princeps alueum ſua impenſa exſicaſſet, ea intentione, vt ſibi acquireret. n. 20.*

21 *Alueus quid ſit: quomodo illius poſſeſſio acquiratur, numer. 26.*

22 *Alluuio quid ſit: quid operetur, numer. 23. quid pro alluuione intelligatur numer. 24. quomodo acquiratur num. 25.*

27 *Inſula indiget apprehenſione, vt illius poſſeſſio dicatur acquiſita.*

28 *Citatus non contradicens ſibi præiudicat, & aſſentire videtur.*

29 *Tacens, ſi potuit contradicendo impedire, ſibi præiudicat, etiamſi tractetur de magno præiuditio. Contra num. 53.*

30 *Tacens in iuditio, habetur omninò pro conſentiente. Declara num. 56.*

31 *Diffamatus redditur tutus à perturbationibus, ſi diffamans intra terminum præfinitum, non compareat.*

32 *Bona Eccleſiaſtica non ſubſunt poteſtati Principis ſæcularis: nec Iuriſdictioni Iudicis laici. n. 44. Amplia vt num. 45. & n. 66.*

33 *Voluntas à poteſtate, eſt metienda.*

34 *Nullum quod eſt, nullum operatur effectum.*

35 *Subreptio annullat ipſo iure conceſſionem factam per modum gratiæ: inducitur, ſi non fuit narratum id, per quod Princeps gratiam non feciſſet, vel difficilius. numer. 36.*

37 *Gratia etiam facta motu proprio, dicitur per circumuentionem Principis emanata, ſi ex ea appareat de magno præiuditio tertij.*

38 *Dolus ſuus nemini debet patrocinari.*

39 *Poſſeſſio vitioſa non eſt poſſeſsio.*

40 *Remedium l. diffamari. C. de ingen. & manumiſs. requirit timorem moleſtiarum; & poſſeſsionem diffamati.*

41 *Citatio generalis per edicta contra intereſse putantes, non ſufficit aduerſus poſseſſorem.*

42 *Diffamatus exiſtimatur reus; ità vt poſsit concipere libellum contra Clericum, & Epiſcopum coram Iudice laico.*

43 *Iudex ſæcularis eſt omninò incompetens in cauſis clericorum, & perſonarum Eccleſiaſticarum; nec non bonorum Eccleſiæ, & Eccleſiaſticorum. n. 44. Amplia etiamſi ageretur de bonis, quorum directum dominium ſpectaret tantum ad Eccleſiam, & tractaretur inter ſolos emphyteutas reſpectu vtilis dominij penes laicos exiſtẽtes. n. 45.*

46 *Citatio contra intereſſe putantes, dicitur potiùs incitatoria, quam arctatoria. Limita vt n. 49.*

47 *Citatus per citationem generalem contra intereſſe putantes, non dicitur contumax, ſi non compareat, neque ſibi præiudicat, etiamſi lata fuerit, contra ipſum ſententia, num. 48.*

50 *Taciturnitas in præiudicialibus, non nocet: habetur pro conſenſu in actu concupiſcibili. n. 51. habetur per diſſenſu in actu odioſo. n. 52. non inducit remiſsionem iuris tacentis ſine aliquo actu poſitiuo indicante conſenſum. num. 54.*

55 *Bona Eccleſiarum, non poſſunt alienari, ſine aſſenſu Apoſtolico.*

57 *Taciti, non debet eſse maior ius, quam expreſsi.*

58 *Prohibitum directo nequit permitti indirectè.*

59 *Taciturnitas, non conualidat actum nullum.*

60 *Non entis non ſunt qualitates.*

61 *Iudex nulliter, & iniuſtè notoriè procedens, dicitur ſpoliare; non priuat poſſeſsione, ſi quis non habeat ſe pro ſpoliato n. 62.*

63 *Manutentio datur quando Iudex proceſsit notoriè, nulliter, & iniuſtè.*

64 *Reintegranda competit, ſi Iudex notoriè proceſsit, nulliter & iniuſtè: Amplia etiamſi ſimul in Principe ſic procedente n. 65.*

67 *Fori priuilegio non poteſt Clericus renuntiare. Amplia n. 68.*

69 *Poſſeſsor, etiam iniuſtus, vitioſus, illicitus, et illegitimus, debet citari, nequè eſt priuandus ſua poſſeſsione, ſine cauſæ cognitione.*

70 *Citatio eſt neceſsaria, antequam deueniatur ad adiudicationem. Amplia vt n. 71. 72.*

73 *Citatio nulla habetur pro non facta.*

74 *Citationis defectus non ſanatur, etiam per clauſulam, arbitrio.*

75 *Sententia, quæ non iuſtificatur ex actis, eſt notoriè iniuſta.*

76 *Alueus, vt ſit communitatis, non proximiorum habentium prædia adiecentia, ſi diſponat Statutum, non habet locum, vbi prædia ſunt Eccleſiarum.*

77 *Nemo dat, quod non habet.*
Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.

78 *Confirmatio facta de actu nullo, non narrata nullitate, eſt nullius roboris intelligitur ſecundum naturam, et cum qualitatibus rei confirmatæ num. 79. nihil dat vel facit de nouo num. 80. relinquit actum eo modo, quo ab initio fuit initus n. 81. Non conualidat id, quod anteà nullum, aut inualidum erat n. 82. euaneſcit corruente fundamento, quo innititur. n. 83.*

84 *Reſtitutio in integrum competit, et datur contra decretum nullum, ſeù iniuſtum, etamſi iniuſtitia, non ſit notoria.*

85 *Hieronymus Santolinus, Abbas Sancti Donini lauda-
tur.*
86 *Rei vendicatio competit pro alluuione.*
87 *Dominum eſt difficilis probationis. Amplia vt numer.
88.89.*
96 *Dominium probatur ex titulo alluuionis.*

1 RETinendæ, ac reintegrandæ remedia, ſicuti in
eodem libello conditionaliter, & ſubordinatè,
hoc eſt petendo manuteneri, & quatenus opus ſit rein-
tegrari, validè cummulari poſſe, & ſi alias videantur
contraria, cum tunc non cenſeatur vnum intentatum,
niſi in caſum, quo alterum deficiat, & non competat,
eſt concluſio, tùm theoricæ, tum praxi quotidianæ ac-
commodata ex congeſtis à *Monach. dec. Bonon. 30. num.
35. Barz. dec. 47. in princ. verſ. & inſtabatur, & ſub nu. 25.
verſ, tandem Cyriac. contr. 389. num. 1. tom. 2. Altograd.
conſ. 74. num. 1. 2. 3. 4 lib. 2. Mel. all-g. 10. ſub num. 25. &
ſeqq. lib. 2. Andreol. contr. 304. num. 16. vbi concordan. p. 4.
Poſt. de manut. obſ. 57. n 82. & ſeqq. Rota, poſt eius tract.
dec. 554. num. 36. & in rec. dec. 560. num. 3. ac infrà p. 1. &
dec. 226. num. 50. p. 6. & cor. Gregor. dec. 546. n. 14. & dec.
555. n. 1. 2.*

2 Et cui concluſioni conueniunt tradita de interdicto
vel poſſideris, quod competens pro ciuili poſſeſſione,
habet etiam effectum ſucceſſiuum reſtitutorium: præ-
ſeferens indè naturam mixtam, ſcilicet pro retinenda
poſſeſſione ciuili, & recuperanda naturali ab aduerſa-
rijs occupata; itavt deiectus à naturali tueatur in ciuili,
& in conſequentiam reſtituatur in naturali. *Bero. conſil.
102. num. 37. 38. lib. 1. Menoch. de retin. remed. 3. num. 22.
& ſeqq. Barboſ. in l. 2 num. 24. & ſeqq. C. de præſcr. 30. vel
40 ann. Altograd. d. conſ. 74. n. 2. Sabell. var. reſol. & reſ-
ponſ. cap. 8. num. 4. 5. Rot. apud Poſt. de manut. d. dec. 554. n.
35. & in rec. dec. 78. num. 16. & ſeqq. et dec. 139. num. 31.
ac ſeqq. & dec. 226. num. 47. & infra, & dec. 275. num. 11.
12. p. 6.*

3 Ità validè agi ad reſtitutionem poſseſsionis, ſeù pro
mandato de reintegrando, & poſteà manutentionem
peti, cum hæc referatur ad poſseſsionem ciuilem, illa
verò ad naturalem, pro conſtanti affirmant. *Poſt. de ma-
nut. d. obſ. 57. n. 88. Beltramm. ad Greg. dec. 555. num. 11.
Ferentil. ad Buratt. dec. 269. n. 5. Rota apud Poſt. de manut.
dec. 141. n. 5. 6 & in rec. dec. 316. nu. 5. p. 4. & cor. Duran.
dec. 23. n. 13. et ſeqq. tom. 1.*

Qua propter, etiamſi ſit facta petitio continens dicta
duo remedia per aliquem ex modis antedictis, *pro par-
te celebris, ac inſignis Abbatiæ Sancti Donini* ſitæ ſuprà
Arcem Diui Caſsiani diœceſis Britinorienſis, ſiuè pro
moderno Abbate eius nomine non eſse ambigendum
de eiuſdem petitionis validitate: ſicuti nec quoque, de
illius ſucceſsiua iuſtitia poteſt in aliquo dubitari.

4 Nam vtrunque ex recenſitis remedijs præfatæ Ab-
batiæ communicari in hoc caſu negari nequit: quo-
niam, ſtante illius poſseſsione iam naturali, & ciuili de
alueo, vulgò Renaio, nunc controuerſo, quam, niſi præ-
cedente cauſa legitima, non potuit nec animo dimitte-
re, compertum eſt competere ſuper illo manutentio-
nem, aut remedium retinendæ poſseſsionis eidem Ab-
batiæ, & Eccleſiæ, etiam quod eius Abbas, vel Prælatus
habuerit ſe pro ſpoliato; *ad Thomat. dec. 41. nu. 21. Poſt.
de manut. obſ. 57. num. 102. Rot. poſt eius tractat. dec. 327.
num. 15. 19. & dec. 330. num. 26. & ſeqq. ac dec. 518. num.
3. & ſeqq. & coram Seraph. dec. 1417. numer. 3. & coram
Greg. dec. 116. num. 5. et dec. 246. num. 2. verſic. adeoquod,
& coram Merlin. dec. 702. num. 7. 8. tom. 2. et in rec. dec.
94. n. 7. p. 7.*

5 In tantùm, vt Abbas, ſeù Prælatus, tam ſucceſsor,
quam ipſe, qui pro ſpoliato ſe habuit, agendo nomine
Eccleſiæ poſsit dictum remedium intentare. *Beltramm.
ad Greg. d. dec. 246. ſub num. 2. Rota in rec. dec. 190. n. 18.
p. 4. tom. 2. & dec. 78. num. 2. et ſeqq. p. 6. et d. dec. 94. num.
8. p. 7. ac coram Merlin. in alleg. dec. 702. num. 8. cum alijs
adductis à Poſtio. de manut. d. obſ. 57. num. 102, 103.*

6 Et in præciſis terminis, quod poſsit ſibi conſeruari
alluuio ex interdicto retinendæ, & vti poſsidetis, data
illius poſseſsione, quæ in præſenti ſaltem ciuilis non
controuertitur, docet, poſt *Rimin. iun. conſil. 237.
num. 74. & ſub num. 75. Cyriac. contr. 376. numer. 62.
tom. 2.*

Competere etiam d. Abbatiæ reintegrationem, aut
remedium recuperandæ aduersùs modo occupantes
dictum alueum dato, ſi praxi conuenit, haberi ipſam ſe
7 pro ſpoliata, quod & in dubio non præſumitur. *Rot. cor.
Greg. dec. 307. num. 10. 11. et in rec. dec. 115. ſub num. 1. p.
5. et dec. 133. n. 24. p. 8. et apud Poſt. de manut. dec. 226. n.
2. et dec. 517. num. 4. et ipſe in tract. d. obſ. 57. num. 57. Fe-
rentil. ad Burat. dec. 342. n. 5. to. 1. Andreol. contr. 190. ſub
n. 10 & contr. 320. n. 24. Cyriac. contr. 389. n. 4. to. 2. Poſt.
de manut. obſ. 12. n. 48. et obſ. 71. n. 67.* Eſt extra omnem
8 difficultates aleam, concurrentibus neceſsarijs extre-
morum probationibus; iuxtà *c. reintegranda 3. q. 1. cap.
conquerens, et c. cum ad ſedem de reſtit. ſpoliat. Rot. poſt
Merlin. de ping. dec. 8. num. 1. et coram Greg. dec. 485. nu. 2.
et coram Buratt. dec. 736. num. 4. et coram Otthobon: dec.
104. num. 5. et in rec. dec. 406. num. 1. p. 4. et dec. 673. nu. 7.
ead. p. 4. tom. 3. et dec. 251. p. 6. ac alibi*; De quibus extre-
9 mis late egi *in collect. 23. num. 1. 6. et apud Thomat. dec.
123. tom. 2.*

10 Quod quidem poſterius remedium datur quoque
contra titulo poſsidentem, etiamſi res ad eum, ſine vi-
tio peruenerit. *Rim. conſ. 46. num. 6. lib. 1. Theſaur. dec.
29. Mynſing. obſ. 85. cent. 3. Mareſc. var. reſol. lib. 1. c. 59. n.
11. vbi de magis communi. Iordan. diuerſ. elucubr. lib. 14.
tit. 12. num. 43. tom. 3. Rota in diu. dec. 344. num. 2. p. 1. et
poſt Merlin. de pign. dec. 56. num. 5. vbi de magis communi,
et in iudicando recepta opin. et apud Caſsador. dec. 7. tit. de
reſtit. ſpoliat. et ibi Rubens in ſuis ſing. Rot. Roman. p. 1. fol.
11 mihi 285. col. 1.* Ac ſignanter in terminis alluuionis,
quod illius non concurrente poſseſsione, detur hoc re-
medium aduersùs occupantes alluuionem, deducendo
eius antiquiorem poſseſsionem à titulo reſultante ab
ijs, quæ inferius adducam *n. 18. et ſeqq.* monuerunt, &
firmarunt *Curt. iun. conſ. 204. n. 16. 17. Gallia conſ. 117. n.
10. Cyriac. d. contr. 376. n. 63. 64.*

Et, ſicuti vtrumque reſpuit exceptiones requirentes
12 altiorem indaginem, quæ aliàs opponi poſsent: vt in
ſummariſsimo manutentionis non admitti, tradunt
*Menoch. de retin. remed. vlt. ſub num. 43. Gratian. diſcept.
926. num. 27. Thomat. dec. 41. num. 24. Fontanel. de pact.
nupt. clauſ. 7. gloſ. 3. p. 10. numer. 75. tom. 2. Poſt. de manut.
obſ. 42. numer. 68. vbi concordan. Rota poſt eius tract. dec.
183. num. 4. et dec. 295. num. 7. et dec. 521. num. 12. et ali-
bi, et coram Andrea dec. 75. num. 8. et coram Canaler. dec.
150. num. 3. et coram Duran. dec. 269. in fin. tom. 2. et cor.
Merlin. dec. 18. num. 50. 51. tom. 1. et in rec. dec. 230. ſub n.
8. 9. p. 8.*

14 Et pariter in remedio reintegrationis, tales exce-
ptiones repelli, docent *Iordan. elucubr. diuerſ. d. tit. 12.
num. 180. Ridolphin. in prax. p. 2. c. 14. num. 151. Ferentil.
ad Buratt. d. 348. num. 15. Gurb. dec. 69. num. 19. Rota cor.
Greg. dec. 500. nu. 9. et in meieint. territ. 3. Decembr. 1649.
§. fin. cor. Emminentiſs. Otthobon. nunc in eius impreſs. dec.
195. n. 27.*

Ita propoſita pro parte D. Blondini, ſeù Communi-
tatis Caſtrocariæ; aut non ſunt in iſtis iudicijs atten-
den-

denda, tamquam præſeſerrentia dominij exceptionem,
14 & traditis reſpectu manutentionis *à Menoch. de retin. remed. 3. nu. 673 Gionagn. conſ. 8. num. 135. & ſeqq. lib. 1. Milan. dec. 3. num. 138. lib. 1. Poſt. de manut. d. obſ. 42. n. 58. & ſeqq. Beltram. ad Greg. dec. 107. nu. 5. Rot. cor. Buratt. dec. 360. n. 7. & dec. 904. n. 10. & in rec. dec. 300. num. 11. p. 4. & dec. 230. num. 13. p. 8. & in Bonon. manut. 2. Martij 1646. §. & vlterius. cor. Cardin. Otthobon. nunc in eius im-*
15 *preſs. dec. 59. num. 5.* & reſpectu reintegrationis, *à Gabr. comm. concl. tit. de reſt. ſpoliat. concl. 1. num. 45. Menoch. de recup. remed. 15. num. 411. Mangil. de ſubhaſt. q. 192. n. 9. dec. conſ. 17. n. 6. Rot. in rec. dec. 117. nu. 11. 14. p. 4. tom. 2. & dec. 222. ſub n. 4. in fin. & num. 5. p. 8.* ac veluti petito-
16 rium concernentia, ideoque in præſenti non tractanda; vt quo ad iudicium manutentionis habetur per *Maceraten. var. reſol. lib. 1. reſ. 66. n. 9. Gionagn. d. conſ. 8. n. 112. Poſt. de manut. d. obſ. 42. n. 44. vbi innumeras congerit Rotæ deciſ. & ſignanter poſt eius tract. dec. 185. n. 3. & dec. 210. n. 4. & dec. 466. n. 4. & dec. 636. n. 2. & alibi ad cor. Canaler. dec. 228. ante nu. 5. & cor. Coccin. dec. 99. num. 4. & cor. Buratt. dec. 623. n. 9. tom. 2. & cor. Duran.*
17 *dec. 328. n. 9. tom. 2. & cor. Merlin. dec. 19. num. 13 tom. 1.* quo verò ad iudicium reintegrationis, traditur à *Poſt. de ſubhaſt. inſp. 58. num. 94. Rota poſt eius tract. dec. 106. nu. 18. & cor. Gregor. dec. 500. n. 9. & cor. Buratt. dec. 453. num. 9.*

Aut, quatenus forent examinanda; in nihilo officiunt, quod vt euidenter dignoſcatur, præmitto, hic
18 tractari de alueo à flumine Montono propè bona dictæ Abbatiæ naturaliter relicto, & ſucceſsiuè per ipſam Abbatiam, vt potè proximiorem acquiſito, ſecundum diſpoſitionem apertam *tex. in §. quod ſi naturali alueo. Inſt. de rer. diuiſ. & l. adeo quidem. §. quod ſi toto. & l. ergo ſi inſula. §. celſus filius. ff. de acq. rer. domin. et tradita ibidem à Bart. et Bal. ac alijs DD. Peregr. de iurib. fiſci. lib. 8. tit. 1. numer. 56. Niger. de laudem. quæſt. 23. numer. 156. tom. 1.*

19 Quod procedit, etiamſi placuiſſet Principi alio flumen ipſum miniſterio, & facto hominis auertere, nam adhuc alueus antiquus proximioribus vicinis fuiſſet acquiſitus, & ſic dictæ Abbatiæ. *Crauet. de alueo. lib. 1. c. 9. Pigant. ad ſtat. Ferrar. lib. 4. Rub. 2. in Addit. nu. 19. tom. 2. Alba conſ. 82. Rota apud Caſſador. ſuper regul. Cancell. tit. de acq. rer. dom. dec. vnic.* vbi latè, & doctè reiectis quibuſcunque appoſitionibus, hoc firmatur, & deciditur ad fauorem Eccleſiæ Papienſis: quidquid ſit ſi Princeps
20 alueum antiquum ſua impenſa exſiccaſſet ea intentione, vt ſibi acquireret, nam tunc ipſi, & non vicinis deberetur, ad tradita per *Crauet. d. c. 9. §. 2. Curt. ſen. conſ. 72. ad fin. Valaſc. de iur. emphyt. q. 16. num. 6. Pigant. ad d. Rub. 2. in addit. ſub num. 19. verſ. quod ſi Princeps;* in quibus terminis poteſt admitti *Peregr. d. lib. 8. numer. 60.*

21 Et ne dum in proprijs terminis aluei, qui eſt venter fluminis, ſeù lectus illius, quia flumen ibi cubat. *Bald. in Inſt. Rub. de rer. diuiſ. n. 27. Bart. in tract. de allun. in princ. Peregr. de iurib. fiſci. lib. 8. d. tit. 1. n. 54.* ſed hæc veniunt
22 quoque accipienda, ſi agatur de alluuione, quæ eſt incrementum lates, quod ita paulatim adijcit, vt intelligi nequeat quantum quoquo momento temporis adijciatur. *d. l. adeo quidem. §. præterea ff. de acq. rer. domin. Peregr. d. lib. 8. n. 71. Bellon. de iur. accres. c. 1. q. 1. ſub n. 10. verſ. latens verò tom. 1.*

23 Non ſolum, quia ſit regula generalis, quod tantum quiſque incrementi habet, quantùm pro modo latitudinis ante eius ripam, vel prædium poſitum eſt. *l. inter eos. l. ergo. ff. de acq. rer. domin. Mazzol. conſil. 118. num. 7. Burſ. conſ. 230. num. 6. Rimin. iun. conſil. 573. num. 1. Aym. de allun. lib. 3. cap. 2. §. 1. num. 4. Cyriac. contr. 376. numer. 1. tom. 2. Rot. in rec. deciſ. 75. numer. 5. par. 4. tom. 2.*

24 Verum, quoniam propinquius rei noſtræ accedendo; alluuio intelligitur non tantum, ſi flumen ponat, & adyciat, ſed etiam ſi paulatim retrocedat nil adyciendo, vt in præſenti, nam paulatim derelictus alueus iure alluuionis acquiritur cohærenti ripæ, & poſſidentibus prædia ab ea parte. *l. Mart. 38. ff. de acq. rer. domin. Bart. de flumin. §. flumen. n. 7. & de alu. in §. ſi toto. Decian. conſil. 123. num. 64. lib. 3. Peregr. de iurib. fiſc. d. lib. 8. numero 72. Niger. de laudem. d. quæſt. 23. numer. 157. tom. 1.*

25 Et quidem iure dominij, iureque poſſeſſionis, adeò vt non ſit opus alia apprehenſione: nam omne, id, quod cohæret prædio, vel agro non eſt nouum prædium, ſed pars veteris, ac propterea pars accedens, ſicut prima principalis eodem iure poſſidetur. *Benincaſ. de allu. p. 2. num. 4. Aymo. eod. tract. lib. 1. cap. 8. num. 9. Anguiſol. conſil. 90. num. 4. Corn. conſ. 15. nu. 7. lib. 4. Curt. iun. conſ. 204. ſub num. 16. Rimin. iun. conſ. 237. num. 9. 10. & conſ. 573. num. 2. 4. Scrader. de feud. p. 5. cap. 6. num. 27. & p. 9. ſecund. part. ſect. 2. ſub num. 4. Peregr. d. lib. 8. num. 59. in fin. & num. 74. verſ. & quod amplius eſt. Cyriac. d. contr. 376. num. 7. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 425. num. 21. & ſeqq. tom. 3. ſcacc. de iudic. lib. 2. cap. 9. num. 1246. Barthol. Silnatic. conſ. 3. num. 13. & ſeqq. Oroz. de apicib. iur. ciuil. lib. 4. c. 12. ſub n. 19. Niger. d. q. 23. num. 138. Poſt. de manut. obſ. 73. n. 86. Rot. in calce eius tract. dec. 253. n. 4. & apud Caſſador. d. dec. vnic. n. 19.*

Quæ poſterior concluſio quamquam in ſtrictioribus alluuionis terminis canonizetur à modò *recenſitis D.D.*
26 nihilominus, eam admitti, ſi quoque tractetur de alueo, ita vt poſſidens fundum vicinum, ſine alia apprehenſione, efficiatur ſtatim, & ipſo iure verus poſſeſſor aluei, vt potè partis fundi, tradiderunt *Paſeth. conſ. 16. num. 22. Poſt. de manut. d. obſ. 73. numer. 85. Rota penes Caſſador. ſuper reg. Cancell. d. tit. de acq. rer. domin. ead. dec. vnic. ſub num. 19.* dummodò tamen alueus ipſe
27 non intercedat, nam tunc ad inſtar inſulæ à funda diſtinctæ, expoſcitur noua apprehenſio, ad hoc vt illius poſſeſſio dicatur acquiſita. *Aym. de allun. lib. 2. c. 8. numer. 12. Cyriac. d. contr. 376. num. 8. 9. Poſt. in alleg. obſ. 73. ſub num. 86. verſ. niſi intercederet alueus. Gratian. diſcept. 425. n. 25. Rota apud Caſſador. d. dec. vnic. ſub nu. 19. verſ. non in inſula.*

Iſtis ſic præmiſſis, non obſtat, quod Communitas Caſtrocariæ poſt obtentum dictum alueum à Sereniſs. Magno Duce, proclamata publica, emitti curauerit, quibus, vocabantur omnes intereſſe habentes ſuper eodem Alueo ad contradicendum, ne fieret illius adiudicatio ipſi Communitati: quodque in tempore prefixo nullus pro parte Abbatiæ comparuerit ad docendum de eius iuribus, ſubindeque nullo viſo contradictore ex decreto magiſtratus fluminum Florentiæ *ſub die 7. Iulij* 1644. Fuerit facta de dicto alueo adiudicatio præmiſſa, cum ſucceſſiua conceſſione illius ad fauorem D. Blondini accedente beneplacito Sereniſs. Magni Ducis obtento *die 6. Iunij* 1647. ſub conuenta annua reſponſione.

Hinc deducendo fortaſsè, quod non tantùm Abbatia ſibi præiudicium parauerit, dùm prætendens eſſe de ſuis iuribus dictum alueum, nihil vocata deduxerit, & adiudicationi comminatæ oppoſuerit ſecundùm do-
28 ctrinam, quod citatus non contradicens, approbare, & conſentire præſumitur, ſibique præiudicare videtur. *Antonin. reſol. 30. num. 26. lib. 2. Poſt. de manut. obſ. 97. nu. 38. & de ſubhaſt. inſp. 23. num. 268. Rota in rec. dec. 165.*
29 *num. 8. p. 4.* Nec non generaliter ob vim taciturnitatis, & patientiæ, à qua dimanat eiuſdem Abbatiæ conſen-

ſus,

ſus, pro explendis intentatis ad Communitatis fauo-
rem, & ſucceſſiua remiſſio iuris ipſi ſuper dicto alueo
competentis, cum potuerit contradicendo impedire
actus pro parte aduerſantium comminatos, etiamſi
tractatum fuiſſet de illius magno præiuditio, ac damno;
per tex. in l. ſi ſeruus communis. ff. de donat. inter vir. &
vxor. in l. 2. §. voluntatem. ff. ſolut. matr. ac in §. ſi ſeruus.
Auth. de ſact. Epiſc. Abb. in conſ. 7. lib. 2. Maſcard. de
probat. concl. 1153. num. 2. Menoch. præſ. 99. num. 15. verſ.
cæterum, & n. 22. verſ. ex iis intelligimus. lib. 6. Gallerat. de
renuntiat. lib. 5. cap. 11. num. 13. tom. 1. Barboſ. axiom. 217.
ſub n. 7. verſ. cum alias, vbi concordan. Cyriac. contr. 279. n.
6. tom. 2.

Maximè, quia non eſt incongruum aſſerere, dicta
proclamata fuiſſe per viam iudicij facta, ſicque tacitur-
nitatem Abbatiæ, vt potè in inditialibus ſubſequutam,
30 attuliſſe indubitanter eidem præiudicium, ex conclu-
ſione vniuerſali, quod tacens in iudicio habetur omni-
nò pro conſentiente, ſibique præiudicat. c. 2. de accuſat.
lib. 6. Felyn. in c. fraternitatis de teſtib. Cephal. conſ. 422. n.
19. Maſcard. de probat. concl. 1326. num. 3. Menoch. præſ.
46. num. 2. lib. 2. Surd. dec. 199. num. 8. Leoncil. dec. 30. ſub
numer. 3. latè Gallerat. de renunt. d. cap. 11. num. 37. vſque
ad 41. incluſiuè. Barboſ. axiom. 217. n. 4. Rot. apud Poſt. de
manut. dec. 477. n. 3. & in rec. dec. 237. nu. 2. p. 4. tom. 2. &
dixi ſup. in colluct. 13. n. 43.

31 Sed etiam, quod tuta, & ſecurà ipſamet communitas
remanſerit à quibuſcunque perturbationibus, & mole-
ſtijs, quas potuiſſet ſuper dicto alueo pati, cum intrà
terminum præfinitum nullus pro parte d. Abbatiæ
comparuerit, vt dictum eſt; ex traditis à D.D. in l. diffa-
mari. C. de ingen. & manumiſs. Gail. obſ. 12. numer. 4. lib. 1.
Trentacinq. var. reſol. lib. 1. tit. de diffamat. reſ. 1. numer.
12. vol. 1. Pigant. ad Stat. Ferrar. lib. 1. Rub. 31. numer. 8.
tom. 1.

Quoniam omnibus obiectionis partibus reſponde-
tur.

Et primo dicitur, non obſtare conceſſionem huius
aluei obtentam per Communitatem à Sereniſſimo
32 Magno Duce, quia corruit ex defectu poteſtatis, & vo-
luntatis; cum alueus iſte fuerit de bonis Eccleſiaſticis
Abbatiæ, & ſic non ſuberat poteſtati eiuſdem Sereniſ-
ſimi Magni Ducis Principis ſæcularis. c. Eccleſia Sanctæ
Mariæ de conſtit. c. decernimus de iudic. c. fin. de vit. & ho-
neſt. cleric. cap. 1. de immun. Eccleſ. in 6. Rota coram Pegn.
dec. 965. ſub num. 7. tom. 2. & in Rauenn. hæredit. 5. Iunij.
1648. §. cuius veriſſimæ, coram Eminentiſs. Otthobon.
nunc in eius impreſs. deciſ. 149. numero 7. & dixi ali-
bi.

Ideò, ſicuti deficiebat poteſtas ſuper illo, ità & vo-
luntatem ipſius Sereniſſimi non interueniſse ad con-
ceſſionem prædictam ineundam, agnoſcere oportet à
33 concluſione, qua dicitur, quod voluntas à poteſtate eſt
metienda. l. huius. §. Imperatores. ff. ad municip. c. à nobis
de ſenten. excomm. Roland. conſ. 39. numer. 2. 3. lib. 1. Surd.
conſil. 431. num. 41. Barboſ. axiom. 230. num. 2. Cyriac. con-
tr. 222. num. 38. Rot. in rec. dec. 364. nu. 3. p. 1. & dec. 682.
num. 31. p. 4. tom. 3. & dec. 186. num. 8. p. 5. & dec. 604. nu.
17. ead. p. 5. tom. 2. & poſt Merlin. de legit. dec. 199. n. 18. et
in Barchinon. aliment. 15. Decembr. 1649. §. vltra quod,
cor. Dunozet.

Et quatenus aliter, quod perpetuò ab ortodoxis om-
nium mentibus abſit, dici prætendatur; ſciendum eſt,
præter iam dicta, quod eadem conceſſio eſt ipſo iure
34 nulla, & inualida, ideoque nullum operatur effectum, &
nullum præſtat impedimentum. c. non præſtat. de reg. iur.
in 6. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. l. non dubium. C. de
l. l. Surd. dec. 40. nu. 8. Leoncil. dec. 17. n. 16. Barboſ. axiom.
164. n. 1. 4. vbi concordan. Rot. in rec. dec. 422. n. 1. & dec.
516. n. 2. p. 4. & dec. 172. n. 4. p. 7. ego infrà in colluct. 39.
n. 102.

Huiuſmodi nullitas patet; cum eadem conceſſio fa-
35 cta per modum gratiæ maniſeſtè ſit ſubreptitia. c. ſu-
per litteris c. ad audientiam il 2. de reſcript. Menoch. conſil.
249. num. 23. latè, & pulchè Trentacinq. var. reſ. lib. 1. tit.
de reſcript. reſ. 5. num. 2. & ſeqq. vol. 1. Rot. cor. Greg. dec.
450. num. 1. Ferentil. ad Burati. dec. 74. numer. 6. & in rec.
dec. 20. num. 17. & dec. 68. num. 4. p. 4. tom. 2. & dec. 496.
num. 1. p. 5. tom. 2. ac in Reatin. penſion. 13. Febr. 1651. §.
inductum verò, cor. Eminentiſs. Otthobon. nunc in eius im-
preſs. dec. 239. n. 3.

Et ſubreptio dignoſcitur; nàm in precibus à Com-
munitate porrectis non fuit expreſſum, quod Abbatia
Sancti Donini poſſideret hunc alueum, eiuſque poſſeſ-
ſionem per duodecim annos quietam, & pacificam ha-
36 beret, ac retineret: quæ veritas, ſi Sereniſs. Magno Du-
ci fuiſſet narrata, vtique conceſsionem præfatam non
feciſſet, vel ſaltem difficilius; & hoc ſufficit ad inducen-
dam ſubreptionem. c. dudum de elect. c. poſtulaſti de re-
ſcript. Corn. conſ. 245. num. 6. lib. 1. Iarrea alleg. faſc. 91. nu.
5. p. 2. Andreol. contr. 366. num. 8. 9. 10. p. 5. Rot. in rec. dec.
68. num. 6. p. 4. tom. 2. & d. dec. 496. num. 2. p. 5. tom. 2. &
dec 94. num. 61. p. 7. & dec. 4. num. 3. & dec. 204. num. 43.
p. 8. & cor. Cardin. Otthobon. dec. 115. num. 3. & in Roman.
hæredit. 28. April. 1659. §. nec refert, verſ. vel quod ſaltem,
cor. Meltio cum alijs in mea colluct. legal. 4. num. 123. qui-
bus iunge videndum nouiſſimè Reuerendiſs. Fagnan. in c. ſu-
per litteris à n. 10. cum multis ſeqq. vbi pleniſſimè materia
ſubreptionis examinatur de reſcript.

37 Quinimò, cum ex iſtis appareat de magno præiudi-
tio Abbatiæ reſultante à dicta conceſſione, opus eſt di-
cere, Sereniſsimum Magnum Ducem in ea facienda
fuiſſe circumuentum, & ſi eadem conceſsio emanaſſet
motu proprio; ad tradita per. Dec. in c. cum omnes in 2.
lect. num. 10. de conſtit. Rum. conſ. 30. num. 1. & ſeqq. lib. 1.
Rota in diu. dec. 50. num. 9. p. 2. & in rec. d. dec. 4. num. 2. p.
8. Etenim eſt alienum à Principe inferre alteri dam-
num, læſionem, ac præiuditium. l. 2. §. merito, & §. ſi quis
à Principe. ff. ne quid in loc. publ. c. olim de verb. ſignif. &
dixi in colluct. 4. num. 133. vbi dedi Rotæ deciſiones: In tan-
tùm, vt verba Principis, ſint potius improprianda
quam, vt tertio præiuditium inferant. c. ſuper eo. de off.
deleg. Ruin. conſ. 123. ſub num. 12. lib. 3. Roman. conſ. 334.
ſub num. 1. Sarnen. in reg. de iur. quæſ. non tollen. quæſt. 1.
num. 4. Reuerendiſs. Fagnan. in c. cauſam quæ numer. 27. de
reſcript.

Succeſsiuequè ſupplicantes pro parte Communita-
tis fuiſſe doloſos, ſubindeque ex eorum dolo non poſſe
38 commodum conſequi, iuxtà vulgatum dictum, quod
dolus ſuus, nemini debet patrocinari. l. is qui dolo. ff. de
rei vendic. l. ſi ex dolo. ff de rei vendic. c. audiuimus de col-
luſ. deteg. Gratian. diſcept. 849. num. 11. Barboſ. axiom. 76.
num. 5. Bec. conſ. 186. numer. 23. Surd. deciſ. 64. numer. 18.
Rubeus in annot. ad Rot. in rec. deciſ. 16. numero 182.
p. 8.

Hinc deducitur, quod Communitas vigore dictæ
conceſsionis nullam huius aluei poſſeſsionem nanciſci
39 potuit, niſi fortaſsè cum vitio; & conſequenter inaniter
quia vitioſa poſſeſsio, non eſt poſseſsio. l. 4. §. cōdēnatum
ff. de re iudic. Poſt. de manut. obſ. 47. ſub num. 9. Rot. in rec.
dec. 315. num. 5. par. 3. & poſt Pacific. de Salu. dec. 156. nu-
mer. 14.

Propterea ſecundò dicitur, eidem Communitati non
licuiſse proclamata præfata emittere, vt potè quoniam
præſeferrentia remedium. l. diffamari. C. de ingen. et ma-
numiſs. Non tantùm requirebatur, vt moleſtiæ timeren-
40 tur, ſed etiam quod poſſeſsio adeſset; dictum enim re-
medium non datur niſi ei, qui poſsidet. Trentacinq. var.
reſol.

reſol.lib.1.tit.de diffamat.reſol.1.num.9. vol.1. Pigant.ad
ſtat.Ferrar.lib.1.d.Rub.31.num.5.tom.1. Rota apud Mar-
cheſ.de commiſs. tit.de commiſs. ſuper Eugen. ſub numer.
1.part.2. cum alyſ apud Ridolphin. in prax.part.3. cap.3.
num.88.

41 Et ex diuerſo ſtante poſſeſſione Abbatiæ, non potuit
ipſa vocari per edicta, cum citatione generali emanata
contra intereſſe putantes. *Mangil. de ſubhaſt. qu.4.num.*
3.& ſeq. Poſt.eod.tract.inſp.23. num.31. & ibi in Addit.
& de manut. obſ.42.ſub num.84. Merlin. de pign. & hy-
poth. libr.4.qu.95. ſub num.49. Peguer. dec.262. num.2.
Gratian.diſcept.238.ſub num.72. Anſald.de Iuriſdict.p.2.
tit.4.cap.4. ſub numer.16. Menoch. de recuper. poſſeſs. re-
med.15. num. 229. Rot. apud Pic. ad ſtat. Vrb. deciſ.40.
num.15.

Vltra quam quod, ſecluſo dicto remedio *l.diffamari*;
42 quod non competere Communitati iam diximus,
in quo diffamatus, ac inſtans pro præcepto reus exiſti-
matur, adeout poſſit concipere libellum, & petitionem,
& iam contra Clericum, & Epiſcopum coram Iudice
laico, ac ſæculari, ſecundùm *Alex. conſil.103.volum.5.*
Cagnol.in d.l.diffamari ſub num.9.& ibi Contard.in qu.1.
num.2.C.de ingen. & manumiſ. Conar. var. reſol.lib.1.c.
18.antè nu.6. Cyriac. contr.161. tom.1.Bardellon. conſ.1.
num.1.& ſeqq. Pigant.ad ſtat.Ferrar.lib.1.d. Rub.31.ſub
num.6.tom.1.Giurb. obſ.2. ſub nu.19 p.1. Capyc. latr.dec.
89. Marin.quotid.reſol.c.6.num.1. & c.44.nu.50. tom.2.
Andreol.contr.148.num.6.p.2. Græu.ad Gail. lib.1.obſ.9.
conſid.1.per tot.

Temerè prætenditur, Abbatiam fuiſſe adſtrictam ab
illa citatione generali emiſsa de mandato Iudicis ſæcu-
laris omninò incompetentis in cognitione cauſarum
clericorum, & perſonarum Eccleſiaſticarum, cum ſit
43 omni iure prohibitum tali Iudici cognoſcere cauſas
huiuſmodi, vt *in Auth.ſtatuimus. C.de Epiſc. & cleric. c.*
cum non ab homine c.vt ſi clerici c.qualiter.de iudic. cap.ſi
diligenti, & c.ſignificaſti de for.competen. pulchrè,& doctè
oſtendit Sanct. memor. Greg. XV. in eius voto impreſſ. poſt
Mangil.de ſubhaſt.dec.87.num.4.& ſeqq.cum alyſ in mea
colluct.4.num.119.

44 Sicuti, & cauſas bonorum Eccleſiæ, & Eccleſiaſtico-
rum pro quibus Iudicem laicum minimè poſse cogno-
ſcere, ambigendum non eſt, & vllus orthodoxus nun-
quàm dubitauit. *cap.decernimus, de iudic. cap.benè qui-*
dem cap.denique diſtinc.96. cap.relatum, cap. placuit il 2.
11.quæſt.1. Rot.in recent. deciſ.42.num.1. & per tot.par.
6. & poſt Pacific. de ſalu. interdict. deciſ. 283. magiſtra-
liter; ſicuti & coram. Merlin. deciſ.903. decidit, hoc
45 etiam procedere, licèt ageretur de bonis, quorum
directum dominium duntaxat ſpectaret ad Eccle-
ſiam; & tractaretur inter ſolos emphyteutas, reſpe-
ctu vtilis dominij penes laicos exiſtentis; ex eo, quod
dominium Eccleſiæ, cum ſit connexum, & complica-
tum cum vtili, illique prædominans; ſitque dominium
vtile, verè, & propriè vna, ac eadem res, cum dominio
directo; & eius naturæ, vt directum ſemper proſequa-
tur, ſicuti incrementum; atquè ſubiectum bonorum
materialiter ſit ſemper, & perpetuò Eccleſiaſticum,
operatur, vt ab eodem ſaltem actualiter non poſſit ſe-
parari vtile dominium; nec propterea indirectè bona
Eccleſiarum ſubijci iuriſdictioni, & iuditio Laicorum,
quod & reaſumptis. *Gratian.diſcept.forenſ.cap.447.num.*
20.& ſeqq. tom.3.Cyriac. contr.12. ſub nu.67. tom.1. Ri-
dolphin.in prax. p.2.c.6.num.152. Sperel. dec.121. vbi la-
tiſſimè, & doctiſſimè. tom.2.& perpetuò amplexata eſt ea-
dem Rota, vt in rec.dec.371 num.9.p.4.& dec.80. nu.14.
eadem p.4.tom.2.& dec.49.num.1.p.5.& d.dec.42.nu.8.
& ſeqq. p.6.& in Roman. bonor. 19. Ian.1643. cor. Reue-
rendiſs. Terracinen. & in Ariminen. Saluiani. 19.Iunij.
1643.§. nàm ex defectu. cor.Bichio, & in ead. 30. Maij
1646.§. nàm in prædio. cor.eod. ſunt. dec.72. numer.1.&
dec.122.nu.1.poſt Merlin. de pign. & hypoth. & dec. 186.
num.1.apud Poſt.de ſubhaſt.in Addit.& rurſùs in Roman.
ſalu.17.Martij 1649.§. quod autem cor.Eminentiſs. Ottho-
bon. nunc in eius impreſs. dec.170. num.6.7. & in Bene-
uent. manutent. 9.Iun. 1649. §.nullitas verò, vbi, quod
iſta eſt opinio ſacr.Rot.Rom.cor.Peutinger.

Adeoquè tertiò dicitur, taciturnitatem, vel non
comparitionem pro parte Abbatiæ, nullum eidem at-
tuliſſe præiuditium.

Tum, quia non poterat cogi ad comparendum, &
deducendum ius ſuum coram Iudice Laico, mediante
46 præfata citatione generali, quæ cum dicatur potiùs
incitatoria, quàm arctatoria, ita vt Clericus ſit citatus
ſi compareat, dicatur actor voluntarius, non reus ne-
ceſſarius; ex *Innocent. in c.dilecti de except. DD. in l.te-*
ſtamenta.C.de teſtamen. Afflict.dec.24. num.7.8. Roland.
conſ.29. num.3.lib.2. Surd.dec.26.ſub num.7. Bellet.diſ-
quiſ.Cleric.p.1.tit.de fauor. cleric.real. §.3.num.23. Man-
gil.de ſubhaſt. qu.128.num.9. Graſs. de effect.cleric. eff.1.
num.481.& ſeq. Scacc.de iudic.lib.1.c.11. nu.100. Cutel.
de donat.diſcurſ.2. part.6.numer.56. tom.1. Marin. reſol.
quotid. c.75.num.9.tom.2. Rot. cor.Seraph. dec. 957.n.6.
tom.1.

47 Sequitur, quod talis citatus, ſi tacuerit, neque
comparuerit, non propterea dicatur contumax.
Felin.in c.cum inter.ſub num.12.de except. Roland.d.conſ.
29.num.6.Surd. d.dec.26 ſub num.7. verſ.ergo ſi clericus,
et num.8. Mangil.d.q.128.num.10. Bellet.d.§.3.ſub num.
23.verſ.veruntamen licèt. Graſs. d.effect.1.nu. 484. Rot.
cor.Seraph.d.dec.957.num 8.

48 Et ſucceſsiuè, quod nullum patiatur præiuditium,
& iam ſi, ob non comparitionem fuerit contra ipſum
lata ſententia; *Felin.in d.c.cum inter. num.12. Roland.d.*
conſ.29.num.6.cum alijs apud Mangil. de ſubhaſt. dict.qu.
128.num.9.verſ.ſententia tamen & n.11.Graſs.d.effect.1.
num.486.

Maximè, cum citatio præfata exceſſerit terminos
ſimplicis, & ſolius citationis, *ſi quis ſua putauerit inte-*
49 *reſse*, quoniam in ea fuit addita clauſula *alias elapſo*
termino aſſignato procedetur ad vlteriora in contuma-
ciam &c. quo caſu, etiam ſi pro Abbatia comparuiſset
aliquis, nihilominùs contra eam nullus actus coram Iu-
dice ſæculari exerceri potuiſset, nam citatus cum dicta
clauſula, ſi compareat, non eſt actor voluntarius, ſed
reus neceſſarius; & ita aduerſus illam procedi nequi-
uiſset; & ſi fuiſset lata ſententia contraria eidem non
præiudicaſset; vt in terminis iſtis tradunt. *Socin.de citat.*
art.2.prin.q.14.Roland.in alleg.conſ.29.n.18. lib.2.Capyc.
dec.8.num.4.Grammat.dec.61.nu.3.Surd.dec.26. ſub nu.
16.17.Mangil.dict.qu.128.num.13.Bellet. diſquiſ. cleric.
p.1.tit.de fauor.cleric.real. §.3. ſub num.23. verſic. neque
procedit.

Tùm, quia deducta a taciturnitate, vt ſuperius con-
ſiderata nequeunt officere attento præiuditio Abbatiæ
50 exindè dimanante: in præiuditialibus enim, & vbi agi-
tur de præiuditio taciturnitas non nocet, neque pro
conſenſu habetur. *Berengar.in repet.l.vnic.num.40.C.de*
ſent. quæ pro eo.Crot.in l.non ſolum,nu.93.ff.de nou.oper.
nunt.Abb. in c.veſtra. de locat. Beninc. de pauper. ſpecial.
4.q.8.Surd. dec.99.num.2.et dec.264.num.8. Gallerat.de
renunciat.lib.5.c.11. ſub nu.18. vbi latè tom.1. Add.ad Bu-
ratt.deciſ.82. num.17. Surd.deciſ.302. numer.3. Gratian.
diſcept. 38.numer.20. Pacific. de ſalu. inſp.3. cap.5. num.
59.Giurb. ad conſuet. meſsan part.1. cap.14. gloſs.2.num.
5. Barboſ. axiom. 217. numer. 3. vbi concordan. Rot. cor.
Duran. deciſ.291.numer.45. et in recent. deciſ.179. num.
8.p. 8.

Et,

Digitized by Google

51 Et, quemadmodum in actu concupiſcibili taciturnitas habetur pro conſenſu *l. qui patitur. ff. mand. Felyn. in c. nonne num. 19. reg. 4. de præſumpt. Burſat. conſ. 33. ſub n. 4. Vaſq. contr. illuſtr. c. 62. num. 12. Menoch. præſ. 39. num. 9. lib. 2. Cyriac. contr. 315. num. 27. tom. 2. Gallerat. d. c. 11. n. 17. verſ. vndè in ſacto, & ſub numer. 18. Rot. poſt Zacch. de oblig. Camer. dec. 189. n. 17. & poſt Merlin. de pign. & hypoth. dec. 50. n. 30.*

52 Ità in actu odioſo, nequè delectabili, vt in præſenti, ex taciturnitate non inducitur conſenſus. *gloſ. in l. qui patitur. ff. mand. D.D. in l. inuitum. ff. de ſeruit. vrb. prædior. Surd. d. dec. 99. n. 3. Gallerat. d. c. 11. ſub n. 18.*

53 Etiamſi, & nunc tollitur præciſiùs obiectum factum, tacens actum ipſum medio oppoſitionis impedire potuiſſet; *ex Rubeo in repet. l. vinum. num. 73. ff. ſi cert. petat. Felyn. in d. c. nonne num. 12. Barboſ. in l. quæ dotis ſub n. 160. verſ. nihilominus circa. ff. ſolut. matr. Cyriac. contr. 379 ſub num. 17. verſ. quinimò, quod etiam tom. 2. Gallerat. d. c. 11. num. 18. in fin. & à n. 19. ad 26. vbi omnia obiecta remouet.*

54 Quod certiùs modò redditur, cum taciturnitati nullus acceſſerit actus poſitiuus, ſine quo taciturnitas, & patientia, vt potè non iuncta alteri rei indicatiuæ conſenſus, non inducit remiſſionem iuris tacenti competentis. *l. ſicut. §. non videbitur. ff. quibus mod. pign. l. quidam. ff. de euict. Bal. in l. ſi certis annis numer. 16. C. de pact. Gallerat. de renunc. lib. 5. d. c. 11. n. 15. & num. 28. ac ſeq. to. 1. Oſaſch. dec. 132. n. 10. Surd. dec. 32. nu. 11. & dec. 264. ſub n. 8. Becc. conſ. 106. n. 42.*

55 Cumque Abbatia ex ſe non potuerit renuntiare; nec alius pro ea ſine aſſenſu Apoſtolico facere hoc idem valuerit; iuxtà *extrauag. Ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien. in cuius terminis multa ſunt à D.D. edita, & ſignanter à Redoan. & Villagut. in eorum tractatib. de reb. Eccleſ. non alien. Ricc. in praxi fori Eccleſ. p. 1. à dec. 1. vſque ad deciſ. 139. Vulpe in prax. iudic. Eccleſ. c. 6. Borel. in ſumm. dec. tit. 15. tom. 1. & alijs allegatis à Barboſ. in ſumm. dec. Apoſtolic. collect. 19. num. 1. & ſeqq. vbi multas in hac re, ſecundùm caſuum varietatem, affert declarationes S. Congreg.*

Sequitur quod etiamſi taciturnitas, & non oppoſi-
56 tio fuiſſet iuditialis, adhuc non præiudicaſſet Abbatiæ; cum ad dignoſcendum an tacens, & non apponens in iuditio conſentire cenſeatur, ſit inſpiciendum num talis renuntiare poſſit, adeovt ſi nequeat renuntiare, nec aſſentire dicatur, nec proindè tacendo, & non opponendo ſibi præiudicet. *Dec. in l. in ambiguis. §. non eſt nouum, verſic. & ſic talibus. ff. de reg. iur. Menoch. præſ. 46. in fin. lib. 2. Gallerat. in ſæpè citato cap. 5. n. 42.*

57 Eſt namquè regula generalis, quod qui nequit actum expreſsè inire, minus tacitè illum facere poteſt, ne aliàs maior vis, & poteſtas ſit taciti, quam expreſſi contra notata *in c. ſcienti. de reg. iur. in 6. & per Abb. in c. clerici. num. 4. de iudic. Surd. conſ. 301. num. 57. tom. 3. & dec. 322. num. 9. lib. 1. Tuſch. litt. E, concl. 655. tom. 3. Menoch. præſ. 39. num. 39. lib. 4. Gratian. diſcept. 699. num. 14. 15. tom. 4. Mangil. de imput. q. 116. num. 59. Barboſ. axiom. 89. num. 2. Medic. ad deciſ. ſenenſ. examin. 43. num. 28. Mel. alleg. 43. num. 14. lib. 2. Gallerat. de renunt. lib. 5. d. cap. 11. num. 58. tom. 1. Rot. in rec. dec. 395. ſub num. 7. p. 4. & dec. 365. nu. 21. ead. par. 4. tom. 2. & deciſ. 262. num. 22. par. 7. & dec. 157. num. 19. par. 8. & coram Merlin. deciſ. 761. numer. 22. tom. 2.*

Et hinc quarto dicitur, nullum potuiſſe Communitatem aſſequi tutamen ex non comparitione, & taciturnitate Abbatiæ.

Vel, quoniam hoc fuiſſet per indirectum in præiuditium, & damnum illius, ideoque non permittendum,
58 cum directè fieri hoc non potuiſſet, ſecundùm mox dicta; & ſit regula, quod prohibitum directò, nequit permitti indirectè. *l. ſi ſeruis, & Augerius. ff. ad l. ſalcid. cap. cum quid de reg. iur. in 6. Surd. dec. 21. nu. 4. Menoch. præſ. 189. n. 82. lib. 4. Bellett. diſquiſ. cleric. p. 1. tit. de exempt. cleric. & cor. bonorum à munerib. §. 7. n. 6. Barboſ. axiom. 193. n. 5.*

Vel, quoniam cum acquiſitio alicuius iuris ſuper dicto alueo proprio Abbatiæ pro parte dictæ Communitatis, eſſet iuri contraria, & repugnans ex ſuperius con-
59 geſtis; non potuit ceù nulla, & inualida per taciturnitatem Abbatiæ conualidari *l. non dubium, vbi gloſ. inuer. pro infectis. C. de l. l. l. cum lex. vbi Bart. nu. 3. ff. de fideiuſſ. Rot. cor. Duran. dec. 291. n. 43. tom. 2.*

Succeſſiueque ſublata acquiſitione præfata non po-
60 teſt illius aliquod dari tutamen, cum non entis, nullæ ſint qualitates. *l. eius qui in prouincia. ff. ſi cert. petat. l. ſi ſeruum. §. fin. ff. de act. & empt. c. ad diſſoluendum de deſponſ. impub. Surd. dec. 316. num. 6. Gratian. diſcept. 767. n. 7. Argel. de legit. contradict. q. 4. num. 13. Antonin. reſol. 26. num. 4. lib. 1. Barboſ. axiom. 162. nu. 1. vbi multos dat concordantes. Rot. in rec. dec. 228. n. 1. p. 2. cum alijs in mea legal. collect. 6. n. 88.*

Ac deniquè dicitur, decretum adiudicationis factum de dicto alueo ad fauorem Communitatis à magiſtratu fluminum, nullo modo eſſe attendendum, tùm quia nullum: tùm, quia iniuſtum, & non ritè, neque rectè prolatum, ſed indebitè emiſſum, ideoque ſpoliatiuum;
61 iuxtà doctrinam generalem, quod Iudex nulliter, iniuſtè, non ritè, nec rectè notorie procedens, dicitur ſpoliare. *Cranet. conſil. 18. num. 8. Mangil. de ſubhaſt. q. 93. num. 7. & q. 94. num. 5. & ſeqq. Poſt. eod. tract. inſp. 58. num. 17. & ſeqq. vbi latiſſimè. Thomat. dec. 53. nu. 10. & dec. 123. num. 13. 18. Rot. coram Greg. dec. 105. num. 5. & dec. 198. num. 2. et dec. 362. num. 4. coram Duran. dec. 37. num. 5. & ſeqq. coram Buratt. dec. 363. num. 4. & in rec. dec. 476. nu. 1. p. 4. & dec. 278. num. 21. p. 5. & dec. 219. p. 7. cum alijs in Firman. prædij 3. Iun. 1644. §. neque hodie coram Otthobon. nunc in eius impreſs. deciſ. 7. num. 10. & alibi paſſim.*

Quinimò nec etiam ſpoliatiuum, ſi is, contra quem
62 fuit latum, non habuit ſe pro ſpoliato, ex alia vniuerſali doctrina, quod Iudex, vt ſupra procedens, non priuat poſſeſſione. *Mangil. de ſubhaſt. q. 153. numer. 18. Poſt. eod. tract. d. inſp. 58. num. 4. Rot. in rec. dec. 411. num. 1. 26. p. 5. & dec. 79. num. 3. p. 7. & dec. 170. num. 3. et dec. 214. n. 5. p. 8. et coram Greg. dec. 458. num. 9. & dec. 555. numer. 6. et coram Caualer. dec. 17. num. 8. et coram Merlin. dec. 96. nu. 3. et coram Duran. dec. 257. numer. 4. et coram Buratt. dec. 32. num. 4. et dec. 169. num. 2. et coram Pegna dec. 1395. n. 3. et dec. 1396. numer. 2. & vtrobique Addit. tom. 2. et in Toloſan. Territor. 30. Martij 1648. §. demum viſum, et in Roman. Salu. 17. Martij 1649. §. neque ſeuerolus cor. Cardin. Otthobon. nunc in eius impreſſ. dec. 141. num. 27. et dec. 170. num. 2. cum innumeris alijs conglomeratis à Rubeo in ſing. Rot. Roman. p. 2. ver. Iudex. §. 3. n. 2. et à Poſt. de manut. obſ. 12. num. 37. et ſeqq.*

63 Et ſucceſſiuè hoc poſteriori caſu retento, non impeditiuum, quinimò potius manutentionis, ſiuè retinendæ productiuum. *Gratian. diſcept. 39. num. 25. Mangil. de ſubhaſt. q. 51. num. 5. et q. 153. num. 18. Poſt. eod. tract. d. inſp. 58. num. 1. et ibi in Addit. et de manuten. d. obſ. 12. num. 37. 38. Rot. poſt Viuian. de iur. patr. dec. 56. num. 3. 4. et coram Caualer. dec. 48. n. 3. et dec. 271. n. 8. et cor. Duran. dec. 257. n. 1. 2. cor. Buratt. dec. 91. et cor. Otthobon. d. dec. 141. n. 28. et in rec. d. dec. 411. num. 1. 17. et ſeqq. p. 5. et in Melcuit. donat. 14. Maij 1657. §. fin. cor. Cerro eſt dec. 13. num. 26. poſt Cutel. de donat. contempl. matr.*

64 Priori verò caſu admiſſo, non excluſiuum, ſed verius actionis ſpolij, ſiuè reintegrandæ pariter productiuum.

num.Gratian.diſcept.122.num.7.et diſcept.739.num. 26.
Vrſel.in verb.adiudicatio concl.52.num.88.Andreol. con-
tr.320.num.27.p.4.Mangil.de ſubhaſt.q.93.num.7.et qu.
153.num.9.et ſeqq.Poſt.eod.tract.d.inſp.58.numer.17.et
ſeqq.et reſol.68.num.31.Rota cor. Buratt. d. dec.363.ſub
num.4.et poſt Merlin.de pign.dec.8. num.2. et poſt Zacch.
de oblig.Camer.dec.51.n.1.et in rec. dec.113.n.9.10.p.7.
65 Et nihil officit, quod decreta eiuſdem magiſtratus,
ob particulares facultates habeantur, ac ſi à Sereniſſi-
mo Magno Duce ſint edita: nam vtraquè ex conclu-
ſionibus ſuprà deductis procedit, & militat, etiam ſi
verſaremur in decreto Principis, quando ipſum decre-
tum eſt nullum, ac iniuſtum notoriè; vt comprobant
Mangil.de ſubhaſt.q.94.n.6.et q.153.num.22.Poſt.eod.tr.
d.inſp.58.n.42.Marcian.conſ.37.ſub n.15.et ſub n.17. lib.
2.benè Affict.dec.361.et ibi Vrſill. Vbi loquitur in no-
ſtris terminis bonorum Eccleſiæ à Principe alteri con-
ceſſorum.
Nullum eſt dictum decretum ex defectu poteſtatis,
& iuriſdictionis, vt potè emanatum à Iudicibus laicis
ſuper bonis Eccleſiæ;iuxtà ea,quæ ſuperius tradidi. nu.
66 43.et ſeqq.ac nunc ex abundanti addo, quod eſt adeo
verùm, Iudices ſæculares eſſe totaliter, & radicitus in-
competentes, quinimò incapaces iuriſdictionis in cau-
ſis Eccleſiaſticorum, vt nedùm ſit opinio hæreticorum
dicere, Eccleſiaſticos eſſe debere ſubiectos poteſtati
laicali, ad Pigh.de Eccleſ.Hierarch.lib.5.c.1.2. Bellarmin.
lib.2.controu.2.tit.de Membr.Eccleſ.milit.lib.1. de cleric.
c.28.Bellet.diſquiſ. cleric.p.1.tit.de fauor. cleric. perſon.§.
1.num.3.
67 Verum etiam ſit certum, Eccleſiaſticos ab huiuſmo-
di ſæculari iuriſdictione exemptos, non poſſe renuntia-
re tali priuilegio, vt potè inducto, non in gratiam cuiuſ-
uis particularis, ſed in fauorem totius Eccleſiaſtici or-
dinis; ex cap.ſi diligenti, et c.ſignificaſti de for. competen.
Tuſch.litt.C, concl.387.Scacc.de iudic.lib.1.cap.11. n.35.
verſ.ampliatur tertio.Andreol.contr.327. num.6. p.4. Fa-
rin.in prax.q.8.num.10.13.Marth.de iuriſdict.p.2.c.6. ex
num.37.Suarez aduerſ.Anglic.lib.4.cap.31.Poſſent. ſing.
352.num.4.cent.4.Graſs.de effect.cleric.effect.1.nu.42.et
ſeqq.Carleual.de iudic.et for. competen.lib.1. tit.1. diſp.2.
q.6.ſect.1.num.403.tom.1.Rot.poſt Zacch.de oblig.Camer.
68 dec.180. num.22. et ſeq. Etiamſi accederet conſenſus
Epiſcopi, nam neq; eo volente poſſunt Eccleſiaſtici in
iudicem ſæcularem conſentire. d. c. ſi diligenti. Iordan.
Elucubr. diuerſ. lib.13.tit.3.numer.108. tom.3. Sbroz. de
Vicar. lib.2. quæſt.204. numer.4.5. Graſs. d. effect.1. ſub
num.47.verſ.ſub ampliatur quarto, vbi concordan. Sperel.
dec.10.num.40.to.1. Et etiamſi ageretur de re ſpectan-
te ad aliquod munus, ſeù offitium collatum Clerico per
Principem laicum, vt puta quia ipſe Clericus in eodem
offitio deliquerit nam adhuc durat exemptio à ſæcula-
ri poteſtate. Ambroſin.de immunit.Eccleſ. c.20. num.54.
Aufrer. de poteſt. ſæcul. in Eccleſ. reg.1. fallen.16. in fin.
Duard.in Bull.cæn.lib.2.caſ.15.quæſt.11.num.25.Graſs.de
effect.cleric.eff.1.num.82.Squillant.de priuil.cleric. cap.7.
dub.3.n.87.Marth.de iuriſdict.p.4.cent.2.caſ.127.num.5.
Ricc.in prax.reſol.105.p.3.Dian. reſol. moral. p.1. tract.2.
reſ.18.Andreol.qui dat concordantes d.contr.327. nu.5.6.
vbi de ratione p.4.
Inſuper & ex defectu citationis, quam in hoc caſu
ſpetialem de Abbatia requiri dictum eſt ſupra n.41. &
69 modo additur, non poſſe dubitari, quin poſſeſſor,
etiam iniuſtus, vitioſus, illicitus, & illegitimus veniat ci-
tandus, neque ſua poſſeſſione priuetur ſine cauſæ co-
gnitione; ad Hondcd.conſil.20.num.46.47.lib.1.Gionagn.
conſ.11.nu.2.lib.1.Tuſch.litt.P, concl.441.Gratian. diſcept.
113.num.29.& diſcept.870.num.18.Cyriac.contr.10.n.6.
lib.1.Valaſc.conſult.191.num.2.& ſeqq.tom.2.Barz.dec.
46.num.18.cum multis alijs allegatis à Poſt.de manut.obſ.
42.num.103.Rot.poſt eius tract.dec.74. nu.7. & dec.265.
num.15.& cor.Manic.dec.194.num.3. & coram Andrea
dec.1.num.7.& cor.Comitol.dec.61.nu.11. & cor. Ottbo-
bon.dec.72.n.8.& dec.116.n.16.& in rec. dec.267. n.12.
& dec.451.n.19.p.4.tom.2.& dec.284. nu.15.16.p.5.&
dec.19.n.20.p.8.
70 Multoque magis in præſenti, vbi tractabatur de adiu-
dicando bonà Abbatiæ ad fauorem Communitatis;
etenim eſt certo certiùs, neceſſariam fore citationem
antequàm deueniatur ad adiudicationem, tanquam
actum magni, & irreparabilis præiuditij continentem
in ſe priuationem, & translationem dominij; alias non
citatis citandis adiudicatio facta eſt nulla, & inualida.
Mangil.de ſubhaſt.q.180.num.1.Poſt.eod.tract.inſpect.23.
num.38.& num.189.cum ſeqq. Aſin. in prax. §.7. cap.5.
limit.9. num.12. Gratian. diſcept.375. numer.1. & ſeqq.
Fenzon.ad Stat.Vrb.c.194.num.12.Vrſel.in verb.adiudi-
catio concl.57.num.17.36.Rot.in rec.dec.411.n.16.p.5.&
apud Poſt.de ſubhaſt.dec.79.nu.4. & de manut. dec.323.
n.17.& poſt Merlin.de pign.dec.48. n.4.ac alibi; vt in Ia-
nuen.prætenſ.ſeparation.thor.22.Iun.1650.§.ſecunda nul-
litas cor.Meltio.
71 Quæ poſterior theſis, ſicuti operatur etiam, vt omiſ-
ſa citatione in adiudicando, dicatur Iudex ſpoliare, &
procedere tanquàm priuatus. Poſt.de ſubhaſt. d. inſpec.
23.num.193.194. Rot. poſt eius tract. de manuten. d.dec.
323.numer.22. & in rec. d. deciſ.411. num.22.p.5.
72 Ità non obmuteſcit, ſi citatio fuerit facta, vt in
præſenti per affixionem edicti, quoniam non eſt eidem
locus, niſi in ſubſidium, quando ſcilicet factis diligen-
tijs, citandus non reperitur. Poſt.d.inſp.23. nu.196. Rota
apud Niger.de ſubhaſt.fol.253. in Placent. nullit. ſubhaſt.
5.Decembr.1631.cor.Cardin. Virili.
Vltrà quod, cum ſuperiùs latè deduxerim, citatio-
nem præfatam generalem per edictum, non poſſe por-
rigi ad Abbatiam, vti Eccleſiaſticam notoriè exem-
ptam à Iuriſdictione laici citantis, & ſic fuiſſe nullam,
73 neque Abbatiam comparere debuiſſe; ſequitur, quod
ipſa citatio habeatur, ac ſi non fuiſſet facta; iuxtà tradi-
ta ab Affict.dec.2.ſub num.8.Fontanel.dec.438.numer.9.
tom.2.Poſt.de ſubhaſt.inſpect.23.num.26. in Addit.
Et conſequenter, adiudicationem de dicto alueo fa-
ctam Communitati ex decreto magiſtratus fluminum
non eſſe habendam in aliqua conſideratione, tanquam
laborantem inſanabili vitio nullitatis, ob omiſſam cita-
74 tionem, cuius defectus ſanari nequit, etiam præſuppo-
ſita iuriſdictione, ſi adeſſet commiſſio cum clauſula
Arbitrio, vt in iſtis terminis docent Mangil.de ſubhaſt.q.
2.num.2.& q.147.num.11 Vrſel. in verb. adiudicatio nu.
28.29.Poſt.d.inſpect.23.num.202.Rot. coram Greg. deciſ.
416.num.2.coram Cavaler.deciſ.53. cum alijs per Barboſ.
clauſ.10.num.15.& per Rubeum in ſing. Rot. Roman. par.
4.clauſ.175.numer.50. tom.2. Mel. alleg.81. numer.10.
lib.2.
1 *Renunciatio facta à filia de bonis vtriuſque parentis cum ſolemnitatibus ſtatutarijs eſt valida, non expoſcit ipſas ſolemnitates,ſi ſit facta ad fauorem Patris num.3.contra num.5.maximè ſi in ea præponderet amor maſculorum, num.8.& etiamſi ſit de iure quærendo, & ob cauſam num.9.*

2 *Statutum prohibens actum fieri, niſi cum ſolemnitatibus, illum permittit ipſis ſolemnijs interuenientibus.*

4 *Solemnitates ſtatutariæ non deſiderantur in contractibus initis inter patrem, & filium. Contra num.5.6.& declara n.7.*

6 *Stat.*

6 *Stat.Ferrar.lib.2.Rub.90.affertur, & ponderatur.*

10 *Renuntiantibus iura ſua legitimè interdicitur ad illa regreſſus.*

11 *Iuramentum eſt omninò ſeruandum, quoties in diſpendium ſalutis æternæ non vergit operatur, vt renuntiatio, & donatio ſuſtineatur, & fiat irreuocabilis n.12.etiamſi in actu ipſius renunciationis nihil detur, aut promittatur, n.18.dicitur cauſa contractus. nu.125.excludit omnem læſionem.n.126.Amplia, & declara n.127*

13 *Cauſæ defectus eliminat conſenſum.*

14 *Renunciatio facta ſine cauſa redditur nulla, & inualida.*

15 *Renunciationis cauſa reſpiciens congruitatem, & condecentiam dotis eſt ſufficiens; ſicuti & reſpiciens augmentum decoris familiæ, & agnationis.n.16.*

17 *Conſanguineorum interuenctus conſenſum, & auctoritatem præſtantium, vna cum interpoſitione decreti Iudicis, facit præſumere omnia vera, & ſolemniter geſta, & quod de veritate cauſæ expreſſæ dubitari non poſſit.*

18 *Renuntiatio iuramento firmata, non requirit ad eius validitatem, vt in illius actu aliquid detur, vel promittatur, ſed ſuſtinetur, etiam nihilo habito. Declara nu.20. Amplia.n.22.*

19 *Renunciatio facta à filia de bonis vtriuſque parentis, reſcinditur, ob læſionem enormiſſimam declara nu.21.22. Amplia n.32.*

21 *Læſio non intrat, ſi ſit facta renuntiatio de hæreditate viuentis, et ſic ſuper iure quærendo.*

23 *Dos data à Patre, præſumitur congrua: quæ conſiderari debeant pro congruitate dotis, numer.24.26.27.28.*

25 *Dos ſcutorum mille, dicitur congrua, pro magno comite.*

28 *Iudex debet omninò arbitrari, dotem eſſe conſtituendam, vt quanto minus fieri poſſit, filio præiudicetur.*

29 *Dos ſimpliciter conſtituta à Patre, præſumitur conſtituta, de ſolis illius bonis. Amplia num.30.31. Declara nu.33.34.35.37.38.& cum multis ſeqq.*

31 *Vxor ſi interueniat in conſtitutione dotis, cum marito, dicitur intercedere, vti fideiuſſor cum facultate repetendi à viro, vel hæredibus, quidquid ex dicta cauſa ſoluerit.*

32 *Renuntiatio facta à filia de bonis maternis, cum fuerit dotata ſolùm de bonis paternis, non valet, tanquàm ſine cauſa, et cum maxima læſione.*

36 *Præſumptiones fortiores tollunt debiliores.*

39 *Renuntiatio bonorum vtriuſque parentis ſolet conueniri, licèt in limine matrimonij non interueniat ob maiorem honorificentiam.*

41 *Stat.Ferrar.lib.2.Rub.141.Affertur; et dicitur validum, et n.64.Declaratur n.68.74.83.91.ſub num.96. verſic. alterum à nigro.99.100.ſub num.106.verſ.tùm quia, et num.111.*

42 *Renunciatio, quæ in vno tantùm poteſt verificari, dicitur indiuidua, et n.ſeq.*

43 *Filia ſi renuntiet bonis paternis, ſuper quibus ipſi nullum ius competit, dicitur renuntiaſſe quoquè bonis maternis, vbi tantùm ſuper iſtis ius aliquod habet.*

44 *Declaratio ſuper re dubia, nihil de nouo dans, vel auferens, eſt attendenda, etiam facta ex interuallo, et nu.51. maximè in dependentibus ab animo declarantis. nu.45. quæ non verſatur circa aliquam rem dubiam dicitur noua diſpoſitio, & tertio poſt ius quæſitum non nocet. num. 48. nihil operatur extraneum à re declarata nu.50. retrotrahitur ad tempus celebrati contractus n.52.*

46 *Pater poſt dotis promiſſionem ſimpliciter factam filiæ, non poteſt proteſtari contrarium, vel quid modificans eandem promiſſionem. Declara n.47.*

49 *Renuntiatio aufert, et tollit ius quæſitum.*

53 *Renuntiationes de bonis vtriuſque parentis, ſolent ſtipulari à patribus, filias dotantibus, et ſuper hoc ad eſt conſuetudo inueterata.*

54 *Renuntiatio obſeruata dat argumentum, vt fuerit conuentam ad finem comprehendendi in ea, etiam bona materna.*

56 *Singula, quæ non pro ſunt, multa collecta iuuant. Declara nu.57.58.59.60.*

61 *Expreſſum dicitur, quod neceſſario à præſumptionibus, et coniecturis colligitur.*

62 *L.fin.C.de dot.promiſſ. ceſſat ex ſubſequuta renunciatione de bonis vtriuſque parentis facta à filia, tanquam valdè dura, et rationi contraria fuit ſublata num.63. habet locum, quando bona materna ſpectant, ad filiam, numer.66.*

65 *Mater continetur ſub nomine aſcendentis.*

67 *Statutum poteſt abrogare, et tollere ius poſitiuum.*

68 *Pigaut.ad Stat. Ferrar. lib.2. c.141. num.17. Affertur; impugnatur à n.69.vſque ad n.119.*

69 *Rimin. iun. conſ.662. num.25.lib.6. Declaratur, et n. n. ſeqq.*

70 *Statutum excludens dotatam, intelligitur tantum excludere ab hæreditate dotantis, non alterius, declara nu.75. 76.81.82.93.*

71 *Doctoris dicta, intelliguntur ſecundùm D.D. quos allegat, et iuxtà terminos authoritatum adductarum.*

77 *Genus tantum valet, quantum ſpecificatio ſpecierum.*

78 *Dictio Vel eſt alternatiua; Declara num.79. remiſſiuè et num.80.*

84 *Verborum à proprietate non eſt recedendum.*

85 *Statuentium voluntati, et menti, ſemper eſt inhærendum.*

86 *Statuti rationem, ſemper ſequi debemus.*

87 *Verbum, aſcendens, comprehendit aſcendentes vtriuſque generis, maſculini, et fæminini.*

88 *Verba in Statutis ſunt verè, et propriè intelligenda.*

89 *Statuta debent ad litteram intelligi, et tantùm diſponunt, quantùm loquuntur, nec licet illis addere, vel diminuere quidquam.*

90 *Argumentum ſi ſtatuentes hoc voluiſſent, vtiquè expreſſiſſent, procedit paſſim in ſtatutis.*

91 *Statuentium mens, et voluntas à Rubrica præſertim colligitur.*

92 *Rubrica Statuti continens perfectam orationem poteſt ad deciſionem cauſarum allegari. Amplia n.94.*

94 *Rubrica generalis, non reſtringitur à nigro ſpecialiter, et ſtrictius loquente.*

95 *Filia dotata eſt excluſa à ſucceſſione patris, quando rubrica dicit, quod filia dotata non ſuccedat licet in nigro nulla ſit facta patris mentio, ſed diſponatur tantummodò de excluſione à ſucceſſione matris, vel auiæ.*

96 *Argumentum ab vltima voluntate ad Statutum, eſt validum.*

97 *Filia nequit petere dotes maternas, ſi acceptet legatum ipſi factum à patre cum hoc, quod debeat eſſe tacita, nec vltrà illud poſſit prætendere aliquid de hæreditate eiuſdem patris.*

98 *Statuentium mens, et voluntas interpretatur eodem modo, quo et voluntas teſtatoris.*

99 *Statuti tacitantis filiam de eo, quod Pater ipſi dederit in dotem, ratio affertur, et n.ſeq.*

100 *Pater præſumitur bene conſulere pro filijs, declara num. 109.*

101 *Statuti excluſiui fæminarum ratio reſpiciens conſeruationem agnationis æquè militat in hæreditate fæminæ, ſicut maſculi. Contra n.102. declara n.108.*

103 *Agnatio per diuitias maximè conſeruatur.*

104 *Stat.Ferrar.lib.2.c.107.ratio affertur.*

105 *Sta-*

105 *Statutum vnum ab alio declaratur;& potius debet recipere interpretationem ab alio ſtatuto, quàm à iure communi n.106.*

107 *Statuta excluſiua fœminarum propter maſculos ſunt condita vnica duntaxat, & ſola ratione conſeruandæ familiæ,& agnationis.*

110 *Amor patris ſuperat, & vincit omnes.*

111 *Bona non dicuntur, niſi deducto ære alieno.*

112 *Hæreditas eſt ius vniuerſale;continet commoda, & incommoda.n.113.iura actiua,& paſſiua n.114.tam credita,quam debita n.115.& æs alienum n.116.*

113 *Vniuerſitas,& vniuerſale ius continet commoda, & incommoda.*

117 *Aes alienum quommodo diſtinguatur, & accipiatur remiſſiuè.*

118 *Dotes matris habentur vti æs alienum.*

119 *Filia erat excluſa à ſucceſſione matris de iure antiquo.*

120 *Diſpoſitio reducens ad ius antiquum primeuum, eſt fauorabilis.*

121 *Iactare ſuum,nemo præſumitur.*

122 *D. Laurentius Thomaſius laudatur.*

123 *Reuerendiſſimus D. Thomas de Thomaſijs Comaclenſis laudatur.*

124 *Antecedente deſtructo, nullum eſt dare conſequens.*

126 *Læſio excluditur à iuramento à decreto Iudicis nu.128. & à præſentia, & conſenſu conſanguineorum n.129. & à cauſa pia & laudabili n.130.*

128 *Decretum iudicis in contractu mulieris excludit præſumptionem læſionis.*

130 *Renunciatio facta pro augmento decoris familiæ, & agnationis,tanquam facta ex cauſa pia,& laudabili,reſpuit ſuſpitionem læſionis.*

131 *Succeſſio parentum defertur à iure communi æqualiter ad filios,ſublata ſexus differentia; & inpuncto ſucceſſionis matris, n.132.*

133 *Læſio enormiſſima, dicitur ea, quæ valdè dimidiam rei excedit.*

134 *Læſio quoad renunciationem factam, conſideratur, non reſpectu bonorum renuntiatorum, vel dotis habitæ, & receptæ.*

135 *Author multa ſcripſit de renuntiatione hæreditatis, & bonorum vtriuſque parentis facta à filia.*

136 *Exitus cauſæ.*

VAliditatem renunciationis factæ à D. Anna filia olim D. Laurentij de Thomaſijs, & vxore D. Ioſephi Zauariſij Argentani de ſucceſſionibus hæreditatibus,& bonis paternis, ac maternis ad fauorem eiuſdem ſui genitoris,ob congruam, & condecentem dotem multo priùs habitam, & propter augmentum decoris familiæ,& agnationis, ex inſtrumento recepto per *D.Franciſcum Vitalium Notar.Comaclen. ſub die 15.*
1 *Nouembr.*1655. Controuerti non poſse dignoſcitur ex obſeruatione omnium ſolemnitatum præſcriptarum *à Stat.Ferr.lib.2.Rub.*90. Vt in præciſis terminis traditur *Rota in recent.dec.278.p.4.tom.2.cor.Buratt.dec.894.tom.3.et cor.Merlin.dec.274.tom.1.et cor.Duran.dec.153.nu.21. et in Roman. prætenſ. reſtit.dot.15.Ianuar.1649.§.quia dicta cor. Peutinger. et in Roman. renunciat.14. Iun.1649.§.ratio eſt cor.Cardin.Ottbobon.nunc in eius impreſs. dec.182.n.1.& ſeqq.et in eadem 23.Martij. 1650. §. verum cauſa cor.Cerro quæ modò eſt poſt Salgad. in Labyrint. credit.dec.100.n.11.*

2 Ac ſolidè deſumitur à corpore ipſius *Stat.in d. Rub.*90.hanc renunciationem fieri prohibentis, niſi ſeruatis dictis ſolemnitatibus,quibus propterea adhibitis ipſam fieri permittentis, vt egregiè reaſumit *Torin. in Apologet.impreſſ.apud Fenzon.ad Stat.Vrb.lib.1. cap.151. p.2. inſp.1.dec.24.n.7.8. ex Rota in rec. dec.619.p.2. cor. Buratt.dec.333.num.7.cor.Cardin.Ottbobon.d.dec.182.nu.4. et poſt Pacifie.de Salu.Interd.dec.56.ſub n.19.20.*

Prudenter ſanè ſolemnia præfata fuere ſeruata in
3 præſenti renunciatione, quam vti factam ad fauorem patris,licet illa non expoſceret, ſtatuto antedicto minimè obſtante,dixerint *Tiraq.in l.ſi vnquam in præfat. nu. 26.vbi concordant.C.de reuoc.donat.et de l.l.connub. gloſ. 5.num.33.Gabr.tit.de Stat.concl.2.num.1.Gallerat. de renunciat.lib.3.c.2.n.66.tom.1.Rota cor.Buratt. dec.120.n. 29 tom.1.*

Eo fundamento moti, quod multum ſit tribuendum paterno amori, ob quem in damnum filiæ ceſsat præſumptio fraudis; in tantum, vt generaliter in alijs con-
4 tractibus initis,inter patrem,& filiam, dictas ſtatuti ſolemnitates haud eſse neceſsarias, firmauerint *Cephal. conſ.109. Laderch. conſ.66. & alij apud Pigant. ad Stat. Ferrar.lib 2.d.Rub.90.ſub num.18. verſ. in qua tamen to.1.Lamberteng.de contract.gloſ.3.verſic.ex contractu num. 26. Manſon.de cauſ.execut.ampl.10. num.81.82. Marin. reſol.62.num.7.lib.1.Pignatel.contr.39.num.32. lib.1.& contr.100.num.72.lib.2..Andreol.contr.300.ſub n.87.p.4. et contr.339.n.17.p.5.Paſchal.de patr.poteſt.par.1.cap.6. num.123.Franch.dec.72.num.5 Peregr.dec.51. Rota cor. Gregor.deciſ.334. num.3. et poſt Cenc. de cenſibus dec.20. num.13.*

5 Verior tamen eſt ſententia in renunciatione, cæteriſque contractibus inter filiam,& patrem geſtis ſolemnia ſtatutaria deſiderari, adeo vt in terminis iſtis ſtatutum non confidat de patre.*Bertaz.de clauſ.inſtr. clauſ.7. gloſ.19.n.25.Marcabr.conſ.14.num.118.119.et alij penes Tiraq.in d.l.ſi vnquam in præfat.n.27.et d.gloſ.5.num.34. et ſeqq.et Manſon.d.ampl.10.n.79. Pigant. ad d. Rub.90. n.18.Theſ.q.forens 37.n.2.3.lib.2..Andreol.contr.3.n.15. p.1.Beltramin.ad Greg.dec.334. num.9. Fenzon. ad Stat. Vrb.lib.1.c.113.nu.72.Rota cor.Buratt.d.dec.120.nu.30. et ſeqq.et ibi Ferentil.n.40.et in rec.dec.177.num.2.p.1.et dec.170.n.17.p.8.*

6 Quod indiuidualiter diſpoſitum clariſſimè ſancitur in dicto *Statuto Ferrariæ d.Rub.90. verſ. item quod nulla perſona etiam quod ſit pater, mater, filius, vel frater, vel quilibet alius poſsit contrahere vel quaſi, vel aliquid agere ex prædictis modis, cum aliqua muliere, ſine ſolemnitate præſentis ſtatuti.*

7 Quæ diſpoſitio ſi quoque fuiſset duntaxat vniuerſalis,idem operata fuiſſet,& ob eam ceſsaſsent difficultates,& non fuiſset verendum, quin ſolemnitates debuiſſent ſeruari in huiuſmodi contractibus; *Gabr. d. concl.2. num.8.Lamberteng. de contrac.eor.ad fin.tit. q.29.n.100. Boccat.ad conſtit.Picen.gloſ.3.n.137.Gratian.diſcept.781. n.31.Gallerat.de renunciat.lib.3.c.2.ſub n.66. verſ. ſecundo vt procedat.Pigant.ad d.Rub.90 ſub num.18. verſ. alibi tamen ibi vel quando Statutum. Ferentil. ad Buratt. d. dec.120.ſub n.40.verſ.poſset autem.Rota cor.Canaler.dec. 442.ſub n.7.verſ.tamen replicabatur.*

8 Eoque magis concurrere debebant ſolemnitates dicti Statuti in hac renunciatione, vt potè ex facie inſtrumenti ad fauorem maſculorum reſultante, cum eorum amoris,& affectus præponderatione.*Gabr.d. concl.2. n. 6.Boccat.d.gloſ.3.n.138.Gallerat. de renunc. lib.3. d. c.2. ſub n.66.verſ. et primo vt non procedat. Rota cor. Buratt. d.dec.120.n.35.*

9 Quam concluſionem de ſolemnitatibus præfatis ſeruandis obtinere in renunciationibus, etiam iuris quærendi, & ob cauſam factis monent *Pigant. ad Stat. Ferrar.d.Rub.90.n.26.Teodoſ.Rubeus in ſing. Rot. Roman. p. 6.circa Stat.Vrb.lib.1.c.151.n.45.tom.2.Gratian. diſcept. 858.num.12.tom.5.Rota in rec.dec.723.nu.19.21.p.2.et cor.Buratt.d.dec.120.ſub n.24.25.*

Vndè

Digitized by Google

Vnde poſita huiuſce renunciationis validirate, intrat
10 regula illa generalis, qua renunciantibus legitimè iura
ſua interdicitur ad illa regreſſus, ità vt amplius ad ea re-
diri nequeat. l. quæritur. §. ſi vendita. ff. de ædilit. edict.
Barboſ. axiom. 135. num. 12. Ambroſin. dec. 3. num. 6. p. 1.
Medic. deciſ. Senenſ. examin. 47. num. 37. mel. alleg. 30. nu.
16. lib. 2. Barz. dec. 103. num. 14. Cyriac. contr. 128. numer.
31. Andreol. contr. 6. nu. 30. p. 1. Gallerat. de renunciat. lib.
2. cap. 5. num. 17. tom. 1. & cent. 1. renunc. 25. ſub num. 22.
verſ. certum eſt quippe, tom. 2. Beccar. olim. Ferrar. Prætor.
in vna Imolen. hæredit. de maſſa Lombardor. 10. Iun. 1652.
§. ſecundo principaliter. Rota in rec. dec. 12 num. 3. & dec.
323. num. 9. p. 6. & dec. 20. num. 4. & dec. 175. num. 4. p. 8.
& cor. Duran. dec. 121. num. 3. & dec. 153. num. 22. & cor.
Caualer. dec. 47. num. 2. & cor. Merlin. dec. 274. num. 1. &
in d. Roman. prætenſ. reſtit. dot. 15. Ianuar. 1649. §. quia di-
cta martia. cor. Peutinger. & in Arimineu. ſucceſs. 26. Iun.
1654. in princ. & 16. May 1656. cor. Bichio confirmata 1.
April. 1659. §. 1. cor. Beuilacqua, & in Roman. fideicomm.
21. Iun. 1660. §. 1. verſ. ex qua renunciatione cor. eod. Beui-
laqua eſt dec. 22. numer. 1. poſt Cutell. de donat. Ego ipſe in
legal. colluct. 5. num. 12.
11 Accedente præſertim vero actuali iuramento, quo
D. Anna renunciationi robur adiecit: iſtud enim non
tantùm eſt omninò ſeruandum, quotieſcunque in di-
ſpendium ſalutis æternæ non vergit. c. ſi verò de iureiur.
c. quamuis, de pact. in 6. Rot. in rec. dec. 682. num. 14. p. 4.
tom. 3. & dec. 125. num. 15. p. 5. & dec. 26. num. 48. & dec.
58. num. 7. p. 6. & dec. 188. numer. 10. p. 8. & cor. Mantic.
deciſ. 167. num. 6. & cor. Pegna deciſ. 1431. numer. 2. tom.
2. & cor. Merlin. dict. deciſ. 274. ſub numer. 2. verſ. vt ſci-
licet.
12 Sed operatur, vt renunciatiò, ac donatio ſuſtinea-
tur, & irreuocabilis fiat ſecundùm diſpoſitionem.
cap. quamuis de pact. in 6. & tradita à Roland. conſ. 8. num.
16. lib. 1. Gargiar. conſ. 13. num. 10. 17. & conſ. 14. num. 3.
lib. 1. Giouagn. conſ. 83. num. 17. lib. 1. Beccar. in d. Imolen.
hæredit. §. et facta ſit, verſ. quo iuramento ſtante. Rota cor.
Buratt. dec. 149. num. 2. et dec. 894. ſub nu. 1. et cor. Merlin.
d. dec. 274. nu. 1.
Neque obſtat, nihil fuiſſe datum, vel promiſſum
13 D. Annæ ob renunciationem præfatam, ſicque intret
cauſæ defectus, à quo conſenſus eliminatur. Roland.
conſ. 13. num. 28. lib. 1. Zacb. de oblig. Camer. q. 17. ſub num.
132. verſ. quia deficiente. Merlin. de pign. et hypoth. lib. 4.
tit. 1. q. 38. num. 26. & per quem huiuſmodi renunciatio,
14 & donatio redditur nulla, & inualida. Fontanel. de pact.
nupt. clauſ. 9. gloſs. vnic. par. 1. num. 5. & ſeq. q. tom. 2. Gra-
tian. diſcept. 858. num. 24. tom. 5. Andreol. contr. 6. numer.
32. p. 1. Rota in Roman. demuncular. 26. Iun. 1648. §. iuſti-
tia vero verſ. cum illa euidenter coram Dunozet. & in dict.
Roman. renunciat. 23. Martij 1650. §. ſecundo quia coram
Cerro, deciſ. 100. ante num. 5. poſt Salgad. in labyrint. cre-
ditor.
15 Quoniam inanis eſt oppoſitio: non ſolùm, quia cau-
ſa talis renunciationis expreſsè legitur in inſtrumento,
reſpiciens congruitatem, & condecentiam dotis habi-
tæ à D. Anna: quam cauſam in terminis canonizauit.
Rota in dict. Roman. prætenſ. reſtit. dot. 15. Ianuar. 1649. §.
16 quæ renunciatio, & ſeq. coram Peutinger. & inſuper re-
ſpiciens augmentum decoris familiæ, & agnationis,
quæ pariter pro ſufficienti fuit admiſſa in iſtis terminis
à Rota in Rom. renunciat. 14. Iun. 1649. §. nec eſt verum
verſic. quia contrarium, coram Eminentiſs. Otthobon. nunc
inter eius impreſs. dec. 182. ſub num. 13. 14. & in ead. 23.
Martij 1650. §. ex his itaque, coram Cerro. d. dec. 100. ſub
num. 27. poſt Salgad. in labyrint. creditor. in tantum, vt ex
17 interuentu conſanguineorum ſuum conſenſum, & au-
ctoritatem præſtantium, nec non ex interpoſitione de-
creti Iudicis, omnia præſumantur vera rationabiliter,
ac ſolemniter geſta, & de ſufficientia, & veritate cauſæ
expreſſæ dubitari, non poſſit, in puncto renunciationis.
Bero. conſ. 49. num. 27. lib. 1. Altograd. conſ. 5. num. 82. lib.
1. Rot. in ſæpe alleg. Roman. præten. reſtit. dot. 15. Ianuar. §.
cuius quidem cauſæ, verſ. non ſolum iuſtificatur, & 21. Iun.
1649. §. ſed etiam, cor. Peutinger. & in dict. Roman. renun-
ciat. 23. Martij 1650. §. ex his itaque verſ. ex ipſa enim co-
ram Cerro. d. dec. 100. ſub num. 28. 29.
18 Sed quoquè, nam ad validiratem renunciationis iu-
ramento firmatæ non requiritur, quod in actu illius
aliquid detur, vel promittatur, adeout etiam, non exi-
ſtente recompenſatione, nihiloque habito, aut recepto,
ipſa renunciatio ſuſtineatur. Cephal. conſ. 137. num. 50.
lib. 1. Aldobrand. conſ. 26. numer. 101. & ſeqq. Seraph. de
iuram. priu. 21. ſub num. 12. verſ. & ideo notabiliter, & ſub
num. 29. verſ. ſed contra Molin. de pact. in matrim. adhib.
lib. 3. qu 7. num. 7. & q. 89. num. 4. 5. Fachin. contr. iur. lib.
3. cap. 24. Gallerat. de renunc. lib. 3. cap. 2. ſub nu. 55. verſ.
contrarium tamen tom. 1. & renunc. 25. numer. 40. cent. 1.
tom. 2. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. q. 25. ſub nu. 14. in addit.
verſic. & quando etiam. Michalor. de fratribus, p. 3. c. 12.
ſub num. 87. verſ. communem tamen, vbi quod ab hac opi-
nione, non eſt in iudicando, & conſulendo recedendum; &
ſequitur Rota cor. Buratt. dec. 894. num. 3. & ibi Add. litt.
B. & coram Merlin. d. dec. 274. num. 5. vbi de veriori opi-
nione. tom. 1.
19 Et hinc diluuntur ea, quæ afferuntur de læſione enor-
miſſima, ob quam reſcindi talem renunciationem, do-
cuerunt Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. qu. 12. num. 12. 13. 14.
18. Cyriac. contr. 90. numer. 3. Papon. conſil. 159. Andreol.
contr. 366. à num. 1. ad 6. p. 5. Gallerat. de renunciat. d. c. 2.
num. 53. 54. & renunc. 47. nu. 17. cent. 1. Donad. eod. tract.
cap. 8. Bottilier. de ſucceſs. ab inteſt. cap. 2. theor. 96. Pigant.
ad Stat. Ferrar. lib. 2. Rub. 143. num. 50. tom. 2. Beccar. in d.
Imolen. hæredit. §. non obſtat, quod attento. Rota in rec. dec.
318. p. 4. tom. 2. & poſt Salgad. in labyrint. creditor. dict.
dec. 100. num. 11. cum alijs cumulatis in mea legal. colluct.
3. num. 86.
20 Quia, aut vera non ſunt, cum non obſtante renun-
ciatione poſſit adhùc filia petere ſe dotari, vbicunque
ipſi non ſit dos conſtituta, vt temperando ſententiam
antecedenter recenſitam obſeruant Crot. in l. ſtipulatio
hoc modo, num. 40. & ibi Socin. iun. num. 71. Rum. conſ. 97.
col. 2. lib. 1. Seraph. de iuramen. d. priuil. 21. num. 29. in fin.
Gallerat. de renunciat. lib. 3. d. cap. 2. num. 55. in fin. verſic.
quare ſi ea opinio. tom. 1. Michalor. de fratrib. p. 3. d. c. 11.
num. 87. in fin.
Aut huic noſtro caſui nullo modo poſſunt appli-
cari.
Vel enim deducitur læſio reſpectu patris bonorum,
21 quibus fuit renunciatum; & tunc cum huiuſmodi re-
nunciatio fuerit facta de bonis, & hæreditate viuentis,
ipſo conſentiente non intrat læſio, quæ obſit, neque ex
illius capite, poteſt renunciatio impugnari, vtpotè ſu-
per iure quærendo emanata, & concurrente dotis con-
gruitate, & condecentia. Dec. conſ. 6. num. 52. lib. 1. Caſtil.
contr. quotid. p. 3. cap. 2. nu. 65. & ſeqq. Ferentil. ad Buratt.
d. dec. 894. num. 6. Rota coram Merlin. d. dec. 274. ſub nu.
5. verſic. præſertim ſi ſit renunciatum, & ſeq. & coram Ot-
thobon. d. dec. 182. num. 25. & poſt Salgad. in labyrint. cre-
ditor. dict. dec. 100. num. 31. & in Aſculan. renunciat. 12.
May 1651. §. quia cum de tempore, coram Cerro, quæ nunc
eſt impreſs. apud Maſſin. de confiſcat. bonorum, quæſt. 45.
num. 52. 53. & in ead. 1. Iulij 1652. §. præterea obiectum,
cor. eod. Cerro.
Vel læſio deducitur reſpectu hæreditatis, & bono-
22 rum matris, quibus pariter D. Anna renunciauit; &
tunc ſtante congrua, & competenti dote de bonis pa-
ternis,

Digitized by Google

ternis, non poteſt hæc renuntiatio impugnari, ſed tanquam iuramento munita valida eſt dijudicanda. Guttierez in cap. quamuis verſ. nullum, num. 1. de pact. in 6. Gallerat. de renun. lib. 3. d. c. 2. numer. 67. Ferentil. ad Buratt. dict. deciſ. 894. num. 7. Rota cor. Merlin. in ſæpius alleg. dec. 274. num. 7.

Dotis præfatæ congruitas, & condecentia arguitur;
23 tùm à conſtitutione eiuſdem à patre facta, per quam dos ſemper præſumitur congrua. Honded conſil. 63. nu. 85. lib. 1. Gratian. diſcept. 148. Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 8 p. 1. num. 24. & ſeqq. tom. 2. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. d. q. 12. num. 3. & ſeqq. Pigant. ad Stat. Ferrar. lib. 2. Rub. 140. ſub num. 13. verſ. nihilominus, ego tom. 2. Beccar. in d. Imolen. hæredit. §. ſecundo quatenus verſic. quæ ſi ſuit congrua. Rot. coram Mantic. dec. 329. num. 2. & coram Caualer. dec. 298. num. 4. & cor. Burat. d. dec. 894. num. 2. & in Bonon. fideicommiſſ. de montercnt. 27. Iunij 1657. §. nec dicta ſententia, coram Dunoz. cum alijs in d. mea collect. 3. num. 64.

24 Tùm inſpectis conſuetudine patriæ vtriuſque coniugis, in qua certiſſimè dos ſcutor. 900. condecens reputatur qualitatibus amborum: numero decem filiorum (ad quem & D. Anna, in eius renunciatione reſpexit) olim D. Laurentij dotantis, eiuſque facultatibus, & patrimonio, prout hæc omnia fore conſideranda, traditur in l. quæro ff. de iur. dot. & à Mantic. de tacit. l. 12. tit. 21. Thomat. dec. 203. num. 5. 7. tom. 2. Honded. conſ. 64. nu. 12. et ſeqq. vol. 2. Hodiern. ad l. hac edictali. q. 23. num. 33. Rota coram Merlin. d. dec. 274. nu. 8. et coram Buratt. dec. 108. num. 8. et in Roman. cenſ. 30. Ian. 1651. §. quod autem cor. Dunozet. et in Roman. reſciſſ. tranſact. 16. Iunij 1651. §. altera vero tranſactionis, coram Eminentiſ. Corrado. dec. 27. num. 37. et ſeqq. poſt Salgad. in labyrint. creditor. et in d. Bonon. fideic. de monteren. 27. Iun. 1657. §. quæ dotis conſtitutio. verſ. ſed etiam coram Dunozet. cum pluribus concordantibus adductis in alleg. mea collect. 3. num. 58. acce-
25 dente etiam conſideratione, quod dos ſcutor. mille, à qua parum hæc diſtat, dicitur congrua pro magno Comite, & ſufficiens pro qualibet Comitiſſa. Amat. deciſ. march. 28. num. 23. Surd. dec. 61. num. 9. et de aliment. tit. 1. qu. 33. num. 39. Fontanel. d. gloſ. 8. p. 1. num. 3. Rot. coram Caualer. dec. 260. num. 4.

26 Tum, quia D. Anna maiorem dotem conſequuta fuit, quam ab eius patre fuerit data D. Vincentiæ, & conſtituta D. Margaritæ ſuis ſororibus; vnde ſi pro illis dos minoris quantitatis eſt congrua, quantò magis dos D. Annæ conſiſtens in maiori ſumma erit conducens diiudicanda? vt in quanto conſiderat Beccar. in d. Imolen. hæredit. §. ſecundo quatenus, verſ. ſed ſic eſt, et verſ. multo magis. Rota coram Buratt. d. dec. 894. ſub num. 2. tom. 3.

27 Certè ad benè arbitrandum, & iudicandum, quando dos dicatur congrua, venit conſideranda conſuetudo patris circa dotationes filiarum. Pacian. conſ. 56. Fontanel. d. clauſ. 5. gloſ. 8. p. 1. num. 21. tom. 2. Rota in rec. dec. 250. num. 6. p. 3. & inſpiciendum quid cum fœminis familiæ, fuerit obſeruatum; Menoch. conſ. 293. num. 7. Theſaur. dec. 192. num. 1. Fuſar. de ſubſt. quæſt. 531. num. 166. Rot. in rec. dec. 49. num. 2. p. 6. & dec. 245. num. 25. p. 8. & poſt Merlin. de legit. dec. 192. num. 23. aduertendo tamen,
28 vt bonus Iudex debeat omnino arbitrari, dotem eſſe conſtituendam, vt quanto minùs fieri poſſit filio præiudicetur. Franciſcus Aret. conſ. 17. ſub num. 20. verſic. fateor tamen. Rota in d. Roman. reſciſſ. tranſact. 16. Iun. 1651. §. altera verò in fin. coram Corrado d. dec. 27. ſub num. 42. poſt Salgad. in labyrint. creditor.

29 Neque dicatur, fuiſſe aliàs abſolutè, & ſimpliciter conſtitutam dotem D. Annæ ab eius patre, ſicque de ſolis bonis paternis, tanquam præcisè effectis tali dotationis onere, iuxta l. fin. Cod. de dot. promiſſ. ſecundùm quam pater cenſetur, dotem regulariter conſtituere ex proprijs bonis, non autem filiæ, ſeù matris. Surd. conſ. 192. num. 29. Peregr. conſ. 35. num. 3. lib. 5. Menoch. præſ. 15. num. 14. lib. 3. Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 19. nu. 1. & ſeqq. tom. 1. Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſs. 1. p. 3. num. 7. & ſeqq. tom. 2. Giurb. ad conſuet. meſſan. c. 3. gloſs. 6. num. 2. p. 1. Pigant. ad ſtat. Ferrar. lib. 2. Rub. 141. numer. 23. tom. 2. Boſs. de dote cap. 4. numer. 35. & ſeqq. vbi multipliciter extendit. Rota poſt merlin. de pignor. & hypoth. deciſ. 138. num. 6. & deciſ. 147. num. 3. & cor. Coccin. dec. 29. num. 4.

30 Etiam ſi dos ipſa fuerit conſtituta de bonis paternis, & maternis, quia data ſuffi cientia paternæ ſubſtantiæ, adhuc ſtat firma dicta concluſio. Giurb. d. gloſ. 6. num. 9. & dec. 45. ſub num. 27. Pigant. ad d. Rub. 141. numer. 25. Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 9. gloſ. vnic. p. 1. num. 9. & ſeqq. tom. 2. Amat. reſol. 23. nu. 10. lib. 1. Maſtril. dec. 186. Cyriac. contr. 90. numer. 4. 6. tom. 1. & contr. 351. num. 2. tom. 2. Leoncil. dec. 93. Donad. de renunc. cap. 10. num. 7. 8. benè Bottilier. de ſucceſs. ab inteſt. c. 2. theor. 96. num. 2. Antonel. de temp. legal. lib. 2. c. 58. num. 13. ego ipſe in collect. 9. n. 153. Boſs. de dote d. c. 4. nu. 59. vbi concordan. Rot. poſt merlin. de pign. d. dec. 147. nu. 3.

31 Et etiam ſi vxor interuenerit in conſtitutione dotis pro communi filia; dicitur enim illam intercedere, tanquam fideiuſſorem, cum facultate repetendi à viro, eiuſque hæredibus quidquid ex dicta cauſa ſoluerit. Barboſ. in l. 1. p. 4. à num. 102. ff. ſolut. matrim. Surd. conſil. 488. num. 21. Maſtril. d. dec. 186. num 8. Giurb. ad conſuet. meſſan. c. 3. gloſ. 1. num. 10. gloſ. 2. num. 6. gloſ. 3. num. 47. & gloſ. 6. num. 1. Boſs. de dote cap. 9. num. 110. Amat. d. reſol. 23. num. 12. Siluatic. iun. conſil. 22. per tot. cui quattuor inſignes D. D. ſe ſubſcripſere. Donad. dec. 10. num. 17. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. qu. 17. num. 19. & ſub num. 32. in addit. Rota ibi poſt tract. deciſ. 155. num. 18. & in Ancon. bonor. 25. Februar. 1647. §. non tantum, coram Bichio, & in meleuit. pecuniar. 6. Martij 1654. §. pariter ſubſiſtere cor. Melzio.

32 In tantùm, vt cum filia de bonis ſolùm paternis dotata cenſeatur, non teneat, neque valeat renunciatio reſpectu bonorum matris, de quibus dotata non fuit, vtpotè facta ſine cauſa, & cum enormiſſima læſione, & ideò ad ſola bona paterna ſit reſtringenda. Dec. conſ. 379. num. 14. Caſsan. conſ. 69. num. 13. 14. Afflict. dec. 178. dub. 9. num. 13. Mareſc. var. reſol. lib. 2. cap. 132. nu. 2. Maynard. dec. 21. lib. 4. Molfeſ. ad conſuet. Neapol. p. 4. tit. de renunc. q. 17. num. 18. Fontanel. de pact. nupt. d. clauſ. 9. gloſ. vnic. p. 1. num. 5. & ſeqq. Faber. in C. lib. 5. tit. 6. de fin. 7. ſub num. 13. Amat. d. reſ. 23. numer. 15. Pigant. ad ſtat. Ferrar. lib. 2. d. Rub. 141. ſub num. 25. verſ. etiamſi filia renuntiauerit tom. 2. Donad. de renunc. cap. 10. numer. 1. vbi concordan. Bottilier. de ſucceſs. ab inteſt. cap. 2. theor. 96. num. 1. & num. 8. ac per tot. Prat. in annot. ad Paſchal. de patr. poteſt. par. 2. caput. 6. §. ſed regulam deductam, vbi dat alios.

33 Vt enim dotatio cenſeatur facta, nedum de bonis paternis, ſed & de bonis maternis, opus eſt vt exprimatur, quantum de illis, quantumuè de illis tradatur. Menoch. præſ. 15. num. 24. lib. 3. Gratian. diſcept. 504. num. 15. Cyriac. controu. 90. num. 7. & contr. 351. num. 2. Leoncil. d. deciſ. 193. num. 1. Maſtril. d. dec. 186. num. 7. Fontanel. d. gloſ. vnic. p. 1. num. 12. Giurb. ad conſuet. meſſan. c. 3. d. gloſs. 6. num. 14. Paſchal. de virib. patr. poteſt. p. 2. cap. 6. num. 9. Amat. d. reſol. 23. numer. 13. Pigant. ad. dict. Rub. 141. ſub num. 27. verſ. deinde ſi pater. Donad. de renunc. dict. cap. 10. num. 10. Boſs. de dote dict. cap. 4. numer. 72. & ſeqq.

34 Reſpondetur namque, quod, ſicuti d. l. fin. C. de dot. promiſſ.

Digitized by Google

promiſſ. fundatur omninò in præſumptione deducta à
liberalitare, & voluntate paterna; Menoch. præſ.15.ſub
num.1. & numer.24.verſ.quæ vt in initio diximus, lib.3.
Leontil.d.dec.93 ſub num.1.verſ.& ratio eſt: ità illius di-
35 ſpoſitio contrarijs præſumptionibus penitus ſubmo-
uetur; vt in puncto tradunt Mantic. de tacitur. & ambig.
conuen. lib.12. tit.19.num.23.tom.1. Rubeus in ſing. Rot.
Rom.p.5.circa d.l.fin. verſ.in qua cauſa, in fin.ſ.mihi 568.
col.2.tom.2. Rot.in rec. dec. 651.ſub num.4. p.1. & in d.
Roman.prætenſ.reſtit.dot.15.Ian.1649.§.non obſtat, quod
Antimus in fin.cor. Peutinger. adeout allatis fortioribus
36 præſumptionibus,intret regula, qua ſtatuitur, debilio-
res ab illis totaliter auferri. l.non ſolum,de rit.nupt.Surd.
conſ.94.num.61. Menoch.præſ.133.num.84.lib.3. et præſ.
64.num.46.lib.6. Barboſ.axiom.186. num.3. Leontil.dec.
172.num.5.6.et dec.200.num.18. Rot.in rec. dec.167.nu.
16.p.8.et coram Cardin.Otthobon.dec.165.num.9.ego ipſe
in legal.colluct.17.num.40.
37 Vndè,cum inſpecto ſtatu bonorum D.Laurentij do-
tantis, appareat, fuiſse ſolutam D.Annæ, dotem exce-
dentem, non tantùm portionem ſibi in bonis paternis,
verum etiam in maternis debitam, ſequitur, quod dos
ipſa, nedùm reſpectu bonorum patris fuerit aſſignata,
ſed & in ſatisfactionem bonorum,& dotium matris ne-
ceſſario cedere debuerit, vt, poſt Menoch.conſ.370.ſub
num.20.verſ. hic autem ceſſat cum ſeq. decidit. Sac. Rot.
Roman.Audit. in ſæpè alleg.Roman.prætenſ.reſtit. dot.15.
Ianuarij 1649. §. non obſtat quod Antimus. coram Peu-
tinger.
38 Quod confirmatur, quia D.Anna voluit agnoſcere
bonam fidem, quam in inſtrumento renunziationis ex-
preſsit, dùm, conſideratis facultatibus patris, & atten-
to decennario numero illius filiorum,declarauit, & faſ-
ſa fuit, ſe decenter, & congruè dotatam, renuncians
ideo maternis quoquè bonis, tum ad ſubleuandum pa-
trem, fratres, & ſorores a nimio onere: tum ad mani-
feſtandam veritatem, quod dos ſibi aſsignata caperet
etiam bona materna, ne aliàs ſi pater de eius duntaxat
bonis totam illam promiſsiſset, & ſoluiſset,inde ingens
domus iactura, & filiorum læſio reſultaſſet; vt ponde-
rant. Altograd.conſ.5.ſub num.84.lib.1.Griuel. deciſ.Do-
lan.48.num.11.in fin.verſ.tertio vrget, & numer.12.quos
ſequitur Rota in pluries, adducta Roman.prætenſ.reſtit.dot.
15.Iannar.1649. §.quarum quidem,cor.Peutinger.
Accedit, quod niſi D.Anna ſciuiſſet, fuiſse ſibi à D:
Laurentio conſtitutam dotem, etiam computata por-
tione dotium maternarum: vel niſi renunciatio huiuſ-
modi fuiſset ante contractum matrimonium conuenta,
39 licèt in limine illius non expreſſa, ob maiorem fortaſ-
ſe honorificentiam illius, ſicuti fieri ſolet; ad Valaſc.
conſult.154.ſub num.11. Altograd. d.conſ.5. num.2.in fin.
Rot.coram Dura.dec.98. num.14. & coram Buratt. deciſ.
775.nu.1.& in d.Roman.prætenſ. reſtit.dot.15.Ian.1649.
§.nec refert, quod martia, coram Peutinger. vtiquè ean-
dem renunciationem in prorium, & poſterorum præ-
tenſum præiuditium non feciſset; ex ponderatis à Gri-
40 nel. d.dec.48. num.5.in fin.verſ. primo ſi ita, & ſeqq.Rot.
in ead. Roman.prætenſ. reſtit.dot. §. nec minor, eſt altera,
in fin.
Vlteriùs D.Laurentius pater quoad bona propria
41 non indigebat vlla renunciatione D.Annæ eius filiæ,
ceù tacitatæ à Stat.Ferrar.lib.2.Rub.141. vbi filiá deſcé-
dens debet eſse contenta eo, quod ſibi pater in dotem
dederit, vel reliquerit: cuius ſtatuti validitas obſerua-
tur ibi à Pigant. in ſuis commentar. num.1. poſt Menoch.
de arbitr. caſ.149. num. 3. conducit. Fuſar. de ſubſtit. qu.
331.num. 117. in fin. Rota in Bononien. fideicommiſs. de
Monteren. 27. Iun. 1657. §. qua dotis conſtitutio coram
Dunozet.

Dum igitur acceptauit renunciationem à D:Anna
factam,declaraſse cenſetur dotem alias ei conſtitutam,
42 non continere bona paterna ſolummodo, ſed etiam
bona materna, erga quæ ipſa renunciatio duntaxat ve-
rificari poterat: arg. à l.2.ff.de liber. & poſth. & à tradi-
tis per Tiraq. de l.l. connub.l.16. gloſ.7. numer. 128.Bec.
conſ.108.num.25.& conſ.175. Pacian. conſ.82. ſub num.
77.Cyriac. contr. 128. num.120.tom.1.Rot.coram Buratt.
dec.504. num.7. & in Peruſin. bonor. 28.Martij 1650.§.
fin.verſ. adeoque coram Veroſp. & in Ferrarien. decimar.
11.Januar.1658.§. hæc quæ interpretatio, cor. Albergato.
ac meipſum in colluct.legal.20. ſub num.113.
43 Et videmus, quod ſi filia renunciet bonis paternis,
ſuper quibus ipſi nullum ius competit, dicitur renun-
ciaſse quoque bonis maternis, vbi tantùm ſuper his ius
aliquod habet Alex.conſil.102. ſub numer.7.lib.6. Ruin.
conſil.33.num.9.& conſ.79.num.8. vol.2. Menoch. conſil.
289.num.15.17.Surd.conſ.112. num.19. & conſ.516.nu.
4.Honded. conſil.63. num.90.lib.1.Mantic.de coniect. vlt.
volunt.lib.10.tit.2.ſub num.25. verſ.nam ſimiliter Donad.
de renunc.d.c.10.num.9.vbi concordan.
Ac manifeſto deſumitur, ſtante expreſsa declaratio-
ne poſtmodum facta ab ipſo D: Laurentio in eius teſta-
mento, vbi voluit D.Annam debere eſse tacitam, &
contentam, dote ſibi ipſi data pro omni eo, & toto,
quod in bonis paternis, & maternis, prætendere poſ-
44 ſet: dum huiuſmodi declarationem non tantùm po-
tuiſse fieri, vt potè ſuper dubietate conſtitutionis do-
tis, & ſucceſsiuæ acceptationis renunciæ emanaram,
ſed omnino nunc fore attendendam,tanquam alicui de
nouo nihil dantem, vel auferrentem, quamuis etiam
factam ex interuallo, ſuadetur à tex.in cap. ſi vero. il 2.
verſic.vel ſi hoc dubium, & ibi gloſs. de ſenten. excomm.
Surd. dec.29. num.1. Rot.in Bonon. ſucceſs.17. Iun.1647.
ſub §. coniectura contrariæ, coram Bichio, & in ead. 18.
Martij 1652.§.& ad tollendam omnem difficultatem,cum
ſeq. coram Celſo, & in Roman. ſociet. off. 26. Iun.1652.
§.nec dicatur, coram eodem, & dicam infra numer. 51.
præſertim, cum agatur de re dependente ab animo ip-
45 ſius D.Laurentij, cui ſtandum erat, in quibuſuam ter-
minis, & ad quem finem acceptauerit dictam renun-
ciationem; ad m.rſil.ſing.635.Menoch.de arbitr. caſ.86.
num.6.Surd.conſ.192. num.12. & dec.216. num.33.Rot.
cor.Greg.dec.163.num.4.& dec.460 num.13.
46 Neque turbat concluſio illa in terminis d.l. fin. C.de
dot.promiſs. vſurpata, quod eius diſpoſitio, præcedat
etiam, quando pater poſt ipſam dotis promiſsionem,
& ius quæſitum filiæ proteſtaretur contrarium,vel quid
modificans promiſsionem eandem afferet; vti docent
Aretin. in leg.1.ante num.6. verſ. & ad materiam vide,
& ibi Ripa num.88. Bolognet. ſub num. 109. verſic. tertio
ampliatur, ff.ſolut.matr. Angel.conſil.209 ſub numer.1.
Monteſperel. conſ.199.num.7.Cranet.conſil.106.ſub num.
13.Menoch. conſ.370.num.4. & de præſumptionibus, lib.
3.dict.præſumpt.15. num.19. Maſchard. de probat. conſil.
1155.num.10. Baez. de non.meliorand.filiab.cap.11.num.
33.Paſchal. de patr. poteſt. p.2. cap.6. numer.13. Cyriac.
contr.90.nu.47.tom.1. Boſs.de dote c.4.num.39 Rota cor.
Coccin.dec.29.num.5.
Etenim hæc concluſio procedit in ſuis terminis,
47 nempè vbi nullo præcedente, interueniente, aut ſub-
ſequente conſenſu, & facto filiæ, agitur de auferendo
eidem ius, clarè quæſitum ex dictamine legis, per præ-
cedentem dotis promiſsionem ipſi à patre ſimpliciter
factam, tunc enim iuſtiſsimè firmatur, non eſse locum
48 proteſtationi, ſeù declarationi in damnum, & præiu-
ditium illius, cum ipſa declaratio, non verſetur circa
aliquam rem dubiam, & iſta dicatur noua diſpoſitio,
quæ facta poſt ius quæſitum, tertio ei non nocet. Dec.
conſ.3.

conſ.3.num.44. & ſeq.& conſil.114. ſub num.5. Menoch.
conſil.191.num.29. & conſ.702.ſub num.15. Surd.conſil.
192.num.31.& conſ.196. num.40.& conſ.288.num.6.et
conſ.380.num 50.51.& in tract.de alimen.tit.6. q.8.num.
69.Cyriac. d.contr.90. num.43. & ſeqq. Rubens reſol.pra-
ctic. c.83.num.163.& ſeq.Rot.coram Gregor.dec.375.nu.
9.10.& ibi addit.num.12.

Secus in iſto noſtro caſu, in quo non tractatur de
ablatione alicuius iuris iam filiæ quæſiti ſine illius fa-
cto, & conſenſu, nam quatenus etiam D. Annæ fuiſſet
ius aliquod quæſitum per abſolutam dotis conſtitutio-
nem ipſi à D. Laurentio patre factam cum tamen ipſa
vocauerit ſe poſtmodum congruè, & condecenter do-
tatam, non minùs reſpectu hæreditatis bonorumque
patris, quàm matris, ſubindeque iiſdem bonis & hære-
ditatibus vtriuſque parentis renunciauerit cum iura-
mento, ſequitur, quod qualecunque oriatur præiudi-
49 tium, hoc ſuccedat ex facto ipſiuſmet D. Annæ, & ex
illius renunciatione, ob quam ſi ius aliquod fuerat quæ-
ſitum, ablatum remanſit. *Bart. in l.1.col.2.verſic. quæro*
quæ eſt ratio, ff.de acq. hæredit. Rot.in rec.dec.12. num.1.
& dec.323.num.7.p.6.& cor.Pegn.dec.1189. n.5.tom.2.
non autem ex declaratione præfata D. Laurentij, quæ
eſt conformis renunciationi antedictæ, in tantum, vt ſe-
cundùm ipſius qualitatem, nihil operetur extraneum à
50 re declarata. *l.hæredes palam, §.1.ff.de teſtam. c.littera*
de dilat. Roman. conſil.45.num.1.Rot.in rec.dec.100.num.
2.p.6.

51 Et quæ ceù voluntatis expreſſiua non inducit diſpo-
ſitionem nouam, ſed pateſacit, & oſtendit, duntaxat
qualis fuerit animus D. Laurentij declarantis, in acce-
ptando dictam renunciationē & quæ ideò potuit quan-
docunque fieri. *Bart.in l.non ſolum, §.morte num.15. &*
ibi Iaſ.num.40.ff.de nou.oper.nunciat.& in l.qui aliena.§.
fin.ff.de acq.hæredit. Natta conſil.474.nu.20.lib.2. Surd.
dec.29.num.10.Merlin.de legit.lib.2.tit.2.q.25.numer.6.
Rot.cor.Buratt.dec.279.numer.12.& in Roman.legit.22.
Iun.1640.§.nec dicatur dictam declarationem, cor.Dunoz.
nunc poſt Merlin.de legit. dec.158. num.18.in vlt.impreſſ.
& in Bonon. hæredit. 26.Iun. 1648. §. penult. coram Bi-
chio, & in d.Roman. ſociet. off. 26.Iun.1652. §.nec dica-
tur huiuſmodi verſ. maximè cum coram Celſo, & vt dixi
ſup.num.44.

52 Et ſucceſſiuè debet retrotrahi ad tempus celebrati
actus, vt eſt de natura ipſius declarationis. *D.D.in cap.*
cum tit. de vſur.Socin.conſ.33. num.19. lib.4. Surd.conſil.
192.num.10.& dec.29.num.4. & dec.70.num.2. Rubens
reſol.pract.d.c.83.numer.141.cum multis ſeqq. Rot.coram
Buratt.dec.113.num.24. & in rec. dec.414.ſub num.17.
p.5.dec.100.num.3.p.6.dec.140.num.14.p.7.dec.409.nu.
2.p 9. tom. 2.in Roman. fruct. dot. 23.Iun.1642. §.adde-
bant, verſic.quia declaratio, coram Bichio, & in Piſaur.
pecun.29.April.1661. §.nec releuat. in fin. coram Priolo.

53 Additur, quod ſicuti renunciationes huiuſmodi à
patribus filias ſuas dotantibus ſtipulari ſolent, & vigeat
ſuper hoc conſuetudo inueterata. *Bart.in l.fin. colum.2.*
verſ.& ideò, vbi Fulgoſ.num.14. C.de pact. Bolognet. in l.
ſtipulatio hoc modo, num.3.verſ.primus modus, ff.de verb.
oblig.Capyc.dec.159.num.37.Gallerat. de renunc. lib.3.c.
2.num.43.tom.1. ita, cum etiam renunciatio prædicta
54 facta à D. Anna fuerit obſeruata, neque contra eam
fuerit aliquid oppoſitum toto tempore vitæ D. Lau-
rentij patris, de negotio certiſſimè informati, magnum
deſumitur argumentum mutuæ conuentionis, de re-
nunciando ad effectum, vt dos non cenſeretur ſolum-
modo conſtituta de bonis paternis, ſed etiam, vt in ea
comprehenderentur bona materna, quæ ipſa D. Anna
conſequi potuiſſet; vt egregiè traditur indiuidualiter
à Rota in d.Roman.pratenſ.reſtit.dot.15.Ian.1647.§.vlte-
rius vbi, quod iſta eſt coniectura magni ponderis. *cor.*
Peutinger.

55 Præſertim, cum poſtmodum D. Laurentius ipſe con-
ſtituerit dotem Vincentiæ, & Margaritæ eius filiabus
ſororibus dictæ D. Annæ in ſcutor. 600. pro qualibet,
computatis omnibus vtriuſque parentis bonis; vnde, &
taliter dotauiſſe D. Annam, maximè attenta maiori
dote eidem data de *ſcut.900* eſt cenſendum, ex con-
ſideratis in puncto à *Rota cor. Merlin. d.dec.274.num.8.*
tom. 1.

Quapropter ab omnibus prædictis coniecturis, &
præſumptionibus eliminari, & excludi præſumptiuam
diſpoſitionem *d l.fin.Cod. de dot.promiſſ.* nullo modo eſt
56 dubitandum; ſaltem ſi ſimul coniunctæ accipiantur,
iuxtà generalem regulam, quod ſingula, quæ non pro-
ſunt, multa collecta iuuant. *l.inſtrumenta C.de probat.l.*
ſtipulatus, in princ.ff.de vſur.Tuſch. litt. S.concl.676.Bar-
boſ.axiom.209.num.1. Rot.in rec.dec.103. num.5. p.5.&
dec.169.num.12.p.6.& dec.253.num.24.p.7.& dec.167.
num.14.p.8.& coram Buratt.dec.690.num.9.& dec.709.
num.9.& dec.932.num.4.tom.3.

Et quatenus prætendatur, quamlibet ex recenſitis
57 præſumptionibus eſſe in ſe imperfectam, & ideò ea-
rum coniunctionem fieri non poſſe, vt declarando re-
gulam, nunc allatam, docent. *Gabr.tit. de probat. concl.*
1.num.33.Farin.conſ.10. num.36. in fin.lib.1. Tuſch.dict.
concl.676.num.8.10.Barboſ.d.axiom.209.num.2. Rota in
rec.dec.603.num.27.p.4.tom.3.& dec.103.num.6.& dec.
187.num.18 p.5.& dec.169.num.14.p.6.et dec.167.num.
15.p.8. et cor.Mantic.dec.307.num.11.et cor. Merlin.dec.
821.num.4.tom.2.

58 Animaduertendum eſt, quod cum verſemur in ma-
teria, quæ probationem coniecturalem admittit, vt di-
xi *ſuprà num.35.* vtique non debent reici præſumptio-
nes, etiam in ſuo genere imperfectæ. *Butr.in c.veniens,*
il 1.col.fin.de teſtib.Aret.conſ.65.col.2.in fin.Gabr. d.con-
59 *cl.1. ſub num.34. verſ.primo igitur*: nam tanquam in re
difficilis probationis, non requiruntur probationes in
ſuo genere perfectæ. *Roman.conſ.7.ſub num.3.Alexand.*
conſ.24.num.42.lib.2.et conſ.115. ſub num.8.lib.4. Gabr.
d.concl.1.num.34. Tuſch.d.concl. 676. num.15. Barboſ.d.
axiom.209. ſub num.3. verſ.pariter procedere. Moron.de
treg. et pace, q.186.ſub num.7. Menoch. de præſum lib.1.
q.40.num.13.Centolin. ad Farinac. conſ.33.litt. t. verſic.
et pariter, lib.1.Rota ibi dec.60.ſub num.2.et cor.Comitol.
dec.28.num.3.

60 Vltra quod plura imperfecta coniunguntur, ſi ten-
dant, vt in præſenti, ad eundem finem, & ad perficien-
dum vnum totum. *Bart. in l.1. §. idem Cornelio num.3.*
verſ.reſpondeo breuiter.ff.de quæſt. Rimin. conſil.7. n.114.
& ſeqq.lib.1.Crauet.conſ.73.n.20.Eugen. conſ.27. nu.63.
Maſcard.de probat.concl.1223.n.12.32.Farinac.in prax.
q.86.n.100. vbi benè. Barboſ.d. axiom.209.in fin.Cyriac.
contr.204.n.64.Rot.poſt lib.1.conſil.Farinac.dec.77.ſub n.
4.verſ.& multo magis, & dec.101.ſub n.8.verſ.tùm etiam
& cor.Comitol.dec.119.n.16.

Ac idcircò, cum præſumptiones, & coniecturæ præ-
dictæ ſtent in earum robore, ab ipſiſque mens, & inten-
tio non tantùm D. Laurentij patris dotantis, ſed & D.
Annæ filiæ dotatæ deprehendatur, vt dos nempè, con-
ſtituta contineret bona vtriuſque parentis, in tantùm,
vt D. Anna diceretur dotata ab eius patre de bonis tam
61 paternis, quam maternis ſequitur (ex quo hæc omnia
perindè habentur, ac ſi fuiſſent expreſſa, cum neceſſario
ab iiſdem præſumptionibus, & coniecturis colligantur.
Amat.reſol.74.n.9.10.17.Surd.dec.254.num.37. Gamm.
deciſ.luſit.51.num.8.Pereir.de empt.c.9. num.8.12. Bar-
boſ.axiom.89.n.11.Molin.de rit.nupt.lib.3.q.36.num.19.
Mena var.reſol.lib.2.q.21.n.27.Gratian.diſcept.586.nu.
43.44.

Digitized by Google

43.44.Caren.reſol.195.n.9.Altog.conſ.98.n.90. lib.1.& conſ.80.n.62.& conſ.89.n.67.li.2.Ambroſ.dec.7.n.14.p.1.
Caſtil.quotid.contr.c.12.n.42.lib.3.Rub.in Annot. ad Rot.
in rec.dec.632.ſub n.4.p.4.to.3.) quod non ſit habenda
62 ratio de diſpoſitione d.l.fin.C.de dot.promiſs.vtpotè penitus,& omninò ceſſante ex ſubſequuta deindè D. Annæ renunciatione de hæreditatibus, & bonis parentis
vtriuſque,ſtante præcedenti dotatione facta de ipſis bonis à patre,vti tradiderunt.Barboſ.in l.1.p.4.ſub n.154.
ff.de ſolut.matr.Ludouic.dec.Peruſ.21.n.32.33.p.1.Vrſil.
ad Afflict.dec.178.n.13.et dec.179.n.3.Maſtril.dec.186.
n.12.Paſchal.de patr.poteſt.p.2.c.6.ſub n.5.Gratian.diſcept.504.n.19.to.3.Fontanel.de pact.nupt.clauſ.5.gloſ.1.ſub
n.27.to.2.Pigant.ad Stat.Ferrar.lib.2.Rub.141.ſub n.27.
verſ.ſeptimo,ſi dote to.2.
63 Sed quod plus eſt obſeruandum propono, præfatum
l.fin.C.de dot.promiſs. ceù valdè duram, & rationi contrariam, nedùm fuiſſe ſublatam à Leone Imperatore in
Nouell.21.vti animaduertit Faebin.contr.iur.li.10.c.39.
verſ.ſed magis placet,to.1.
Verum etiam à Stat.noſtro Ferrariæ.
64 Quæ poſtrema theſis comprobatur ex ſancitis in eod.
Stat.Ferr.li.2.c.141.vbi ſtatuitur,quod filia,vel neptis,aut
quælibet alia fæmina deſcendens ſit contenta eo,quod pater
vel auus,aut quilibet alius aſcēdens ſibi dederit in dotē,vel
dare promiſerit,aut reliquerit;nec vltrà illud occaſione legitima,vel iuris debiti natura,etiā mortuo patre,vel aſcēdēte
ab inteſtato,poſsit fratres ſuos,vel alios deſcēdētes, aut etiā
aſcēdētes inquietare,nec de hæreditate patris aui,vel alterius aſcēdētis petere niſi,id,quod Pater,vel auus, aut alius
aſcendens dederit,aut dare promiſerit in vltima voluntate.
Vndè,cum ex iſta municipali ſanctione nequeat filia
dotata à patre petere aliquod vltrà de hęreditate ipſius
65 patris,aui,vel alterius aſcendentis,& ità etiā matris, vt
potè contentæ ſub illa dictione aſcendentis.Caphal.conſ.
53.n.64.lib.1.Palat.de Stat.n.147.149.Caſtr.conſ.91.n.3.
lib.2.Gratian.diſcept.15.n.4.to.1.& diſcept.428.n.3.4.to.
3.Barz.dec.97.n.6.Surd.conſ.402.n.11.vbi quod patet omnibus;& dec.9.ſub n.7. Bero.conſ.120.n.7. vol.2. confert
Merlin.de legit.lib.1.tit.2.q.12.n.1.& ſeqq. Michalor. de
fratrib.p.3.c.11.n.79.Barboſ. de appell. verb. iur. ſignific.
appell.27.n.1.Campeg. de dot. p.5.q.64. n.2. Rota in Rauen.hæred.21.Iun.1649.§.tū quia dictū Statutū cor.Roias.
Neceſſariò opus eſt,vt diſpoſitio d.l.fin.C.de dot.pro-
66 miſs.correcta dicatur,tanquàm ea,quæ ſolummodò locum habet,quando bona materna ſpectant ad filiam,vt
tradit Ludouic.dec.Peruſ.21.n.34.p.1.quia exindè oritur
ineuitabilis repugnantia vtriuſq;ſanctionis, ob quā certa,& neceſſaria derogandi, ac corrigendi voluntas in-
67 ducitur,iuncta poteſtate, de qua non dubitatur, iuxtà
veram,& receptam concluſionem, quod ius poſitiuum
contrario Statuto tolli, & abrogari poteſt.l.omnes populi.ff.de iuſt.& iure.Fachin.contr.iur.li.2.c.101.verſ.huc
accedat,& li.13.c.7.verſ.pungit hanc in fin.Rot.poſt Merl.
de legit.dec.167.n.6.& cor.Merl.dec.828.n.5.to.2.Rot.in
Rom.ſucceſs.14.Iun.1647.§.quia licet cor.Eminent. Card.
Iacobo Corrado Ferrarieſis,& in Aſtul.hæred.7.Iun.1649.
§.quoniā ſtāte cor.Reuerēd.Roias Archiepiſc.Taracon.poſt
Salg.in Labyr.credit.dec.84.n.5.ego ipſe in collucτ.2.n.55.
68 Et licèt Pigant.ad Stat.Ferrar.lib.2.d.c.141.n.17.Declaret,Statutariam illā conſtitutionem, vt népè deſcendentes, vel aſcendentes moleſtari nō poſſint occaſione
hæreditatis paternæ ſecus pro hæreditatis portione
maternæ;fretus tum auctoritate.Rimin.iun. conſ.662. n.
25.lib.6.tùm contextu illorum verborum, niſi id, quod
pater, vel auus,aut alius aſcendens dederit,retinendo, ſcilicet,idemmet thema aſcendentium maſculorum.
Nihilominus declaratio prædicta,ceù nullius ponderis eſt reſpuenda.
69 Non enim illam firmat Rimin.iun.in loco allegato, dū
non ponderatis,neq;conſideratis verbis illis vel alterius
aſcendentis,affert doctrinam generalem.Bald.in l. neque
mater pro filia n.6.C.de iur.dot.Iaſon.in l.quoniam nouella
C.de inoff.teſtam.Brun.in tract.quod ſtantibus,Maſcul.art.
8.q.16.n.59.& ſeqq.dicentium, quod Statutum exclu-
70 dens dotatā intelligitur tantū excludere ab hæreditate
dotantis,nō alterius;quā doctrinā tradidere poſtmodū
Hond.conſ.10.n.40.lib.1.Surd.conſ.355.n.48.plenè Merl.
de legit.lib.3.tit.1.q.17.Rota ibi poſt tract.dec.175.n.2.&
dec.179.n.10.et dec.202.n.9.et poſt Salgad.in Labyr.creditor.dec.50.n.10.et in rec.dec.247.n.6.7.et dec.321.n.1.
et ſeqq.p.5.et dec.60.n.19.et dec.165.n.48.p.7.et dec.20.
n.2.p.8.et poſt Fenzon.ad Stat.Vrb.dec.105.§.Statutum
enim ac alibi vt in Eugub. diuiſ.13. Maij 1658.§.pariter
fuiſſe verſ.licet enim cor.Beuilaqua.
Et ità Rimin. iun. loquitur in terminis vniuerſalibus
Statuti excluſiui ſimpliciter dotatam;nō autem in particularibus terminis Statuti excludentis dotatā ab hæ-
71 reditate quoq;alterius aſcendētis,quale eſt illud,de quo
tractamus,ſi eius dicta accipiātur,vt fieri debet, ſecundū
D. D.quos allegat,& iuxtà terminos auctoritatum adductarum.Surd.dec.59.n.7.Garon.var.reſol.c.2.n.105.&
infr.Maſsin.de confiſc.bonor.q.37.num.39.Rot.in rec.dec.
302.n.9.p.4.to.2.et dec.675.n.42.to.3.& dec.155.n.56.
p.6.et dec.81.n.4.p.7.& dec.45.n.22.27.p.8.
Et tantùm abſit, Rimin.iun. voluiſſe firmare dictam
declarationem, quod imò ab illius dictis contrariū de-
72 prehenditur,non ſolùm, quia ad alia fundamenta ipſemet auctor confugit; vt in ſimilibus conſiderauit alias
Pigāt.ad ſtat.Ferr.li.2.Rub.13.ſub n.24.verſ.& rursùs ibi
itàvt ipſe in caſu ſuo ad alia confugerit fundamēta to.1.ſed
73 etiam quoniam,dum nititur generali allatæ concluſioni,cenſetur admittere etiam declarationes,quibus eam
modificari tradunt D.D. inter quas binæ inſeruiunt
punctualibus noſtris terminis.
74 Altera eſt,quod Stat.Ferr.in d.c.141.procedit in parte dotationis duntaxat per dictiones alternatiuas, ibi
quod pater vel auus,aut quilibet alius aſcendens ſibi dederit in dotem:in parte verò excluſionis procedit per verba coniūctiua ibi nec de hæreditate patris,aui vel alterius
ſpetiale mandatum deſideraretur, & foret neceſſarium. *Lancel.de attent.p.1.cap.1. num.46. Borel. in ſumm.deciſ. d.tit.66.num.239. Surd.dec.159. num.15.16. Leoncil.dec. 46.num.17. mel.d.alleg.27.num.55.Poſt de manut.obſer. 55.num.138.Pigant. ad Stat.Ferrar.lib.2. Rub.39.nu.18. in fin.tom.1. Gratian. diſcept.704.num.25.et diſcept.926. num.19. Ego ipſe in collect.4. numer.35.vbi concordantes adduxi.Beltram.ad Greg.dec.295.num.6. Rot. coram eod. Gregor.dec.525.num.5.coram Merlin.d.dec.577. num.13. coram Buratt.dec.301.num.8.in rec.dec.103.num.13.p.5. dec.194.num.13.p.6.in Roman. manut. domor. de Cecchinis.14.Iun.1647. §. quo verò ad aliam, verſ. & tandem certum eſt,coram Eminentiſs. Otthobon. nunc in eius impreſs.dec.116.num.21.in Roman. ſeù Ianuen. locor. mont. 1.Iul.1648.§.ſecunda cor.Cerro, & in Farſen. bonor.27. Nouembr.eiuſd.anni. §. mandatum enim verſ. quæ tollit, cor.eod.*

29 Conſtat de ratificatione ex eo, quod Bettetus accepit poſſeſſionem bonorum à Lucia in permutationem datorum,fructuſque eorum, donec degit in humanis, percepit; & vlterius permiſit, quod Lucia poſsideret bona ſimiliter in permutationem ipſi à Cangelono nomine eiuſdem Betteti data,ab illiſque fructus recolligeret,eo præciſo modo, quo fuerat conuentum inter ipſam Luciam,& Cangelonum.

Quo ſit,vt ratificatio permutationis clariſsimè appa-
30 reat,ſicuti in terminis conſimilibus (iam,quod in deciſionibus cauſarum, vbi non reperitur quid certum, & determinatum proceditur de ſimilibus ad ſimilia. *l.non poſſunt.ff.de l.l.Thomat.dec.2.num.16.tom.1.*) de reci-
31 piente pretium rei venditæ,quod venditionem approbet,dixerunt. *Crauet.conſil.159.num.5.Cephal. conſil.51. num.15.Menoch.conſ.98.num.43.Surd.dec.229.numer.4.*
32 De recipiente cenſum promiſsum, quod conuentionem,& contractum ratificet,tradiderunt. *Natta conſil. 341.numer.4.lib.2.Bero.conſ.187.num.3. vol.1. Menoch. de recup.poſſeſs.remed.15.num.121.Surd. d.dec.229.ſub num.4.verſ.idem in eo,& conſil.576.nu.24.25. Thomat. dec.159.tom.2.Rot.in rec.dec.131.ſub num.2.p.3. & dec. 139.n.7.p.4.tom.2.*
33 Et punctualiter de recipiente poſseſsionem, & colligente fructus bonorum in contractu deductorum,quod ipſum contractum habeat ratum docuerunt. *Honded. conſil.42.num.53.lib.2.Cyriac.contr.278.numer.63.tom. 2.Rot.coram Caualer.dec.26. numer.5. & poſt Zacch. de oblig.Camer.dec.81.num.3.& in rec.dec.382.num.2.p.3. alias in poſth.Farinac.p.1.* Et in indiuiduo permutationis *cor.Comitol.dec.21.n.8.*

Accedit depoſitio duorum teſtium dicentium, Bettetum approbauiſse,& ratificauiſſe permutationem bonorum,de quibus agitur initam à Cangelono, cum bonis Luciæ rex conuentæ: vnde circa hoc ceſsat omnis
34 hæſitatio, cum in quolibet negotio duo teſtes ſufficiant. *c.in omni de teſtibus.l.vbi numerus.ff.eod.Mancin.de confeſs.cap.1.num.79.Poſt.reſol.10.nu.5. Rot. penes eund. Poſt.de manut.dec.312.num.14.& dec.529.num.9.& in rec.dec.696.num.2.p.4.tom.3.& dec.138.num.10. par.6. & dec.258.num.5.& dec.283.num.3.p.7.& dec.187.nu. 6.p.8.*
35 Et propinquius accedendo, quod quilibet contractus,& quod libet pactum,quod conſenſu contrahitur, ita poſsit probari per teſtes, ſicut per inſtrumenta, habetur *in l.in exercendis.C.de fid.inſtr. & in c.cum Ioannes eod.tit.Decian.reſponſ.64.numer.6. & ſeqq.lib.3. Afflict. dec.398.num.2.Rot.in rec. dec.113.num.14.p.4.* qui qui-
36 dem teſtes ſemper præſumuntur conteſtes,donec contrarium probetur. *Alex.conſil.156.num.16.lib.5. Crauet. conſ.78.num.10.Cancer.var.reſol.p.1. cap.20. numer.69. Farinac.de teſtib.q.64.num.317.Maſcard. de probat. concl.1215.num.18.tom.3.Rot.in diu.dec.191.num.4.& dec. 196.num.1.p.1.& in rec.dec 443.num.3.p.4.to.2. & dec. 153.num.9.p.7.& dec.263.num.10.& deciſ.267. num.4. p.8.& poſt Zacch.de oblig.Camer.dec.223.num.3.* Quini-
37 mò omnis eſt facienda interpretatio, vt ſint tales, & eorum ſingularitas excludatur. *Bal.in l.de quib. n.38. ff.*

de l.

Digitized by Google

de l.l.Farinac.d.q.64.n.322.& ſeq.vbi,quod eſt veriſsima concluſio.

38 Neque obſtat,ratificationem non induci,neque officere,niſi probata ſit in Betteto ratificante ſcientia actus ratificandi,& omnium illius qualitatum. *Natta conſil. 162.num.32.33. Sperell. qui pro omnibus ſufficiat in deciſ. 172.num.16.& ſeqq.tom.2.Poſt.reſol.141.numer.86.87. Rota apud Merlin.de pign.& hypoth.dec.76.num.6.repetita penes Poſt.de ſubhaſt.in Addit. dec.185.num.5.& poſt Zaceh.de oblig.Camer.dec.168.num.7.coram Mantic.dec. 13.num.14.coram Andrea dec.51.num.12.& coram Gregor.dec.211.num.15.& coram Duran.dec.459.num.9.& coram Buratt.dec.136.num.5.& coram Merlin. dec.384. num.1.tom.1.& dec.615. num.5. to.2. & coram Caualer. dec.612.num.28.& coram Pegn.dec.1240. num.9.& ibi Add.litt.F, tom.2.& in rec.dec.363.p.3.& dec.109.n.2. & dec.268.num.2.& dec.632.num.4.p.4.& dec.194.n. 14.p.6.& dec.153.num.14.p.8.& in Sanonen. cantor.22. Iun.1644.§.inducta verò ratificatio,verſ.vltra quod,& in Licien.bonor.15.Ian.1652.§.minuſque obſtare, verſ. quia cum non probetur cor.Otthobon.*

39 Ità & taliter,quod ſi ageretur de ratificando contractum nullum, opus eſset ad inducendam ratificationem,quod in approbante, & ratificante adeſset ſcientia plena nullitatis,non ſolum facti,ſed etiam iuris; ad *tex.in l.fin. ff. ad S. C. maced. Alex. in l.ſi filius,in fin. ff.ſi cert.pet. Donell.comment.iur.lib.12.cap.28.verſ.niſi in facto errauerit.Gabr.conſil.36.ſub num.59. in fin. & numer. 60.lib.1.& conſil.62.num.27.lib.2. Gratian. diſcept.429. n.n.29.30.Sperell.d.dec.172.num.18.Rot.in rec. dec.280. num.9.10.& dec.535.num.12.13.par.1. & coram Greg. dec.260.num.15.& ibi Addit.num.22. & coram Buratt. dec.410.num.11.& in Ancon.cenſ.19. Iun.1648.§. optimè enim coram Peutinger. nunc in impreſs. apud Poſt. de ſubhaſt.dec.244.num.2.& in Roman.pecun.28.Ian.1650. §.nec iterum viſum fuit.coram Cardin.Otthobon. modò inter eius impreſs.dec.204.n.5.*

40 Quia cum conſenſus Betteti pro dicta permutatione iam ex ſuperius traditis deducatur, & ille ſit ſufficiens ad inducendam ratificationem. *Rot.apud Cęſar.de Graſs. dec.3.num.14.tit.de fideiuſs. & penes Creſcent. dec.1. tit. de procur. & coram Caualer. dec.642. numer.7.* Tollitur conſequenter obiectum ex eo,quod oportet in eodem Betteto adfuiſse ſcientiam, quæ neceſsario debet præ-
41 cedere conſenſum. *l.2.ff.de iudic.Rot.in rec. dec.116. nu. 19.p.7.*

42 Vltra quam quod,licet ſcientia non præſumatur, & ſit probanda ab eo,qui in illa ſe fundat. *l. verius. ff. de probat.l.1.§.ſciam.ff.de trib.act. Garz. de nobil. gloſ.4. ex num.19. Maſcard.de probat.concl.879.num.1.tom.2. Sperel.dec.48.num.22.p.1.Gratian.diſcept.577.num.3.& diſcept.758.num 9. Amonel.de temp.legal.lib.4.cap.23.ſub num.4.Rota in rec.dec.103.num.23.24.p.5.& dec.130. num.25.p.6.& dec.151.numer.5. p.8. et in montis Faliſc. ſupplem.legit.3.Iul.1645.§.fin.verſ.dum ex aduerſo, cor. Eminentiſs.Otthobon.nunc in eius impreſs.dec.51.nu.7. et poſt Merlin.de legit.dec.30.n.2.*

43 Attamen, ſcientiam regulariter præſumptionibus probati,docuerunt. *Nicolius in Lucubr.iur.Canon.lib.2. tit.20.num.43.§.3.tom.2. Menoch. conſ.87. num.56. Cephal.conſ.314.num.15.Surd.conſ.19.num.36.et conſil.69. num.28.& conſil.88.num.11.lib.1.Sperell dec.115.num. 10.tom.2.Gratian.diſcept.118.num.13.tom.1. & diſcept. 433.num.77.et diſcept.510.num.17.tom.3.Poſt.reſol.54. num.34.et reſ.71.num.11.Rot.in rec. dec.428. num.13. p. 4.tom.2.et dec.153.num.15.p.8.et coram Buratt.dec.658. num.4.et coram Coccin.dec.76. num.8. et coram Seraphin. dec.1459.num.12.et in Piſauren.pecun.15.Ian.1652.§.in præſenti vero,verſ. ex quibus coniecturis cor. Otthob. nunc inter eius impreſs.dec.269.n.11.12.*

Et præſumptiones in præſenti non deficere patet.

Tùm, quia Bettetus multoties mentionem fecit de iſta permutatione facta ſuo nomine a Cangelono cum Lucia: conſequenter, ipſum habuiſse ſcientiam illius eſt dicendum ex illa doctrina, quod qui facit mentio-
44 nem de re aliqua,cenſetur ſcire contenta in eadem re, per eum memorata,vt exemplificando tradunt *D.D. in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de verbor. obligat. Caſtr. conſ. 59.dub.3.lib.1. Alex.conſil.39.num.6.lib.2.& conſil.113. num.22.lib.6 Crauet.conſil.193.ſub num.7. verſic. idem ſi probaretur lib.1. Cephal. conſil.430. numer.55. Menoch. conſil.73.num.23.Becc.conſil.108.num.22.Burſatt.conſil. 64.num.35.Surd.conſil.88.num.12.lib.1.& conſ.413.nu. 20.lib.3.*

45 Tùm, quia Bettetus ſemper poſt permutationem poſsedit bona Luciæ,& permiſit, Luciam poſsidere è conuerſo ſua bona in ipſa permutatione contenta: numquam ob poſseſsionem eiuſdem Luciæ reclamauit; fructuum recollectionem Luciæ non impediuit;& hinc indè omnia neceſsaria ad culturam bonorum ipſorum quietè & pacificè fuerunt geſta: ex quibus omnibus,vtpotè iteratis temporibus, & pluries ſaltem per modum continuationis emiſsis, reſultat euidentiſsima ſcientia permutationis præfatæ,ſecundum ea, quæ ge-
46 neraliter dicuntur, quod ex actibus ſucceſsiuis, & multiplicatis ſcientia deducitur. *Beninteud. dec.70.num. 18.Rota in diu.dec.166 num.4.p.1.et in rec.dec.225.nu.4. p.5.et dec.194.num.15.p.6.et coram Gregor. dec.325. nu. 22.et coram Seraph.dec.306.num.7.et coram Buratt. dec. 222.num.7.& dec.604.num.8.& cor. Andrea dec.54.ſub num.15.verſ.quemadmodum præſumitur, & coram Merlin.dec.577.num.14. tom.2. & in Cracouien. iuris reſpondend.28.Iun.1651.§.neque deeſt cor.Bichio.*

47 Tùm, quia Bettetus degebat in loco ipſo,in quo fuit facta dicta permutatio, & ſucceſsiuè præſumitur ſciuiſse actum pro eo in dicto loco geſtum;ad *Bart.in l. is poteſt.col.5.verſ.quamquam ille de acq.hæredit. Sperell. dec. 172.numer.63. tom.2. Rota apud Put. deciſ.27. numer.2. lib.1.*

Tùm,quia conſtat in proceſsu de publica fama huiu-
48 ſce permutationis, deponunt enim teſtes ſe publice audiuiſse illam fuiſse factam; quæ depoſitio vbi ciuiliter agitur eſt ſufficiens ad famæ probationem. *Bal.in c. præterea num.10.de teſtib.nouiſsimè Nicol.in Lucubr. iur. canon.lib.2.tit.20.num.24.tom.2. ſequitur paſsim. S. Rot. Audit.vt per Rub.in ſing.Rot.Roman p 2.verb.fama.§.2. tom.2.& habetur ab ipſa Rota coram Veral.dec.289. p.3. et coram Caſsador.dec.3.num.4. tit. de probat.& in rec. dec.137.n.5.p.4.to.2.et dec.424.n.10.& dec.430. nu.32. 33.p.5.to.2.et dec.191.n.20.p.6.et cor. Andrea dec.45.nu. 6. et cor. Greg. dec.273.nu.2.et ibi Beltramin.n.10. et cor. Caualer.dec.234.num.2.et in Toletan.decimar.de Capilla 2.Martij.1648.§.teſtes verò,vbi concordan.coram Veroſp.*

49 Indè ſuccedit, quod Bettetus non cenſetur ignorare dictam permutationem, ſicuti nemo præſumitur ignorare id,de quo fama publica exiſtit. *D.D. in l. ſi tutor petitus.C.de petit.tutor.Bart.in l.is poteſt.ff. de acq.hæred.et in l.ſi cui.§.iiſdem.ff.de accuſat.Sperel.dec.115.numer.12. tom.2.*

Tùm tandem, ne blaterantes in re certiſsima diudicemur, quia habetur in actis probatio confeſsionis extraiudicialis Betteti fatentis, ſe dicta bonorum permutatione ſcientiam habuiſse.

50 Quæ probatio,quemadmodum à duobus teſtibus de loco,& verbis, ſaltè in ſubſtantia, ac tēpore conteſtibus exhibetur. *Paris.conſil.60.num.45.lib.4.Maſcard.de probat.concl.379.num.1.Poſt.reſol.52.num.5.7. Rubeus iun. in reſol.*

Digitized by Google

in reſol.practic.c.23.num.83.Maſſin.de confiſc. q.38. num.
23.Rot.in rec.dec.700.num.33.34.p.2. & dec.113. num.
2.p.3.& dec.187.num.15.& dec.264.nu.43.p.5.& deciſ.
214.num.12.& dec.244.num.15.p.6. & coram Canaler.
dec.492.num.6.& coram Buratt.dec.113.num.35.& dec.
458.nu.5.& 8.& in Ancon.bonor.13.Ian.1645.§. quoad
ſcuta,verſic.& licet teſtes,coram Meltio,eſt deciſ.90.num.
9.poſt Merlin.de pign.& hypoth. & cor. Merlin. dec.340.
num.7.& in Roman.pecun.9.Iun.1656.§.quæ ſanè, coram
Veroſp.

51 Ità operatur,vt omnis anſa dubitandi circa dictam
ſcientiam arceatur;vt in puncto concludunt Natta conſil.231.ante num.2.Surd.conſil.88.n.13.

52 Etenim non eſt hæſitandum, quin huiuſmodi confeſſio extraiuditialis de æquitate canonica plenè probet.Gratian.diſcept.144.num.59.Poſt.d. reſol.52. num.4.
Thomat.dec.45.num.3. tom.1.nouiſſimè Nicol. in lucubr.
ad Inſt.ciuil.lib.3.tit.24.num.84.verſic. de confeſſione extraiuditiali tom.1.& in Lucubr.iur.canon.lib.2.tit.20.nu.
13.tom.2.Rota in rec.dec.460.num.2.p.3.& dec.113.nu.
9.p.5.& dec.214.num.10.& dec.218.num.5.p.6.& dec.
207.num.8.p.7.& poſt Merlin.de pign.& hypoth. d. deciſ.
90.num.8.& coram Coccin.dec.170. numer.10.& coram
Buratt.dec.228.num.5.& dec.233.num.8.& dec.317.n.
6.& ibi Ferentil.num.9.& dec.792.num.9.& coram Duran.dec.188.nu.1.& in Carpentorat. hæredit.5. Iun.1648.
§.ſecundo quia,verſic.æquitas namque,coram Bichio,& in
Roman. pecun.9. Iun.1656. §. 1.coram Veroſp. cum alijs
apud Rubeum ſen.in ſing.Rot.Roman. p.2. verb. confeſſio.
§.2.tom.2.& per Rubeum iunior.in practic.reſol.circa teſtam.c.22.n.55.& per tot.ac in c.23. vbi materia plenisſimè diſcutitur.

53 Illud tamen obſeruando, quod talis confeſſio, non
ſit facta incidenter,& propter aliud, nam ſi hoc modo
fuiſſet emiſſa,non probaret,nequè noceret etiam de iure canonico.Poſt.d.reſol.52.num.18.& ſeqq. Surd. deciſ.
250.ſub num.6.& ibi Add.& dec.309.numer.6. Gratian.
diſcept.151.à num.16.latè Rubeus iun.d.c.23.num.84. &
ſeqq.Rot.coram Pegn.dec.332.numer.9.in impreſs. Venet.
aliàs dec.430.ſub num.5.verſic.conſiderabatur etiam tom.
1.ex typo Lugdun.& in antiq.dec.18.numer.3.tit. de probat.& in diuerſ.dec.724.ſub num.4.p.4.et in rec.dec.127.
ſub n.10.p.1.

Poſtremò non officiunt relictis alijs, quæ ad ſuperiora poſſent afferri,exceptiones contra perſonas teſtium
examinatorum coaceruatæ,iam quod examinis eorum
validitas non impugnatur, quod nec etiam fieri poſſet,
54 cum fuerint recepti, & examinati parte citata, vt eſt
opus.l.ſi quando C.de teſtibus c.in nomine extr. eod. Calà.
de modo articul.gloſ.3.§.1.num.61.Farinac.de teſtibus, q.
72.num.1.et num.75.Ridolphin.in prax.p.1.cap.11.num.
35.Vbert.de modo citand.in Roman.Cur.p.2.form.14.verſic.fit hæc citatio.Scacc.de iudic. lib.2.cap.8.numer.17. &
ſeqq.Nicol.in Lucubr.iur.canon.lib.2.tit.20. num.1. tom.
2.Pigant.ad Stat.Ferrar.lib.2. Rub.16. num.104. et Rub.
51.ſub num.1.verſic.ſimiliter quia tom.1. Poſt. de manut.
obſ.84.num.15.Rot.in rec.dec.128.num.1.& dec.254. n.
2.par.1.et dec.764.num.5.p.3.et dec.382.num.4.par.4.et
dec.399.num.1.ead.p.4.tom.2.et dec.310.num.13.p.5. et
dec.343.num.15.p.6.et dec.18.num.14.p.7.et dec.187. n.
5.par.8.et coram Coccin.dec.182.num.1.et coram Buratt.
dec.169.num.9.et coram Duran.dec.71. num.3. et coram
Gregor.dec.268.num.2.et coram Merlin.dec.676. num.6.
tom.2.et in Roſſan.Paroch.14.Iun.1645.§.iniuſtitia vero,
coram Otthobon.nunc inter eius impreſs.dec.41.num.11.et
coram Pegn.dec.193.numer.19.et dec.411. num.2.et ibi
Add.tom.1.et dec.1156.num.10. tom.2. Et quidem ſpecifica,ac indiuidua citatione ad videndum ipſos teſtes
iurare,vti requiritur, adeovt citatio generalis non ſufficiat.Ridolphin.in prax.p.1.d.cap.11.num.36.et ſeqq.vbi
ſeptem affert declarationes.Poſt.d.obſ.84.nu.20. Nicol. d.
tit.20.n.2.in fin.Rot.cor.Buratt.dec.324.n.5.et cor. Greg.
d.dec.268.n.3.et ibi Add.n.12.

55 Cum ſucceſſiuo iuramento eorundem teſtium eadie,& hora,pro quibus pars fuit,vt ſupra citata.Veſtr.in
pract.lib.6.c.2.num.16.Scacc.de iudic.lib.2.d.c.8.num.26.
Poſt.d.obſ.84.num.24.et ſupponitur in omnibus Rot.deciſ.
56 ſuper allegat. Quod iuramentum eſse neceſſarium in
teſtibus,nullus eſt,qui dubitet.l.iuriſiurandi. C.de teſtibus c.hortamur 3.q.9.Scacc.d.cap.8.num.400.et ſeqq.Pigant.ad Stat.Ferrar.lib.2.Rub.49.ſub num.1. Poſt. d. obſ.
84.num.3.4.Rot.in rec.dec.18. num.13. p.7. Et certè in
57 omnibus cauſis, etiam in quibus proceditur ſummariè
ſine figura iuditij,& ſola veritate inſpecta. Veſtr. d. c.2.
ſub num.6.Menoch.de arbitr.lib.1.q.26. num.2. Maſcard.
de probat.1362.num.5.tom.3.Scacc.de iudic. lib.2. d. c.8.
num.422.et ſeqq.Poſt.d.obſ.84.num.5.18.

58 Et idem iuramentum, ſicuti debet deferri teſtibus
tempore iuridico,& non feriato: vt latè per Scacc. d.c.
8.num.456.et ſeqq.Ianfr.in prax.§. teſtium depoſitiones n.
15.et ibi Add.Ridolph.d.c.11. ſub num.46. vbi concordan.
Poſt.d.obſ.84.ſub num.24.verſic. vel in die feſtiuo. Farinac.de teſtib.q.80.numer.55. Pigant.ad Stat.Ferrar.lib.2.
Rub.51.num.1.tom.1. Rota coram Seraph. dec.857. nu.9.
59 27.et in rec.dec.365.num.3.verſic. quarto quia par.3. Ità
debet præſtari ab ipſis teſtibus, tactis ſcripturis. Farinac.de teſtib.q.74.num.22. plenè Scacc. d. cap.8.à numer.
619.ad 640.Ridolph.in prax.p.1.d.cap.11.numer.87.Rot.
apud Cæſ.de Graſ. dec.13.num.6.15.tit.de teſtibus, et cor.
Pegn.dec.697.n.7.tom.1.et cor.Comitol.dec.108. n.15. et
in diu.dec.556.ante num.2.p.4. et apud Rubeum in ſingul.
eiuſd.Rot.Roman.p.2.verb.teſtis.§.1.tom.2.

60 In tantum,vt notarium dicere teſtis iuratus,non ſufficiat.Scacc.in ſæpè alleg.c.8.num.614.et ſeqq.Ridolph. d.
cap.11.num.89.Pigant.ad d.Rub.49.nu.3. Poſt. d. obſ.84.
num.63.Rota in rec.dec.784.num.1.p.1.et dec.633. nu.4.
p.2.et dec.406.num.3.4.et ſeqq.par.5. et dec.277. num.1.
iuncto num.3.p.6.et coram Caualer.dec.322. numer.3. &
dec.415.num.3.& coram Buratt.dec.148.n.2.& ibi Add.
litt.A, & coram Gregor.dec.39.num.3.& ibi Add.num.
4.& dec.368.num.5.et coram Coccin.dec.182. num.4. &
coram Merlin. dec.486. num.3. et ſeqq. tom.1. etiam ad-
61 dendo tactis ſcripturis; nàm tunc nec etiam ſufficiens
iuramenti probatio habetur.Beltram.ad Greg.dec.39.n.
5.Rota in rec.dec.393.ſub num.8.verſ. etiam ſi dicat, &
dec.704.num.8.p.1.et dec.406.num.8.p.6.et coram Cancler.dec.322.numer.3. et coram Merlin. d. dec.486. numero 8.

62 Niſi concurrentibus coniecturis, ob quas ab hoc receditur.Pigant.ad d.Rub.49. num.4. Gratian. diſcept.60.
num.14.Add.ad Greg.dec.39.num.8. Rota in rec.d. deciſ.
704.p.1.et dec.406.num.11.par.6.et coram Seraphin.dec.
857.numer.25.et coram Caualer.dec.322.num.4.et coram
Buratt.dec.148.ſub num.2.et ſeqq.et coram Merlin.d.dec.
486.n.12.

63 Aut niſi Notarius dicat, teſtis iurauit in forma, &c.
Pigant.ad Stat.Ferrar.lib.2.d.Rub.49. ſub num.3. verſic.
ſecus ſi Poſt.d.obſ.84.num.66. ex Ferentill.ad Buratt. dec.
148.n.12.

64 Vel,cum iuramento examinatus, &c. Pigant. ad d.
Rub.49.ſub eod.num.3.in fin.Rota in rec. d. deciſ.406. ſub
num.11.verſic.hic autem, et numer. ſeq. par.6. et coram
Merlin. dec.486.ſub num.12.verſic.hic autem ex pluribus
tom.1.

65 Vel qui iurauit dicere veritatem.Rot. cor. Caualer. d.
dec.322. ſub n.4.

66 Vel, & ſuo iuramento teſtificando, dixit Rot.in rec.
dec.393.n.13.p.1.et dec.277.n.3.6.p.7.

67 Vel

Digitized by Google

67 Vel per iuramentum, quod præſtitit. Rot.cor.Caualer.
d.dec.322.n.4.in fin.

68 Vel aliquo alio modo, quo deprehendi poſſit, teſtem
reuera coram notario iuraſſe, etiamſi deficeret illud
verbum tactis, &c. Ridolph. omnia prædicta exempla re-
ferens, in prax.p.1.d.c.11.n.90.latè Poſt. de manut. d. ob-
ſer.84.à n.66.ad 71.Rota cor.Seraph.dec.857.ſub n.25.et
cor. Merlin.dec.486.n.12.& in rec.d.dec.406.n.11.p.6.et
d.dec.277.n.5.p.7.

Quidue contineri debeat in huiuſmodi teſtium iura-
mento edocet, poſt gloſ. in c. fraternitatis de teſtib. no-
uiſſimè Nicolius in lucubr.iur.canon.lib.2.tit.20. num.25.
tom.2.

69 Fuerintque teſtes huiuſce cauſæ examinati cum in-
terrogatorijs partis aduerſæ, vt opus erat, cum pars de-
derit illa in actis cum proteſtatione, ne teſtes examina-
rentur ſine ipſis. Boccac.de remiſs.c.9.n.27.Ridolph. d. c.
11.n.103.Beltramin.ad Greg.dec.331.ſub num.22.verſic.
quando non eſt.Ferentil.ad Buratt.dec.100.n.26. Fenzon.
ad Stat.Vrb.lib.1.c.74.n.13.14. Poſt.de manut. obſ.91. n.
24. Qua proteſtatione præfiſſa examen ſine interroga-
70 torijs, etiam productis in actis, fuiſſet validum. Dec.
reſp.51.num.122.lib.2.Beltramin.ad d.dec.331. num.22.
Ferentil.ad d.dec.100.num.25.26.Ridolph.d.c.11.nu.98.
71 & ſeq. Adhibita tamen repetitione poſtmodum ipſo-
rum teſtium. Farinac.de teſtib.q.73.num.6. Beltramin. ad
alleg.dec.331.ſub num.22.verſ.ſed tamen teſtes. Ferentil.
ad d.dec.100.num.27.Ridolphin.d.cap.11. num.99. & ſeq.
Vbi tradit cuius expenſis veniat hęc repetitio facienda.
Rubeus in ſing.Rot.Roman.par.2.verb.teſtis. §.16. tom.2.
Fenzon. ad d.cap.74.num.12.15.Poſt.de manut.d. obſ.91.
n.22.25.

72 Ac deniquè fuerint ipſimet teſtes examinati à Iudi-
ce, vt eſt neceſſe. Bart.in l. admonendi num.42. & ibi Ia-
ſon.num.208.& ſeqq.Ripa num.189.ff. de iur. iuran. Ro-
land.conſil.94.num.36.lib.2.ſtiatic.in pract.c.16.num.4.et
ſeqq.Veſtr.in pract.lib.6.c.2.num.11.& ibi Grauat. n.47.
49.Menoch.de recup.poſseſs.remed.15.n.344.& ſeq. Fa-
rinac.de teſtib.quæſt.77. numer.175.Pigant. ad Stat. Fer.
rar. lib. 2. Rubric.49. ſub numero 2. verſic. ego cuperem.
tom.1.

73 Niſi adſit Iudicis commiſſio facta notario de teſti-
bus examinandis, nàm tunc notarius poterit illos exa-
minare.c.1.vbi Canoniſtæ omnes de teſtib.ſtiatic.d.cap.16.
num.16.Veſtr.d.cap.2.num.15.Viu.opin.927. Menoch. d.
remed.15.num.350.Farinac.de teſtib.d.q.77.num.178.&
ſeq. Vbi, quod eſt opinio magis communiter à D.D. re-
cepta, & in praxi vbiquè locorum ſeruata. Latè Ridolph.
in prax.p.1.c.11.num.24.& ſeqq.Fenzon.ad Stat.Vrb. li.
1.cap.71.num.22.Beltramin.ad Gregor.deciſ.368. num.9.
Pigant.ad d.Rub.49. ſub num.2. verſic. commiſſione; cui
74 notario erit credendum de tali commiſsione. Aſin.in
prax.§. 22.cap.16.limit.3.num.1.3.Menoch.præſ.79. n.1.
& ſeqq.lib.2.Farinac.d.q.77.num.186.& ſeq.Fenzon. ad
75 d.c.71.num.27.Ridolph.d.c.11. num.31. dummodò ipſe
notarius id atteſtetur per actum de præſenti, ſecus ſi
per actum de præterito. Ad Salluſt.in pract.lib.3.cap.7.
num.38.verſ.& ſi ſecus. Afflict.dec.317.n.3.4. Ridolph.
d.c.11.n.32.

76 Vel, niſi ſimus in loco, in quo adſit Stat. prout Ferrar.
in lib.2.Rub.52.permittens, teſtes poſse coram notarijs
cauſarum iuramenta ſuſcipere, & dicta ſua deponere,
Iudicis abſentia non obſtante: & notat Pigant.ad d.Rub.
49.n.2.

Non officiunt, inquam, exceptiones contra perſonas
77 eorundem teſtium propoſitæ, vtpotè irreleuantes, ac
ideò non attendendæ. Rota in Firman.codicillor.25.May
1648.§.fin.cor.Eminentiſs.Otthobon. nunc in eius impreſs.
dec.145.n.3.8.

78 Obiecta etenim paupertas non ità operatur, vt ipſi
teſtes deſinant eſſe integræ fidei, dum alias ſint honeſti
nominis, & vitæ c.ſi qui vbi Felyn, nu.8. de teſtib. Cephal.
conſil.227.ſub num.66.Ruyn.conſ.158.num.27. verſ. hoc
tamen vol.5.Natta conſ.666. numer.1.lib.4. Maſcard. de
probat.concl.1155.num.24.tom.3.Farinac.de teſtib.q.57.
num.75.vſquè ad nu.82.vbi rationes, iura, & authoritates
ſcribentium latiſſimè affert, et eſt videndus Leonc.de priuil.
paup p.2 priu.394.per tot.vbi plenè.Rot. in rec.dec.444.n.
1.2.p.1.& poſt li.2.conſ.Farin.dec.83.n.3.& apud Caſ.de
Graſs.dec.9.num.5.tit.de teſtib.& coram Buratt. dec.553.
num.11.& dec.725.numer.12.& in Firman.codicillor.28.
Iun.1645.§.nec.ſubſiſtit.verſic.ideò paupertas, & 13. No-
uembr.eiuſd.anni 1645.§.minuſque paupertas, cor. Ghiſi-
lerio Epiſcop.Terracinenſi.

79 Præter quam quod paupertatis exceptio non ſufficit
ad repellendum teſtem, niſi aliundè conſtet, eum eſſe
ſuſpectum. Dec.conſ.163.num.4.verſic.ſed ad iſta.Crauet.
conſil.249.num.11.Bertaz.conſil.68. ſub num.6. Menoch.
de arbitr.caſ.65.ſub num.12.& caſ.96.num.2. Mantic. de
coniect.lib.2.tit.10.num.8.Honded.conſil.77. num.40.lib.
1.Farin.d.q.57.num.8.vbi concordan.& teſtatur de magis
recepta opinione, & n.n.ſeqq.vbi rationes, & iura deducit
Leoncil.d.priuil.394.à num.5.ad 10.Rota cor.Seraph.dec
1279.n.4.to.2.& cor.Buratt.dec.349.n.1.& in recent.de
ciſ.274.n.13.p.4.tom.2.ac alibi.

80 Et oppoſita exceptio familiaritatis ſimiliter non re-
pellit regulariter teſtem: vt aduertit Farinac. de teſtib.
q.55.ſub num.130.verſic.& propterea ad Rot. cor. Cæſar.
de Graſs.dec.73.num.1.& dec.82.num.1. ac in omnem
81 caſum non conſtat, quod teſtes fuerint familiares de
tempore examinis, vt eſt neceſſe, ad hoc, vt non atten-
dantur. Bal.in l.etiam num.4.C.de teſtib.Felyn.in c. in lit-
teris num.10.in fin.eod.tit.Rot.in rec.d. dec.274. num.12.
82 p.4.tom.2. Vti etiam dicimus de famulis, qui non repel-
luntur à teſtificando, quando tempore ferendi teſtimo-
nij non ſunt tales. Gabr.comm.concl.tit.de teſtib.concl.10.
num.9.Maſcard.de probat.concl.758.num.3. Farin. de te-
ſtib.q.55.num.145.vbi concordan.Rot.cor.Burat.dec.349.
n.6.tom.1.

Quo circa, conſtare de permutatione bonorum
controuerſa, & ſucceſſiuè, Luciam fore à petitis ab-
ſoluendam, ſententiaui de anno 1653. 18. Aprilis in
actis D. Iacobi Pienorij; tempore, quo explebam Gu-
bernium Cintellæ in Romandiola: quam terram, vt-
83 potè montoſam, & ſubterraneis cauitatibus occul-
tis abbundantem, terræmotus ingens Sub die 22.
Martij in meridie anni 1661. omninò proſtrauit; &
84 loca propinquiora penitus quaſſauit: de cuius rei
argumento, præter generaliora, quæ haben-
tur apud Plutarch. de placit. Philoſ. capit.
15.Senec. natur. q. q. libr.6. cap.4. Plin.
lib.2. capit.79. Ariſtot. in Meteor.
& ibid. Cottun.Lection.27.tit.
à quonam, & quomodo
terræmotus fiat.
Greg.Zuccol.
in pecu-
liar.
tract.de terræmot. relatio impreſsa
circumfertur, quę ceù ærum-
nis immanibus referta,
omnium animos
miſerationis
affectu,
&
pietatis ſollecitudine
vehementer af-
flictat.

COL-

COLLVCTATIO XXX.

ARGVMENTVM.

Quantitatem crediti leuioribus probationibus, & ſolo creditoris iuramento, vbi de credito conſtat in genere, deduci oſtenditur. Soluens pro alio, an, & quando actionem acquirat contra illum, pro quo ſoluit latiſsimè cum plurium caſuum diſtinctione tractatur. Cenſus redemptio, quando permittatur inuito venditore. Ceſſionis vires aliquantiſper examinantur.

SVMMARIVM.

1 *Quantitas crediti, vbi de illo conſtat in genere, iuſtificatur leuiori probationum ſpetie; quinimò ſolo iuramento creditoris n.2.*

3 *Negotium alienum nemo præſumitur gerere.*

4 *Negotium alienum vtiliter gerere poteſt quilibet tertius extraneus, & pro alio etiam inuito, & ignorante ſoluere ipſumque à debitis liberare: Amplia, licet creditor, eſſet inuitus n.5. Declara ampliationem nu.6. Declara etiam multipliciter concluſionem à n.8. ad 31.*

7 *Soluens pro alio, ſi ſit extraneus an acquirat actionem pro ſoluti repetitione, affertur diſtinctio, quæ latiſſimè examinatur. n. n. ſeqq.*

12 *Ceſſio non ſuffragatur, vbi tenderet ad redemptionem litis.*

14 *Ceſſio iurium non poteſt reportari à creditore inuito.*

15 *Ceſſio iurium quo tempore ſit obtinenda, ad hoc, vt ſuffragetur, & n.16.*

18 *Tertius poſſeſſor pulſatus hypothecaria ab eo, cui res poſſeſſa reperitur obligata, ſi pro liberatione rei, coactè ſolnat, quommodò, & quando poſſit obtinere ceſſionem iurium, & n. n. ſeqq. & quodnam remedium ipſi competat, circumſcripta ceſſione. n.24.25.33.*

27 *Cenſus redemptio, & extinctio poteſt fieri à tertio extraneo: Declara n.28.29.30.31.*

32 *Cenſus extinctio pendet a mera, & libera voluntate debitoris, & n.34. Declara n.35.36.37.*

39 *Negotiorum vtiliter geſtorum actio debet intentari per viam ordinariam.*

40 *Ceſsionarius poteſt agere executiuè, ſicut potuiſſet cedens. Declara num.41. eſt procurator in rem propriam, num.45.*

42 *Reſponſio ad poſitiones dicitur abſoluta, & reſponſio veritatis: plenè probat contra confitentem. n.43.*

44 *Ceſsio iurium poteſt fieri etiam contra debitorem inuitum & ignorantem.*

46 *Clauſula cæteratæ recipiunt extenſionem iuxtà formulariwm clauſularum loci, vbi inſtrumenta ſtipulantur.*

1 QVotieſcunque creditum eſt in genere probatum, & dubitationem in quantitate duntaxat admittit, poſſe eandem quantitatem, non ſolum leuiori probationum ſpecie iuſtificari, traditur à *Cephal. conſil. 177. num. 24. Rimin. conſil. 254. num. 1. Bellon. iun. conſil. 93. num. 9. 10. Surd. conſ. 94. numer. 28. Rot. in rec. dec. 636. num. 6. p. 2. & dec. 237. num. 7. vbi, quod fuit ſæpè deciſum, & dec. 317. num. 7. p. 4. tom. 2. & dec. 87. num. 13. p. 6. & coram Seraph. dec. 1245. num. 6. 7. & coram Gregor. dec. 324. num. 4. & in Bonon. pecun. 19. Iun. 1646. §. tandem error. cor. Bichio, & in [illegible] ad. 10. Ianuar. 1650. §. aamiſſa vero coram Emin[illegible]iſs. Otthobon. modò in eius impreſs. deciſ. 200. num. 32. & in Roma. pecun. 9. Iun. 1656. §. fin. verſic. leuiores namque, & 27. Iun. 1657. §. dum itaque, verſ. cum tamen coram Verosp. & à me ipſo ſuprà in legal. colluct. 11. num. 15.*

2 Sed etiam ipſam quantitatem ſufficienter probari creditoris iuramento, cui fore omninò ſtandum, ac deferendum docuerunt. *Rayner. in l. 1. ff. de in lit. iur. Natta conſil. 102. ſub num. 2. Surd. conſ. 94. numer. 27. Crauet. de antiq. temp. p. 1. ſect. vidimus. & abbundè num. 9. & ſeqq. Gratian. diſcept. 144. num. 43. Borell. in ſumm. deciſ. tit. 52. num. 35. & tit. 54. num. 59. tom. 1. Fachin. contr. iur. lib. 2. c. 51. verſic. reſtat quarta. Cancer. var. reſol. lib. 2. cap. 8. num. 19. & ſeqq. Cyriac. contr. 347. numer. 18. Genua de ſcript. priuat. lib. 4. tit. de libr. mercat. n. 83. Oſaſch. dec. 96. Leoncil. dec. 61. num. 1. & dec. 100. num. 7. Gait. de credit. c. 2. tit. 3. num. 754. Pigant. ad Stat. Ferrar. lib. 2. Rub. 15. ſub nu. 16. verſic. declara, vt non procedat tom. 1. Rubeus in pract. reſol. circa teſtam. cap. 98. num. 253. & ſeqq. Rot. in Piſauren. iocal. 22. Iun. 1648. §. crumenam verò, coram Arguelles.*

Qua propter, cum nodus difficultatis, reſtringatur ad dignoſcendum, an conſtet de credito Franciſci Bellotti aduerſus Auguſtinum Gellum, vt hoc aſſequamur eſt præmittendum.

3 Quod, licet nemo præſumatur gerere alienum negotium. *l. neſſenius. ff. de negot. geſt. Rot. in rec. dec. 93. num. 9.*

4 *p. 6.* Nihilominus poſſe quemlibet tertium extraneum vtiliter aliena gerere negotia, & pro alio, etiam inuito, & ignorante ſoluere, ipſumque ſucceſſiuè à debitis liberare, ſancitur in *l. ſoluendo. ff. de neg. geſt. l. ſi pro me. l. decem. §. 1. l. ſolutionem. ff. de ſolut. Honded. conſ. 19. num. 8. lib. 1. Roman. conſ. 428. num. 8. & ibi Add. Gratian. diſcep. 388. num. 5. tom. 2. Olea de ceſs. iur. & action. tit. 4. quæſt. 3. ſub num. 17. verſ. ſoluendoque debitorem, & verſ. ſed & ſi Scacc. de commerc. §. 2. gloſ. 5. q. 3. num. 74. & ſeqq. & q. 14. ſub num. 365. Chartar. dec. 61. num. 3. Pacific. de Salu. Interd. inſp. 5. cap. 1. num. 13. Amat. reſol. 37. num. 1. lib. 1. Merlin. de pign. & hypoth. lib. 4. q. 76. num. 1. Cyriac. contr. 59. num. 3. Carleual. de iudic. lib. 1. tit. 3. diſp. 35. num. 7. to. 2. Poſt. reſol. 69. num. 28. Rota coram Gregor. dec. 311. n. 4. & ibi Add. num. 8. & poſt Cenc. de cenſib. dec. 138. n. 8. & dec. 271. num. 5.*

5 Quæ concluſio, ſicuti eſt vera, vbi creditor quoque eſset inuitus, ipſe enim poteſt compelli recipere ſolutionem, etiam à tertio, & extraneo. *Caſtr. in l. tale pactum §. poſt diuiſionem num. 2. & ibi Iaſ. num. 3. ff. de pact. Bero. conſil. 46. num. 5. lib. 2. Roland. conſ. 14. num. 10. vol. 1. Gratian. diſcept. 8. numer. 7. Menoch. conſil. 296. num. 23. 25. Surd. dec. 174. num. 27. Giurb. dec. 91. num. 1. Chartar. dec. 61. n. 4. Scacc. d. gloſ. 3. ead. q. 3. num. 77. Hunn. reſol. iur. ciuil. lib. 3. tr. 8. q. 2. Auendan. de metu. lib. 2. cap. 24. num. 12. Olea d. tit. 4. ead. q. 3. ſub num. 17. Add. ad Greg. d. dec. 311. ſub n. 8. verſ. & creditor poteſt Amat. d. reſol. 37. nu. 2. Cyriac. contr. 59. ſub n. 2.*

6 Ità, non omiſſa declaratione huic poſteriori theſi accomodata, vt ſcilicet creditor canonis ratione feudi, vel emphyteuſis, non teneatur ſolutionem à tertio extraneo, illius circumſcripto intereſse, recipere, de qua agunt *Corbul. de iur. emphyt. tit. de cauſ. priuat. ob non ſolut. canon. limit. 7. Gratian. diſcept. 8. num. 8. & ſeqq. Pacific. d. inſp. 5. cap. 1. numer. 21. 22. Surd. dec. 180. numer. 10. Giurba d. dec. 91. num 3. & ſeqq. Scacc. d. gloſ. 5. ead. qu. 3. num. 79. & ſeqq. Add. ad Greg. d. dec. 311. ſub n. 8. Amat. d. reſol. 37. num. 3. Merlin. d. qu. 76. num. 8. et ſeqq. Olea d. tit. 4. q. 3. n. 18. et ſeqq. Cyriac. d. contr. 59. n. 2.*

Digitized by Google

Ad hoc, vt talis extràneus, ſoluens pro alio acquirat
actionem pro ſoluti repetitione; venit diligenter conſi.
deranda qualitas perſonarum debitoris, pro quo ſolui-
tur: creditoris, cui fit ſolutio: & tandem tertij, ac extra-
nei, qui ſolutionem pro alio facit.
8 Etenim debitoris inſpecta perſona, dicendum eſt,
quod ſi debitor ſit pręſens, & contradicat, ac prohibeat
ne pro ipſo tertius extraneus ſoluat; ſi exindè ſolutio
ſequatur, ipſe ſoluens non acquirit contra talem debi-
torem actionem negotiorum geſtorum, etiamſi vtile
negotium geſſerit. *l. ſi quis nolente. C. de negot. geſt. Meno-
ch. conſ. 296. n. 25. verſ. reſpondetur tertio. Cyriac. contr. 33.
n. 4. tom. 1. Scacc. de commer. & camb. §. 2. gloſ. 5. qu. 3. ſub
n. 75. verſ. aut debitor eſt pręſens, & contradicit, & q. 14.
ſub n. 390. verſ. ſed ſi adſit. Olea de ceſs. iur. & act. tit. 4. q.
3. ſub n. 18. verſ. ſed & ſi extraneus, & tit. 5. q. 4. n. 40.* ſe-
9 cus, ſi idem debitor ſit præſens, & ſolutioni, non contra-
dicat, vel ſit abſens, & ignorans; tunc namque tertius
extraneus ſoluens pro illo acquirit ſibi contra eũ actio-
nem præfatam negotiorum geſtorum, etiamſi debitor
ipſe nolit deindè eandem ſolutionem ratam habere. *l.
ſi quis abſentis. ff. de negot. geſt. Scacc. d. gloſ. 5. ſub num. 75.
verſ aut debitor eſt præſens, & ſub n. 390.* & ita accipe
*Marin. reſ. quotid. c. 43. n. 8. lib. 1. Carlenal. de iudic. li. 1. tit.
3. diſp. 35. n. 8. to. 2. Thomat. dec. 67. n. 6. to. 1. & dec. 200. n.
9. 10. to. 2. Salgad. in Labyr. credit. p. 3. c. 8. n. 47. Beltramin.
ad Greg. dec. 111. ſub n. 8. verſ. ſoluens pro alio, & Rotam in
rec. dec. 337. n. 13. p. 5.* vt nõ obſcure ſuggerit *Olea de ceſs.
iur. & act. tit. 5. q. 4. n. 40.* dummodo tamen idem extra-
10 neus probet, per ſolutionem factam, vtile pro debitore
geſſiſſe negotium. *Scacc. d. gloſ. 5. ſub n. 75. verſ. & quia
11 vice verſa:* Subdens tamen in fine euitari hoc onus, ſi
dictus tertius habeat à creditore ceſsionem iurium, &
actionum, & vti ceſsionarius contra debitorem agat, vt
hinc ſolutionis vtilitas detegatur: quod non eſſet con-
12 ſtans, vbi detegeretur redemptio litis; iuxtà terminos.
*l. per diuerſas, & l. ab Anaſtaſio. C. mand. et tradita per Cu-
iacium obſer. iur. li. 8. c. 31. Gratian. diſcept. 826. to. 5. et Pi-
gant. ad Stat. Ferr. lib. 2. Rub. 11. vbi plenè, & à me in col-
luct. 9. n. 98. cum multis ſeqq.*
13 Si verò creditoris perſonam conſpiciamus; tunc eſt
diſtinguendum; an tertius extraneus ſoluat pro debito-
re ad effectum illum liberandi, & acquirendi contra
eum actionem negotiorum geſtorum in caſibus per-
miſsis; an ſoluat ad effectum conſequendi à creditore
ceſsionem iurium contra eundem debitorem: priori
caſu intrat doctrina in ſuperioribus emiſsa, & ſecun-
14 dùm illam reſoluitur membrum primum huiuſce di-
ſtinctionis: ſecundo autem caſu eſt dicendum, quod vbi
creditor eſt inuitus, idem tertius nequit iurium ceſsio-
nem aduerſus debitorem reportare, & ad illam facien-
dam creditor ipſe cogi non poteſt. *l. nulla, & ibi D.D. C.
de ſolut. et liberat. Bald. conſ. 190. lib. 5. Ponte conſ. 6. n. 21.
22. lib. 1. Surd. conſ. 536. n. 2. 3. Gratian. diſcept. 49. n. 36. 37.
tom. 1. Cancer. var. reſol. p. 2. c. 6. n. 214. Amat. d. reſol. 37.
n. 9. vbi concordan. Scacc. de commerc. & camb. §. 2. gloſ. 5.
q. 3. num. 87. Merlin de pign. et hypoth. lib. 4. q. 76. n. 12. 13.
Olea de ceſs. iur. & action. tit. 5. q. 1. n. 4. Carlenal. de iudic.
lib. 1. tit. 3. diſput. 35. ſub n. 4. et n. 26. to. 2. Rota in rec. dec.
373. n. 85. p. 4.*
15 Vbi autem creditor eſt volens, tunc tertiùs extra-
neus, ſi ſoluàt, nomine debitoris eum liberando, & illius
obligationem eradicando, nequit etiam vllo tempore
petere iurium ceſsionem, vt potè quia ſolutione fuerit
ſublata omnis actio, & obligatio. *Bart. in l. modeſtinus n.
4. ff. de ſolut. Caſanat. conſ. 11. n. 13. 17. et ſeqq. Gratian. di-
ſcept. 286. n. 6. 7. Menoch. praſ. 143. n. 1. 2. lib. 3.* quos cum
*alijs ſequitur Amat. reſol. 37. n. 4. lib. 1. Olea de ceſs. iur. et
act. tit. 5. q. 4. n. 29. Thomat. dec. 51. n. 24. 25. tom. 1. et dec.
16 200. to. 2. Rota cor. Greg. dec. 68. n. 5.* contrarium eſſet di-
cẽdum, ſi alieni debiti ſolutio foret facta à tertio extrà-
neo ipſius proprio ſoluentis nomine, tunc enim poſſet
idem extraneus à creditore volente ceſsionem iurium
reportare quandocunque poſt ſolutionem, nullo etiam
præcedẽte pacto de ceſsione faciẽda, vt quia adhuc de-
bitoris obligatio non ſit extincta, vel nomen eiuſdem
debitoris emptũ cenſeatur. *Marin. reſol. quotid. c. 43. ſub
n. 4. verſ. quartus caſus lib. 1. Thomat. d. dec. 51. n. 23. tom. 1.
et d. dec. 200. n. 18. 19. 20. to. 2. Merl. de pign. et hypoth. li. 4.
q. 75. n. 4. Gabr. conſ. 63. lib. 2. Gratian. d. diſcept. 286. n. 4.
Coler. de proceſs. execut. p. 1. c. 10. à n. 418. cum ſeq. Meno-
ch. d. praſ. 143. n. 3. Amat. d. reſol. 37. n. 78. vbi concordan.
Olea d. q. 4. n. 29. Rota poſt Cenc. de cenſib. dec. 184. n. 3. 4.
et dec. 529. n. 4. et in rec. dec. 41. n. 2. 3. p. 6. et cor. Merlin.
dec. 512. n. 2. 3. to. 1. et in rec. dec. 41. n. 21. p. 6.*
17 Deniquè ſi tertij extranei ſoluentis perſonam ſpe-
ctemus; tunc vltra ea, quę à ſuperioribus erui poſsũt, di-
ſtinctionem cenſeo adhibendam; num ipſe ſoluerit coa-
ctè, vel ſpontè.
18 Primo caſu, exẽplificando pro nunc in eo, qui ratione
rei, quã tenet, & poſsidet pulſatur hypothecaria, vel cõ-
ſimili actione ab eo, cui res ipſa obligata reperitur, in tã-
tũ, vt exindè pro liberatione eiuſdẽ rei alienũ debitum
coactè perſoluat, concluditur, tertiũ iſtũ omninò acqui-
rere actionẽ contra debitorẽ, pro quo ſoluit mediante
ceſſione iuriũ, ad quã faciendã creditor, cui ſoluitur, cõ-
19 pelli poteſt, ſiuè huiuſmodi tertius ſit iuſtus poſſeſſor;
*ad l. mulier. ff. qui potior. l. cum poſſeſsor. ff. de cenſibus l. ſi
res obligata. ff. de leg. 1. Dec. conſ. 446. nu. 1. Scacc. de com-
merc. et camb. §. 2. gloſ. 5. num. 82. Merlin. de pign. et hypo-
th. lib. 4. q. 65. n. 5. Olea de ceſs. iur. et action. tit. 5. q. 1. n. 21.
Gratian. dec. 215. n. 3.* Siuè iniuſtus ſit poſſeſſor, ſecun-
20 dum ſententiam *Neguſant. de pign. et hypoth. memb. 3. p.
5. princ. n. 26. 27. de qua Bertaz. clauſ. 40 gloſ. 4. n. 7. Anen-
dan. de metu. lib. 2. c. 14. n. 25. Scacc. d. gloſ. 5. ſub n. 82. ver-
ſic. pro et contra. Olea d. q. 1. n. 22. Mantic. de tacit. et ambig.
conuent. lib. 11. tit. 28. n. 35. 36. Merlin. d. q. 65. n. 6. et ſeqq.
Trentacinq. var. reſol. tit. de ſolut. reſ. 30. ſub n. 12. verſ. ſe-
cunda eſt, et ſeq. vbi quod ab hac opinione non eſt diſceden-
dum lib. 3. Caroc. de oblat. p. 2. q. 20. Coſta ſubſid. remed. 36.
ante n. 1. et de rata q. 115. n. 6. Georg. alleg. 39. n. 14. 15. Af-
flict. dec. 343. n. 3. Capyc. dec. 202. n. 5. Franc. dec. 55. nu. 1.
Giurb. dec. 87. ſub n. 20. Gratian. d. dec. 215. n. 4.*
21 Non obſtante, quod contra hoc vltimum dictum
ſtent multi, & ſignanter *Caſtr. in l. ſi res obligata n. 4. ff. de
leg. 1. Mantic. d. tit. 28. verſ. ſed ego, et ſeq. Meſa var. reſol.
lib. 1. c. 16. à n. 17. et alij promiſcuè videndi apud Amat. re-
ſol. 37. n. 17. 18. lib. 1. Merlin. d. q. 65. n. 10. et ſeqq. Olea d. q.
1. num. 23.*
22 Quoniam ceſſat omne diſſidium quando provt in
hoc caſu dictus tertius poſſeſsor coactè ſoluit; vt conſi-
23 derat *Olea d. tit. 5. ead. q. 1. n. 24.* Et eidem tertio hypo-
thecaria actione conuento ſunt cedendæ actiones, etiã
ex interuallo, cum præſumatur ſolutio facta ad liberan-
dam rem; non ad ſupprimendam debitoris obligationẽ.
*l. ſi res obligata. ff. de leg. 1. l. cum poſſeſsor. ff. de cenſib. Ca-
roc. de oblat. q. 23. n. 3. Merlin. de pign. et hypoth. li. 4. q. 74.
n. 6. 7. Olea de ceſs. iur. et act. tit. 5. q. 4. n. 28.*
24 Quinimò, circumſcripta iurium ceſsione, non dene-
garetur huic tertio poſseſsori, & ſi iniuſto, retentio pro
eo, quod præſtitit, ad finem ſe defendendi, ac tuendi, ſi
dominus hypothecam ab eo vindicare intenderet: vt
ſuo marte diſſerit *Olea de ceſs. iur. et action. tit. 5. q. 4. n. 39.*
25 Hinc eruendo, quod ſi iuſtus foret poſseſsor non im-
pediretur etiam ſine ceſsione agere contra debitorem,
à quo cauſam habuit: ex ipſo *Olea d. q. 4. ſub eod. n. 39.
verſ. ſi tamen iuſtus.*
26 Secundo caſu, prætermiſsis ijs, quæ ab exemplo
modo adducto haberi queunt, dicitur, quod tertius
ille extraneus ſpontè ſoluens non acquirit actio-

V nem

Digitized by Google

nem contra debitorem pro ſumma ſoluta, ſi debitor ipſe pro illa, et ſi verè debita, vrgerè, & cogi non poterat; vt, quando idem tertius redimeret, & extingueret cenſum, ad cuius ſolutionem alius tenetur; quanquam enim non dubitetur, redemptionem, & extinctionem iſtam huiuſmodi cenſus fieri poſſe à tertio extraneo, vt oſtendunt *Roderic. de ann. reddit. lib. 2. q. 16. à n. 6. Cenc. de cenſib. q. 105. n. 4. & ſeqq. Felician. eod. tract. to. 1. lib. 4. c. vnic. n. 11. Auendan. eod. tract. c. 106. n. 6. Duard. pari tract. de cenſib. §. 5. q. 23. Carleual. de iudic. lib. 1. tit. 3. diſp. 35. n. 25.*
28 *to. 2. Poſt. reſol. 69. n. 21.* dummodò creditor non ſit inuitus, nam ipſo inuito exiſtente, talis redemptio ab extraneo fieri nequit, cum creditor non ſit obligatus retrouendere niſi debitori, aut ſuis, ſi credamus. *Maſtril. de cenſib. q. 5. à n. 300. cum ſeqq. Amat. reſol. 7. ſub n. 15.*
29 ad quod tamen ſemper eſt ſpectanda, & inſpicienda formula inſtrumenti, in quo creatio cenſus continetur: & præſertim ſi iſte extraneus iurium ceſſionem à creditore obtinere vellet, nam tunc pro indubitabili talis extraneus non audiretur. *Cenc. de cenſib. d. q. 105. & qu. 109. ſub num. 41. verſ. firma igitur. Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 18. p. 5. n. 12. tom. 1. Meſa var. reſol. lib. 1. cap. 22. n. 19. Amat. d. reſol. 7. n. 15. Carleual. d. diſput. 35. n. 26. Olea de ceſs. iur. & action. tit. 5. q. 1. ſub n. 4. verſ. quam ſententiam. Poſt. d. reſol. 69. n. 21. in fin.*

30 Nihilominus idem tertius, qui cenſum, pro quo alius tenebatur, redemit, & extinxit, non poteſt contra debitorem agere ad integram ipſius cenſus ſummam, ſeù ſortem principalem, ſed duntaxat compellere poteſt eundem debitorem ad hoc, vt ſoluat redditus, ſiuè fructus eiuſdem cenſus eodem modo, quo pereanteà ſoluebat, ne alias indirectè debitor ad cenſus redemptionem inuitus vrgeatur. *Olea de ceſs. iur. & action. tit. 5. d. q. 1. ſub n. 5. verſ. & crederem.*

31 Cauendo tamen, ne iſte tertius ſimpliciter ſoluerit, & extinxerit cenſum, quia tali caſu, nec etiam pro futuris penſionibus, & redditibus agere poterit; cum ad talem actionem requiratur, quod cenſus viuus tranſierit, & fuerit ceſsus tranſlatiuè, non extinctiuè. *Olea de ceſs. iur. & action. tit. 5. q. 2. n. 2. Cenc. de cenſib. q. 71. n. 14. 15. Rot. ibi poſt tract. dec. 369. n. 1. & dec. 419. n. 1. 2. vbi concordan.*

32 Hinc ſicuti ſuppono, extinctionem cenſus pendere à mera, & libera voluntate debitoris ſcilicet illius, qui eſt dominus fundi cenſui ſuppoſiti in tantùm, vt non compatiantur, quod cenſus duret, & ſit in arbitrio creditoris, hoc eſt illius, qui cenſum emit, repetere ſortem principalem, quando velit; iuxtà ſancita *à ſanc. mem. Pio V. in Bulla edita ſuper forma creandi cenſus*; de qua *Poſt. reſol. 54. n. 1. 2. Cenc. de cenſib. q. 2. & q. 103. & q. 105. n. 3. & q. 106. n. 1. Salgad. in Labyrint. credit. p. 1. c. 19. n. 2. & ſeqq. Sperell. dec. 154. n. 106. 107. vbi, quod eſt ſatis tritum, & indubitatum tom. 2. Andreol. contr. 13. n. 5. p. 1. et contr. 108. n. 20. p. 2. Leotard. de vſur. q. 67. n. 5. Rota ibi poſt tract. dec. 182. n. 6. & dec. 283. n. 3. & ſeqq. & in rec. dec. 278. n. 6. & ſeqq. p. 5. & dec. 283. n. 20. p. 7. & dec. 278. n. 3. p. 8. et cor. Merlin dec. 463. n. 8. tom. 1. ac alibi paſſim.*

33 Et redarguo illam ſententiam, & opinionem, quod tertio prædicto, qui cenſum redemit, & extinxit, conceſſa, & permiſſa ſit actio negotiorum geſtorum contra debitorem pro ſorte principali cenſus, non totaliter vnico contextu, ſed particulatim, & commodis interuallis, de qua *Gaſpar. Roderic. de ann. reddit. lib. 2. q. 16. nu. 9. Carleual. de iudic. d. diſput. 35. ſub n. 26. verſ. rectè tamen Olea de ceſs. iur. & action. tit. 5. d. q. 1. n. 5.* cum ſemper ob-
34 ſtet diſpoſitio præfatæ Bullæ omninò prohibentis, ſortem cenſus peti, & haberi poſſe à debitore inuito, vt præmonui, & rurſus traditur *à Rota cor. Seraph. dec. 106. & dec. 269. n. 1. & cor. Cardin. Otthobon. dec. 180. n. 16. & in rec. dec. 57. n. 4. & dec. 109. n. 5. p. 8.*

35 Intelligendo reſpectu creditoris, ſiuè emptoris cenſus, non autem reſpectu alterius perſonæ, quæ ſe obligauerit ſimul cum debitore, ſeù venditore cenſus, quia benè poteſt iſte talis tertius cogere debitorem, ſiue cēſus venditorem ad illum redimēdum, vtpotè quia eiuſdem tertij reſpectu non poſſit conſiderari ea perpetuitas cenſus, quæ eſt neceſſaria ex parte creditoris, ſeù emptoris, cum actio pro eodem tertio non ſit ordinata ad recuperationem ſortis, quę perpetuò debet remanere apud venditorem, ſed vt ſeruetur indemnis, & liberetur ab obligatione, quam fauore ipſiuſmet venditoris emiſit. *Cenc. de cenſib. q. 76. n. 7. Rot. ibi poſt tract. dec. 68. n. 4. & dec. 199. n. 3. & dec. 200. n. 2. & dec. 57. ſub nu. 34. in rec. verſ. hæc enim vera, & ſeq. p. 8.*

36 Et dummodò ipſe debitor, ſiuè cenſus venditor non declarauerit, quod volebat reſtituere pretium creditori ſeù emptori, & cenſum redimere, nam poſt talem declarationem, idem venditor, dicitur debitor ſortis principalis, ad quam ideò tranſactis duobus menſibus ab hac declaratione, ſiuè diſdicta, cogi poteſt; ex *d. Bulla Pij V.* vt animaduertit *Salgad. in Labyrint. credit. d. c. 19. n. 18. 19. 20. vbi, quod eſt caſus valdè notabilis. Cenc. de cenſib. q. 106. n. 3. & q. 108. ſub n. 13. verſ. nec obſtant. Rot. ibi poſt tract. dec. 277. n. 8. & in rec. dec. 109. n. 6. p. 8. et cor. Merlin. d. dec. 463. n. 10. & ſeqq.*

37 Et inſuper niſi venditor cenſus defeciſſet adimplere ea, quæ promiſerat tempore venditionis cenſus, circa dationem fideiuſſorum, vel eorum reuocationem certo tempore, puta de triennio, in triennium, aut alia ſimilia; etenim emptor cenſus, ſi ageret ad adimplementum, & in defectum adimplementi ad damna, & intereſse, poterit repetere ſortem principalem, non vti pretium cēſus, ſed vti intereſse. *Gratian. diſcept. 201. n. 6. to. 2. & diſcept. 717. n. 2. Scacc. de comm. & camb. § 1. q. 7. p. 2. ampl. 8. n. 295. Cenc. de cenſ. q. 52. n. 30. et q. 105. n. 12. Rot. ibi poſt tr. dec. 87. n. 5. et dec. 285. n. 3. et dec. 286. n. 4. et ſeq. et cor. Greg. dec. 88. n. 2. et ſeq. ac ibi Add. n. 10. et in diu. dec. 741. num. 1. p. 1.*

Ac vlterius, retentis alijs in hac materia modificationibus adductis à D.D. in ſedibus ſuperiùs indicatis, in terminis quarum limitationum, & modificationum, & vbicunque emptor cenſus poteſt cogi ad extinctionem cenſus; illud poteſt obſeruari valere pactum, quo cauetur in extinctione cenſus fore reſtituendam eandē monetæ ſpeciē, qua ipſe cenſus fuit conſtitutus; vt poſt *Maſtril. dec. 7. n. 9. Theſ. de augm. monet. p. 2. n. 65. in fin. Duard. de cenſib. to. 1. §. 3. q. 6. n. 35. & §. 5. q. 49. n. 5. 6. firmat. Andreol. tota contr. 151. p. 2. adde idem tenentes Bon. de contr. diſp. 3. q. 4. punct. vnic. n. 35. Molfeſ. de contract. c. 6. n. 123. Roderic. de ann. reddit. li. 1. q. 18. Salaſ. de cenſib. dub. 56. n. 11. Robert. rer. iudicat. lib. 2. c. vlt. Card. de Lugo de iuſt. et iur. diſp. 27. n. 136. Vgolin. de vſur. c. 45. §. 8. n. 4. pleniſſimè Leot. vidēdus eod. tr. q. 67. n. 24. verſ. ſed cōtraria n. 25. ſeq.*

Quidquid cōtrariū aſſerāt *Grim. de vſur. li. 3. c. 12. n. 16. Leſs. de iuſt. et iur. c. 22. dub. 8. n. 50. Cēc. de cenſ. q. 59. n. 29.*

Quorū ſētentia poteſt duntaxat admitti in caſu, quo moneta in pactū deducta aut nō reperitur, aut difficilimè inuenitur tēpore extinctionis cēſus. *Cēc. de cēſ. q. 85. n. 12. vbi cōcord. multos dat. Leot. de vſur. d. q. 67. n. 27. 28. Rot. poſt Cēc. vbi ſup. dec. 215. n. 4. dec. 216. n. 6. dec. 219. n. 7.*

Circumſcripto autem pacto, & dato augmento extrinſeco, vel diminutione pariter extrinſeca monetæ à tempore creati cenſus in tempus extinctionis eiuſdem certum eſt, tàm augumentum, quàm diminutionem, cedere cōmodo, vel incōmodo reſpectiuè creditoris, ſeù emptoris cēſus. *Andreol. d. cōtr. 151. n. 1. Rota poſt Cenc. de cēſ. dec. 216. 217. 218. et cor. Peyn. dec. 5. et dec. 592. to. 1.*

38 Ità pro coronide eorū, quæ hucuſq; præmiſi, obſeruādū propono, multū differe, an tertius extraneus, qui pro alio ſoluit, agere intēdat cōtra debitorē actione negotiorū vtiliter geſtorū: an verò ceſſionis obtētę, & reportatę

medio,

medio, ac virtute: quoniam primo caſu non competit
via executiua, nec minus dimiſſi creditoris prælatio, in
tantùm vt ordinariè ſit procedendum. *Parlador. rer.
quotid.lib. 2.c.fin.p.3.§.4.à num.2.Cancer. var. reſol. p.2.
c.5.à num.148.ad 154.Olea de ceſs.iur.& action.tit.5.qu.
4.ſub n.41.verſ.cum ſi actionem*: poſteriori autem caſu
40 poterit agi executiuè, quemadmodum cedens potuiſ-
ſet. *Rodriguez de execut.c.3.n.26.Caſanat.conſ.10.n.103.
Acoſta de priuil.credit.reg.3.ampl.2.n.55.56.Olea d. q.4.
ſub eod.n.41.verſ.ſed etiam,& latius in tit.6.qu.4. per tot.
Giurb.ad conſuet.meſſan.c.2.gloſ.3.p.1. n.17. Manſon. de
cauſ.execut.ampl.21.n.1.Cenc. de cenſib.q.95.n.7.Rot.ibi
poſt tr.dec.490.n.3.& poſt Statil.de Salu. interd. dec.146.
num.9.*

41 Dummodò ius executiuum cohæſiſſet inſtrumento
ſecus ſi ſauore perſonæ cedentis ſpetiali aliquo priuile-
gio fuiſset conceſſum. *Olea d.tit.6.ead.q.4. n.5.6. vbi al-
legat. Anton.de Vall.var.tract.li.5.tit.de cenſib. iuxtà for-
mul.Bullæ q.28.à n.7.ibiq; illius præciſa verba tranſcribit.*

Iſtis, non inutiliter, licet aliquantulum ex abbundan-
ti præcognitis; ſuccedit, quod, cum Franciſcus Bellottus
ſoluerit Datiario Argentæ quantitatem pecuniarum
ipſi à diuerſis piſcium mercatoribus debitam, ſicque
proportionabiliter à dicto Auguſtino Gello, inter illos
connumerato, ad effectum euitandi executionem com-
miſſam *à D. Gubernatore eiuſdem terræ Argentæ* contra
eoſdem mercatores, de qua ſolutione, ſicuti etiam illam
ceſſiſſe ad fauorem præfati Gelli, conſtat in actis; maxi-
42 mè ex reſponſionibus ipſiuſmet Gelli ad poſitiones fa-
ctas pro parte Bellotti: quas reſponſiones, & ſi emana-
tas per verbum credit, abſolutas reputari, & veritatis
reſponſiones dici, tradunt *Paccian.de probat. lib.1.c.21.
n.11.Maſcard.eod.tract.concl.1176.nu.29.Thomat. decis.*
43 *70.n.3.to.1* Itemque plenè probare aduersùs confiten-
tem, ipſique præiudicare, ac ſi per verba aſsertiua factæ
fuiſſent, notatur *à Cranett.conſ.217.num.9.Rim.iun.conſ.
226.n.8.Carpan.ad Stat.Mediolan.c.83.n.122. tom.1. Pi-
gant.ad Stat.Ferrar.lib.2. Rub.45. n.27. tom.1. Thomat.
dec.91.n.17.& dec.92.ſub n.1.verſ.vt probatur to.1. Rota
cor.Coccin.dec.125.n.2.& dec.170.n 8.& cor. Greg. dec.
92.n.1.& cor.Merlin.dec.240 ſub n.2. & ſeqq. to.1. & in
rec.dec.678.n.3.& infra p.4.tom.3 & dec.359.n.40.p.5.
& dec.127.n.5.p.7.& dec.235.n.3.4.p.8.*

Negari non poteſt, quin iunctis inſimul nunc traditis
& in ſuperiora deductis, manifeſtò dimanet actio con-
tra Gellum ad ſauorem Bellotti: concurrente præſer-
tim ceſſione ab ipſo reportata de iuribus Datiarij Ar-
44 gentæ; quam ceſſionem potuiſse fieri, etiam contra
Gellum debitorem ignorantem, & inuitũ, vt potè quia
nouæ obligationi non fuerit implicatus, ſed tantum ve-
teris ſolutio, & exactio alteri demandata, habetur ex
præmonitis *à Meſa.var.reſol.lib.1.c.11.n.1.2.Guzman.de
euict.q.35. n.5.Scacc.de comm.& camb.§.2.gloſ.5.n.279.
relatis ab Olea de ceſs.iur.& action.tit.1.q.2.n.51.* Et per
45 ipſam ceſſionem fuiſſe Bellottum ceſsionatium conſti-
tutum procuratorem in rem propriam, non eſt dubi-
tandum; tùm ex doctrina generali allata *à Bertaz.clauſ.
28 gloſ.1.Trentacinq.var.reſol.lib.2.tit. de procur. reſ.3. à
n.2.Cancer.var.reſol.p.2.c.6.n.79.meſa var.reſol.lib.1. c.
19.n.12.Fontan.dec.167.n.19.Leonc.dec.dec.63.n.3.li.1.
Olea d.q.2.n.37.38.vbi plenè.Thomat.dec.29. n.20. to.1.*
Tum ab extenſione clauſulæ in noſtro formulario, ſiuè
clauſulariò inſertæ; non dubitatur enim, quod clauſulæ
46 cæteratæ in inſtrumento appoſitæ recipiant extenſio-
nem, iuxtà ſormularium clauſularum loci, vbi inſtru-
menta ſtipulantur. *Coru. conſ.225. in fin. lib.3.Menoch.
conſ.844.n.18. Rota in Roman. cenſ.26. Iun.1647.§. quo
magis, cor.Bichio, eſt dec.16.n.5.poſt Salgad. in Labyrint.
creditor.*

Et ſucceſsiuè quin conſtet in genère de credito ipſius Bellotti, cuius propterea iuramento circa quantitatem eiuſdem crediti fore ſtandum, concluſio in principio firmata patefacit, & ità iudicandum ſperatur à D. meo Iudice: *ſicuti poſteà fuit iudicatum, vt ſuprà ab Excellentiſſimo D. Prætore Comacli ſub die 13. Maij 1658. in actis D. Franciſci Vitalij notar. Actuarij.*

COLLVCTATIO XXXI.

ARGVMENTVM.

Societas cum capitali ſaluo, & lucro certo quomodo, & cum quibus contractibus ſit ineunda. De iuſtitia pretij præſumpta latè tractatur: & modus dignoſcendi læſionem enormiſſimam adducitur.

SVMMARIVM.

1 *Socius ponens capitale poteſt conſequi ſecuritatem illius, vnà cum certo lucro, interuenientibus tribus contractibus hic enumeratis, & n.2. recenſentur D. D. hanc doctrinam ſequentes n.3. amplia vt n.4.5.6.*

6 *Societatis capitale poteſt conſiſtere in mercibus: & in animalibus. Animalia poſſunt locari, etiam cum pacto, quod finita locatione reſtituantur in eodem Statu.*

7 *Socius aſſecurans capitale quid, & quantum debeat conſequi ab alio ſocio, & n.7.10.11.14.*

8 *Periculum quid ſit.*

9 *Caſus fortuitus quid ſit.*

12 *Aſſecurationis ſpecies remiſſiuè.*

13 *Homines non ſolent eſſe ſatui in negotijs peragendis, cum eorum damno, & ſine lucro.*

15 *Aſſecuratio regulatur ſecundum naturam fideiuſſionis.*

16 *Fideiuſſor poteſt aliquid recipere ratione periculi: & quantum n.17.18.19.*

20 *Aſſecurationis contractus, vbi fit medio pretio, eſt ſimilis emptioni, & venditioni.*

21 *Pretium inter partes conuentum præſumitur iuſtum: illius iniuſtitia eſt ab allegante probanda. n.22. eſt triplex ſummum, medium, infimum. n.23. quodnam ſit attendendum pro habenda læſione enormiſſima. n.30. & ſeqq. & pro dignoſcendo valore fructuum. n.37. ab emptore venditione celebrata eſt ſoluendum. n.46.*

24 *Contrahentibus licitum eſt inuicem ſe decipere, vſque ad dimidiam iuſti pretij in omnibus contractibus.*

25 *Læſio enormiſſima conſiſtit in exceſſu vltrà, vel infrà dimidiam pretij debiti: Amplia etiamſi exceſſus eſset in numero, vel denario. n.38. quomodò ſit deducenda, vbi emptor dat de ea. n.26.27. & pariter quando venditor illam allegat. n.28.*

29 *Pretium legitimum quodnam ſit.*

32 *Contractus in dubio, eſt iudicandus iuſtus, & validus habet præſumptionem iuris pro ſe. n.33. debet ſuſtineri quò commodiùs fieri poterit, & in dubio nu.34.35. eius vſus eſt vtilis Reipubl. n.36.*

34 *Actus cenſetur factus eo caſu, quo valere poteſt.*

Læſio vt cognoſcatur, non eſt inſpiciendum ſolum pretium, ſed venit conſiderandus totus contractus. Declara vt n. 41. non eſt attendenda in eo, qui non eſt ignarus pretij, & valoris rei n.42. neque vbi geritur actus, qui poteſt ſe habere ad lucrum, & damnum. n.43. non præſumitur, ſed ab allegante eſt probanda n.55.

45 *Societatis lucrum incertum poteſt emi à conſocio pro aliquo certo lucro.*

46 Venditione celebrata tenetur venditor tradere rem venditam, & emptor pretium ſoluere.
47 Conſequutiua debent regulari ſecundum præcedentia.
48 Iactus retis emi poteſt pro certo pretio.
49 Fructus agri, vel vineæ incerti emi poſſunt pro aliquo ſtatuto pretio.
50 Lucrum ad fauorem ſocij ponentis capitale, quantum eſſe poſſit, & ſeqq. non præſumitur exceſſiuum. n. 54.
51 Mutuan quantum poſsit habere pro titulo promiſsionis non repetendi pecuniam mutuatam.
53 Exceſſus non præſumitur, ſed ab allegante eſt plene probandus.

PAuciſſimis rem abſoluam, dum pro veritate conſultus ſuper caſu ſocietatis propoſitæ, & inter D. D. Fratres de Thomaſijs ex vna parte, ac D. Nicolam Conuerſum Florentinum Ferrariæ degentem ex altera per publicum inſtrumentum ſub die 19. Februar. 1659. initæ, nullum ſuper validitatem, & iuſtitiam illius mihi ſuperſit dubitandi motiuum.

1 Inconcuſſa etenim, & ab omnibus præcognoſcitur veriſſima concluſio, quod ſocius apponens capitale poteſt conſequi ſecuritatem illius, & paciſci, eſt ſaluum ipſi remaneat, vna cum certo aliquo lucro annuatim, vel per alia diſtributa tempora percipiendo, non obſtante *Bulla ſanct. memor. Sixti V. edita ſuper contractibus, et ſocietatibus ad caput ſaluum de anno* 1586. 12. *Kalend. Nouembr.* quæ eſt extenſa apud *Quarant. in ſumm. Bullar. verb. contractus*; quotieſcunque, vt in præſenti, concurrunt contractus mox ſubijciendi.

2 Primus *eſt contractus ſocietatis, in quam vnus ponit pecuniam, & alius operam, ac induſtriam.*

Secundus *eſt aſsecurationis capitalis facta ab illo, qui operam confert; iuſto pretio recepto, aut eidem aſsecuranti remiſsa æquiualenti parte lucri incerti, quod ex ſocietate foret percepturus ſocius, cuius capitale aſsecuratur.*

Tertius *eſt, vt ad tollendas ſuſpiciones, & moleſtias rationum ille, qui operam præſtat, & ſucceſsiuè capitale per modum præfatum aſsicurat, lucrum incertum à ſocietate proueniens in parte ſpectante ad eum, qui capitale ponit, lucro aliquo certo redimat, hocque certum lucrum eidem ſocio conſtituat, ſeruata proportione partis remiſsæ, in ſecundo contractu*: & ſecundùm aliquos, *conſtituto ſibi aſsecuranti etiam iuſto pretio, vel altero tanto ex lucro remiſso.*

3 Hancque doctrinam docuerunt præ alijs *Nauarr. in manual. c. 17. n. 254. & ſeqq. ac in comment. de vſur. notab. 14. n. 32. cum ſeqq. & in conſ. 16. alias 24. & conſ. 25. n. 4. tit. eod. de vſur. tom. 2. Caietan. in opuſcul. tract. 31. reſp. 11. tom. 1. Molin. de contract. tract. 2. diſp. 417. Leſs. de iuſt. & iur. lib. 2. c. 25. dub. 3. Sot. eod. tract. lib. 6. q. 6. art. 2. Valent. tom. 3. diſput. 5. quæſt. 24. punc. 2. & q. 25. punc. 2. Graff. deciſ. aur. lib. 2. c. 119. num. 36. 37. Rodriquez in ſumm. p. 1. c. 46. Stephan. de contract. lib. 2. cap. 77. num. 14. Bonacin. de contract. diſp. 3. q. 3. punct. 11. ſub num. 2. & quæſt. 6. punct. 3. ſub num. 10. vbi latè. Cardin. de lugo diſput. 30. tit. de ſociet. ſect. 4. num. 45. Cæleſtin. theol. moral. tract. 13. c. 6. Buſembaunm in medull. theol. moral. lib. 3. tr. 5. dub. 14. §. poteſt tamen. Trulench. in Decal. lib. 7. c. 13. dub. 44. Eſcobar. in theol. moral. examin. 13. c. 2. num. 77. Tamburin. in Decalog. lib. 8. tr. 3. c. 8. §. 3. n. 21. verſ. contraxiſset tom. 2. & de contract. in partic. lib. 9. tract. 3. cap. 5. §. 7. n. 3. 4. & tr. 8. c. 5. §. 3. vbi latè, & pulchrè Vgolin. de vſur. c. 55. §. 1. nu. 1. Leotard. eod. tract. q. 31. n. 13. 14. Burſat. conſ. 320. n. 59. lib. 3. Merend. de contr. mundin. c. 3. ſub num. 33. Mareſcot. var. reſol. lib. 2. c. 133. n. 21. ſcortia in ſelect. theor. 290. & theor. 367. in fin. Comitol. reſponſ. moral. lib. 3. q. 12. §. tertia propoſitio. Layman. theol. moral. lib. 3. tract. 4. c. 18. n. 11. & c. 20. n. 2. to. 1. Petrus à Sancto Ioſeph. Congregat. Fulienſ. in theol. moral. lib. 4. c. 10. ad fin. Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 2. numer. 4. Duard. de ſociet. lib. 2. c. 4. q. 6. concl. 4. à num. 9. 14. 15. Felic. eod. tract. c. 19. à num. 15. cum ſeqq. Molfeſ. ad conſuct. Neapol. q. 18. & de contr. cap. 11. nu. 41. Andreol. contr. 282. num. 1. p. 3. Nicolius in Lucubrat. ad Inſt. ciuil. lib. 3. tit. 26. num. 6. tom. 1. & in Addition. num. 9. impreſs. in calce tom. 2. Bellon. de poteſt eorum, quæ fiunt incontin. lib. 1. cap. 31. num. 5. 6. Diana reſol. moral. p. 1. tr. 8. reſ. 30. Gait. de credit. cap. 2. tit. 7. q. 5. à n. 1934. cum ſeqq. Scaccia de commerc. §. 3. gloſ. 3. n. 36. & ſeqq. vbi pleniſsimè. Sabell. var. reſol. & reſponſ. c. 17. ſub n. 45. & c. 51. nu. 31. 32. & ſeqq. Vermigliol. conſ. 413. n. 1. 2. Carleual. de iudic. lib. 1. tit. 3. diſput. 17. à n. 15. ad 23. tom. 2. Caualcan. dec. 13. p. 2. Leoncil. dec. 65. ſub n. 29. Thomat. dec. 132. to. 2. Rota poſt lib. 1. conſil. Farinac. dec. 130. n. 2. 5. & ſeq. cor. Coccin. dec. 70. n. 3. & ſeqq. & cor. Millin. dec. 201. n. 5. 6. et dec. 212.*

4 Ac eandem doctrinam procedere etiam ſi præfati tres contractus fiant vnico, & eodem tempore, tradunt *Nauarr. in Manual. d. c. 17. ſub n. 255. verſ. addo, quod poſſunt, & de vſur. ſub num. 32. verſ. addimus præterea. Couarr. var. reſol. lib. 3. c. 2. n. 4. in fin. Bonacin. d. diſput. 3. q. 3. punct. 11. ſub num. 2. verſ. ergo etiam. Scaccia d. gloſ. 3. ſub n. 39. vbi latè. Carleual. d. diſput. 17. ſub num. 20. verſ. ſed multò plures. Sabell. d. c. 17. num. 6. & d. cap. 51. numer. 31. in fin. Michalor. de fratrib. de fratrib. p. 3. c. 59. n. 45. verſic. ſed etiam in eod. Diana d. reſol. 30. §. 1. in fin.* Et etiam ſi
5 fiant, & celebrentur tacitè, ac æquiualenter, vt puta, ſi quis tradat pecuniam mercatori, credens ſe poſse iuſtè quinque, aut ſex pro centenario exigere, & intendens contrahere, eo modo, quo licitè poteſt; veluti ſi diceret, *conſero centum in ſocietatem, vt ſoluas mihi quinque vel ſex annuatim, ſoluo tamen capitali modo licito, vel eo modo, quo dicunt DD. licitè poſse contrahi*, vt formaliter aſſerit. *Carleual. ead. diſp. 7. num. 21. allegans Leſs. de iuſt. & iur. lib. 2. c. 25. dub. 3. num. 28. 31. Filiuc. q. q. moral. tr. 38. num. 56. verſ. dies tertio. Diana p. 1. tr. 8. reſ. 30. verſ. & hæc omnia. Bonacin. d. punct. 11. ſub n. 2. verſ. addo cum nauarro, quibus iunge Sabell. d. c. 17. n. 6. & ſub n. 7. verſ. ſufficit enim, & d. c. 51. ſub n. 32. verſ. nec obſtat. Michalor. de fratribus. d. c. 59. n. 45. verſ. & non ſolum. Scacc. d. gloſ. 3. n. 40. Andreol. d. contr. 282. ſub n. 1. Tamburin. de contract. li. 9. tr. 1. c. 11. n. 5. & tr. 8. c. 5. §. 3. n. 11.*

Quapropter, cum nequeant controuerti requiſita ſuperiùs allata in terminis huiuſce ſocietatis, ex quo manifeſtè apparent in inſtrumento de ſuper celebrato, nullam, cur ſocietas, & contractus huiuſmodi ſuſtineri non poſſit, difficultatem agnoſco.

6 Etiamſi capitale, de quo in præfato primo contractu, ſeù requiſito conſiſteret in mercibus, vt apud *Rot. cor. Millin. dec. 186. & dec. 201. ac dec. 212. & poſt lib. 1. conſ. Farinac. dec. 130.*

Siuè in animalibus ex eadem *Rota in Anagn. vſurar. 4. Martij 1607. coram Manzaned. impreſs. penes Felic. de ſocietat. cap. 19. num. 47. cum ſeqq. duplicata apud Sabell. var. reſol. & reſponſ. c. 17. ſub n. 35. & ſeqq. triplicata à Michalor. de fratrib. p. 3. poſt c. 59.*

Quorum etiam animalium poſse fieri locationem, & ſi ſint vaccæ, cum pacto, quod quolibet anno ſoluantur ſcuta duo, & finita locatione earundem vaccarum, fiat reſtitutio in eodem ſtatu, in quo erant tempore locationis, cum refectione hinc indè meliorationis, & deteriorationis, reſoluit magiſtraliter ipſamet *Rota in Roman. vſurar. prauit. 4. Iul. 1597. coram Peregr. impreſs. poſt lib. 1. conſil. Farinac. deciſ. 118. repetita poſt Zacch. de obligat. Camer. deciſ. 126.* Et de eorundem animalium, videlicet bouum collatica tractatur à *Michalor. & Sabell. in locis adduct. nec non à Poſt. reſol. 53. vbi pulchrè. Pigant. ad Stat. Ferrar. lib. 2. Rub. 32. numer. 46. tom. 2. & alijs.*

Ac

Ac dicta noſtra principalis concluſio procedit, licet quoque D. Nicola mercator non negotiauerit, ſeù mercatus fuerit, nam adhuc pro eo tempore teneri ad lucrum conuentum firmarunt *Molin. de contract. diſp. 417. ſub n. 9. verſ. alterum eſt. Duard. de societ. lib. 2. c. 4. q. 7. nu. 8. Andr. col. contr. 282. n. 2.*

Quod ſi illuc dubitatio tendat, vt minus iuſta videatur facta lucri remiſsio ad fauorem D. Nicolæ, ob aſſe-
curationem capitalis, itemque annui certi lucri ab ipſo
factam; fortaſsè, quia contineatur duntaxat in vno
cum dimidio pro quolibet centennario, & anno; dùm
7 hanc eandem remiſſionem eſse debere de quattuor
pro aſsecuratione ſortis, & de alijs quattuor pro aſsecu-
ratione certi lucri, & ſic de octo percipi videtur ab
exemplis traditis per *Nauar. in comment. de vſur. not. 14.*
ſub num. 32. verſic. poſt hæc ſcripta. Graff. dec. moral. lib. 2.
c. 119. ſub n. 37. Scacc. de commerc. & camb. §. 3. gloſ. 3. n.
40. Dian. p. 1. tract. 8. d. reſol. 30.

Vel de quinque in totum, vt per *Tamburin. de contract. lib. 9. tract. 3. cap. 5. §. 7. numer. 3. verſic. habeat ergo.*

Vel ſaltem de quattuor, duobus nempè pro qualibet aſsecuratione, ſortis ſcilicet, & lucri, vti placet *Carlenal. de iudic. lib. 1. tit. 3. diſput. 7. ſub numer. 18. tom. 2.*

Tunc validiſsimè occurritur ex animaduerſione,
quod remiſsio præfata ideò fit, vt aſsecurantis pericu-
8 lum compenſetur, quemadmodum *omnes præallegati*
DD. firmiter profitentur: At periculum iſtud eſt incer-
tus euentus rei, in quo dominatur ſors, & fortuna.
Scacc. d. gloſ. 3. ſub numer. 12. verſic. extende ſecundò, ibi
tum quia: igitur impoſsibile eſt, vt quantitas certa pro
compenſatione eiuſdem periculi præſcribi poſsit, nàm
ex *Scacc. in loco ſuper adducto*, poteſt contingere vt vbi
maius periculum appareat, euaneſcat: & vbi minus ibi
ſuccedat quod experientia quotidiè demonſtrat.

9 Ac confert quod agitur de caſu fortuito, qui dicitur inopinatus rei euentus, cui prouideri non poteſt, & quem nullum hominis conſilium præuidere valet. *l. 2. §. ſi eo tempore. ff. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertinen. ſtracc. de aſsecur. p. 3. num. 65. medic. de caſib. fort. q. 12. Beniuc. de pauper. q. 2. num. 11. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 17. num. 3. Bonacin. de contract. diſput. 3. q. 1. punct. 6. n. 2. Scacc. de commerc. & camb. §. 1. q. 1. ſub num. 134. Merlin. de pign. & hypoth. li. 4. q. 130. n. 6. in fin. Rot. in rec. dec. 18. n. 8. p. 4. tom. 2. & dec. 266. n. 2. p. 5.*

Quo poſito quàm inanis ſit doctrina in aduerſum
ponderata, vel ex modò deductis, vt potè certitudi-
nem quantitatis pro periculi compenſatione abnegan-
10 tibus liquidò patet: vel eruitur ab indiuidualiter penſi-
tatis aduerſùs eandem doctrinam per *Eminentiſs. Car-*
din. de Lugo de iuſt. & iur. diſp. 30. tit. de ſociet. ſect. 4. n. 45.
relatum à Mercud. de camb. nundin. c. 3. ſub n. 33. verſ. dico
autem.

11 Vndè amplexata vniuerſali concluſione, iuſtitiam pretij pro aſſecurationibus antedictis, & alijs pendere à communi prudentum virorum æſtimatione, præciſa legali taxatione; ad *Azor. Inſt. moral. p. 3. lib. 11. cap. 18. dub. 10. leſs. de iuſt. et iure lib. 2. cap. 28. ſub n. 24. verſ. dico ſecundo. Scacc. de commerc. et camb. §. 3. d. gloſ. 3. num. 51. Bonacin. de contract. diſp. 3. q. 9. punct. 3. ſub num. 3. verſ. ſi quæras tom. 2. Stephan. de contr. lib. 2. c. 69. n. 3. et alios.*

Non eſt abs re, quinimò aptiſſimè reſponderi, remiſ-
ſionem lucri, de qua in præſenti incongruam minimè
12 eſſe; quoniam, ſicuti ſumus extrà ſpeties aſſecurationis
præſeferrentes maxima diſcrimina, de quibus *Azor. d.*
c. 18. dub. 6. Stephan. d. c. 69. n. 2. Scacc. de comm. et camb.
§. 1. q. 1. ſub n. 133. verſ. declara quarto.

Ita exiſtimandum eſt D. Nicolam virum permultis
experimentis in huiuſmodi negotiationibus probatiſ-
ſimum, ſubiecturum ſe aſsecurationi capitalis, & lucri
certi non fuiſse, niſi remiſsionem lucri præfatam ad ſui
commodum cecidiſse, ſeù ſaltem iuſtitiam pretij pro
eadem aſsecuratione debiti ſecum attuliſse, liquidò co-
13 gnouiſset; cum homines non ſoleant eſse fatui in ne-
gotijs peragendis, cum eorum damno, & ſine ſpe lucri
faciendi, vt in ſimilibus dixit *Thomat. dec. 132. num. 38.*
Rot. in rec. dec. 367. p. 5. num. 4. et dec. 94. n. 54. p. 7. et cor.
Duran. dec. 250. ſub n. 3. verſ. quia homines tom. 1. et cor.
Merlin. dec. 702. n. 54. tom. 2.

Maximè cum ex aſsertione eiuſdem et Domini Ni-
colę in arte mercaturæ periti pateat, quod lucra prouc-
nientia à negotiationibus deductis in hac ſocietate,
ſunt aſcenſura ſupra quindecim pro quolibet centena-
rio, & anno, quo fit, remiſsionem ipſi pro aſsecuratione
14 factam de lucro pertingere duo ad rationem centena-
rij, & anni, quod iudicari pretium iuſtum à peritis in
arte mercaturę in tali contractu ſocietatis cum aſſecu-
ratione capitalis; eo quod aſsecurator non ſe magno
periculo exponat, ſicuti ſe exponunt alij aſsecuratores
nauium, & mercium manifeſtatur ex traditis *à Bonacin.*
de contract. diſput. 3. q. 9. punct. 3. ſub n. 3. verſ. ſed hic.

15 Et confirmatur, quoniam contractus aſsecurationis regulatur iuxtà naturam fideiuſsionis; *ad Azor. Inſt. moral. p. 3. lib. 11. c. 28. dub. 2. verſ. alij aiunt, et dub. 3. Stephan. de contr. lib. 2. c. 69. verſ. alij reducunt. Lopez de contract. lib. 2. cap. 16. in fin. initij Garc. eod. tract. c. 39. ſub num. 3. Scaccia de commerc. §. 1. q. 1. ſub n. 129. et ſub num. 503. verſ. comprobatur ſecundo.*

16 Vndè retenta veriſsima illa ſententia, quod pro fideiuſsione poſsit aliquid ratione periculi licitè percipi: vt *in l. ſi remunerandi. §. fin. ff. mand. et l. hoc iure. §. labeo ait. ff. de donat.* Et agnouerunt communiter canoniſtæ, Theologi, & Iuriſconſulti *ex Azor. Inſtit. moral. lib. 11. c. 22. dub. 5. verſ. altera opinio p. 3. Fillinc. tr. 38. c. 7. q. 9. n. 159. molfeſ. p. 2. tr. 12. c. 19. n. 71. Bonac. de contr. diſp. 3. q. 9. punct. 1. n. 12. tom. 2. Steph. eod. tr. lib. 2. c. 68. num. 14. Tamburin. ſuper præcept. Decalog. lib. 8. tr. 3. c. 7. §. 6. ſub nu. 3. verſ. ſanè fideiuſsor, et c. 8. §. 4. ſub n. 2. tom. 2. et de contr. in part. lib. 9. tr. 1. c. 3. §. 2. n. 6. et tr. 7. c. 1. §. 4. Maur. de fideiuſs. p. 2. c. 2. n. 1. 10. Buſemb. in medul. theol. moral. lib. 3. tr. 5. c. 3. dub. 15. verſ. pro fideiuſsione. Molin. de iuſt. et iure tom. 2. tr. 2. diſput. 319. Caſtil. contr. iur. lib. 3. c. 23. à nu. 11. Cancer. var. reſol. lib. 2. c. 5. à n. 18. Eſcobar. comput. 16. nu. 6. et ſeqq. Olea de ceſs. iur. et action. tit. 5. q. 5. n. 50. vbi quod eſt indubitatum. Scacc. de commerc. et camb. §. 1. q. 1. ſub n. 494. & q. 7. p. 3. limit. 6. n. 4. in fin. et §. 3. gloſ. 3. n. 7. Surd. conſ. 306. Leotard. de vſur. q. 23. nu. 31. Mantic. de tacit. et ambig. lib. 16. tit. 3. n. 2. tom. 2. Valaſc. conſult. 18. Vermigliol. conſ. 196. n. 1. et conſ. 291. n. 3. et conſ. 292. num. 1. et conſ. 293. n. 2. et ſeqq. Rot. in diu. dec. 679. n. 2. p. 1. et coram Gregor. dec. 76. n. 4. et ibi Add. n. 8. et dec. 161. num. 1. et ibi Add. n. 9. et in rec. dec. 139. ſub n. 3. p. 3.*

17 Quemadmodum ſufficit fideiuſsori præſtare, & ſol-
uere duo pro quolibet centenario. *Tamburin. in Deca-*
log. lib. 8. tr. 3. d. §. 4. n. 2. Vermigliol. d. conſ. 293. ſub nu. 8.
Rota apud Chirogr. dec. 64. et coram Greg. dec. 161. num. 2.
18 quamquam poſse dari eidem fideiuſsori tria pro cen-
19 tenario, dixerit *d. Tamburin. in loco nuper adducto*: quini-
mò quinque *ex ſup. in c. nauiganti com. 3. §. 1. num. 19. poſt*
princ. de vſur. Corrad. de contr. tr. 2. q. 40. in princ. et col. 3.
verſ. quarta concluſio. Vermigliol. d. conſ. 293. n. 9.

Ità, & ſimiliter erit ſatis remittere duo de lucro pro centenario ad fauorem aſsecurantis, licet plura poſse ipſimet ſolui deducatur in exẽplis contentis in obiecto.

Et in omnem caſum, cum huiuſmodi remiſsio lucri
ſuccedat loco pretij debiti, ob periculũ ſuſceptũ ab aſse
20 curãte, vt dixi: vel fortè melius, quia aſsecurationis cõ-
tractus, ſi fiat medio pretio, eſt ſimilis emptioni, & ven-

ditioni, *Molin.diſp.507.num.2.Leſs.de iuſt.& iur.lib.2.c.28.dub.4.num.24.Stephan.de contract.lib.2.d.c.69.ſub n.1.in princ.Bonacin.d.diſput.3.q.9.punct.3.num.1.verſ. vel ad contractum.Fulsucius tr.37.cap.1.q.2. num.1. Buſemb. in medull.theolog.moral.lib.3.tr.5.c.3.d. dub.15.in princ. Gratian.diſcept.589.num.2. & num.16.in fin. Santeren. de aſſecur.p.1.ſub nu.7.verſ.& cum aſsimiletur. Strach. eod. tr.par.1.gloſ.28. ſub num.4.verſic. ſecunda ſalus.Scacc.de commerc.§.1.q.1.num.129.& q.7.p.3.limit.6.num.5. Rot. Genua dec.3.num.28.& dec.36.ſub nu.9.& Rot. Roman. in rec.dec.160.num.24.& ibi in Voto R.R.P.P.POENITENTIARIOR.impreſs. numer.15.16.p.4.tom.2. & dec.228.num.8.p.6.& dec.47.num.1.p.7.& cor. Merlin. dec. 597.n.8.to.2.*

Plures propterea inſurgunt diligenter animaduertendæ concluſiones.

21 Quod pretium inter partès conuentum præſumitur iuſtum.*Poſt.reſol.17.num.42.Thomat. dec.50. num.490. & num.514.tom.1. & dec.206. num.38. tom.2. Gratian. diſcept.723.n.16.Vermigliol.conſ.286.num.12. Rota cor. Cardin.Millin.dec.197. num.3. & in rec. dec.648. num.1. p.1.& dec.656.n.1.p.3.& dec.462.num.1.p.4. tom.2. & dec.576.n.28.p.5.tom.2.& dec.135.n.16.p.6.& alibi, vt in mea colluct.legal.14.n.217.*

22 Quod ideò alleganti pretium eſſe iniuſtum incumbit onus probandi plenè talem iniuſtitiam. *Roland.conſ.64. num.18.lib.4.Thomat.d.dec.50.num.514.Poſt.de ſubhaſt. inſp.60.num.101.Rota in rec.d.dec.656.ſub n.1.p.3. & d. dec.135.num.17.p.6.& cor.ſanct.memor.Gregor.XV.dec. 194.num.21.ego ipſe in d.colluct.14.n.214.*

23 Quod ſucceſſiuè pretium iuſtum naturale triplex eſſe poteſt,ſummum, medium,infimum; ſeù vt alij dicunt, pium,moderatum,& rigoroſum.*Sot. de iuſt.et iur. lib.6. q.2.art.3.Azor.Inſt.moral.p.3.lib.8. tit. de empt. et vendit.cap.21.q.4.Stephan.de contract.lib.2.cap.40. numer.2. Lopez eod.tract.lib.1.cap.14. §. ſed ſi quæras. Molin diſp. 347.num.3.Bonac.de contr.diſput.3.q.2. punct.4. ſub n.1. verſic.pretium vulgare tom.2. Gaſparin. de legit. et natur. pret.c.1.§.ſecundum dicitur.Buſemb.in Medul.theolog.moral.lib.3.tr.5.cap.3.dub.8.§.quoad venditorem Tamburin.in decalog.lib.8.tr.3.c.4.§.4. ſub n.1. tom.2. Scaccia de commerc.§.1.q.7.p.2.ampl.10.n.59.101.*

24 Quod inſuper contrahentibus licitum eſt ſe inuicem decipere vſque ad dimidiam iuſti pretij in omnibus contractibus.*Cremen.in repet.l.2.num.137.et ſeqq.C. de reſcind.vendit.Duen.reg.148.Farinac.in fragm.p.1.litt.D, num.30.33.Scacc.de commerc.et camb.§.1.q.7.p.2. ampl. 10.num.25.Surd.dec.259.num.12.Leoncil.dec.43.numer. 12.Pigant.ad Stat.Ferrar. lib.2. Rub.97. num.64. tom.1. Tamburin.in decalog.lib.8.tr.3.cap.7.§.11.ſub num.1.verſic.vndè,et apud tom.2. Cyriac. contr.259. n.9.10. tom.2. Caren.reſol.185.num.8.et innuit Rota in rec.dec.253.n.9. p.4.tom.2.*

Quod conſequenter, ſi opponatur de iniuſtitia contra pretium, de quo in præſenti pro parte D. Nicolæ, tenetur ipſe opponens docere de læſione enormiſsima
25 conſiſtente in exceſsu vltra, vel infrà dimidiam pretij debiti.*Laderch.conſil.126.num.4.Barz. dec.86. ſub n.50. 51.Altograd.conſ.102.ſub num.47.48.lib.2.Merlin.de legit.lib.3.tit.1.q.12.ſub num.16.verſ.enormiſsima tandem Bottilier.de ſucceſ.ab inteſtato c.2. theor.95. ſub numer.7. verſic.læſio vero.Boſs.de dote.cap.13.ſub num.92. ego ipſe in legal.colluct.28.n.133.vbi concordan. quibus adde Rot. in rec.dec.364.num.9.p.4.tom.2.et dec.497. n.131.et ſeq. p.5.tom.2.*

26 Quod,vt dignoſcatur talis enormiſsima læſio:ſicuti, vbi emptor intendit reſcindere contractum ex hoc capite,nam tunc certè huiuſmodi læſio requiritur; *ex Rota in Tiburtin.Caſtr.S.Angeli 14.Febr.1656.§.creditum enim verſ.quia non quæritur coram Meltio:* Non eſt attendenda ſententia eorum, qui dixerunt calculum eſse ineundum tali modo, vt ſi pretium iuſtum rei ſit decē & ſoluantur ab emptore ſexdecim, dicatur adeſse læſionē, enormiſsimā, quia poſitis quinq. pro dimidia pretij eiuſdē, reſultat deindè exceſsus vltrà ipſam dimidiā in vno; ſicuti voluit *gloſ.in c.cum cauſa verb.dimidiam de empt.et vendit.et l.2.C.de reſcind. vendit. quam ſequuntur multi ex ſcribentibus ibid.et eſse commmunem,dixit Couar. var. reſol.lib.2.cap.3.num.8.ſubdens in iudicando, et conſulendo fore abſque controuerſia tenendam.Guttierez pract. qu. 133.ſub n.2.li.2.Gomez.var.reſol. to.2. cap.2. numer.22. Neurz.conſil.89.Gabr.conſil.178.num.126. lib.1. Munoz. de ratiocin.comput.6.num.4.5.Franch.dec.243. numer.2. Tamburin.in Decalog.lib.8.tr.3.c.7.§.11.num.14. verſic. at vero tom.2.Scacc.de commerc.§.1.q.7.par.2. ampl.10. ſub num.6.verſic.altera vero, et alij videndi apud prædictos.*

27 Sed ſententiam ſequi debemus aliorum, qui firmarunt, tunc intrare læſionem enormiſsimam in caſu propoſito, ſi emptor ſoluerit viginti, & vnum, hoc eſt ſi plus quam duplum dederit, quemadmodum, reiecta *gloſ.vbi ſuprà*, firmarunt *Forner.lib.2.ſelect.cap.79. Cuiac. lib.16. obſ.c.18.Fachin.contr.iur.lib.2.cap.16.Viu.comm. opin. c. 15.Mynſing.cent.4.obſ.73.Cenal.q.536.num.10. Latiſsimè cum obiectorum reſolutione Cyriac.contr.423.per tot.tom. 3.Rot.in rec.dec.648.num.6.p.1.et dec.552.d.n.3. ad 12. et dec.580.num.2.et ſeqq.p.5. tom.2.* Et quoad dationes inſolutum habetur in *Ducatu Ferrariæ Conſtit.Cenina ſuper reform.Tribun.Rub 6.num.1.2.* iubens, ſic ſeruari, & declarari a quibuſcūq; Iudicibus; cuius meminit *Pigant. ad Stat.Ferrar.lib.2.Rub.25.ſub n.87.verſ.calculatur autem tom.1.*

28 Ità, quando venditor ex tali medio læſionis enormiſſimæ, ire prætendit aduersùs contractum, huiuſmodi læſio deducitur, ſi minus quàm ſit dimidium iuſti pretij recepti, hoc eſt, vt in exemplo allato, ſi quattuor duntaxat habuerit; ex *l.2.C.de reſcind. vendit. vbi omnes DD.ac docent quotquot vtriuſque ſententiæ ſectatores ſuperiùs adduxi adde Layman.in theolog.moral.lib.3.tr.4.c. 17.§.1.ſub num 7.tom.1.Tamburin.d. §.11. num.14. Stephan.de contr.lib.2.cap.43.num.1.Cyriac.contr.258.num. 4.& contr.421.ſub num.6.7.& contr.423.n.3.4.Scacc.d. ampl.10.n.6. Rot.cor.Merlin.dec.535.ſub num.31.to.1.& in rec.dec.253.n.12.p.4.to.2.*

29 Quemadmodum autem hæc procedunt abſque dubio, vbi tractatur de pretio rerum legitimo, quod nempè publica auctoritate, vel lege taxatur, & conſtituitur. *Bonac.de contr.diſp.3.q.2.punct.4.num.1.tom.2.Cardin. de lugo diſput.26.ſect.4.Tamburin.in Decalog.lib.8.tr.3. cap. 4.§.4.numer.1. tom.2. Stephan.de contr.lib.2.cap.40.numer.3.*

Sic de facili non ſe habent, vbi conuenit latitudo pretij naturalis triplicem quantitatem ſummam, mediam, & infimam, præſeferrentis, vt dixi.

30 Etenim exiſtimauit *Scacc.de commerc.& camb.§.1.q. 7.p.2.ampl.10.num.40.* quod ad cognoſcendum, an tunc læſio ſit infrà, vel vltrà medietatem iuſti pretij, debeat iſta medietas accipi non à ſummo, vel infimo pretio, ſed à medio; eo quia in dubio media via ſit eligenda: & affert exemplum, quod ſi res vendi ſoleat, 10.11.12. & vendita ſit quinque, hoc caſu ſit probata talis læſio.

31 Verùm diuerſam innuit opinionem *Tamburin. in Decalog.lib.8.tr.3.cap.7.§.11.numer.14. tom.2.* vbi hæc habet.

Quando venditor non recipit dimidium iuſtæ æſtimationis, vt ſi res infimo pretio valeat viginti, ipſe autem vendat nouem, dicitur decipi infrà dimidium, ex quibus colligitur

aper-

apertiſſimè, medietatem fore accipiendam non à ſummo,
medio, ſed ab infimo pretio.
Poſteriorem hanc ſententiam, reſpectu venditoris
dantis de læſione enormiſſima, veriſſimam puto, quo-
niam per eam conſulitur magis validitati, & iuſtitiæ
32 contractus, qui non tantùm in dubio validus, & iuſtus
eſt iudicandus. Pariſ. conſil. 54. num. 1. lib. 1. Rimin. iun.
conſil. 218. num. 20. 21. Barz. dec. 123. ſub num. 28. Mace-
raten. reſ. 17. ſub num. 5. lib. 3. Thomat. dec. 132. num. 10.
tom. 2. Cyriac. contr. 547. num. 13. tom. 3. Sabell. var. reſol. et
33 reſpon. c. 17. num. 15. cum habeat præſumptionem iuris
pro ſe; ad Crauet. conſ. 156. num. 1. Sperel. dec. 27. num. 57.
tom. 1. Sed etiam ità eſt accipiendus, vt in dubio cenſea-
34 tur factus eo caſu, quo commodius valere poteſt; vti
generaliter de quolibet actu habetur in l. 3. ff. de teſt. mi-
lit. l. quoties de verb. oblig. Rimin. ſen. conſil. 42. numer. 12.
Menoch. præſ. 4. num. 1. & per tot. lib. 6. Cyriac. contr. 205.
num. 135. & contr. 208. num. 21. tom. 2. Rota cor. Buratt.
dec. 216. n. 6.
Dixi reſpectu venditoris, nam vbi emptor huiuſmodi
læſioni incumberet, tunc cenſerem dimidiam pretij pro
eadem læſione eruenda, metiendam eſſe, non ab infimo
& medio, ſed à ſummo, & rigoroſo pretio; ob idem
motiuum conſulendi magis validitati, & iuſtitię contra-
35 ctus; qui in dubio ſemper ſuſtineri debet. Scacc. de
comm. & camb. §. 1. q. 1. num. 316. & §. 6. gloſ. 1. n. 44. vt
potè quia contractuum, & comerciorum vſus ſit Rei-
pub. valdè vtilis, & neceſſarius, in tantum, vt ſine eo ſo-
36 cietas hominum conſiſtere nequeat. Corrad. de ſeditioſ.
lib. 5. cap. 7. n. 1. Medin. tract. to. 2. tit. de reb. reſt. q. 30. verſ.
tertio illud. Scacc. d. q. 1. n. 68. & ſub n. 316. verſ. primo quia
Caren. reſol. 174. n. 8.
37 Sed quemadmodum illud eſt verum, quod ad digno-
ſcendum valorem fructuum maximè benefitij attendi-
tur eorum pretium non rigoroſum, & infimum, ſed me-
dium, vt per Rot. in recent. dec. 479. nu. 4. p. 2. & dec. 100.
n. 2. infin. p. 4. & in Caſertan. penſion. 31. Maij 1645. §. dicta
ſi quidem cor. Bicbio, & in Pampilon. beneſ. de eſparza 30.
Maij 1650. §. & prædicta ſufficerent, cor. Eminentiſs. Ottbo-
bon. nunc in eius impreſs. dec. 221. n. 7.
38 Ità non omitto pro pleniori intelligentia eorum, quę
in ſuperioribus, & maximè in exemplis allatis deduxi;
obſeruare quod exceſſus etiam modicus conſiſtens in
vnico nummo, ſiuè denario vltrà, vel infrà dimidiam
iuſti pretij, parit vtiquè læſionem enormiſſimam, Burg.
in c. cum dilecti num. 14. de empt. & vendit. Cagnol. in l. 2.
num. 138. 139. C. de reſcind. vendit. Gabr. comm. concl. tit.
de empt. & vend. concl. 1. n. 6. Scacc. de commerc. & camb.
§. 1. q. 7. p. 2. ampl. 10. ſub n. 6. verſ. extende ſecundo. Cyriac.
contr. 423. n. 14. to. 3.
39 Quod propterea, omnibus his ſtantibus, ad detegen-
dam iniuſticiam pretij, ſiuè remiſſionis lucri pro hac aſ-
ſecuratione factæ, ex motiuo læſionis ænormiſsimę
opus eſt, deſumere dimidiam ab infimo pretio, quod in
tali contractu interuenire poteſt, cum ſupponatur ean-
dem iniuſtitiam promoueri à D. Nicola aſſecurante;
vicem ideò venditoris præſeferente; & ſimus, in loco, in
quo nullum extat in hac materia taxatum legitimè
pretium; & ita intrat doctrina tradita circa ea, quæ ad-
mittunt latitudinem ab infimo ad medium, & ſummum
pretium.
Ponderando vlteriùs omnes, & ſingulas qualitates
totius contractus iuxtà id, quod generaliter eſt prodi-
40 tum, quod ad cognoſcendam læſionem non venit ſo-
lummodò inſpiciendum pretium, ſed debet conſiderari
totus contractus. Surd. conſ. 217. per tot. lib. 2. & dec. 155.
numer. 7. Cyriac. contr. 87. numer. 5. contr. 90. numer. 17.
& contron. 128. numer 91. tom. 1. & controu. 222. numer.
73. tom. 2. Scacc. de commerc. §. 1. quæſt. 7. p. 2. ampl. 10.
41 ſub num. 40. verſic. ſubdeclara quinto: quoties tamen
contenta in contractu ſint correſpectiua, & indiuidua;
ad Bald. in l. fin. §. præterea ſub num. 11. verſ. vndè ſi plures
C. de iur. dot. Gallia conſ. 40. per tot. Cyriac. d. contr. 90. nu.
32. 35.
Et ſignanter exiſtimarem eſſe multi faciendum ex-
perimentum, quod in huiuſmodi negotiationibus ha-
bet D. Nicola; dum enim per multos annos ſe in illis
ſemper vtiliter exercuit, ac proindè proficetur, & aſſe-
rit, ſe ſcire qualitates earundem negotiationum, in tan-
tùm, quod remiſsionem lucri ad illius fauorem factam,
nuncupatim iuſtam, & correſpondentem aſſecurationi
ab ipſo peractæ firmiter dicat, & appellet; ſuccedit non
tantum huic eius aſſertioni eſse ſtandum; ſed etiam,
42 quod, cum ipſe non fuerit ignarus de valore, ac pretio
pro eadem aſſecuratione debito, læſum ſe dicere ne-
queat, & ſi quæ adſit læſio, ea non veniat attendenda.
Rim. conſ. 107. num. 15. 16. lib. 1. Cyriac. contr. 68. numer.
10. tom. 1. Rota in rec. dec. 318. numer. 9. p. 4. to. 2.
Maximè, quia medullitus omnibus penſitatis, D. Ni-
43 cola aſsumpſit in ſe onus indifferens; ideoque nunquã
poterit dici læſus, vt potè gerens actum, qui ex euentu
dubio ità ſe poteſt habere ad lucrum, ſicut ad damnum
l. ſi iactum. ff. de act. empt. l. 1. C. de pact. l. de fideicommiſſo.
C. de tranſact. Bero. conſ. 176. n. 64. lib. 1. Pedroc. conſ. 35.
num. 113. & ſeq. Rimin. iun. conſ. 97. num. 22. & conſ. 317.
num. 8. Surd. conſ. 488. num. 34. & dec. 278. nu. 9. Honded.
conſ. 34. n. 43. vol. 2. Cyriac. contr. 325. n. 27. tom. 2. ego ipſe
in collucť. 7. n. 63.
Quæ omnia hucuſque congeſta pro arcenda læſione
44 promptius ſunt admittenda, ſi conſideretur, malè lo-
quutos fuiſse eos, qui docuere pro certitudine lucri
conſtituti ad fauorem ſocij dantis capitale, fore etiam
faciendam remiſsionem de aliqua iuſta parte lucri in-
certi, ſeù pretium æquiualens perſoluendum alteri ſo-
cio certitudinem præfatam conſtituenti.
Quoniam, ſi verum eſt, pro vt veriſsimum, quod hic
interuenit contractus emptionis, & venditionis, dum
ſocius aſsecurans emit ab alio ſocio totius incerti lucri
partem ad ipſum ſpectantem, pro aliquo certo lucro:
45 vt fieri poſse non dubitatur ex Sylueſtr. in ver. ſocietas
1. num. 18. Armill. eod. verb. numer. 17. Conrad. de contr.
quæſt. 96. nu. 1. 2. concl. Lopez eod. tract. 9. c. 65 Henrichm.
conſ. 8. num. 72. Rota coram Coccin. dec. 70. num. 4. & cor.
Millin. d. dec. 186. num. 6. percipere nequeo quo iure ei-
dem ſocio ementi veniat aliquid perſoluendum, vel de
lucro incerto aliquid iuſtum remittendum, cum ſit
46 omnibus notum, quod venditione celebrata, tenetur
venditor rem venditam tradere, & emptor pretium
ſoluere. l. Iulianus. §. offerri, & ibi DD ff. de act. empt. Bal.
in cap. 1. ſub num. 4. de ſeq. poſs. & fruct. Curt. ſen. in l. vnic.
in princ. num. 13. C. de probib. pecun. ſequeſtr. Scacc. de com-
merc. §. 1. q. 5. ſub num. 20. Rubens ad Rot. in rec. dec. 16. n.
61. p. 8. Et ſit ridiculum dicere, venditorem, vltrà tradi-
tionem rei, teneri quoquè erga emptorem ad aliquam
iuſtam ſolutionem.
Quod ſi fortaſsè prætendatur, ideò teneri ſocium,
cui certum conſtituitur lucrum, ad perſoluendum alte-
ri ſocio, quid iuſtum cum idem lucrum certum, non
tantum conſtituatur, ſed vlterius ipſimet ſocio aſſecu-
retur, ex quo aſſecuratio iſta ſit pretio æſtimabi-
lis.
Reſpondebitur negando, quod ratione aſſecuratio-
nis dicti certi lucri intret æſtimatio alicuius pretij: ipſa
namque aſſecuratio venit in conſequentiam conſtitu-
tionis eiuſdem lucri, & ideò ſecundùm illud venit re-
47 gulanda abſque vlla alteratione. l. cum principalis. ff. de
reg. iur. Rot. poſt Gratian. diſcept. 563. numer. 78. & in rec.
dec. 425 §. minus etiam p. 4. & dec. 153. n. 13. p. 7.

Pro-

Propterea, cum pro ipſo lucro ſuccedente loco pre-
48 tij nihil debeatur, vt videmus in illo, qui emit iactum
retis, emptor enim iſte conſtituit, & ſucceſſiuè aſſecu-
rat venditorem de certo pretio, & nihilominus non
conſequitur aliud, niſi id, quod in rete capitur, ac valet
talis emptio, & venditio; *ad l. ſi iactum. ff. de act. empt. Cyriac. contr. 296. numer. 14. lib. 2. Felic. de ſociet. cap. 19. num. 9.*

49 Et ſimile dicimus, de emptore fructuum agri, vel vineæ incertorum pro certo Statuto pretio erga venditorem; is emptor enim conſequi nihil debet prçter illos fructus; & tamen valida eſt huiuſmodi emptio, & venditio. *Carleual. de iudic. lib. 1. tit. 3. diſp. 8. ſect. 5. ſub n. 55. tom. 2. Bonac. de contr. diſp. 3. q. 6. punct. 3. num. 8. Thomat. dec. 132. num. 48. Rota coram Coccin. d. dec. 70. num. 3. & coram Eminentiſs. Millin. dec. 186. numer. 6.* conſequenter nec pro dictâ aſſecuratione aliquid deberi eſt manifeſtiſſimum.

Denique, ſi dubitatio promoueretur ex cauſa lucri
certi conſtituti ad fauorem D. D. Fratrum de Thoma-
ſijs, tanquam exceſſiuè taxati in rationem ſex pro quo-
50 libet centenario, & anno; cum tamen videatur in hac
materia eſse idem Lucrum conſtituendum de quinque
ad ſummum pro centenario, ac anno, ex congeſtis à
Dian. p. 1. tr. 8. reſ. 30. Merend. de camb. nundin. cap. 3. nu-
mer. 33. ad fin. Bonac. de contract. diſp. 3. q. 3. punct. 11. nu.
3. Tamburin. de contr. tr. 1. cap. 11. num. 3. lib. 9. tr. 3. c. 5. §.
7. ſub num. 10. verſic. nam propterea, & tr. 8. cap. 5. §. 3. n.
51 *14. in fin.* Et traditis circa titulum promiſſionis non re-
petendi pecuniam mutuatam, pro quo quidem titulo
ſolum permittitur pro quolibet anno exigi in hac no-
ſtra ætate quinque pro centenario; *ad Caramuel. in theol.*
moral. lib. 2. n. 799. Tamburin. in Decalog. lib. 8. tr. 3. c. 8. §.
5. n. 18. tom. 2.

Facillima erit reſponſio, dum ex traditis ſuperiùs incidimus apertiſsimè in eadem motiua penitus auferentia ſingula nunc in obiectum propoſita; adeovt potiùs relatio ad illa, quàm eorum repetitio conueniat.

52 Addito duntaxat, quod imò poſſe licitè taxari, & conſtitui præfatum certum lucrum ad fauorem ſocij ponentis capitale in ſex pro quolibet centennario, & anno, *Andreol. contr. 83. num. 10. p. 1. Carleual. de iudic. lib. 1. tit. 3. diſp. 7. ſub num. 18. in exemplo ibi allato tom. 2. Gait. de credit. c. 2. tit. 7. q. 5. num. 1936. & ſeqq. vbi caſui noſtro mirificè inſeruit Cæleſtin. tr. 13. c. 6. vbi exemplificat. Tamburin. de contr. lib. 9. tr. 3. cap. 5. §. 7. ſub num. 10. ad fin. & tr. 8. c. 5. §. 3. ſub num. 10. 11. & ſeqq. vbi materiam latè explanat cum Cardin. de Lugo. de iuſt. diſput. 30. num. 40. benè ſcort. in Conſtit. Pontif. theor. 290. ac alij apud ipſos* intrepidè firmarunt.

Ac vlterius, quod obiectum promotum fundatur in
præfati lucri exceſſu, qui ſicuti generaliter non præſu-
53 mitur, ſed ab allegante eſt plenè, & concludenter pro-
bandus. *Crauet. conſ. 77. num. 4. Poſt. reſ. 135. num. 42. & de ſubhaſt. inſp. 50. num. 16. Ferentil. ad Buratt. dec. 368. n. 10. tom. 1. Rota poſt Mangil. de ſubhaſt. dec. 60. numer. 1. et poſt Salgad. in Labyrint. creditor. dec. 77. num. 3. eſt eadem ac penes Poſt. de ſubhaſt. dec. 218. num. 5. in Addit. et cor. Seraphin. dec. 1189. num. 2. & coram Merlin. dec. 249. ſub num. 16. verſic. quoniam exceſſus, & coram Otthobon. dec. 226. num. 6. & in rec. dec. 405. num. 2. p. 3. & dec. 28. num. 16. & dec. 261. num. 8. p. 5. & dec. 96. num. 1. & dec. 306. num. 26. 27. p. 7. & dec. 110. num. 31. & dec. 245. ſub n. 25. p. 8.*

54 Ita indiuidualiter in caſu præſenti, eundem exceſſum fore probandum à fundante ſe in illo deciditur à *Rota coram Coccin. dec. 70. nu. 5. & cor. Card. Millin. d. dec. 186. n. 10.*

Præterquam quod, cum lucrum iſtud ſuccedat loco pretij, vt dixi, perbellè adaptantur quæ de illius præſumpta iuſtitia deduxi *ſuprà n. 21. & ſeq.*

55 Non omiſso inſuper, quod ſi exindè hauriatur aliqua læſio, illa pariter cum non præſumatur, eſt probanda. *Roland. conſ. 28. ſub num. 26. vol. 4. Altograd. conſil. 5. nu. 72. lib. 1. Rot. coram Coccin. dec. 379. num. 2. cum alijs adductis per me in legal. colluct. 7. num. 55. & colluct. 14. nu. 215.* Et quidem plenè, ac concludenter, ex *Abb. in c. 1. not. 2. de reſtit. in integr. Dec. conſ. 474. numer. 11. Rota cor. Andrea dec. 58. ſub num. 8. & in Ianuen. prætenſ. ſeparat. thor. 22. Iun. 1650. §. quo vero ad læſionem coram R. P. D. Meltio, eſt nunc penes Poſt. de ſubhaſt. dec. 219. num. 26. 27. in Addit.* Atquè inſuper per modum in ſuperioribus expoſitum.

Quare, &c.

Partes huic conſultationi pro veritate redditæ omninò acquieuerunt, & contractum præfatum inuiolabiliter obſeruare.

COLLVCTATIO XXXII.

ARGVMENTVM.

Syndicatus Iudicum, & offitialium materia, præſertim circa capturam indebitè commiſſam, pertractatur: & occaſione ſumpta ſtrictè diſſeritur, quando ad capturam deueniri poſſit: & tandem aliqua quoad concuſſiones, & extorſiones, teſteſque in iuditio ſyndicatus recipiendos afferuntur.

SVMMARIVM.

1 *Iudices, & offitiales de generali conſuetudine totius Italiæ, & ſtatus Eccleſiaſtici non ſyndicantur hodiè, niſi de furtis malè ablatis, de dolo, barrattarijs, & extorſionibus & num. 9.*
2 *Actus attribuitur ordinanti, non exequenti.*
3 *Offitiali aſſerenti, ſe aliquid feciſſe de iuſſu Principis, non creditur, niſi aliundè iuſſus iuſtificetur. Declara numer. 4.*
5 *Ratificatio æquiparatur mandato, & retrotrahitur.*
6 *Stat. Ferrar. lib. 1. Rub. 40. de offitialium ſyndicatu affertur fuiſſe correctum, dicitur n. 8.*
7 *Stat. Ferrar. lib. 1. Rub. 2. affertur. Declaratur numer. 10. 11.*
12 *Vſus ſtatutorum eſt probandus ſi exigatur à confirmante.*
13 *Accuſatoris, & denuntiantis nomen debet manifeſtari. Declara, vt n. 14.*
Stat. Ferrar. lib. 3. Rub. 4. 7. Adducitur.
14 *Accuſatoris ſecreti querelæ quomodo permittantur in Ducatu Ferrariæ.*
15 *Captura non debet committi, niſi præcedentibus legitimis indítijs: Declara n. 23. & ſeqq. & niſi conſtito de corpore delicti n. 22.*
16 *Iudex ad capturam indebitè commiſſam, tenetur in ſyndicatu: & punitur arbitrio ſyndicatorum n. 17. & tenetur ad damna, & intereſse paſsa per captum n. 18. Declara vt n. ſeq. & n. 28.*
19 *Captus dans fideiuſſionem de ſe præſentando, cenſetur approbare capturam nullam.*
20 *Fideiuſſio de ſe repreſentando, quando poſsit à reo carcerato recipi: quando non rumpatur n. 21.*

23 Captu.

23 *Captura eſt repoſita in arbitrio Iudicis; poteſt committi ex ſola aliqua ſuſpitione. ibid. & ex ſola quærela, atque accuſationes. n. 24. maximè concurrente infirmitate quærelantis num. 25. & ſuſpicione fuga accuſati n. 27. declara omnia n. 26.*

29 *Syndicatores non cognoſcunt de geſtis extrà offitium, & commiſsis non contemplatione illius.*

30 *Memoralia ſine nomine in ſyndicatu non attenduntur.*

31 *Concuſſio requirit exactiſſimam probationem, quid ſit num. 32.*

33 *Extorſio quid ſit.*

34 *Teſtes in ſyndicatu offitialium, ex quibus repellantur, & n. 35. 36.*

37 *Offitiales rigidè, & ſcrupuloſe non debent inquiri, & ſeq.*

39 *Offitiales cenſentur quaſi ſignum, & ſcopus ad ſagittam.*

40 *Exitus cauſæ.*

SI intrinſecè materiei nunc propoſitæ fundamenta examinemus, res ad fauorem *Illuſtriſs. Gubernator.* indubitanter erit expedita.

1 Præcognito enim, quod hodiè de generali conſuetudine non ſyndicantur Iudices, & offitiales, niſi de furtis, malè ablatis, de dolo, barrattarijs, & extorſionibus. *Bertaz. conſil. 71. num. 3. & conſil. 81. numer. 2. Grammat. conſil. 54. num. 11. Turret. conſil. 4. num. 3. Farinac. conſil. 64. ſub num. 10. verſ. & hinc communiter, & in prax. quæſt. 111. num. 572. Giurb. conſil. 72. ſub num. 2. verſic. ſyndicari itaque. Clar. in pract. §. fin. qu. 73. ſub num. 3. verſ. debent ergò, & ibi Roſſignol. litt. F, ac Baiard. ſub num. 35. & ſeq. Granut. theor. 11. num. 8. & ſeq. Guazzin. ad defenſ. reor. defenſ. 1. cap. 23. num. 8. tom. 1. Ludouic. dec. Lucenſ. 1. num. 50. et dec. 3. num. 39. & in ſua comm. concl. 38. illat. 102.* Vbi teſtatur de communi obſeruantia Vrbis, ſtatus Eccleſiaſtici, & totius Italiæ. *Gilian. ad Stat. Peruſ. §. ſyndicatus, verſ. cum quidam locum tenens:* vbi refert ità mandaſſe *S. Conſultam, & in Annot. n. 6. Maſsin. de confiſc. bonor. q. 11. n. 5. Scacc. de appellat. q. 19. remed. 4. n. 4. Iordan. Elucubr. diuerſ. lib. 14. tit. 31. n. 3. tom. 3. Rot. in rec. dec. 116. n. 25. p. 4. to. 2.*

Neceſſariò conſequimur eundē *D. Gubernat.* iniuſtè, & nulliter vexari in ſyndicatu ex titulo capturæ indebitè, vt aſſeritur, commiſſæ contra inſtantem, vt potè non contento inter illa, ob quæ ſyndicatum permitti iam concluſio firmata patefacit.

Et quatenus huic ſolidiſſimo, atquè vniuerſali motiuo beneficas aures præſtare nolint D.D. ſyndicatores, quod tamen ab ipſis ceù integerrimis ſemper abſit, tunc animaduertendum proponitur.

Quod captura præfata fuit commiſsa à D. Gubernatore de mandato *Eminentiſs. Princip. Legati Ferrariæ:* vn-
2 dè intrat iuris axioma, quod actus attribuitur ordinanti, nōn verò merè exequenti. *l. ſi hæres teſtamento. ff. de act. empt. l. item earum §. ſi decuriones. ff. quod cuiuſq. vniuerſ. nom. Cranet. conſil. 144. num. 3. Surd. dec. 292. num. 9. & de aliment. tit. 8. priu. 56. num. 88. & priu. 65. num. 47. Maceraten. reſol. 19. num. 15. lib. 3. Barboſ. axiom. 12. nu. 4. Rota coram Gregor. dec. 252. num. 9. & in rec. dec. 239. nu. 26. p. 8. et in Roman. hæredit. 28. April. 1659. §. non obſtat, verſic. nam actus coram Melsio:* ac ſanè meritò, cum ordinans dicatur prima cauſa, cui ſemper actus tribuitur. *c. litteris de reſcript. Bart. in l. vnum ex familia. §. ſi rem. de leg. 2. Fagnan. in c. Antigonus n. 46. de pact. plenè Abritius apud Andreol. contr. 288. ſub num. 22. vbi plurimas affert circa iſtud axioma doctrinas ibidem videndas p. 4.*

3 Ac licet dicatur non conſtare de ordine præfato, cum illud non iuſtificetur, niſi per aſſertionem D. Gubernatoris; cui aſſerenti aliquid feciſſe de iuſsu, & mandato Principis non creditur; *ex tex. in l. 1. Cod. de mand. Princip. Oſaſch. dec. 71. ſub num. 13. verſ. tertio dato; vbi quod hoc eſt verius. Farinac. in prax. q. 97. n. 52. Vermigl. conſ. 159. n. 17.*

Nihilominus, cum poſt ſequutam capturam fuerit ſtatim tranſmiſsus captus ad eundem Eminentiſs. Legatum, ſubindeque per multos dies in carceribus detentus; alterum ex duobus ſequitur, quod.

Aut non ſit præſumendum D. Gubernatorem circa iuſſum enunciatum dixiſse mendacium, ex quo erat facilè capto ſe certificare apud Principem, an dicta aſſer-
4 tio, eſset vera; iuxtà congeſta in terminis ſimilibus de Iudice aſſerente, ſe facere aliquid de iuſsu, & mandato Principis, vt eidem credatur, ſi Princeps ſit præſens, ob rationem modò adductam per *Add. ad Bart. in d. l. 1. C. de mand. Princip. Iaſ. in l. admonendi num. 18. verſ. limita etiam. ff. de iureiur. Port. conſ. 95. num. 3. et ſeqq. Grammat. conſ. 54. ſub num. 17. & dec. 36. num. 27. Maſcard. de probat. concl. 140. num. 16. verſ. quod etiam. Gabr. eod. tit. concl. 3. num. 21. verſ. & facit pro prima. Cabal. reſol. criminal. caſ. 26. cent. 1. Farin. d. q. 97. num. 62. & conſil. 60. ſub num. 97. lib. 1. Vermigliol. conſil. 145. num. 5. Cancer. var. reſol. p. 2. c. 2. num. 166.* Vbi firmat, quod licet non credatur Iudici delegato circa eius iuriſdictionem, niſi plenè ipſam probet, *ex Dec. in l. vnic. C. de mand. Princip. Calder. de off. deleg. conſ. 2. Purpur. conſ. 446. num. 8. Roman. conſ. 59. Cranet. conſ. 266. num. 6. Iordan. Elucubr. lib. 14. tit. 17. num. 517. tom. 3.* Nihilominus hoc procedit, niſi in loco, vbi quis aſserit, ſe Iudicem delegatum adſit dominus delegans ob antedictam rationem; & hoc idem dixerunt *Roman. in l. ſciendum. ff. de verb. oblig. Dec. in d. l. vnic. n. 22. Ludouic. dec. Peruſ. 104. p. 2. Oſaſch. dec. 71. num. 4. Scap. de iur. non ſcript. c. 36. n. 2. lib. 2.*

Aut, capturam à D. Gubernatore commiſsam, fuiſse ab ipſo Eminentiſs. Legato approbatam, quo caſu, perindè eſt etiam, ac ſi de illius ordine ab initio fuerit facta, ex natura approbationis, ſiuè ratihabitionis, quæ
5 ad principium retrotrahitur, & mandato comparatur. *c. fin. de iureiur. in 6. c. ratihabitionem de reg. iur. eod Tuſch. litt. R, concl. 21. Gratian. diſcept. 926. num. 19. tom. 5. Barboſ. axiom. 197. num. 17. ego ipſe in mea legal. colluct. 4. numer. 35. et colluct. 29. numer. 22. & ſeqq. vbi concordan.*

Et ex iſtis tolluntur virtualiter omnia, quæ in contrarium conſiderantur, dùm fore referenda ad ſolam perſonam Principis, hactenus deducta demonſtrant; quâ generali reſponſione ſic poſita.

Non eſt facienda ius aliqua in ponderata eliminatio-
6 ne concluſionis in principio firmatæ, vt potè aduerſantis diſpoſitioni *Stat. Ferrar. lib. 1. Rub. 40.* Vbi per infraſcripta verba ſummoperè in hac materia notanda, tanquam caſus ferè omnes ad ſyndicatum Iudicum pertinentes, de quibus ius commune diſpoſuit, & D.D. tractauere complectentia, mandatur, quod quilibet offitialis, & Iudex teneatur ſtare ſyndicatui *redditurus rationem de omni, eo quod apparuerit ipſum, aut eius offitiales, quos ſecum habuerit, durante offitio, contra iuſtitiam commiſsſse; litemque ſuam pecunia, precibus, aut alia ſorde feciſse, et qualitercumque corruptum fuiſse; ciuibus, & comitatentibus, aut quibuslibet alijs ius ſibi fieri petentibus iuſtitiam denegaſse, aut præter, et contra iura Statutorum, et communia iudicaſse, condemnandum, abſoluiſse, vel abſoluendum condemnaſse; captos pro debitis, vel delictis iniuſtè relaxaſſe, & conniuentibus oculis dolo, & ſimulatè non comprehendiſse, quos pro maleficijs capere, & capi facere per eius offitiales, & familiam potuit, omiſſiſseque, aut neglexiſse ea, quæ à iure municipali, et ciuili, ac iuramenti vinculo, ſibi, et offitialibus ſuis facienda incumbebant, ba-*

rata-

Digitized by Google

24 Imò ex ſola querela, & accuſatione, ad capturas fuiſſe deuentum, ſecundùm tradita *à Caſtr. conſ. 328. n. 1. lib. 2. de quo Farinac. d. q. 27. n. 120. Guazzin. d. c. 3. n. 23. quos vide cum Scacc. d. c. 42. n. 3.*

25 Et certiſsimè, ſi cum eadem querela concurrit infirmitas querelantis, vt ſi vulneratus fuerit iacens in lecto, & nominauerit aliquos in vulneratores, tempore quo viſitatus à Notorio maleficiorum factum vulnerum habitorum recenſuit. *Farinac. d. q. 27. n. 129. Scacc. d. c. 42. n. 5. verſ. limita ſecundo. Guazzin. ad defenſ. defenſ. 4. d. c. 3. num. 22.*

26 Obſeruata tamen ſemper qualitate perſonæ accuſatæ, vt ſcilicet prædicta fuerint practicata, vbi conditio, & dignitas in illa multum non refulſerit, ex *Farinac. d. q. 27. n. 121. Guazzin d. c. 3. ſub n. 23. verſ. & reus. Scacc. in alleg. c. 42. n. 5.*

27 Multoque magis vbi adfuit, vltrà prædicta, ſuſpicio fugæ accuſati ſuper quo percurrantur *Scacc. d. c. 42. ſub n. 5. 9. & ſeq. Guazzin. d. c. 3. ſub n. 23. Farinac. d. q. 27. ſub num. 121. 127. verſ. aduertas primo 128. 131. Larrea. dec. Grannaten. 29. ſub n. 15. to. 1.*

Atque iſta ſufficiant pro remouendis ijs, quæ in hoc puncto opponuntur aduersùs D. Gubernatorem, addito duntaxat, quod, circumſcriptis quoq; omnibus præ-
28 dictis, nullo modo tenetur D. Gubernator pro iſta captura, quamuis etiam indebitè commiſsa, cum nullibi conſtet, eam fuiſse ſequutam ob aliquam vindictam, fraudem, vel inimicitiam illius; vt, poſt *Bonacoſ. in q. q. crimin. verb. carcerari faciens par. 2. traditur à Cabal. reſol. crimin. caſ. 86. ſub numer. 2. verſ. & in aliquo. centur. 1.*

29 Cætera in hoc ſyndicatu *palam oppoſita*, ceù ad offitium, & gubernium non ſe habentia nullo modo ſunt attendenda; ſyndicatores enim non cognoſcunt de geſtis extrà offitium, & commiſſis, non contemplatione illius, ſed tantùm de his, quæ offitium concernunt, vel eiuſdem contemplatione ſunt geſta. *Tuſch. litt. S, concl. 273. n. 2. Guazzin. defenſ. 1. c. 23. n. 5. Cumia de Syndic. n. 8. Farin. conſ. 5. n. 1. lib. 1.*

30 Dixi *palam oppoſita*, quia clam deducta veniunt reiicienda tanquam contenta in memorialibus, ſine nomine porrectis. *Specul. in tit. de depoſ. §. 7. num. 10. Baiard. ad Clar. q. 73. n. 42.*

31 Et ad iſta ſunt referendę concuſsiones propoſitæ: vltra quam quod nullibi datur earum probatio, quam tamen exactiſsimam requiri comprobat ex multis *Farinac. de var. ac diuerſ. crimin. q. 111. num. 264. Vermigliol.*
32 *conſil. 480. num. 6.* Et quidem concludendo, quod D. Gubernator extorquerit occaſione officij ab aliquo ex ſubditis pecuniam per vim, vel metum in factis, aut verbis conſiſtentem, vt ad concuſsionem inducendam requiritur. *Decian. tract. crimin. lib. 8. c. 35. ſub n. 34. Farinac. d. qu. 111. num. 42. 43. 47. 50. Vermigliol. conſil. 143. num. 8. & conſil. 145. num. 10. 11. & conſil. 148. num. 22. & conſil. 170. num. 8. & conſ. 480. n. 8. Zacch. de Salar. q. 69. n. 32. p. 2.*

33 Ac idem dicitur de prætenſis extorſionibus, de quibus ſicuti non docetur, ità opus eſset iuſtificare, pecunias fuiſse habitas, mediante alicuius indebita vexatione, & inquietatione. *Farinac. in alleg. quaeſt. 111. numer. 50. Vermigliol. conſ. 143. numer. 14. & conſ. 148. numer. 22.*

Teſtibus examinatis obſtant infraſcripta.

34 Quod aliqui eorum aſserunt ſe mediatores in concuſsionibus, & extorſionibus deductis, ac ideò non attendendi. *Farin. d. q. 111. ſub n. 272. Vermigliol. conſ. 143. n. 10. & conſ. 480. n. 6.*

35 Quod aliqui ſunt ex illis, qui in ſyndicatu dederunt petitiones pro ſe ipſis, & propterea non probant pro alijs. *Maſcard. de probat. concl. 165. nu. 6. Canalc. de brach. reg. p. 5. num. 110. Maſſin. de confiſc. q. 11. num 18. Giachar. mox allegand. in ſuo conſil. de ſyndic. à numer. 116. cum ſeqq.*

36 Quod tandem aliqui ipſorum ſunt de ijs, quos D. Gubernator carcerare pluries fecit, & ideircò in teſtes non admittendi. *Maſſin. d. quaeſt. 11. num. 19. Giachar. apud Clar. in conſil. de ſynd. n. 64. & ſeqq. Grammat. conſ. 46. n. 2.*

Quare ſicuti manifeſtiſſimè liquet de ſtatu integerri-
37 mo D. Gubernatoris, ità D. D. ſyndicatoribus anteponitur, quod contra offitiales in ſyndicatu rigidè non eſt procedendum. *Becc. conſil. 1. numer. 7. Bertaz. conſil. 91. numer. 4. in crimin. Giachar. apud Clar. in conſil. de ſyndic. ſub numer. 18.* Et ad hoc ponderanda diligenter, exhibentur tradita *ibi ſub numer. 47. reaſumpta à Farinac. conſil. 64. ſub num. 10. lib. 1. & à Baiardo in Addit. ad*
38 *Clar. in pract. crimin. §. fin. q. 73. num. 38.* vbi, quod *contra officiales ſcrupuloſa inquiſitio omnis reicitur, alias frangeretur neruus iuſtitia, auctoritaſque iudicum deprimeretur, atque vileſceret, & in officio ſucceſsores lento gradu, vel calce procederent.*

39 Quibus additur, quod poſt *Bertrand. in conſil. 83. num. 9. & ſeq. volum. 1. p. 1. adnotauit Vermigliol. in conſil. 378. num. 4.* vbi, quod *offitiales cenſentur quaſi ſignum, & ſcopus ad ſagittam non valentes omnibus complacere, ex quo ratione offitij tenentur, nedùm arguere, ſed etiam increpare, quamobrem frequenter odium multorum incurrunt, & ſæpius etiam inſidias patiuntur.*

Ex quibus concluditur pro abſolutione Domini Gubernator. qui procul dubio cum *Poet. Ouid. in 4. Faſtor.* Fundere poteſt illud memorabile carmen.

Conſcia mens recti famæ mendacia videt.

Et cum *Horat. ad Ariſt. ode 22. lib. 1.* canere

Integer vitæ, ſceleriſque purus
Non eget Mauris iaculis, nec arcu,
Nec venenatis grauida ſagittis
Fuſce pharetra.

Quoniam ità in Gubernio ſe geſſit, vt meritò ipſi adaptentur, quæ cecinit idem.

Horat. ode 3. lib. 2.
Iuſtum, et tenacem propoſiti virum,
Non ciuium ardor praua iubentium,
Non vultus inſtantis tyranni
Mente quatit ſolida: neque Auſter
Dux inquieti turbidus Adriæ
Nec fulminantis magna Iouis manus.
Si fractus illabatur orbis
Impauidum ferient ruinæ.

de quibus *Scacc. de iudic. cap. 78. ſub n. 11. lib. 1.*

Atque ita, &c. Saluo, &c.

40 *Et omnibus D. D. ſyndicatorum votis fæliciter in vnum conſpirantibus fuit Illuſtriſs. D. Gubernator à quibuſuis petitionibus, & inſtantijs contra eum deductis pleniſſimè abſolutus, annuente etiam Eminentiſſimo, & Reuerendiſſimo Legato Ferrariæ.*

COLLVCTATIO XXXIII.

ARGVMENTVM.

Pænæ fraudationis gabellæ quando ſit locus: itemque quomodo gabellæ ſolutio excludatur: & tandem quid de condemnatione litigantis in expenſis ſit ſentiendum.

SVMMARIVM.

1 Magnauacca vocabatur olim Capraſia.
2 Gabella, quando poſſit dici fraudata, & ſeqq. illius fraudato, quomodò excludatur n. 8. & ſeqq.
3 Gabellarius non tenetur præmonere tranſeuntes de ſolutione facienda.
6 Bannimenta quoad gabellas in primis ſunt attendenda.
7 Gabellarius debet per ſe videre ſpecies mercium denunciatarum.
13 Ignorantia probatur iuramento.
14 Error tranſeuntis per loca gabellarum probatur iuramento.
15 Dominus mercium non tenetur de omiſsione facta ergà gabellarium à vectoribus illarum. Limita n. 16.
17 Minor, non punitur pæna fraudatæ gabellæ.
18 Gabellarius in dubio contra gabellarium eſt pronunciandum, maximè vbi agitur de pæna fraudatæ gabellæ.
19 Gabella, debet ſolui de rebus, quæ negotiationis cauſa introducuntur, & extrahuntur.
20 Gabellarum in ſolutione attenditur conſuetudo. Amplia n. n. ſeqq.
24 Vectigalia ſunt impræſcriptibilia. Amplia numero 25.
26 Conſuetudo reſtricta ad certas perſonas, non egreditur illas.
27 Argumentum à ſenſu contrario in Statutis quando procedat.
28 Gabellæ conceduntur cum iiſdem conditionibus, cum quibus anteà fuerunt conceſſa, & n. 29.
30 Cautus quis eſſe debet in negotiis.
31 Offitiali publico in ſpectantibus ad eius officium creditur.
32 Princeps eſt immunis à ſolutione gabellarum.
33 Expenſæ ſunt reficiendæ à temere litigante: ab expenſis excuſat iuſta cauſa litigandi numer. 34. Limita numer. 35. 36.
37 Gabellarij mores: remiſsiuè.
38 Gabella pro non ſolutione gabellæ in dubio eſt pronunciandum.
39 Exitus cauſæ.
40 Auctoris genitor commemoratur.

1 DAtiarius Portus Magnauaccæ (olim Capraſia nuncupatæ ex Blond. in Ital. illuſtr. region. 6. f. 148. in paruis alias f. 355. in fin. ſecundum impreſs. Baſil. Volateran. in Geograph. lib. 4. tit. regio tranſpadana verſic. proximum deindè. f. mihi 33. à tergo, ex eodem nunc nomenclato typo. Albert. in deſcript. Ital. region. 14. f. 344. Sardo in hiſtor. Ferrar. lib. 1. f. 11. ad fin. Altograd. conſil. 4. ſub num. 112. & 127. lib. 2. & aliis videndis in meis Hiſtoricis obſeruationibus) de iuribus huius Ciuitatis Comacli laborat incaſſum contra Simonem Cintium Comacleſem, tam reſpectu fraudationis gabellæ, quam ſolutionis Datij.

Tantùm enim abſit (vt primum examinemus) frau-
2 datam nunc poſse dici gabellam, vt euenit, quando quis
tranſiuit cum rebus, de quibus erat illa ſoluenda, & eam
non ſoluit. l. interdum. §. Diui 1. vbi DD. ff. de publ. & ve-
ctig. Crauet. conſ. 115. num. 1. in fin. Roland. conſil. 42. num.
1. lib. 3. Maſcard. de probat. concl. 834. nu. 2. Farin. de furt.
q. 173. num. 17. Maſsin. de confiſc. bonor. quæſt. 21. num. 20.
3 etiam nulla à gabellario præmonitione facta. Bertbach.
de gabell. q. 9. princ. num. 3. Peregr. de iur. fiſci lib. 6. tit. 5.
ſub num. 35. limit. 2. verſ. nota tamen. Roland. d. conſ. 42. n.
2. Boſs. in tit. de fraud. vectig. num. 8. Maſcard. d. concl. 834.
Manſon. de cauſ. executiu. ampl. 30. num. 28. Farinac. d. qu.
173. num. 18. Guazzin. de confiſc. bonor. concl. 13. ampl. 82.
n. 2. Maſsin. d. q. 21. n. 22.

4 Intelligeudo tamen, vt tranſitus cum mercibns de-
beat ſumi, vel ſecundùm communem diſtinctionem al-
latam à Farinac. ead. q. 173. num. 23. & in fragment. cri-
mim. p. 1. litt. B, à num. 59. ad 68. Perſonal. de gabell. n. 129.
& ſeq. Maſcard. d. concl. 834. num. 28. Maſsin. d. q. 21. num.
24. vel iuxtà ponderata proprio marte ab eod. Maſsin.
5 ibid. ſub n. 25. 26. concludente cum his verbis, quod dum
DD. loquuntur de loco, vbi ſolui debet gabella, noluerunt
intelligere de domo, in qua reſidet gabellarius, ſed de Ciui-
tate, oppido, vel Caſtro, vbi gabella debetur, & ſic licet quis
reliquerit poſt terga domum gabellarij, non propterea debet
apprehendi, vt fraudator, ſed expectari, quod egrediatur
Ciuitatem, vel Caſtrum, & poſtquam exiuit ſacere areſtare
bona: non enim eſt neceſſe, quod egrediatur totum territo-
rium, nam ſi hoc expectaretur, nunquam eſſet locus pænæ,
cum extrà territorium offitiales gabellæ non poſsint eos per
ſequi, & capere, ſuper quibus ſunt videndi. Gandin. de
malef. tit. de reb. non portan. n. 6. & ſeqq. Rip. de peſt. tit. de
remed. ad conſeru. vbert. num. 71. & ſeqq. Marc. deciſ. 162.
num. 12. & dec. 239. & 617. p. 2. Tuſch. litt. S, concl. 368.
Clar. in pract. §. fin. q. 82. Stat. 7. n. 8. omnium melius Farin.
in fragm. vbi ſuprà. Manſon. de contraband. q. 1. 3. vbi non
nulla obſeruanda adducit.

Quod imò gabellæ ipſius fraudationem excludi, tùm à denuntiatione eiuſdem Datiarij, tum à toto ſuperindè fabricato proceſſu, manifeſtè pateat.

Hocque aſsequimur, dum ex diſpoſitione bannimen-
torum Eminentiſs. Donghi Legati Ferrariæ ſub die 24. Fe-
br. 1645. nunc iterum confirmatorum ab Eminentiſs.
Imperiali eandem legationem gerente ſub die 7. Iun. 1658.
6 quibus veluti ſacro aſylo aduerſarius incumbit, & tu-
tiſsimè confugit; ac meritò, nam bannimenta, quoad
gabellas in primis ſunt attendenda. Bertachin. de gabell.
p. 9. num. 13. verſic. niſi quando. Ferrett. eod. tract. numer.
182. verſic. niſi extaret. Vermigliol. conſil. 279. numer. 6.
non tenentur conducentes, & vectores mercium ad
hanc Ciuitatem Comacli, niſi de Datio Magnauaccæ
præſentare, & quantitatem mercium Datiario denun-
tiare, vt apertiſsimè diſponitur in iiſdem bannimentis. §.
per cio in virtù: quæ quidem bannimenta, niſi aliter diſ-
7 poſuiſsent, quoad denuntiationem, potuiſsent admitte-
re illam interpretationem, vt denunciatio generica
mercium ſufficeret, cum gabellarius debeat per ſe vi-
dere ſpecies earum; ad Crauet. conſ. 969. num. 4. lib. 5. de
quo Vermigliol. conſil. 278. num. 6.

Vndè, cum ipſemet Datiarius fateatur, prædicta omnia fuiſse adimpleta pro parte Cintij, non eſt cur ex hoc capite fraudatio aliqua gabellæ deducatur.

8 Nam etiam his ceſsantibus non intraret pæna frau-
datæ gabellæ, vbi dolus non concurreret. Menoch. conſ.
98. num. 22. Becc. conſil. 96. num. 2. 10. Ludouic. concl. 15.
illat. 32. Honded. conſil. 105. numer. 57. lib. 1. Farinac. de
furt. qu. 173. num. 45. vbi concordan. Maſsin. de confiſcat.
bonor.

Digitized by Google

bonor.d.q.21.num.17.Vermigliol.conſil.277.n.13. et conſ. 278.n.5.et conſ.279.n.9.Caren.reſol.206.num 5.& reſol. 207.n.9.et reſol.208.num.9.vbi concordan.Cyriac. contr. 370.n.43.tom.2.

9 Veluti ſi merces fuiſſent aſportatæ per loca publica palam, & de die, vt in præſenti. *Vermigliol.d. conſ.277. n.13.Becc d.conſ.96.n.12. Menoch.conſ.214. n.30.vol.3. Caren.d.reſol.206.ſub num.6.verſ. ex eo quod quidquid.*

10 Vel, ſi vectoribus, & tranſeuntibus fuerit dictum ab aliquo viro probatæ fidei, quod pro mercibus, quæ vehuntur, gabella non erat ſoluenda. *Becc.d.conſ.96. n.16. & ſeqq.Farin.d.q.173.n.46.Maſſin.d. q.21. n.18.*

11 Aut ſi gabellarius, ſiuè alius pro eo non adfuiſset in in loco, in quo ſoluenda eſset gabella. *Maſcard. de probat.concl.834.n.12.Farin.d.q.173.n.32. Manſon.de cauſ. execut.ampl.30.n.29.Guazzin.de confiſc.concl.13.d. ampl.82.ſub n.3.Maſſin.eod.tract.d.q.21. n.31.32.*

13 Vel tandem, vbicunque competeret vectori aliqua defenſio ex ignorantia errore, aut bona fide; *Crauet. conſ.969.n.1.et ſeqq.vol.Gallia conſil.16.n. 5. et ſeqq. Ripa de nocturn.temp.c.16.n.51.Raudens.de anolog.c.30.n. n.284.Bellon. de poteſt. eor. quæ fiunt in contin. lib.1. cap. 196.num.3.verſ.ego ſæpè,Caren.d.reſol.207.nu.11.et reſ. 208.n.9.Sixtin.de regalib.lib.2.c.6.n.193.et ſeq. Manſon. d.ampl.30.n.29.Peregr.de iurib.fiſci lib.6. tit.5.n.35.*

13 In tantùm, vt ſi defenſio iſta ab ignorantia vectoris proueniat, ſatis iuramento illius probatur. *c. nonnulli in fin.de elect.in 6.Mandel.conſil.9.n.36.Cephal.conſ.250.n. 12.Farin.conſ.70.ſub n.48.lib.1.Crauet. d. conſ.969. n.2.*

14 Et ſimiliter ſi dimanet ab errore, qui pari modo iuramento eiuſdem vectoris probatur. *Marſil.in l.fin. n.127. ff.de iuriſd.omn.iudic.Peregr.de iurib.fiſci d.tit.5. ſub nu. 35.verſ.et inſtus.*

Et quatenus contenta in dictis bannimentis non fuiſſent punctualiter obſeruata, adhuc Cintius nullum pati deberet damnum.

Tùm quia ipſo abſente, & omninò ignorante fuit facta aſportatio mercium à vectoribus, & patronis nauis, in qua aderant ad hanc Ciuitatem Comaclij, vndè ſi
15 aliquid fuerit omiſſum erga datiarium ab illis, non debet domino mercium imputari, iuxtà *tex. in l. fraudati. §.1.et l.eotem.§.dominus. ff. de publ.et vectigal. Peregr. de iurib.fiſci lib.6.tit.5.ſub n.35. verſ. limita quarto. Cyriac.contr.356.n.43.tom.2.*

16 Quidquid forſan ſecus foret dicendum, ſi vectores eſſent factores, & inſtitores Cintij; ad *Grammat. conſ.8.* vel aliqua alia cõcurrerent, de quibus *Tuſch.litt.D, concl.30.n.4.litt.G, concl.14.et litt.V, concl.34.Farin.de furt. q.173.n.50.Cyriac.d.contr.356.*

17 Tùm, quia Cintius eſt minor 25.ann. quo fit, vt ceſſante dolo, nequeat puniri pœna fraudatæ gabellæ, ad quam ſoluendam habet terminum 30.*dier.* & poſt eorum lapſum, ſuccurritur ei ope reſtitutionis in integrum.*l.ſi ex cauſa.§. ſi in commiſſum. ff. de minor. iuncto tex.in l.Imperatores.§.fin.ff.de publ. Ferret. de gabell. nu. 335.et ſeq.Guttier.eod.tr.q.46.n.24.25.Odd. de reſt. in integr.q.82.n.30.et ſeqq.Farin.de pan.temper.q.92. n.158. et de furt.d.q.173.num.47.quos relatos ſequitur Eruditiſs. Maſſin.de confiſc. in ſæpè alleg. q.21. n.34. adde Cyriac. d. contr.370.n.42.tom.2.*

Et hæc quoad primum caput deductum à Datiario, tantò minus exaudiendo, quantò ſtat contra eum con-
18 cluſio certiſsima, quod in dubio aduersùs gabellarium eſt pronunciandum, maximè quando agitur, vt in præſenti, de pœna fraudatæ gabellæ. *Becc.conſ.96. n.5. Oſaſch.dec.4.num.7.10.Ferret.de gabell. nu.79. Perſonal. eod. tract.num.38.Farin.de furt.d.quæſt.173.numer.52. vbi de communi. Cyriac.d.contr.370.num.47.*

Quoad alterum caput, reſpectu ſaltem prætenſæ ſolutionis Datij, nec minus Simeon Cintius tenetur in aliquo ergà Datiarium quandoquidem licet videatur
19 vectigal, & datium fore perſoluendum pro mercibus, et rebus, quæ ad iſtam Ciuitatem negotiationis gratia ducuntur, ſecundùm generaliter contenta, & diſpoſita; *in l.vniuerſi prouinciales in l.omnium rerum,et in l.à legat. s.C.de vectig.et commiſs. et ad tradita per Anchar. conſ. 264.Sextin. de regal.lib.2.c.6.Keller.de off.iuridicopol.lib. 2.c.13.in 6. regal.Roſenth.de feud.c.5. concl.34. ſub nu.2. Cyriac.contr.26.n.8.to.1.*

Nihilominus concluſio iſta (tanquàm temperata à conſuetudine antiqua, ob quam datium iſtud fuit duntaxat exactum pro extractione rerum, & mercium ad negotiationem ſpectantium ab hac Ciuitate, retentis tamen modificationibus etiam in tali caſu mox ſubijciendis) nequit in præſentiarum officere, cum ad eandem conſuetudinem veniat reſtringenda ex vniuerſali doctrina, quod in materia gabellarum; tam quoad ſolu-
20 tionem, quàm quoad exemptionem earum ſemper eſt attendenda conſuetudo. *l.ſi prouincialium.C.vectig. non. inſt.non poſsunt.l.miſſi opinatores.C.de exact. tribut. lib.10. Ferret.de gabell.n.263.Burſat.conſ.138.n.42.et conſ.186. n.11.vol.2.Surd.conſ.470.num.15.et ſeq.Becc.conſ.96. in princ.lib.1. Amat.dec. Mareb.35.n.9.Ciarlin.contr.22. n. 40 Cyriac.contr.109.n.3.contr.141.n.50.to.1. contr.222. n.18.tom.2.Caren.reſol.206.n.1.et reſ.207. n.1. Zacch. de Salar.q.44.n.18.Gratian.diſcept.17.n.13.tom.1.*

21 In tantùm, vt ſi agatur de acquirenda libertate non ſoluendi gabellam, ſufficiat decennium ad inducendam talem conſuetudinem. *Burſat.d.conſ.138.n.42. Pancirol. conſ.23.n.13.16.Cyriac.d.contr.222.n.19.Caren.in alleg. reſol.207.n.4.*

22 Maximè, quando ſumus, vt modò, in conſuetudine, ſiuè obſeruantia interpretatiua, ad quã conſtituendã in his terminis gabellarũ ſufficere, quod per duos, vel tres actus ità fuerit ſeruatũ; docet *Carena d. reſ.207.ſub n.5.*

23 Cuius interpretatiuæ obſeruantiæ reſpectu accipio illud quod dicitur, non oportere eſſe præſcriptam conſuetudinem, quæ venit ſeruanda in materia gabellarum. *Gabr.conſ.161.n.9.in fin. lib.2. Grilenz. conſ.40. n.16.et ſeq.et conſ.71.n.19.et conſ.77.n.13.Ciarlin.d.contr.22.nu. 10.Zacch.de Salar.d.q.44.n.19.*

24 Quia alias eſset ponderanda concluſió ſe habens, vectigalia adeò eſſe de ſui natura impræſcriptibilia. *Parlador.quotid.rer.lib.1.c.3.n.43. Guttierez de gabell. qu.3. Larea alleg.fiſcal.15.num.1.Carena reſol.206. ſub num.8.*

25 Vt etiam Princeps ſtatuere poſsit, quod nec immemorabilis habeat locum in illis. *Caſtil.de tert.debit.Reg.c.18. n.178.tom.7.Larea d.alleg.15.n.8.Caren.ead.reſol.206.n. 8.verſ.veriſſimum etiam.*

Propterea, cum nullo modo agatur nunc de aſportandis & extrahendis mercibus controuerſis ab hac Ciuitate, ſequitur Datiarium audiendum minimè fore quoad prætenſam datij ſolutionem.

Dixi ſuprà, *retentis tamen modificationibus*, vt obſeruaretur, non eſse perpetuo conſtans, deberi datium Magnauaccæ pro rebus, & mercibus, quæ extrahuntur ab iſta Ciuitate; ſed eidem datio eſſe locum duntaxat, quotieſcunquè merces non permanent, nec detinentur ibi expoſitæ emptioni per temporis ſpatium præſcriptum à Statuto, & à Concordia vltimo loco facta inter Communitatem Comacli, ex vna, & Appaltatorem generalem ex alia parte *ſub die 12. Maij 1649.* ex rapitu *E.*
26 *Io: Baptiſtæ Guidi Notar.* in tantum, vt cum iſtæ particulares conſtitutiones reſtringantur ad perſonas non exponentes publicæ emptioni ſuas merces, non egrediantur eaſdem. *l.quæ conditio. ff. de condit. et demonſtr. Menoch.conſil.143.num.26.27.Surd.conſil.384. num.10. Altograd.conſ.84.n.163.lib.1.Zacch.de Salar.d.q.44.n.8.*

Digitized by Google

Rot.cor.Buratt.dec.740.num.10.et in rec.dec.43.n.2.p.7.
Sed bènè cenſeantur excluſæ à ſolutione huius datij
perſonæ merces proprias,vt ſuprà exponentes emptio-
27 ni per tempus præſcriptum, ex argumento à ſenſu
contrario deſumpto ad limites verborum, quæ haben-
tur in ſenſu directo in iiſdem conſtitutionibus. *Decian.
conſ.27.n.13.vol.5. H.ondcd.conſ.16.n.60.to.1.plenè Barboſ.
in loc.comm.argum.iur.loc.27. ſub n.10.vbi concordan.*

Neque eſt, quod opponatur de ignorantia harum
conſtitutionum in Datiario.

28 Quoniam,cum gabellæ, & datia ſemper concedan-
tur, cum iiſdem conditionibus, quibus anteà fuerunt
appaltata.*Ruin.conſil.74.n.1.vol.1.Burſatt. conſ.190. nu.
26.37.vol.2.Bertach.de gabell. p.2. q.31. Surd. conſ.470.
ſub n.15.Caren.reſol.207.n.2.Rota cor.Caualer. dec.60. n.*
4.alterum ex duobus ſequitur.

29 Vel,quod ille datiarius conduxit datium, firma ma-
nente diſpoſitione, & obſeruantia dictarum conſtitu-
tionum, vti talis anteactis temporibus fuit perſpecta;
arg.*l.ſi de interpretatione.ff.de l. l. Rota in puncto cor. Ca-
ualer.d.dec.60.ſub n.4.verſ.ideò dicebant.*

30 Vel,quod debebat eſſe cautior in perſcrutando ſta-
tum negotij,& qualitatem prouentuum, quos condu-
cebat,arg.*l.qui cum alio.ff.de reg. iur.Rot.in terminis cor.
Caualer.d.dec.60.ſub n.3.verſ. & debebant.*

Additur ex abundanti pro prætenſa datij ſolutione
eliminanda,quod conſtat in proceſſu, nequè ex aduer-
ſo controuertitur, res, de quibus agitur non eſſe pro-
prias Simeonis Cintij,ſed D. Franciſci Gnoli Mutinen-
ſis,à quo veluti miniſtro Sereniſſimi Ducis Mutinæ pro
rebus inſeruiendis eidem Duci fuiſse conſuetum etiam
reſpectu extractionis non exigi ſolutionem huius Datij
deducitur ab atteſtationibus factis à Datiariis præteri-
tis,quibus omninò fore credendum non ambigitur, vt
31 potè deponentibus de his, quæ ſpectant ad eorum of-
ficium. *Menoch.præſ.85.num.10.lib.2.Maſcard.de probat.
concl.1138.n.1.Rota in rec.dec.723.n.2.p.4.to.3.dec.271.
n.12.p.5.dec.551.n.10.ead.p.5.tom.2.dec.64.n.10.et dec.
186.n.23.p.6.dec.98.n.6.p.7.dec.205.n.18.p.8.cor. Sera-
ph.dec.792.n.3.tom.1.& dec.1570.n.2.tom.2.cor.Duran.
dec.196.n.6.tom.1.cor.Buratt.dec.910.n.8. tom.3.coram
Pegn.dec.176.n.6.in impreſs.Venet.alias dec.225.n.7. to.
1.ex typo Lugdun. apud Poſt. de manut. dec.629.n.13.&
poſt Cene.de cenſib.dec.89.n.3.*

32 Et vrgenti quidem motiuo, nam ſicuti Principes
Ateſtini ante deuolutionem huius Ciuitatis ad S. Sedẽ
Apoſtolicam erant immunes à ſolutione vectigalium,
& gabellarum, quæ hic tanquam in eorum dominio
aderant.l.*locatio alias licitatio.§.fiſcus. ff. de publ. Parla-
dor.rer.quotid.lib.1.c.3.§.1.n.32. Cyriac. contr.141. n.70.
to.1.*Ità non eſt incongruum dicere, eandem immuni-
tatem, & exemptionem adhuc perdurare ad fauorem
deſcendentium ab eadem Sereniſſima familia, prout
quatenus opus fuerit demonſtrabitur.

Interim concluditur,Cintium fore abſoluendum, &
Datiarium non tantùm ab hoc iuditio repellendum,
ſed in omnibus expenſis condemnandum, cum perpe-
33 ram,& temerè vexauerit eundem Cintium,abſquè vlla
iuſta,& probabili cauſa.*Poſt.reſol.80.n.21.Lanccl.de at-
tent.p.3.c.31.n.114.Leoncil.dec.83.n.4.*Quidquid aliter,
34 quoad expenſas,foret dicendum,ſi habuiſſet iuſtam li-
tigandi cauſam, quam ab expenſis excuſare omnibus
innoteſcit,*ex l.qui ſolidum.§.etiam de leg.2.DD.in l. pro-
perandam.§.ſin autem.C.de iudic..Aſin.in prax. §.32.c.2.
limit.1.n.1. Menoch.de arbitr.caſ.177.n.1.Leoncil.d. dec.
83.ſub n.4.verſ.ità non minus.Thomat.dec.47. n.18. to.1.
Sabell.var.reſol.& reſponſ.c.6.n.4.Chartar.dec.1. n. 3. vbi
concordan.Ferentil.ad Buratt.dec.921.n.8.tom.3.*

Admiſſis tamen reſtrinctionibus videndis apud præ-
35 citatos D.D.inter quas, vti ex præcipuis agnoſcitur il-
la,quod expenſæ ſportularum Iudici præſtitę reficì de-
bent à victo victori, etiamſi ipſe victus habuerit iuſtam
cauſam litigandi.*Aſin.in prax.d.§.32.cap.2.limit.5.Ma-
ſtril.de Magiſtr.tit.de ſport.c.22.n.18.Pigant.ad Stat. Fer-
rar.lib.2.Rub.84.n.4.tom.1.*

36 Itemque,vbi tractatur de expenſis conuentionalibus
ſiuè promiſſis in caſu contrauentionis, quas deberi non
obſtante iuſta litigandi cauſa, docuerunt *Natta conſ.
113.n.9.Cephal.cõſ.265.n.21.Decian.cõſ.74.in princ.Surd.
de aliment.tit.6 q.3.n.28.Cyriac.contr.229.n.32. to.2.*

Præſertim autem non eſt parcendum condemnatio-
ni in expenſis aduerſus hunc Datiarium; quia ne dum,
37 ratione perſonæ malus exoritur odor, cum *quantæ au-
daciæ,quantæ temeritatis ſint publicanorum factiones, ne-
mo eſt qui neſciat*, ex Paulo *in l.12. ff. de publican. & ad
Ferret.de gabell.n.215.*Sed etiam,quia ratione Datij, &
38 gabellæ eſt iudicandum in dubio pro non ſolutione il-
lius.*Gratian.diſcept.17.ſub n.16.verſ.adde quod, & ſeqq.
tom.1.& diſcept.777.n.28.tom.4.Surd.dec.305.n.44.vbi
concordan.Cyriac.contr.94.n.55.tom.1.et contr.297.n.55.
56.tom.2.*Atque ita,&c.*Saluo,etc.*

39 *Fuit iudicatum ſecundùm ſuperiùs concluſa ab Illuſtriſs.
ac doctiſſimo viro D. Stephano Collutio Veliterno Gubern.
Comacli die prima Septembris 1651.* vt in proceſſu for-
mato in Cancellaria Criminali eiuſdem Ciuitatis,tem-
pore quo offitium illud peruigili aſsiduitate dirigeba-
40 tur *à dilectiſſimo genitore meo Vincentio Bondeno acerri-
mo iurium R.C.A.propugnatore, ac in omnibus quantum-
uis arduis controuerſijs aduerſus illam promotis, nuncque
pendentibus, & de quibus apud Altograd. conſ.2.3.4. lib.
2. defenſore diligentiſſimo, ab hac luce die 9. Februarij
1655. luctuoſiſſimè erepto.*

Quas quidem controuerſias modò enuntiatas,ac re-
ſpectu Vallium Comacli ob iura ſuper eas à Sereniſs.
Duce Mutinæ excitata vigentes poſthæc longè ſcripta,
typiſq; pro impreſsione commiſsa, omninò ſedauit, &
reſtinxit *Concordia ſubſequuta, & in Artic.2. firmata in
Comitijs Piſanis* inter Illuſtriſs.& Reuerendiſs.Cæſarem
Raſponem Rauennatem pro S. D. N. D. Alexandro
Papa VII.& R.C. A. cum plenitudine poteſtatis inter-
uenientem:atquè Illuſtriſs.& Reuerendiſs. Ludouicum
de Bourlemont Gallum S. Rot. Roman. Auditorem
pro Chriſtianiſs. Rege Galliarum cum omnimoda fa-
cultate adſtantem: *de anno 1664.die 12.Februarij.*

COLLVCTATIO XXXIV.

ARGVMENTVM.

Inueſtituræ de emphyteuſi Eccleſiaſtica proponi-
tur formula: ſubindequè plures aliæ exorientes
perpenduntur, & tam in terminis iuris cõmunis,
quã *Bullarũ Bonifaciana,et Paulina pro Statu Ferrarienſi*
editarum ad fauorem fæminarum, & pro earum
comprehenſione reſoluuntur eaſdemq; pręſciſ-
ſo concurſu filij cum filia, ſuccedere ab inteſtato
in bonis emphyteuticis *Ducatus Ferrariæ*, non ob-
ſtante *Statuto fœminarum excluſiuo* pro veritate de-
ciditur.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis Eccleſiaſticæ natura eſt vt ad illam fœminæ
admittantur.*

2 *Emphy-*

Digitized by Google

2 Emphyteuſis debet renouari fæminæ proximiori, quoties dominus directus, etiam Eccleſiaſticus, non vult pro ſe ipſam retinere.

3 Bulla Bonifaciana admittit fæminas ad emphyteuſim Eccleſiaſticam: reducit bona emphyteutica ad inſtar allodialium num.4.& tranſitoria ad quoſcunque hæredes, et ſi extraneos.n.5.

4 Bona emphyteutica Eccleſiaſtica in Statu Ferrariæ habentur vti allodialia, hæreditaria, & libera: & tranſitoria ad extraneos hæredes.n.5.

6 Fæminæ admittuntur ad emphyteuſim Eccleſiaſticam, ſi extranei ad illam admittantur.

7 Clauſula in perpetuum efficit emphyteuſim Eccleſiaſticam tranſitoriam ad hæredes extraneos; & ad fæminas num.8.

Clauſula ad habendum, &c. operatur, emphyteuſim Eccleſiaſticam eſſe tranſitoriam ad hæredes extraneos, & ad fæminas.

10 Emphyteuſis conceſſa pro ſe & ſuis filijs comprehendit etiam filias fæminas, & n.n.ſeqq.vbi latè, & n.29. Contra n.30. declara n.31.

11 Prohibitum quod non reperitur, cenſetur conceſſum.

12 Filiorum appellatione continentur filiæ: declara hoc procedere per extenſionem, & improprietatem n.15.contra, quod contineantur ex proprietate, vel ſaltem ex comprehenſiua interpretatione n.24.

13 Maſculinum, non concipit fæmininum in contractibus: contra in contractibus materiei indifferentis n.19.21.

14 Maſculinum concipit fæmininum ex improprietate, & per extenſionem contra n.22. declara n.23.145.

16 A verborum proprietate in contractibus, maximè ſtricti iuris, non eſt recedendum.

17 Emphyteuſis eſt contractus ſtricti iuris limita nu.28. ſi ſit ſub modico canone eſt contractus gratuitus num.144. eſt materia indifferens n.20.

18 Filiorum appellatione continentur filiæ, quando verbum filij eſt poſitum in numero plurali: ſecus ſi in ſingulari. Limita, vt n.32.

25 Ius canonicum in ſtatu Eccleſiæ eſt omninò ſeruandum.

26 Contractus omnes de iure canonico ſunt bonæ fidei.

27 Epiſcopus dicitur Princeps.

28 Contractus geſtus cum Principe eſt bonæ fidei.

32 Maſculinitatis qualitas adiecta verbo filijs excludit fæminas.

33 Bulla Paulina dat robur interpretationibus emanatis ad Bullam Bonifacianam: eſt declaratiua, & confirmatoria Bonifacianæ n.95.97.

34 Interpretatio 10.ad Bullam Bonifacianam affertur.

35 Generatio, & gradus ſunt vnum, & idem.

36 Emphyteuſis conceſſa pro ſe, eiuſque filijs vſque ad tertiam, vel quartam generationem comprehendit fæminas.

37 Nepotes qua interpretatione veniunt appellatione filiorum, eadem veniunt, & fæminæ.

38 Filiorum appellatione in contractu emphyteutico, non veniunt nepotes.

39 Nepotes ſi non comprehenduntur, nec filiæ fæminæ continentur.

40 Argumentum à contrario ſenſu à dictis Doctorum valet, contra n.41.

42 Ratio vbi eſt eadem, idem ius eſt ſtatuendum.

43 Nepotes regulariter ſunt filij filiorum.

44 Filiā excludere, & neptes ex filia admittere eſt abſurdū.

45 Emphyteuſis conceſſa pro ſe filijs & hæredibus continet filias fæminas, & n.n.ſeqq.vbi plenè. Contra num.48.pro prima dantur D.D.n.62.

46 Hæredum appellatione continentur tàm maſculi, quam fæminæ.

47 Dictio & copulat antecedentia cum ſeqq.non requirit concurſum copulatorum, ſi ſit poſita inter duo, quæ de per ſe ſtare poſſunt, nam tunc ſtat argumentatiuè, & ampliatiuè.n.50.

49 Emphyteuſis conceſſa pro ſe et hæredibus comprehendit fæminas, & n.68.

51 Subſtitutio facta de Titio, & eius filijs, & hæredibus, non requirit vtramq; qualitatē copulatiuè, ſed intelligitur de filijs tantū, vel de hæredibus tantū, & n.54.contra n.52.

53 Emphyteuſis conceſſa pro ſe filijs et hæredibus non admittit filios, niſi etiam ſint hæredes. Contra n.55.

56 Verbum ſubſequens clarum declarat præcedens dubium, & n.57.

58 Verbum filijs eſt ſpeciale, & n.88. verbum hæredibus eſt generale.n.59.

60 Hæredum appellatione veniunt omnes hæredes, ſiuè ſanguinis, ſiuè bonorum, ſiuè extranei.

61 Specierum expreſſio, ſi præcedat generalitatem, tunc generalitas, non reſtringitur per ſpetialitatem antecedentem.

63 Interpretatio 9.ad Bullam Bonifacianā affertur, & n.66.

64 Deſcendentium appellatione ex proprietate ſermonis; comprehenduntur fæminæ.

65 Emphyteuſis conceſſa pro ſe filijs, & deſcendentibus continet fæminas.

67 Aequiparatorum idem eſt inditium, & eadem diſpoſitio.

69 Argumentum ab æquiparatis eſt validiſſimum.

70 Res eadem non debet diuerſo iure cenſeri.

71 Emphyteuſis conceſſa pro ſe, & deſcendentibus includit fæminas.

72 Emphyteuſis conceſſa pro ſe ſuis filijs, & hæredibus legitimis per lineam directam comprehendit fæminas, et n.n. ſeqq.vbi plenè, & n.92.

73 Lineæ appellatione, veniunt omnes deſcendentes: & quidem ſoli n.101. & tam maſculi, quam fæminæ n.74.

75 Lineæ appellatione, venit directa, non obliqua.

76 Lineę directæ nomine veniunt fæminæ.

77 Oratio complexiua, & vnicus periodus eſt habens principium, & finem ſub vnius verbi terminatione.

78 Orationis complexiuæ qualitates non ſtant per modum demonſtrationis, ſed per modum, vt ex pluribus conſtituatur vnum.

79 Oratio vnica perfecta ſub vna verborum ſtructura debet tota capi, non autem in partes ſcindi.

80 Relatum eſt in referente, cum omnibus ſuis qualitatibus.

81 Inueſtituræ pars diſpoſitiua, ſiuè principalis diſpoſitio quænam dicatur.

82 Filij ſunt de linea; cum in illis incipiat: ſunt deſcendentes primi gradus n.86.

83 De linea Adami omnes poſſumus dici.

84 Verba in qualibet diſpoſitione, non debent manere ſine effectu: & debent aliquid operari, neque manere otioſa. n. 85. & ſunt accipiēda ſecūdū propriā ſignificationē n.87.

89 Verba generalia, ſunt generaliter accipienda, & particularia, particulariter intelligenda: generalia, non referuntur ad ea, quæ ſpetialem habent prouiſionem.n.90.

91 Rot. deciſ. in Sarſinat. feudi 20.Decembr.1638.cor. Coccino fuit reuocata.

93 Rotæ deciſiones ſunt intelligendæ ſecundùm auctoritates, quas allegant.

94 Bulla Bonifaciana recipit interpretationem paſſiuam à iure communi: dic idem de Bulla Paulina, vt ibid.

96 Declaratio adeò declaratæ rei inhæret, vt cenſeatur perindè, ac ſi in ea, & eodem tempore emanaſſet.

97 Confirmatio, præter roboris additionem, relinquit in omnibus rei confirmatæ firmos terminos, & ſtatum.

98 Diſpoſitiones iuris communis correctoriæ recipiunt interpretationem paſſiuam ab illo.

99 Bullæ Pontificiæ, recipiunt interpretationem paſſiuam à iure communi.

100 Caſus omiſſus remanet ſub diſpoſitione iuris communis.

102 *Lineam vocare, & vocare deſcendentes eſt idem.*
103 *Interpretatio 7. ad Bullam Bonifacianam, aſſertur.*
104 *Interpretatio 12. ad Bullam Bonifacianam, aſſertur.*
105 *Relatio ſemper fit ad ea, ad quæ verba magis conueniunt & ad ea, in quibus verificari poſſunt n. 106.*
107 *Loquacitas longa tędium animis ſolet inferre.*
108 *Emphyteuſis concepta* pro ſe ſuis filijs, & hæredibus legitimis per lineam directam deſcendentibus; *verbum* deſcendentibus *ad quæ verba referatur, & n. ſeq. idem verbum emanatum ſine copula, quid operetur. ibid. & de verbis filijs hæredibus. n. 110. quid è contra n. 147.*
109 *Copulæ defectus ante verbum* deſcendentibus; *& ante verbum hæredibus quid operetur in inueſtitura, & num. 110. quid è contra n. 147.*
111 *Hæredum legitimorum appellatione, quinam comprehendantur, & n. ſeq.*
113 *Copula* & *in oratione complexiua mutatur in alternatiuam aut.*
114 *Dictio ac ponitur regulariter pro copula* &
115 *Alternatiua contentatur vnius verificatione.*
116 *Hæredes legitimi ſunt illi, qui ſucceſſuri ſunt ab inteſtato.*
117 *Stat. Ferrar. lib. 2. Rub. 139. de ſucceſſion. ab inteſt. aſſertur.*
118 *Statutum excluſiuum fæminarum ab inteſtato non poteſt allegari ad fauorem domini directi.*
119 *Statutum laicale non porrigitur ab bona Eccleſiaſtica Emphyteotica, etiam reſpectu ſolius vtilis dominij.*
120 *Bulla Bonifaciana, quoad ſucceſſionem ab inteſtato in bonis Emphyteuticis aſſertur, & n. 131. derogat. Statuto Ferrar. de ſucceſſione ab inteſtato n. 121. contra de conſuetudine n. 122.*
121 *Fæminæ ad ſucceſſionem ab inteſtato de iure communi admittuntur æquè ac maſculi.*
123 *Decretum irritans tollit quamcunque conſuetudinem contrariam, nedum in præteritum, ſed etiam in futurum.*
124 *Fæminæ & ſi in inueſtitura contentæ ſuccedunt ſolummodò non extantibus maſculis, quoties adeſt Statutum earum excluſiuum, cum quo recipiens ſe conformare cenſetur.*
125 *Emphyteuſim recipiens cenſetur ſe conformare cum breue de illa loquente.*
126 *Lex generalis in concurſu ſanctionis particularis ſilet, & hæc venit attendenda.*
127 *Contrahens cenſetur ſe conformare iuribus de contractu geſto deponentibus: & cum Statuto proprij loci, numer. 129.*
130 *Argumentum à particulari ad vniuerſale non valet.*
132 *Contrahentes referentes ſe ad aliquod Statutum, præſumuntur ſe cum illo conformare, eique ſubijcere, licet alias eo non ligarentur. Amplia vt n. 133.*
134 *Emphyteutica pacta ſunt ſeruanda.*
135 *Intentio talis præſumitur qualem verborum proprietas demonſtrat.*
136 *Bulla Bonifaciana eſt interpretanda in materia ſucceſſionis, ſecundum Statuta Ferrariæ, contrarium ſuſtinetur, & n. n. ſeqq.*
137 *Interpretatione non eſt opus, vbi diſpoſitio eſt clara.*
138 *Bulla Bonifaciana emanauit per modum priuilegij.*
139 *Interpretatio priuilegij ſpectat ad concedentem: vel ad illius ſucceſſorem. n. 140.*
141 *Interpretatio debet eſſe expoſitiua, non perimens, et annullans.*
142 *Bullæ Pontificiæ non debent accipere incrementum à poteſtate laicali.*
143 *Doctores Ferrarienſes tempore Imperij Atteſtinorum quomodò loquebantur.*
144 *Filiatio quomodò probetur, & n. 145. 146. 147.*
150 *Hæredes in materia emphyteuſis vocantur ex vſu hominum deſcendentes.*
152 *Dictio per poſita ante verbum lineam quid importet.*
153 *Proximiores cenſentur magis dilecti, quam remotiores.*
154 *Gratius Contrius I. C. Ferrarienſis laudatur.*

INueſtitura, quæ modò examinationis ſubijcitur eſt concepta hiſce verbis *pro ſe, ſuis filijs, et hæredibus legitimis per lineam directam deſcendentibus*: ſub quibus comprehendi D. D. Lauiniam, & Franciſcam de Caballerijs filias olim D. Io: Mariæ ab Epiſcopatu Comacli, vt ſuprà de domo nunc controuerſa inueſtiti, veriſſimum puto: quod vt euidentius appareat.

1 Præmitto non repugnare, quinimò conſentaneum eſſe naturæ, & qualitati emphyteuſis Eccleſiaſticæ, fęminas ad illam admitti, & illius eſſe capaces.

Tùm de iure communi. §. *emphyteuſim. Auth. de non alien. Bero. in c. in præſentia. num. 401. de probat. Socin. iun. conſ. 104. lib. 2. Cephal. conſ. 11. num. 10. Couar. var. reſol. lib. 2. c. 18. num. 1. Clar. in §. Emphyteuſis q. 32. in princ. Surd. dec. 95. n. 12. 13. Mantic. de tacit. et ambig. conuen. lib. 22. tit. 14. n. 10. 16. tom. 2. Maceraten. reſol. 67. n. 1. lib. 1. Mel. alleg. 60. n. 15. et alleg. 61. n. 19. lib. 2. Valaſc. de Iur. emphyt. q. 41. n. 2. Ludouic. dec. Lucenſ. 29. n. 1. 2. Altograd. conſ. 22. num. 2. 3. lib. 1. Mareſc. reſol. 76. num. 33. 35. lib. 2. Ciarlin. contr. 8. n. 59. Cyriac. contr. 128. à num. 1. cum ſeqq. tom. 1. et contr. 205. nu. 213. tom. 2. Rota cor. Caualer. dec. 583. et cor. Buratt. dec. 838. n. 1. et ſeqq. to. 3. et in diu. dec. 219. n. 8. vbi, quod eſt notiſſimum p. 4. et in rec. dec. 663. ſub n. 18. p. 1. et dec. 107. n. 2. et dec. 309. n. 3. p. 4. tom. 2.*

2 Et ex neceſſaria conceſſione eruta ab omnibus ijs, qui dixerunt, quod finita emphyteuſi, ob non exiſtentiam maſculorum deſcendentium, ab inueſtito debet ea renouari fæminæ proximiori, quoties dominus directus, etiam Eccleſiaſticus non vult pro ſe ipſam retinere; ad *Bart. in l. 1. §. permittitur. ff. de aq. quot et æſt.* quem perpetuò fuit taliter interpretata *Rota*, vt apud *Rubeum in ſing. eiuſd. Rot. Roman. p. 3. verb. Bart. §. 6. tom. 2. et cor. Duran. dec. 334. n. 1. 3. tom. 2. poſt Fenzon. ad Stat. Vrb. dec. 66. §. quo verò ad ſecundum poſt Salgad. in Labyrint. credit. dec. 28. n. 15. et dec. 29 n. 3. 5. 26. et in rec. deciſ. 60. n. 5. dec. 176. n. 30. p. 5. dec. 501. n. 17. ead. p. 5. tom. 2. in Eugub. renou. emphyt. 7. Iun. 1641. §. quia renouatio cor. Bichio, in Farfen. bonor. 9. Decembr. 1644. §. ex prædictis planè, cor. Eminentiſſ. Corrado in Callien. bonor. 8. April. 1647. §. quia hoc procedit, et 24. Ian. 1648. §. primo enim, et §. fin. cor. Meltio, et alibi.*

3 Tùm vigore *Bullarum Bonifacianæ, et Paulinæ, ibi, quod ſi inteſtatus aliquis dictorum poſſeſſorum deceſſerit, etiamſi fuerit inteſtabilis, tunc in bonis illis ſuccedat quilibet, qui de iure cōmuni ab inteſtato ſuccederet, ſublata differentia ſexus, agnationis, et cognationis.*

4 Ob quas *Bullas* in hoc *Ferrar. Ducatu* nulla circa hanc rem cecidit vnquam dubitatio; cum in vim quoquè *earundem Conſtitutionum* bona emphyteutica reputentur, & habeantur, vti allodialia, hæreditaria, & libera *Cyriac. contr. 12. ante n. 67. tom. 1. Rimin. iun. conſ. 447. nu. 76. Pigant. ad Stat. Ferrar. lib. 2. Rub. 127. n. 14. vbi concordan. tom. 2. Rot. cor. Duran. dec. 254. ſub num. 5. et ſub n. 18.*
5 *tom. 2. et dixi ſuprà collect. 23. num. 43.* Nec non tranſitoria ad quoſcunque hæredes, etiam extraneos. *Marcabr. conſil. 26. num. 14. Amat. dec. Ferrar. 51. n. 56. Pigant. ad d. Rubr. 127. ſub n. 91. verſ. tertio colligitur.* Et ſucceſſiuè
6 etiam ad fæminas, vt ſic argumentatur benè *Caren. reſ. 152. in princ. Rimin. iun. conſ. 763. n. 21. Altograd. conſ. 22. n. 11. lib. 1. Rota in rec. dec. 309. ſub n. 4. p. 4. tom. 2. et cor. Buratt. dec. 894. n. 4. tom. 3.*

Tùm

7 Tùm ex tenore inueſtituræ nunc examinatæ, in qua adeſt clauſula *in perpetuum*, per quam ſicuti emphyteuſis Eccleſiaſtica fit tranſitoria ad extraneos hæredes. *Socin.ſen.conſil.266.num.37.vol.2.Caren. d. reſol.152. n. 3.Altograd.conſ.22.ſub n.6.verſ. imo e x hac lib.2. Mell. alleg.32.n.8.lib.2.Rota in rec.dec.294.num.4.p.2.& dec. 548.n.9.p.4.tom.3.*

8 Itá operatur, vt Emphyteuſis ad ſolos maſculos non ſit reſtringenda, ſed vt complectatur etiam fæminas. *Rimin.iun.conſ.763.num.9.10. & ſeqq.Altograd. d.conſ. 22.n.6. Mel. ead.alleg.32.ſub n. 7.verſ.deindè nec prætereundum.Rota in Sarſin.Feud.7.Iul.1651.§.quibus non obſtat,cor.Ottbobon.nunc in eius impreſs.dec.265.ſub n.38.*

9 Iuncta maximè alia clauſula *ad habendum, &c.* quæ pariter non minus operationem tranſitus emphyteuſis & ſi Eccleſiaſticæ ad extraneos inducit. *Becc. conſ.88.n. 20.& ſeqq.Gratian.diſcept.504.c.3.Manent. conſ.45. nu. 82.Barboſ.clauſ.4.num.4. vbi concordan. Altograd.d. conſil.22.num.7.Sperel.dec.120.num.18.tom.2.Caren. d.reſ. 152.ſub num.3.in fin. Mel. d. alleg.32. num.10. & alleg. 43.ſub n.24.& alleg.71.n.6.in fin.lib.2.Cyriac.contr.146. n.17.18.tom.1.& contr.324.n.16.tom.2.Rota in rec. dec. 287.n.1.2.& dec.438.n.2.p.1.& dec.381.n.5.p.5.et dec. 74.n.7.p.6.& cor.Caualer.dec.293.num.2.& cor.Buratt. dec.87.n.3.cor.Duran.dec.295.n.2.& cor.Merl. dec.532. n.7.8. tom.1.* quam fæminarum incluſionem ad ipſam emphyteuſim, vti & ad feudum præſefert. *Mel. alleg.8. ſub n.26.lib.1.et alleg.63.n.23.& alleg.72.n.2.lib.2.*

Hoc præmiſſo: vt clarius in hac cauſa veritas eluceſcat, & bònum ius dictarum D.D. de Caballerijs pateſiat, examinabo ſigillatim verba præfatæ inueſtituræ, nonnullis poſitis concluſionibus: quibus perpenſis, veram huiuſce rei reſolutionem ad fauorem earundem D.D. obtinebimus.

CONCLVSIO PRIMA.

10 Dico primo, quod ſi inueſtitura fuiſset concepta ſimpliciter *pro ſe, & ſuis filijs*, comprehenderentur in illà etiam filiæ fæminæ.

Quod dictum (*reſeruata iuris communis diſpoſitione*) probatur *ratione, & auctoritate.*

11 *Ratione*: quia nullibi in corpore iuris reperitur prohibitum, quod filiæ fæminæ non comprehendantur in inueſtitura per modum prædictum concepta: ergo cenſetur conceſſum, ſecundùm regulam, de qua *l.necnon. ff. ex quibus cauſ maior.l.1.ff.de teſtibus l. ab ea parte. ff. de probat.Burſatt.conſ.110.n.27. lib.1. Salon. conſ.8. num.3. Bertaz clauſ.2.gloſ.1.num.5.Antonin.reſol.41.num.6.lib. 1.Gratian.diſcept.870.n.36.tom.5. Barboſ. axiom.178. n. 2.& axiom.193.ſub n.7.Seacc.de commerc. & camb.§.1. q.1.n.45.* cum pro fæminis extet generalis, ac receptiſſima concluſio, quod filiorum appellatione, filię quoquè
12 continentur. *l.ſi quis itá.ff.de teſtib.tut.l.ſi itá ſcriptum.ff. de leg.1.l.iuſta.ff.de verborum ſignificationibus.Tuſch.litt. F, concl.374. Fuſar. de ſubſt. qu.321.in princ.Gamm.dec. 337.num.9.Barboſ.appell.99.num.48.vbi concordan.Pontirol.in ſuo reſponſ.num.139. Marin. reſol.79. n.16. lib.1. & reſol.126.n 4.lib.2.Rot.in rec.dec.316.n.2.p.1. & dec. 422.n.13.p.4.tom.2.& dec.667.num.2.ead.p.4.tom.3.& dec.195.n.1.p.5.& dec.61.n.1.2.p.7.& coram Greg. dec. 514.n.1.& in Roman.fideicom. de Pedicon.19. Iun.1656. §.nec refert,cor.Celſo.*

Huic rationi ſcio apponi, quod antecedens firmatum non ſit tutum ex herculeo illo ſundamento ab aduerſarijs, de quibus inferius adducto, conceiſionem nempè prędictam eſſe conceptam per verba maſculini generis
13 deducendo exindè, quod, cum verſamur in contractu, maſculinum in eo non concipit fęmininum, iuxtà magis communem opinionem; de qua, poſt antiquiores *Gratian.diſcept.58.ſub n.14.to.1.Gabr.comm.concl.tit.de verbor.ſignif.concl.6.n.93.vbi concordan.Mantic.de tacit. lib. 22.tit.54.n.4.Rota in diu.dec.125.n.2.5.p.2.& annot. ad dec.199.nu.73.92.p.8. in recent. & in Bonon.ſucceſs.17. Iun.1647.§.ceſſante autem in fine cor.Bicchio.*

14 Et in omnem caſum, ac vbi maſculinum concipit fęmininum, quod hoc euenit, non ex vi verbi, & ex vera, propriaque ſignificatione eius, ſed per interpretationem, extenſionem, & improprietatem. *Tiraq. de retract. lignag.§.1.gloſ.9.n.181.vbi de communiori.Gratian. d. diſcept.58.n.15.Rubeus in d.annot.ad alleg. dec.199. nu.94. 100.p.8.in rec.Rota d.dec.125.n.6.et ſeqq.vbi pulchrè.*

15 Et præſertim, quod filiorum appellatione filiæ ſic, & taliter continentur. *Odd.conſ.6. num.7. Menoch. conſil. 204.n.1.Honded.conſ.12.n.2.& conſ.57. n.2. lib.1. Barboſ.appellatiu.99.n.50.Rota cor.Coccin.dec.111.n.9.*

Ac ideò, formulam præſatam non complecti filias fæminas, ſed duntaxat filios maſculos contentos in ea-
16 dem proprietate verborum, à qua in contractibus, maximè ſtricti iuris, non eſt recedendum. *l. quidquid adſtringendæ.ff.de verborum obligat.Barboſ. d. appell.99.n. 86.Rota in diu.d.dec.125.n.14.p.2.& in rec. dec.172.ſub n.90.p.6.& cor.Merlin.dec.567.n.90.tom.2. Rubeus in d. annot.ad Rot.in rec.dec.199.n.61.79.80.p.8.* inter quos
17 contractus connumeratur emphyteuſis, vt multis relatis firmat *Gratian.d.diſcept.58.n.15. in fin. Rot. ead. dec. 125.n.13.& cor.Pegn. dec.605. n.1. ex typo Venet. alias dec.758.n.1.in impreſs.Lugdun.& cor.Duran.dec.300. n. 1.ac alibi, vt apud Rubeum in annot.ad d.dec.199.n.90.91. p.8.in recent.*

Verùm reſponſio eſt facilis, quia non eſt concedendum, dicta verba *ſuis filijs* apposita in inueſtitura eſse
18 generis ſolummodò maſculini, nam tanquam concepta, & prolata in numero plurali ſunt, & dicuntur eſse cõplectiua vtriuſque generis; & itá ſub illis continentur quoque filiæ fæminæ; quidquid ſecus dicendum eſset, vbi illa verba forent prolata in numero ſingulari, nàm tunc filiæ fæminæ arceri deberent, iuxtà diſtinctionem comprobatam à *Coſta in c.ſi pater verſ.vtrumq.n.10. de teſtam.lib.6.Cald.de poteſt.eligen.& nominan. lib.3. c.15. à n.17.ad 19.Valaſc.de iure Emphyt.q.41.ſub n.3. verſic. idem maximè.Barboſ.appellat.99.n.51.52.Altograd. conſ. 22.ſub n.22.ad fin.lib.1.Merend.contr.iur.li.6.c.1.n.5. et ſeq.et n.19.20.to.1.et li.10.c.9.to.2.Caren.reſol.128.n.39.*

Et ſimiliter ſi hoc circumſcriberetur, quod eſt neſas, non eſt pro conſtanti habendum, maſculinum in con-
19 tractibus non concipere fæmininum, nàm contrarium in contractibus materiam indifferentem continentibus profitetur. *Alciat.in l.1. ff. de verbor. ſignif. Tiraq. de retract.lignag.§.1.d.gloſ.9.ſub n.210.ad fin.Rot.in d. Bonon. ſucceſs.17.Iun.1647.§.fauet quoquè cor.Bichio.*

Iuxtà theſim vniuerſalem, quod in quacunque mate-
20 ria indifferenti, qualis eſt emphyteuſis, vt vidimus, & traditur à *Surd.dec.95.ſub n.14. Altograd. conſ.22.n.3.*
21 *verſ.emphyteuſis enim lib.1.* Quæ tam maſculis, quàm fæminis conuenit, maſculinum concipit fæmininum; de qua *Tiraq. d.gloſ.9.num 205. & n.223. vbi concordant. Menoch.conſ.496.num.49. Altograd. conſ.86.n.12.lib.1. Mantic.de tacit.& amb.conuen.lib.2.tit.5.n.16.& lib.22. n.14.ſub n.11.verſ.nam in materia tom.2.Paſcth.conſ.18. ante n.30.Peregr.de fideic.art.22.n.34.in fin.*

Pariterque non tutò ſe habet, maſculinum concipere fæmininum ex improprietate, & per extenſionem, nam
22 imò ex proprio ſignificatu, aut ſaltē certè ex interpretatione cõprehenſiua hoc euenire docet, poſt multos *Tiraq.in alleg.gloſ.9.n.226.& ſeq.vbi latè, & doctè de more*
23 maximè cõcurrēte rationis idētitate: vt in hoc caſu, nã

Digitized by Google

propriè, vel ex vi rationis fœmininum comprehenditur ſub maſculino. *Gratian. diſcept. 530. ſub num. 2. tom. 3. Michalor. de fratrib. p. 3. c. 16. num. 5. Altograd. conſ. 86. nu. 44. lib. 1. Rota in alleg. Bonon. ſucceſs. 17. Iun. 1647. §. ceſſante autem, cor. Bichio*.

24 Vndè particulariter filiorum appellatione contineri filias fœminas ex ſui proprietate, vel ex dicta comprehenſiua interpretatione, tradiderunt *Bero. conſ. 113. n. 1. lib. 2. Cephal. conſil. 484. num. 32. Rumin. iun. conſ. 737. num. 4. lib. 7. Barboſ. d. appellat. 99. ſub num. 50. verſic. alij autem*.

Ac ſucceſſiuè conſequens ex aduerſo emiſſum fore parui faciendum, non dubitatur.

25 Præſertim quia inſpecto iure canonico, quod à nobis in ſtatu, & terris Eccleſiæ inuiolabiliter eſt obſeruandū. *Thomat. dec. 45. num. 2. & dec. 49. num. 5. tom. 1. Cyriac. contr. 101. ſub n. 16. tom. 1. Rota in rec. dec. 391. num. 3. p. 2. ego ipſe in collect. 7. num. 20.* adeovt mentio iuris in eodē Statu Eccleſiaſtico accipiatur pro ipſo iure canonico. *Cephal. conſil. 146. num. 54. & conſil. 481. num. 80. Rimin. iun. conſil. 38. num. 37. Peregr. deciſ. Pataum. 1. numer. 7.*

26 Nullus ex contractibus eſt ſtricti iuris, ſed omnes tanquam bonæ fidei conſiderantur, & habentur. *Bal. in c. 1. in fin. de mut. petit. Couarr. in c. poſſeſſor. p. 2. §. 6. num. 5. de reg. iur. in 6. Genuenſ. in practicab. Eccleſiaſt. q. 689. Seraph. de iur. priuil. 31. n. 97. Sperell. dec. 150. n. 49. tom. 2. ego ipſe ſupra in collect. legal. 8. n. 36.*

27 Quod promptius de præſenti emphyteuſi eſt dicendum, vti conceſſa ab Epiſcopo, qui dicitur, & eſt Princeps. *Caſſan. de glor. mund. p. 4. conſid. 24. verſic. imo dicitur Altograd. conſil. 91. num. 2. lib. 2. Ricc. in prax. dec. 599. nu. 1. Garz. de nobil. gloſ. 48. §. 3. num. 55. Suarez de l. l. lib. 4. c. 4. num. 2. Alzed. de præcell. Epiſc. lib. 1. cap. 8. num. 48. Lancel. in templ. omn. iudic. lib. 2. cap. 5. num. 6. Zerol. in prax. p. 1. verſ. Epiſcopus num. 13. Sperell. dec. 128. num. 56. tom. 2.*

28 Et ideò veluti contractus geſtus cum Principe dicitur eſſe bonæ fidei. *Neuiz. conſil. 66. n. 30. Menoch. conſ. 27. n. 36. Bec. conſil. 45. n. 28. Surd. conſ. 339. n. 23. tom. 3. Altograd. in punctu d. conſ. 91. n. 6.*

Ex quibus quemadmodum natta contra iuris diſpoſitionem obiectum oppoſitum; illudquè profligatum conſpicimus: ita concluſio firmata in ſuo robore manet; quæ vltrà motiuum genericum pro ea allatum alijs poſſet fundamentis corroborari: ſed vel breuitati conſulendo, vel nè aliorum ſcripta inutiliter reportentur, ſit ſatis illam munire.

29 *Auctoritate* eorum, qui indiuidualiter examinato articulo eandem concluſionem ſunt proſequuti firmantes, emphyteuſim Eccleſiaſticam cum dicta formula *pro ſe, & filijs* conceſſam filias feminas quoquè complecti, inter quos *Ancharan. conſ. 44. col. 1. Pancirol. conſ. 91. num. 9. Menoch. conſil. 111. numer. 57. Borell. in summ. deciſ. tit. 33. num. 29. tom. 1. Fachin. contr. iur. lib. 8. cap. 97. tom. 1. Franch. dec. 30. Altograd. conſ. 22. numer. 22. lib. 1. Valaſc. de iur. emphyt. quæſt. 41. num. 3. Caldaſ. de poteſt. Eligen. & nomin. lib. 3. cap. 15. num. 17. Ricc. collect. 529. in fin.*

30 Et licet longè maior ſcribentium caterua contrarium ad filiarum excluſionem ſuſtineat, vt videre eſt apud *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 14. tom. 2. Caſtil. contr. lib. 5. cap. 141. Fulgin. de iure emphyt. tit. de ſucceſs. in bon. emphyt. q. 9. num. 2. Pigant. ad Stat. Ferrar. lib. 2. Rub. 127. ſub num. 89. verſic. ſicuti pariter tom. 2. Marcabrun. conſil. 100. à num. 1. ad 62. Leoncil. dec. 85. num. 6. 7. Rubeum qui antiquiores, & moderniores in hanc rem conſpirantes adducit in annot. ad Rot. in rec. dec. 199. n. 75. & ſeqq. p. 8. & quod plus eſt hanc partem ſequuta ſit ipſa S. Rot. Roman. vt in diuerſ. dec. 125. p. 2. & in rec. dec. 309. ſub num. 5. p. 4. tom. 2. dec. 737. num. 3. ead. p. 4. tom. 3. dec. 176. num. 4. p. 5. dec. 501. num. 11. ead. p. 5. tom. 3. coram Merlin. dec. 389. num. 11. tom. 1. coram Duran. dec. 300. n. 2. tom. 2. coram Seraph. dec. 604. tom. 1. poſt Fenzon ad Stat. Vrb. dec. 66. in princ. dec. 110. §. nam quamuis, & deciſ. 119. §. & Domini; vbi de receptiori, & veriori ſententia.*

129 ſe cum Statuto proprij loci conformaſſe, de qua Afflict.dec.226.num.2.in fin.Curt.iun.conſ.171.numer.2. Iaſ.in conſ.137.num.1.lib.4.Menoch. præſ.38. num.8. lib. 3.Rota coram Magon.dec.floren.94.num.5.Sabel.var. reſ. & reſp.c.80.n.4.Rot.cor.Caualer. d. dec.583. num.7. cor. Buratt.dec.340.n.3.in rec.dec.708.n.4.p.3. & cor. Otthobon.dec.149 ſub n.10.

Præter quamquod ipſimet DD.& Rota deciſ.loquuntur tantummodò in caſu, quo recepta ſit emphyteuſis pro maſculis & fœminis euentes ab ordine vocationis intentionem recipientis de ſe conformando cum Statuto prius maſculos, poſteà ipſis non exiſtentibus fœminas admittente: eorum igitur dicta ſimpliciter in caſu præfato prolata, non ſunt trahenda generali-
130 ter ad materiam ſucceſsionis in bonis emphyteuticis ab inteſtato: cum à particulari non rectè inferatur, neque argumentum procedat ad vniuerſale. Curt.iun. conſil.117.col.1.verſic.confirmantur præmiſſa. Altograd. conſil.62. ante numero 20. & conſil.68. numero 101. lib.2.

Maximè, quia quando intentio recipientis per modum prædictum debeat admitti, adhuc retentis noſtris Bullis,ea verificatur ergà filium, & filiam ad ſucceſsionem patris concurrentes; ex diſpoſitione enim ipſarum Bullarum filius præfertur filiæ; vt in §.quod ſi inteſtatus,ibi niſi eſſet filius,& filia, qui ad ſucceſſionem patris ab inteſtato concurrerent; quo caſu ſuccedat maſculus excluſa fœmina, dotanda tamen ſufficienter, ſi prius dotata non fuerit.

Vndè inaniter quæritur de intentione recipientis vlteriori eruenda à diſpoſitione Statutaria, cum de eadem extet clariſsima lex ſcripta, & inueſtituræ in hoc
132 Ducatu habeant relationem ad ipſas Bullas; ſubindequè præſumantur concedentes, & recipientes illas omninò iiſdem Bullis ſe conformare, & ſubijcere, etiamſi alias eos non ligaſsent in tali caſu; vt de contrahentibus referentibus ſe ad Statutum, traditur ab Alex.conſil.150.ſub num.2.3.lib.2. Rota in rec. dec.250. num.10. p.6. repetita coram Merlin. dec.608. numer.10. tom.2.

133 Imo ex huiuſmodi relatione, ſicuti reſultat perindè eſse ac ſi diſpoſita in ipſis Bullis fuerint expreſsè in pactum deducta, vt in terminis Statuti, ad quod fuit facta relatio, habetur per Tornol.conſil.49.nu.5.ad fin. Rimin. iun.conſ.16.n.17.Rot.d.dec.250.ſub n.11.p.6.& cor. Merlin.d.dec.608.ſub n.12.

134 Ità ſaltem ſuccedit, vel ſucceſsionem ab inteſtato per modum contentum in dictis Bullis fore obſeruandam,iam quod in illis mandatur,omnia pacta adimpleri,& ſeruari,vt in Bulla Pauli V.§. quodque litteræ in fin. & §.et prædicta omnia,verſ.quæ quidem,ac in §.& prædictæ omnes renouationes ad med.& alibi notatque Pigant. ad Stat.Ferrar.lib.2.Rub.127.n.46. tom.2. et dixi in colluct.23.ſub n.46.ac generaliter n.51.

Vel euidentiſsimam hinc recipientis intentionem exoriri de ſe conformando cum dictis Bullis, dum ità à
135 verborum proprietate ſuadetur, & talis præſumatur intentio, qualem proprietas verborum demonſtrat. Gratian.diſcept.105.n.2.Poſt.reſol.129.n.4.

Sitque indubitatum,obiectum corruere ex concurſu aliarum præſumptionum,vt traditur à Rota cor. Coccin. dec.32.num.5.vbi quoquè ſubditur,ab illa præſumptione, quod quis cenſeatur ſe conformare cum diſpoſitione Statuti,facillimè recedi,iuxtà notata à Corn.conſ.91. n.1.lib.1.& conſ.202.n.9.lib.3.Cranct.conſ.250. n.2. lib. 2.Decian.conſ.60.n.28.29.vol.3.

Præſertim in hoc caſu, in quo cum bona emphiteotica Eccleſiaſtica non ſint comprehenſa in dicto Statuto laicali, vt dixi, cenſendum eſt recipientem eadem bona non intendiſse animum, ac voluntatē ſuā ad

Digitized by Google

illud Statutum;ex traditis *à Rota cor. Card'n. Otthobon. d.dec. 149.n.11.& in ſpolet.Bonor.13.April.1646. ſub §. quare ſequitur,cor.Eminentiſs.Corrado.*

136 Atquè demùm non eſt curandum de illis, qui auſi fuerunt aſſerere; interpretandas eſſe *dictas Bullas*, ſecundum præfatum Statutum in materia ſucceſſionis, inter quos *Rimin.ſen.conſ.523.Laderch. conſ.19. n.8. Pigani.ad Stat.Ferrar.lib.2.d.Rub.126.ſub n.98.verſ.maximè quia tom.2.*

137 Nam, cum *earundem Bullarum* diſpoſitio ſit clariſſima,nulla indiget interpretatione.*L.ille, aut ille. §. cum in verbis ff.de leg.præſt.Barboſ. axiom.222. n.32. Rota in rec.dec.497.n.49.p.5.tom.2.& dec.157. nu.3. p.8. et poſt Cenc.cenſib.dec.140.n.7.*

Adeovt ſit etiam ſpernenda quælibet obſeruantia interpretatiua, ſi fortaſsè adducatur, illi enim non eſt locus, vbi conſtitutionis verba ſunt clara. *Angel. conſ. 84.n.5.et conſ.215.num.2.Becc.conſ.3.n.44.et ſeqq. Rota in diu.dec.108.num.6.p.1.et dec.37.num.27.p.2.et in rec. dec.319.n.2.4.14.p.6.dec.244.num.46. p.8. et cor. Greg. dec.184.num.5.* Eo motiuo, quia hæc obſeruantia non poteſt dici interpretatiua,cum non appareat lex dubia ſuper qua fundari poſſit talis interpretatio. *c. cum dilectus de conſuet.l.ſi de interpretatione.ff.de l. l. Rota in rec. dec.244.n.47.p.8.*

138 Et ſi aliquando *ipſa Bullæ* forent interpretandæ,
tunc cum emanauerint per modum priuilegij, vt de
Bonifaciana dicunt *Anchar. conſ.394. col.2.Marcabr.d.
conſ.26.num.24.* interpretatio ſpectaret ad Pontificem
139 concedentem.*l.neratius.ff. de reg. iur. c. cum veniſſent
de iudic.Tuſcb.litt.I, concl.329. n.3.10. Mantic. de tacit.
lib.2.tit.1.n.55.56. Barboſ. axiom.130. n.2.* Vel ad illius
140 ſucceſsorem.*Rim.conſ.208.ſub n.8.vol.1.Burſatt.conſil.345.n.22.Menoch.conſ.244.n.17.Cyriac.contr.141. n. 48.tom.1.Larrea alleg.50.n.34.*

Non autem eſſet ſumenda aliundè, & maximè à dicto Statuto laicali,per quod *Bullæ prædictæ* in hac parte
ſucceſſionis inteſtatæ perimerentur,non exponerentur,
141 contra naturam declarationis,& interpretationis,quæ
debet eſse expoſitiua non perimens, annullans, aut aliud diuerſum,vel contrarium inducens. *Bal. in auth. qui ſemel col.3.C.quom.et quan.iud.Marcabr.conſ.61. nu. 388.Rota poſt Cenc.de cenſib.deciſ.7.num.9. et in rec. dec. 136.n.10 et dec.196.n.6.7.p.1.et dec.319. n.5. p.6. Larrea alleg.fiſc.67.n.34.p.2.*

142 Vltra quod nimis indignum reputaretur, quod Põtificum Bullæ, & Conſtitutiones incrementum acciperedeberent à poteſtate laicali, vt eueniret, admiſsa dicta erronea aduerſariorum doctrina, ex quo de facili ſub prætextu dandæ interpretationis poſſent abrogari: quod quantum repugnet ſanctionibus iuris, & fidei orthodoxæ,omnibus liquet Catholicis.

143 Auctoritatibus autem in contrarium adductis, ſit mihi ſatis reſpondere cum verbis *Pigant. ad Stat. Ferrar.lib.2.Rub.143.ſub n.2.tom.2.* in hunc, qui ſequitur modum.

Addo ego,quod multa dicebantur à I. Conſultis ſub Imperio Atteſtinorum,quæ ſtatutis conferebant, non dico, vt blandirentur Principib. ſed ne irrinerenter cum illorum legibus ageretur, hodiè autem ſtandum eſt Pontificijs conſtitutionibus.

Ac tandem ſi conſideretur vis, & poteſtas clauſulæ *ſublata* appoſita in dicta *Bulla Paulina*; neceſſe erit fateri.

Tum,eſse clauſum os parti,ità & taliter, vt nec admitti poſsit ad probandum contrarium. *Rot.in rec. dec. 77.n.9.p.5.dec.62.n.7.p.6.dec.26.num.11.& dec.221. n. 21 p.8. & coram Seraph. dec.1251. num.19. cor. Merlin. dec.525.num.4.& coram Buratt.dec.337. num.8. & cor. Caualer.dec.430 num.3.& coram Pegu.dec.246. ſub n.1. ac alibi,vt in Cracouien.decimar.27.Martij.1651.§. priuilegia tandem cor.Veroſp.& apud Rubeum, & Barboſ. in locis mox allegandis.*

Tùm ademptam fore Iudici facultatem aliter iudicandi.*Rot.in rec.dec.20.num.18.p.4.tom.2.& d.dec.62.n. 8.p.6.& in ſuperius adductis,ac cor.Pegn.dec.685.num.2. cor.Caualer.dec.404.n.2.cor.Duran.dec.74 num.5. et cor. Buratt.dec.831.n.4.cor.Mantic dec.309.num.3. & in Bonon.Archipræſbiteratus 23.Martij.1648.§. præſertim verò,& in Ianuen.Priuilegior.28.Iunij 1649.§. ſecundo quia coram Cardin. Corrado, & in Placent. Archidiacon.5. April.1658.§.quinimo,coram Albergato; cum alijs apud Rubeum in ſing. Rot. Romana p.4. circa Breu. Apoſtolic. obſeru.10.& clauſ.103.& clauſ.798.num.1.Barboſ.clauſ. 175.n.3.*

Et propterea,paucis hiſce adductis,longiori,ſi opus fuerit calamo examinandis, cum nihil, quod officiat præſtetur;hæc pariter cum antecedentibus ad fauorem fæminarum,concluſio perſiſtit.

RESOLVTIO PERORATIVA.

A Poſitis concluſionibus,*Illuſtriſs. Pater*, dimanat bonum ius *DD.Lauiniæ, & Franciſcæ ſororum de Caballerijs.*

Quod enim contineantur in inueſtitura accepta per olim D. Ioannem Mariam eorum patrem ſub formula in principio recenſita, & per extenſum vſquè adhuc ponderata,nullo modo eſt hæſitandum.

Conſtat namquè, ipſas eſse filias D. Ioannis Mariæ
144 inueſtiti, non ſolùm ex fidibus formiter à libro Baptiſmali huius Cathedralis Eccleſiæ extractis, in quibus dicuntur ſacro fonte ablutæ, vti illius filiæ, & per quas vehemens filiationis argumentum exhibetur; ex *Rota in rec.dec.641.n.2.p.3.et dec.409.num.5.p.5. et dec. 359.n.20 p.6.& dec.93.n.3.p.7. & cor. Merlin. dec.488. n.5.tom. 1.et poſt Salgad.in Labyrint.credit.dec.83.n.2.& in Bonon.fideicom.5.Iun.1651.§.filiatio enim,cor.Eminentiſs.Cardin.Otthob.nunc in eius impreſs. dec.251.n.1.2.*

145 Et à continua nominatione,tractatu, & præſtatione alimentorum, quæ ad probationem filiationis plurimum conferunt. *Rot.in rec.dec.272.n.8.p.1. & dec.430. n.21.p.4.tom.2.et dec.409.n.10.p.5. & in Auenion. alimentor.28.Ian.1647.§.prætereà cenſuerunt, cor. Eminentiſs.Corrado,& in Bonon.ſpol.16.Martij 1648.§. quod verò,& in d.Bonon.fideicom.5.Iun.1651.§. tertio concurrit cor.Otthobon.inter impreſs.dec.137.n.15.& d.dec.251. n. 5.6.& cor.Merlin.dec.488. n.10.30.tom.1.*

146 Sed etiam à depoſitionibus teſtium concludentium ſuper communi reputatione, & fama inter affines, & notos,ac in vicinia,& Ciuitate,quæ valida, & efficax ad filiationem probandam exiſtimatur *à Rota cor. Buratt. dec.147.num.5.& dec.725.num.3.4.& poſt Salgad.in labyrint.credit.d.dec.83.num.4.& in rec. dec.430. num.67. 68.p.5.& dec.314.n.3.p.6.& cor.Cardin.Otthobon.d.dec. 251.n.7.*

147 Quibus omnibus iunctis inſimul reſultat in hac materia difficilimè, & penè impoſſibilis probationis, plena,& concludens filiationis contra quoſcunque probatio. *Rot.in rec.dec.409.n.1.2.& dec.430.n.12.14. p.5. & dec.314.ſub num.19.20.p.6.& cor.Merlin.d.deciſ.488. n. 1.2.& poſt Salgad.d.dec.83.num.1. vbi concordan. et cor. Otthobon.d.dec.137.n.16.17.cum alijs in Roman.fideic.de Griffonibus.30.Maij 1656.§.filiatio licet, verſ. quibus ſimul,cor.Reuerendiſs.Dunozet.Decano,& poteſt circa hanc materiam videri Auenion.tranſaction.4. April.1661. cor. Priolo.*

Quo

Quo circa oportet fateri, haſce D. D. Lauiniam, & Franciſcam eſſe comprehenſas in dicta inueſtitura.

Vel ſub appellatione *filiorum*; vt in prima concluſione; cui nunc ad validiorem oppoſitæ fundamentalis ra-
148 tionis profligationem, poteſt addi, hoc facilius fore exaudiendum, cum emphyteuſis, de qua agitur, conceſſa ſub modiciſsimo canone, reputetur, & verè ſit contractus gratuitus. *Coru.conſ.283. num.9. lib.1. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib.22. tit.2. num.56.*
149 *tom.2.* Ac ideò in illo maſculinum concipiat propriè fœmininum. *Corn.conſil.178.num.4.verſic.& maximè lib.4.Roland.conſ.93.num.7.26.& ſeqq. lib.2. Mantic. de tacit.lib.13.tit.21.ſub num.12.verſic.& illa communis eod. tom.2.*

Vel ſub appellatione *hæredum*; vt in ſecunda concluſione; cui pro firmitate maiori adiungere non exiſti-
150 metur incongruum, ſolere homines in materia emphyteuſis hæredes appellare deſcendentes, conſiderando naturalem, non accidentalem rationem, & qualitatem; ac cauſam ſanguinis, non aliam extrinſecam, iuxta terminos. *l.3.ff.de tutel.l.tutor.§.1.ff.de excuſ.tutor.quod obſeruant.Dec.conſ.38.num.6.lib.1.Pinel. in l.1.p.3.n.8. verſ.ego autem ad fin.C.de bon.maternu.Rot.in rec.dec.112. num.8.9.p.6. & generaliter in Firmana fideicom.9. Maij. 1659. §. certius quod diſpoſitio, coram R. P. D. Flaminio Taia ſenenſi*: dum ex hoc cognoſcimus, ly *hæredibus*, modò dicam *deſcendentibus* appoſitum in iſta inueſtitura, ob præcedentem copulam & ſtare augumentati-
151 uè; ad *Pigant.ſuper Stat.Ferr. lib.2. Rub. 122. ſub num. 81.tom.2.vbi allegat Rot.in rec.dec.314.num.14. in fin. p. 5.eſt ead.ac cor.Merlin.dec.420.n.15.tom.1.* Et ità promptius comprehendere filias fœminas ex alibi ſuperius allatis.

Vel ſub appellatione *lineæ directæ*; vt in tertia concluſione; pro qua etiam facit, D.Io:Mariam inueſtitum, eo magis comprehendere voluiſse proprias filias in receptione inueſtituræ, ſub formula iam poſita, dum, & in illa voluit contineri alios longè vlterioris gradus, ex
152 quò ante verbum *lineam* vſus fuit dictione per, quæ continuationem, & fluxum de perſona in perſonam, & de gradu in gradum importat, ità vt ad quoſvis, etiam multum vlteriores tranſitus detur, vt in puncto *per Rot. in rec.dec.6.num.23. & dec.21.num.24. p.5. ſunt eædem ac coram Merlin.dec.206.num.23.& dec.228.n.24. tom. 1.* quam continuationem, vna cum perpetuo, & ſucceſſiuo tractu temporis pariter aſſequimur ex ſola mentione *lineæ.Rot.in Tiburtin. fideic.14. Ian.1647. §. addebat cor.Arguel. & in Bonon. fideicom. de Guidot.24. Ian. 1648.§.in hoc cor.eod.& in Bonon.primogenit.1.Iul.1654. §.verba item, cor.Bichio.*

153 Quandoquidem generalis extat concluſio, proximiores ſemper eſse magis dilectos, iiſque pinguiorem factam eſſe prouiſionem, quàm remotioribus. *l. peto. §. fratre.ff.de l.l.2.l.publicius. §. 1. ff. de condit. & demonſtr. Fuſar.de ſubſt.q.484 ſub n.9.atqui ſi.Altograd. conſil.65. n.36.lib.1.& conſ.92.n.31.lib.2.Rot.in rec.dec.33.n.16. p. 7.& dec.98.n.17.p.8.*

Vel aliter quomodocunquè, ſecundùm ſuperius allegata; quæ omninò concurrere ad fauorem harum ſororum, vt potè habentium omnes qualitates in theſi efformata, & hactenus ad trutinam reuocata contentas, in nihilo eſt dubitandum.

Atque ita, &c. Saluo, &c.

154 In hac eadem cauſa ſcripſit *Excellentiſs. ſimulque amiciſſimus D. meus Gratius Contrius Aduocatus Ferrarienſis, non minus, ob doctrinæ, & ſcientiæ omnigenam eruditionem, quàm propter ſingularitatem animi dotium, perpetuò laudandus, & extollendus; & quæ ipſe ſcripſit poſſunt videri inter eius diſcept.forenſ.cauſ.67.tom.1.*

Exitus illius diſceptationis habebitur *in ſequenti colluctatione inſp.1.ſub num.16.verſ.quemadmodum autem.* & eiuſdem proculdubio fauorabilis meminit quoquè *idem D. meus Contrius in d. cauſ.67.in calce.*

COLLVCTATIO XXXV.

ARGVMENTVM.

Tractatur ampliſſimè materia laudemiorum, tam in terminis iuris communis, quam *Bullarum Bonifacianæ, & Paulinæ*. Nonnulla de iure accreſcendi, præſertim inter inueſtitos aſſeruntur. Quid veniat ſtatuendum circa melioramenta facta in re emphyteotica demonſtratur, & denique probationes à domino directo agente ad caducitatem faciendæ, cum earum ſucceſſiuo effectu percurruntur.

SVMMARIVM.

1 *Laudemium in terminis Bullarum Bonifacianæ, & Paulinæ non debetur in caſibus ibi enumeratis, & n. n.2.3. 73.76.77.98. in terminis autem iuris communis non debetur in caſibus contentis in n.n.15.56.57.58.60.61. 63.65.69.72.73.74.75.76. 77.79.83. & per diſcurſum.*

4 *Laudemium debet ſolui ex cauſa nouæ inueſtituræ, & ex confirmatione, ac approbatione domini directi, & numer.83. & ex ingreſſu in poſseſſionem numer.7.limita numer.9. atque in quantitate præſcripta à conſuetudine locorum numer.17. vel à pacto numer.18. vel à Statuto num.19. vel à iure communi mandante, quod ſoluatur pars quinquageſima num.21. intellige generaliter, vt n.47.48.49.*

5. *Argumentum à ratione ceſsante eſt validum.*

6 *Inueſtitura quando complectatur omnes ſucceſsores, & num.8.*

10 *Ius accreſcendi inter inueſtitos quando adeſse dicatur, & n. n. ſeqq. non habet locum in emphyteuſi conceſsa ab Eccleſia inferiore titulo lucratiuo, & ſub modico canone num.16.*

20 *Laudemium in qua ſumma, & quantitate ſit ſoluendum ex diſpoſitione Stat. Ferrar. & Bulla Bonifacianæ.*

22 *Laudemium debetur etiam pro melioramentis: Declara n. 23.24.& n.38.cum ſeqq.*

25 *Melioramenta facta in re emphyteotica quando ſpectent ad emphyteotam, et eius hæredes: et quando non cum ſuis inſignioribus declarationibus: et n. n. ſeqq. et in terminis Stat.Ferrar.n.35.*

28 *Emphyteuſis in quibus caſibus dicatur cadere propter culpam emphyteotæ.*

31 *Melioramenta, quando poſsunt recuperari, admittunt, quod dominus directus habeat optionem, vel ſoluendi eorum æſtimationem, vel permittendi, vt ab emphyteota abradantur. Amplia numer.32. Declara numer. 33.34.*

33 *Melioramentorum æſtimatio eſt facienda inſpecto valore vero eorundem, non vt ſunt rudera, et materies diruta: et ſecundum valorem temporis præſentis, quo debet fieri ſolutio n.34.*

36 *Melioramenta facta ab emphyteota, ſeù fundatario, non dicuntur emphyteotica, aut feudalia, et n.37.*

37 *Aedificium poteſt eſse allodiale, et ſolum feudale.*

39 *Allodialia bona ſunt pura, libera, & à nemine recognita.*

40 *Emphyteuſis præſefert recognitionem directi dominij debitum ab eo, cui res emphyteotica traditur.*

41 *Laudemium non debetur, niſi poſita emphyteuſi.*

42 *Rot. cor. Cardin. Otthobon. dec. 183. n. 6. in ſuo vero ſenſu affertur.*

43 *Rotæ Roman. deciſ. in ſtatu Eccleſiaſtico, accipiuntur pro legibus. Declara in eo, quod principaliter firmant. num. 44.*

45 *Ratione legis ceſſante, ceſſat illius diſpoſitio.*

46 *Domino directo competit prælatio in emptione melioramentorum factorum in re emphyteotica.*

47 *Laudemium ſoluitur inſpecto valore vtilis dominij: & conſiderato pacto, ſi adſit de retrouendendo numero 48.*

49 *Valor bonorum emphyteuticorum diminuitur ratione directi dominij, iuxtà Stat. Ferrar. in ſexta parte.*

50 *Pactum de retrouendendo quantum minuat de pretio, & valore, & n. n. ſeqq.*

54 *Laudemium debetur pro emptione cum pacto de retrouendendo: Amplia num. 55. an autem pro retrouenditione num. 56. debetur ſi perfecta venditione partes communi voluntate diſcedant ab illa numer. 59. Declara num. 60. 61. an debeatur de donatione num. 74. de permutatione num. 75. de diuiſione ſub num. 76. de alienatione ob cauſam dotis ſub num. 77. 78. de datione in ſolutum, & ſubhaſtatione n. 79. de renouatione inueſtituræ, ſub n. 82. & ſeqq.*

62 *Laudemium, vt debeatur, opus eſt, quod interueniat tranſlatio vtilis dominij, & adſit noua inueſtitura, ac poſſeſſionis traditio. n. 83.*

80 *Emphyteuſis conceſſa in perpetuum, renouanda tamen de 29. ann. in 29. ann. ſeù alio tempore, non ſubiacet deuolutioni, ſi in dicto tempore renouatio non ſit petita, & de ratione num. 81. 82. ſecus ſi emphyteuſis fuerit temporaria, adiecto etiam dicto pacto n. 85. 86.*

81 *Pactum de renouando emphyteuſim de certo tempore in certum tempus, quid operetur, & n. 84. 86.*

82 *Inueſtitura renouatio facta in vim pacti de renouando appoſiti in emphyteoſi perpetua, non eſt noua acquiſitio, nec dicitur nouus contractus.*

88 *Inueſtitura prima ſemper inſpicitur, & ab illa cæteræ regulantur, ad eamque veluti radicem cenſetur habita relatio.*

89 *Laudemium vbi ſoluitur pro renouatione regulatur à valore de tempore eiuſdem renouationis: & ſic etiam de tempore nouæ inueſtituræ n. 91.*

90 *Laudemium ſolitum, & conſuetum iudicatur ex præcedentibus ſolutionibus.*

92 *Laudemium eſt ſoluendum ab emptore. Limita vt numero 93.*

94 *Laudemium an, & quando debeatur à fideicommiſſario, ſeù legatario remiſſiuè.*

95 *Laudemium non exactum ab anteceſſore tranſmittitur ad ſucceſſorem: non ſolutum à primo emptore, erit ſoluendum à ſecundo num. 96. Declara num. 97. vbi remiſſiuè habetur etiam an pro laudemio competat hypotheca; quomodo ſit ſoluendum ſi primus emptor intra tempus anni alienet bona; non habita prius inueſtitura numer. 98.*

99 *D. Petrus Mezzogorius I. C. Comaclenſis laudatur.*

100 *Dominium bonorum emphyteoticorum deducitur ab enuntiatiua quod bona ſint de iure domini directi in vim Bullæ Paulinæ: generaliter ſi agatur ad deuolutionem eſt pleniſſimè probandum num. 101. & non ſufficiunt inueſtitura, præſtatio conſenſus, ſolutiones canonis, & laudemiorum num. 102. probatur ex inſtrumento inueſtituræ iunctis adminiculis num. 103. intellige hoc, vt n. 104. 105. qualia autem ſint hæc adminicula vidè remiſſiuè. n. 106.*

107 *Identitas bonorum emphyteoticorum eſt præciſè probanda à domino directo agente ad caducitatem: probatur per binas demonſtrationes, ſeù duo confinia, quamuis reliqua deficiant, vel non concurrant. nu. 108. Declara n. 109. 110.*

111 *Dominus directus debet probare caſum, ob quem ſit factus deuolutioni locus, etiamſi talis caſus conſiſtat in negatiua.*

112 *Linea, quod ſit finita debet probari à domino directo agente ad caducitatem, ob ipſam lineam finitam.*

113 *Manutentio conceditur domino directo ratione ſuæ ciuilis poſſeſſionis, ſi deuolutio ſit clara.*

114 *Immiſſio in poſſeſſionem quando concedatur domino directo.*

115 *Dominus directus quando poſſit capere poſſeſſionem bonorum emphyteoticorum propria auctoritate, & num. 116. non eſt ſatis, quod acceptet deuolutionem, ſed requiritur, quod apprehendat, & incorporet bona numer. 117.*

118 *Bonorum emphyteoticorum apprehenſio, & incorporatio non permittitur domino directo in iuriſdictione Ferrariæ limita n. ſeq.*

119 *Pacta emphyteotica ſunt ſeruanda, etiam ſi aduerſentur Bullæ Bonifacianæ, non obſtantibus interpretationibus veteribus.*

120 *Emphyteuſi finita poteſt Eccleſia inueſtire eum, quia ſibi placuerit, omiſſis etiam proximioribus vltimi emphyteotæ, ſi adſit pactum, quod finita emphyteuſi poſſit Eccleſia pro ſe retinere, vel alteri concedere ſecus circumſcripto eodem pacto in vltima parte alternatiuæ, nàm tunc ſi Eccleſia nolit pro ſe retinere, tenetur dictos proximiores etiam fæminas præferre, & reinueſtire. numer. 121.*

122 *Eccleſia de bonis emphyteoticis non poteſt inueſtiri ab alia Eccleſia domina directa in Statu Ferrariæ ciuibus ſe opponentibus ſecus de iure communi. n. 123.*

123 *Emphyteotica bona poſſunt transferri per viam inueſtituræ in manum mortuam volente domino directo. Declara n. 124.*

124 *Laudemiorum loco ſuccedit quindennium ſoluendum à manu mortua inueſtitura.*

125 *Manus mortua quæ dicatur, & cur ità vocetur, remiſſiuè.*

126 *Alienatio bonorum emphyteoticorum non poteſt fieri in potentiorem.*

127 *Potentior perſona quæ dicatur ad hoc, vt in eam tranſlatio bonorum emphyteoticorum fieri nequeat, eſt in iudicis arbitrio.*

128 *Clerici, & Eccleſiaſticæ perſonæ, vt ſingulariter cenſeantur perſonæ potentiores ad hoc, vt in eas tranſlatio bonorum emphyteoticorum fieri non poſſit.*

TRibus abſoluitur ſectionibus hæc diſputatio iuris: quarum prima ſecum affert omnimodam deciſionem controuerſiæ, reſpectu quoquè laudemij pro parte menſæ Epiſcopalis Comacli prætenſi, in antecedenti legali colluctatione tractatæ: in alijs duabus generaliter materia laudemiorum, & eorum, quæ per dominum directum ad caducitatem agentem ſunt probanda, examinatur.

S E-

SECTIO PRIMA.

EX ijs, quæ in præcedentibus ſcriptis pro com-
prehenſione *DD. Lauiniæ,& Franciſcæ* in inueſti-
tura illic examinata pleniſsimè, ad animi quoquè *D. V.
Illuſtriſs.* quietationem deduxi; dimanat in dubio circa
laudemium petitum propoſito, ad fauorem earundem
certiſsimum conſequens, quod nempè idem laude-
mium ab ipſis.

NON DEBETVR.

ETenim, reſtricto articulo ad terminos *Bullarum
Boniſacianæ, & Paulinæ*, cum fuerit oſtenſum in
prioribus ſcriptis, formulam inueſtituræ, de qua tracta-
tur, præſeferre contenta in *interpret.7. ad Bullam Boni-
ſac.* recenſita in *Bulla Paul.§. quodque perſonæ inueſtitæ*;
1 vt in ijſdem ſcriptis videre licet *à n.101.cum ſeqq.* ſequi-
tur non eſſe locum laudemio, ſiuè capſoldo, quemad-
modum apertiſsimis verbis diſponitur in præfata *inter-
pret.7.* ſubindequè *in d. Bulla Paulina ibi illi tales in ea
expreſſi, ſiuè ſint legitimè nati, ſiuè ſufficienter, et validè per
ſedem Apoſtolicam legitimati intelligantur ipſo facto inue-
ſtiti, et pro inueſtitis quantum ad hoc duntaxat, vt nec ipſis,
neque eorum aliquibus ſit neceſſarium petere inueſtituram
à Prælatis, vel Rectoribus, ſeù alijs conceſsoribus, nec ali-
quid aliud ſoluere pro inueſtitura, ſeù inueſtituris*.

Inſuper hoc idem comprobatur, dum in ipſis ante-
cedentibus allegationibus demonſtraui in noſtra inue-
ſtitura habere locum *interpret.9.ad præfat.Bullam Boni-
fac.* de qua in *Bulla Paulina.§.quodque in qualibet*; provt
patet ex adductis illuc *à n. 63.cum ſeqq.* Si quidem con-
ſiderando D.D. Lauiniam, & Franciſcam, vti hæredes
eorum patris in iſtis bonis, ne dùm ab inteſtato, vt non
obſtante Statuto fœminarum excluſiuo, ſuſtinui in *præ-
cedenti colluctatione à n.116.ad* 143. Sed etiam ex teſta-
mento, præuia earum vniuerſali inſtitutione in paternis
vltimis tabulis contenta; intrat aptiſsimè reſolutio deſ-
2 finita in *d.interpret.9.* quod nempè enumerati in illa *in-
telligantur comprehenſi in inueſtitura, quoad omnem effe-
ctum ſi fuerint hæredes*.

Et denique tollitur omnis amaritudo ex præcognitis
pariter in priori conſultatione *à n.34.* cum multis ſeqq.
quo loco deduxi, nos in hac cauſa verſari, & eſſe in
punctualibus terminis, ſaltem implicitis, primæ partis
interpretationis 10. editæ ad *Bullam Boniſacianam*; pro-
3 indequè nunc indubitanter fore tenendum, quod per-
ſonæ in illa recenſitæ, ex eiuſdem clariſsimis verbis
non teneantur præcisè inueſtiri, nec ſoluere capſoldum.

Quæ omnia licet ſint euidentiſsima nullo alio indi-
gentia pro eorum confirmatione adiumento; ſuppedi-
tant tamen motiua, quibus bonum ius harum mulie-
rum, etiam aliundè, quàm à præfatis conſtitutionibus
patentiſsimè depromitur.

Vndè aliqualiter inſiſtendo; obſeruandum ex abbun-
4 danti venit ideò non deberi modò laudemium, quia,
cum illud ſit ſoluendum ab illis, qui egent noua inueſti-
tura Domini directi, eiuſque approbatione, & confir-
matione, cum ſucceſsiua poſſeſsionis traditione ad
*Iſern.in c.1.§.ſimiliter n.3.verſ.relenium de capit. Conra-
di.Clar.§.emphyteuſis q.23.n.2.Cæphal. conſil.27. nu.22.
Peregr.conſ.31.lib.1.Gratian.diſcept.180.nu.3. cum alijs
apud Borell.in ſumm.deciſ.tit. 35.n.1.tom.1.adde Burg.de
laudem.p.1.inſpect.1.numer.21. et inſp.2. numer.5.6.ſolſ.
eod.tract.præl ud.4.Manent.de contr.liuel.pact.9.numer.5.
14.et quæſt.15.ſub num.17.Fontanel.dec.281.n.12.tom.1.
Cyriac.contr.79.num.12.tom.1.mel.alleg.33.num.16.lib.
2.Laream dec.79.ſub n.9. latè Rubeum in Annot. ad Rot.
in rec.dec.131.n.390.et ſeqq.p.8.Rotam ipſam ibidem dec.
297.n.24.et cor. Canaler. dec.121. numer.1. et in Roman.
Domus 4. Maij. 1648.§.circa ſecundum, verſ. et ratio eſt,
coram Dunozet.* Meritò ſolui non debet ab iſtis mulieri-
bus, vt potè inueſtitura non egẽtibus, & in priori com-
prehenſis, ſicquè à principio admiſsis, & approbatis,
5 arguendo à ratione ceſsante, vt validiſsimè fieri licet.
*l.adigere.§.quamuis. ff. de iur.patr. l.quod dictum. ff. de
pact.Surd.conſ.383.n.14.Menoch.conſil.124.n.76.Barboſ.
loco 94.n.1.ego ipſe in colluct.1.n.69. Rot.in rec. dec.142.
n.21.p.7.*

In tantùm, vt non obſtet, quod per comprehenſio-
nem in inueſtitura non inferratur ad excluſionem lau-
6 demij, quemadmodum patet in caſu emphyteuſis con-
ceſsæ pro ſe, & quibuſcunque hæredibus, & ſucceſſori-
bus; licet enim omnes dici poſsint comprehenſi in illa,
quamuis de emphyteuſi Eccleſiaſtica tractetur. *Gabr.
conſ.76.n.12.lib.1.Socin.iun.conſ.72.num.22.lib.2. Becc.
conſ.18.n.2.et ſeq.Gratian.diſcept.481.n.54. vbi de com-
muni tom.3.Amat.reſol.84.n.72.vbi concordan.lib.2.Rot.
7 in rec.dec.280.n.2.p.1.* Nihilominus quia, vltrà conſensũ
domini directi ab initio ex cõprehenſione præfata præ-
ſtitũ, requiritur etiam poſſeſsionis ingreſsus, ideò debe-
tur laudemium, cui in aliquo non cenſetur præiudicatũ
*Bertaz.conſ.ciuil.46.n.3. Burſatt. conſ.56. n.16. Menoch.
conſ.297.n.27.35.Gratian.diſcept.377.n.10.et ſeqq.to.2.
Amat.d.reſ.84.n.73.Rota poſt Contr. diſcep.ſoren.dec.89.
n.7.tom.1.*

8 Quoniam obiectum corruit ex ſeipſo; dum præſup-
ponendo neceſſarium poſſeſsionis ingreſsum pro ſuc-
ceſsore in conceſsione comprehenſo, datur etiam in-
telligi, quod illius requiratur inueſtitura, vti obſeruant
DD.ex aduerſo allegati; & ideò non mirum ſi laude-
mium veniat ſoluendum, iuxta concluſionem ſuperius
firmatam; quare, cum nunc inueſtituram interuenire
non ſit opus, vt dixi, potius retorquetur, quam afficiat
9 idem obiectum, quod & ceſſare, quando comprehenſi
in inueſtitura ſunt ab inteſtato ſucceſsuri, vt modo,
quidquid ſecus eſſet, vbi ageretur de penitus extraneis;
tradunt *à Ponte de laudem. q.31. Franch. dec.447. Gra-
tian.d.diſcept.377.n.35.*

Neque eſt, quod in controuerſiam ponatur, an iſtæ
mulieres, teneantur ſuſcipere inueſtituram, quia ex tri-
bus conſiderationibus hic in principio allatis. vna cum
congeſtis in præcedenti reſponſo, omnis ad fauorem
ipſarum arcetur ſcrupulus; adeòvt ſuperfluum nimis ſit
repetere ea, quæ iam ſunt reſoluta.

Et ex hoc, quod non ſit neceſsaria inueſtitura, ſtat
firmum conſequens ſuperius efformatum, quod laude-
mium non debeatur.

Vt præter hactenus deducta manifeſtatur à caſu in
quo inter inueſtitos adſit ius accreſcendi, veluti quia
10 ipſis fuerit conceſsa emphyteuſis in perpetuum.
*Aemilian conſil.70.numer.6.17.Decian.conſil.73.numer.
15.lib.2.Scacc.conſil.50.numer.34.lib.1. Monach.dec.flo-
ren.63.num.13.Altograd. conſ.10. num.19. et conſ.11.nu.
10.et conſ.91.n.8.lib.2.Bellon.de iure accreſcen.c.6.q.38.
n.84.tom.1.*

11 Vel conceſsio fuerit facta ijſdem, & cuilibet eorum.
*Burſat.conſil.251.num.6.Surd.conſil.548.numer.6. Gabr.
conſil.87.num.2. lib.1. Bellon. d. quæſt.38. numer.91.94.
Pigant. ad Stat. Ferrar. lib.2. Rub.127. ſub numer.108.
verſic.et idem tom.2.Antonel.de temp.legal.lib.3.c.7. nu.
38.Rota in rec.dec.415.n.13.p.4 tom.2.et dec.176.n.6.7.
8. p.5.*

12 Vel, ſi dictum ſit, quod emphyteuſis de vno in alte-
rum reuertatur. *Socin.iun.conſ.70. num 3. vol.1. Cæphal.*

cap.61.num.5.Cancer.var.reſol.p.1.c.13.ſub num.144.Pigant.ad Stat.Ferrar.lib.2.Rub.122. ſub num.14. verſic. ſi iure communi tom.2.Rot.in diuerſ.dec.186.& dec.208.n.2.& dec.312.num.2.p.2.& in recen.dec.60.num.8.p.5.et dec.116.num.26.p.6.& coram Merlin.dec.546. ſub num.24.& ſeq.tom.2.et cor.Cardin.Otthobon.dec.183. num.3. repetita poſt Salgad.in Labyrint.creditor.dec.90.num.2.et in Roman. deuolut.4. Decembr.1651. §. ad pactum francandi,verſ.quia finita emphyteuſi, coram Bichio, eſt nunc impreſs.apud Sabell.var.reſol.& reſponſ.c.58.ſub n.34.& cor.Seraph.dec.1496.n.1.tom.2.et cor.Duran.dec.329.n.5.tom.2.

25 Quamquam in conceſſione emphyteuſis adſit clauſula,quod illa datur,& conceditur ad meliorandum, ex Valaſc.d.q.25.num.7.et q.29.num.25.Surd. dec.300. nu.21.22.Garz.de expenſ.cap.6.num.12. Pereir. de empt. et vendit.c.27.n.23.Manent.de contr. liuel. pact.6. num.11. Amat.d.reſol.14.n.2.Pigant.ad d.Rub.122.ſub eod.n.14. verſ.nec obſtabit.

27 Circumſcripto tamen ſpetiali pacto, quod ipſa meliorainenta in caſu reuerſionis rei emphyteuticæ ad dominum directum pertineant,& cum emphyteuſi ſint incorporata.Menoch.de recup.remed.15.nu.504. Gamm. dec.75.& dec.333.num.3.Amat.d.reſol.14. n.10. Amic. de iure emphyt.q.75.Borell.d.tit. 33.num.226.Rot.in diu.d.dec.208.n.1.p.2.& cor.Seraph.d.dec. 1496.ſub num.1. verſ.ſecus tamen,& cor. Duran.d.dec.329.n.6.& in recen. dec.60.n.9.10.p.5.

28 Ità è conuerſo,quando emphyteuſis finitur, & ab ea cadit emphyteuta propter eius culpam, veluti ob canonem non ſolutum ex alienatione rei emphyteuticæ facta irrequiſito domino, ex interuerſione poſſeſſionis domini,ex negatione illius dominij, aut ob malam verſationem in eadem re emphyteutica, melioramenta pertinent,& tranſeunt ad dominum directum, vti concludunt DD. omnes ſuperius adducti, & ſignanter Borell. in ſumm.deciſ.d.tit.33.num.220.Cancer.d.c.13.ſub eod.n.144.Pereir.de nomin.emphyt.lib.2. q.18. num.39. Amic. de iur.emphyt.q.70.Mantic.de tacit.lib.22.tit.29. num.9. tom.2.Trentacinq.tit.de iure emphyt.reſol.9.num.1.lib.3. Amat.d.reſol.14.num.30.vbi multos adnectit. Pigant. ad d.Rub.122.ſub num.14.verſ.ſi iure communi. Antonel. d. c.61.num.4.Rot.coram Eminentiſs.Seraph. dec.546. num.1.4. tom.1. & in d. Roman. deuolution.4. Decembr.1651. eod.§.ad pactum francandi in fine cor. Bichio penes Sabell. d.c.58.ſub n.35.

29 Quotieſcunque tamen non verſemur, & ſimus in melioramentis ingentibus, & magni valoris, præter conditionem rei emphyteuticæ, & intentionem contrahentium factis, vt ſunt magna ædificia, nam tunc non tranſeunt ad dominum directum, etiam ſi res emphyteutica deuoluatur ex culpa emphyteutæ. Valaſc. de iure emphyt.d.q.25.num.3.Amic.eod.tract.qu.71. d n.5.& ſeq.Pereir.de empt.& vendit. d. c.27. num.20. Menoch.de recup.remed.15.num.504.Fachin.contr.iur. lib.7. cap.90. vbi pulchrè. Amat. in ſæpè alleg. reſol.14. n.n.32.33.& ſeq. vbi dat concordantes. Pigant. ad Stat. Ferrar. d. Rub.122. ſub numer.14. verſic. ſi iure communi in fine.

30 Niſi concurrat pactum in contrárium efformatum inter emphyteutam, & dominum directum; vt per Roſental.de feud.c.10.concl.43. num.79. & ſeqq. Cancer. var.reſol.lib.3.cap.6.à num.75.76. & ſeqq. Amat. d. ſua doctiſsima reſolut.14. num.35. Rota coram Cardin. Seraph.dec.1496.n.5.tom.2.& in rec. dec.60.ſub numer.9.10. par.5.

31 Et vbi eſt locus recuperationi melioramentorum ad fauorem emphyteutæ, datur domino optio, vel æſtimationem eorum ſoluendi, vel vt ab emphyteuta tollantur,& abradantur permittendi; ex Roland. conſil.28. num.30.lib.1.Gabr.conſil.80.ad fin.lib.2. Bardellon. conſ.23.num.26.lib.1.Roſental.de feud.d.concl.43.à num.143.& ſeqq.Valaſc.de iure emphyt.d.q.25. num.16. Molin. de primogen.lib.1.c.26.num.11.Surd. dec.78. numer.18.21. Amat.ead.reſol.14.num.36.Marin.quotid.reſol.c.134. n.5.& ſeq.lib.2. intelligendo tamen vt per Regentem moles in eius deciſione impreſs.penes eund.marin. d. cap.134. num.16.

32 Non obſtante quoquè pacto expreſsè inito, vt emphyteuta poſsit melioramenta tollere, & abradere, ſi credamus Molin.de contract. diſput.463. num.6. Carpan. ad Stat.Mediolan.c.400.num.163.tom.2.Amato, qui circa hanc materiam omnes vberrimè edocuit in d. reſol.14. num.37.

Electa autem per dominum directum ſolutione æſti-
33 mationis melioramentorum, certè æſtimatio ipſa eſt facienda inſpecto valore vero, & integro eorundem, non autem, vt ſunt rudera, & materies diruta,ſecundùm æquiorem,& veriorem opinionem,de qua Clar. in §.feudum.q.88.num.2.Roſental.de feud.c.10. d. concl.43. num.146.& ſeqq.Tuſch.litt.M, concl.176. n.35.Molin. d. diſput.463.n.6.Carpan.ad Stat.Mediolan.d.c.400. nu.93. & 163.Bardellon.conſ.23.num.34.lib.1. Burſat. conſ.85. num.33.Mareſcot.var.reſol.lib.2. c.114. num.2. Garz. de expenſ.c.vlt.n.5. Amat. ſemper præ manibus habendus d. reſol.14.ſub n.38.verſ.quadrat nihilominus.Mel.alleg.14. n.14.lib.1.

34 Inſuperque ipſa melioramentorum æſtimatio eſt facienda, iuxtà valorem temporis præſentis, quo debet fieri ſolutio,non vero temporis præteriti,quo melioramenta facta fuere; vt exploſa contrariorum ſententia, firmant.Valaſc.de iur.emphyt. q.25.numer.28. Molin. de primogen.lib.1.cap.26.num.13.& de ritu nupt.lib.3.q.73. num.9.& ſeqq.Garz.de expenſ.cap.fin.num.3.Theſ. deciſ. 251.Barz.dec.23.num.15.16.Muta dec.51.numer.10. & alij multi adducti per Amat.d.reſol.14. num.63. Mareſc. d.c.114.num.10.Marin.quotid.reſol.c.133. numer.4.13. 16.lib.2.Niger.de except. c.8.§.30. d num.12. & de laudem.q.24.art.2.per tot.tom.2.Antonel.de temp.legal. lib.1.cap.61.à num.7.cum ſeqq.Rota in rec. dec.306. numer. 8.p.4.tom.2.et coram Seraph.dec.898. num.2. tom.1.

35 Apud nos extat ius municipale in Stat. Ferrar. lib.2. Rub.122.vbi in verſ.ità tamen;ſancitur,quod in caſu expulſionis dominus directus teneatur ſoluere melioramenta, & omnia iura ſua vſuario, ſecundùm communem æſtimationem, detractis denarijs ſex pro libra, quod & obſeruat ibi Pigant.ſub num.14.verſ.Decimo dominus.

36 Conſequimur ex prædictis, quod melioramenta facta ab emphyteuta, ſeù fæudatario non dicuntur emphyteotica,aut fæudalia, licet ſubiectum principale ſit emphyteoticum,ſeù feudale, vt egregiè per Rot. in rec. dec.349.num.1.p.2.et dec.116.num.25.p.6.& cor. Merlin.dec.546.ſub num.24. tom.2. poteſt enim eſse melio-
37 ramentum,vt ædificium allodiale, & ſolum feudale, vel emphyteuticum.Bald.in c.1.§. ſi vaſallus nu.3.4. tit. Hic finit lex in vſib. feud. et conſ.134. lib.5. Cyriac.contr. 223.n.15.tom.2.

38 Et propterea ex ſimplici, & ſola emptione eorundem melioramentorum,etiam ab extraneo facta, haud deberi laudemium, mihi non videtur in ancipiti poſſe verſari;cum accipiendo illa,vti allodialia,nempè,pura,
39 libera,& à nemine recognita. Menoch.præſ.91.num.25. lib.3. Maſcard.de probat.concl.79.num.2.Inſtrigl.de feud. quæſt.43.num.3.et ſeqq.Raudenſ.de analog.lib.1.c.34. nu. 13.Surd.deciſ.177. num.5. Franch. dec.431. num.11. Borell.in ſumm.deciſionum tit.38. num.1. vbi multos dat con-
40 cordantes tom.1. excludatur neceſsariò emphyteuſis

præ-

præſeferrens recognitionem directi dominij debitam
ab eo,cui res emphyteotica traditur; ad *l.1. Cod. de iur.
emphyt.Bonac.de contr.diſp.3.q.8. punct.1. num.1. tom.2.
Stephan.de contr.lib.2.c.48.num.2..Azor.Inſt moral. p.3.
lib.10.tit.de emphyt.cap.1.quæſt.1.vbi pulchrè*: Et ſucceſ-
41 ſiuè non intret ſolutio laudemij, quod non niſi poſita
emphyteuſi debetur. *Dec.conſil.138.num.5. Sabel. reſol.
78.num.31.Rot.in diu.dec.168.num.1.4.p.2.& in rec.de-
ciſ.14.numer.46.& dec.128.num.1.p.6. & coram Buratt.
dec.601.nu.5.& in Roman.deuolut.vineæ 14. Maij 1646.
§.quæ ſanè effectuatio, verſic. pro cuius etiam cor. Veroſp.
& in Roman.deuolut.4.Decembr.1651.§. his poſitis, verſ.
illud enim,cor.Bichio,& poſt Nigr.de laudem.deciſ.1. n.1.
tom.2.*
42 Atquè itá mihi concludentem agnoſco *Sacr. Rot.Ro-
man.cor.Eminentiſs.Cardin.Otthobon.dec.183.num.6. re-
petit, poſt Salgad. Labyrint.creditor. dec.90. ſub num.4.*
dum ideò ex alienatione melioramentorum laudemiũ
eſſe ſoluendum adſtruit,ſi vnà ſimul cum ipſis alienetur
res emphyteotica;innuens proindè, quod ceſſante ſi-
multanea huiuſce rei alienatione, vt modo præſuppo-
nitur, debeat quoquè præfati laudemij pro meliora-
mentis ſolutio ceſſarè: cum nequeat dubitari,eandem
ſimultaneam alienationem fuiſſe habitam pro ratione
deciſionis, vtpotè eamque, reſpectu etiam meliora-
mentorum vnitim venditorum, nouum directi domini
conſenſum expoſcebat, vt in ipſa deciſione traditur:
43 atque itá (acceptis quoquè *Rotæ Roman.deciſionibus* in
Statu Eccleſiaſtico pro legibus, ſicuti taliter accipien-
das fore placuit *Ricc.in prax. tit. capellaniar. dec.401. in
fine p.1.Menoch.conſil.53.ſub numer.28. lib.1. Altograd.
conſil.104.num.40.lib.2.Scacc.de iudic.cap.26.num.4.lib.*
44 *1.* In eo tamen, quod principaliter firmant,non quod
perfunctoriè, ac materia non examinata enunciant,
quia hoc caſu non attenduntur. *Rot. coram Seraph. dec.
299.num.13.& in rec.dec.17.n.9.p.7.& dec.45. num.29.
30.p.8.& in Roman.fideicom.de Bargellin. 24. Nouembr.
1651. §. non obſtat, quod coram Doctiſs. Bichio.*) ada-
ptatur commune dictum, & axioma, quod ratione le-
45 gis ceſſante, ſilet quoquè eius diſpoſitio. *l.in omni. ff. de
adopt.l.adigere.§.quamuis.ff.de iur.patronat. Surd. conſil.
375.num.24.Barboſ.axiom.136.num.9.vbi concordan.latè
Anguian.de leg.lib.1.contr.3.*
46 Benè verum eſt, quod antequam ad alienationem
ipſorum melioramentorum deueniatur, eſt requiren-
dus dominus directus,ad effectum, vt prælationem ſibi
competentem exercere poſſit,ſi velit. *l. fin. Cod. de iur.
emphyt.Ruin.conſ.161.num.28.31.lib.1.Surd.dec.19. nu.
10.et dec.78.num.16.Borell.in ſumm.deciſ.d.tit.33. num.
219.tom.1. Corbul. de iur. emphyt. tit. de cauſ. priuat. ob
alien.ampl.39.Pigant.ad Stat.Ferrar.lib.2.d.Rub.122.ſub
num.14.verſ.imò,& domino tom.2.Rota coram Cocein.dec.
75.num.1.*
47 Quotieſcunque autem laudemio eſt locus, pro ha-
benda illius quantitate,non attenditur valor totius rei,
ſed ſolum æſtimatio vtilis dominij, nempè quantum
valet idem vtile dominium abſque directo,& ſic quanti
res valet,cum onere ſubiectionis. *Amod. de Laudem. q.
5.num.1.2.Gratian.diſcept.784.num.5. tom.4. Pigant. ad
Stat.Ferrar.lib.2.Rub.124.ſub num.1.verſic. & ſanè tom.
2.Antonel.de temp.legal.lib.3.c.7.ſub num.16.Barbat. vi-
den.de diuiſ.fruct.p.1.c.14.n.13.& ſeqq.Niger.de laudem.
q.23.n.12.tom.1.*
48 Quod & idem ſeruandum eſſe reſpectu pacti de re-
trouendendo appoſiti in venditione rei emphyteoticę,
vt ſcilicet laudemium debeat ſolui inſpecto, & conſide-
rato eodem pacto & onere, quod facit fundum minus
valere,dixerunt *Caguol.in l.2. q.89. num.246. C. de pact.
inter empt.& vendit.Rodoan.de reb.Eccleſ.non alienan. q.
11.tit.de laudem.pro alienat.n.12.ſol.mihi 379. Niger. de
laudem.q.23.n.181.tom.1.*
49 Ac idcircò quo ad directum dominium, valor rei
diminuetur in ſexta parte; iuxtà noſtrum.*Stat.Ferrar.
lib.2.Rub.124.verſ.quod de bonis Eccleſiaſticis, & ibi Pi-
gant.num.1.* aduocans differentes generaliter circa ta-
lem diminutionem valoris rei ex cauſa dicti dominij
directi. *Mantic.de tacit.lib.4.tit.20 num.38.Burſat. conſ.
11.num.23.lib.1.Giurb.ad conſuet.Meſſan. c.6.gloſ.12. n.
25.p.1.Merlin.de legit.lib.2.tit.2. q.19. num.17. & ſeqq.
Cancer.var.reſol.p.1.c.13.num.47.Fontanel.dec.62. num.
15.& ſeqq.Manent.de contract.liuel.q.2.Rot.cor. Seraph.
dec.1494.n.5.6.& cor.Gregor.dec.573.n.3. & ibi Addit.
litt.B.*
50 Quo verò ad pactum de retrouendendo, ipſe valor
diminuetur in quarta parte,vt apud nos, & alibi ſerua-
tur,ſi idem pactum ſit temporale. *Pigant. ad Stat.Fer-
rar.lib.2.Rub.97.num.60.& ſub nu.63. verſ. reſpondi ne-
51 gatiuè tom.1.* Licet alias diminutionem in hoc caſu eſſe
iudici arbitrariam dixerint *Maſcard. de probat. concl.
447.num.11.12.Honded. conſ.33. num.31. lib.2. Cyriac.
52 contr.261.num.48.tom.2. Barz. dec.123. num.6. in fine*;
Et alij admiſerint huiuſmodi diminutionem valoris in
viginti quinque, vel triginta pro centum;ac in ſexta
parte;quinimò tertia parte; vt apud *Socin. ſen. conſ.15.
ſub num.55.& ſeq.lib.1.Roland.conſ.58.numer.16. lib.4.
Bertaz.conſ.crim.2.num.33.lib.1.Honded.d.conſ.33.num.
32.Maſcard.d.concl.447.num.13.Rimin.iun.conſ.218.nu.
117.& ſeqq. Cyriac. d. contr.261. num.49. Barz. in alleg.
dec.123.ſub num.6.Pigant.ad d.Rub.97. n.58. Niger. de
laudem.q.5.art.7.per tot.tom.2.Mantic.de tacit. lib.4. tit.
20.num.41.& lib.8.tit.20.num.49.tom.1..Azor.Inſt. mo-
ral.p.3.lib.8.c.12.q.3.Ferentil.ad Buratt.dec.62.litt.B,to.
1. & alios per me adductos in collect. legal.14. numer.
218.*
53 Si verò pactum præfatum de retrouendendo ſit per-
petuum in fauorem venditoris dabitur diminutio va-
loris in tertia parte ex *Pigant.ad d. Rub.97. ſub num.58.
verſ.declaratur tamen Rot.in diu.dec.746.ſub nu.5. verſ.
ità quod p.4.& in recen.dec.17.n.5.p.6.dixi in d. mea col-
lect.legali 14.n.219.*
54 Occaſione huiuſce pacti de retrouendendo poteſt
obſeruari, quod ſicuti de emptione cum eodem pacto
inita debetur laudemium,vt per *Theſaur.dec.74.Borell.
in ſumm.deciſ.d.tit.35.num.72.tom.1. Amod. de laudem.
q.37.Amic.de iure emphyt.q.55.num.9.Burg. de laudem.
p.2.inſp.45.50. Amat.reſol.73.num.5. vbi de magis com-
muni lib.2. Marin. quotid.reſolut.c.235.numer.2.9. lib.1.
Leoncil.dec.14.ſub num.1.verſ. quod an procedat. Barbat.
de diuiſ.fruct.p.1.cap.14. num.15. Fulgin. de iure emphyt.
tit.de laudem.q.4. ante num.2. verſic. contrarium tamen.
Pacific.de Salu.Interdict.inſp.3.cap.4.numer.592.& ſeq.
Niger.de laudem.q.5.art.1.per tot.tom.2.Cancer. var. re-
55 ſol.p.1.c.11.num.78.* Siuè idem pactum ſit perpetuum,
ſiuè temporale,cum vtroque caſu venditio dicatur pu-
ra, & ex omni parte perfecta cum dominij, & poſſeſ-
ſionis translatione, pretijque ſolutione: ex *Amat. d.
reſol.73.per tot.Marin.d.c.235.n.8.9.*
56 Ità non erit locus nouo laudemio pro retrouenditio-
ne,ſi pactum præfatum fuerit coniunctim in eodem in-
ſtrumento venditionis appoſitum; ſecus ſi poſt perfe-
ctam venditionem ex interuallo fuerit factum. *Theſau.
d.dec.75.num.3.Maynard.dec.38.lib.4.Laurent.dec.Aue-
nion.123.in fine.Gratian.diſcept.180.à n.6.& ſeqq.tom.1.
Borell.d.tit.35.num.73. Marin.d.c.235.num.2. Fontanel.
dec.277.num.12.tom.1.Burg.de laudem.p.2. inſp.50. à n.
4.ad 9.Barbat.d.c.14.ſub num.15.verſ.hæſitatio.Antonel.
de temp.legal.lib.3.c.7.n.40.et eſt videndus Niger.d. q.5.
art.5.per tot.*

Digitized by Google

57 De emptione autem conditionali laudemium non
debetur, niſi conditione purificata, cum tunc robur, &
firmitas illius inſurgat. Tiraq. de retract. conſang. §. 1. gloſ.
2. num. 22. Borel. d. tit. 35. num. 70. 71. Amod. q. q. laudem.
36. num. 5. Marin. in alleg. c. 235. num. 5. mel. alleg. 70. nu.
14. & alleg. 78. num. 17. lib. 2. Pacific. de Salu. interd. inſp.
58 3. cap. 4. num. 587. Antonel. d. c. 7. num. 61. & ideò non
eſſe ſoluendum laudemium pro venditione, cum pa-
cto, quod ſi emptor infrà certum tempus emptioni ſta-
re noluerit, ſed ab ea recedere, res ſit inempta, & vendi-
tor teneatur pretium emptori reſtituere, ſequuto intra
conſtitutum tempus effectualiter ab emptione receſſu,
deciſum ait, poſt Franc. marc. dec. 570. vol. 1. Marin. d. c.
235. à n. 4. & ſeqq.
59 Diuerſum eſt, ſi perfecta venditione diſcedant com-
muni voluntate venditor, & emptor à contractu, nam
tunc laudemium deberi firmant. Franc. marc. dec. 571.
vol. 1. Maynard. dec. 40. lib. 4. & alij apud Borell. d. tit. 35.
num. 74. adde mic reſ. de maiorat. p. 1. q. 24. num. 80. Sal-
gad. in Labyrint. creditor. p. 2. cap. 26. num. 8. Dummodo
60 venditio ipſa habuerit effectum, nam eo circumſcripto
non erit laudemium ſoluendum. Tiraq. de retract. lignag.
§. 1. gloſ. 2. num. 7. & de retract. conuen. §. 6. gloſ. 2. num. 6.
Theſ. q. forenſ. 51. num. 4. lib. 4. Gratian. diſcept. 746. num.
5. tom. 4. Mel. alleg. 70. num. 13. lib. 2. Et dummodò ea-
61 dem venditio fuerit valida, quoniam data illius nullita-
te, ceſſat exactio laudemij. Peguer. dec. 156. num. 3. Cald.
de emphyt. lib. 4. cap 6. num. 10. in fin. & c. 16. num. 3. Pa-
cific. d. c. 4. nu. 566. Antonel. d. c. 7. n. 49. Amod. q. laudem.
39. num. 1. & ibi Blancard. in princ. Faber. de laudem. de-
cad. 1. error. 1. num. 1. Borel. d. tit. 35. num. 28. Rota coram
Eminentiſſ. Ottbobon. dec. 183. numer. 24. repetita poſt Sal-
gad. in Labirint. credit. dec. 90. num. 15. Et dummodò vt
ſupponitur, bona vendita ſint tradita, nam traditione
non interueniente, non eſt locus laudemio, quamuis
partes à contractu recedant. Celſ. Hugo. conſil. 60. n. 16.
23. Cancer. var. reſol. p. 1. cap. 12. num. 14. Giurb. deciſ. 80.
num. 18.
62 Præ omnibus verò ad finem conſequendi laude-
mium opus eſt, vt vtile dominium rei emphyteoticæ ſit
in alium translatum. Theſaur. q. q. foreuſ. lib. 2. qu. 82. ſub
num. 4. verſic. ſiue cuius translatione, & lib. 4. d. quaſt. 51.
ſub numer. 2. Fontanel. d. deciſ. 277. ſub numer. 5. Borel.
d. tit. 35. numer. 88. Niger. de laudem. quaſt. 31. numer. 14.
tom. 2.

Ac propterea laudemium non debetur.

63 De emptione rei emphyteoticæ facta cum reſerua-
tione dominij ad fauorem venditoris, vſque ad integra-
lem pretij ſolutionem, antequam huiuſmodi ſolutio ſit
ſubſequuta. Amod. q. laudem. 39. num. 12. Theſaur. d. qu.
51. num. 3. & numer. 6. vbi declarat, & eſt videndus Ni-
64 ger. de laudem. q. 8. vbi latiſſimè tom. 2. Quodque in alie-
natione huiuſmodi inita cum pacto præfato non requi-
ratur domini directi conſenſus, poſt Corbul. de emphyt.
tit. de cauſ. priuat. ob alien. limit. 24. Valaſc. eod. tract. qu.
20. ſub num. 9. & ſeqq. ac alios, decidit Rot. in Roman. vi-
nea 27. April. 1646. §. minus probatur confirmata 7. Iun.
1647. cor. Eminentiſſ. Corrado, & poſt Salgad. in Labyrint.
creditor. dec. 36. ante num. 10. & dec. 51. n. 19.
65 Neque de conceſſione rei emphyteoticæ à godere,
à godere. Ricc. in prax. reſol. 307. p. 2. Marin. reſolut. quo-
66 tid. lib. 1. d. c. 235. num. 10. Quæ conceſſio ſi fortè ſume-
retur (quod ſemper abſit à catholico concedente in ca-
ſibus à iure canonico non permiſſis) pro antichreſi, vt
perperam placuit Nigro de laudem. q. 31. num. 1. tom. 2.
ad Surd. conſil. 327. ſub numer. 30. Argent. ad conſuet. Bri-
ton. art. 61. not. 1. num. 2. quos allegaui in mea legal. colluct.
67 14. ſub num. 12. tunc concluſio eſſet declaranda, vt pro-
cederet, ſi vltra decennium eadem conceſſio non per-
durauit, vt in terminis antichreſis obſeruat, poſt Fa-
brum in ſuo C. lib. 4. tit. 42. defin. 60. vol. 1. Borel. in ſumm.
deciſ. tit. 35. num. 102. tom. 1. & confert Niger. omnino in
hac re videndus de laudem. d. q. 31. per tot. & præciſim ſub
68 n. 34. Et vbicumque ipſamet conceſſio, ſiuè antichreſis
non fuiſſet in fraudem domini contracta, puta cum
pretio æquipollente æſtimationi rei. Faber. d. defin. 60.
Borell. d. tit. 35. numer. 104. Niger. in alleg. quaſt. 31. nu-
mer. 27.
69 Nequè de pignoratione bonorum emphyteutico-
rum. Faber. d. tit. 42. def. 74. Maynard. deciſ. Tholoſ. 40. lib.
4. Borell. in ſæpè alleg. tit. 35. num. 103. Rota in Roman. do-
mus 4. Maij 1648. §. circa ſecundum caput, coram Reue-
rendiſſ. Dunozet. Niſi fuiſſet facta pro tanta quantitate,
70 ità vt veriſsimilis non eſset ipſorum bonorum luitio.
Burg. de laudem. inſp. 17. num. 4. Merlin. de pign. & hypo-
71 th. lib. 2. q. 8. à n. 41. & ſeqq. aut fuiſset inita ad fraudan-
dum dominum, puta pro pretio æquipollenti æſtima-
tioni bonorum. Faber. d. defin. 74. in fin. Borell. d. tit. 35. nu.
104. Niger. d. q. 31. ſub n. 27.
72 Nec pariter pro impoſitione cenſus ſuper re em-
phyteotica. Faber. in ſuo C. tit. de iur. emphyt. defin. 72.
Guttierez de iuram. confirm. p. 1. cap. 3. in fine. Blancard. ad
Amod. q. laudem. 41. Roderic. de ann. reddit. lib. 3. q. 4. n. 4.
Burg. de laudem. p. 2. inſp. 20. n. 27. Leotard. de vſur. qu. 52.
num. 12.
73 Neque ſimiliter ex conceſsione facta cum pacto af-
francandi, ſeù de appropriando; vt per Staiban. iun. re-
ſol. 49. num. 15. & ſeqq. Manent. de contract. liuel. pact. 9.
num. 3. mel. alleg. 33. num. 8. lib. 2. Pigant. ad Stat. Ferrar.
lib. 2. Rub. 127. ſub num. 104. verſ. declaratur ſecundo to. 2.
Et concordantem habemus Bullam ſanct. memor. Pauli
V. ſub dat. Romæ 12. Calend. Septembr. 1619. in §. ſecus ſi
fuerit; dummodò idem pactum tempus quinquenij non
excedat; vt in d. Bulla. §. volumus tamen, quod & notat
Pigant. ad d. Rub. 127. ſub eod. num. 104. verſic. item pa-
ctum.
74 Circa autem donationem bonorum emphyteutico-
rum, num pro ea debeatur laudemium, res eſt nedùm
diuerſis, ſed contrarijs implicata doctrinis, & ideò po-
terunt videri inter ſe certantes. Maynard. dec. Tholoſ.
41. lib. 4. Ludouic. dec. Lucenſ. 8. Cancer. var. reſol. p. 1. cap.
11. num. 70. 71. Faber in ſuo. C. lib. 4. tit. 42. defin. 29. vol.
1. Gratian. diſcept. 377. Choppin. in conſuet. Andegauen.
lib. 2. tit. 3. de laudem. art. 17. vol. 2. Borell. in ſumm. deciſ.
tit. 35. à num. 61. cum ſeqq. tom. 1. Barbat. de diuiſ. fruct. p.
1. cap. 14. num. 18. Hodiern. ad Surd. dec. 93. numer. 44. Ful-
gin. de iure emphyt. tit. de laudem. quaſt. 6. per tot. Burg. de
laudem. p. 2. inſp. 30. Franch. dec. 201. Sperel. dec. 99. num.
46. Antonel. de temp. legal. lib. 3. d. cap. 7. nu. 9. 10. & ſeqq.
& num. 34. 35. Rot. cor. Gregor. dec. 520. n. 3. & ibi Add. n.
13. plenè Rubens in Annot. ad Rot. in rec. dec. 131. à n. 382.
vſque ad n. 395. p. 8.
75 Quo verò ad permutationem rei immobilis cum
immobili videtur abſolutum non deberi laudemium ex
congeſtis à Borell. d. tit. 35. num. 78. & ſeqq. ſed reſpectu
illius qui rem emphyteoticam recepit, contrarium di-
xit Antonel. de temp. legal. lib. 3. c. 7. n. 26. ſequitur Cancer.
var. reſol. p. 1. c. 11. n. 76.

Et quando ſumus in permutatione mixta rei ſcilicet
immobilis, cum immobili minoris valoris; tunc ſi pro
æquatione facienda detur pecunia in maiori quantita-
te & parte, debebitur laudemium, iuxta tradita ab ipſo
Borell. eod. tit. 35. nu. 84. vbi multos dat concordan. quibus
iunge videndum Antonel. d. c. 7. num. 19. 20. & ſeqq. Bar-
bat. de diuiſ. fruct. p. 1. c. 14. n. 19.
76 Ex diuiſione eorundem bonorum emphyteutico-
rum, an ſit ſoluendum laudemium, habemus in hoc
Ducatu Ferrariæ d. Bullam ſanc. memor. Pauli V. ita di-
ſpo-

Digitized by Google

alias coram Eminentiſs. Otthobon. deciſ.183. numero 21.22.

88 Ac generàliter circa appoſitionem pactorum in inueſtituris, & conceſsionibus rerum emphyteoticarum ſcias, quod vbi conceſsio emphyteuſis prouenit ex aliqua cauſa impulſiua, vel neceſsaria, non poteſt aliter fieri, quàm iuxtà tenorem, & cum iiſdem pactis appoſitis in prima inueſtitura, cuius tenor ſemper inſpicitur, & ab illa cæteræ regulantur, ad eamque, tamquam ad radicem cenſetur habita relatio. Cyriac. contr. 2. num. 68. Mel. alleg. 1. num. 1. et alleg. 83. numer. 41.42. lib. 2. Rot. in rec. dec. 555. in fin. p. 2. et dec. 211. num. 6. p. 6. et dec. 201. ante num. 18. p. 7. et in Rauenn. dom. 11. Iun. 1649. §. quoniam conteſſio, cor. Rotas. In tantum, vt tenor ipſius primæ inueſtituræ nequeat per nouas inueſtituras alterari Rot. in rec. dec. 176. num. 49. p. 5. et dec. 211, num. 15, p. 6. et dec. 36. à num. 10. p. 7. et in d. Rauenn. domus, §. vltra quod, et in Foroliuien. ſeù nullius Caſtror. 14. May 1657. §. nec releuat denique, coram Albergato: Vbi verò conceſſio prouenit ex mera liberalitate concedentis, tunc poſſunt apponi quæcumque pacta, etiam inſolita, & à communi natura ſimilium conceſsionum exorbitantia; ex Menoch. conſil. 1. num. 347. Roland. conſil. 16. num. 8. lib. 3. Gratian. diſcept. 719. num. 29. Surd. dec. 95. num. 16.17. Mantic. de tacit. lib. 23. tit. 23. à num. 8. cum multis ſeqq. tom. 2. Valaſc. de iur. emphyt. q. 11. num. 16. Rota in rec. d. dec. 201. num. 19.20.21. p. 7. confirmata in Rauennaten. emphyt. 19. Ian. 1646. §. nec viſa fuit verſic. etenim nulla, cor. Dunozet.

89 Vbicunque autem eſt ſoluendum pro renouatione laudemium, & ſic neceſſariò ſimus in emphyteuſi temporaria, attendendus venit valor rei de tempore renouationis, non autem de tempore conceſsionis, aut venditionis. Ferrett. conſil. 21. Burg. de laudem. p. 2. inſp. 6. nu. 26. Rot. coram Cardin. Otthobon. d. dec. 783. numer. 10.11.

90 15.16. Quod non procedere, quando quantitas laudemij eſt determinanda ex ſolito, & conſueto; cum ſolitum, & conſuetum laudemium iudicari nequeat, niſi ex præcedentibus ſolutionibus; ait Rota coram Otthobon. d. dec. 183. n. 17.18. quæ eſt eadem impreſs. poſt Salgad. in Labyrint. creditor. dec. 90. n. 10.11.

91 Sic, quod laudemium debeatur habita ratione bonorum, provt valent tempore nouæ inueſtituræ, & alienationis, non verò habita ratione valoris de tempore conceſsionis, tradit Paſet. conſil. 4. per tot. vbi ſub num. 1. verſic. 2 hoc etiam, dicit, quod iſtud quoquè ſatis apertè colligitur ex Bulla Boniſaciana regiſtrata in Stat. Ferrur. lib. 2. Rubric. 127. verſic. alij vero non inueſtiti.

92 Illud etiam animaduertendum cenſeo, laudemium fore ſoluendum ab emptore, non autem à venditore. Gozzadin. conſil. 65. num. 1. Clar. §. emphyteuſis q. 23. num. 4. Borell. in ſumm. deciſ. tit. 35. num. 31. Coler. dec. German. 33. num. 4. Leoncil. dec. Ferrarien. 14. num. 1. Niger. de lau-
93 dem. q. 57. num. 11 to. 2. niſi aliter ſuadet locorum conſuetudo ſemper in hac re attendenda. Frece. de ſubfeud. Baron. lib. 2. authorit. 1. num. 84 Borel. d. tit. 35. num. 33. et ſeqq.

94 Reſpectu autem fideicommiſarij, ſeù legatarij rei emphyteuticæ, an, & quando teneantur ad ſolutionem laudemij, videri poſſunt Grat. diſcept. 377. to. 2. maur. de laudem p. 1. q. 44. Pigant. ad Stat. Ferrar. lib. 2. Rub. 127. n. 101. verſ. addit Paulus tom. 2. Barbat. de diuiſ. fruct. p. 1. c. 14. n. 18.

95 Ac pro coronide ſciendum eſt, quod ſicuti laudemium non exactum ab anteceſſore tranſmittitur ad ſucceſſorem. Coſt. in tract. re integr. quid liceat diſtinct. 53. num. 7. Fulgin. de iur. emphyt. tit. de laudem. quæſt. 28. num. 1. Rot. in diu. dec. 809. n. 1. p. 1. et poſt Salgad. in Labyrint. credit. deciſ. 90. num. 14. ead. coram etiam Cardin. Otthobon. deciſ. 183. numer. 23.

96 Ità non ſolutum a primo emptore ſoluendum erit a ſecundo, quem ideò dominus directus inueſtire non tenetur, niſi ſibi eadem ſolutione facta; ex Franch. dec. 430. num. 1.2. Maſtrill. dec. 171. num. 15. p. 2. Gratian. diſcept. 272. n. 6. tom. 2. Merlin. de pign. & hypoth. lib. 3. q. 10. num. 3.

97 Quod vltimum dictum venit accipiendum, ſi admittatur opinio aſſerens pro laudemio competere domino directo hypothecam; ſecus admiſsa contraria ſententia hypothecam præfatam denegante; pro cuius difficultati enodatione ſunt adeundi. Gratian. diſcept. 272. num. 1. & ſeqq. & diſcept. 377. num. 24. & ſeqq. tom. 2. Pacific. de ſalu. inſp. 3. cap. 4. num. 562. cum ſeqq. Amic. de iur. emphyt. q. 57. n. 5. Burg. de laudem. p. 1. inſp. 9. Surd. dec. 31. Pignatel. contr. iur. cap. 37. Merlin. de pign. & hypoth. lib. 3. q. 10. vbi latè. Andreol. in collect. eiuſd. tit. litt. L, concl. 2. Merend. contr. lib. 19. c. 447.

98 Portò vidi ſæpè dubitatum, quid ſtatuendum ſit circa laudemium, quando primus emptor bonorum emphyteuticorum habens tempus aliquod (puta vnius anni, ac menſis, vt apud nos iuxtà Bullam Boniſacianam, de qua in Stat. Ferrur. li. 2. Rub. 127. verſ. & illi, qui eis ac ibi Pigant. num. 35. concl. 2. & per Rimin. iun. conſ. 1. n. 1. 2. Niger. de laudem. q. 2. art. 3. ſub num. 6. tom. 2.) ad petendum, & recipiendum inueſtituram, ac laudemium ſoluendum, intra dictum tempus, nulla habita inueſtitura, diſtrahit eadem bona alicui alio; & ſemper dixi reſolutionem pendere à congeſtis ab Anton. Fabr. in ſuo C. lib. 5. tit. 28. defin. 8. & tit. 34. defin. 2. & tit. 43. defin. 30. Amad. de laudem. quæſt. 37. & quæſt. 43. Niger. eod. tract. quæſt. 35. per tot. vbi latiſsimè tom. 2. Giurb. deciſ. 80.

SECTIO TERTIA.

QVæ hactenus nimis forſitan latè circa hanc materiam laudemiorum deduxi, inſeruient proculdubio, ni fallor, pro reſolutione eorundem, quæ ſæpiùs in factorum contingentijs propoſita fuere, & ſi-
99 gnanter ab Excellentiſs. D. Petro Mezzagoro I. C. Comaclen. viro ſapientiæ non minus ſummis qualitatibus prædito, & prudentia per multis experimentis decorato, quam in adminiſtranda Patriæ Vrbis Prætura de anno 1663. Sacroſanctæ Aſtreæ vindice iuſtiſsimo: ne dum ſimpliciter ſententiam meam, quò ad laudemia in aliquibus requirente, ſed inſuper, reſpectu oneris probationum iniuncti domino directo ad caducitatem, & deuolutionem bonorum agenti, cum ſucceſsiuo ipſarum probationum effectu, conſilium pariter qualecunque meum expoſtulante.

100 Cui quidem ſemper dixi, quod præter diſpoſita peculiariter in noſtro Stat. Ferrar. lib. 2. Rub. 123. vbi plenè Pigant. in ſuis comment. & vltra contenta in Bulla Pauli V. ſuperius ſæpè nomenclata in §. prætereà quod etiam; vbi ſancitur, quod ſi in aliquo contractu, ſeù inſtrumento, tam expreſsè per contrahentes, quàm etiam enuntiatiuè dicatur, aut enuncietur, res de qua, vel quibus ſit contractus, ſeù inſtrumentum, eſse iuris, vel de iure alicuius Eccleſiæ, ſeù piæ cauſæ, vel loci pij, intelligatur fundata eſſe intentio cuiuslibet eorum vigore dictorum verborum, quibus res ipſa ſpectet, & pertineat iure directi dominij ad Eccleſiam, ſeù piam cauſam, vel pium locum huiuſmodi in præiuditium ipſorum contrahentium, & cuiuslibet eorum, ac habentium cauſam ab ipſis, niſi per eos, vel alterum eorum probetur contrarium. Et obſeruat Pigant. ad Stat. Ferrur. lib. 2. Rub. 127. numer. 75. tom. 2. ac benè conducit Rota in rec. dec. 36. ſub num. 3. verſic. idque indubitanter,

& n.

et n.ſeq.p.7.& coram Buratt.dec.602.num.3 4.ac in punčto in Rauenn. ſeù Ferrarien. decimar.25. Febr.1647. §. dominium enim, verſic. accedente praſertim, coram Cerro.

101 Adeſt iuris concluſio certiſſima, quod quando agitur per dominum directum ad deuolutionem, & caducitatem bonorum emphyteuticorum, debet ipſe probare pleniſſimè directum dominium. *Mareſcot.var. reſ. lib.1.cap.85. Amat.reſol.84.num.7. Altograd.conſil.15.n. 2.lib.2.mel.alleg.81.num.13.et alleg.83.nu.9. lib.2. Thomat.dec.60.num.1.Rubeus in ſing.Rot.Roman.p.2. verſic. deuolutio. §.1. to.2. Rot.in rec.dec.249.num.1.p.1.& deciſ.651.num.3.p.3.et dec.281.numer.1.p.4.tom.2.& dec. 611.num.1.tom.3.et dec.164.num.3.p.6. et dec.36. num.2. p.7.et annot.ad dec.131.num.41.et ſeqq.p.8.& coram Seraph.dec.1453.num.1 tom.2.coram Andrea dec.63.num. 1.coram Pegn.dec.1024.num.2.vbi Add. tom.2. cor. Buratt.dec.132.num.4.et dec.834.num.7.coram Duran. dec. 431.num.8.cor.Otthobon.dec.13.n.1.& ſeqq. & in Mediolanen.prætenſ.deuolut.11.Febr.1650.§. turbiditas vero, cor.Meltio.*

102 Adeovt non ſufficiant inſtrumentum inueſtituræ, præſtatio conſenſus, ſolutiones canonis, & laudemiorũ. *Altograd.d.conſil.15.num.3.iuncto num. 32. in fin. Rot. in rec.dec.290.num.2.p.1.et dec.651.num.3.p.3.& dec.611. num.4.5.9.10.11.p.4.tom.3. Annot.ad d.dec.131. nu.45. et ſeqq.p.8.et coram Cardin. Millin. dec.11. num.9.& in d.Mediolan.prætenſ.deuolut.11.Febr.1650.eod.§.turbiditas verò,cor.Meltio,& in Roman.domor.7.Iun.1655. cor. Zarate.*

103 Non obſtante, quod imò dominium directum probari ſufficienter ex inſtrumento inueſtituræ, iunctis, ac concurrentibus adminiculis, ad effectum quoquè deuolutionis, & caducitatis, dixerit poſt alios ab eo allegatos *Altograd in d.conſ.15.num.31.lib.2.et ipſamet Rot.in rec. dec.290.num.1.p.1.et dec.193.num.1.2.p.2. et dec.579. num.3.dec.611.num.6.p.4.tom.3.et dec.81. numer.2. vbi concordan.p.5.et dec.164.num.4.p.6. dec.36. num.3.p.7. Annot.ad d.dec.131.num.72.73.p.8.et coram Millin. dec. 110.num.1.et coram Caualer.dec.269. nu.3. et in Roman. domor.15.Decembr.1649. §. dominium directum cor. Bichio, et in alia Roman.emphyt.30.May 1653.§.nam quoad cor.Dunozet.*

Quoniam dupliciter hoc eſt accipiendum.

104 Vel, quando non adeſt ſuſpicio, aut abeſt poſsibilitas, quod bona in poſseſsorem aliundè, quàm mediante domini directi dominio perueniſſent, eſtquè identitas perſpicua, & proprietas certa; *ex Rot.in rec. d. dec.290. n.6.p.1.et dec.164.nu.13.14.et ſeqq.p.6. Annot.ad d.dec. 131.n.78.79.et ſeqq.p.8.*

105 Vel melius, quando adminicula, & præſumptiones inferunt dominium, & tendunt ad illud, vt egregiè *Altograd.d.conſil.15.ſub numer.31.32. et ſeqq. lib.2. et ead. Rot.in rec.d.dec.611.num.6.et ſub num.11. verſic. proptereà non excluduntur, et ſeqq.vbi de ratione p.4.to.3.*

106 Qualia autem ſint adminicula huiuſmodi inferentia dominium, & ad illud tendentia, habetur apud *Altograd.d.conſ.15.à num.41.ad 60. Rot.cor. Caualer. d. dec.269.num.3.verſic.adminicula autem, cor. Millin. d. dec.110.num.1.2.coram Buratt.dec.602. et ibi Ferentil. n. 18.et ſeqq.tom.2.et in rec.in alleg. dec.597. à numer.4. et dec.611.num.14.cum ſeqq.p.4.tom.3. et dec.81. à num.3. ad 15.p.5.et dec.164.à num.5.ad 12.p.6.et dec.36. n.3.p. 7.ac poſt Salgad.in Labyrint.credit.dec.92.n.7.penes Marin.reſol.quotid.c.97.n.16.et ſeqq.tom.1.*

107 Dixi etiam per dominum directum agentem ad caducitatem fore præcisè probandam identitatem bonorum, nempè quod ſint illamet, quæ ipſe in emphyteuſim conceſsit. *Mareſc.var.reſol.cap.85.num.10. lib.1. Mel.alleg.18.num.13.lib.2.Rot. in rec. dec.295. num.12. p.1.et dec.226.num.6.p.4.to.2.et coram Buratt. dec.132. num.4.et dec.393.num.10.et coram Cardin.Otthobon.dec. 13.n.6.*

108 Deducendo formiter, & probando binas ſaltem demonſtrationes, ſiuè duo confinia ſufficientia regulariter ad ipſam identitatem bonorum oſtendendam, quamuis reliqua deficiant, vel non conueniant, ſecundùm doctrinam *Bart.in l.demoſtratio falſa num.14.ff. de condit.et demonſtr. Menoch.conſil.409.num.84.vol.5.mel. alleg.95.num.19.lib.2.Rot.in rec.dec.457.num.1.p.1.dec. 106.num.4.p.2.dec.678.num.4.p.3.dec.448. num.5. p.4. & dec.611. num.18.22. ead.p.4.tom.3.dec.81.num.16. et dec.359.num.41.p.5.dec.125. num.19.et dec.175.num.1. p.6.dec.78.num.18.et dec.261. numer.14.p.7.et dec.295. num.4.p.8. et coram Gregor.dec.575.numer.4.coram Caualer.dec.128. num.5. et dec.311. num.4.et dec.578.num. 3.coram Millin.dec.439. num.2. coram Coccin.dec.184.n. 2.& dec. 218.numer.1.et dec.270. num.2. coram Duran. dec.91.num.4.tom.1.coram Mantic.dec.197.num.1. coram Pegn.dec.173.ſub num.2.tom.1.coram Buratt.dec.132.n. 5.et ibi Ferentil.num.9. coram Merlin. dec.124.num.1. et dec.262.num.6.et dec.294.num.7.tom.1.coram Otthobon. dec.143.num.10. et ſeqq. et poſt Merlin. de pign. et hypo-*
109 *th.dec.129.ſub num.7.* dummodò ipſæ demonſtrationes ſint ſpetiales tollentes æquiuocationem, & alijs bonis conuenire non poſsint. *Ruin.conſil.30.numer.6.lib.1. Rot.in rec.dec.295.num.8.p.1.et dec.622. numer.4.7.p.4. tom.2.et dec.258.num.12.p.5.dec.175.nu.4.p.6. dec.96. num.5.7.p.7.dec.198.num.3. p.8. et coram Caualer. dec. 128.num.3.et dec.578.num.1.et coram Seraphin.dec.804. num.5.tom.1.cor.Pegn.dec.1445. numer.4. tom.2. coram Gregor.dec.455.num.10.coram Otthobon. dec.62. num.8. 10.et coram Merlin.dec.396.ſub num.12.verſic.et ad pro-*
110 *bandam tom.1.* ac dummodò aliæ demonſtrationes, ſi non adaptantur controuerſis bonis, nec etiam alijs bonis conueniant, quia tunc identitatis probatio non reſultaret, veluti ſi ex quatuor demonſtrationibus duæ tantum adaptarentur bonis in cauſa deductis, vel aliæ duæ accomodarentur alijs bonis; ex *Alex.conſil.73. nu. 8.vol.3.et conſil.38.num.5.vol.5. Roland. conſil.67.num. 18.19.lib.2.Ruin.conſ.115.num.4.lib.5.Surd. conſil.235. num.19.tom.2.Ferentil.ad Buratt.dec.132.num.10. tom.1. Rot.in rec.dec.295.num.9.p.1.* atque cum alijs declarationibus penes *præcitatos DD.et ſacr. Rot. deciſiones* habendis.

111 Dixi tandem, per ipſummet dominum directum fore probandum caſum, ob quem deuolutioni, & caducitati fuerit factus locus, etiamſi talis caſus conſiſteret
in negatiua; vt ſi ageretur ex generatione, ſeù linea fini-
112 ta, deberet enim ab agente finis generationis, & lineæ
probari. *Rot.coram Seraph.dec.1458.num.1. per tot. vbi Rubeus in ſuis ſingular. et coram Pegn. dec.1402. numer. 5.tom.2.coram Caualer.dec.295.num.1. et dec.344. num. 5.et coram Buratt. dec.602. num.1. tom.2.* Et ſic de reliquis.

113 Iſtis omnibus concurrentibus, & deuolutione clara exiſtente conceditur domino directo, ratione ſuæ ciuilis poſseſsionis mandatum de manutenendo aduersùs ſucceſsores vltimi emphyteotæ. *Bero. conſ.102. num.43. et ſeqq.lib.1.Honded.conſil.1.num.29. lib.2. Beltramin. ad Greg.dec.105.ſub litt.A, Poſt. de manut. obſer.16. à num. 44 cum ſeqq.Rot.ibi poſt tract.dec.227.num 6.dec. 283.n. 7.dec.293.num.3.et dec.336.num.7.et in rec.dec.79. n.3. dec.117.num.12.par.5.et dec.222.num.14.p.8. et in Auxim.prædij 15. May 1645.coram Reuerendiſs.Decano,et in Roman.domor.15.Decembr.1649.§.1.2. coram Bichio, et in Mediolanen. prætenſ. deuolut.11. Februar.1650. §. neque vllius cor. Meltio.*

Et in

Digitized by Google

114 Et in omnem caſum non denegatur eidem domino directo immiſsio in poſſeſſionem bonorum emphyteuticorum. *Rot.cor.Buratt.d.dec.602.n.1.*

115 Quinimò, ſi eſsemus in caſu deuolutionis, ob non ſolutum canonem, poſſet idem dominus propria auctoritate capere poſſeſſionem. *Thomat.dec.16.n.17.to.1.Rot.apud Caſsador.tit.de loc.& cond.dec.1.& cor.Gregor.dec.105.n.11.*

116 Licet ſecus, vbi prætenderetur deuolutio ex alio capite, nempe propter delictum, aut lineam finitam, & ſimilia, tunc enim nequiret dominus capere poſſeſſionem propria auctoritate, ſed oporteret procedere iudicialiter citata parte, etiam ſi adeſset pactum ingrediendi poſſeſsionem eandem auctoritate propria. *Gabr.conſil.88.in fin.lib.1. Menoch.conſil.503.num.13.& per tot. Maſtril.dec.193.Fulgin.de iur.emphyt.tit.de var. caduc.quæſt.10.Thomat.d. dec.16. num.18.19. Pigant. ad Stat.Ferrar. lib.2. Rub.127. num.55. vbi quod eſt certiſsimum tom.2.Rot.cor.Mantic.dec.194. & cor. Gregor. dec. 105.n.11.13.& ibi Addit. A. & poſt Paciſic. de Salu. dec.141.n.10.11.*

117 Sanè non ſufficit domino directo acceptare deuolutionem, niſi etiam apprehendat, & incorporet bona. *Roſenth.de feud.c.4.concl.34.Rot.cor.Gregor. dec.348. num.5.*

118 Quæ apprehenſio, ſucceſsiua quæ incorporatio
bonorum in caſu deuolutionis non permittitur domino directo in Ferrarienſi iuriſdictione, vigore *Bullæ
Boniſacianæ, quæ in §.hoc ad ecto*; ſancitur, quod, ipſe
dominus de bonis deuolutis teneatur inueſtire ſub iiſdem modis, & formis alium ſubiectum eidem iuriſdictioni; ac aduertit *Pigant. ad d. Rub.127. num.52.57.*
119 *& ſeqq.* Dummodò non vigeat in contrarium aliquod pactum, vtique ſemper ſeruandum, & ſi diſpoſitioni *eiuſdem Bullæ* aduerſans, quidquid alias veteres interpretationes mandarent, hodiè in hoc non attendendæ, vt pote contrariæ declarationi *Pauli V.* & præiuditiales Eccleſijs, ac libertati paciſcentium vt traditur ab ipſo *Pigant. ad d. Rub.127. ſub num.47. verſ.ſed hæc ſententia*; quod dictum alibi temperandum fortaſse reaſſumam.

120 Obſeruando tamen, quod ſi pactum adeſset, vt finita generatione, bona ad Eccleſiam libere reuerterentur, & illa poſset pro ſe retinere, vel alteri concedere; eſſet in poteſtate ipſius Eccleſiæ inueſtire eum, & ſi extraneum, qui ſibi placuerit, omiſsis etiam proximioribus vltimi emphyteutæ, vt latè deſumitur *ex Socin.iun.conſil.9.num.14.ad fin. lib.3. Bero. conſil.100. num.1.lib.1.Rimin.iun.conſil.257.num.100.& ſeqq. Gratian.diſcept.88.num.2.& ſeqq. Pigant.ad d. Rub.127. ſub num.59.verſic.addebat.Rot. in diuerſ. dec.242.p.2.& in*
121 *recent.dec.45. per tot. p.8.* quamuis circumſcripto pacto, vt ſupra in vltima parte alternatiuè concepto, ſit alias concluſio certiſsima, quod finita emphyteuſi, ſi Eccleſia nolit eam pro ſe retinere, tenetur proximiores etiam fæminas vltimi emphyteutæ præferre, ac reinueſtire; ex *Gratian. diſcept.477. numer.17.& diſcept. 813.num.35. Marcſc.var.reſol. lib.2.cap.3. num.11. Vabaſc.de iure emphyt.q.2.num.7. Amic. eod.tract.q.59. numer.60. Fulgin.eod.tract.tit. de renon.q.1. num.5. Pigant. ad d.Rub.127.num.59.60.Rubeo in ſing. Rot.Roman. p.3. verb.Bartolus.§.6.per tot.vbi latiſsimè tom.2. Rot. coram Mantic.dec.10.& in rec.dec.60.num.5.& dec.176.num. 28.et ſeqq.p.5.et dec.201.num.17.p.7.et d. dec.45. num. 1.p.8.et poſt Salgad.in Labyrint.credit.dec.28.num.15. et dec.29.num.3.5.26.et cor.Duran.dec.251. nu.1.2. et dec. 334.n.1.et ſeqq.ac poſt Fenzon ad Stat. Vrb. dec.66. et in Rom.n. dompor.15.Decembr.1649.§.non obſtat, coram Bichio,*

122 Non tamen retento præfato pacto poſset Eccleſia dominans inueſtire *in hoc noſtro Ducatu* aliam Eccleſiam inferiorem, ciuibus ſe opponentibus, penes quos perpetuò dicta bona emphyteotica remanere debent ex diſpoſitione antedictæ Bullæ, ſi credamus *Pigant.dicenti, ità bis obtinuiſse in Commentar. ad Stat. Ferrar. lib. 2. Rub.127. ſub num.19. verſic. nihilominus tom.2. et nuperrimè D. Contrio diſcept. forenſ. cauſ.99. numero 8. tom.1.*

123 Quod dictum nihilominus repugnat diſpoſitioni iuris communis, ob quam Eccleſia proprietaria, & quocunque alio domino directo volente fit, & redditur capax alia Eccleſia, & quælibet manus mortua bonorum emphyteoticorum ex *Menoch. conſ.216. numer.42. Surd.conſil.521.num.10.lib.4.Beltramin. ad Gregor. deciſ. 520.ſub num.14.verſic. tertio non eſt. Pigant. ad d. Rub. 127.num.19.Rot.coram Buratt.dec.394.n.6.et ibi Addit. tom.2.*

124 Quotieſcunquè ipſa Eccleſia, ſeù manus mortua inueſtita, ſit parata ad ſolutionem quindennij loco landemiorum, iuxtà congeſta à *Ricc. deciſ.10. inter. omiſs.poſt eius prax.p.1.Rot.in rec.dec.180.numer.4. par. 1.et dec.40.numer.30. par.7. et in Neapolit. laudem.10. Decembr.1639. coram Coccino, et in ead.27. Febr.1640. coram Cerro, impreſs.apud Marin.reſol.quotid.capit. 235.à numer.18.cum ſeqq. tom.1.repetit. in rec. dec.474. à numer.15.et infrà ac dec.494.numer.7.cum ſeqq. par.9. tom.2.*

125 Et de qua manu mortua, cur ſcilicet ità vocetur, & quænam ſit iudicanda, agunt *D.D.in l. fin. Cod. de iur. emphyt.Gratian. diſcept.481.num.11.et ſeqq.tom.3.Ricc. in prax.reſol.142.411. Amat.dec.51.numer.35.cum ſeqq. Pigant.ad Stat. Ferrar.lib.2. Rub.127. ſub num.26. tom. 2.Rot.in rec.dec.603.p.1. dec.211. num.5.32. p.6. coram Duran.dec.334.tom.2.cor. Andrea dec.6. nu.1.2.5. coram Greg.dec.529.cor. Merlin.dec.583.num.5.31.cum ſeqq.et dec.649.tom.2.*

Quibus etiam in locis oſtenditur quæ ſit, & qualis
requiratur potentia ad hoc, vt alienatio, ſeù alia tranſ-
latio bonorum emphyteuticorum dicatur nulla, vti in
126 potentiorem facta; huiuſmodi enim alienationem,
vel aliam tranſlationem fore inualidam, tanquam factam in perſonam de iure prohibitam, omnes admittunt, & nos habemus *Bullam Boniſac. in §. ſic tamen*; cuius meminit *Pigant.ad d.Rub.127.numer.15. vbi concordan.*

127 Reſoluunt verò Proceres iuris antedicti, potentiam iſtam regulari Iudicis arbitrio, vt per *Pigant. ad d.Rub.127.ſub num.15.verſic.potentia autem, et ſub num. 26. Fulgin. de iure emphyt. tit. de alien. quæſt.1. num.20. cum ſeqq.Rot.cor.Duran.d.dec.334. numer.9. vbi concordan.*

128 Vndè, cum fuerit dubitatum, an ad dictum effectum Eccleſiaſticæ perſonæ, & Clerici, vt ſinguli poſsent connumerari inter perſonas potentiores, placebat affirmatiua reſponſio, generaliter loquendo: de qua poſt *Iaſon.in l.fin.ſub n.97.c.de iur.emphyt.Corbul.de cauſ.priuat.ob alien.ampl.12.n.2.Rot. cor. Greg. dec.529. num.6.*

At non fuit incongruè putatum, ſi emphyteuſis fuerit Eccleſiaſtica, Eccleſiaſticas perſonas, & clericos, vt ſingulos non eſse cenſendos potentiores, remotis alijs circumſtantijs potentiam præſeferrentibus arbitrio iudicantis, ponderando ad hoc doctrinam *Bart. in l.1. ad fin.de ali.ind.mu. cau.fac. in l.1. ff. de his, qui potent. nom.et in l.fin.vbi etiam Iaſ.num.95. Cod. de iur. emphyt. Rot. coram Duran. dec.334. num.11. tom.2.* dum ideò Clericum potentiorem admittunt, quia non eſt eiuſdem fori, ſicque ob talem mutationem fori, clericus

ipſe durior aduerſarius ab ipſis appellatur, & cenſetur, quæ ratio vtique ceſsat in hoc caſu, vt ſenſui patet; & ideò ſæpiſsime vidi admiſsos ad huiuſmodi emphyteuſim Clericos, & inueſtitas, vt ſingulas perſonas Eccleſiaſticas.

Ex quibus omnibus in varijs factorum ſpeciebus mihi propoſitis, vt ſuprà concludebam, &c. Saluo, &c.

COLLVCTATIO XXXVI.

ARGVMENTVM.

Societatis vniuerſalis requiſita adducuntur, & eandem ſocietatem poſſe claudicare ad fauorem pupilli, & minoris, reſoluitur. Dotes quando vniuerſali ſocietati imputentur, & ab illa extrahantur. Inſtrumentum diuerſum à capitulis an, & quando ſit attendendum.

SVMMARIVM.

1 *Societas vniuerſalis quænam requiſita deſideret: poſset tacitè contrahi, n. 2. Abhorret, vt ſocij habeant aliquid proprium, n. 27.*

3 *Societas renouata cenſetur ex iiſdem actibus, ex quibus dicitur contracta: etiam inter patruum, et nepotes, num. 4.*

5 *Societas, tam particularis, quam vniuerſalis, vbi non datur differentia rationis, eodem iure terminatur.*

6 *Societatis renouatio intelligi debet ſecundum naturam ſocietatis anteeedentis renouatæ.*

7 *Societas non poteſt coiri, neque tacitè, nequè expreſsè, cum pupillis, et minoribus ſine ſolemnitatibus: neque pariter renouari numer. 8. Declara ſi pro parte minoris allegetur ætatis defectus alias ſecus n. 9.*

10 *Contractus poteſt claudicare ad fauorem pupilli, vel minoris.*

11 *Societas poteſt claudicare ad fauorem pupilli, et minoris; itemque ſocietatis renouatio num. 12. Contra numer. 13. prima opinio eſt verior, num. 14. et n. n. ſeqq. vbi rationes habentur, et num. 23. vbi reſpondetur ad contraria remiſsiuè.*

15 *Societas adeſse non poteſt ſine actibus illam neceſsario inferrentibus.*

16 *Societas in vno conſiſtere nequit, et eſt duorum, vel plurium conuentio honeſtè contracta ad vberiorem quæſtum, et commodiorem vſum.*

17 *Societas, quando dicatur iuſta, inter maiores, et minores, et n. 18.*

19 *Maiores debent ſibi ipſis imputare, ſi informiter contraxerint cum minoribus ſocietatem.*

20 *Minor poteſt cogi ad declarandum legitimè, an velit ſtare contractui, aut indè recedere; quod et habet locum in ſocietate.*

22 *Societatis continuatio facilius inducitur, quam ipſa ſocietas.*

24 *Dotes, quæ dari debent ab vno ex ſocijs omnium bonorum, imputantur ſocietatis, non parti ſocij, quæ concluſio, eſt indubitata, ſi conſocius ſciat, et patiatur dari dictas dotes de bonis communibus, numero 71.*

25 *Dos data pro omni eo, et toto, quod in bonis paternis dotata prætendere poteſt, non venit ſocietati imputanda. Contra n. 26. et ſeqq.*

26 *Societas diſsolui nequit, niſi vnanimi ſociorum interueniente conſenſu.*

29 *Hæreditas adita, ſit patrimonium adeuntis.*

30 *Actus ſequens declarat intentionem præcedentem: geſtus ad vnum effectum, ad diuerſum, non eſt trahendus, numer. 31. vltra intentionem agentis, non porrigitur, neque operatur num. 32. vnus declarat alium, num. 50.*

33 *Societas dicitur diſsoluta, ſi vnus ex ſocijs faciat actum ſuo nomine proprio. Declara n. 35. 40. 52.*

34 *Inſtrumentum eſt probatio probata.*

35 *Socius non poteſt intempeſtiue, vt ſi damnum ſit inſtans, renuntiare ſocietati.*

36 *Minor non poteſt facere actum, non vtilem, nec neceſſarium ſibi, neque ſine ſolemnitatibus numero 37.*

38 *Facta magis operantur, quàm verba: non minus per ſe loquuntur, quam verba n. 39.*

40 *Socij nomen, non eſt neceſſariò exprimendum in contractu geſto à conſocio, etiam nomine proprio, intuitu, & contemplatione ſocietatis.*

41 *Dos materna in caſu diuiſionis non eſt ponenda in communi: ſed primitus de communi detrahenda n. 42. conſideratur vti æs alienum n. 43.*

44 *Æs alienum detrahitur ante omnia in diuiſionibus.*

45 *Dotes deducuntur priuſquam fiat diuiſio.*

46 *Patruus ſi interueniat in neptum dotatione, intelligitur accedere non animo donandi, ſed fideiubendi, ad effectum repetendi à nepotibus. Contra num. 47. declara num. 48.*

49 *Renuntiatio reſpicit eorum tantum fauorem, quibus ſit nominatim.*

51 *Tractatus, non infert ad concluſionem, cum multa tractentur, quæ non concluduntur.*

53 *Renuntiatio regulatur à dotatione, & ſit illi, qui dotem præbet.*

54 *Verba ſunt intelligenda, iuxtà qualitatem perſonæ, ad quam referruntur.*

55 *Dotes ſunt imputandæ ſocietati, ſi earum reſtitutio ſit ſtipulata ad fauorem ſocietatis.*

56 *Inſtrumentum ſi diſcrepet à capitulis, iſta ſunt attendenda neglecto illo. Contra num. 57. diſtingue num. 58. Declara n. 59. 64.*

60 *Inſtrumento addi poſſunt à partibus, quæ in capitulis omiſſa fuere.*

61 *Error in facto proprio, non præſumitur, nec ſuffragatur.*

62 *Erroris excluſio à ſola poſſibilitate in contrarium deducitur.*

63 *Argumentum à ceſſante ratione, eſt validum.*

65 *Scripturæ ſi duæ adſint, circa eandem rem, attenditur plenior, & ea, quæ continet plura capitula.*

66 *Factum proprium, nemo impugnare poteſt.*

67 *Factum defuncti, non poteſt ab hærede impugnari.*

68 *Dominus Alexander Carolus I. V. D. Comaclenſis laudatur.*

69 *Exceptio de iure tertij non admittitur.*

70 *Suppoſito ceſſante, corruit diſpoſitio.*

72 *Iudex eſt, ſeù eſse debet vir bonus.*

73 *Lites habent ſua ſydera, & influxus.*

Non

NOn controuertitur in facti ſerie extitiſſe ſocie-
tatem omnium bonorum, inter olim D.D. Ga-
ſparinum, & Hieronymum fratres de Gaſparinis Co-
maclenſes, cum præſupponatur interueniſse omnia il-
1 lius requiſita neceſſaria videlicet.

Ipſos communem habitationem coluiſse.

*Lucrorum omnium, & damnorum communicationem
feciſse.*

*Neque redditionem rationis expenſarum circa res, &
perſonas peregiſse.*

De quibus latè aguut *Maſcard. de probat. concl. 1309.
n. 23. vol. 3. Menoch. præſ. 56. n. 37. lib. 3. Mantic. de tacit.
& ambig. conuen. lib. 6. tit. 3. num. 9. & tit. 10. nu. 2. ac per
tot. tom. 1. Felic. de ſociet. c. 10. num. 17. & ſeqq. Michalor.
de fratrib. p. 2. c. 13. per tot. Staiban. de intereſse lib. 2. tit.
8. q. 1. num. 27. Gratian. diſcept. 993. num. 1. 2. Poſt. reſol.
110. n. 7. & ſeqq. Caren. reſol. 183. n. 2. & reſol. 194. n. 16.
& reſol. 238. ſub n. 1. Andreol. contr. 34. num. 14. p. 1. Boſs.
de dot. c. 5. n. 107. Hodiern. contr. 22. num. 1. Faber. in C. lib.
4. tit. 26. defin. 3. Teodoſ. Rubeus in ſing. Rot. Roman. p. 2.
verſ. ſocietas. §. 1. tom. 2. Rot. ipſa cor. Coccin. dec. 421. cor.
Seraphin. dec. 1079. & dec. 1303. vbi Add. vtrobique n. 1.
tom. 2 coram Buratt. dec. 397. n. 1. tom. 2. & dec. 908. n. 6.
tom. 3. cor. Emmentiſs. Otthobon. dec. 84. n. 3. & dec. 116. n.
18. & in Ancon. officij 4. Decembr. 1647. §. deducebatur
ex eo, cor. Arguelles.*

2 Admittendo ſucceſſiuè, quod dicta ſocietas, & ſi vni-
uerſalis, ac omnium bonorum tacitè potuit inter ipſos
contrahi ſecundum ſententiam, quam afferunt. *Felic. de
ſociet. d. c. 10. n. 16. 17. Gratian. d. diſcept. 993. n. 23. tom. 5.
Fachin. contr. iur. lib. 12. tit. 14. Mantic. d. tit. 3. num. 10. &
ſeqq. ac latius in eod. lib. 6. tit. 9. vbi egregiè. Staiban. d. qu.
1. num. 20. 29. & ſeqq. Caren. d. reſol. 183. num. 1. vbi quod
eſt certiſſimum. Michalor. de fratrib. p. 2. c. 2. numer. 15. &
per tot. Andreol. d. contr. 34. num. 12. vbi de veriori, &
communiori. Boſs. de dote d. c. 5. num. 106. Teodoſ. Rubeus,
in ſing. Rot. Roman p. 1. ad Lancellot. dec. 173. numer. 1. &
infrà fol. mihi 351. col. 2. tom. 1. & ipſa Rot. cor. Coccin. d.
dec. 421. n. 2.*

Nequè etiam dubitatur, ſocietatem præfatam con-
tinuaſſe, poſt mortem D. Hieronymi, inter eius filios, &
D. Gaſparinum ipſorum patruum; dum requiſita ſupe-
rius recenſita æquè benè hinc indè interueniſſe conce-
3 ditur; ac propterea intret concluſio, renouatam, ſiuè
continuatam cenſeri ſocietatem ex illis actibus, ex qui-
bus dicitur contracta ad *Rimin. iun. conſ. 280. numer. 27.
lib. 3. Burſat. conſ. 220. num. 2. lib. 2. Michalor. de fratrib. p.
2. cap. 42. num. 40. vbi, quod hoc in ſe nullam continet du-
bitationem. Felic. de ſociet. cap 41. num. 3. 4. Mantic. de ta-
cit. lib. 6. tit. 26. ſub nu. 17. Maſcard. de probat. concl. 1310.
num. 18. Ricc. collect. 398. verſ. limita, ſeù declara p. 2. Fa-
ber. in ſuo Cod. deff. 4. pro ſoc. Rot. coram Merlin. deciſ. 251.
numer. 9. tom. 1. & poſt Salgad. in Labyrint. creditor. dec.
30. ſub numer. 17. 18. eſt in Roman. ſociet. de Rotignis 10.
Februar. 1648. §. ſtante autem, cor. Reuerendiſſimo Terra-
cinen.*

4 Sicuti, & punctualiter, quoad ſocietatem inter pa-
truum, & nepotes hoc idem admiſerunt *Bal. in l. ſi pa-
truus num. 8. ff. comm. vtriuſque iudic. Corn. conſil. 1. n. 7. &
ſeqq. lib. 1. Socin. ſen. conſ. 160. n. 6. lib. 2. Mantic. de tacit.
lib. 6. d. tit. 26. n. 16.*

Et quidem reſpectu ſocietatis vniuerſalis omnium
5 bonorum: tum quia vtraque ſocietas particularis nem-
pè, & vniuerſalis, quoties non datur differentia ra-
tionis, eodem iure terminatur; ex *Roland. conſil. 91.
num. 29. 31. vol. 1. Felic. de ſociet. c. 26. num. 36. Mangil. de
imput. quaſt. 26. num. 7.* Tum quia, vbi admittitur ſo-
6 cietatis renouatio, ſeù continuatio, intelligi debet ſe-
cundùm naturam ipſius antecedentis ſocietatis re-
nouatæ, ſeù continuatæ. *Felic. de ſociet. capit. 41.
numero 5. vbi concordan. Mantic. d. tit. 26. nume-
ro 17.*

7 Et non eſt, quod obijciatur, filios olim dicti D.
Hieronymi fuiſse tempore obitus patris minores, &
pupillos, ſubindeque cum illis ſine ſolemnitatibus
in minorum contractibus, ſiuè ex communi, ſiuè
ex municipali lege requiſitis, nequè expreſsè, neque
tacitè potuiſſe ſocietatem coiri. *Menoch. conſil. 121.
num. 100. & de præſumpt. lib. 3. præſ. 56. numer. 6. & ſeqq.
tom. 1. Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib. 6. tit. 13. vbi
latè tom. 1. Felic. de ſociet. c. 4. 5. Cyriac. contr. 470. numer.
26. 27. Michalor. de fratrib. p. 2. num. 15. vbi plenè. Siluat.
Iun. conſil. 47. numer. 15. & ſeqq. Vermigliol. conſil. 463. n.
3. Carena reſol. 227. num. 1. Rot. cor. Buratt. dec. 467. n. 2. 3.
tom. 2.*

8 Itemque conſequenter cum iiſdem ſocietatem ip-
ſam non potuiſſe renouari. *Mantic. de tacit. d. lib. 6. tit.
13. num. 26. verſic. cum pupillis autem. Michalor. d. c. 15.
num. 25. Vermigliol. d. conſil. 463. num. 3. Felic. de ſociet.
c. 41. n. 14.*

9 Quoniam defectus ætatis præfatus poteſt ſolum-
modò allegari ab ipſis minoribus, & pupillis, ita vt
eo non adducto, vt in præſenti, pro eorum parte ſo-
cietas, ſeù illius renouatio ſuſtineatur, & teneat, ex *So-
cin. conſil. 87. num. 10. in fin. lib. 1. Crauet. conſil. 286. ſub
num. 2. verſic. ſecundo reſpondeo. Gratian. diſcept. 714. nu.
12. tom. 4.*

10 Sicuti enim eſt generalis concluſio, quod contra-
ctus ad fauorem pupilli, & minoris, & ſi non legiti-
mè, ac ſine ſolemnitatibus nulliter geſtus claudicare
poteſt. *l. Iulianus. §. ſi quis à pupillo. ff. de act. empt. l. ſi
iudex circumuento. ff. de minorib. Surd. conſil. 523. ſub nu-
mer. 2. 3. & dec. 108. ſub numer. 11. verſic. & non ſufficit,
et dec. 179. numer. 18. Siluatic. iun. conſil. 48. numer. 29.
Leoncil. dec. 4. numer. 5. Trentacinq. var. reſol. lib. 2. tit.
de minorib. reſ. 8. num. 1. Cancer. var. reſol. par. 1. cap. 13.
num. 90. Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 13. p. 1. numer.
14. tom. 1. Pignatel. contr. 21. num. 12. Capyc. Latro dec. 19.
num. 6. et ſeqq. Gratian. diſcept. 27. numer. 41. tom. 1. Rot.
poſt Merlin. de legit. dec. 104. num. 6. et in Roman. Aſſict.
Ferrar. 25. Iun. 1649. §. minorem releuantiam, verſic. tum
quia defectus, cor. Melzio, eſt poſt Salgad. in Labyrint. cre-
ditor. dec. 15. n. 10. 11.*

11 Ità hoc idem procedere in contractu ſocietatis
dixerunt. *Roman. conſil. 453. Socin. conſil. 160. ſub nu-
mer. 12. lib. 2. Corn. conſil. 187. numer. 5. lib. 3. Lamber-
teng. de contract. gloſ. 1. verſic. obligatio ſub numer. 24.
quos allegat Felic. de ſociet. capit. 3. numer. 15. Surd. con-
ſil. 9. numer. 16. & dec. 49. numer. 1. Hodiern. contr. 22. nu-
mer. 8. 9. Michalor. de fratrib. d. cap. 15. numer. 10. Gra-
tian. diſcept. 357. num. 12. et ſeqq. tom. 2. Rot. cor. Gregor.
dec. 31.*

12 Atque in renouatione eiuſdemmet ſocietatis, docuit
*Cephal. conſ. 674. n. 56. lib. 5. Teodoſ. Rubeus in ſing. Rot.
Roman. p. 6. circa Stat. Vrb. lib. 2. c. 151. num. 83.* vbi, quod
hanc partem eſt etiam ſequuta *ipſa Rota in Roman.
pecun. 11. Decembr. 1613. coram Manzaned. eſt in rec. dec.
545. p. 1.*

13 Et quamuis hanc claudicationem in contractu hu-
iuſmodi ſocietatis ad fauorem pupilli, & minoris non
admiſerint *Rimin. iun. conſil. 280. numer. 11. lib. 3. Meno-
ch. de præſumpt. lib. 3. præſ. 56. numer. 11. Felic. de ſociet.
cap. 3. numer. 16. cum multis ſeqq. Siluatic. iun. conſil. 47.
numer. 23. et ſeqq. Vermigliol. d. conſil. 465. nu. 5. Micha-
lor. de fratrib. d. c. 15. ſub n. 10. verſ. contrarium tamen, et
ſeqq. et alijs per eos adducti;* pariterque hoc ipſum

in renouatione ſocietatis firmauerit, *Felic. de ſociet. cap. 41. ſub n. 15.*
14 Nihilominus, vltra quod prior ſententia eſt verior
quemadmodum videre licet apud D.D. pro ea ſuperius
allegatos, poſterior recenſita nullo modo eſt attenden-
da, cum potius aereis, & futilibus, quam veris, & ſolidis
ſit innixa fundamentis, in tantum, vt ridiculam ſemper
præſuppoſitis terminis habilibus eam exiſtimauerim;
quia, dum admittitur per aduerſarios quæſtio tituli ſo-
cietatis tacitæ, neceſsario conceditur, pro parte ſocij
maioris fuiſſe geſtos actus eundem titulum inferentes,
15 ſi quidem ſine illis huiuſmodi titulus adeſſe non poteſt.
*Decian. conſ. 97. n. 24. lib. 2. Surd. dec. 267. num. 6. Vermi-
gl. d. conſ. 463. num. 7. Rot. cor. Merlin. dec. 251. numer. 10.
et cor. Buratt. dec. 467. num. 7. et coram Otthobon. dec. 94.
num. 6. 7. et in rec. dec. 32. num. 10. p. 5. et dec. 214. num. 15.
p. 6. et dec. 126. num. 2. p. 8. et in Roman. ſociet. de Rotignis.
2. Martij 1646. §. nec viſum fuit, verſic. imò etiam, cor.
Ghiſiler.*
Ac ſucceſsiuè fuiſse eoſdem actus illius naturæ, vt
16 cum ijs reſpicerentur plurium perſonæ, cum ſocietas
in vno conſiſtere nequeat, ſitque duorum, vel plurium
conuentio honeſtè contracta, ad vberiorem quæſtum,
& commodiorem vſum. *gloſ. in Rub. Inſtit. tit. de ſociet.
Vbald. de duob. fratr. p. 6. q. 23. ſub num. 34. verſ. quoniam
ſocietas. Capyc. dec. 174. num. 2. Mantic. de tacit. et ambig.
conuent. lib. 6. tit. 1. num. 18. Michalor. de fratrib. p. 2. c. 1.
num. 7.*
Conſequenter & actus ipſos præter ſocium maio-
rem reſpexiſse perſonam pupilli, ſeù minoris, cum quæ-
libet alia præſupponatur excluſa; & ità meritò cum eo-
dem pupillo, ſeù minore contractam fuiſse ſocietatem
ex conſenſu, & voluntate ſaltem ſocij maioris præfa-
tos actus gerentis; vt in puncto, quando negotia fue-
17 runt adminiſtrata à maioribus nomine etiam pupilli,
& minoris, vt in præſenti, docuerunt *Cephal. conſ. 248.
numer. 35. et ſeqq. vbi de communi lib. 2. Maſcard. de pro-
bat. concl. 1309. numer. 44. Michalor. de fratribus par. 2.
18 d. cap. 15. numer. 54.* ac quando maiores adminiſtra-
runt bona, & negotia, in quibus pupilli quoquè, &
minores partem habebant, vt nunc, tradiderunt.
*Rot. Genuen. dec. 14. numer. 96. Michalor. d. cap. 15. numer.
60. et in alijs conſimilibus exemplis apud prædictos extra-
tis.*
Adeovt, actibus prædictis concurrentibus, non poſ-
19 ſit dubitari, quin pupilli, minoriſque fauore ſocie-
tas claudicare, queat, cum maiores imputare ſibi ipſis
debeant, quod informiter, minuſuè legitimè contra-
xere cum illis, iuxtà regulam, de qua in *l. qui cum alio
ff. de reg. iur. iuncto c. damnum eod. tit. in 6. perbellè in ter-
minis reaſumptam per Surd. conſ. 9. ſub num. 18. verſic. reſ-
ponderi poterit. Ludouic. concl. 53. verſ. prima coniectura,
in fin. Gratian. diſcept. 547. ſub numer. 6. verſic. quia impu-
tandum eſt. Michalor. d. cap. 15. ſub num. 53. verſic. quibus
20 rationibus, & ſeq.* quodque ipſi maiores vti noluerint
remedio iuris competente aduersùs minores in mate-
ria contractuum ad eorum fauorem claudicantium,
vt ſcilicet ijdem minores declararent legitimè, an vel-
lent ſtare ſocietati, aut indè recedere; ex notatis in
indiuiduo à *Surd. d. conſil. 9. numer. 19. Gratian. d. diſcept.
547. numer. 7. tom. 3. & diſcept. 714. numer. 14. tom. 4.* &
ſecundum concluſionem vniuerſalem ſe habentem,
quod ille, qui poteſt contractum approbare, vel im-
probare, cogi per alteram partem poteſt, vt declaret,
an velit ſtare contractui, an verò ipſum retractari
malit; ad *tex. in Iulianus. §. ſi quis colludente, vbi DD. ff. de
act. et vendit. Add. ad mattheſ. ſing. 155. Guttierez pract.
q. q. lib. 2. quaſt. 22. numer. 14. Capyc. dec. 110. numer. 1. 2.
Franc. dec. 35. Cancer. var. reſol. par. 1. cap. 13. numer. 91.*
obſeruando tamen quod dicta declaratio approbatio-
nem, vel reprobationem præſeferens fiat adhibita ſo-
lemnitate eadem, quæ in initio contractus, interuenire
debuiſset. *Caſtr. in d. l. Iulianus. §. ſi quis à pupillo n. 1. Can-
cer. d. c. 13. n. 92.*
21 Quam claudicationem eſſe promptius admitten-
dam, vbi agitur de continuatione ſocietatis iam cæ-
ptæ cum maioribus pupillorum, & minorum, vt in
præſenti, teſtati fuerunt. *Menoch. præſ. 56. numer. 19.
vbi concordan. lib. 3. Michalor. de fratrib. par. 2. d. cap. 15.
num. 61.*
22 Et benè, quia facilius continuatio ſocietatis dedu-
citur, quam ipſa ſocietas, itavt actus ſociales, qui
alias non ſufficiunt ad probandam ſocietatem, quæ
nuſquam contracta apparet, ſint ſatis pro probanda,
ea prius in eſſe deducta, illius continuatione, egregiè
*Rota poſt Salgad. in Labyrint. credit. deciſ. 30. numer. 16.
17. eſt in d. Roman. ſociet. de Rotignis. 10. Februar.
1648. §. ſtante autem, verſic. eoque magis, coram Ghi-
ſiler.*
Atque ex prædictis remouentur virtualiter omnia,
23 quæ in contrarium per aduerſarios conſiderantur;
quia quatenus vberiorem pupilli, & minoris ſtatum
perpetuò præſeferunt, non indè ſocietatis, quæ in
illis terminis ſemper pro vtili ſuſcipitur naturam, &
eſſentiam immutant; quatenus vera pro eorum parte
effugitur deterioratio, hoc ideò euenit, quia ſocij
maiores, ſic voluerunt, itàvt eorum voluntati,
non ſomniatæ ex aduerſo iniquitati hoc ſit adſcriben-
dum.
Quibus ità ſe habentibus facillima dimanat reſolu-
tio propoſitæ dubitationis circa dotes aſsignatas, &
datas Dominabus Luciæ, & Iuniperę filiabus dicti olim
D. Hyeronimi, & ſucceſsiuè præfati D.q. Gaſparini ne-
potibus.
24 Quod enim eædem dotes ſint imputandæ ſocietati
omnium bonorum præexiſtenti tunc temporis inter
eundem D. Gaſparinum patruum, & R. Carolum,
ac Stephanum, Ioannem, & Natalem eius ex dicto
Hieronymo ſuo fratre nepotes, patet ex magis com-
muni, & veriſsima ſententia, quam & alij clariſ-
ſimam, ac indubitatam appellant, de qua *Roland.
conſil. 91. per tot. lib. 1. Hon. conſil. 64. Præt. conſil. 179.
numer. 11. Turret. conſil. 7. lib. 2. Menoch. conſ. 375. numer.
11. lib. 4. Ruyn. conſil. 121. lib. 5. Peregr. conſ. 42. numer.
29. et ſequentib. lib. 1. et conſ. 124. lib. 5. Ludouic. concl.
53. illat. 14. Mantic. de tacit. et ambig. conuen. lib. 6.
tit. 20. per tot. tom. 1. Surd. de aliment. tit. 6. quæſt. 13.
numer. 12. Cenal. quæſt. 189. par. 1. Gratian. diſcept. 643.
numer. 13. 14. 18. tom. 4. et diſcept. 904. numer. 16. tom. 5.
Fælic. de ſociet. cap. 26. numer. 21. et ſeqq. Morquech. de
diuiſ. bonor. lib. 2. cap. 2. numer. 17. et ſeqq. Fachin. contr.
iur. lib. 8. cap. 4. et lib. 12. cap. 13. Coſt. de fact. ſcient. et
ignor. cent. 2. diſtinct. 95. tom. 1. et de rata quæſt. 119. Man-
gil. de imput. et de tract. q. 26. Fontanel. de pact. nupt. clauſ.
5. gloſ. 4. num. 5. tom. 2. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. quæſt.
16. num. 4. et ſeqq. Michalor. de fratrib. p. 2. cap. 28. per
tot. Caren. reſol. 238. num. 5. Sabel. var. reſol. c. 31. n. 7. Vin.
dec. 431. Raudenſ. dec. Piſan. 1. numer. 46. Carot. dec. 102.
Thomat. dec. 64. plenìſsimè Boſs. de dote c. 5. num. 117. cum
ſeqq. Tenagl. de ſacr. Rot. Roman. Auditor. lib. 1. c. 10. n. 9.
et c. 14. ſub n. 4.*
Cui reſolutioni non obſtant ea, quæ ingenioſo po-
tius, quam veridico calamo in aduerſum allata fuere
per *inſignem I.C. Ioſephum Magnonum Aduocatum Fer-
rarienſem.*
25 Et primò, quod onus dotādi in inſtrumento dotatio-

nis

nis fuit adſcriptum hæreditati paternæ, declarando dotes huiuſmodi conſtitutas intelligi pro omni eo, & toto, quod in bonis patris, tam cauſa dotis, quam legitimæ, aut alterius cuiuſcunque portionis, vel cauſa dotis maternæ, vel alio titulo prætendere, & conſequi poſsint dictæ fæminæ dotatæ; ac propterea debitum huiuſmodi non veniat ſocietati imputandum, ſed patris hæredibus, ex cuius portione filiæ dotatæ cenſentur, non ex portione ſocij, de cuius debito nulla eſt mentio facta; allegando, ſed nimis inconcinoè, Capr. conſil.62. in princ. Ancharan. q.ſam.33 num.2. Burſatt. conſil.48.numer.19. Marcſc. var. reſol. lib.1. cap.25. numer.8.

Quoniam nec contenta in argumento, nec minus auctoritates in comprobationem adductæ officiunt in tantillum concluſioni ſuperius firmatæ.

26 Nullibi enim onus dotium præfatarum apparet ita hæreditati paternæ adſcriptum, vt ſocietate vniuerſali reſoluta vnanimi patrui, & nepotum conſenſu legitimè interueniente, quo opus fuiſset, iuxta tex. in l. ſed et ſocius. § fin. et in l. actione. §. diximus. ff. pro ſoc. et ſecundum tradita à Bal. in conſil.425. lib.3. Natt. conſil.100. numer.5. Menoch. præſ.60. num.11. lib.3. Felic. de ſociet. cap. 35. num.3. Michalor. de fratrib. p.2.36. ſub num.4. Mantic. de tacit. lib.6. tit.23. num.3.6. ac infrà, tom.1. hæreditas ipſa, tamquam quid proprium patris hæredum antedicto onere conſpiciatur affecta.

Imò ſi adhuc perdurante dicta ſocietate vniuerſali,
hoc voluiſset praxi accommodari, repugnantiam
27 manifeſtiſsimam præſetuliſset, cum ſocietas iſta
abhorreat, vt aliquid, ceù proprium ſocij omnium
bonorum obtineat. Michalor. de fratrib. par.2. cap.17.
num.20. et cap.21. ſub num.9. verſic. nam cum inter. Natta conſil.100. num.1. Surd. conſil.138. nu.14. Cephal. conſ. 340. num.9. lib.3. Ludouic. d. concl.53. verſic. octaua coniectura. Felic. de ſocietat. c.10. ſub n.25. verſ. primo caſu, ibi ea ratione, vbi concordan. Maſcard. de probat. concl.1309. num.39.

28 Vndè quatenus etiam in inſtrumento dotationis habeantur ea, quæ in argumentatione prædicta aſſeruantur, non ideò ſunt accipienda, vt bona paterna dotibus præfatis ſint totaliter obnoxia, quod ipſorum præciſam qualitatem influant in illas, & nulla habita ratione ſocietatis vniuerſaliter inter patris hæredes, eorumque patruum vigentis, dotes ipſæ conſiderentur tamquam euulſæ ab iiſdem bonis paternis.

Sed aſſumenda, ac intelligenda veniunt, vt dotes
quidem prædictæ bona paterna complectantur, at
non vti ſimpliciter talia, verum tamquam effecta
propria hæredum ab initio, mediante hæreditatis
29 aditione, per quam vnicum eorum fuit conſtitutum
patrimonium. l.1. §. veteres. ff. de acq. poſseſs. Surd. dec. 310. num.11. Andreol. contr.117. nu.9. p.2. Rot. in rec. dec. 259. num.9. p.5. et in Roman. Caſalis 14. Iunij 1649. §. ergò nec in facto, cor. Arguelles cum alijs in mea legali colluct. 1. n.81. et colluct.21. n.27. Sicque tamquam bona vniuerſalis ſocietatis eidem coaceruata ex illius proſequuta continuatione.

Præterquamquod, ſi dotationis inſtrumentum accuratim penſitetur, non ex alio dotes conſtitutæ ibi reperiuntur, etiam de bonis paternis, niſi ad hoc, vt ibidem taliter dotatæ nequeant impoſterum circa illa controuerſiam excitare.

Quod euidentiſſimè ſubſequuta in eodem inſtrumento renuntiatio dotatarum de dictis bonis patefacit dum facta ab dotes per modum prædictum conſtitutas, ac habitas, oſtendit, fuiſse, & dotantium mentem, vt ſileret quælibet dotatarum in iiſdem bonis prætenſio; & voluntatem iſtarum, vt ſe arcêrent a promouen-
da in futurum aduerſus dotantes ſuper illis bonis in-
30 quietatione, iuxta vulgatum axioma, quod actus, qui
ſequitur, declarat intentionem præcedentem. l. ſi hi qui. C. de adult. Surd. dec.326. nu.85. Gratian. diſcept.58. n.25. Barboſ. axiom.12. n.3. Rot. cor. Mantic. dec.313. n.7. & in rec. dec.201. nu.40. p.7. & in Cathacen. hæredit. 28. Maij 1649. §. ſecundo ex depoſitionibus, cor. Cerro.

31 Quarè, cum dotationes iſtæ fuerint factæ ad effe-
ctum prædictum ad diuerſum non ſunt trahendæ. Rot.
in rec. dec.388. num.9. p.4. tom.2. & dec.114. num.5. p.5.
& cor. Duran. dec.311. n.4. ac dec.361. ſub n.4. et cor. Bu-
ratt. dec.54. n.12. & in Roman. reſt. dotis 4. Febr. 1650. §.
quæ vernas ad med. cor. Peutinger. eſt nunc dec.229. ſub n.
4.5. penes Poſt. de ſubbaſt. in Addit. & poſt Zacch. de oblig.
Camer. dec.222. n.23. & in Conchen. penſionis 21. May.
32 1649. §. primo quia cor. Eminentiſs. Corrado: nam actus,
vltrà intentionem agentis non porrigitur, neque operatur. l. non omnis. ff. ſi cert. pet. et l. in agris. ff. de acq. rerum dominio. Tuſch. litt. A, concl.125. Valenzuel. conſ.119. n. 86. tom.2. Argel. de legit. contradict. q.10. n.36. Barboſ. d. axiom.12. n.7. & axiom.128. n.4. Rub. in annot. ad Rotam, in rec. dec.9. n.17. p.3. ipſa Rota pariter in rec. dec.373. ſub n.15. p.4. et dec.93. n.19. p.8. & poſt Cenc. de cenſib. dec. 183. n.7. & cor. Seraph. dec.890. n.2. et cor. Buratt. d. dec. 54. ſub n.12. & cor. Merlin. dec.888. n.9. tom.2. & coram Card. Otthobon. dec.16. n.28.

Additur, quod aduerſa ratiocinatione aliud in ſub-
ſtantia fortaſsè concludi non intenditur, niſi ex dotibus
conſtitutis etiam de bonis paternis, diſſolutam tunc
temporis fuiſſe vniuerſalem ſocietatem anteà inter D.
33 Gaſparinum patruum, eiuſque nepotes perduratam
quaſi, quod actus illæ, ceù peculiaris reſpectu dictorum nepotum, hæredum patris, cuius bona dicuntur contenta in præfatis dotibus, vti ab iiſdem nepotibus expletus, non facta mentione patrui, ſit ſufficiens ad oſtendendam diſſolutionem ſocietatis, ſecundùm ea, quæ aſferuntur generaliter à Cephal. conſ.340. n.9. Rimin. iun. conſ.280. n.24. Decian. conſ.36. n.38. verſ. et pro præmiſsorum lib.1. Andreol. contr.34. n.19. p.1. Mantic. de tacit. lib. 6. tit.10. n.20. verſ. non tamen ea. Caren. reſol.238. num.2. Rota cor. Seraph. dec.1368. n.5. & cor. Otthobon. dec.40. n.17.18. et in d. Anconit. officior. 4. Decembr. 1647. §. imò eliditur, cor. Arguelles.

Verum, nequè in facto, nequè in iure hæc ſic putata poſsunt ſubſtineri.

Non in facto, quia dotes præſatæ fuerunt conſtitutæ
in dictum modum, non à ſolis nepotibus, ſed etiam a
D. Gaſparino patruo, eius proprio nomine ſicuti in-
ſtrumentum deſuper confectum apertiſsimè demon-
34 ſtrat, veluti probatio probata, vlterius non probanda.
c. cum dilecti de donat. c. cum contingat de reſcript. Zacch. de Salar. q.52. n.57. Rot. in rec. dec.296. num.2. p.7. et dec. 194. n.1. p.8. et cor. Greg. dec.180. n.1. et in Rauenn. penſion. 5. Iulij 1660. §. nec releuant plura, cor. Albergato, cum alijs in mea legal. colluct.1. n.2.

Etiamſi verba continentia conſtitutionem dotis, vt ſuprà ſimultaneam, fuiſsent appoſita per remiſſionem, ſeù poſtillam in margine, ſeù in fine inſtrumenti, abſque vlla quoquè expreſsa approbatione Notarij, qui totum inſtrumentum confecit, quotieſcunque tamen ipſiuſmet manu fuiſsent ſcripta, ex Hon. conſ.80. numer.9. et ſeqq. Alex. conſil.14. num.13. lib.6. Rot. in rec. dec.226. num.17. p.7. dec.349. num.17. p.9. to. 2. coram Mantic. dec.357. ſub num.4. cor. Coccin. dec.467. num.2. in Bonon. fideicom. de Amorin. 18. May 1648. §. fines autem in fine, cor. Meltio in Viterb. prædij 10. Decembr. 1659. §. quia cum cor. Cerro, et in d. Rauen. penſion. 5. Iul. 1660. eod. §. nec releuant plura, verſic. quamuis,

coram Alberg.& poſt Contr.diſcept.forenſ.dec.154.ſub n.4.tom.1.

Non in iure; quia ſi dicamus, patruum ex tali actu
voluiſſe renunciare ſocietati, & tunc contra eum dabi-
35 tur de dolo malo, vt voluerit ſe, intempeſtiuè ſocietati
renunciando, à damno inſtanti liberare, ſicquè opus
erit fateri, à ſe quidem ſocios nepotes liberauiſse, at
non ſe à ſocijs nepotibus fuiſse liberatum; iuxtà *tex. in
l.actione.§.diximus ff.pro ſoc.& tradita à Mantic.de tacit.
& ambig.conuen.lib.6.tit.23.num.7.& ſeqq.tom.1.Felic.
de ſociet. cap.35. numer.10.11.& ſeqq. Andreol. d. con-
trou.34.numer.8. Michalor. de fratrib.p.2. cap.36. nume-
ro 16.*

Si verò dicamus, nepotes ipſos ex eodem actu vo-
luiſse ſocietatem vniuerſalem diſsoluere,& tunc, cum
eo tempore fuerint in pupillari, ac minorili ætate re-
ſpectiuè conſtituti,vti non controuertitur, maximum-
que indè illis præiuditium,& damnum inſurrexerit, ef-
ficiendo proprium, quod erat commune debitum,
36 oportebit neceſsariò admittere, talem actum minimè
tenere,tanquàm non vtilem,nec neceſsarium. *Poſt.re-
ſol.90.num.29.Rot.cor.Caualer.dec.393.ſub numer.6.&
dec.600.num.3.& poſt Pic.ad Stat.Vrb.dec.7. num.9.10.*
37 Sed omninò,& totaliter corruere, ceù ſine debitis ſo-
lemnitatibus iuris,& ſtatuti expletum. *Rot. cor.Duran.
dec.18.et cor.Otthobon.dec.126.num 9.& dec.215.n.1.et
ſeqq.& poſt Salgad.in Labyrint.creditor.dec.63. n.1.cum
multis alijs per me latè adductis ſupra in collect.2.n.18.&
ſeqq.*

Ad id, quod in eadem aduerſa argumentatione ſub-
ditur,dictas dotes non cenſeri ex portione ſocij, de cu-
ius debito, nulla eſt facta mentio, patet ex hactenus
congeſtis reſponſio; nam quemadmodum facta magis
38 operantur,quam verba.*c. dilecti il 1. de appell. Gratian.
diſcept.575.num.38.Poſt.reſol.77.num.46.Mantic. de ta-
cit.lib.14.tit.26.num.14.tom.2.Barboſ.axiom.93. num.9.
& ſeqq.vbi concordan.Rot.in rec.dec.296.num.12.p.4.to.
2.et dec.194.n.10.p.6.et cor.Caualer.dec.100.n.7.et cor.
Buratt.dec.113.n.20.*

Ità, cum eædem dotes dignoſcantur actualiter con-
ſtitutæ ex bonis ſocietatis,mentio omiſſa de debito ſo-
cij in aduerſum excogitata, ceù verbalis expreſsionis,
39 non eſt aliquomodo in concurſu factorum ponderanda
quia verbis non indigemus, vbi concurrunt facta, tan-
quam ea, quæ non minus per ſe loquantur,quam verba.
*l.ſi tamen.§ ſi ei qui.ff.de edilit.edict.l.non tantum.ff. rem
rat.haber.Rubeus in Annot.ad Rot.in rec.dec.131. n.254.
p.8.et ipſa Rot.in Roman.fideicom.17.May 1647. §.et ni-
hil,cor.Arguelles.*

Atque circa hanc rem tollitur omnis ſcrupulus, ſi
conſideretur,dotes præfatas, ex hucuſque traditis, &
inferius dicendis,conſtitutas fuiſſe intuitu, & contem-
40 platione ſocietatis ſæpiùs nomenclatæ, & ſucceſſiuè
conſocij mentionem, non fuiſſe neceſsariam, nam ad
hoc,vt ipſe remaneat obligatus,ſufficit contractum ge-
ſtum fuiſſe per modum nunc recenſitum, etiam ſi alter
ſocius nomine proprio contraxerit; nec conſocij no-
men fuerit expreſſum.*Ronchegal.in l. eandem num.195.
in fin.verſ.licet ſit ff. de duob.reis.Caſtr.conſil.242.num.2.
lib.1.Rot.coram Otthobon.dec.40.num.28.& in Fauen.ſo-
cietat.16.April.1646.§.quo vero ad aliud, & §.ſeq. cor.
Celſo,et dec.193. num.4.5.6. vbi de ratione poſt Zacch. de
oblig.Cam.*

Quarè non minus ex prædictis deſtruuntur conſide-
rata per *D.ex aduerſo ſcribentem in eius primo argumen-
to*, quam non eſse curandum *de auctoritatibus adductis*
quiſque agnoſcere poteſt,dum in *ſedibus indicatis, nec
vnicum quidem verbum ad rei propoſitæ comprobationem*
haurire valebit.

Iiſdem ſuperioribus motiuis diluitur & id, quod ſe-
cundo loco in contrarium affertur de ponderata con-
ſtitutione dotium,etiam de bonis, ſiuè dotibus mater-
nis.

Et illud, quod ſubditur, dotes prædictas non poſſe
eſſe diuerſæ naturæ,& qualitatis dote materna, in cuius
locum,& portionem ex pacto fuerunt ſubrogatæ; pro-
ptereaque cum in caſu diuiſionis illa non ſit ponenda
41 in communi; *legatis Pariſ.conſ.130.num.13.vol.1.Ri-
min.iun.conſil.778.num.5. vol.7. Menoch.conſ.12.nu.25.
vol.1.*Ità, nec iſtæ de communi ſunt detrahendæ, iuxta
naturam,& vim ſubrogationis.

Facili negotio ſubmouetur; nam, vltra quod conſe-
quens non benè eſt digeſtum, retorquendo argumen-
tum dicitur,quod ſi dos materna in caſu diuiſionis non
42 eſt ponenda in communi, neceſſario venit primitus de
communi detrahenda, vt egregiè deciſum reliquit *Se-
natus Mantuan.apud Surd.dec.224.& penes Cyriac.contr.
117.num.6.tom.1.*Igitur,& dictæ dotes ex eadem natu-
43 ra, & vi ſubrogationis erunt primo loco de communi
extrahendæ:& ſi dos materna conſideratur, & accipi-
tur, vti æs alienum. *Menoch.conſ.12.num.25. Merlin. de
legit.lib.2.tit.1.quæſt.10 numer.37. Rot.coram Otthobon.
dec.110 ſub num.15.verſic. & in ſpecie, ego ipſe collect.
28.num.118.vbi multos adduco:*Conſequenter, & dotes
44 præfatæ ſunt taliter accipiendæ,& ſic ante diuiſionem
detrahendæ,nam in diuiſionibus, ante omnia detrahi-
tur æs alienum.*Cyriac.d.contr.117.ſub num.4.*Quo mo-
45 tiuo dotes generaliter loquendo deduci, *priuſquam*
fiat diuiſio,docuerunt *Bald.conſil.172.Pariſ. conſil.100.
ſub num.21.vol.2.Menoch.d.conſil.12.ſub num.25.et conſ.
229.numer.1.quos ſequitur Cyriac. in allegat contr.117.nu.
5.et dixi in ſeq.collect.legal.37.n.12.*

46 Silent quoquè in aduerſum tertio deducta,aſsumen-
do in iſto caſu patrui interuentum in conſtitutione do-
tium præfatarum,non animo donandi, ſed fideiubendi
pro cautione mulierum,ad effectum repetendi à nepo-
tibus, ſecundùm allata *à Surd.conſil.488. numer.23. et
ſeqq. lib.4. Mantic. de tacit.lib.13. tit.13. numer.23. &
ſeqq.Peregr. de fideicom.art.36.numer.111.et art.37.nu-
mer.11.*

47 Quoniam,omiſso,quod imò dictus patrui interuen-
tus debet accipi pro animo donandi, non autem repe-
tendi,ex conglomeratis *à Surd.ſibi contrario in conſ.534.
vol.4. Menoch.conſ.771. Caball.conſ.70.lib.1. Mangil de
imput.q.25.Poſt.reſol.135.vbi pleniſsimè. Rot. cor. Caua-
ler.dec.466.ſub n.1.*

48 Non procedit prior ſententia in noſtris terminis, in
quibus vigente tempore dotationis ſocietate vniuerſa-
li,inter patruum,& nepotes, *vt ſæpius dixi*; patruus do-
tando cenſetur nomine ſocietatis dotauiſſe,& ſic etiam
ſuo nomine, vt tenebatur. *Alciat. conſil.153.numer.3.
alias conſil.46. lib.8. de quo Poſt. d. reſol.135.numer.
20.*

Ea tandem quæ deducuntur à renunciatione gene-
rali facta, & ſtipulata à dotatis ſolùm ad fauorem fra-
49 trum dotantium excluſo patruo, inferendo idcircò,
quod ſicuti renunciatio reſpicit eorum tantùm fauo-
rem, quibus fit nominatim, allegando *Decius. conſ.32.
num.110.vol.2.Alex.conſ.149.num.5.vol.7. Surd. conſil.
244.num.11.lib.2.Cyriac.contr.181.num.32.tom.1.* Ita,
regulando renuntiationem à dotatione, cum illi fiat, à
quo dos prouenit, datur intelligi, totam dotem impu-
tandam eſse portioni fratrum, quibus ſolis in præſenti
renunciatio eadem eſt facta,ex quo vna pars, & actus
50 alium declarat.*l.verum.ff.de petit.hæredit. l.1. ff. de reb.
dub.Rot.cor.Gregor.dec.85.n.19.*

Nullius ſunt momenti, quoniam, conſultò prætermiſsa argumenti trutinatione, negatur abſolutè fuiſſe

factam

factam à ſororibus dotatis renunciationem ad fauorem
ſolummodò fratruum dotantium;etenim eſto,veritate
illæſa, quod in capitulis ſponſalitijs fuerit actum de fa-
cienda taliter renuntiatione præfata,adhuc tamen,cum
verè,& realiter,non fuerit facta, intrat axioma, quod
51 ex tractatu non infertur ad concluſionem. l. ſi volunta-
te,C.de reſcin.vendit. Alex. in conſil.13. num.17. & conſ.
28.num.3.lib.1.Rimin. iun. conſil.296.num.6. Poſt. reſol.
73.num.40.Mantic.de tacit.lib.3.tit.4. ſub num.6. verſic.
& quia multa,tom.1.Surd.conſ.202. numer.5. Rot. in Ro-
man.domor.18.Febr.1650.§ ſuffragari viſa,verſ. quia ni-
mirum,coram Bichio: Ea ratione, quia tractatus non in-
cludit deliberatum conſenſum. c. tua de his, quæ fiunt à
Præl.c.fin.de his quæ fiunt à maior. parte capit. Abb. in c.
cum vniuerſorum n.2.de rer.permut.Fagnan.in c. cum pri-
dem.n.20.de pact.
52 Quinimò, ſi renunciatio fuiſſet dictis fratribus facta,
adhuc non cenſeretur ab ea excluſus patruus,quia ſtan-
te vniuerſali ſocietate,actus geſti etiam proprio nomi-
ne,includunt & conſocium. Vbald.de duob.fratrib.p.3.n.
35.Michalor.eod.tract.p.2.c.17.ſub n.15.Mantic.de tacit.
lib.6.tit.10.ſub n.22.tom.1.
53 Accedat,quod ſi renunciatio regulatur à dotatione,
& fit illi qui dotem præbet, vt admittitur ex aduerſo,&
comprobatur a congeſtis per Bal.in l. duob. ff. de leg.1.
Alex.conſil.149.num.7.vol.7.Socin.conſil.34.num.5.vol.
4.Boer.dec.184.Surd.d.conſ.244.num.14. lib.2. opus eſt
dicere, renuntiationem prædictam fuiſſe factam ad fa-
uorem totius ſocietatis,a qua dotationes promanarunt
vt hactenus latè deduxi.
Atquè ità non ad commodum duntaxat fratrum,
qui,licet etiam ſolummodo fuerint nominati in ea, ſunt
tamen conſiderandi,non vti ſimpliciter tales, ſed tam-
quam ſocij vniuerſales, cum eorum patruo, nam ex vi
dictæ ſocietatis debebant accipi ſecundùm illam quali-
54 tatem, iuxtà quam ideò veniunt intelligenda verba
præfatæ renunciationis; ad communem concluſionem
poſitam in l.plenum.§.equitij.ff.de vſu,& habit. l. ex mi-
litari.ff.de milit.teſt.Caſtel.contr.iur.li.5.p.2.c.84.à n.6.Fu-
ſar. de ſubſtitutionib.q.339. n.32.Barboſ.axiom.222. n.8.
Tuſc.litt.V,concl.95.tom.8. Mangil.de imput.q.126.ſub n.
8.in fin.Rubeus in Annot.ad Rot. in rec. dec.262. nu.142.
par.8.
Alia multa, quæ in ſuperioribus recenſui benè ada-
ptantur in totalem præcitati vltimo loco obiecti ener-
uationem; quo circa ad illa me referendo; ac ſubindè
omnibus offendiculis aduerſantibus profligatis, præ-
cipuam in hac re ſuperius concluſionem efformatam
inconcuſso columini adnexam conſpicimus.
Quam quidem concluſionem inſurgere validiorem,
etiam ad obiectorum proſternationem,non ambigitur,
55 dum Dominus Gaſparinus patruus dotes præfatas in
caſu reſtitutionis,non ſolùm ſtipulatus fuit reddi D. D.
Luciæ,ac Iuniperæ dotatis, ſed & ſibi ipſi, eiuſque ne-
potibus;hinc deducendo, quod, ſicuti ad commodum
ſocietatis eſſet facienda dotium reſtitutio, ità eaſdem
dotes ſocietati in caſu diuiſionis fore imputandas; vt,
poſt Alciat.conſil.498.alias conſil.49. num.15. lib.9. Be-
ro.conſil.190.num.33.& ſeqq.lib.1. obſeruat Poſt. vocans
hoc efficax argumentum, reſol.135. numer.49. & ſe-
quentib.
Neque obſtat, quod in capitulis matrimonialibus
reſtitutio dotis fuerit duntaxat ſtipulata ad fauorem
56 dotatarum,earumquè hæredum; ac ideò, neglecto in-
ſtrumento taliter reſtitutionis ſtipulationem minimè
complectente, ſint attendenda dicta capitula, vti ma-
trix,& originalis conuentio,magiſquè ſtandum ſit illis,
quæ à partibus fiunt,quàm iſti, quod à Notario fit, &
extenditur;ex Alex.conſil.156.num.8.lib.6.Zabarel.con-
ſil.111.num.7.Theſaur.q.q.forenſ.lib.1.q.1.Andreol.con-
tr.182.num.9.quibus addo Surd.conſil.202.& dec.71.&
dec.288.ſub num.41.Beltramin.ad Greg. dec.168. num.8.
Rot.in rec.dec.114.num.4.p.1.& dec.59.numer.12.p.4.&
dec.250.à num.16.ad 20.p.6.& dec.137.num.67.p.9.&
coram Pegn.dec.1237.num.19. & dec.1349. num.5. tom.
2.ex typo Lugdun.& cor.Merlin.dec.608.num.16.& ſeq.
tom.2.& in Roman.ſitus.25.Maij 1644.cor. Roias, & in
Piſauren.donationis 8. Febr.1647. §. demum non obſtat,
cor.Eminentiſs. Otthobon. nunc inter eius impreſs. dec.99.
num.33.repetita poſt Salgad. in Labyrint. credit. deciſ.87.
num.21.
57 Quoniam,omiſſo contrarium,imò ſcilicet, vbi capi-
tula,& inſtrumentum inſimul non conueniunt, atten-
dendum eſſe potius inſtrumentum ſubſequens, quàm
capitula præcedentia,doceri à Beltramin.ad Greg.d.dec.
168.ſub num.6.Rota in rec.dec.121.num. 2.p.3. & coram
eod.Gregor.dec.90.ſub n.15.
Tollitur obiectum.
Tùm, quia longum temporis interuallum interceſſit
inter prædicta capitula matrimonialia inita die 6. Apri-
lis 1655.& inſtrumentum celebratum die 7. Februarij
58 1656. quo caſu ſilet prior ſententia in obiecto conten-
ta;ſolummodò procedens,quando immediatè poſt ca-
pitula celebratur inſtrumentum;& ſit locus poſteriori,
quæ vtiquè dicto longo interuallo temporis interce-
dente admittitur; ſecundùm diſtinctionem allatam per
Ruyn.conſil.198.num.16.lib.1.Socin.conſil.27.ſub nu.14.
lib.4.Alex.conſil.27.num.3.lib.3.Crauat.conſil.638.num.
3.tom.4.Surd.conſil.202.num.7. Mantic. de tacit. & am-
big.conuen.lib.3.tit.4.ſub num.1.verſic. ſed hoc debet, &
n.u.ſeqq.tom.1.Beltramin.ad Greg.d.dec.168.n.8.ad finem
Rotam loquentem de interuallo vnius menſis, in recent.
dec.137.n.8.9.p.9.
59 Tùm,quia vbi inter capitula, & inſtrumentum non
adeſt contrarietas ſubſtantialis, ſemper eſt facienda in-
terpretatio,vt non diſcordent. Torniel.conſil.49. numer.
35.Rot.in rec.d.dec.250.num.15.p.6. & coram Merlin. d.
dec.608.num.15.& coram Otthobon.d. dec.99. numer.34.
poſt Salgad.d.dec.87.num.22.& poſt Fenzon ad Stat.Vrb.
dec.78.§.non fuit receſsum,& in Roman.Caſal. veteris. 5.
Maij 1653.§.minus obſtat,cor. Albergato, & in Roman.
donat.25. Maij 1657. §. præterea capitula ad fin. coram
Veroſp.
Ideò,cum in præſenti talis contrarietas non interue-
niat, aptiſsimè concordari poſſunt inſtrumentum, &
capitula,vt nempè firma manente reſtitutionis promiſ-
ſione ad fauorem dotatarum, & ſuorum hæredum in
capitulis emiſſa,voluerint poſtmodùm partes in inſtru-
mento præuia ſtipulatione Domini Gaſparini,tunc pri-
mitus omiſsa, ampliorem facere promiſsionem præfa-
tam,prout realiter fecerunt;cum ſit indubitatum poſse
60 partes vnanimi conſenſu addere in inſtrumento, quæ
in capitulis prætermiſsa fuere. Surd. d. dec.71. ſub num.
13.verſic.quamuis autem,& conſil.202.ſub numer.27. et
ſeqq.Rot.in Roman.vineæ 26.Iun.1645.§.1.cor.Bichio, eſt
dec.233.n.1.poſt Zacch.de oblig.Camer.in rec. dec.360. n.
1.p.9.tom.2.
Subindequè ex verbis inſtrumenti capitula præce-
dentia in illo inſerta congruam recipere interpretatio-
nem. Crauet.conſ.964.ſub num.24.verſic.ſecundo. Rot. in
Piſaur.donat.31.Ian.1648.§.quæ certiora,cor. Eminentiſs.
Otthobon.in eius impreſs.dec.133.num.17.18.et in Bonon.
fideicom.16.April.1649.§. nec repugnat quod in capitulis
ad fin.cor.Celſo.
Tùm,quia ideò prior ſententia in aduerſum oppoſi-
ta admittitur, cum inſtrumenti diſcrepantia à capitulis
attribuatur partium errori, ſicuti videre eſt apud om-
nes,qui eandem ſententiam ſectati fuere: at in noſtro
caſu

61 caſu error iſte partium nullo modo debet admitti,
non ſolum ex eo, quod tanquam in facto proprio nec
præſumitur, nec ſuffragatur. l. quamquam. ff. ad Velleian.
Surd. dec. 293. num. 12. Rota in rec. dec. 121. num. 1. p. 3. &
dec. 53. num. 12. p. 4. tom. 2. et dec. 3. num. 25. p. 7. & dec. 1.
num. 13. p. 8. & cor. Merlin. dec. 663. ante num. 26. tom. 2.
Sed &, quoniam à partibus ipſis tradita fuerunt nota-
rio in actu confectionis inſtrumenti eadem capitula
matrimonialia inter ſe facta, quorum ſcientiam, ſicuti
præſumitur in illis extitiſſe; ex l. non eſt ferendum. ff. de
tranſact. Rot. cor. Buratt. dec. 848. num. 5. tom. 3. Ita plenio-
rem fuiſſe factam promiſſionē reſtitutionis dotis ſcien-
ter, & non per errorem ab ipſis partibus, eſt creden-
62 dum, cum ſola poſsibilitas in contrarium ſufficiat ad
excluſionem erroris Rot. in rec. dec. 482. num. 1. 6 p. 4. &
dec. 382. num. 10. p. 5. & deciſ. 128. num. 13. p. 6. & dec. 1.
num. 14. p. 8. & coram Pegn. dec. 347. ſub numer. 2. in im-
preſs. Venet. alias dec. 447. num. 2. & ſeq. tom. 1. in impreſs.
Lugdun. et in Roman. fideic. 3. Martij 1651. §. eademque re-
ſponſio, verſic. cum ſola, coram Eminentiſs. Otthobon. modò
inter eius impreſs. deciſ. 242. numer. 36. Et conſequenter
63 non eſt locus dictæ aduerſanti ſententiæ, ex ceſſante il-
lius ratione: iuxtà notata in l. adigere. §. quamuis. ff. de iu-
re patr. l. quod dictum. ff. de pact. & à Menoch. conſil. 96. n.
10. & conſil. 124. num. 76. et præſ. 190. n. 25. lib. 4. Barboſ.
loc. 94. numer. 1. & à me ipſo ſuprà in collect. 1. nume-
ro 69.

64 Tum, quia non eſt abs re, quod negetur abſolutè poſ-
ſe habere locum dictam contrariam ſententiam in caſu
quo contenta in inſtrumento ſint vberiora contentis in
capitulis, prout modò, ipſam admittendo ſolummodò,
vbi capitula ſunt pleniora, quam inſtrumentum, dum
65 habemus certiſſimam concluſionem, quod in concurſu
duarum ſcripturarum, ſiuè priuatim, ſiuè publicè circa
eandem rem factarum illa venit attendenda, quæ eſt
plenior, & quæ plures continet capitulationes; ad tra-
dita in l. ſi ità ſcriptum fuerit. ff. de hæred. inſtit. & in l. ſi
quis ex argentarijs. §. ſi initium. ff. de eden. ac per Bald. in l.
Imperator. la 1. num. 4. verſ. ſed nunquid per vnum. ff. de
Stat. homin. Alex. conſil. 70. numer. 5. lib. 1. et conſil. 105.
ſub num. 3. lib. 2. Boer. dec. 252. ad finem. Corn. conſ. 63. in
princ. lib. 1. Mareſcot. var. reſol. lib. 1. c. 82. n. 3. Rot. in diu.
dec. 671. n. 3. p. 1.

Tum, quia.

Aut dicitur negligendum eſſe inſtrumentum, nequè
de eo, nunc curandum, reſpectu ſtipulationis æmiſ-
ſæ a D. Gaſparino, ad eius quoque fauorem; & tunc
66 obſtat axioma, quod nedum ipſe D. Gaſparinus, ſi
viueret non poſſet factum proprium impugnare. l. poſt
mortem. ff. de adopt. l. cum profitearis. C. de reuoc. donat. c.
veniens, de fil. Præſb. Anton. reſol. 5. numer. 2. lib. 1. Barboſ.
axiom. 93. numer. 23. vbi concordan. Poſt. reſol. 152. num.
1. Rot. coram Seraph. dec. 334. num. 1. et in rec. dec. 210.
numer. 13. p. 5. et dec. 30. numer. 14. par. 6. Sed neque mo-
67 dò factum ipſum defuncti impugnari poteſt ab eius
hærede. l. cum à matre. Cod. de rei vendic. Gratian.
diſcept. 511. numer. 16. Thomat. deciſ. 115. num. 1. tom. 1.
Poſt. reſolut. 44. numer. 3. Rot. coram Buratt. deciſ.
175. numer. 12. coram Caualer. dec. 430. numer. 5. coram
Gregor. dec. 418. num. 5. coram Otthobon. dec. 152. numer.
8. et deciſ. 180. numer. 12. et in rec. dec. 60. num. 3. p. 6. poſt
Merlin. de legit. dec. 151. numer. 30. 38. et in Roman. tran-
ſact. 2. Maij. 1659. §. nec ſubſiſtit in fine, coram Cel-
ſo.

Aut dicitur, idem inſtrumentum non eſſe attenden-
dum reſpectu plenioris promiſſionis factæ a dotata-
68 rum maritis (inter quos connumeratur Dominus Ale-
xander de Carolis I. C. Comaclenſis vir non minus, ob ani-
mi candorem morum ſuauitatem, ac vitæ integritatem
omnibus carus, quam propter illius meritorum ſingulari-
tem, et virtutum excellentiam mihi amiciſſimus): &
69 tunc opponitur hanc eſſe exceptionem de iure tertij,
ideò non admittendam. l. ſi quis emptione. §. ſin verò. C.
de præſcript. 30. vel 40. ann. Theſ. deciſ. 4. in princ. Poſt.
reſol. 25. numer. 7. Thomat. deciſ. 131. numer. 46. et ſeqq.
vbi de ratione tom. 2. Rot. coram Gregor. deciſ. 582. in fin.
et in rec. deciſ. 74. numer. 6. ac deciſ. 520. numero 6.
par. 2.

Tum, tandem, quia nullibi in capitulis matrimo-
nialibus apparet, promiſsionem reſtituendi dictas do-
tes fuiſſe ſimpliciter ſtipulatam ad fauorem nepotum,
neglecto patruo, cum nec ſtipulatio ipſa legatur, nec
70 minus nepotes in tali caſu nominentur; quo fit, vt
ſuppoſito per aduerſarios facto ceſſante, deducta
ab illis verificari non poſsint. Surd. conſil. 150. numer.
78. et conſil. 385. nu. 27. Gratian. diſcept. 515. n. 43. ego ipſe
collect. 16. n. 88. Rot. cor. Buratt. dec. 52. num. 4. tom. 1. et in
rec. dec. 654. n. 51. p. 4. to. 3.

Et in omnem caſum, quod contrarium, attentari va-
leret, dantur pro remouendo quocunque ſcrupulo in
reſponſionem ea, quæ de ſolemnium defectu; ac de ſo-
cietatis vniuerſaliter vigentis natura, & qualitate ſupe-
rius deduxi.

Quapropter, concluſionem præfatam de hiſce doti-
bus ſocietati imputandis in nihilo concuti non eſt am-
bigendum: & maximè, quoniam eædem dotes fue-
runt vnà cum ſuis nepotibus conſtitutæ, & datæ ab
olim D. Gaſparino patruo de bonis communibus, quo
caſu tollitur omnis amaritudo, circa ipſarum imputa-
tionem ſocietati vniuerſali faciendam, cum ad hunc
71 effectum ſatis etiam fuiſſet, eundem patruum ſocium
ſcientem, & patientem fuiſſe, conſtitui, & dari a
ſolis nepotibus conſocijs de bonis præfatis dictas do-
tes; ad tradita per Caſtr. conſil. 211. lib. 2. numer. 2. Ma-
zol. conſil. 53. num. 9. 10. Ruin. conſil. 171. vol. 1. Crot. conſil.
398. num. 45. vol. 3. Cranet. conſ. 159. ſub numer. 4. Berret.
conſ. 19. num. 10. Surd. de aliment. tit. 6. quæſt. 13. num. 13.
Mangil. de imput. quæſt. 26. num. 4. et ſub num. 5. Mantic.
de tacit. lib. 6. tit. 21. num. 59. tom. 1. Fontanel. de pact. nupt.
clauſ. 5. gloſ. 4. num. 10. Vbi ait in fine, ſi hoc concurrat,
ceſſare debere omnem dubitandi modum. Boſs. de dote
c. 5. n. 127.

Ex quibus, etc. Saluo, etc.

Huiuſce cauſæ expectatur exitus; & faxit Deus, vt
ſicuti ſuperius tradita iuſtitiam præſeferunt, ità Iudi-
cem habeant, qui veritate amplexata iuſtitiam ipſam
omni rectitudine, & integritate adminiſtret, tanquam
72 vir bonus, vt eſt, ſeù eſſe debet. l. vir bonus. ff. de iudic. ſo-
lu. Rot. in Roman. dotis 10. Decembr. 1660. §. 1. in fine, cor.
Taia.

73 Adeò vt ſi contrarius inſurgat euentus, dictum
illud, quod lites quoquè habeant ſua ſydera, &
influxus, de quo Altograd. in calce conſil.
50. lib. 1. Hodiern. contr. forenſ. cap. 37.
num. 13. Rub. in prælud. reſol. pract.
circa teſtam. num. 641. in fine,
et in Annot. ad Rot. in
rec. dec. 12. numer.
63. p. 3. et dec.
131. nu.
230.
p. 8. potius inſcitiæ, ac ignorantiæ iuſ-
dicentis, quam cuilibet alteri cau-
ſæ adſcribere non
cogamur.

COL.

Digitized by Google

COLLVCTATIO XXXVII.

ARGVMENTVM.

Retentionis materia percurritur, & quando, ac quibus eadem competat, multis diffinitionibus allatis oſtenditur: ſignanter autem tractatur, an ipſa retentio pro diuerſo credito, concedatur immiſſo ex Saluiano: itemquè ſubconductori, qui ſoluit penſiones debitas conductori, poſtquam factus eſt locus expulſioni iſtius, & reſolutioni locationis, ob non ſolutas locatori penſiones: interimquè dantur multa notabilia circa Iuditium Saluiani Interdicti; & circa ceſſionem rei quam quis pactione etiam iuramento firmata non cedere promiſit, validitatem eiuſdem ceſſionis peculiariter, nunc deducendo.

SVMMARIVM.

1 *Retentio regulariter de iure eſt probibita. Fallit in creditore, qui ſine vitio reperitur in poſſeſſione; etiamſi non habeat hypothecam.5.*

2 *Exceptio eſt probanda ab eo, qui in illa ſe fundat.*

3 *Regulam habens pro ſe, habet intentionem fundatam; & dicitur habere rem certam, n.4.*

6 *Poſſeſsio præſumitur iuſta, legitima, & non vitioſa.*

7 *Retentio, vt competat, creditum debet eſſe certum, & liquidum, & quando tale dicatur. n.9.10.*

8 *Inſtrumentum facit manifeſtiſſimam probationem.*

11 *Retentio non datur, vbi creditum non eſt purificatum.*

12 *Dotes deducuntur priusquam fiat diuiſio.*

13 *Retentio non datur, vbi pro credito, dantur remedia ordinaria.*

14 *Remedium ordinarium vbi concurrit, extraordinarium ceſsat. Declara, vt n.15.16.17.*

18 *Retentio datur creditori habenti hypothecam, etiam ſi res ad eius manus peruenerit ex alia cauſa, quam crediti. Declara, vt n.58.59.*

19 *Exitus quæſiti.*

20 *Immiſſo ex Saluiano, an competat retentio pro diuerſo credito, poſtquam fuit de priori ſatisfactus, & num.34. penes ſe habere poteſt boues aratorios, pecora, & ſues, qui culturæ, & fructuum cauſa in agris detinentur, numer.66.*

21 *Immiſsio ex Saluiano petitur, & datur ad effectum duntaxat, vt creditor bona detineat, donec ſit ex fructibus ſatisfactus: à pari procedit, cum reuocatione poſſeſſionis n.64.*

22 *Immiſſus ex Saluiano debet reſtituere ſtatim bona, ſequuta illius ſatisfactione: & quibus remedijs ſi renuat reſtituere n.23. & ſub num.24. tenetur exhibere in actis notulam fructuum recollectorum, ad effectum, vt æſtimentur, num.26. tenetur imputare in extinctionem ſui crediti fructus animalium, ſi ea habuerit ſub num.65. & fructus, quos percipere potuiſſet, & propria negligentia non percepit num.67. & tenetur de deterioratione, ac diminutione ſequuta in bonis, ob illius culpam, vel eius miniſtrorum num.68.*

24 *Spoliatum quis non confitetur ſe habere.*

25 *Satisfactio creditoris à immiſſi ex Saluiano eſt probanda per reum: & quibus modis probetur, numer.26. & ſeqq.*

27 *Fructus ſtabilium ſolent de iure taxari in rationem quinque annuatim pro centenario, etiamſi ſtabilia conſiſtant in domibus num.28. intellige vt num.29.31. & dicenti fructus in minori quantitate percepiſſe incumbit onus probandi n.33.*

28 *Domuum fructus quommodo taxantur, & n.n. ſeqq. earum genus eſt magni valoris, ſed parui redditus, numer.30.*

32 *Hominum multitudo defecit, & continuò imminuitur in noſtro hemiſphario.*

35 *Retentio pro credito liquido datur, ad impediendam executionem ſententiæ, datur illi, qui aſſumit faciendam probationem incontinenti num.51. datur pro credito claro, & liquido num.52. Amplia etiam in remedio ſpolij iuditialis, & manutentionis num.54.55. Declara, vt n.56.58.59.*

36 *Probatio incontinenti admittitur in quocunque iudicio, quantumuis priuilegiato exemplifica, & declara latiſſimè, vt n.n.ſeqq. & in quocunque iuditio ſummario, & executiuo n.50.*

45 *Dominij exceptio, quando admittatur, vel non in iuditio manutentionis, & ſpolij, & n.47. cum ſeqq.*

53 *Argumentum à maiori eſt validum.*

57 *Iudex iniuſtè, & inualidè procedens ſpoliat, ac ſi eſſet priuata perſona.*

60 *Exceptio eſt actionis exclusio: quommodò debeat proponi, vt habeatur pro releuanti n.61.62.*

63 *Exceptio altioris indaginis non impedit immiſſionem ex Saluiano; nec reſtitutionem poſſeſſionis, ceſſante cauſa immiſſionis n.64. quænam dicatur n.65.*

64 *Poſſeſſionis reuocatio, et immiſſio à pari procedunt.*

69 *Retentio an competat ſubconductori, qui ſoluit penſiones conductori, poſtquàm factus eſt locus expulſioni iſtius, et reſolutioni locationis, ob non ſolutas ab eo penſiones locatori, & n.131. cum ſeqq.*

70 *Conductor poteſt ſublocare rem conductam, niſi aliter fuerit conuentum. Amplia vt ibi; Declara vt nn.71. 74.75.*

72 *Conductor poteſt plus ſublocare, quàm conduxerit: poteſt ſibi aſſumere ſocium inſcio, & non conſentiente locatore n.76. declara n.77.*

73 *Emptor poteſt pluris res vendere, quam emerit.*

75 *Locatio præſumitur facta pro quantitate conſueta, ſi non ſit expreſſum prætium.*

78 *Conductoris hæredes non poſſunt impugnare ceſsionem factam alteri de conductione, licet conductor habuerit pactum, quod eam nemini cedere, nec de ea partecipare deberet, alias quod ceſsio, et participatio eſſet nulla, et n.n.ſeqq. vbi pleniſſimè.*

79 *Hæres non poteſt impugnare factum defuncti. Limita, ſi factum ſit nullum n.80. ſublimita n.97.98.*

81 *Ceſsio nulla poteſt à cedente impugnari.*

82 *Contractus à conuentionibus, et pactis partium legem accipit.*

83 *Actus geſtus contra prohibitionem legis, præſertim actum illum annullantis eſt nullus.*

84 *Argumentum à lege ad pactum valet. Declara num.101. et de rationibus declarationis n.n. ſeqq.*

85 *Ceſsio facta ab eo, qui antea promiſſerat cum iuramento non ceſſurum eſt valida. Amplia, et declara, vt numer.86.*

86 *Alienatio facta ab eo, qui promiſerat non alienare, et ſi alienauerit ſit nulla alienatio, tenet, et pactum reſolutiuum non operatur in præiuditium tertij.*

87 *Pactum reſolutiuum non ſortitur effectum, niſi volente eo ad*

eo ad cuius fauorem eſt adiectum.

88 *Contractus quilibet præſumitur validus, licitus, & legitimè factus.*

89 *Iuramentum validat contractum, & ſi alias nullum: operatur vt contractus fiat irreuocabilis, num. 90. & quod alias inualidus obſeruari debeat, num. 91. ſequitur naturam ipſius contractus, & illius habet conditiones, n. 92. ceſſante contractu nihil operatur iuramentum, n. 93. intellige ex defectu conſenſus iurantis, n. 94.*

95 *Iuramenti effectus quoad validitatem contractus tranſit ad hæredes.*

96 *Factum proprium nullum quis impugnare poteſt. Declara n. 97. 98.*

99 *Alienatio facta contra expreſſam teſtatoris prohibitionem, licèt ſit nulla, nequit tamen impugnari ab alienante, nec ab eius hærede, num. 100. quod declara, vt ibi.*

102 *Argumentum à maiori ad minus procedit negatiuè, non affirmatiuè.*

103 *Argumentum de minori ad maius procedit affirmatiuè, non negatiuè.*

104 *Actum prohibitum fauore tertij ſi quis faciat, faciens nequit illi contrauenire.*

105 *Nullitas non poteſt allegari, niſi ab eo, in cuius fauorem eſt inducta: non poteſt allegari ab eo, in cuius odium eſt inducta, n. 108.*

106 *Nullitatis auxilio poteſt renunciari.*

107 *Ius renunciatione ſopitum, & extinctum non reuiuiſcit.*

109 *Conſenſus Principis vbi requiritur, & non interuenit, operatur nullitatem actus geſti ſine illo: & antequam ſit obtentus eſt locus pœnitentiæ in quolibet contrahentium, num. 110.*

110 *Contractus factus ſine conſenſu Principis quando deſideratur, & eſt neceſſarius, admittit pœnitentiam contrahentium, antequam dictus conſenſus ſit impetratus.*

111 *Beneplacitum Apoſtolicum in alienatione rei Eccleſiæ ſi ſit reſeruatum, operatur, vt antequam ſit obtentum, ſit locus pœnitentiæ. Declara vt n. 130.*

112 *Conſuetudo in locandis bonis Communitatis eſt obſeruanda.*

113 *Periculum vbi eſt maius, ibi cautius, & plenius eſt conſulendum.*

114 *Conſuetudo eſt in ſpetie probanda.*

115 *Res inter alios acta tertio non poteſt præiudicare.*

116 *Stat. Ferrar. lib. 2. Rub. 92. aſſertur eſt validum, numer. 117.*

117 *Stipulatio alteri per alterum facta, eſt valida, ſi ità diſponat Statutum: & ſi interueniat ſtipulatoris intereſſe, num 118. aut iuramentum, num. 120. ſeù obligatio Cameralis n. 121.*

119 *Socij conductoris, ſe obligantes ad fauorem locatoris; quando ab eo conueniri poſſint, & n. 124.*

120 *Iuramentum operatur, vt ſtipulatio ad fauorem alterius ſuſtineatur.*

121 *Obligatio Cameralis continet ſtipulationem pro omnibus quorum intereſt. Declara, vt n. 122. 123.*

125 *Reſeruatio aſſenſus, vbi ipſe non eſt neceſſarius non efficit, quod actus, illo non obtento, vitietur. Declara, vt n. ſeq.*

127 *Beneplacitum Apoſtolicum, etiam non neceſſarium, quando eſt reſeruatum cum clauſula* non alias, &c. *debet per neceſſe obtineri.*

128 *Statutum mandans aliquid fieri certo modo, non inducit nullitatem actus aliter facti, niſi ipſe modus requiratur pro forma.*

129 *Contractus conditionalis eſt imperfectus reſpectu executionis, ſed non reſpectu pœnitentiæ.*

133 *Conductor moroſus in ſoluendis penſionibus poteſt expelli ad tempus, quouſque ſoluat, ſed non patitur reſolutionem locationis. Declara, vt n. 134.*

135 *Iure dantis reſoluto reſoluitur ius accipientis.*

136 *Nemo plus Iuris in alium transferre poteſt, quam ipſe habeat.*

137 *Subrogatus in locum alterius, aſſumit omnes illius qualitates.*

138 *Succeſſor non poteſt eſſe melioris conditionis, quam eius auctor.*

139 *Dependens non ſeparatur ab eius origine, & principio.*

140 *Subconductores ſunt conductores reſpectu primi conductoris.*

141 *Conductor, & locator ſunt correlatiui, & numero 143.*

142 *Correlatiuorum idem eſt iuditium, & diſpoſitum de vno trahitur ad alterum, & n. ſeq. vno deſtructo, deſtruitur et alterum n. 144.*

145 *Conductoris iure reſoluto, reſoluitur ius ſubconductoris.*

TRibus diſtinctis quæſitis materiam retentionis reſpicientibus præſentem colluctationem legalem mihi abſoluendam propono; idcoque ſit.

QVÆSITVM PRIMVM.

An nurui pro ſuis dotibus competat retentio bonorum ſoceri.

1 EST verum, quod retentio de iure regulariter eſt prohibita. *l. fin. Cod. commod. D. D. in l. ſi non ſortem. §. ſi centum. ff. de condit. indeb. Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 62. num. 1. Neguſan. de pign. memb. 4. p. 5. numer. 1. Merlin. eod. tract. lib. 4. q. 188. nu. 1. Pacific. de Salu. inſpect. 4. c. 1. n. 223. Maur. de retent. in princ. n. 1. 2. Zacch. de Salar. p. 3. q. 96. n. 1. vbi allegat concordan. et Rot. in rec. dec. 691. ſub n. 2. p. 1.*

Sed etiam eſt certum, quod hæc, ſicuti quælibet alia
2 regula iuris ſuas non tantùm admittit, ac patitur exceptiones, probandas tamen ab eo, qui in illis ſe fundat. *c. ad decimas de reſtit. ſpol. in 6. l. ab ea parte. ff. de probat. l. apud antiquos. C. de furt. l. illud. Cod. de ſacroſanc. Eccleſ. Bal. in l. ſi tutor. Cod. de ſeru. pign. da manum. Surd. de aliment. tit. 7. q. 1. num. 24. & q. 8. num. 13. & dec. 255. num. 2. & dec. 322. num. 40. 41. Barboſ. axiom. 198. num. 3. vbi concordan. Rot. in rec. dec. 317. num. 8. p. 5. & coram Greg. dec. 182. numer. 1. & in Pampilon. Benefic. de eſparza 15. Decembr. 1649. §. nullus autem in fine, cor. Arguell.* cum
3 habens regulam pro ſe, habeat & intentionem fundatam. *Roland. conſ. 81. lib. 4. num. 4. Crauet. conſ. 77. num. 4. Tuſch. litt. R, concl. 94. Surd. dec. 126. numer. 3. Barboſ. d. axiom. 198. num. 2. Rot. in rec. dec. 151. num. 8. p. 6.* Et etiam
4 dicatur habere rem certam. *Bec. conſ. 7. n. 17. Surd. dec. 75. num. 8. Rota in rec. dec. 573. n. 5. p. 4. tom. 2. & d. dec. 151. n. 7. p. 6. & alibi.*

5 Verùm vlterius alia concutitur regula, qua firmatur, retentionem competere creditori, qui ſine vitio reperitur in poſſeſſione, adeo vt non teneatur rem reſtituere niſi ſibi offeratur ſuum creditum, ſiuè ſit cum hypotheca, & chirographo, ſiuè ſine per *tex. in l. vnic. C. etiam ob chirogr. pecun. neguſ. de pign. Membr. 3. p. 5. n. 46. & ſeqq. Baldum. eod. tract. cap. 13. Merlin. eod. tract. lib. 1. quæſt. 25. num. 9. & lib. 4. tit. 5. q. 188. num. 3. 7. 14. Mareſcot. var. reſol. lib. 2. cap. 119. num. 1. 2. 3. Cyriac. contr. 430. numer. 13. tom. 3. Surd. dec. 46. num. 9. Fontanel. dec. 208. numer. 18. Tomat dec. 19. num. 12. tom. 1. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 14. n.*

c4.num.12.tom.1.Gait.de credit.cap.4.queſt.8. nu.1066.
Poſt.de manut.obſ.12.num.100.& reſol.35.nu.2.& ſeqq.
& de ſubhaſt.inſp.62.num.3.4. Rot. poſt Zacch. de oblig.
Camer.dec.130.num.6. & poſt Merlin. de pign. & hypo-
theb.dec.151.num.4. & coram Gregor. dec.254.num.2. &
ibi Add.num.7.& cor.Buratt. dec.858. num.3. tom.3. &
in div.dec.295.num.1. p.2. & in Roman. locorum . Mont.
19.Iunij 1651.§.minuſque viſum , cor.Melzio .

Quo circa, cum pro parte lauræ vxoris Iuliani de
Carolis adſit poſſeſſio bonorum debitoris, de quibus
6 in actis,vti non controuertitur, & quidem ſine vitio,
quemadmodum præſumitur.*l.meritò . ff. pro ſocio. Cra-*
uet.conſil.150.numer.5. Poſt.de manut.obſ.19.numer.21.
Thomat.dec.62.num.3.tom.1.Leoncil. dec.113. numer.3.
Rota coram Buratt.dec.100.num.20. & dec.270. num.2.
tom.1.& dec.529.num 2.tom.2.& coram Andrea dec.1.
num.3.et coram Gregor.dec.458.num.4. et coram Merlin.
dec.416.ante num.3. tom.1. & apud Poſt. de manut. dec.
528.num.3. et coram Ottbobon. dec.9. numer.9. Non eſt
verendum, ceſſare priorem regulam, & aperiri lo-
cum poſteriori pro retentione eidem lauræ conceden-
da.

7 De credito lauræ conſtat taliter, vt nequeat dubita-
ri eſſe certum,indubitatum, & liquidum, quale ad re-
tentionem requiri docuerunt.*Surd.dec.46. in fin. et dec.*
184.num.6.Gratian.diſcept.734. numer.13. Cyriac. contr.
180.num.39.tom.1.Poſt.de manut.d.obſer.12.ſub numer.
101.et d.reſol.35.num.9.et reſol.123.nu.23.et de ſubhaſt.
d.inſp.62.num.1.27.vbi concordan.Merlin. de pign. et hy-
poth.lib.1.q.34.num.12.et ſeqq.et lib.4. d. q.188. num.4.
19.20.Rota ibi poſt tract.dec.96.num.37.38.et apud Poſt.
de manut.dec.323.num.24.et coram Caualer. dec.539. n.
5.6.et in Roman.ſubhaſt.7.Iun.1651.§.fin. coram Bichio ,
cum alijs per me adductis ſuprà in collŭct.8.numer.11.et
ſeqq.

Extat etenim in proceſſu inuentarium bonorum pro
dote dictæ lauræ conſignatorum vſque ſub die 14. Iulij
1652. olim Dominico Carulo patri dicti Iuliani viri
eiuſdem lauræ;quod inuentarium, cum fuerit poſtmo-
dum in formam publici inſtrumenti redactum ex rogi-
tu *D. Andreæ Polei Notarij Comaclenſis ſub die 5. Iulij*
*1655.*vt in actis,ſequitur non poſſe vllo modò dubitari
de credito dotis præfatæ lauræ, cum ſit omnibus nota
8 vis, & efficacia publici documenti manifeſtiſſimam
probationem præſeferrentis, ex traditis poſſim à ſcri-
bentibus,quorum millies in meis ſcriptis, mentionem
feci,vt videri poteſt præſertim ſuprà *in collŭct.1.num.2.*
33.et collŭct.4.num.10.et collŭct.5.num.6.et collŭct.11.n.
22.et collŭct.16.num.23.et collŭct.24.num.2.4. et collŭct.
29.num.1.et collŭct.36.num.34. ac alibi, quibus in locis
habentur DD.et Rotæ Romanæ deciſiones .

9 Et prohinde eſſe locum retentioni petitæ,ad eamque
concedendam ſufficere probationem crediti reſultan-
tem ex inſtrumento promiſſionis dotis, ex alioque re-
ceptionis,cum inde creditum ſit verum, liquidum, &
clarum,dixit indiuidualiter *Seraph.Maſſin.de confiſc. bo-*
nor.q.20.n.81.

Quod procedere etiam ad finem impediendi reſti-
tutionem in ſpolio,ſi tamen inſtrumentum ſit adeò cla-
rum,vt controuerti nequeat; quemadmodum in præ-
ſenti,tradidit *Merlin.de pign. et hypoth . lib.1.q.24.ſub n.*
15. verſic.aut ſaltem , ex Rota in Roman. de Mareſcot.24.
Maij 1624.in princ.cor. Remboldo .

Accedit,quod vltrà dictum inſtrumentum, concur-
rit laudum alias *ſub die 10.Ianuar.1659.* latum ab arbi-
tris electis pro diuiſione ineunda à fratribus de Carolis
nunc reis, in præſenti conuentis,in quo inter cætera ca-
nonizatur creditum dictæ lauræ pro reſiduo in ſumma
librarum 507.18. et quòd laudum tranſiſſe in rem indi-
catam,aduerſarij ipſi fatentur: quare ex tali credito re-
tentionem concedi eſt extrà omne dubium, cum ad
10 hunc effectum creditum ſatis dicatur liquidum, ſi per
rem iudicatam,ſit canonizatum, vt fatentur omnes ſu-
prà allegati *in §.de credito*, & ſignanter *Poſt.de manut.*
obſ.12.num.101.et de ſubhaſt.inſp.62.num.28.Merlin. de
pign.d.q.24.num.14.et lib.4.d.q.188.ſub num.20.Rot.ibi
poſt tract.dec.87.num.15.et dec.96.num.38. et apud Poſt.
in d.ſuo tract.de ſubhaſt.dec.193.num.32.in Addit.et cor.
Caualer.dec.539.num.6.et poſt Zacch.de oblig.Camer.dec.
180.n.36.

11 Non obſtat, creditum præfatum lauræ adhuc mini-
me eſſe purificatum, cum nondùm aduenerit caſus il-
lud, ceù dotale reſtituendi, ideoquè retentionem eſſe
denegandam;ad *l.ſi non ſortem.§. ſi centum. ff. de condit.*
indebit. Barboſ. in l.diuortio , §.interdum numer.4.verſic.
item ex prædictis.ff.ſolut.matr. Merlin.de pign. d. qu.188.
num.18.

Quoniam contrarium, imò dictum creditum fore
purificatum ad finem illud detrahendi ex bonis d.olim
Dominici manifeſtatur ex eo, quod cum tractetur de
facienda eorundem bonorum, idem creditum tan-
12 quam dotale venit in primis, & antequam diuiſio fiat
detrahendum, veluti inter æs alienum comprehenſum.
Menoch. conſil.229. numer.1.Cyriac.contr.117.numer.5,
tom.1.ego ipſe in antecedenti collŭct.36.n.45.

Nec minus officit, quod pro dicto lauræ credito do-
tali competant multa remedia ordinaria iuris, vt eſt
13 notiſſimum; & ſucceſſiuè, quod debeat ſilere reme-
dium extraordinarium retentionis,ad ſpecialiter tradi-
ta per *Tuſch.litt.M,concl.182.num.105.et ſeq. Niger. de*
except.c.8.num.150. vltrà generalem regulam, quod
14 vbi remedium ordinarium concurrit,extraordinarium
ceſſat. *l. in cauſa la 2.ff. de minor. Gratian. diſcept.193.*
num.41.in fin.tom.1. Surd. conſil. 528. num.19. Argel. de
acq.poſſeſſ.q.8.num.432.Scaym.dec.Bonon.81.numer.60.
Bottiler.de ſucceſſ.ab inteſt. theorem.26.numer.9. Tuſch.
litt.O, concl.182.tom.5.Barboſ. axiom.202. numer.1. vbi
concordan. Marin.reſol.quotid. cap.200. numer.13. lib.2.
Rot.in rec.dec.351.num.9. p.5. et dec.77. num.27. p.6. et
coram Merlin.dec.656.ante num.2. et dec.695. numer.10.
tom.2.et coram Duran.deciſ.241. ſub numer.10. tom.1.et
poſt Tondut. de penſionib. dec.99. num.1. verſic.nam quo-
ties .

15 Etenim regula illa, ſicque obiectum, non procedit,
quando remedium ordinarium, & extraordinarium,
ſiuè ſubſidiarium à diuerſis fontibus originem trahunt,
quemadmodum intimius cogitando,euenit in præſenti
tunc namque primum non excludit ſecundum, vt per
tex.in l.2.C.de pact.inter empt.et vendit.et in l.quoties. ff.
de act. et oblig. edocet incertus Auctor in tract. ſynopſico ,
de act.in foro recte inſtituen.c.43.n.8.apud Rot. in rec. dec.
315.n.54.p.4.tom.1.

16 Inſuperquè eadem regula locum non habet,quando
remedium extraordinarium eſt cauſa adiuuandi ordi-
narium,vt nunc ad ſenſum.*Bart.in l.de vſur.ff.de var.ex-*
traord.cogn.Coraſ.in l.naturaliter. §. nihil commune num.
124.ff.de acq.poſſeſſ.Menoch.de recuper. remed.17. n.12.
Gratian.diſcept.193.n.42.

17 Et tandem ipſamet regula vires amittit,quotieſcun-
que remedium extraordinarium prouidetur,& ſuccur-
ritur pinguius,vti certiſſimè accidit in hoc caſu.*Bart.in*
l.bona fide.§.ſi quis opus.ff.de damn.infect.Menoch. conſil.
380.num.32.Bottiler.d.theor.26.ſub num.9. verſic. et li-
cet aliqui.Morl.in empor.iur.p.1.tit.5.q.3. num.12. Barboſ.
d.axiom.202.num.2. Marin.d.cap. 200.ſub num.12. Fon-
tanel.de pact.nupt.clauſ.4.gloſ.18.p.1, numer.100. tom.1.
Rota in rec.dec.351.num.13.p.5.et cor.Duran. d. dec.241.
num.16.

Pro-

Propterea non dubitatur concedendam eſſe retentionem bonorum, de quibus tractatur.

18 Cumque ſuper iiſdem bonis habeat laura hypothecam, vt non controuertitur, ſequitur quod et ſit danda retentio, etiam pro hoc credito, licèt illius cauſa ad ipſam lauram bona non peruenerint. *l. his conſequenter* §. *fin. ff. famil. erciſc. Cancer. var. reſol. p. 1. cap. 7. num. 128. Amat. reſol. 44. num. 15. 18. lib. 1. Merlin. de pign. & hypoth. lib. 4. tit. 5. quæſt. 188. num. 3. Poſt. reſol. 106. numer. 100. vbi allegat Rot. poſt Pacific. de Saluian. dec. 211. n. 8.*

19 Et ità iudicauit *Illuſtriſs. D. meus Petrus Hectoreus Imolenſis Gubernator Comaclij, cuius alibi honorificè, & quidem meritò, ſæpius memini ſub die 23. Iunij 1659. in actis D. Romualdi Cineij Notarij Comaclenſis.*

QVÆSITVM SECVNDVM.

An pro diuerſo credito competat retentio immiſſo ex Saluiano Iudicio.

CVmque pro parte D. D. de Gaſparinis fuerim
20 requiſitus an detinenti ex Saluiano poſſeſſionem quorundam bonorum, liceret poſt finitum tempus, quo ſatisfactio eius crediti reſultare dicebatur ipſamet bona pro alio credito ex diuerſa cauſa retinere ideò ad materiei continuationem, quæ in tali caſu excitaueram apponenda hic decreui.

21 Dixi igitur, quod pro conſtanti, & veriſſimo præſuppoſito, immiſſionem ex Saluiano peti, & dari ad effectum duntaxat, vt creditor bona detineat, donec ſit ex fructibus ſatisfactus; ad *Bart. in l. 1. C. de Salu. Interd. Menoch. de adipiſc. remed. 3. num. 3. Scapuc. de Salu. interd. lib. 1. quæſt. 20. num. 4. & lib. 3. q. 11. num. 4. Statil. eod. tract. inſp. 1. cap. 1. ſub num. 5. verſic. tertio quod petat. Marcheſ. eod. tract. p. 3. cap. 2. num. 2. in fin. & ſub num. 5. verſ. quare cum prædicta. Ridolphin. in prax. p. 2. cap. 6. num. 90. Thomat. dec. 53. num. 1. tom. 1. & dec. 195. num. 14. tom. 2. eugen. conſil. 65. num. 86. Altograd. conſil. 4. numer. 13. lib. 1. Gratian. diſcept. 706. num. 66. mel. alleg. 3. n. 2. & ibi Rota in calce num. 15. lib. 1. & in diu. dec. 43. n. 2. dec. 44. n. 7. p. 1. & in rec. dec. 188. n. 4. p. 4. tom. 2. dec. 161. n. 3. 14. p. 6. & dec. 179. n. 13 p. 7.*

22 Statumque, ſecuta ſatisfactione eiuſdem creditoris, ipſum teneri reſtituere bona. *Thomat. d. dec. 53. n. 2. Ridolph. in prax. d. c. 6. num. 97. Merlin. de pign. & hypoth. lib. 5. q. 77. num. 43. Rota ibidem in calce tract. dec. 151. num. 1. & cor. Gregor. dec. 254. n. 1. cor. Pegn. dec. 334. n. 11. to. 1. & cor. Merlin. dec. 766. n. 1. tom. 2. & in locis mox allegandis.*

23 Etiam, data in eo duritie reſtituendi, medio actionis ſpolij, ſiuè interdicti reintegrandæ. *Scapuc. de Salu. lib. 3. q. 12. num. 1. Pacific. eod. tract. inſpect. 4. c. 1. num. 216. & ſeqq. Ridolph. in prax. p. 2. d. c. 6. nu. 98. Fantanel. dec. 210. num. 20. Thomat. d. dec. 53. num. 3. & infrà. Merlin. d. qu. 77. num. 44. Rota ibi poſt tract. d. dec. 151. num. 2. & coram Gregor. dec. 294. ſub num. 1. & ibi Add. num. 6. & coram Buratt. dec. 160. n. 10. tom. 1. dec. 848. n. 16. tom. 2. & cor. Merlin. dec. 291. num. 3. & dec. 317. num. 1. tom. 1. & in rec. dec. 130. num. 15. p. 7. & in Tiburt. Caſtr. Sanct. Angel. 27. Iunij 1642. §. nam certum eſt coram Peutinger. & in Bononien. ſpol. 16. Martij 1648. §. quod ſpolium, verſic. ideò danda, coram Cardin. Otthobon. & in Roman. Reintegr. 31. Maij 1649. §. 1. cor. eod. nunc in eius impreſſ. dec. 137. nu. 12. & dec. 178. n. 1.*

24 Quinimò (non habito ſe pro ſpoliato reo immiſſionem paſſo, vti non præſumitur, niſi probetur. *Cyriac. contr. 389. num. 4. tom. 2. Poſt. de manut. obſ. 12. num. 48. et obſ. 57. n. 57. Giouagn. conſ. 40. n. 10. li. 2. Rot. poſt Viuian. de Iuſ. patr. dec. 55. n. 2. cum alijs in mea legal. collect. 26. num. 7.*) mediante manutentionis, ſeù retinendæ remedio; vt comprobatur à *Ridolph. in prax. p. 2. d. cap. 6. num. 99. & ſeqq.* Et eſt certiſſimum iuxta principia iuris circa hanc materiam omnibus notiſſima.

25 Dummodò, vt dictum eſt, ſequuta fuerit creditoris ſatisfactio, vtique per reum, contra quem fuit obtenta immiſſio, concludenter probanda, etiam ſi creditor per multos annos ſteterit in poſſeſſione. *Merlin. de pign. & hypoth. lib. 5. d. q. 77. num. 45. Thomat. dec. 53. num. 11. & ſeqq. Poſt. de manut. obſ. 12. numer. 15. verſic. niſi id ab allegante. Rot. ibidem poſt tract. dec. 519. num. 4. & coram Merlin. dec. 414. ſub num. 7. tom. 1. & in rec. dec. 312. num. 8. p. 5.*

Quam tamen probationem aſſequetur reus.

26 Vel vtendo praxi in vocando creditorem immiſſum ex Saluiano ad exhibendum in iuditio notulam omnium fructuum recollectorum, ad effectum, vt æſtimentur, ſecundùm communem æſtimationem in foro currentem; ad *Scapuc. de Salu. Interd. lib. 3. q. 13. Thomat. in alleg. dec. 53. n. 14. & ſeqq.*

Vel citando eundem creditorem ad videndum declarari, ipſum percepiſſe fructus in rationem quinque pro centenario, ſi bona, quorum fuit immiſſio obten-
27 ta, fuerint ſtabilia, quæ totidem ſolent annuatim reddere, & quorum fructus in tanta quantitate de iure taxantur; & *gloſ. in auth. perpetua, verb. iuxta. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ. Couar. var. reſol. lib. 3. cap. 9. num. 5. Honded. conſil. 30. num. 20. lib. 1. Poſt. reſol. 112. num. 116. Cenc. de cenſib. q. 35. num. 8. Menoch. præſ. 122. num. 5. lib. 3. Mangil. de ſubiect. q. 148. num. 48. Sperel. dec. 84. ſub num. 55. tom. 1. Thomat. dec. 212. num. 8. dec. 260. num. 6. & dec. 271. nu. 24. tom. 2. Gratian. diſcept. 545. num. 13. & diſcept. 752. n. 47. Sabell. var. reſol. & reſponſ. cap. 50. numer. 16. 17. & c. 100. num. 19. Rota cor. Buratt. dec. 65. num. 1. dec. 112. n. 1. dec. 130. num. 7. dec. 675. numer. 9. & coram Duran. dec. 182. num. 1. dec. 192. num. 1. 2. & cor. Merlin. dec. 459. ſub num. 8. 9. dec. 766. num. 7. & coram Pegn. dec. 1060. num. 4. tom. 2. coram Eminentiſſ. Otthobon. dec. 2. num. 15. coram Sanctiſs. Gregor. XV. dec. 553. num. 8. & in rec. dec. 552. n. 2. p. 1. dec. 548. num. 3. & dec. 570. num. 1. p. 2. dec. 571. n. 6. p. 3. dec. 718. num. 1. p. 4. tom. 3. dec. 523. num. 3. p. 5. tom. 2. dec. 135. num. 18. p. 6. dec. 94. num. 56. p. 7. & poſt Zacch. de oblig. Camer. dec. 275. num. 31. & apud Poſt. de ſubhaſt. dec. 180. num. 8. & num. 10. in Addit. & de manut. deciſ. 19. n. 13.*

28 Etiamſi ſtabilia conſiſterent in domibus, quarum pariter fructus taxari in quantitate præfata, aiunt *Aug. in auth. de non alienan. aut permutan. reb. Eccleſ. §. quia verò, num. 24. Corn. conſ. 265. num. 5. lib. 1. Poſt. reſol. 13. numer. 21. & reſol. 68. num. 30. Thomat. d. dec. 271. num. 15. tom.*
29 *2.* intelligendo de domibus acceſſorijs ad prædia fructifera, ſiuè ſint pro laboratoribus, ſiuè pro dominis, vt innuere videtur *Cyriac. contr. 261. à num. 27. vſque ad n.*
30 *33. tom. 2.* ſecus in alijs domibus, quarum genus, ſicuti eſt magni valoris, & parui redditus. *Brett. conſil. 126. num. 13. Cyriac. d. contr. 261. num. 25.* ità vix reddit tria
31 annuatim pro centum. *Cyriac. contr. 160. num. 17. tom. 1.* et quotidiè experimur, cum multæ ſint domus, & quidem magnæ, quarum redditus ſunt adeò tenues, vt ferè ſteriles euadant. *l. fin. §. ſin autem. C. de bon. quæ liber. Cyriac. in ead. contr. 160. num. 17. & ſub numer. 56. verſ. pro*
32 *huius obiecti reſolutione*: ac non mirum, cum hominum multitudinem ipſas domos inhabitantium in noſtro hemiſphærio defeciſſe, continuoque imminuere non dubitetur; vti, ſacris allatis monumentis, ac prophanis examinatis hyſtorijs, cum temporum antiquorum, recentiorumque ſucceſſiua combinatione, egregiè oſtendit

Illu-

Illuſtriſs. Antiſtes Comaclenſis Alphonſ. Pandulph. in tr. de fine mundi diſput. Pythagoric. cap. 3. & 4. vtrobique per tot.

Subindequè ad videndum declarari, ipſummet creditorem fuiſse de eius credito ſatisfactum; quotieſcunquè tantum temporis ſpatium interceſsit, vt calculari poſſit, idem creditum fuiſse extinctum: nam ſi idem
33 creditor dixerit, fructus minores quinque pro centum fuiſse ab eo perceptos, tenebitur ipſe onus probandi aſsumere, ex *Bald. in l. ſi fundum n. 5. verſ. & ideò debet. C. de rei vendic. Rota in Bonon. prædij 21. Maij 1640. §. dictos autem, verſ. & dicenti, cor. Reuerendiſs. Terracin. impreſs. penes Poſt. de ſubhaſt. d. dec. 180. n. 11.*

34 Dixi, inquam quod immiſsus ex Saluiano, vti bona detinens ratione hypothecæ poteſt ipſamet pro alio diuerſo credito liquido retiuere; ſecus ſi creditum ſit illiquidum, vt indiuidualiter agnoſcunt *Cenc. de cenſib. q. 98. num. 62. verſic. circa ſecundam. Pacific. de Salu. Interd. inſp. 4. c. 1. num. 222. & ſeqq. Rot. ibi poſt tract. dec. 4. n. 2. 3. 4. & dec. 83. n. 4. & cor. Gregor. dec. 254. nu. 2. 3. et cor. Buratt. dec. 160. ſub n. 14. et ibi Ferentil. n. 20. et coram Merlin. dec. 317. num. 8. et dec. 766. in fin. ac poſt Merlin. de pign. et hypoth. dec. 151. n. 4.*

Cuius reſolutionis pars prior concedens retentionem pro credito liquido, vltra alias vulgariores rationes, infraſcriptis ſubſtineri poteſt.

Primò, quod agens contra detinentem bona ex Saluiano nequit potentiori remedio inniti, quàm ſenten-
35 tiæ, vt de ſe patet: verum aduerſus ſententiam, & ad illius impediendam executionem retentio pro credito liquido competit, & datur. *Dec. conſ. 119. num. 2. Crauet. conſ. 148. n. 2. Corn. conſ. 147. ſub nu. 18. lib. 2. Roland. conſ. 28. num. 3. vol. 1. Cephal. conſ. 399. num. 36. Rimin. iun. conſil. 411. num. 6. Bertaz. conſ. ciuil. 117. Tuſch. litt. E, concl. 374. num. 11. Capic. dec. 17. n. 3. & dec. 119. num. 1. Magon. dec. Lucenſ. 81. n. 6. Gratian. dec. 179. n. 6. et diſcept. 734. n. 19. Barz. dec. 108. num. 43. Giurb. dec. 60. nu. 4. Surd. deciſ. 277. num. 14. & de aliment. tit. 8. priuil. 62. n. 10. Molignat. de retent. n. 424. Maur. eod. tractat. n. 70. Neguſant. qu. 35. n. 10. & q. 303. num. 6. 19. Cyriac. contr. 180. n. 27. lib. 1. Rubeus in Annot. ad Rot. in rec. dec. 420. n. 85. p. 4. tom. 2. Rot. in diu. dec. 115. n. 1. p. 2. et apud Poſt. de manut. dec. 487. n. 3.*

36 Secundo quia aduerſus quodcunque iuditium quantumuis priuilegiatum admittitur probatio exceptionis quam incontinenti paratus eſt facere reus conuentus, etiamſi ſecundum naturam eorundem iuditiorum talis exceptio non deberet admitti. *Rot. in rec. dec. 40. num. 18. p. 4. tom. 2.* cum huiuſmodi probatio potiori gaudeat prærogatiua, quam cæteræ. *c. interpoſita de appell. Conrad. in l. vnic. limit. 12. n. 20. C. ſi de moment. poſseſs. Maſcard. de probat. concl. 68. n. 2. vol. 2. Argel. de acq. poſs. q. 2. art. 1. n. 71. Rubeus in Annot. ad Rot. in rec. dec. 420. n. 90. p. 4. tom. 2.*

37 Et patet a multis priuilegijs eiuſdem probationis incontinenti, quæ congeruntur in vnum à *Fenut. de moment. temp. c. 14. per tot. Argel. de acq. poſseſs. d. q. 2. à n. 57. vſque ad n. 90. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gloſ. 5. Scacc. de appell. q. 11. n. 68. et ſeqq. Antonel. de temp. legal. lib. 1. c. 11. Rub. in reſol. pract. c. 39. n. 163. et ſeqq.*

38 In tantum, vt ſi Statutum reiciat omnes exceptiones contra ſententiam, vel inſtrumentum, non habeat locum, quando quis vellit incontinenti probare legitimas exceptiones. *Cephal. conſ. 4. num. 18. lib. 1. Roland. conſil. 2. num. 36. lib. 3. Crauet. conſ. 10. num. 4. Decian. reſp. 83. nu. 15. vol. 4. Menoch. de retinend. remed. 3. n. 674. Maſcard. de probat. concl. 687. n. 4. Argel. d. q. 2. nu. 57. vbi concordan. Graſs. de except. except. 7. per tot. Gypſ. dec. 44. num. 30. Vaſq. illuſtr. contr. lib. 1. c. 32. num. 2. in fine Niger. de except. c. 12. §. 2. nu. 13. Rubeus in Annot. ad Rot. in rec. dec. 420. n. 89. vbi concordan. p. 4. tom. 2.*

39 Atque hinc prodit, quod in iuditijs executiuis hoc verificetur; vt in obligatione camerali, contra quam admittitur exceptio alias non admiſsibilis, ſi incontinenti poteſt probari. *Turret. conſ. 75. n. 12. lib. 1. Zacch. de oblig. Camer. q. 17. n. 160. vbi allegat Rot. in Roman. pecun. ſeù mercium. §. Iun. 1613. cor. Emmentiſs. Sacrat. impreſs. apud Marcheſan. de commiſs. f. 776. ſub nu. 2. p. 1. & apud Poſt. de manut. dec. 9. num. 27. cum alijs per me adductis in collut. legal. 27. n. 13. nouiſſimè contr. diſcep. forenſ. cauſ. 9. n. 6. & cauſ. 39. n. 17. tom. 1.*

40 Nec non in iuditijs poſseſsorijs, vti in remedio adipiſcendæ, veluti reſpectu *l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. tollend.* liquet ex congeſtis à *Bec. conſ. 89. n. 15. 16. lib. 1. Argel. de acq. poſseſs. q. 3. n. 264. et num. 1022. Ridolph. in prax. p. 2. c. 7. n. 92. vbi de communi. Menoch. de adipiſc. poſseſs. remed. 4. n. 730. Rubeo in pract. reſ. d. c. 39. n. 163. 166. et 168. ac in Annot. ad Rot. in rec. dec. 16. n. 1. p. 3. et ad dec. 420. n. 84. 86. p. 4. tom. 2. Rota ipſa pariter in rec. dec. 370. n. 3. 10. eod. tom. 2. et dec. 360. n. 1. p. 5. et dec. 88. n. 3. p. 6. et dec. 34. n. 1. 4. dec. 151. n. 2. p. 7. et cor. Seraph. dec. 83. num. 4. et dec. 357. n. 4. et in Reatin. ſucceſs. 21. Maij 1642. cor. Peutinger.*

41 Reſpectu Saluiani Interdicti, vt notatur per *Ridolph. in prax. p. 2. c. 6. num. 117. Vannoz. in eius conſil. impreſs. in calce p. 2. contr. Andreol. num. 101. Pacific. de Salu. inſp. 1. cap. 4. num. 23. et inſp. 2. c. 2. num. 115. et nu. 162. Rot. ibi poſt tract. dec. 1. num. 8. dec. 55. num. 2. dec. 69. num. 2. et in diu. dec. 57. in fin. p. 2. cor. Seraph. dec. 757. n. 1. cor. Pegu. dec. 786. n. 5. in fin. tom. 1. et dec. 1539. n. 2. tom. 2. et coram Duran. dec. 193. n. 12. tom. 1. & in rec. dec. 704. num. 1. vbi quod ſæpiùs hoc fuit in Rota firmatum p. 3. & poſt Cenc. de cenſib. dec. 538. n. 6.*

42 Reſpectu remedij quorum bonorum, vt traditur *ab Argel. de acq. poſseſs. q. 2. n. 32. Menoch. de adipiſc. remed. 1. n. 102. & ſeqq. Oſaſch. dec. 26. n. 1. Rot. in Roman. de Bombellis 31. Maij 1613. §. ſuper hoc conſiderarunt, verſ. & videmus in ſimil. cor. Eminentiſs. ſacrat. impreſs. penes Poſt. de manut. dec. 9. ſub n. 27.*

43 Ac deniquè quoad cætera remedia adipiſcendæ; vti obſeruant generaliter *Ripa in l. 1. n. 12. ff. quor. bonor. & in l. naturaliter. §. nihil commune num. 101. ff. de ac. poſseſs. Gabr. comm. concl. lib. 5. tit. de reſtit. ſpoliat. concl. 1. numer. 49. vbi de communi. Maſcard. de probat. concl. 1687. num. 7. Roland. conſil. 2. numer. 35. lib. 1. Argel. d. quæſt. 2. art. 1. numer. 27. et num. 33. Pacific. de Salu. Interd. inſp. 1. d. c. 2. ſub num. 23. Iordan. Elucubr. diu. lib. 14. tit. 12. n. 178. in calce tom. 3. Boer. dec. 238. ſub num. 5. verſ. ſi in interdicto. Rota cor. Seraph. dec. 596. num. 5. to. 1. cor. Buratt. dec. 115. ſub num. 4. verſ. quam omnia alia tom. 1. & cor. Otthobon. dec. 53. n. 23.*

44 Similiter hoc idem de admittenda probatione exceptionis incontinenti habet locum in interdicto retinendæ, ſeù manutentionis; ad congeſta *per Rubeum in Annot. ad Rot. in rec. dec. 420. num. 87. p. 4. tom. 2. Poſt. de manut. obſ. 42. num. 73. & obſ. 94. num. 4. Rotam ibidem in calce tract. dec. 295. num. 4. & dec. 642. num. 2.* præter-
45 quam in exceptione dominij in hoc iuditio, quæ reicitur, etiam ſi in continenti offeratur probanda aliter, quam per confeſsionem, vel rem iudicatam. *Vgo. conſil. 98. num. 1. Giouagn. conſ. 8. num. 135. & ſeqq. lib. 1. Menoch. de retinend. remed. 3. num. 673. Milan. dec. 3. num. 138. lib. 1. Poſt. de manut. d. obſ. 42. num. 58. & ſeqq. Ridolph. in prax. p. 2. cap. 12. num. 243. & num. 253. Add. ad Gregor. dec. 107. ſub num. 5. Rota coram Buratt. dec. 292. num. 7. & dec. 360. n. 7. vbi de magis communi tom. 1. & dec. 904. nu. 10. 11. tom. 3.*

46 Inſuperque theſis ipſa, vt admittatur probatio exceptionis incontinenti fienda, procedit quoq; in remedio

recuperandæ, ſeù ſpolij, *vt per Rotam in d. Roman. de Bōbell. 31. Maij 1613. §. ſuper hoc conſiderarunt, verſic. & vidimus, coram Cardin. Sacrat. apud Poſt. de manut. d. dec. 9. num. 27.*

47 Et quidquid torqueantur ingenia varijs ſcribentium altercationibus, de quibus penes *Gabr. comm. concl. tit. de reſtit. ſpoliat. concl. 1. n. 78. & ſeqq. Menoch. de recuper. remed. 1. num. 239. cum multis ſeqq. Argel. de acq. poſſeſſ. q. 2. num. 68. Scacc. de iudic. lib. 2. c. 7. n. 234. & ſeqq. ac alios.*

48 Illud eſt certum, quod in huiuſmodi remedio ſpolij admittitur exceptio etiam dominij incontinenti probanda, vbicumque ſumus in ficto ſpoliatore, eo ſcilicet, ad cuius manus deuenit poſſeſſio abſque violentia, & vitio; ad *Bart. communiter receptum in l. ſi de vi in fin. verſic. in eo vero, quod dicit. ff. vnde vi. Gabr. tit. de reſtit. ſpoliat. d. concl. 1. ſub num. 45. verſ. primo limita, vbi de communi. Menoch. d. remed. 1. num. 245. Iordan. d. tit. 12. num. 174. Rubeus benè in Annot. ad Rot. in rec. dec. 420. numer. 93. & ſeqq. & præſertim num. 95. 97. par. 4. tom. 2.* quam
49 tamen probationem in hoc iuditio ſpolij tunc demum admitti, ſi deducatur per confeſſionem partis, aut rem iudicatam, dicunt *Cyriac. contr. 389. numer. 14. 15. Rot. in rec. dec. 537. num. 5. p. 1. & dec. 741. num. 5. p. 2. & coram Cardin. Seraph. dec. 575. num. 6. & dec. 983. num 7. et cor. Caualer. dec. 384. numer. 6. & in Lauretan. domus 10. Iun. 1644. §. non obſtat quod domus, coram Bichia, eſt apud Poſt. de ſubhaſt. dec. 131. ſub num. 19. 20. & poſt Merlin. de pign. dec. 87. n. 15. & cor. Buratt. dec. 22. n. 6. & ibi Fereatil. num. 40. cum alijs adductis à Ridolph. in prax. p. 2. c. 14. numer. 145.*

50 Et tandem concluſionem præfatam obtinere in quocunque alio iuditio, quantumuis ſummario, & executiuo, profitentur omnes; & ſignanter *gloſ. & Bart. in l. 3. ff. vt in poſſeſſ. legat. Ang. conſ. 135. num. 2. Roman. conſil. 244. num. 7. Abb. conſil. 54. numer. 2. lib. 2. Gratian. diſcept. 384. num. 9. Thomat. dec. 33. numer. 29. tom. 1. Poſt. reſol. 130. numer. 9. Rubeus ad d. dec. 420. numer. 88. vbi, quod eſt pertritum in iure. Rota in rec. deciſ. 86. numer. 10. par. 6.*

51 Conſequenter, ſi in omnibus iudicijs præfata probatio incontinenti admittitur, concedi oportet, quod interim retentio detur illi, qui eandem probationem incontinenti faciendam aſſumit, vt de ſe liquet, & traditur *a Bart. in l. 3. §. fin. in fine, & ibi Alex. ſub num. 25. ff. de acq. poſſeſſ. Neguſant. de pignor. p. 3. memb. 2. num. 20. ad fin. Molignat. de retent. num. 286. Giurb. dec. 60. num. 27. quos refert, & ſequitur Cyriac. contr. 180. numer. 49. lib. 1.*

52 Succeſſiuè, quod multo magis retentio concedatur pro credito iam claro, & liquido; vt ferè in puncto argumentatur *Gratian. diſcept. 384. ſub num. 18. verſ. ſi hæc*
53 *igitur, tom. 2.* iuxta illud iuris indubitabile principium, id quod minus eſt probari ex eo, quod in eodem genere inuenitur deciſum, quod maius eſt *l. nec non. §. fin. ff. ex quib. cauſ. maior. l. ſi habitatio. §. vlt. cum l. ſeq. ff. de vſu & habit. l. apud Celſum. §. ſi quis pupillo. ff. de dolo mal. Oroz. de apicib. iur. ciuil. lib. 2. cap. 12. ſub n. 1.*

Tertiò, alijs conſultò omiſſis, prior pars dictæ reſolutionis probatur, quoniam agens contra talem detinentem bona ex Saluiano, poſt illius ſatisfactionem.

54 Vel agit remedio ſpolij, quod competere viſum eſt; & tunc, cum ſpolium nequeat dici priuatum, ſed benè iudiciale, verior extat in iure concluſio, quod pro credito liquido hypothecario conceditur retentio, interim denegata reintegratione. *Surd. dec. 46. numer. 7. 8. Oſaſch. dec. 34. num. 17. Boccat. de interd. vti poſſidet, cap. 2. num. 109. Poſt. reſol. 35. numer. 13. 14. et de manut. obſ. 12. num. 100. Statil. de Salu. Interd. inſp. 3. cap. 4. num. 27. Rota ibi in calce tract. dec. 157. numer. 7. et in rec. deciſ. 515. num. 1. p. 3. et dec. 316. num. 6. p. 4. et dec. 117. num. 8. ead. p. 4. tom. 2. et dec. 411. nu. 21. p. 5. et cor. Caual. dec. 539. num. 28.*

55 Vel agit interdicto retinendæ, ſeù manutentionis, quod pariter concedi dictum fuit; & tunc itidem intrat alia concluſio, ipſum interdictum, eandemque manutentionem impediri per exceptionem retentionis pro credito liquido. *Poſt. de manut. obſ. 65. ſub numer. 4. Rota ibi poſt tract. deciſ. 647. n. 49.*

Illud benè eſt obſeruandum, quod in hac prima parte reſolutionis ſupponitur indubitanter.

Iudicem validè, & iuſtè conceſſiſſe huic detinenti immiſsionem in poſſeſſionem bonorum, nunc de-
56 tentorum ex Saluiano; nam circumſcripta validitate, & iuſtitia eiuſdem immiſſionis, ſicuti eſt certum Iudicem ipſum æquè ac perſonam priuatam ſpoliaſſe, vt in iſtis proprijs terminis ait *Rot. in Macerat. Salu. ſeù ſpolij 12. Maij 1608. §. 1. coram Manzanedo, impreſſa per Zacch. de abſig. camer. deciſ. 130. num. 1.* Et generaliter de iudice nulliter, ac iniuſtè procedente, vt dicatur tamquam priuatus ſpoliare, firmant *Roland. conſil. 6. numer. 33. lib. 3. Ridolph. in prax. p. 2. cap. 14. num. 124. 126. Rota in rec. dec. 411. num. 22. p. 5. et dec. 113. numer. 9. 10. p. 7. et coram Cardin. Caualer. deciſ. 539. numer. 9. et apud Poſt. de ſubhaſt. dec. 131. numer. 12. repetita poſt Merlin. de pign. et hypoth. deciſ. 87. numer. 9. et in Vrgel. Decan. et canonic. 11. Martij 1650. §. nec releuat. coram Celſo, cum alijs in mea leg. il. collect. 26. num. 61.* accedente præſertim inſtantia partis; ad tradita *per Dec. conſil. 125. ſub n. 3. Benintend. dec. 93. n. 8. Gratian. diſcept. 734. num. 11. Rotam in rec. dec. 117. n. 4. p. 4. to. 2. et coram Caualer. d. dec. 539. ſub n. 9. verſ. et ſtante inſtantia. Ridolphin. in prax. d. c. 14. n. 125.*

Ita propoſito, & intentato remedio ſpolij eſſet neceſſariò ſciendum.

58 Quod bona, quæ ex vna certa cauſa peruenerunt ad creditorem, non poſſent, illa corruente, retineri ab ipſo ex alia cauſa, & occaſione, a qua etiam verum creditum dimanaret. *Bart. in l. ſi non ſortem. §. ſi centum numer. 8. ff. de condit. indeb. Surd. dec. 56. numer. 12. Merlin. de pign. et hypoth. lib. 4. quæſt. 188. num. 17. Poſt. reſol. 106. numer. 102. 103. Rota in diu. deciſ. 115. ſub numer. 3. p. 2. et in rec. dec. 117. num. 6. p. 4. tom. 2. et d. dec. 411. num. 23. p. 5. et coram Caualer. ead. dec. 539. numer. 4. et deciſ. 543. num. 3. et coram Buratt. dec. 449. ſub n. 3. et ibi Ferentil. litt. B, et coram Duran. deciſ. 113. numer. 8. et penes Poſt. de ſubhaſt. d. dec. 131. n. 22. et apud Merlin. de pign. d. deciſ. 87. n. 17.*

59 In nihilo quoquè attenta hypotheca competente pro illo alio credito, pro quo retentio prætenderetur, niſi poſſeſſio fuiſſet amiſſa culpa rei ſpoliati, ob eius contumaciam, quo caſu benè poſſet creditor opponere de alio eius credito hypothecario; ſubindeque impedire reſtitutionem. *Alex. in l. 3. §. fin. num. 27. 28. ff. de acq. poſſeſſ. Neguſant. de pign. memb. 2. p. 3. numer. 20. 21. Rota in rec. d. dec. 117. numer. 9. 10. vbi de communi p. 4. tom. 2. et coram Caualer. dec. 539. num. 10. et dec. 543. ſub num. 3. 4.*

Altera dictæ reſolutionis pars denegans retentionem pro credito illiquido, vltra communiores, quibus fundatur rationibus poteſt comprobari.

60 Quia, ſicuti exceptio, quæ nihil aliud eſt, quàm actionis excluſio. *l. exceptio. ff. de except. l. alterius. §. 1. ff. de tut. et ration. diſtrah. l. qui ex liberis. §. vlt. ff. de bon. poſſeſſ. ſecund. tab. Oſuuald. lib. 22. comment. Donel. cap. 1. litt. F, Anton. Faber. in Iuriſp. Papin. tit. 1. princ. 4. illat. 9. et lib. 8. coniect. c. 2. Argel. de acq. poſſeſſ. quæſt. 2.*

q.2.num.330.Rota in Hiſpalen.decim.10.Decembr.1649.
§.penult.cor.Bichio,nouiſsimè Oroz.de apicib.iur.ciuil. lib.
61 *2.c.13.n.1.in fin.* Ità tamen, vt non cumuletur per illam
à reo noua actio contraria intentatæ per actorem. *Au-*
char.conſ.146.n.3.Rot. in Illerden. decimar.16. Decembr.
1639.§.neque ex reſponſione,cor.Pironano,& in d.Hiſpa-
len.decimar.eod.§. penult. in fin. cor. Bichio: & ſpecificè
62 opponatur, ſi pro releuanti debeat admitti. *Bald.in l.1.*
n.44.C.vnde vi.Andreol.contr.79.n.19. & contr.157.nu.
26. Manent. dec.15. num.45. Rot. in Beneuent.Canonic.8.
Febr.1647.§.ac ſemota, cor. Bichio, & in Roman.pecun.
28.Iun.1649. in fin.cor.Meltio,eſt poſt Salgad.in Labyrint.
creditor.dec.10.n.15.& poſt Contr. diſcept. forenſ. dec.36.
n.11.tom.1.
63 Sicuti, inquam, exceptio, ſi ſit altioris indaginis non
impedit immiſſionem in vim vtilis Saluiani interdicti.
Surd.conſ.4. n.36. Honded.conſil.21.n.26.lib.1.Becc.conſ.
89.n.2.Natta conſ.532.num.9. Ridolph. in prax. p.2. c.6.
num.104.Argel.de acq.poſseſs.q.2.ſub num.26. Andreol.
contr.377.num.36. p.5.Thomat. dec. 205.num.15.tom.2.
Cenc.de cenſib.q.98.num.82.Scapnc.de Salu.interd. lib.2.
q.1.& q.16.Pacific.eod.tract.inſp.2.c.2.num.42. & num.
254.Rot.in ibi poſt tract.dec.52.numer.7.dec.61.num.1.&
dec.83.num.4.& poſt Cenc.de cenſib. dec.69. num.5. dec.
148.num.6.dec.329.num.4.& in rec.dec.276.num.11. p.
6.& dec.116.num.16.p.8.& coram Gregor. dec.254.num.
4.& dec.563.num.15. & coram Burats. dec.420. num.4.
dec.822.num.4.& coram Pegn.dec.1334. num.8. & dec.
1347.num 5.tom.2.& poſt Zacch.de oblig.Camer.dec.65.
num.7.& dec.189.num.41.& poſt Merlin. de pign. & hy-
poth.dec.50.n.70.dec.79.num.16.& dec.153. num.11.&
in Roman.Salniani 26.Nouembr.1646.§.fin.cor.Roias,&
in Roman.cenſ.8.Martij 1649.§.exceptio fideicommiſsi,&
§.ſeq.cor.Arguel.& in Roman.Salniani 24. Ian.1650.§.
fin.cor.Pentinger.
Ità talis exceptio altiorem indaginem requirens,
non debet impedire reſtitutionem poſſeſſionis, ceſſan-
64 te cauſa immiſſionis, cum à pari procedant immiſsio,
& reuocatio poſſeſsionis; vt, poſt *Cagnol.in l.nihil tam*
naturale ſub num.3. ff. de reg.iur.firmat,& arguit Cenc.de
cenſib.q.98 ſub n.62.in fin.Pacific.de Saln.Interd.inſp.2.c.
2.n.47.& inſp.4.c.1.n.225.Rot.ibid.poſt tract. dec.4. n.5.
6.eſt cor.Greg.dec.254.n.4.5.
65 At nulli dubium eſt, quod crediti illiquidi exceptio
requirit altiorem indaginem, vt eſt notiſsimum, cum
patiatur oppoſitiones, vel replicationes, ſecundum tra-
dita *ab Argel. de legitimo contradictore in q.2. num.240.*
Merito, &c.
Eſt benè ſciendum, quod in extinctionem, & ſatisfa-
ctionem crediti tenetur immiſsus ex Saluiano non ſo-
lum imputare fructus bonorum ſtabilium, ſed etiam
fructus animalium, quotieſcunque immiſsus in poſseſ-
66 ſionem eorundem bonorum, & pertinentiarum habuit
provt habere potuit penes ſe boues aratorios, pecora,
& ſues, qui culturæ, & fructuum cauſa in bonis, & agris
detinentur. *Merlin.de pign.& hypoth.lib.5.qu.77.nu.30.*
Rot.cor.Duran.dec.345.n.2.tom.2.
67 Similiter, & fructus, quos talis immiſsus percipere
potuiſſet, & propria negligentia non percepit ſecun-
dum tradita à *Cardin.Mantic.de tacit.lib.10.tit.8.numer.*
3.6.Neguſant de pign.p.5.memb.5.num.1.ampl.1.Merlin.
eod.tract.lib.5.q.45.n.5.8.& q.77.num.38.Surd.dec.270.
num.1.6.Fontanel.dec.208. num.5. Mugnoz. de ratiocin.
c.16.num.1.3.Zacch.de Salar.q.51.num.64.65.Pacific, de
Saln.interd.inſp.4. c.1. num.151. & ſeqq. Rota in Roman.
cenſuum 13.Martij 1651.§.non obſtat, cor. Pentinger. &
in lucan.cenſ.22.Apr.1652.§. alteram ſcut.coram doctiſs.
mem. Bichio, poſt Contr.diſc. forenſ. deciſ.139. numer.8.
tom.1.

68 Ac tandem immiſsus, vt ſuprà ex Saluiano tenetur
de deterioratione, ac diminutione ſequuta in bonis, ob
illius culpam, vel eius miniſtrorum. *Pacific.de Salu. d. c.*
1.n.151. Merlin.d.q.77.n.31.Rota cor.Duran. dec.345. n.
4.6.7.tom.2.

QVÆSITVM TERTIVM.

An, & quando competat ſubconductori retentio bonorum aduerſus locatorem ſecuta primi conductoris expulſione.

69 DVm occaſione expulſionis primi conductoris
ob non ſolutas penſiones debitas ex cauſa
conductionis nemoris Eliſeæ, adnectitur aliqualiter
materia retentionis in ſuperioribus tractata, ex quo eſt
agendum an ſubconductores poſsint retinere bona
ſubconducta, cum ipſi conuentas penſiones ſoluerint
eidem primo conductori; nùm verò poſsint pariter &
ipſi expelli.
Placet primitus non nulla ad rem, & in praxi condu-
cibilia obſeruare.
70 Et maximè, quod conductor poteſt ſublocare rem
conductam, niſi aliter fuerit conuentum. *l.6. C. locat. &*
conduct. Gomez. de contract. tom.2. c.3. num.11. Olea de
ceſs.tit.3.q.5.ſub n.13.Gratian.diſcept.547. num.51. Can-
cer.var.reſol.p.1.c.14.n.2.Mantic.de tacit.lib.22.tit.2.nu.
44.tom.2.Ridolph.in prax.p.2.c.13.nu.97. Rot. in rec.dec.
208.n.2.p.4.
Etiamſi verſemur in conductore vectigalium. *Gra-*
tian.d.diſcept.547.ſub n.51.verſ. quamuis eſsemus. Rota
Ianuen.dec.14.ſub num.23.verſ.præterea.Peregr.de iurib.
fiſci lib.6.tit.5.num.13.Rot. in rec. dec.208. ſub numer.2.
par.4.
71 Dummodò tamen ſublocatio fiat perſonæ æquè ido-
neæ, & ad eundem vſum. *Gloſ.& D.D.in d.l.6.Cod. locat.*
Gratian. in allegat. diſcept.547. numer.52. Cyriac. contr.
234.num.12.tom.2.Ridolph.d.cap.13. num.98. Gomez d.
cap.3.ſub num.11.verſic.quod intellige. Caroc. de locat. p.
2.tit.de ſublocation.quæſt.1.per tot.Niger.de Laudem. qu.
10.art.1.num.35.quæſt.34.num.12.& quæſt.40. art.9. nu.
18.19.tom.1.
Cui quidem ſublocationi nequit dominus, ſeù loca-
tor conſenſum denegare, ſine iuſta cauſa, quotieſcum-
que ipſa ſublocatio fieri non poteſt ſine dicto conſen-
ſu ex pacto inito. *Ridolphin.in prax.p.2. d. cap.13. num.*
100.Rot.coram Eminentiſs. Canaler.dec.286. n.4.
72 Et non intereſt, quod conductor plus ſublocauerit,
quam conduxerit, ex hoc enim contractus non dici-
tur iniquus, vel illicitus. *Mel.alleg.36.numer.20.in fin.*
73 *lib.2.* vt videmus in eo, qui res pluris vendiderit, quam
ipſe emerit, exindè namque ſicuti contractus iniquitas
non reſultat. *l. ad reſcindendum. Cod. de reſcind. ven-*
dit. Crauet. conſil.990. ſub numer.36. verſic. atque in ſpe-
tie vol.6.Cyriac. contr.453. num.24. tom.3. ita nec ade-
rit iniquitas ſublocationis initæ a conductore, pluſ-
quam conduxerit: cum locatio, & conductio ferè iiſ-
dem regulis conſcribenda ſit ac emptio, & venditio:
& valeat hinc indè argumentum. *§. 1. Inſt. de locat.*
& conduct. Bellon. de iur. accreſc. cap.6.quæſt.34. numer.
4. Cancer. var. reſol. d. cap.14. numer.1. Oroz. de apicib.
iur. ciuil. lib.5.cap.7.num.19. ad fin. Rot. in rec. deciſ.172.
numer.3.par.6. & coram Merlin. deciſ.567. ſub numer.2.
tom.2.
74 Quod ſi in ſublocatione bonorum nihil de pretio
fuerit conuentum, tunc ſi principalis conductor am-
plius, non ſublocauerit bona, pretium cenſeri deberet

conſtitutum in quantitate ipſi conductori præfinita : ſi
75 autem prius, & anteactis temporibus ſublocauerit, precium præſumeretur conuentum in quantitate conſueta, ac in prioribus ſublocationibus appoſita, iuxtà concluſionem in terminis locationis, & conductionis allatam in textu l. excepto, vbi gloſ. & DD. C. locat. Gomez var. reſol. lib. 2. c. 3. num. 4. Ridolph. in prax. p. 2. c. 13. n. 50. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 5. tit. 2. num. 3. tom. 1. Rota in diu. deciſ. 88. per tot. p. 2. & in Roman. locat. 2. May 1659. §. neque poterit, verſic. obiectio exindè, coram Veroſp.

76 Poteſt etiam conductor ſibi ſocium aſſumere, inſcio quoque, & non conſentiente locatore, tam poſt conductionem, quam anteà, ineundo ſocietatem ſuper futura conductione Coſt. ad Mart. clauſ. 216. p. 1. Rota in rec. dec. 640. num. 10. p. 1. & in Roman. prætenſ. societ. 12. Iuny 1645. §. non obſtat quod conductor, coram Eminentiſs. Otthobon. inter eius impreſs. dec. 40. n. 32. & poſt Zacch. de oblig. Camer. dec. 264. n. 30.

77 Si autem adſit pactum, vt conductor nequeat alteri cedere, vel quomodolibet participare de re ipſi locata alias ceſſio, & participatio ſit nulla, & nullius momenti poſsunt videri Oſaſch. dec. 76. Rota in rec. dec. 208. numer. 7. p. 4. & coram Otthobon. d. dec. 40. num. 38. & poſt Zacch. de oblig. Cam. d. dec. 264. ſub n. 33.

78 Illud addo, cum in facti contingentia fuerit tractatum, vtrùm hæredes Hieronymi Mezzogory, qui conduxerat in appaltum quaſdam Valles Communitatis Comacli adiecto pacto, nunc recenſito, poſsent impugnare ceſſionem, & renuntiationem, aduerſus idem pactum initam ab ipſo de dicto Appaltu ad fauorem D. Equitis Iulij Zarattini Comaclenſis non minus generoſitate, & prudentia, quam omnibus alijs animi ſingularibus dotibus valdè inſignitis, & condecorati.

Quod emanauit reſolutio negatiua, me patrocinante ex decreto Domini Gubernatoris huius Ciuitatis Comacli, & Iudicis delegati ſub die 29. Martij 1662. in actis D. Franciſcotti Folei Actuarij, quam reſolutionem approbauit Eminentiſs. & Reuerendiſs. D. D. Cardin. Franſonus legatus Ferrariæ, & Princeps Vigilantiſsimus, ac ſapientiſsimus, cum litteris directis D. D. Antianis ipſius Vrbis Comaclenſis, ſub die 15. Aprilis eiuſd. anni.

79 Et dicebam pro repellendis præfatis hæredibus à promoto iuditio, adeſse clariſsimam iuris concluſionem, quod hæredes tenentur factum defuncti præſtare nec contra illud venire poſsunt. l. cum à matre. C. de rei vendic. Gratian. diſcept. 511. num. 16. & diſcept. 554. num. 33. mel. alleg. 13. num. 15. & alleg. 70. num. 34. lib. 2. Thomat. dec. 23. num. 66. et dec. 112. num. 22. ac dec. 115. num. 1. Poſt. reſol. 44. num. 3. et ſeqq. vbi omnia axiomata huic concluſioni inſeruientia conſarcinat. Rota in rec. dec. 265. ſub num. 3. p. 1. dec. 697. num. 2. p. 2. dec. 649. numer. 1. p. 3. dec. 456. num. 9. p. 4. dec. 694. n. 4. ead. p. 4. tom. 3. dec. 337. n. 22. p. 5. dec. 60. num. 3. p. 6. dec. 165. n. 38. p. 7. dec. 210. n. 15. p. 8. et alibi, vt in Bonon. primogen. 26. May 1656. §. hæc autem in fine coram Bichio, et in Roman. tranſact. 2. Maij 1659. §. nec ſubſiſtit in fine, coram Celſo, et in mea legal. colluct. 2. numer. 1. colluct. 9. numer. 158. et colluct. 36. numer. 67.

80 Ac quamuis concluſio iſta limitaretur, ſi factum defuncti ſit nullum, nam tunc impugnatio illius permittitur hæredibus. Pauiſ. conſ. 33. numer. 96. vol. 3. Socin. iun. conſ. 77. ſub num. 134. lib. 1. Pinel. in l. 1. p. 3. num. 83. Cod. de bon. matern. Cyriac. contr. 312. num. 108. et contr. 321. num. 97. tom. 2. Mel. alleg. 13. num. 18. et alleg. 27. num. 32. lib. 2. Andreol. contr. 294. num. 9. p. 4. Sperel. dec. 170. num. 20. vbi concordan. tom. 2. Rot. in rec. dec. 176. num. 48. p. 5. et dec. 162. n. 12. p. 8. et in Bonon. fideic. de Rabeis 30. May 1646. §. quia id non probatur ad fin. cor. Eminentiſs. Corrado eſt poſt Merlin. de legit. dec. 151. lit. 2. n. 43. in vlt. impreſs. et in Roman. vineæ 2. Iuny 1649. §. neque releuat. verſ. Quinimò cum alienatio cor. Eminentiſs. Ottbob. nunc in eius impreſs. dec. 180. n. 14. dixi in d. collucl. 2. n. 28. 31.

81 Præciſimque hoc diceretur definitum reſpectu ceſſionis nullæ vt ſcilicet ab ipſo etiam cedente poſsit illa impugnari, ex traditis, à Carpan. ad Stat. Mediol. c. 451. n. 48. tom. 1. Olea de ceſs. iur. et action. tit. 8. q. 1. ſub n. 18. verſic. et in ſpecie.

Atque nullitas dictæ ceſsionis, & renunciationis Appaltus Vallium vocitaretur manifeſta, vt potè reſultans
82 a controuentione dicti pacti, per quod, ſicuti Appaltus ipſe legem accepit. l. 1. §. ſi conueniat. ff. depoſit. Gratian. diſcept. 527. num. 15. Gait. de credit. cap. 4. q. 11. num. 1381. Poſt. reſol. 152. num. 2. Menoch. conſ. 52. num. 58. et conſil. 477. num. 3. Gloria. reſp. 7. num. 61. Surd. conſ. 383. num. 6. Barboſ. axiom. 57. num. 1. Rot. in rec. dec. 24. num. 4. et dec. 151. n. 16. p. 6. et cor. Cardin. Seraph. dec. 787. n. 2. et coram Buratt. dec. 62. num. 1. cum lex, & contrahentium pacta æquipolleant. l. fin. C. de reb. alien. vel non alien. l. cum quaſi. §. ſi plures. ff. de fideicom. libert. Rota apud Poſt de ſubbaſt. dec. 236. numer. 8. in Addit. quæ eſt in Bitunt. cenſ. 5. Iuny 1649. §. agitur nunc verſic. et quia lex coram Arguelles.

83 Ita ceſsio eadem remanſit nulla, tanquam actus geſtus contra prohibitionem legis, præſertim actum ipſum annullantis. l. non dubium, vbi DD. C. de LL. Tiraq. ad l. l. connub. gloſ. 4. n. 7. Boccat. ad Conſtit. Picen. gloſ. 6. n. 110. Soarez de l. l. lib. 5. c. 22. et c. 27. n. 2. Salaſ. eod. tract. q. 96. tract. 14. diſput. 15. ſect. 8. n. 16. Bonac. eod. tract. diſput. 1. q. 1. punct. 7. §. 5. propoſit. 1. 2. Barboſ. axiom. 12. n. 26. Trentacinq. var. reſ. lib. 3. tit. de l. l. reſ. 1. per tot. vbi pulchrè. Fagnan. in c. cum acceſsiſſent n. 14. 36. 37. & ſeqq. de conſtit. Gallerat. de renunt. cent. 1. renunc. 35. ſub n. 5. verſ. itaque tom. 2.

84 Cum verendum non ſit valere argumentum à lege ad pactum. l. contract. ff. de reg. iur. Cauagn. conſult. deciſio. tom. 2. fol. 149. n. 18. Barboſ. in loc. comment. argum. iur. loc. 60. n. 1. Surd. conſ. 382. n. 17. lib. 3. Fagnan. in c. conquerente n. 59. de offic. ordin.

Nihilominus primo loco negabam, ceſsionem fuiſse nullam, & ſi initam contra expreſsam pacti conuentionem, quamuis iuratam.

85 Eſt namque concluſio ab omnibus recepta valere ceſsionem licet factam ab eo, qui antea non ceſsurum iuramento quoquè promiſerat; vt apud Crauet. conſ. 191. n. 6. lib. 1. Roman. conſ. 379. ſub num. 12. verſ. per hæc etiam, & ibi mandos. litt. D, cum ſeqq. Mancin. de iuramen. p. 4. q. 14. eff. 22. n. 6. Montan. ad Olib. de euict. p. 2. lib. 1. c. 4. n. 35. Chartar. dec. 18. n. 10. Oleam de ceſs. iur. & act. tit. 1. q. 6. n. 70. & conferunt congeſta à Sperel. dec. 180. nu. 6. cum ſeqq. tom. 2.

86 Etiamſi inſuper fuerit additum in pacto, quod ceſsio contra illud facta ſit nulla, ex traditis à Cancer. var. reſol. p. 2. c. 8. n. 114. vbi, quod promittens non alienare, & ſi alienauerit venditio facta habeatur pro nulla, tale pactum reſolutiuum non operatur in præiuditium tertij, de quo nunc agimus.

87 Cumque Communitas, ad cuius fauorem cantat pactum præfatum, non det de nullitate ceſsionis, ſicuti fruſtra ſubditur, concluſionem modò recenſitam, non procedere quando adeſset, vt nunc, pro obſeruantia dicti pacti rei ſpecialis obligatio. Gabr. conſ. 66. lib. 1. Gamm. dec. 356. n. 1. Cancer. var. reſol. d. c. 8. ſub n. 114. Olea d. q. 6. ſub n. 72. verſ. ſecundo quando.

Ita euidentius apparet idem pactum reſolutiuũ, nũc abſolutè non afficere, cũ effectũ ſuum, ſortiri non poſsit niſi volente eo, ad cuius fauorem reperitur adiectum.

l. 2. 3.

l.2.3.ff.de leg.commiſs.Rot.in rec.dec.414.num.4.p.2.dec. 291.ante n.15.p.9.tom.1.& dec.353.à n.33.ead.p.9.tom. 2.ſunt in Cæſenaten.cenſuum 3.Iunij 1644.§.neque officit. & 9.Iunij 1645.§.nec obſtat, coram Eminentiſs. Corrado, & in Ferrarien.ſeù Roman. pecun.14. Febr.1656. in fine, cor.Reuerendiſs.Dunozet. Decano.

88 Vlteriùs in medium afferebam,quod præter generalem præſumptionem, quod quilibet contractus præſumitur validus,verus,licitus,& legitimè factus.l.cum te. l.cum precib.C.de probat.Burſat.conſil.117.nu.4. Roland. conſ.58.n.3.lib.4.Surd.conſ.327.n.53.lib.3.Menoch. conſ. 343.n.1.Antonin.reſ.40.n.44.lib.3.Cyriac. contr. 182. nu. 47.Randenſ.dec.17.ſub n.4.

89 Actuali iuramento eadem ceſſio roborata erat, ipſum etenim validat contractum, & ſi alias nullum. Auth.ſacramenta puberum.C.ſi adu.vendit.vbi DD. Bart. in l.ſi quis num.11.verſic.& ideò dico.ff.de fideiuſs.pleniſſimè Gallerat.de renunc.lib.4.cap.4. num.3. cum ſeqq. & lib.5.cap.4.num.13.& ſeqq.tom.1.Rot.in rec. dec.212.n. 16.p.4.tom.2.& Annot.ad dec.1.num.13.& ſeqq.p.8.& in Aucon.nullit.concord.16.Aprilis 1648.§. denique cor. Arguelles.

90 Et operatur,vt contractus alias reuocabilis,fiat irreuocabilis. Guttier. de iuram.p.1.cap.35.per tot. Rot. in rec.dec.326.num.11.p.4.tom.2.dec.9.num.23.p.7.& dec. 444.num.29.p.9.tom.2.& coram Merlin.dec.664.nu.23. tom.2.

91 Et quod contractus alias de ſui natura inualidus obſeruari debeat. cap. cum contingat de iureiur. c. quamuis de pact.in 6.Menoch. conſil.401. numer.170.& ſeqq. Cyriac.contr.182.num.28.Pignatel. contr.27. num.16. in fin.cent.2.

92 Licetque obijceretur vulg.concluſio,quod iuramentum ſequitur naturam contractus, cui adijcitur, & adhæret,ac illius conditiones ſemper habet, & ſecundum eam intelligitur,& eandem iuris interpretationem recipit.Dec.in l. ſi conuenerit num.7 ff. de iuriſdict. omn. iudic.& in l.1.num.27.Cod.de pact. Tiraq. de conſtit. p.3. limit.7.num.35. Gallerat. de renunc.lib.5. cap.4. num.56. tom.1.Sperel.dec.169.ſub num.20. vbi concordan. tom.2. Mantic.de tacit.lib.4. tit.32. numer.89. tom.1. Rubens in pract.reſol.cap.95.num.215.Altograd.conſil.41. ſub num. 32.lib.2.Scacc.de iudic.lib.2.cap.2. num.423. & de commerc.§.2.gloſ.5.ſub num.130.Rota in rec.dec.696. numer. 4.p.2.dec.67.num.4.p.3.dec.586.numer.9.10.p.5.tom.2. deciſ.11.numer.21.& deciſ.27.numer.16.p.7. Annot. ad dec.1.num.42.p.8.& coram Seraph.dec.66.num.4. coram Canaler.dec.109.num.9. coram Duran. dec.281. numer.9. cor.Buratt.dec.281.num.16.& dec.581.num.9.cor. Pegn. dec.70.n.11.tom.1.dec.953.n.10.tom.2.cor.Merlin.dec.46. n.6.tom.1.

93 Adeovt ceſſante contractu tamquam inualido, nihil operetur iuramentum.Rubens in practicab. reſol. d. cap. 95.num.216.Rot.in rec.dec 16.num.17.p.8.& coram Pegn.deciſ.953. in fin. tom.2.& coram Buratt. deciſ.612.n. 7.tom.2.

94 Attamen pro eneruatione obiecti adducebam, dictam concluſionem non aliter procedere, quàm vbi ex veriſſimili mente iurantis deficit conſenſus, qui defectus nequit modò conſiderari; vt declarant Romin.ſen. conſil.627.col.1.Grat.conſ.139.n.8. lib.2. Gallerat. de renunc.lib.5.c.4.ſub n.57.verſ.pro declaratione, to.1. Scacc. de comm.& camb.§.1.q.7.p.2.ampl.19.ſub nu.135. verſ. quia reſpondeo, & fauet Rubens in Annot. ad Rot. in rec. dec.1.ſub n.42.p.8.

95 Ideoquè concludebam,effectum eiuſdem iuramenti, quoad validitatem dictæ ceſſionis, ſicquè quoad vinculum temporale tranſijſſe ad hæredes Hieronymi. Couar.in c.quamuis p.2.§.1.num.7.de pact. in 6. Gallerat. de renun.lib.4 c.4.ſub n.22.tom.1.Campeg.de dote q.11.n.4. p.4.Mancin.de iuram.p.4.q.14.eff.5. Surd. dec.159.n.24. Sperel.dec.170.n.46.to.2.Cyriac.contr.132.n.35.to.1.Andreol.contr.52.n.16.p.1.Rot.in diu.dec.641.n.15.p.1.& in rec.dec.351.n.2.ad fin.p.4.cor.Seraph.dec.805.n.4.& cor Duran.dec.1.n.24.ego ipſe in mea legal.colluct.2.num. 59.vbi concordan.

96 Secundariò,& principaliter reſpondebam, admiſſa ſine veri præiuditio nullitate ceſſionis; limitationem ex aduerſo allatam ceſſare in præſenti caſu;ea enim poſita, reſpectu defuncti, vt ſcilicet ipſe poſſet, ſi viueret factum proprium nullum infringere, & impugnare; vt in c.Magnæ 22.q.4.Surd.conſ.183.num.43.& conſil.284. num.1.14.Magon.deciſ.Florent.69.num.6.Antonin. reſol. 5.num.23.lib.1.Valaſc. conſult.69. num.14. Coſta de fact. ſcien.& ignoran.inſp.9.num.4.& ſeqq. Giurb. ad conſuet. Meſſan.c.14.gloſ.15.n.11.Fuſar.de ſubſtit.q.717.num.3. Barboſ.axiom.93.nu.24.ego ipſe in d.colluct.legali colluct. 2.n.30.

97 Firmabam, ipſam limitationem, & ſic factum proprium nullum, tunc demum potuiſſe impugnari à faciente defuncto, ſi nullitas prouenisset à non ſeruata forma præſcripta in faciendo actum eundem,ſecus, vt in præſenti, ſi exorta eſſet ob ſimplicem, ac abſolutam prohibitionem, & annullationem ipſius actus.Tiraq.de retract. lignag. §.26.gloſ.2.n.11.& de l.l.connub gloſ.8.n. 207.Caualc.de tutor.ſub n.162.Surd.d.conſ.284.n.14.

98 Itemque,eandem limitationem procedere, quando factum fuiſset geſtum in fraudem legis reſiſtentis, non autem,vt nunc,in contemptum diſpoſitionis hominis. Cephal.conſ.393.n.10.Surd.alleg.conſ.284.n.10.

99 Vt videmus præ alijs, quod alienans contra expreſſam prohibitionem teſtatoris nequit alienationi contrauenire, licet alienatio fuerit ipſo iure nulla, ſecundum tradita à Corn.conſ.104.n.7.lib.3.Crot.conſ.144. n. 17.lib.1.Natta conſil.145.n.18.lib.1.Cephal. conſ.261.n. 36.Burſat.conſ.173.n.61.lib.2 Honded.conſ.3.n.61. lib.1. Surd.d.conſ.284.per tot.Marzar.de fideic.p.2.qu.37. verſ. penult.Petra eod.tract.q.14.n.322.Fuſar. de ſubſt. q.717. n.5.6.vbi,quod ſibi hæc opinio magis probatur. Rot. in rec. dec.73.n.2.p.1.

100 Quod trahitur etiam ad hæredes alienantis, ſi tamquam hæredes reuocare alienationem voluiſsent, ſecus ſi vti vocati in caſum alienationis eam infringere intendiſsent.Cephal.conſ.318.n.89.101.Gabr. conſ.118. n.11. 12.lib.1.Surd.conſ.313. n.35. lib.3.& dec.242.cuius meminit Peregr.dec.Patauin.102.ſub n.8.Fuſar.d. q.717. n. 7.atque ita accipio Rotam in diu.dec.110.p.2.& in rec. dec.162.ſub n.10.verſ.immò dato,& ſeqq.p.8.

101 Et hinc dicebam, non turbare argumentum deductum à lege ad pactum: maximè cum procedat ſolummodò negatiuè,ſic inducendo:non poteſt fieri lege,ergo nec pacto; non autem affirmatiuè, vt poteſt fieri lege,ergo & pacto: ſicuti è conuerſo argumentum à pacto ad legem valet duntaxat affirmatiuè,ita poteſt fieri pacto,igitur & lege: ſed non negatiuè, ſic: non poteſt fieri pacto,igitur nec lege:maior etenim ſemper eſt vis, & poteſtas legis,quā paciſcentium:vti declaratur à Menoch.conſil.4.ſub n.32.verſ.non obſtat tertia lib.1.& ex ſe patet.

102 Eo motiuo, quod in primo caſu deducitur argumentum à maiori ad minus, atque ita procedere negatiuè,non verò affirmatiuè, docent Curt. iun. conſil.134. num.4.& conſ.339.num.59.60.lib.3.Surd de aliment. tit. 9.q.1.num.11.Solorz. de iure Indiar. tom.2. lib.2. cap.22. nu.26.Barboſ.loc.67.n.2. nouiſsimè Reuerendiſs. Fagnan. in c. cum in cunctis num.9. verſic. ſed à maiori de elect. in
103 ſecundo autem caſu deducitur argumentum a minori ad maius,& ſic admitti affirmatiuè, ſed non negatiuè,

ſiua: Curtiun.conſ. 99.num.30.Tuſch.litt.A,concl.301.
num 13.Menoch.d.conſ.4. num.32. in fin. Pacian. de pro-
bat.lib.2.c.19.28.num.41.Fariac.in prax.qu.34. num.10.
Barboſ.loc.73.n.2.Fagnan.in d.c.cum in cunctis num.9. de
elect.ego ipſe in legal.collect.9.n.143.

Et in omnem caſum ſubdebam, quod.

Aut nullitas huius ceſsionis eſt inducta in fauorem
tertij;& tunc certum eſt,quod à cedente dari nequit de
104 ea,tum, quia faciens actum prohibitum fauore tertij
contrauenire non poteſt.Menoch.conſil.99.nu.84. Surd.
105 conſ.283.num.9.vbi concordan.tum, quia nullitas non
poteſt allegari,niſi ab eo,ad cuius fauorem,eſt inducta.
Surd.conſ.1 num.84.et ſeqq.Giouagn.conſ.51.num.5.10.
lib.1.Gratian.diſcept.27.num.39.Poſt.reſol.1.num.50. et
reſol.126.num.16.Cyriac.contr.221.num.70. Sperel. dec.
155.num.54.tom 2.Scacc.de ſenten. gloſ.14. q.27. num.5.
verſ.prim i concluſio.Leoncil.dec.4.ſub num.5.Cancer var.
reſol.p.2.cap.3.num.113.Thomat. dec.276.num.1.11. et
dec.282.num 8.Rota in rec.dec.153.num.7.p.3. dec.224.
num.15.p.4.tom.2.dec.179.num.5. p.5. dec.51. num.4. p.
6.et dec.88.num.8.p.7.coram Buratt.dec.937.num.7.tom.
3.cor.Cardin.Otthobon.dec.100.num.13.cor.Millin. deciſ.
235.num.3.et dixi collect.8.n.77.

Aut nullitas prædictæ ceſsionis fauorem cedentis
præfefert,& tunc, cum ab ipſo fuerit eidem renuntia-
tum in inſtrumento,fruſtrà nunc contenditur regreſſus
ad illius auxilium, iam quod nullitas dicitur auxilium
Bald.in l.antiqua.§.fin.in fin.C.ad Velleian.Gallerat. de re-
nunt.cent.1.renunt.35.ſub num.1.& num.7.eſt enim cer-
106 tiſsimum, quod ſicuti huic auxilio nullitatis quis po-
teſt renuntiare.Iaſ.in l.pacta.num.20.C.de pact.Gail.obſ.
135.n.9.lib.1.Gallerat de renunc.35.n.7. & ſeqq. vbi ple-
107 nè: Ita renuntiatione facta fruſtra ad renunciata re-
greditur, cum, præter vulgata,ius renunciatione ſopi-
tum non reuiuiſcat.l.ſolèn prouidentia.C.de remiſs. pign.
l.quæritur.§.ſi venditor.ff.de ædilit.edit. l.tale pactum. §.
qui procurauit.ff. de pact. Bald. in c. ex tranſmiſſa num.2.
et nouiſsimè Fagnan.num.13.de renunc. Surd. de aliment.
tit.8.priuil.65.num.2. Gallerat. de renuntiat. lib.2. cap.5.
num.8.tom.1.Salgad.in Labyrint.credit.p.3.c.12. ſub n.7.
tom.2.

108 Aut tandem nullitas eiuſdem ceſsionis eſt inducta
in odium ipſiuſmet cedentis, & tunc eſt certiſsimum,
quod ab eo tanquam illius auctore nequit adduci. Poſt.
reſol.128.num.16.Handed.conſ.27.num.33.vol.1.Cyriac.
in punct.contr.181.num.68.lib.1.& contr.416.n.10.lib.3.
Rubens in Annot.ad Rot.in rec.dec.510.n.24.p.5. tom.2.
Gregor.dec.140.n.10.

Ac ad motiuum vltimo loco per aduerſarios excita-
tum de dictæ ceſsionis neceſſaria approbatione facien-
da ab Eminentiſs.Legato Ferrar.adeovt eadem appro-
109 batione circumſcripta, ne dùm ceſsio fuerit nulla ex
congeſtis à Bald.in l.ſi incertos.§.deportatos, verſ.factum
quod eget.ff.de leg.3.Gutierrez de gabell. q.15.à num.11.
cum ſeqq.Auendan.de cenſib.c.55.num.6.et ſeqq. Salgad.
in Labyrint. creditor. par.1.cap.35.num.32. et ſeqq. vbi
plenè.

110 Sed adhuc ipſa approbatione non obtenta, licitum
ſit a præfata ceſsione diſcedere, & poſsit quilibet ex
contrahentibus pænitere, ſecundùm tradita à Thor.in
compend.dec.ver.aſſenſus an præſumatur p.1.Galleot. con-
tr.66.à num.15.Scharder. de feud. p.8. c.4. num.10. Olea
de ceſs.iur.et action. tit.8. quæſt.3. ſub numer.22. Salgad.
in Labyrint. creditor.p.1.cap.33.à num.21. et p.2. cap.20.
num.40.

111 Hìc aduocata illa concluſione, quod facta aliena-
tione bonorum Eccleſiaſticorum, cum reſeruatione
beneplaciti Apoſtolici, ante illud obtentum eſt locus
pænitentiæ, & licet ab illa reſilere; vt per Gratian. di-
ſcept.514.num.7.8. Mareſcot. var.reſol. lib.1. c.14. num.
1.Ricc.in prax.fori Eccleſ.p.1.dec.33.nu.1. in p. edit. Man-
gil.de euict.q.125.num.20.Barboſ.clauſ.3.in fine. Salgad.
in locis ſupra allegatis,vbi adducit S. Rotæ deciſiones.

Dicebam, nullibi apparere, præfatam approbationem
huius ceſsionis fuiſſe neceſſariam, ideoquè non eſſe
figmentis inanibus ſupponendam.Rota cor. Andrea dec.
78.num.16.

Atquè malè inferri a neceſsitate eiuſdem approba-
tionis in conceſsione Appaltus dictarum Vallium
Communitatis facienda ab eius miniſtris, ad neceſsita-
tem ipſiuſmet approbationis in ceſsione præfati Ap-
paltus ineunda a conductore erga tertium.

Cum in primo caſu, ideò requiratur approbatio
Eminentiſs.Legati: vel,quia huiuſce Ciuitatis ſic ſe ha-
112 bet conſuetudo, vtique obſeruanda in iſtis appalti-
bus, ſeù locationibus bonorum Communitatis, iuxta
ſancita à Sanct.memor. Clement. VIII. in Bulla de bono
regim.ne.§.17. edita ſub die 5. Nouembr.1592. et de qua
in Bullar.nouo to.3.Bulla 10. et apud Cohel. in ſua collect.
Bullarum.f.72.cum ſeqq.Vel,quia cum agatur de maiori
113 negotio illius Communitatis, plerumque ob maxi-
ma præiuditia periculis ſuppoſitæ, cautius, & plenius
eſt conſulendum.l.1.§.ſed et ſi quis. ff. de carbon. edict. l.
manifeſtiſſimi. Cod. de Furt.c. vbi periculum de elect.in 6.
Surd.conſ.163.num 20.Gratian.diſcept.669.n.19. Barboſ.
axiom.177.n.1.vbi concordan.

114 In ſecundo autem caſu: nec conſuetudo prædicta
concurrat,quę ſi allegaretur, foret in ſpecie probanda.
Poſt.reſol.68.num.106.Rot.in rec.dec.97.num.18. et dec.
278.num.11.p.8.coram Eminentiſs. Otthobon. dec.39. nu.
10.ego ipſe in legal. collect.14. num.126. vbi concordan.
115 nec præiuditium Communitatis conſideretur, cum
eadem ceſsio,tamquam res inter alios acta eidem præ-
iudicare non poſsit.l.ſæpè conſtitutum. ff. de re iudic. l. ſi
petitor.ff.de iudic.l.res inter.ff.de reg.iur.c. inter dilectos,
de fide inſtr. c. veniens de tranſact. Surd. conſil.577. num.
25.Menoch.conſ.103 n.7.Barboſ.axiom.199.num.11. qui
plures allegat.Rota in rec.dec.51.numer.10 p.6.dec.97.nu-
mer.14.p.7.et dec.161.num.17.p.8.et dec.30. num.26.p.9.
tom.1.

Quinimò maior indè vtilitas pro ipſa Communita-
te reſultet, dum ceſsionarius obligando ſe eodem mo-
do,quo cedens erga illam tenetur,poſsit ab ea pulſari,
iuxta tenorem obligationis cedentis, tametſi Appaltus
non fuerit a principio acceptus,cum facultate illum
alijs cedendi, ex vi ſtipulationis initæ ad fauorem eiuſ-
dem Communitatis, ſuum vtique producentis effe-
116 ctum, attenta diſpoſitione noſtri Stat. Ferrar. lib.1.
Rub.92. vbi ſancitur, quod alter etiam priuatus alteri
etiam extraneo,et cuius poteſtati ſubditus non ſit, poſſit ſti-
pulari,et acquirere actionem,abſque ulla ceſſione, et ratifi-
catione; ſuper quo edidit pulchra Commentaria Pigant.
117 obſeruans n.1.quod nemo dubitat, huiuſmodi Statu-
tum eſse de iure validum, & præ alijs allegat Tort. ad
Stat. Papiæ Rub.65. in princip. Mantic. de tacit.et ambig.
conuen.lib.14.tit.28.in fine tom.2.adde Ancharan. iun.q.
38.n.7.lib.1.Carpan.ad Stat. Mediolan.c.337. n.9. tom.1.
Gomez de contract.tom.2.c.11.ſub num.18.in 6.caſu verſ.
quia lex Statutum; cuius meminere Salgad. in Labyrint.
creditor.p.2.c.16.n.77.Olea de ceſs.iur.et action.tit.4.q.9.
ſub n.37.

118 Atque conſiderata iuris communis diffinitione ſe
habente,quod poſito intereſſe ſtipulatoris, vt in præ-
ſenti reſpectu Hieronymi cedentis, & ſtipulantis pro
Communitate,ſtipulatio alteri facta validè ſubſiſtit, l.
ſtipulatio.§.ſi ſtipuler alij.ff.de verbor.oblig.Mantic. de ta-
cit.d.lib.14.eod.tit.28.num.4.et ſeqq.Salgad. in Labyrint.
creditor.p.2.d.cap.26.numer.76.89. Pigant.ad d. Rub.92.
ſub

Digitized by Google

ſub num.3.verſic.ille præ cæteris. Olea d.quaſt.9.ſub num.
36.nouiſſimè Oroz.de apicib.iur.ciuil.lib.2.cap.13.num.4.
Rota in Leodien. pecun.28.Iunij 1647.cor.Bichio.

119 Adeovt in terminis de ſocijs admiſſis in alijs con-
ductionibus ſe obligantibus ad fauorem locatoris, vt
ſcilicet locator contra eos agere poſsit, quamuis con-
ductio non fuerit acceptata ab initio nomine ſocietatis,
vel ſociorum deindè nominandorum, concurrentibus
ſuperius traditis, ſic docuerit plenè Guttierez pract. q.q.
lib.2.q.59.num.22.cum ſeqq. cuius verba tranſcribit Sal-
gad.in Labyrint.credit.p.2.d.c.26.n.75.& ſeqq. & memi-
nit Olea de ceſs.iur.& action.tit.3.q.5.n.18. ad fin. ac for-
tius conducunt Carleual.de iudic.lib.1.tit.3.diſp.10.n.4.5.
6.tom.2.Curia Philip.tom.1.p.2.§.9. num.3. in fine. Ton-
dut.q.q. ſeù reſolut. ciuil. cap.59.ac alijs apud ipſos viden-
di.

Accedente præſertim iuramento D.equitis ceſsiona-
rij, & promiſſoris, quod tamquam in fine inſtrumenti
poſitum, cum promiſſione non contrauenieudi, & om-
nia attendendi, ac obſeruandi, non minus refertur ad
omnia contenta in eodem inſtrumento. Roland.conſ.25.
num.29.cum ſeqq.lib.2. Mancin.de iuramen. eff.85. nu.1.
Mareſc.var.reſol.lib.2. c.27. num.15. Medic. dec. ſeneuſ.
29.num.6. Andreol.contr.79.num.13.p.1.& contr.134.n.
76.p.2.

120 Quàm operatur, vt ſtipulatio ad fauorem alterius
vtiquè ſubſtineatur. Ruin.conſ.49.num.7.& conſil.209.n.
10.lib.1.Pariſ.conſ.107.numer.51. lib.3. Socin.iun.conſil.
118.num.12.lib.2.Natta conſil.534.num.7.Roland. conſ.
19.num.30.lib.1.Rimin.iun. conſ.242. num.155. & ſeqq.
Mantic.de tacit.lib.14.d. tit.28. nu.52.53. vbi concordan.
adde Seraph. de priuil. iuram. priuileg.24. per tot. Borell.
in ſumm.dec.tit.60.num.145.tom.1, Pignatel. contr.34.n.
34.cent.2.

121 Nec non obligatione camerali in eadem ceſsione
inſerta, quæ ſecum affert ſtipulationem Notarij pro
omnibus, quorum intereſt. Beltramin.ad Greg. dec.97.n.
6.Zacch.de oblig.Cam.q.5.ſub num.8.& queſt.23.num.2.
Rot.ibi poſt tract.dec.97.num.1.dec.174.num.14.dec.189.
num.13.& dec.221.num.5.& in rec. dec.540. num.13. p.
4.tom.3.dec.397.num.5.p.5.dec.285.num.9.10.p.6. dec.
122 46.num.7.p.7.cor.Buratt.dec.788.num.3. primariò ta-
men, vt nunc, & non ſecundariò. Zacch. de oblig. Camer.
q.5.num.9.Rota cor. Duran. dec.27. numer.12.13. & poſt
Zacch. vbi ſuprà dec.191. num.12. dec.267. ſub num.12.
123 13.ac dec.274. num.6. ac reſpectu habentium cauſam
ab obligatis, & in inſtrumento nominatis, provt in præ-
ſenti.Rot.in rec.d.dec.540.num.14.p.4.tom.2.& poſt Zac-
ch.de oblig.Camer.dec.274.ſub num.8. & in Roman. dotis
31.Ian.1652.§. non obſtat in fine coram Bicchio, eſt nunc
poſt Salzad.in Labyrint.credit.dec.3.n.13.

124 Eruta ex prædictis inſuper modificatione illius con-
cluſionis, quod ad hoc, vt inter locatorem, & ſocium
aſsumptum à conductore oriatur actio locati, & con-
ducti, requiritur expreſsus conſenſus ipſius locatoris,
de qua Rota in Roman.præten ſ.ſociet.12.Iun.1645. §. non
obſtat, quod conductor coram Eminentiſs.Otthobon. nunc
in eius impreſs.dec.40.n.33.vbi concordan.

Quam, & ſolummodò obtinere, quando principalis
conductor vellet ſe eximere ab obligatione facta ad fa-
uorem locantis: ſecus vbi conductor non intendit ſe
eximere a dicta obligatione, vt in præſenti, cum ſic non
tractetur de præiuditio locatori, ſed imò de eius maio-
ri intereſſe, ob pluralitatem obligatorum, dixerunt Pa-
riſ.conſil.82.num.4.5.lib.1.Gratian. diſcept.547. num.45.
46.& ſeqq. tom.3. Rota in rec.dec.208.n.6.p.4.

Et ſic cum non ſit neceſſarius approbationis præfa-
tæ interuentus, fruſtrà ſubduntur, quæ in motiuo con-
tinentur in tantum, vt etiam ſi fuiſset facta reſeruatio
125 impetrandi eandem approbationem, adhuc ea non
impetrata ceſsio minimè vitiaretur. Salgad.in Labyrint.
creditor.p.2.c.23.num.60. præſciſsa clauſula in reſerua-
126 tione non alias, aliter, nec alio modo, nam ea extante re-
quireretur approbatio, & ſi non neceſsaria in vim initi
127 pacti; provt de beneplacito Apoſtolico in aliquo con-
tractu non neceſsario, obtinendo tamen ſi fuerit reſer-
uatum cum dicta clauſula, dixerunt Barboſ. clauſ.81. nu.
26.Salgad.d.par.2.cap.17.num.27.28.80.81.Rota coram
Greg.dec.192.n.1.& ibi Add.n.3.cor. Buratt. dec.374. n.
1.12.& ibi Ferentil.num.17.coram Cardin. Otthobon. dec.
147.n.8.9.& in rec.dec.545.ſub num.3.4.p.4.et dec.561.
n.2.6.p.5.tom.2.

Neque in omnem euentum apparere poſset, ceſsio-
nem prædictam fuiſse ineundam cum approbatione
Eminentiſs. Legati, induceretur nullitas illius, hac non
adhibita, niſi vlterius conſtaret, eandem approbatio-
nem debuiſſe pro forma interuenire, vt præſupponunt
DD. omnes ex aduerſo allegati: ac conducit illa concluſio
qua firmatur; Statutum diſpoſitiuè loquens, & mandans
128 actum certo modo fieri, ſecum non afferre nullitatem
eiuſdem actus aliter facti, niſi modus ipſe requiratur
pro forma. Iaſ.in l.1.ff.de lib.& poſth.Maſcard. de gener.
Stat.interpr. concl.9. num.36.49. et ſeqq. Silnatic. iunior.
conſ.34.n.28.29.

Nec ſubſiſtit id, quod dicitur de pœnitentia contra-
hentibus permiſsa, ante obtentam approbationem;
quia præſciſa inhabilitate contrahendi, vt nunc, cum ad
ſummum reddatur ex illa contractus duntaxat condi-
129 tionalis, ſit, vt ipſe contractus ſit quidem imperfectus
reſpectu executionis, quæ ante conditionis euentum
obtineri nequit, ſed non reſpectu pœnitentiæ, cum verè
ſit perfectus ad finem, vt ab eo recedi non poſsit. l. ne-
ceſsario.§.ſi ità res.ff. de peric. et comm. rei vendit. Alex.
conſil.40.num.2.lib.5.Cephal. conſil.118. numer.28. Surd.
conſil.38.num.9.et conſ.268.num.50. Bellon. iun. conſ.85.
num.23.Gionagn.conſil.71. num.15. lib.1. Ladercb. conſil.
42.num.5.Crauet.conſ.540.num.6. Decian. conſil.3. n.15.
lib.1.Gratian.diſcept.514.num.18.tom.3.Mangil.de euict.
q.125.num.12.et ſeqq.Carleual. de iudic. lib.1. tit. 3. diſp.
23.num.22.et ſeqq.tom.2.Giurb.de ſucceſs.feud.§.1. gloſ.
15.num.65.Olea de ceſs.iur.et action.tit.8. q.3. ſub numer.
23.Intrigl.dec.21.Rota in rec. dec.174. num.9. et numer.
19.p.6.eſt coram Merlin.dec.568.num.9.19.tom.2.

130 Et concluſio allata circa pœnitentiam permiſsam,
antè obtentum beneplacitum Apoſtolicum alienatio-
nis rei Eccleſiæ, procedit ſolummodò fauore Eccleſiæ
ex ſpeciali priuilegio, vt ſcilicet ea poſsit pœnitere, ſi
velit; non autem fauore contrahentis cum illa, ipſe
namque non poteſt pœnitere, Eccleſia renuente, vt pul-
chrè, & latè declaratur à Reuerendiſs.Sperel.dec.155. nu.
51.et ante numer.62. tom.2.Teodoſ.Rubeo in ſing.Rot.Ro-
man.p.1.circa deciſ.Aldobrand.in Pampilonen. Paroch. de
Sangueſſa 3.Martij 1578. (quæ eſt, ac dec.573.p.1. in di-
uerſ.) declarantur iſta vol.1.Rota coram Eminentiſs. Man-
tic.dec.201.per tot. Ex quibus, & alijs in hac difficultate
concludebam pro validitate dictæ ceſsionis appaltus
Vallium ſequutæ de anno 1658 ſub die 31.Iannar.ex rogi-
tu D.Franciſci Vitalij Notar.Comaclen.mihi ſemper cariſ-
ſimi.

Sed reaſsumendo præcipuum noſtrum quæſitum ſu-
perius expreſsum D.D. videntur in reſolutione illius
valdè torqueri.

131 Alij namquè ad fauorem ſubconductorum reſpon-
derunt, firmando, eoſdem licitè, & iuſtè retinere bona
ſubconducta virtute eorum contractus, neque poſse
expelli à locatore, cui a primo conductore ſolutiones
penſionum minimè factæ fuere, quotieſcunque ipſi ſub-
conductores conuentam penſionem eidem conductori
ſolue-

ſoluerint;& inter ſic aſſerentes all egantur. *Bart. in l. 1. §. neceſsario, vbi Alex. in Annot. ff ſi ventr. nomine. Bald. in l. ædé. num. 10. Cod. locat. Gomez de contract. tom. 2. c. 3 num. 12. in fine. Caroc. de locat. & conduct. p. 5. tit. de inuecti. q. 3. n. 7. Cancer. var. reſ. p. 1. c. 14. ſub nu. 3. verſ. dixi niſi. Raginel. pract. q. q. c. 33 n. 15. de quo Antreol. contr. 347. num. 17. p. 5.*

132 Contra verò ſub conductores, vt nempè licitè retinere nequeant bona ſubconducta, ab iſque poſſint expelli à locatore, & ſi ſoluerint penſiones primo conductori, quoties eidem locatori penſiones ab ipſo primario conductore non fuerunt ſolutæ, ſcripſerunt *Bald. in l. certa. C. vt in poſſeſs. legat. Marcabr. conſil. 49. ſub numer. 105. & ſeqq. Oſaſch. conſ. 4. num. 43. Coſt. de fact. ſcien. & ignoran. cent. 2. diſtinct. 92. à num. 5. Caroc. de locat. & conduct. par. 4. tit. de neceſsit. vſus quaſt. 14. princ. num. 30. 31. Pigant. ad Stat. Ferrar. lib. 2. Rubr. 34 n. 26. tom. 1.*

Omiſsis ſcribentium altercationibus, & reſtricta difficultate ad proprios terminos propoſiti caſus, obſeruandum eſt.

133 Quod, licèt de iure conductor moroſus in ſoluendis penſionibus poſsit duntaxat expelli ad tempus, quouſque ſcilicet penſiones ſoluat, & non patiatur ipſo volente reſolutionem locationis, quæ tanquàm contractus nominatus per non adimplementum haud reſoluitur; ex *Antonel. de temp. legal. lib. 1. c. 39. n. 3. Rot. cor. Pegn. dec. 554. n. 7. & ſeqq. in impreſs. Venet. alias dec. 694. n. 5. 6. ex typo Lugdun. tom. 1. & fauet cor. Gregor. deciſ. 130. num. 1. 2.*

134 Nihilominus, vbi adeſt pactum reſolutiuum locationis in caſu non ſolutarum penſionum à conductore, vt in præſenti, vltra expulſionem, reſoluitur etiam locatore volente ipſa locatio, penſionibus non ſolutis. *Antonel. d. c. 39. ſub num. 3. verſic. quando in inſtrumento. Rota coram Pegn. d. dec. 694. num. 5. in fine*: Stante etenim dicto pacto, benè intrat concluſio, quod in caſu non adimplementi contractus quilibet, & ſi nominatus reſoluitur *Alex. in l. ſi Inſulam. n. 43. & ibi Ripa num. 16. ff. de verbor. obligat. Grat. conſ. 93. num. 61. lib. 1. Cæphal. conſil. 25. num. 26. Mareſcot. var. reſol. lib. 1. cap. 90. num. 1. Niger. de except. cap. 9. §. 11. num. 31. 32. Gratian. diſcept. 307. n. 3. et ſeqq. tom. 2.* Sicuti, & quando adimplementum reſpicit cauſam finalem ipſius contractus, nam illa deficiente reſoluitur quoquè contractus nominatus. *Crauet. conſil. 299. num. 1. lib. 2. Roland. conſ. 69 numer. 38. & ſeqq. Bec. conſ. 45. num. 29. Surd. conſil. 68. n. 21. & conſil. 381. num. 6. Niger. d. §. 11. num. 5. 21. 22. & num. 33. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 12. num. 54. tom. 1. Mareſc. d. c. 90. ſub num. 7. Rota cor. Greg. d. dec. 130. n. 4. & ibi Add. n. 7.*

Qua propter locatione nunc in vim huiuſmodi pacti reſoluta, ſicque iure conductoris Nemoris eliſeæ extincto, ſuccedit regula, afficiens quoquè ſubconductores,
135 quod reſoluto iure dantis, reſoluitur & ius accipientis. *l. ex vectigali. ff. de pign. l. ſi ex duob. §. 1. ff. de in diem adiect. c. nuper de donat. inter vir. & vxor. Tuſch. litt. R, concl. 272. tom. 6. Barboſ. axiom. 135. nu. 6. Acoſta de priu. creditor. in præfat. ad regul. 1. num. 7. cum ſeqq. vbi multis exornat exemplis nouiſsimè Fagnan. in c. quæ in Eccleſiarum num. 56. de conſtit. Poſt. de ſubhaſt. inſp. 66. numer. 9. Leoncil. dec. 96. num. 3. Amat. reſol. 88 numer. 8. lib. 2. Cyriac. contr. 23. num. 15. Larrea dec. 76. ſub numer. 5. Rot. in rec. dec. 415. n. 15. p. 4. tom. 2. dec. 86. num. 2. p. 5. dec. 182. num. 8. & dec. 189. num. 12. p. 6. coram Pegn. dec. 639. numer. 7. tom. 1. coram Cardin. Millin. dec. 200. num. 8. coram Duran. dec. 445. n. 30. tom. 2. cor. Buratt. dec. 286. n. 11. cor. Cauaker. dec. 384. n. 4.*

Hocque in caſu libenter poſteriori ex recenſitis D. D. ſententijs adhęreo; ob illud præ alijs efficaciſsimum motiuum.

Quod ſubconductores reſpectu principalis locatoris non potuerunt aliter ſubconducere pertinentias dicti
136 nemoris, quam iiſdem modis, & pactis, quibus conductor nemus præfatum conduxerat; cum ipſis nequiret plus iuris, quàm iſti comperere. *l. 2. C. de pæn. c. nemo de reg. iur. in 6. Olea de ceſs. tit. 6. q. 11. n. 56. Barb. axiom. 160. num. 2. Rota in rec. dec. 5. n. 18. p. 6.*

Neceſſariò dicendum eſt, eoſdem ſubconduxiſse eo pacto, vt conductore non ſoluente penſiones locatori, eſſet locus nè dum illius expulſioni, ſed & locationis reſolutioni, quemadmodum, vt dixi, cum ipſo conducto-
137 re fuerat conuentum: quandoquidem ipſi ſubconductores, ceù ſubrogati in locum eiuſdem conductoris omnes qualitates, quibus ille afficiebatur, aſſumpſerunt *l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cau. Bart. in l. 1. §. hac actio. ff. ſi quis teſt. lib. eſſe iuſs. fouer. Socin. iun. conſil. 74. n. 4. lib. 3. Menoch. conſ. 70. n. 10. 11. lib. 1. Tuſch. litt. S, concl. 757. tom. 7. Caſtil. contr. iur. lib. 4. cap. 36. num. 51. & ſeqq. Thomat. dec. 299. n. 4. 5. tom. 2. Gratian. diſcept. 624. nu. 2. & ſeqq. ac diſcept. 943. n. 27. Barboſ. qui innumeros dat concordan. axiom. 213. n. 1. Rot. in rec. dec. 482. num. 1. p. 4. tom. 2.*

Succeſſiuè facto loco expulſioni conductoris, & reſolutioni locationis in vim dicti pacti, & ità ob non ſolutas penſiones locatori, ipſoſmet ſubconductores pariter voluiſse ſubiacere expulſioni, & reſolutioni ſubcondictionis; ne alias eſsent melioris conditionis, quam
138 eorum auctor contra regulam, de qua in *l. fin. §. 1. ff. ad Velleian. l. in omnibus. §. non debeo de reg. iur. Dec. in l. aliud eſt vendere. §. vlt. ff. eod. Gratian. diſcept. 653. num. 73. tom. 4.*
139 Et ne tamquam dependentiam ab eodem conductore habentes ſepararentur ab illo, vti eorum origine, & principio, aduerſus notata in *l. 3. §. fin. ff. de lib. & poſth. Marcabr. in terminis d. conſ. 49. n. 107. confert Rota in rec. dec. 348. n. 10. p. 4. tom. 2.*

Et conſequenter illud actum fuiſſe, vt diſpoſitum quoad conductorem, traheretur quoquè ad ipſos ſub-
140 conductores, cum eos aſſumendo, reſpectu illius, veluti conductores; ex *Raginel. pract. q. q. c. 33. nu. 22.* ſicquè
141 tamquam correlatiuos, ex quo conductor, & locator ſunt huiuſmodi. *Marſil. ſing. 615. ad fin. Surd. conſil. 400. ſub num. 29. lib. 3. Gratian. diſcept. 376. num. 24. tom. 2. & diſcept. 534. num. 55. tom. 4. Cyriac. contr. 62. ſub numer. 1. tom. 1.*

142 Intret illud axioma vulgatum, quod correlatiuorum idem eſt iudicium, eadem diſciplina, & diſpoſitum de vno trahitur ad alterum. *l. fin. ff. de acceptil. l. ſi quis ſeruo. C. de furt. l. 1. C. de tranſact. Vela diſſert. 4. num. 96. Sanctarel. reſ. 31. num. 31. p. 1. Giurb. dec. 86. num. 20. Surd. dec. 52. num. 5. & dec. 218. num. 10. Barboſ. clauſ. concordan. axiom. 61. num. 1. Farinac. in fragm. crimin. litt. E, n. 235. Tuſch. litt. C, concl. 1041. tom. 2. Mangil. de imput. qu. 42. num. 8. Rot. in rec. dec. 607. n. 29. p. 4. to. 3. & dec. 458. n. 10. p. 5. tom. 2.*

143 Prout etiam in terminis locatoris, & conductoris dixerunt *Surd. d. conſ. 400. n. 29. Gratian. d. diſcept. 534. n. 55. Cyriac. contr. 62. n. 1. 2.*

144 Atquè ità demum concluſum fuiſse, vt cum deſtructione iuris conductoris, deſtructio quoquè iuris ſubconductorum dimanaret, remotoque conductore, remouerentur & ipſi ſubconductores, natura correlatiuorum retenta. *l. filio. §. matri. ff. de admen. leg. l. fin. ff. de accept. Farinac. d. litt. E, num. 237. Fuſar. de ſubſt. q. 257. n. 60. Barboſ. d. axiom. 61. num. 2. & ſub num. 3. Mel. alleg. 18. num. 115. lib. 1. Rota in rec. dec. 567. ſub num. 8. p. 3. & dec. 62. num. 68 p. 5. cor. Duran. dec. 76. num. 59. tom. 1. & cor. Buratt. dec. 325. n. 9. tom. 2.*

145 Ac vt præciſim, quod reſoluto iure conductoris, reſoluatur etiam ius ſubconductoris, dixit *Pigant. ad Stat.*

Digitized by Google

Stat.Ferr.lib.2.A.Rub.34.num.5.tom.1.

Secundum prædicta fuit, non tantùm de anno 1662. omninò practicatum, reſpectu ſubconductorum nemoris,eliſea, qui non aliter inſiſtendo ſe concordauerunt cum principali locatore.

Verum, cum huiuſmodi difficultas excitata *à ſubconductoribus quarundam Apothecarum contra D. Nicolaum Thomaſium Comaclenſem primarium illarum locatorem ergà D. Io: Georgium Vermeſanum Conductorem, prætendentibus ipſis ſubconductoribus, non eſſe locum eorum expulſioni, ob ſolutas ab ipſis præfato Conductori penſiones,* fuerit trutinæ iuditialiter ſubmiſſa, *iuxtà pariter ſuperius concluſa contra ſubconductores fuit iudicatum in Prætorio Comaclij,tempore, quo* Excellentiſſimus Dominus Petrus Mezzogorius *lances ſacro ſanctæ Aſtreæ iuſtiſſimè pertractabat de anno 1663.ſub die 28.Iunij per acta D.Gilij Caroli Actuarij Comaclen.*

COLLVCTATIO XXXVIII.

ARGVMENTVM.

Contractuum à minoribus, & mulieribus ſine ſolemnijs Statutarijs initorum nullitates adducuntur. *Stat. Calderol.lib.3.Rub.26.& Conſtit.ægidian. lib.5.c.25.cum Add.Carpen.* latè examinantur. Statuentium laicorum facultas circa iuramentum trutinatur. Ad reſtitutionem acceptorum per minores, & mulieres ſine ſolemnitatibus,quando ſit deueniendum, propoſito caſu in terminis depoſiti, illiuſque materia non leuiter deducta, pleniſſimè diſcutitur.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Calderol.lib.3.Rub.26.affertur,& num.19.vbi etiam declaratur. Sicuti & n.71.73.76.78.*

2 *Contractus minorum,& mulierum, cum omiſſione ſolemnitatum Statutariarum geſtus,eſt nullus,etiam ſi omiſſio ſit leuis. Amplia n.3.4.5.12.13.14.*

6 *Calderola Terra eſt intrà fines Picæni, & in quo loco.*

7 *Conſtitutio ægidiana in toto ſtatu Eccleſiaſtico dicitur ius commune, & eſt in eo ſeruanda non diſponit circa contractus mulierum num.10.non habet locum,ſi in contractu adſit duplex iuramentum num.41.contra num.44.et ſeqq.ſed vide num.48.49.50.non impedit effectum iuramenti num.54. contra num.55. eſt laicalis num.57.non comprehendit perſonas,res, & cauſas Eccleſiaſticas, & ſpirituales num.58.illius confirmatio eſt Papalis numer. 64.contra num.65.& ſeqq.non habet locum, vbi adeſt Statutum particulare n.70.quando ſit ſeruanda,vel non reſpectu inſinuationis,vbi adeſt Statutum particulare, n. 71.cum ſeqq.*

8 *Addition. Carpen. ad conſtit. ægidian.ſunt ſeruandæ in Prouincia Marchiæ;non autem in loco poſito extra illam numer.9. mandant ſeruari ſolemnitates in contractibus mulierum num.11. Amplia, vt num.12.13.14.facta ad d.Conſtit.lib.5.c.25.quantas partes contineant, & quænam ſint, quiduè in ipſis diſponatur num.22. non diſponunt aliquid circa bina iuramenta appoſita in contractibus mulierum maiorum à numer.23.ad 40.vbi latè ſunt laicales n.62.*

15 *Veritas eſt ſemper ſectanda, et nihil poſſumus contra eam.*

16 *Mulieres poſſunt eſſe depoſitariæ contrahunt validè de iure communi,ſi ſint maiores,prout mares abſque ſolemnijs num.17.*

18 *Iuramentum confirmat, et reddit validum contractum alias nullum, ob defectum ſolemnium Statuti et nu.56. eadit per modum indirectum ſub facultate ſtatuentium laicorum num.19.contra num.20.non poteſt ab huiuſmodi laicis præſumi dolo, et metu extortum num.21.vbi etiam oſtenditur quomodò adiectum contractui geſto contra formam Statuti nihil operetur, et numer.51.59. 60.61.63.*

24 *Statutum, vt operetur correctionem in vno ſolum caſu contra ius commune, eſt interpretandum.*

25 *Minoribus vberius lex prouidet, quàm mulieribus.*

26 *Extenſio ſilet vbi intrat maioritas,vel minoritas rationis, et vbi adſunt diuerſæ orationes n.28.*

27 *Oratio, et periodus qualiter diſtinctim concipiatur.*

28 *Repetitio qualitatum non datur de vna oratione ſeparata ad aliam;nec vbi adeſt diuerſitas rationis num.29. Amplia num.30.nec vbi plus operaretur repetitio in caſu,ad quem fit repetitio, quam in caſu, in quo eſt facta expreſſio num.31.nec vbi ſumus in materia odioſa numer. 32.nec, quando poteſt induci, et non induci numer. 39. nec quanda reſultaret correctio iuris communis numer.40.*

33 *Dictio eandem eſt repetitiua præcedentium cum omnibus qualitatibus declara n.n. ſeqq.*

34 *Dictio repetitiua poſita in oratione perfecta, et diuerſa à præcedenti, non ſtat repetitiuè ſicuti nec quando adeſt diuerſa ratio, aut non eſt eadem æquitas n.35.*

36 *Expreſſum id dicitur,quod ſolum verificari poteſt.*

37 *Statuti vna pars ſuppletur ab alia, cum ſimilibus, contra num.38.*

40 *Ius commune eſt minus corrigendum, quam ſit poſſibile.*

42 *Obligatio Cameralis continet duo iuramenta addiecta contractui nulli nihil operatur n.46.poteſt conſiſtere ſine iuramentis n.49.*

43 *Iuramentum expreſſum probatur à verbis* iurans, &c. tactis, &c. *Non probatur ab inſtrumento irritata et à Statuto annullato,num.44. Declara vt num.48. contentum in obligatione Camerali non addit maius robur numer.45.*

44 *Inſtrumentum nullum, et irritatum, non præbet vllam probationem.Declara vt n.48.*

47 *Rotæ deciſiones nonnullæ dicuntur reuocatæ, iuncto num. 41.50.*

48 *Conſtit.ægidian. lib.5.c.25. non adimit fidem inſtrumentis.*

53 *Minores, ac mulieres poſſunt eodem dolo induci ad præſtandum vnum, ac plura iuramenta. Declara numer. 69.eadem facilitate præſumuntur minores inducti ad iurandum, quò ad contrahendum numer.68.Declara numer.69.*

66 *Confirmatio Papalis quænam dicatur.*

67 *Papa videtur in dubio confirmare Statuta laicorum tanquam dominus temporalis ſtatus Eccleſiaſtici.*

72 *Inſinuationis defectus eſt probandus ab allegante.*

73 *Dictio niſi poſt orationem negatiuam quid importet.*

74 *Contraria,et oppoſita quænam ſint,et dicantur.*

79 *Agens ad nullitatem, non autem ad reſciſſionem tranſactionis,ſeù alterius contractus poteſt audiri non facta reſtitutione acceptorum: detecta tamen nullitate tenetur ad reſtitutionem n.80.*

81 *Minores,et mulieres, ſtante nullitate contractus, non tenentur ad reſtitutionem acceptorum, niſi ſint facti locupletiores, et accepta verſa ſint in eorum vtilitatem.*

92 *Locupletatio minoris, ac mulieris, ac verſio in vtilitatem*

à quo

à quo ſit probanda, & n.n.83.84.85.86.87.88. et num. 118. vbi plenè, et ex quibus dicatur probata n.100. cum multis ſequentibus.

88 *Mutuum fuiſse verſum in vtilitatem minoris, quando ſit probandum.*

89 *Depoſitum pecunia numerata non clauſum, nec obſignatum, ſtat vſui depoſitarij dicitur irregulare num.94. et magis accedit ad naturam mutui n.96.*

90 *Depoſitum reiicit onus vſurarum, cum ex illo non debeantur.*

91 *Depoſitum in dubio præſumitur regulare.*

92 *Depoſiti dominium remanet penes deponentem. Declara num.94.*

93 *Depoſitarius, tenetur ſolum de dolo, et lata culpa. Limita num.95.*

97 *Mutuatarius acquirit dominium mutui tenetur de periculo, et caſu fortuito n.98.*

99 *Res quæ perit domino perit.*

109 *Præſumptiones ſimplices, non concludunt probando per neceſse, ſed per poſſibile. Declara vt numero 112. 113.*

110 *Probatio debet eſse certa, clara, et concludens per neceſſe; vbi requiritur plena non ſufficit præſumptiua iuſtificatio n.111.*

114 *Locupletationis ſpecies eſt probanda. Contra n.115. declara n.117.*

116 *Doctori non examinanti materiam, et alios ſimpliciter ſequenti eſt parum deferendum.*

119 *Deceptio non conſideratur in muliere recipiente pecuniam abſque onere.*

120 *Depoſitum eſt id, quod fidei alterius committitur.*

121 *Dolus non datur ſine machinatione.*

122 *Pæna non infligitur ſine culpa, & dolo.*

123. *Dolus, fraus, & culpa, præſumitur in eo, qui contrahit cum minoribus, & mulieribus ſinè ſolemnitatibus. Declara vt n.124.*

124 *Solemnitates Statutariæ in contractibus minorum, non requiruntur, vbi verè non adeſt in contrahente cum illis dolus; requiruntur in contractibus, in quibus minores directè, vel indirectè lædi poſſunt num.126. non requiruntur in obligationibus, quæ ex delictis dimanant numer.130.*

127 *Furtum committens tenetur condictione furtiua ad reſtitutionem rei furatæ: etiam ſi fur fuerit minor. nu.128. aut mulier n.129.*

129 *Mulier occupans rem ſuam, vel alienam propria auctoritate incidit in pænas iuris.*

131 *Depoſitarius denegans reſtitutionem depoſiti committit furtum idem eſt ſi vtatur depoſito inuito domino n.132. quod limita vt n.133.*

134 *Clauſula* omni meliori modo *operatur, vt dicatur deducta omnis actio neceſſaria.*

135 *Clauſula* ius, & iuſtitiam miniſtrari, &c. *operator, vt cenſeatur intentatum omne remedium magis fauorabile, & num.ſeq.*

136 *Actio, quæ colligi poteſt à narratis dicitur intentata, ſi adſit clauſula* ius, & iuſtitiam miniſtrari.

137 *Mulieres tenentur ad reſtitutionem pecuniarum, quas ſine ſolemnitatibus receperint, & contra mandata relaxantur in praxi.*

138 *Numeratio pecuniæ ex quibus verbis colligatur, & ex quibus excludatur, & n.139.140. vbi plenè.*

141 *Depoſitarius tenetur ſtatim requiſitus reſtituere depoſitum, & n.158. contra eum datur ſemper via executiua n.142. ſi ſit moroſus in reſtituendo depoſitum, tenetur ad intereſse n.143.*

144 *Inſtrumentum facit probationem manifeſtiſſimam.*

145 *Obligatio Cameralis continet obligationem damnorum, & intereſse.*

146 *Depoſitum factum in pecunia numerata admittit compenſationem contra num.149. admittit retentionem nu. 147. Declara n.151.*

148 *Compenſatio regulariter non datur contra depoſitantem agentem ad reſtitutionem depoſiti.*

150 *Opinio communis, vbi adeſt non eſt in praxi vlterius laborandum.*

152 *Depoſitarius ſoluens propria auctoritate, non liberatur. Amplia n.153. de ratione n. ſequenti Limita n.155. intellige, vt n.156.*

154 *Depoſitum debet reſtitui, vel deponenti, vel ſolui cui ille mandauit.*

157 *Culpa dicitur adeſſe in eo, qui tranſgreditur eius officium.*

159 *Depoſitarius ſpoliat deponentem, ſi depoſiti legem, non ſeruet.*

160 *Spoliatus eſt ante omnia reintegrandus.*

161 *Excellentiſſimus D. Franciſcus Maria de Gulielmis Camerien. laudatur.*

162 *Reuerendiſſimus D. Octauius Auins Vicarius General. Camerin. laudatur.*

DVo in præſenti cauſa poſsunt forenſi controuerſiæ ſubmitti.

Alterum an depoſitum *ſub die 17. Febr. 1648. ex rogit. Barnabei Vannij Notarij* ab Excellentiſs. D. Antonio Paulonio *de Calderola Philoſophiæ, ac medicinæ acutiſſimo Doctore, ac in iſta Comaclen. Vrbe Phiſico primario, omnique virtutum, ac doctrinarum genere valdè inſignito, & prædito* factum in manibus Magdalenæ Planæ non ſeruatis ſolemnitatibus præſcriptis in *Stat. eiuſdem terræ Calderol. lib. 3. Rub. 26. & in Conſtit. Aegidian. lib. 5. c. 25.* nullitati omnimodæ ſubiaceat.

Alterum an eiuſdem depoſiti data nullitate, poſsit ipſa D. Magdalena cogi ad illius reſtitutionem.

Quo circa binas inſpectiones mihi examinandas propono.

INSPECTIO PRIMA.

An, & quando depoſitum factum ſine ſolemnitatibus Statutarijs, & Conſt. Aegidian. in manibus mulieris ſit validum.

VIdetur dicendum, depoſitum fuiſse nulliter factum, & totalem infirmitatem præſeferre.

1 Si enim attendamus præfatum *Stat. Calderol.* certas continens ſolemnitates in contractibus, & obligationibus mulierum ſeruandas, nequit dubitari quin illis omiſsis, contractus, & obligationes earundem muliorum corruant, & funditus annullentur, vt *ipſo Stat.* clariſsimè diſponitur ibi *alias omnis contractus, ſeù actus faciendus, ſine dictis ſolemnitatibus, nullius ſit valoris, &*
2 *efficaciæ*; & generaliter in iſtis terminis, data etiam leui ſolemnium omiſsione, agnouerunt. *Fenzon ad Stat. Vrb. lib. 1. c. 151. n. 10. 13. Pigant. ad Stat. Ferrar. lib. 2. Rub. 90. n. 7. tom. 1. nouiſsimè Contr. diſcept. forenſ. cauſ. 75. n. 3. & per tot. lib. 1.*

3 Adeovt nec ciuilem, nec naturalem, ex indè obligationem oriri, ſtante expreſsa reſiſtentia eiuſdem Statuti, dixerint *Mantic. de tacit. lib. 21. tit. 1. nu. 4. Gratian. diſcept. 691. num. 24. tom. 3. Sabel. var. reſol. & reſponſ. c. 25. num. 5. 6. Pic. ad Stat. Vrb. d. c. 151. num. 8. Leoncil. dec. 110. num. 1. Barz. dec. 99. à num. 3. Rota coram Duran. deciſ. 18. num. 15. & ſeqq. poſt Salgad. Labyrint. credit. dec. 63. num. 1. 15. 19. cum alijs pleniſsimè congeſtis à Rubeo in Annot. ad dec. 81.*

Digitized by Google

dec.81.num.26.& multis ſeqq.p.8.in recent.& a me in legal.colluct.2. num.20.21. ac nuperrimè, poſt hæc ſcriptu editus Contr.d.cauſ.75.n.5.

4 Etiam ſi verſaremur in contractu vtili mulieribus, nam adhuc,omiſsa Statuti forma,non ſuſtineretur,cum & in eo,ipſam formam eſſe ſeruandam, & ſolemnitates fore adhibendas, notauerint *Laderch conſ.115.num.2. Marcabr.conſil.20.à num.66.Gratian.diſcept.27.in princ. tom.1.Simoncel.de decret.lib.3.tit.8.num.125.vbi de magis communi.Cenal.q.675.num.13.Sabel. var. reſol.c.87. num.25.Surd.dec.278.num.19.Pigant.ad Stat.Ferrar.lib.2.Rub.90.ſub num.5.verſ.verum pro affirmatiua,& ſeqq. tom.1.Fenzon ad Stat.Vrb.lib.1.cap.151.numer.45.Capitan.in voto ibid.impreſs.numer.29.Pic. ad idem cap.151. gloſ.7.num.184.187. Rota in calce eius operis deciſ.42.in fine,coram Seraph.dec.1242. ſub num.3. tom.2. cor. Merlin.dec.540.ſub num.17.tom.2.& in rec.dec.98. num.23. p.6.*dummodò tamen vtilitas ipſius contractus, non ſit omninò euidens. *Dec.conſil.532.Simoncel.d.tit.8.numer. 170.Rota coram Seraph. d. dec.1242.num.3.in fine, & in rec.d.dec.98.num.24.par.6.ac coram Merlin. d.dec.540. num.18.*

Cuius vtilitatis euidentia ſicuti nunc ceſsat,cum eam dici nequeat apparere,niſi per modos,hic non concurrentes, traditos *à Gratian.diſcept.27. numer.10.11.12. Cenall.comm.contra comm.q.675.num.20.21. Capitan. in d.eius voto impreſs.apud Fenzon.ad Stat.Vrb.lib.1.c.151. num.32.*

5 Ità in præciſo puncto depoſiti recepti à muliere ſine Statutarijs ſolemnitatibus,vt ſcilicet omninò ſit nullum non obſtante oblig.Camer.& iuramento, reſoluit in terminis ſanctionum municipalium Vrbis *Rota in Roman.depoſiti 13.Ianuar.1625.coram Coccin. de qua in rec. dec.497.ſub num.102. & ſeq. p.5. tom.2. ac in voto Capitan.penes Fenzon ad Stat.Vrb.ſub d.c.151.num.21. & in voto Aſſettamen ibid.impreſs.num.70. & in Apolog. Torin.poſit.pariter ſub alleg.c.151.inſp.1.p.2.dec.27.& inſp. 3.n.9.in fin.*

Si verò circumſcripto Statuto prædicto,attendamus
6 *Conſtit.Aegidian.eiuſque Addit.*iam quod Terra Caldarolæ cum ſita reperiatur intra fines Piceni, ſiuè Marchiæ Anconitanæ ad initium fluminis Chienti; *ex Leandr.in deſcript.Ital.region.13.§.nel luogo, oue mette capo.f. mihi 281.ad princ.col.2.in impreſs. Venet.*ligatur,ne dum iiſdem *Aegidianis Conſtitutionibus,*quæ in toto ſtatu Ec-
7 cleſiæ dicuntur ius commune, & in eodem ſunt ſeruandæ. *Spada conſ.148.num.6.lib.1.Sperel. dec.47. numer.6. tom.1.Farin.conſil.42.ſub numer.23.lib.1.Gratian.diſcept. 469.num.17.& diſcept.513. numer.16. in fin. Ridolph. in prax.p.2.cap.6.num.122.& ſub num.157.Scacc. de appellat.quæſt.17.limit.6.membr.2.ſub num.9. Rota in rec. dec. 561.ſub num.4.p.3.dec.67.numer.11.12.p.4. tom.2.dec. 591.numer.15.dec.610.num.1.tom.3.dec.238. num.16. & dec.260.num.3.4.p.6.dec.119.num.1.p.7.cor. Merlin. dec.205.n.3.& dec.601.ſub num.15.16.tom.2.poſt Zacch. de oblig.Camer.dec.162.n.3.& apud Poſt.de ſubhaſt. dec. 216.ſub n.1.*

8 Verùm,& *Additionibus* ad ipſas conſtitutiones factis *ab Eminentiſs.Cardin.Carpenſi;*iuxtà *Bull.Paul.3.incip.ex debito.39. in ordine antiq.impreſſ.* relatam *à Giluu. ad Stat.Peruſ.verb.conſtit.March. num.5. & verb. mulier n. 10.Gratian.diſcept.474.num.1. Poſt. reſol.128. numer.15. Ridolphin.in prax.p.2.cap.6.num.124.& in diu. dec.6. ſub num.3.p.4.& in alijs mox citandis:* quidquid ſecus foret
9 dicendum, ſi verſaremur in loco poſito extrà Prouinciam Marchiæ, nàm tunc iiſdem *Additionibus Carpen.* non eſſet deferendum;ex *eod.Ridolph.d. c.6. numer.125. Add.ad Buratt.dec.924.numer.20. Add. ad Gregor. dec. 260.num.17.Rot.coram Pegn.dec.1100.ſub num.4. tom. 2.apud Poſt.de manut.dec.58. num.27.28. coram Duran. dec.84.ſub num.27.28.tom.1.coram Merlin. dec.601. nu. 14.15.tom.2.poſt Zacch.de oblig.Camer. dec.227. num.6. poſt Pacific.de Salu.dec.208.num.6.& in diu.dec.6. ſub n. 3.p.4.in rec.dec.375.ſub n.5.p.3.& dec.88.nu.8. & deciſ. 561.in fin.ac dec.238.n.15.p.6.*

10 Licet in ipſis *Conſtitutionibus Marchiæ*, nihil diſponatur circa contractus mulierum, vt earum lectura patefacit,& obſeruatur *à Rota coram Pegn.d.dec.1100.ſub n. 3.verſic.quia fuit,cor.Merlin.d.dec.610.num.14. & in rec. dec.375.n.5.p.3.dec.238.num.14.p.6. & poſt Pacific. de Salu.d.dec.208.n.5.*

11 Nihilominus, cum *Additiones Carpen.* mandent ſeruari in earum contractibus formam præſcriptam ab iiſdem Conſtitutionibus;vt in *§ eandem formam;*ac ponderatur *à Rot. in rec.dec.375.ſub num.5.p.3.coram Pegn. d.dec.110.ſub numer.4. poſt Pacific.de Salu.ead.dec.208. ſub num.5.6.& in diu.dec.6.n.3.p.4. & in recent. dec.88. n.8.p.6.*

12 Sequitur quod forma præfata minimè obſeruata, & ſolemnitatibus præfinitis non interuenientibus,contractus ipſarum mulierum ſint inefficaces, & nulli; ex apertè diſpoſitis in ipſis *Conſtitutionibus d. cap.25.* cum notatis ibidem *à Boccat.in ſuis comment. gloſ.6. nu.134. cum multis ſeqq. ac præciſim traditis à Rota in Anconit. cenſus 27.Martij 1647.§.1. coram Peutinger. & in ead.9. Maij 1650.§.1.coram Eminentiſs. Otthobon. inter eius impreſs.deciſ.215.num.1.2.3.& apud Poſt. de ſubhaſt. deciſ. 216.numer.1.* Silente quoque ciuili, naturalique obli-
13 gatione illarum,vt per Roman.in terminis harum Conſtit. *conſil.12.num.4.& Rotam poſt Zacch.de oblig.Camer. d.dec.162.num.4.ac generaliter in rec.dec.262. numer.2. par.9. cum alijs alleg. ſup. numer.3. & colluct.16.numero 14.*

14 Etiamſi mulieres contrahant cum alijs mulieribus, pupillis,& minoribus, nam adhuc, ſi ſolemnia non ſint ſeruata nulliter contrahunt, & nullatenus obligantur, ex traditis in terminis iſtarum Conſtit. *à Rota in Roman. ſeù Peruſ.cenſ.23.Iun.1645. coram Bichio in Ancon. cenſus 27.Martij 1647.§.nam animaduertendum, & ſeq. cor. Peutinger.& in ead.1.Iul.1649.ſub §.placuit enim, coram Cerro,& 9.Maij 1650.§.non obſtat, quod mulier, coram Cardin. Otthobon. d. dec.215.num.5 6.7. & apud Poſt. de ſubhaſtationibus deciſ.216.n.3.4.*

15 Verùm his non obſtantibus, cum ex ſententia *Platon. ſermones noſtri ad gratiam minimè, aut ad id, quod iucundiſſimum,ſed ad id,quod optimum,Iuſtitiam,nempè, ac veritatem ſint componendi*, idcircò veritate ipſa ſpectata, iam quod non poſſumus aliquid aduerſus eam, ſed pro ea,*ex Apoſtol.ad Corinth.Epiſtol.2.c.13. num.8.* pro validitate dicti contractus depoſiti fore reſpondendum,ſecurius puto.

16 Nullibi etenim prohibentur mulieres poſse liberè recipere depoſitum, ſubindequè ipſas poſse depoſitarias,obſeruatur *à Tamburin.de contr.lib.9.tract.7.cap.5. §.2.ſub.num.1.* Et eſt indubitatum, ob concluſionem ſe
17 habentem, huiuſmodi mulieres validè, prout mares abſque vllis ſolemnijs contrahere poſſe de iure communi;vt *in l.2.C.ad Vellean.l.contractus.Cod. locat. Gratian.diſcept.756.num.24.tom.4..Altograd.conſil.15. num. 22.lib.2.Cyriac.contr.128.num.42.43.& contr.181.num. 28 29.tom.1.Cenc.de cenſib.q.15.nu.40. Pigant. ad Stat. Ferrar.lib.2.Rub.90 n.4.Rota in rec.dec.88.num.7.& decis.238.nu.13. p.6.cum alijs in mea colluct.legal.16.n.93. & colluct.ſeq.39.n.97.*

Neque obſtat achilleum fũdamentum iactum ab aduerſaria in omiſſione formæ, & defectu ſolemnitatum præfati *Statuti Caldarol.& Conſtit.Aegidian.d. c.25. nec non Addition.Carpen.ibid.appoſita.*

Quo

Digitized by Google

Quo enim ad *d.Stat. Calderol. lib.3. Rub.26.* dicitur, eius diſpoſitione ceſsare, nequè obtinere ſtante iuramento, tum implicitè, tum explicitè a d.D. Magdalena aduerſaria ſuſcepto, & præſtito in inſtrumento depoſiti de quo nunc agitur: propter namque vim, & efficaciam
18 ipſius iuramenti contractus, & ſi alias nullus, ob defectum ſolemnitatum, & formæ Statuti confirmatur, & redditur validus, iuxtà generalem concluſionem, de qua *D.D. in Auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vendit. Becc. conſil.110. num.9. lib.1. eugen. conſ.14. numer.20. cum ſeqq. lib.1. Ceual. comm. contra comm. q.502. Seraph. de iuram. priuil.61. num.4. Mancin. eod. tract. p.4. q.4. num.25. Corn. de abſol. à iuram. p.4. caſ.12. num.6. et infra Lambert. de contract. eor. §. fin. num.22. Simoncel. de decret. lib.3. tit.8. num.156. cum ſeqq. Carpan. ad Stat. Mediolan cap.328. num.423. tom.1. Pic. ad Stat. Vrb. d.c.151. gloſ.23. nu.1. Ambroſin. dec.14. num.25. p.1. Chartar. dec.18. num.4. Sperel. dec.46.47. tom.1. Andreol. contr.3. num.7. p.1. contr.134. num.57. cum ſeqq. p.2. Mel. alleg.1. num.25. lib.1. Ripa obſ.388. Cyriac. contr.182. num 28. tom.1. Altograd. conſ.5. n.46. cum ſeqq. lib.1. Rota in rec. dec.500. p.2 dec.212. n.16. p.4. tom.2. dec.497. n.133. p.5. tom.2. dec.294. n.11. p.6.*

19 Et non officit, ſi replicetur, quod in *d. Stat. Calderol.* non ſolùm annulletur contractus geſtus, ſine ſolemnijs præſcriptis, ſed inſuper *iuramentum, etiam ſi duplicatum fuerit præſumatur metu, & dolo extortum, & non obligatorium*; quaſi ſic per indirectum liceat ſtatuentibus laicis tollere vires iuramenti, vt dixerunt *Alex. conſ.151. n.3. & ſeqq. vol.7. Simoncel. de decret. lib.3. tit.8. num.165. Bertaz. conſ.88. num.61. cum ſeqq. Gratian. diſcept.233. n.58. Fenzon. ad Stat. Vrb. lib.1. cap.149. num.31. Pigant. ad Stat. Ferrar. lib.2. Rub.90. ſub num.37. tom.1. Anſald. de iuriſdict. p.2. tit.10. cap.5. à num.163. ad 176. nouiſſimè Nicolius in lucubr. ad Inſt. ciuil. lib.3. tit.21. ſub n.16. tom.1. ego ipſe in colluct. legal.43. n 86.*

20 Quoniam, circumſcriptis Statutis laicorum Papalibus, robur nempè habentibus a ſpecifica, ac indiuidua confirmatione Papę, vt *Stat. Vrb.* in cuius terminis emanauit *Rot. deciſ. in d. Roman. depoſ. cor. Coccin. vt dixi*, & inter quæ Statuta nequit connumerari *allegatum Statutum Calderolæ*, verior, certior, communior, & cætui fidelium magis conſona eſt opinio, cætera Statuta ſæcularia non poſse, nec directè, nec indirectè aliquid diſponere circa iuramentum, & aliquid diſponendo, eſse nulla, & inualida, vt pleniſſimè per *Mareſcot. var. reſol. lib.1. c.62. per tot. Gallerat. de renunt. lib.5. cap.4. numer 118. & num.120. tom.1. Mel. alleg.1. numer.26. lib.1. Andreol. contr.134. ſub numer.59. p.2. Rot. coram Buratt. dec.44. num.4. coram Merlin. dec.745. ſub numer.23. tom.2. in rec. dec.375. num.4. p.3. dec.212. num.18. p.4. tom.2. & deciſ.227. numer.24. par.7. ego ipſe in legal. colluct.43. numero* 84.

21 Sicque, quod eadem Statuta laicalia nequeant diſponere circa iuramentum, vt *in d. Stat. Calderol.* quod illud fingatur metu, & dolo extortum, ſed ad hoc, ne iuramentum aliquid operetur, poſse duntaxat præſumere contractum aliter factum, quàm ab ipſis ordinatum, dolo, metuuè initum, nulla iuramenti facta mentione, cum tunc ipſius iuramenti effectus, ac virtutes operandi ſileant, non ex vi facultatis Statuentium, ſed ex diſpoſitione iuris canonici, quæ iuncta diſpoſitioni Statutariæ adimit vires iuramento præſtito ſuper actu doloſo, ſeù meticuloſo, explicuere *Roland. conſil.49. num.27. lib.3. Corn. de abſol. à iuram. p.3. q.5. num.70.71. & p.4. caſ.12. Gallerat. de renunt. lib.5. c.4. numer.115. tom.1. Gratt. in diſcept.531. num.99. Andreol. contr.73. numer.6. p.1. contr.134. num.61.77. p.2. et contr.296. numer.31. p.4. Pignatel. contr.56. num.14. cent.1. Sperel. dec.47. ſub num.4. vbi concordan. Marth. de iuriſd. p.4. cent.1. caſ.72. num.26.27.28. Anſald. eod. tract. d.c.15. n.103.104. & à n.151. ad 161. Rota coram Buratt. dec.612. nu.8. poſt Zacch. de oblig. Camer. dec.4. n.17. cum alijs in mea legal. colluct.8. n.94. et d. colluct.43. n.85.*

Quo verò ad *Conſtit. Aegidian. & Addit. Carpenſ.* antequam vlterius procedatur, animaduertendum venit, diſpoſita *in ead. Addit. Carpen.* non vindicare ſibi locum, præter mox ſubijcienda, in præſenti facti ſpecie.

22 Et ſi enim ipſa Additio *tres partes contineat*: quarum *prima* reſpicit inſtrumenta omnia minorum: *ſecunda* contractus mulierum, etiam maiorum: & *vltima* contractus donationum, & iurium quorumcunque; non tamen æqualiter prouidet, ac diſponit circa inſtrumenta, & contractus perſonarum in iiſdem partibus contentarum.

Nam in *prima parte* reſpiciente inſtrumenta minorum, mandatur obſeruari *Conſtit. Aegidian.* in ipſis inſtrumentis fiendis, etiam cum duplici iuramento appoſito ſuper dictis inſtrumentis, & per dictas minores præſtito,

In *ſecunda verò parte* reſpiciente contractus mulierum, mandatur quidem, ſeruari eandem formam præſcriptam *in Conſtit. Aegid.* ſed nihil diſponitur, aut additur circa duplex iuramentum appoſitum ſuper dictis contractibus, & per ipſas mulieres maiores præſtitum.

Et in *tertia, ac poſtrema parte* pariter, ac in *ſecunda* ſancitur.

Vndè ex partium *dictæ Additionis* germana diſtinctione liquidò elicitur, reſpectu contractuum mulierum maiorum, & reſpectu donationum, ac iurium fuiſſe ſimpliciter demandatam obſeruantiam ſolius formę traditæ in *Conſtit. Aegid. d.c.25.*

Quod ſicuti ex clara lectura *ipſius Addition.* ni fallor apertè deſumitur, ità non fuiſse per eandem aliquid additum, ſeù diſpoſitum, circa bina, aut plura iuramenta, ſuper hiſce contractibus mulierum, maiorũ, donationum, & iurium appoſita euidentiſsimè comprobatur.

23 Tùm, quia ſi *Additio præfata* voluiſset, vt in iſtis contractibus mulierum maiorum obſeruaretur dicta forma, etiam accedentibus binis iuramentis ſuper illis, vtique hoc expreſsiſset, ſicuti reſpectu contractuum per minores faciendorum expreſsit, vt generaliter argumentatur *Alba conſ.328. num.26. Altograd. conſ.60. n.41.63. lib.2. contr. diſcept. forenſ. cauſ.13. numer.14. lib.1. Cyriac. contr.400. num.61. tom.2. Rota in rec. deciſ.175. n.23. p.7. dec.491. num.7. p.9. tom.2. coram Merlin. dec.390. num.22. tom.1. & cor. Pegn. dec.1213. ſub num.6. ego ipſe in legal. colluct.28. n.90. vbi concordan.*

Tum, quia hoc retento intellectu, remanet ab *eadem Additione* correctum ius commune in vnico tantùm caſu, reſpectu, nempè, ſolemnitatis, & formæ obſeruandæ in dictis contractibus mulierum maiorum, vigente interim alio caſu reſpectu virium iuramentorum; vndè intrat concluſio, quod quando Statutum
24 contra ius commune poteſt operari vnum, & duos effectus, illam debemus ſequi interpretationem, per quam idem Statutum operetur vnicum tantum effectum, & inducat correctionem in vnico caſu; vt apud *Altograd. conſil.4. num.18.19. lib.1. Mel. alleg.4. numer.6. lib.2. Andreol. contr.4. numer.17. Maſsin. de confiſc. quaſt.27. numer.34. Thomat. dec.46. num.20. & ſeqq. Fagnan. in c. nullus num.30. de regular. Redenaſc. conſil.21. numer.26. lib.1. Rota coram Buratt. dec.167. num.5.6. & dec.211. n.18. cum alijs multis in mea legal. colluct.3. numer.42. ac ſeqq.*

25 Tum quia fuit maior ratio addendi, ac prouidendi

vbe-

vberius pro minoribus, quam prò mulieribus, cum & lex magis illis, ratione ætatis, quam iſtis ratione ſexus ſemper faueat, & ſubueniat; ex l. quamuis in lucro. C. de iur. & fact. ignor. l. fin. C. ad Vellcian. Seraph. de iuram. prin. 99. num. 2. Fenzon ad Stat. Vrb. lib. 1. c. 151. numer. 27. & ſeqq. Pigant. ad Stat. Ferrar. lib. 2. Rub. 91. num. 1. verſ. certè maior. tom. 1. Rota in rec. dec. 375. ſub num. 3. verſic. veriſimile videmus, & num. 5. verſ. maior autem p. 3. meritò additio, ac prouiſio qualificata, & vberior emiſſa circa contractus minorum, non eſt trahenda, & extendenda
26 ad diſpoſita circa contractus mulierum, cum ſileat extenſio, propter dictam maioritatem, ſicuti, & propter minoritatem rationis vigentem plus in vno, quam in alio caſu. Alex. conſil. 29. n. 4. lib. 6. Dec. conſ. 284. num. 2. Crauet. conſ. 17. n. 2. Rot. in diuerſ. dec. 324. p. 5. ſeù poſt lib. 2. conſil. Farinac. & in rec. dec. 328. num. 3. dec. 364. et dec. 375. ſub n. 5. p. 3.

27 Tùm, quia Additio Carpenſis præfata loquitur tali interrupto ſermone, vt clariſsimè conſpiciatur conflata ex diuerſis periodis, & orationibus earum principium, & finem ſub plurimat verborum terminatione habentibus, ità vt quælibet oratio a ſno proprio, & peculiari verbo regatur; iuxta theoric. Bart. in l. Prætor. §. eriique differentia ante num. 1. verſ. nam cum omnia. ff. de vi bonorum raptorum: de qua Bellon. conſ. 71. n. 9. verſ. ſed hic ſunt Altograd. conſ. 54. num. 12. 28. 59. lib. 1. & conſ. 76. ſub n. 21. lib. 2. Monac. dec. Floren. 29. n. 36. & ſeqq. Medic. dec. Senen. 56. n. 44. Rota in Sarſinat. feudi 20. Decembr. 1638. §. quod enim, cor. Coccino, ego ipſe in legal. colluct. 34. num. 77. vbi concordan.

28 Succeſsiuè contenta in vna ex dictis orationibus, tam reſpectu qualitatum, quam principalis diſpoſitionis, non porriguntur, neque repetuntur in alia; ſecundùm vniuerſalem doctrinam traditam à Ruin. conſ. 176. num. 11. 12. lib. 2. Purpurat. conſ. 66. num. 22. Decian. conſ. 17. num. 34. 40. 41. lib. 1. Menoch. conſ. 111. num. 24. verſ. tertio admiſſo. Bero. conſ. 120. num. 73. lib. 2. Pariſ. conſil. 87. n. n. 39. 48. lib. 2. Fuſar. de ſubſtit. q. 403. num. 8. vbi concordan. Andreol. contr. 5. n. 20. p. 1. Altograd. conſil. 54. nu. 13. & ſub n. 32. verſ. qua orationum, & num. 117. lib. 1. & conſ. 76. n. 24. lib. 2 Peregr. de fideicom. art. 16. n. 90. Rota cor. Greg. dec. 225. n. 9.

Conſequenter addita, ac demandata in priori parte, ſeù oratione dictæ Addition. Carpenſis recipiente contractus, vel inſtrumenta minorum, non ſunt trahenda, neque repetenda in ſecunda parte, ſeù oratione reſpiciente contractus mulierum; & ſic prouiſio facta circa duplex iuramentum tamquam in eadem priori parte contenta, non erit repetenda in ſequenti ſecunda diuerſa parte.

29 Eoquè magis ſtante diuerſitate rationis inter minores, & mulieres ſuperius conſiderata, quo caſu, non fieri repetitionem, tradiderunt Bertaz. conſ. 96. num. 20. Menoch. conſ. 111. n. 26. Bero. conſ. 114. num. 19. lib. 2. Honded. conſ. 57. num. 34. verſic. quarto reſpondetur lib. 1. Andreol. contr. 29. n. 15 p. 1. Altograd. d. conſ. 76. n. 25. lib. 2. Rota in rec. dec. 168. nu. 8 p. 6. etiam ſi eſsemus in vnica oratione
30 diuerſas tamen perſonas, vt nunc comprehendente, nam adhuc, ſi in aliqua ex ipſis perſonis vigeat diuerſa ratione, denegatur repetitio. Molin. de primogen. lib. 3. c. 5. n. 59. & ſeqq. Rota in rec. dec. 144. n. 4. 5. p. 7.

31 Tùm, quia, ſi admitteretur, prouiſionem primæ partis dictæ Addition. Carpen. porrigi, & cenſeri repetitam in ſecunda parte, plus operaretur repetitio in caſu, ad quem fit repetitio, quam in caſu in quo facta eſt expreſsio, nam & reſpectu iuris communis, & reſpectu Conſtit. Aegidian. duplex daretur operatio correctoria in eadem ſecunda parte, quoad perſonas, nempè mulierum maiorum, & quoad iuramenta ſuper contractibus earum appoſita; quæ bina operatio ſilet in priori parte, vt de ſe omnia ſenſui patent: ideò ne concurrat huiuſmodi operatio vberior in caſu, ad quem fit repetitio non eſt concedenda ipſamet repetitio. Aret. conſil. 121. col. 1. Socin. iun. conſ. 128. n. 252. lib. 1. Rota cor. Greg. dec. 225. n. 14.

32 Maximè, cum valdè odioſa ſit præfata Addit. Carpen. tunc enim certum eſt, repetitionem denegari, ex Dec. conſ. 442. n. 12. Marz. conſ. 8. n. 14. Caphal. conſ. 68. n. 17. li. 1. Fuſar. de ſubſt. q. 403. n. 5.

Nec obſicit, quod in ſecunda parte dictæ Addition.
33 recipiente contractus mulierum adſit dictio eandem, quæ eſt repetitiua præcedentium, cum omnibus, ſuis qualitatibus, & ſignificat idẽtitatem in omnibus, & per omnia. Menoch. præſ. 173. num. 20. lib. 4. Surd. deciſ. 125. numer. 1. Barboſ. de diction vſufreq. dict. 99. num. 1. Rota in rec. dec. 455. numer. 2. p. 1. dec. 572. num. 3. par. 4. tom. 3. & in terminis noſtris in Ancon. cenſ. 27. Martij 1647. § dum enim, coram Peutinger. & apud Poſt de ſubhaſt. d. deciſ. 216. num. 4 proptereaquè repetat, & operetur, vt Conſtitutio Aegidiana ſit ſeruanda eodem modo in contractibus mulierum maiorum, quo ſeruari debet in inſtrumentis minorum, & ſic etiam ſuper illis duplici iuramento appoſito, de quo fuit diſpoſitum in præcedenti priori parte.

34 Etenim primò reſpondetur, quod dictio repetitiua, quando eſt poſita in oratione perfecta, & diuerſa a præcedenti, in tantum, vt non pendeat a conſtructione orationis præcedentis, prout in præſenti, nullam inducit repetitionem, nequè per modum repetitionis ſtat; per congeſta circa nonnullas ex iſtis dictionibus ab Aretin. conſil. 1. & conſil. 121. Silu. conſil. 64. numer. 28. Natta conſil. 387. num. 12. Maſcard. de probat. concl. 1265. num. 11. Barboſ. dict. 185. num. 5. Altograd. conſil. 76. num. 26. verſic. nam reſpondetur, & num. ſeq. ac conſ. 79. ſub nu. 21. 22. lib. 2. Honded. conſ. 91. num. 6. & ſeq. lib. 1. Gratian. diſcept. 828. n. 11. 12. tom. 5. Beltramin. ad Greg. dec. 225. ſub n. 18.

35 Secundò reſpondetur dictionem alias repetitiuam ſuam amittere naturam repetendi, quando, vt nunc iuxtà ſuperiùs tradita, eſt diuerſa ratio, vel non eſt eadem æquitas. Pariſ. conſil. 87. num. 40. vol. 2. Cened. ſing. 31. numer. 4. in prin. Barboſ. d. diction. 185. numero 9.

Tertiò reſpondetur, quod, cum in prædicta Addition. Carpen. nulla adſit forma præſcripta in ineundis contractibus, ſed benè ipſa forma reperiatur in Conſtit. Aegidian. illa dictio eandem ceù regulata ab immediatè ſequenti dictione formam; quatenus etiam in præſenti retineat naturam propriam repetendi, operatur ſolùm repetitionem omnium contentorum in Conſtit. Aegi-
36 dian. non autem in Addit. Carpen. cum taliter poſſit forma demandata duntaxat verificari. arg. l. 2. ff. de liber. & poſth. & à traditis per me in colluct. legal. 20. num. 113. verſic. & ex quo, ac colluct. 28. num 42. & à Rota in rec. dec. 353. numer. 6. p. 9. tom. 2. & in Ferrarien. decimar. 11. Iannar. 1658. §. hæc quæ interpretatio, cor. R. P. D. Albergato.

37 Non aduerſatur pariter, quod vna pars Statuti, & ſic nunc dictæ Additionis Carpen. ab alia parte interpretationem recipiat, & ſubſequens à præcedenti nedum declaretur, ſed ſuppleatur, adeovt expreſsum in præcedenti, omiſsum autem in ſequenti, debeat ibi intelligi repetitum. Socin. iun. conſ. 18. n. 17. lib. 3. Bertaz. conſ. crimin. 465. numer. 25. verſ. ſecundo quod Redenaſc. conſ. 91. n. 3. lib. 1. Honded. conſ. 2. num. 14. & conſil. 12. num. 15. lib. 1. Barz. dec. 32. num. 22. & dec. 46. n. 59. 60. Altograd conſ. 33. ſub n. 20. 21. & ſeqq. lib. 2. Rot. in rec. dec. 227. nu. 15. p. 4. tom. 2. & dec. 107. n. 11. p. 5. & dec. 16. num. 5. p. 8.

dec.119.num.30.p.7. viget adhuc probatio iuramentorum reſultans ab ipſo inſtrumento; vt per *Caſtr.conſil.61.ſub numer.2.lib.2.Ruin.conſil.9.num.12.lib.3.Roland.conſ.43.lib.3.Gal.conſil.98.num.32.& ſeqq. Andreol.d.contr.134.num.52. Gratian. diſcept.27.numer.29. tom.1. Menoch.conſil.411.num.30.& ſeqq.Rimin. iun. conſ.467. num.49.Sperel.dec.47.n.4.in fine tom.1.Cancer.var.reſol. p.2.c.1.num.6.Mareſc.var.reſol.lib.c.43.numer.6. Rotam poſt Fenzon ad Stat. Vrb. deciſ.159.§.& quamuis, cum ſeq.apud Verall.dec.191.p.3.& in rec.d.dec.119.num.30. & dec.227.num.25.p.7.coram Merlin.dec.745. num.24. tom.2.poſt Mangil.de ſubhaſt.dec.29. num.3.ac alibi, vt in mea legal. colluct.43. numer.86. verſic. ità amplexanda.*

Quoniam inſuper negatur, currere paritatem inter naturam obligationis Cameralis, & inter effectus, ac operandi virtutes, quæ importantur à iuramentis in ea contentis: quandoquidem concedi ſolummodò poteſt eandem obligationem Cameralem non augere firmitatem contractus, vt ſic, vbicunque ipſa obligatio ſimpliciter ſumatur, vti abſtracta ab iiſdem iuramentis

49 iam quod ſine ipſis conſiſtere poſſe docent *Corn.de abſolut.à iuramen.p.3.q.9.ſub num.9.verſic. & inſuper obligatio, ac num.16.verſic.& ideò quemadmodum. Galleſ. de oblig.Camer.q.4.num.2.et ibi Zacch. numer.1. Ridolph. in prax.p.1.cap.2.ſub num.178.* At ipſiſmet iuramentis interuenientibus, ſicuti aliter eſt dicendum; cum tunc propter vim, & efficaciam eorum contractus geſtus à mulieribus, & minoribus, alias nullus ob defectum ſolemnitatum Statuti, confirmetur, & reddatur validus; iuxta generalem concluſionem, de qua *hic ſupra §.quo enim nu.18.* ità concurrentibus modo in obligatione Camer. facta ab aduerſaria dictis iuramentis, vel retorquentur in contrarium ponderata, vel ſaltem manifeſta diſparitas ad ſenſum vſque inſurgit.

50 Quoniam deniquè *Rotæ deciſiones* adductæ in aduerſum pro oſtendenda reprobatione auctoritatum à nobis fauorabiliter allatarum, nullius ſunt momenti.

Nam *dec.671.ſub n.3.p.1.rec.* nihil continet, quod officiat, ex eius lectura.

Deciſ.260. & deciſ.294. par.6. fuerunt reuocatæ recedendo ab ipſis, in *deciſ.62. deciſ.81. & deciſ.119. par.7.*

Dec.162.poſt Zacch.de oblig.Camer. Emanauit altera tantùm parte informante, ſicque non eſt alicuius conſiderationis, vt dicitur in *Pamphilon. ſepult.29. April.1587.in fine, coram Orano*: de qua *Rubeus in ſing. Rot. Romanæ par.2. verb. Rotæ Romanæ deciſiones. §.5. tom.2.*

Rurſus admiſſis quoquè replicationibus modò deductis, inſtatur per partem contrariam.

51 Quod, cum mandet *Conſtit. Aegid. lib.5. d. cap.25.* quod ſi contractus in ipſis contenti facti, vel celebrati fuerint non ſeruatis ſolemnitatibus præſcriptis, præſumantur, & fingantur doloſè extorti, nequeunt huiuſmodi contractus conualidari a iuramentis, etiam ſi

52 mille forent, cum eſse non debeant iniquitatis vincula; vt generaliter habetur in concluſione poſita *ſuprà in hac conſultatione.§. et quod eadem Statuta, vbi D.D.habentur*; & vt in puncto *eiuſd.Conſtit.* conſiderat *Rot.poſt Zacch. de oblig. Camer. d. dec.162. numer.15. in fine* ſubdens *num.16.* quod minores, dicam nunc, &

53 mulieres, eodem dolo induci poſſunt ad præſtandum vnum, aut plura iuramenta, ſicquè de facili, fieret fraus *Conſtit.præfatæ*; iuxta tradita per *Curt.iun. conſil.118.ſub num.9. verſic. ſed quid fortius, & conſil. 119. numer.6. cum ſequentibus Rot. poſt Pic. ad Stat. Vrb. deciſ.22. numero 6.*

54 At reſpondetur, quod ſi *Conſtit. Aegidiana* non impedit effectum iuramenti, vt traditur indiuidualiter à *Pariſ. conſil.53.num.62.lib.3. Sperel. deciſ.47. numer.3. tom.1.Rota in rec.dec.561.num.4.in fin.p.1.dec.294.num. 10.15.p.6.poſt Fenzon ad Stat. Vrb. dec.25.§. nequè obſtat, ac §.& propterea, et poſt Zacch.de oblig. Camer. dec.*

55 *227.num.3. in fine*: Quidquid in contrarium dicant *Eugen.conſil.88.num.58 59.Farin.conſil.42. num.24. lib. 1. Torin. in Apologet. apud Fenzon. ad Stat. Vrb. lib.1. poſt cap.151.inſpect.2.p.1. num.4. Gratian. diſcept.750. n. 20. tom.4.* Et iuramentum, ſeù bina iuramenta ſupplent ſolemnitates *eiuſdem Conſtit.* vt dixi ſuprà; fruſtrà nunc obijcitur, *ipſam Conſtitutionem* præſumerè, & fingere contractus initos ſine ſolemniis præfinitis dolo-

56 sè extortos; nam ſtatim ac ſuper illis apponuntur iuramenta prædicta, obſeruantur quoquè per ſupple tionem ſolemnia requiſita in iiſdem contractibus ineundis, ſicque præſumptio doli inducta omninò eliminatur; vt generaliter ponderat egregiè *Mancin. de iuram.p.4.eff.1.q.4.n.31. cum ſeqq. et poſt eum Andreol. contr.134.n.64.87.p.2.*

57 Accedit, quod *Conſtitutio Aegidiana* eſt merè laicalis: tùm arguendo a facultatibus *Cardin. Aegidij* illius conditoris, qui duntaxat in temporalibus fuit in Italia legatus conſtitutus, & deputatus ab *Innocen. VI.* vt obſeruat *Ridolphin.in prax.p.2.cap.6.num.121.156.157. et p.3.cap.4.num.186.Pacific.de Salu.inſpect.4.cap.2. nu. 32.Scacc.de appell.q.17.limit.6.memb.3.numer.14. Thomat.dec.71.num.13.tom.1.et dec.266.num.2.tom.2.Rota coram Buratt.dec.315.num.1.coram Caualer.dec.493.ante num.1.coram Otthobon.dec.170.num.7.* & in alijs mox

58 ſubdendis: tùm arguendo ab effectu, nam pro indubitato habetur, *ipſam Conſtitutionem* non comprehendere perſonas, res, cauſas Eccleſiaſticas, ac ſpirituales; ad congeſta per *Honded.conſil.20.num.8. lib.2. Ridolph. d.c.6.num.156.Pacific.d. c.2. num.33. Nicol. in Lucubr. iur.Canon.in proem.n.11.tom.2.Rubeum in ſing. Rotæ Romanæ p.1.ad dec.424.cor.Seraph.f.65. col.1. et p.2. verb. Aegidiana.§.1.et p.6.obſ.15.tit.circa Conſt.Aegidian.ſub §.1.et §.2.quibus in locis, multas congerit Rot. deciſiones,* iiſque iungi poteſt *Et in rec.dec.472.numer.1.par.2.dec. 682.num.33.p.4.tom.3.dec.326.num.6.p.6.dec.51.nu.7. p.8.poſt Pacific.de Salu.dec.231.numer.1.et dec.235.cor. Seraph.dec.424.n.1.cor.Buratt.d.dec.315.ſub n.1. coram Merlin.dec.11.num.1.cor.Otthobon. dec.155. num.8.9. et dec.170.n.7.8.cor.Caualer.dec.267.n.6.cor.Duran. deciſ. 240.num.2.et poſt contr.diſcept. forenſ. dec.138. ſub nu.4. tom.1.eſt in Licien.attentator 17.Maij 1652.§.prima enim cor.Veroſp.*

59 Vndè, cum in *eadem Conſtit.d.c.25.* appareat expreſſa duntaxat cauſa ſuccurrendi facilitati minorum, ne in eorum contractibus damnificari, & lædi valeant, nimiſque generica eſse videatur: ideoquè inſufficiens, & parum apta ad præſumendum, & fingendum dictos contractus doloſè extortos, vbicunque omiſsæ fuerint ſolemnitates præſcriptæ, ex eo, quod

60 huiuſmodi cauſa videatur eſse debere, vt deceptiones, ac circumuentiones minorum, qui in loco, vt plurimum, ac frequenter ſoliti ſunt decipi, & circumueniri, funditus arceantur, iuxtà tradita ab omnibus mox allegandis.

61 Sequitur, vt præſumptio, & fictio doli contenta in *d. Conſt.* nullum præſtet impedimentum, quin iuramenta ſuper dictis contractibus appoſita ſuos validitatis effectus operentur; vt pulchrè declarando concluſionem in aduerſum excitatam, docent *Roman. conſ.12.ſub n.1. Ruin.conſ.51.n.23.vol.1.Neuiz.conſ.21.n.24.Corn. conſ. 264.col.4.in princ. vol.1. et conſil.194. in fin. volum.3.*

Roland.conſ.99.n.20.vol.3. Seraph.de iuram. priu.83. nu. 80. Marth. de iuriſdict. p.4.caſ 72.num.26. Sperel. deciſ. 47.n.4.in fine. Et alijs ſtatim adducendi.

62 Hocque promptius eſt nunc ſaltem admittendum,
cum *Additio Carpenſis*, quæ ſimiliter eſt laicalis, & ſæcu-
laris, vt obſeruat. *Poſt. in reſol.128. num.41.47.* Et quę
mandat ſeruari *Conſtitutionem præfatam* in contracti-
63 bus mulierum, nullam contineat, & exprimat iuſtam,
& rationabilem cauſam nec neceſsariam ad hoc, vt
ipſi contractus præſumpti doloſi, ob non ſeruatam for-
mam *eiuſdem Conſtitutionis*, non recipiant à iuramentis
ſuper illis appoſitis aliquam validitatem; vt, præter *D.
D. modò adductos*, tradidere *Abb. in c. Eccleſia Sanctæ
Mariæ num.18. verſ. quod intellige de conſtit. & conſ.71.
ſub n.1.9.1. & in q.2.incip. ſtante Statuto n.9.10. Caccia-
lup.in l.omnes populi n.72.circa fin.ff. de iuſt. et iure Corn.
de abſolut.à iuram.p.4.caſ.12. n.10. Fenzon ad Stat. Vrb.
lib.1.c.149.n.32. Anſald.de iuriſdict.p.2.tit.10.c.15.ſub n.
97.cum ſeqq.*

64 Nec eſt, quod opponatur de *eiuſdem Conſtit. ac Ad-
dition.* confirmatione facta à Summis Pontificibus,
quaſi ex ea debeat *ipſa Conſtitutio* cenſeri Papalis, vt
non obſcurè innuunt in terminis *Roman.conſ.12.num.2.
in fin.Boccat.ad d. Conſtit. Aegid.gloſ.2.ſub num.16. Gra-
tian.diſcept.750. num.21.22. Sperel. dec.47. num.5. tom.
1. & expreſsius ait Rota in rec. deciſ.294. numero 19.
par.6.*

65 Quoniam confirmatio *prędictæ Conſtitutionis* eſt in
forma ſimplici, & communi, vt per *Poſt.d.reſol.128.
num.54. Veſtr. in prax. lib.7. cap.3.numer.5. Scacc.de ap-
pell.quæſt.17.lim.6.membr.3.num.14.Thomat.dec.71.nu.
14.tom.1.*

66 Sicque *eadem conſtitutio* nequit vigore huiuſmodi
confirmationis dici Papalis, cùm ad hunc effectum re-
quiratur, quod confirmatio ſit in forma ſpecifica, & ex
certa ſcientia. *Maluaſ.conſil.3.n.28.29. & conſ.105. n.4.
Bero.conſ.107.n.12.lib.1.Gabr.conſ.127.n.24.lib.1. Bou.
ad Stat.Vrb.de præſcript.gloſ.1.n.23.Fenzon. ad Stat.Vrb.
in inſcript.num.40.41.Mancin.de iuram.p.4. effect.1. q.4.
num.19. & in iſtis terminis Poſt.d. reſol.128. à num.52. ad
61.Graſs.de effect.cleric. eff.2. num.151.152. Thomat. d.
dec.71.*

67 Et maximè, cum in dubio videatur Papa confirmare
Statuta laicorum, inter quę eſt *dicta conſtit.cum ſuis Ad-
dit.* vt dixi, tanquam Dominus temporalis Status Eccle-
ſiaſtici. *Rota poſt Fenzon. ad Stat. Vrb.deciſ.5. §. & ità in
terminis, verſic. & confirmatio illa, ac in rec.dec.682.n.27.
33.vbi in puncto p.4.tom.3.cor.Merlin.dec.901.n.3.ad fin.
tom.2.*

Ad id, quod ſubdebatur de poſsibili doloſa inductio-
ne minorum, & mulierum ad ſuſcipiendum vnum, ac
68 plura iuramenta, conſimile alteri dicto ſe habenti, prę-
ſumi minorem eadem facilitate ad iurandum, & renun-
ciandum, qua ad contrahendum inductum; ex *Neuiz.
conſ.22.num.39.Cæphal.conſil.25. num.28. cum ſeqq. &
conſil.142.num.55.vol.1.Farinac.conſil.42.num.26.in fin.
lib.1.Sperel.dec.47.num.13. tom.1. Rot. in rec. deciſ.610.
69 num.14.p.4.tom.3.* dicitur, quod procedit duntaxat in
foro pænitentiali, & conſcientiæ, ſecùs in foro iuditiali
contentioſo; vt per *Alex.conſ.27.num.3.lib.1 Ruin.con-
ſil.135.num 4.lib.1.Rimin.iun.conſil.483. n.34. & conſil.
533.num.24.Seraph. de iuram. priu.64. num.1. cum ſeqq.
Mancin.eod.tract.p.4.eff.31.num.5.& eff.137. Sperel. d.
deciſ.47.ſub numer.13. verſic. hac tamen vbi concordan.
tom 1.*

Datur inſuper reſponſio principaliter ſecunda ad
idem obiectum fundatum in omiſsione ſolemnitatum,
& formę *d.Conſt. Aegid. lib.5.c.25.* quod cum in terra
Caldarolæ adſit particulare Statutum præſcribens ſo-
lemnitates ſeruandas in contractibus mulierum, vt di-
ctum eſt ſuprà, ſilet, nequè locum habet *eadem Conſtitu-
70 tio*, ad quam tunc demùm eſt recurrendum, quando
non extat in caſu controuerſo Statutum particulare; vt
per *Gratian.diſcept.474.num.2.Ridolph.in prax.p.2.c.6.
num.126. Rot. in rec. deciſ.145.num.28 p.6.poſt Zacch.de
oblig. Camer. dec.162. num.3. & dec.192. num.12. apud
Poſt. de manut.dec.653.num.6. coram Buratt. dec.333. n.
5.cor.Greg.dec.334.ſub princ. & alibi; vt in mea legal.col-
lect.2.n.60. & n.70.*

71 Nec eſt, quod opponatur, *Statutum Calderolæ* loqui
tantùmmodò de certis ſolemnitatibus in celebratione di-
ctorum contractuum adhibendis, nulla facta mentione
inſinuationis, ſicquè adhuc modò vigore. *Conſtitut.
Aegidianam* loquentem in ſpetie de ipſa inſinuatione,
& Statutum duntaxat procedere reſpectu aliarum
ſolemnitatum, ſubindequè ex defectu ipſius inſinua-
tionis remanere omninò nullum inſtrumentum depo-
ſiti, de quo tractatur, iuxta declarationem poſitam
*à me in d.collect.2. num.74. Poſt. reſol.91. ſub numer.17.
verſic. quoniam vltrà, & reſ.115.num.1.Gilian.ad Stat.
Peruſ. verb. minor.numer.6.7. Rota ibid. in calce operis,
deciſ.21.numer.6.cum ſeqq. deciſ.22.numer.13. & deciſ.
97.à num.3.ac in rec.dec.385. numer.5. par.2. deciſ.288.
ſub num.5. & ſeqq.p.4.tom.2.dec.610. numer.4.5. ead. p.
4.tom.3.coram Buratt. dec.333. numer.6. & ibi Ferentil.
litt. B, vbi concordan.* Et in terminis proprijs d. Statu-
ti Calderol. *cor. Sanct. memor. Gregor. XV. dec.260.nu-
mer.4.*

72 Nam vltraquod defectus huiuſmodi inſinuationis
videtur probandus à D.aduerſaria, quæ illum allegat,
ſecundùm notata à *Thomat. dec.13.numer.18. & deciſ.
68.numer.42.tom.1.Poſt.reſol.55. num.30.31. & reſ.75.
numer.4. Maſſin.de confiſc.quæſt.48.numer.36.Rot.in rec.
dec.671.num.3.p.1.dec.385.num.5.p.2.in Senogall. predij
18. Martij 1618. coram Andrea, inter cuius impreſs.non
reperitur, & in ead.10.Iun.1619. §. neque concludens,
coram Pirouan. poſt Fenzon. ad Stat.Vrb.dec.12. & penes
Poſt. de manut. deciſ.653. numer.4.5. & dixi collect.2.
num.91.*

73 Tollitur oppoſitio conſiderando, quod *d. Stat. Cal-
derol.lib.3.Rub.26.in §.ſi mulier ipſa*; Vbi abſque inſi-
nuatione præſcribit formam ſeruandam in contracti-
bus mulierum maiorum ann.25. inter quas adderat
tempore contractus noſtra aduerſaria, poſt oratio-
nem negatiuam ſubdit dictionem niſi, vt ſenſus ſit,
quod contractus ipſarum mulierum valeant ſeruata
forma eiuſdem Statuti, ob virtutem duarum negati-
uarum, quemadmodum in iſtis terminis ponderatur
*à Gratian.diſcept.474. numer.4. tom.3. Torin. in Apolog.
impreſs. apud Fenzon. ad Stat. Vrb. lib.1. ſub cap.151.
inſp.1.p.2.dec.24.numer.7.8. Rota poſt Statil. de Salu. in-
terd.dec.56.ſub numer.19.20.in din.dec.384.num.3. par.
1.coram Seraph.deciſ.343.numer.3.tom.1. coram Buratt.
dec.333. num.7. et in Sarſinat. feudi 18. Decembr.1645.
§.ſucceſsiuè ponderabatur, coram Dunozet impreſs. nunc
poſt contr.diſcept.forenſ.tom.1.dec.19. n.10. et in Roman.
renunciat.14.Iun.1649. §. ratio eſt in fin. cor. Eminentiſs.
Otthobon.in eius impreſs. dec.182. n.4. et à me in collect.
legal.28.n.2.*

Ideoquè ex hac Statutaria diſpoſitione dimanat il-
lius incompatibilitas cum *Conſt. Aegidian.* reſpectu
ſaltem inſinuationis per hanc requiſitæ in mulierum
contractibus, dum eam non deſiderari, & ſine ea va-
lere contractus ipſarum mulierum maiorum initos
cum alijs Statutarijs ſolemnibus, continetur per modū
iam dictum in ipſa Statutaria diſpoſitione; ſicque, cum
74 inualiditas, & validitas horū cōtractuum cadant abſo-
lutè ſub ratione negationis, & affirmationis, ſit vt tan-
quam

quam oppoſita ſe inuicem collidant, ac neceſſariò contraria, & incompatibilia diiudicentur, ex traditis *à Boet. de oppoſit. c. 1. Petr. Hiſpan. in ſummul. tr. 3. tit. de relatiuè, & contrar. oppoſ. Moraud. in Curſ. Philoſoph. anno 1. in introduct. p. 2. c. 3. Pontirol. in reſponſ. pro Mambel. q. 5. prine. n. 602. Surd. conſ. 230. n. 13. & dec. 24. num. 10. Vermigliol. conſ. 374. n. 7.*

75 Succeſſiuè ſtante hac incompatibilitate, ſufficit obſeruantia Statuti particularis, non attenta *eadem Conſt. Aegidian.* per congeſta in puncto pro remouendo obiecto deſumpto ab eiuſdem inſinuationis defectu; per *Gratian. d. diſcept. 474. num. 3. Rot. in diu. d. dec. 384. num. 3. p. 1. apud Poſt. de manut. dec. 653. per tot. & in rec. deciſ. 145. ſub num. 27. 28. p. 6. coram Seraph. dec. 343. n. 3. 4. & cor. Buratt. alleg dec. 333. ſub n. 7. & poſt Pic. ad Stat. Vrb. dec. 57. num. 5.* atquè ita, poſt acerrimam diſputationem fuit, me patrocinante, *alias iudicatum Romæ in Tribunal. Auditor. Camer. in vna Ciuitellen. nullitatis fideiuſs. 22. Septembris 1653. vt memini in calce d. meæ legal. colluct. 2. editæ in eadem cauſa.*

Vndè in nihilo officiunt *Rotæ deciſiones* in aduerſum adductæ, cum loquantur in terminis Statutorum habentium compatibilitatem cum *Conſt. Aegidiana*, quemadmodum illarum lectura patefacit.

76 Et ſic etiam procedit *dec. 260. cor. Greg.* indiuidualiter contra nos allegata, dum prodijt ſuper *d. Stat. Calderol. lib. 3. Rub. 26. quo ad §. 1.* vbi diſponitur circa ſolemnitates ſeruandas in contractibus minor. 25. annor. non appoſita, poſt præcedentem orationem negatiuam, dictione illa niſi, ſeù alia æquiualente, vt appoſita fuit in *§. ſeq.* continente formam, quoad contractus mulierum maiorum annorum 25. vt diximus.

Ex qua quidem diuerſa Statuti diſpoſitione non mirum ſi relicta fuerit reſpectu *d. §. 1.* compatibilitas cum *præfata Conſtit.* reſpectu autem *§. ſeq.* incompatibilitas cum *eadem*, introducta fuerit; nam cum *d. §. 1.* reſpiciat minores 25. ann. contrahentes; *d. vero §. ſeq.* reſpiciat mulieres maiores ann. 25. pariter contrahentes, debuit vberior prouiſio circa illos, quàm circa iſtas fieri, ob maiorem rationem ſuccurrendi illis ratione ætatis, quam iſtis ratione ſexus, ex firmatis *ſuprà in hoc reſponſ. §. tum quia fuit maior. n. 25.*

Quarè ſtatuentes relinquendo compatibilitatem *d. §. 1.* cum *d. Conſtit.* hincquè plenius prouidendo, & ſuccurrendo minoribus annor. 25. quàm mulieribus maioribus ann. 25. introducendo incompatibilitatem *§. ſeq.* cum *ead. Conſtit.* prudenter ſe geſſiſſe fateri debemus,

77 cum ſequuti fuerint motiuum, àc rationem iuris communis, a cuius diſpoſitione, nè dum vt minus Statutum recedat, ſed magis cum ea concordet quam fieri poſſit eſt etiam facienda interpretatio. *c. cum dilectus, de conſuet. D. D. in l. omnes populi. ff. de iuſt. et iure. Altograd. conſ. 33. numer. 5. lib. 1. Fenzon ad Stat. Vrb. lib. 1. cap. 81. num. 9.*

78 Propterea, cum ſolemnitates *d. Stat. Calderol.* interuenerint per ſuppletionem in inſtrumento præſenti depoſiti, vt ſuperius fuit oſtenſum, non eſt de ſolemnijs *Conſtitutionis Ægidianæ*, etiam reſpectu inſinuationis, aliquo modo curandum, ſed ſicuti non officere oppoſitionem erutam ab *eodem Statuto* fuit demonſtratum, ita non refragari obiectum deſumptum ab *ipſa Conſtitutione* per prædicta, alijs conſultò omiſſis, remanet concludendum.

INSPECTIO SECVNDA.

An, quando, & qua actione depoſitarius teneatur ad depoſiti apud eum nulliter facti reſtitutionem.

QVatenus autem non attentis hucuſquè congeſtis pro validitate inſtrumenti depoſiti in controuerſiam deducti, oporteret admittere nullitatem eiuſdem inſtrumenti; adhuc tamen D. Magdalena aduerſaria teneretur ad ipſius depoſiti reſtitutionem.

79 Licet enim eadem D. Magdalena dando, non de reſciſſione, ſed de nullitate contractus, ob non ſeruatas Statuti ſolemnitates potuerit audiri non facta reſtitutione dicti depoſiti, & pecuniarum acceptarum, ex concluſione firmata *à Roland. conſil. 7. num. 5. lib. 3. Natta conſ. 631. n. 7. Rimin. iun. conſ. 105. n. 5. Simoncel. de decret. lib. 3. tit. 7. n. 20. Mantic. de tacit. lib. 26 tit. 9. ſub num. 39. verſ. ſed hoc intelligitur tom. 2. Cyriac. contr. 303. ſub n. 102. Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 9. gloſ. vnic. p. 1. num. 48. tom. 2. Pigant. ad Stat. Ferrar. lib. 2. Rub. 42. n. 29. et Rub. 90. n. 15. tom. 1. Torin. in Apologet. impreſs. apud Fenzon. ad Stat. Vrb. lib. 1. ſub c. 151. inſp. 3. num. 10. plenè Rubeo in Annot. ad Rot. in rec. dec. 81. n. 64. cum ſeqq. p. 8. Rot. ipſa cor. Caual. dec. 311. n. 8. cor. Coccin. dec. 301. n. 9. poſt Cenc. de cenſib. dec. 262. n. 3. poſt Pic. ad Stat. Vrb. dec. 60. n. 5. et in Roman. domus 18. Iunij 1657. §. prætenſio, cor. Celſo cum alijs in mea legal. colluct. 8. n. 3.*

80 Nihilominus, poſtquam detecta eſt nullitas contractus nequit aduerſaria retardare reſtitutionem pecuniarum acceptarum, ſed ad eam faciendam proculdubio tenetur, & cogi debet; iuxta tradita *per Decian. conſ. 32. n. 4. vol. 4. Menoch. conſ. 644. n. 14. Maſtril. dec. 13. n. 30. 31. Giurb. dec. 103. n. 4. Pigant. ad d. Rub. 42. n. 30. Beltramin. ad Greg. dec. 271. n. 28. verſ. verum hæc concluſio. Rubeum ſen. in ſing. Rot. Roman. p. 5. circa l. ſi diuerſa ſub n. 5. verſ. ſed poſtquam. C. de tranſact. vol. 2. Rubeum iuniorem in Annot. ad d. dec. 81. n. 92. cum ſeqq. p. 8 in recent. Rot. ipſa cor. Merlin. dec. 522. ſub n. 4. tom. 1. & dec. 767. n. 6. to. 2. & dixi in d. mea colluct. 8. n. 7.*

81 Nequè obſtat, quod vltrà detectionem nullitatis contractus debeat quoquè conſtare, D. Madalenam fuiſſe effectam locupletiorem per receptionem dictarum pecuniarum, eaſque in ipſius vtilitatem fuiſſe verſas, adeovt non conſtito de hac qualitate ad reſtitutionem acceptorum minimè teneatur; ex cumulatis reſpectu minorum, mulierum, & Eccleſiarum dantium de nullitate contractus, *à D. D. in l. nam, & poſtea. §. ſi minor. ff. de re iud. Rimin. iun. conſ. 5. n. 76. Roland. conſ 7. nu. 28. lib. 3. Mantut. conſ. 90. num. 10. Maceraten. var. reſol. lib. 2. reſol. 24. numer. 23. Cyriac. contr. 219. numer. 39. & contr. 252. num. 24. Andreol. contr. 3. num. 25. p. 1. Giurb. dec. 113. num. 11. Fenzon ad Stat. Vrb. lib. 1. c. 152. nu. 66. cum ſeqq. Mel. alleg. 64. num. 21. lib. 2. Cancer. var. reſol. p. 2. c. 1. n. 164. 165. & n. 212 Antonel. de temp. legal. lib. 2. c. 65. n. 12. Torin. in d. Apologet. ead. inſp. 3. ſub n. 11. 12. & ſeqq. Acoſta de priuil. creditor. reg. 1. ampl. 1. n. 6. 7. & ſeqq. Salgad. in Labyrint. credit. p. 2. cap. 10. n. 143. in fiac. Rota in rec. dec. 177. n. 3. p. 1. Annot. ad d. deciſ. 81. num. 98. 99. p. 8. cor. Caualer. dec. 311. n. 1. cor. Merlin. dec. 219. num. 10. to. 1. cor. Buratt. dec. 814. n. 1. tom. 3. poſt Cenc. de cenſib. dec. 455. n. 1. & dec. 463. n. 10. cor. Pegn. dec. 620. n. 2. 3. in impreſs. Venet. alias dec. 778. n. 3. tom. 1. ex typo Lugdun. cor. Duran. dec. 18. n. 27.*

82 Quodque ſtante nullitate huiuſmodi contractus, ob non ſeruatas Statuti ſolènitates incumbat Excellentiſs. Paulonio actori onus probandi hanc qualitatem locu-

pletionis, & verſionis dictarum pecuniarum in vtilitatem præfatæ mulieris, ſecundùm notata à Ruin. conſil. 113. num. 6. lib. 5. Gabr. tit. de probat. concl. 7. num. 18. Menoch. præſ. 27. num. 16. lib. 6. Gratian. diſcept. 576. num. 37. 38. diſcept. 720. num. 24. tom. 4. Pigant. ad Stat. Ferrar. lib. 2. Rub. 90. num. 76. verſ. haud ſeruatis; & verſic. item qualitas tom. 1. Sabell. var. reſol. & reſponſ. c. 98. num. 14. Cyriac. contr. 119. num. 39. contr. 303. numer. 99. 100 tom. 2. Cancer. d. cap. 1. num. 166. ad fin. & num 270. verſic. ſi verò Antonel. de temp. legal. lib. 3. cap. 3. numer. 26. Torin. in d. Apolog. ead. inſp. 3. numer. 27. Acoſta d. Ampl. 1. numer. 8. Cenc. de cenſib. quæſt. 15. num. 16. verſic. onus vero, nouiſſimè Nicolio in Lucubrat. ad Inſt. ciuil. lib. 3. tit. 15. ſub n. 7. verſ. nam tunc tom. 1. Rubeo in Annot. ad d. deciſ. 81. nu. 112. & ſeqq. p. 8. in recent. Rot. ipſa cor. Duran. dec. 18. nu. 30. dec. 256. num. 5. & dec. 405. num. 13. coram Buratt. deciſ. 814. numer. 2. coram Merlin. dec. 119. ante numer. 15. coram Otthobon. dec. 124. num. 5. poſt Cenc. de cenſib. dec. 463. num. 11. & deciſ. 464. numer. 30. & in Romana dotis 14. May 1657. §. nec ſententiæ, coram Beuilaqua ac alibi.

83 Quoniam circa hanc materiam adeſt vera, & ſæpiſſimè canonizata diſtinctio, an contractus mulierum, minorum, atque Eccleſiæ proceſſerit ex cauſa neceſſaria, vel ex cauſa voluntaria, eſtque reſolutum, quod in primo caſu contrahens cum prædictis debeat probare eorum locupletationem, ac verſionem pecuniarum in eorum vtilitatem, ac in cauſam expreſſam: in ſecundo autem caſu contrahens cum iiſdem non grauatur tali onere probationis, nec tenetur iuſtificare dictam locupletationem, & verſionem; vt per Innocen. in cap. 1. num. 2. de depoſ. quem communis Canoniſtarum ſchola ſectatur ex Dec. conſ. 36. num. 8. in fine, & conſil. 230. num. 3. Crot. conſil. 4. num. 6. lib. 1. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 4. num. 20. cum ſeqq. Gratian. diſcept. 45. nu. 34. 35. 36. tom. 1. Rubeo in Annot. ad d. dec. 81. numer. 117. 118. Beltramin. ad Gregor. dec. 511. num. 33. in fine. Antonel. de temp. legal. lib. 1. cap. 35. ſub num. 13. verſic. ſed alij rectius diſtinguunt, & lib. 3. d. c. 3. ſub num. 26. verſ. quod verſio probanda. Nicol. d. tit. 15. num. 7. verſic. amplia hanc Cenc. de cenſib. qu. 15. num. 16. §. nec refert, verſic. & licet D. D. ac num. 37. §. an emptor. cum ſeqq. Rot. ibid. poſt tract. dec. 8. numer. 10. 11. dec. 15. num. 1. 2. dec. 287. num. 3. 4. dec. 445. num. 1. & deciſ. 463. num. 13. coram Pegn. dec. 620. in Venet. alias dec. 778. vtrobique num. 5. 6. tom. 1. in impreſſ. Lugdun. coram Millin. dec. 235. num. 1. coram Seraph. dec. 338. num. 8. dec. 366. num. 2. & ibi Rubeus in ſuis ſing. tom. 1. coram Merlin. dec. 219. ſub num. 12. 13. tom. 1. coram Buratt. deciſ. 714. num. 1. 2. & Fereutil. ad eius dec. 814. numer. 6. adducens Roman. cenſus vitalitij 25. Iunij 1627. coram Dunozet, & cor. Otthobon. dec. 124. num. 6. 7. & in rec. dec. 178. ſub nu. 16. 17. p. 7.

Propterea cum ſimus in ſecundo caſu præfatæ diſtinctionis, vt ex ſe patet in nihilo officit obiectum excitatum.

84 Et quamuis replicetur ex aduerſo, dictam diſtinctionem contractus ex cauſa neceſſaria, vel voluntaria procedere tantum ſuppoſita validitate contractus, ſecus illius data nullitate, vt nunc, per firmata ab Antonel. de temp. legal. lib. 3. d. cap. 3. num. 16. verſic. quam diſtinctionem. Cenc. de cenſib. d. q. 15. num. 6. §. nec refert, verſ. in propoſito tamen. Nicolio d. tit. 15. num. 7. verſic. quod tamen. Rubeo in Annot. ad d. deciſ. 81. num. 119. p. 8. in recent. Rota cor. Buratt. dec. 814. num. 2. verſic. diſtinctio alienationis tom. 3. repetit poſt Cenc. de cenſibus deciſ. 455. numero 3.

85 Attamen hoc eſſe merè ſomnium aereum dignoſcitur, nedum, quia S. Rotæ Romana Auditorium paſſim ſequitur diſtinctionem ſuperius traditam indiſtinctè, etiam quando mulier minor, vel Eccleſia agunt ad nullitatem contractus, vti euidentiſsimè liquet in multis ex allegatis deciſionibus, & præciſim obſeruatur ab ipſo S. Auditorio, cor. Buratt. dec. 714. num. 2. tom. 3. repetit poſt Cenc. de cenſibus, deciſ. 445. n. 2.

86 Sed inſuper, quia in caſu, quo contractus geſtus cum muliere, minore, vel Eccleſia eſſet validus, & debitis ſolemnitatibus initus, ſicuti mulier, minor, aut Eccleſia non poſſent agere niſi ad reſciſsionem huiuſmodi contractus, illum impugnando ex capite læſionis, vel alio conſimili, ſubindequè tenerentur taliter ad reſtitutionem acceptorum, vt interim eadem reſtitutione non facta, haud eſſent audiendi, quemadmodum conceditur à D. D. laudatis ſuprà in hac inſp. 2. §. licet enim; ac præcipuè à Gluirb. dec. 103. num. 5. Rubeo in Annot. ad d. dec. 81. à num. 48. ad 63. p. 8. in recent. Rot. poſt Pic. ad Stat. Vrbis dec. 60. num. 5. coram Millin. deciſ. 273. num. 1. cor. Caualer. dec. 311. num. 8. & in Bonon. bonor. de Romantijs, 7. Iunij 1652. §. nec etiam obſtat, coram Veroſp. & in Roman. domus 15. Iunij 1657. §. prætenſio, cor. Celſo; inter Eminentiſs. Cardin. cooptato ſub die 14. Ianuar. 1664.

87 Ita ſtante eadem validitate contractus, fruſtrà opponeretur à muliere, minore, ſeù Eccleſia de locupletatione, ſeù verſione in vtilitatem eorum probanda ab his, qui contraxerunt cum illis, propter concluſionem ſe habente, tunc, & caſu prædicto teneri mulierem, minorem, & Eccleſiam petentes reſciſsionem contractus validi probare, ex illo non fuiſſe effectos locupletiores, & verſionem in eorum vtilitatem minimè ſequutam fuiſſe; vt admittunt omnes adducti ſuprà in hac inſpect. §. quodque ſtante; quibus iungi poſſunt Montan. de tut. c. 33. num. 131. cum ſeqq. Sabell. var. reſol. & reſponſ. d. c. 98. n. 14. Marin. quotid. reſol. lib. 2. c. 116. num. 10. 11. Innocel. de decret. lib. 3. tit. 7. num. 20. Odd. de reſtit. in integr. p. 1. q. 47. num. 23. vbi, quod ab omnibus hoc eſt receptum. Cyriac. contr. 252. num. 25. et contr. 303. ſub numer. 100. verſic. ſi vero, vbi de magis communi, & contr. 329. ſub numer. 54. Cancer. var. reſol. p. 2. d. c. 1. num. 270. Ciarlin. contr. forenſ. lib. 2. c. 196. num. 16. 17. Antonel. de temp. legal. lib. 1. d. c. 35. num. 13. Menoch. præſ. 84. num. 3. 4. lib. 3. Maſcard. de probat. concl. 1162. num. 18. & concl. 1169. num. 14. verſ. & concludunt quod quando tom. 2. Torin. in Apolog. impreſſ. apud Ferzon. ad Stat. Vrb. lib. 1. ſub cap. 151. inſp. 3. num. 34. Acoſta de priuil. credit. reg. 4. ampl. 1. num. 13. 15. 16. Pic. ad Stat. Vrb. gloſ. 7. num. 70. Ruta ibid. in calce operis dec. 60. num. 6. & in rec. dec. 1. num. 34. p. 5. Annot. ad d. dec. 81. n. 111. 115. p. 8. et in d. Rom. dotis 14. May 1657. ſub §. nec ſententiæ, cor. Beuilacqua.

88 In omnem caſum, replicatio ex aduerſo tradita ad declarationem allatæ diſtinctionis, poteſt procedere duntaxat reſpectu contractus oneroſi, & grauatiui, ſecus reſpectu contractus lucratiui, & gratuiti; vt euidentiſsimè patet ex concluſione ſe habente, quod mutuans minori, tunc demum tenetur probare pecuniam mutuatam fuiſſe verſam in vtilitatem minoris, ex eaque eundem minorem fuiſſe locupletiorem effectum, ſi mutuum fuerit oneroſum ratione fœnoris conuenti; ſecus verò ſi mutuum fuerit gratuitum, & ſine vſuris minori traditum; tunc enim teneri ipſum minorem probare, idem mutuum non fuiſſe verſum in eius vtilitatem, & ab illo locupletiorem nequaquam effectum fuiſſe, docuerunt Imol. in c. 1. num. 7. verſic. ſed iuxtà prædicta de depoſ. Alex. in l. Ciuitas num. 11. in fin. ff. ſi cert. pet. Gomez var. reſol. tom. 2. c. 14. §. quinto infertur, verſic. quod tamen, vbi de communi. Redoan. de reb. Eccleſ. non alienan. q. 4. §. et deindè domenendo, ſub num. 12. ſ. mihi 310. col. 1. Odd. de reſtit. in integr. quæſt. 51. art. 5. numer. 53. verſic. in contrarium, vbi de magis communi, & verſ. ego puto, vbi de veriori p. 2. Maſcard. de probat. concl. 1167. n. 12. 13.

12.13. *vbi multos dat concordan. & magis communi teſtatur*, *tom.2. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 8. tit. 6. num. 8. tom. 1. Gratian. diſcept. 879. num. 8. & ſub num. 18. tom. 5.*

89 Nos autem verſamur in terminis contractus gratuiti, dum depoſitum, de quo agitur factum in pecunia numerata, non clauſa, nec obſignata, ſicuti ſtetit vſui depoſitariæ, cum ipſi hoc caſu vſum eiuſdem pecuniæ fuiſse tacitè a deponente conceſſum, tradant *gloſ. in l. dies ſponſalitiorum. §. 1. ff. depoſ. Rum. conſ. 108. n. 3. lib. 1. Hond. conſ. 43. n. 13. lib. 2. Larrea dec. Granat. 14. num. 40. p. 1. & alleg. fiſcal. 41. num. 22. p. 1. Laurent. dec. 211. num. 1. Tamburin. de contract. lib. 9. tr. 7. c. 5. §. 1. verb. cuſtodia num. 4. verſic. tacitè autem. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 10. tit. 3. numer. 12. tom. 1. Rot. in antiq. tit. de depoſ. deciſ. 1. ad fin.*

90 Ità nullum onus vſurarum, & fructuum attulit eidem depoſitariæ, cum omnis pactio de tali onere ſubeundo abfuerit, iuxtà quidem naturam eiuſdem depoſiti, quod iure Pontificio inſpecto reiicit huiuſmodi grauamen vſurarum, & fructuum. *ad Medic. conſ. 17. numer. 17. 18. Roderic. de ann. reddit. lib. 2. q. 11. num. 85. 86. Leotard. de vſur. quæſt. 8. num. 17. & quæſt. 32. num. 2. ac per tot. Staiban. de intereſſe lib. 2. q. vnic. tit. 14. n. 45. 46. Zacch. de Salar. q. 63. n. 22. Larrea d. dec. 14. n. 8.*

Meritò teneri noſtram depoſitariam probare, ſe non eſſe factam locupletiorem a dicto depoſito eſt concludendum.

91 Quod, ne dum firmo, ſi tale depoſitum admittatur,
tanquam regulare, vti in dubio præſumitur. *Menoch.
conſ. 37. num. 26. vol. 1. Mantic. d. lib. 10. tit. 2. num. 11. Staiban. eod. tit. 14. d. q. vnic. num. 22.* Et ſic, quando ipſius de-
92 poſiti dominium remanſit penes deponentem, vt re-
gulariter euenit. *l. licet deponere. §. res depoſita. ff. depoſit. Corn. conſil. 39. num. 2. lib. 1. Menoch. d. conſil. 37. num. 26. Mantic. de tacit. lib. 10. tit. 2. ſub num. 10. Leotard. de vſur. q. 61. num. 29. Staiban. de intereſſ. d. q. vnic. numer. 16. Larrea d. dec. 14. ſub num. 1. 22. Rota in rec. dec. 31. num. 2. in fin. p. 3. & poſt Zacch. de oblig. Cameral. dec. 191. numer. 23. 25.*

93 Non adſtricto ad aliud depoſitario, niſi ad dolum, & latam culpam, quemadmodum generaliter eſt verum; *ex l. ſi vt certo. §. nunc videndum. ff. comm. l. quod nerua, cum gloſ. ff. depoſ. Honded. conſil. 43. num. 1. lib. 2. Mantic. de tacit. d. lib. 10. tit. 3. num. 24. 31. tit. 5. num. 14. & tit. 9. n. 1. 7. 8. 26. ac per tot. Tuſch. concl. 205. num. 9. tom. 7. Cyriac. contr. 358. num. 22. 27. tom. 2. Zacch. de Salar. d. q. 63. num. 33. Farinac. de furt. q. 169. nu. 14. 15. 17. Boniſac. eod. tract. §. 8. num. 58. Larrea deciſ. Granat. 14. ſub num. 1. nouiſſimè Nicolius in Lucubr. d. Inſt. ciuil. lib. 3. tit. 15. numer. 34. tom. 1. Rota poſt Zacch. de oblig. Camer. d. dec. 191. num. 13. repetita poſt Merlin. de pignor deciſ. 102. num. 6. & dec. 109. num. 20.*

94 Sed etiam, ſi idem depoſitum conſideretur, tanquam
irregulare, eo quia per numerationem pecuniæ, eiuſque
traditionem non clauſæ, nec obſignatæ egreſſum fuerit
terminos propriæ naturæ, & ſubindè illius dominium
tranſierit in depoſitarium obligatum ſolummodò re-
ſtituere valorem pecuniæ in eodem genere; per *l. huius
la 1. cum l. ſeq. §. 1. ff. depoſ. Scacc. de commerc. §. 1. q. 7. p. 2.
ampl. 3. num. 10. Mantic. de tacit. lib. 8. tit. 3. num. 36. verſ.
tamen depoſitum, & lib. 10. tit. 2. num. 10. verſic. irregulare
autem, ac tit. 10. num. 12. tom. 1. Caſtil. contr. iur. tom. 3. c.
36. num. 37. Staiban. d. tit. 14. ead. q. vnic. num. 19. 20. Vermigliol. conſil. 403. num. 7. Larrea d. dec. 14. num. 36. & d.
alleg. 41. num. 14. Manſon. de cauſ. executiuis. Ampl. 39. n.
8. Mel. alleg. 17. n. 52. cum ſeqq. vol. 1. Merlin. de pign. lib. 4.
q. 27. num. 5. & q. 83. num. 51. 52.* Subeundo propterea
95 idem depoſitarius periculum ipſius depoſiti. *Bart. in l.
ſi quis nec cauſam nu. 4. & ibi Caſtr. num. 2. ff. ſi cert. pet.
Honded. conſil. 43. num. 23. cum ſeqq. lib. 2. Vermigliol. d.
conſ. 403. num. 7. verſic. ità periculum. Mel. d. alleg. 17. num.
40. Roderic. de ann. redd. lib. 3. q. 11. num. 27. in fin. & ſub n.
38. Mantic. d. lib. 10. eod. tit. 9. numer. 19. 22. 27. 28.* Iam,
96 quod huiuſmodi irregulare depoſitum accedit magis
ad naturam mutui. *Rimin. iun. conſil. 152. numer. 44.
Mantic. de tacit. d. lib. 10. tit. 2. num. 10. verſ. & huiuſmodi
depoſitum. Roderic. de ann. reddit. lib. 3. quæſt. 11. numer. 2.
Staiban. d. tit. 14. q. vnic. num. 21. Boniſac. de furt. §. 8. num.
66. Honded. d. conſ. 43. num. 12. cum ſeqq. Larrea d. dec. 14.
num. 39. Nicol. d. tit. 15. ſub num. 32. Mel. alleg. 27. numer.
30. vol. 1. Rota in rec. dec. 102. numer. 7. par. 2.* Et mutua-
97 tarius, qui acquirit dominium mutui. *l. 2. §. appellata, &
l. proindè. ff. de reb. credit. l. 1. §. 2. ff. de oblig. & action. & in
princ. Inſt. quib. mod. re contrah. oblig. Leotard. de vſur. q. 6.
num. 1. & quæſt. 8. num. 18. verſic. dominium enim:* tenetur
98 etiam de periculo, & caſu fortuito eiuſdem mutui. *l. 1.
§. is quoque. ff. de act. & oblig. §. item is, cui Inſt. quib. mod.
re contrah. oblig. Mantic. de tacit. lib. 8. tit. 3. num. 17. & lib.
10. tit. 9. ſub num. 27. Nicolius in Lucubr. ad Inſt. ciuil. lib.
3. tit. 15. num. 7. tom. 1. Leotard. d. quæſt. 8. ſub num. 18.* ac-
99 cedente inſuper generali theſi ſic habente, quod res,
quæ perit, perit domino, ad ipſumque caſus fortuitus
ſpectat. *l. quæ fortuitis. C. de pign. act. cum concordan. apud
Merlin. de pign. lib. 4. q. 130. num. 2. Larrea d. deciſ. 14. ſub
num. 1. 38. Nicolius d. tit. 15. eod. num. 7. Vermigliol. conſil.
330. n. 4. Honded. d. conſil. 43. num. 24. Surd. conſil. 22. num.
31. Becc. conſil. 105. num. 19. Rot. poſt Cenc. de cenſib. deciſ.
463. num. 9. coram Merlin. dec. 213. n. 8. tom. 1.*

Quoniam tam in primo caſu depoſiti regularis, quam in ſecundo caſu depoſiti irregularis, ſemper viget in præſenti qualitas illa gratuita, ob quam concluſio ſuperius tradita contra noſtram depoſitariam firmata fuit.

Additur tamen licet ex abbundanti, apparere nunc de verſione pecuniæ prædictæ in vtilitatem aduerſariæ, eiuſque locupletatione.

100 Tum, quia per receptionem eiuſdem pecuniæ factam ab ipſa aduerſaria titulo maximè non oneroſo, ſed lucratiuo, vt dixi, locupletationem inſurgere decidit, reſpectu minoris recipientis pecuniam ſortis cenſus ſine ſolemnitatibus, *S. Rota Roman. in Vrbeuet. conſ. 17. Decembr. 1635. §. præterea vnus, verſ. immò quod ſi, & 18. April. 1636. §. denique ſubſiſtit, coram R. P. D. Motmann. in rec. dec. 81. ſub numer. 14. & dec. 119. numer. 29. par. 7.*

Tùm, quia retentis ſedulò terminis noſtri contra-
ctus, nempe depoſiti facti in manibus eiuſdem aduerſa-
101 riæ, inſurgit, ipſum fuiſse ſibi in lucro, dum ſi fuiſſet
facta illius reſtitutio, non erat ipſa aduerſaria in damno
remanſura, & hinc conſtare de locupletatione ſatis colligitur *à Bart. in l. 1. §. impuberes in fin. ff. commod. Dec. in l. ex pœnalibus n. 5. verſ. ſed ad illum. ff. de reg. iur. Gomez. in §. actiones num. 21. in fine. Inſt. de action. quorum doctrinam ſequitur Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſ. 27. n. 5.*

102 Tum, quia pecunia depoſitata cenſetur adeſse penes aduerſariam, cui tradita fuit, cum ſit generale, quod res extare præſumitur apud eum, ad quem ſemel peruenit, niſi probetur amiſsa, atquè conſumpta. *Bart. in l. ſi quis ex argentarijs. §. an verò. ff. de eden. Menoch. d. præſ. 27. num. 7. Fachin. contr. iur. lib. 2. cap. 46. verſ. fundamentum eſt in fine.* Et in terminis pecuniæ *Pinel. in l. 2. p. 2. cap. 4. ac vlt. num. 72. verſic. ad præcedentia. C. de reſcind. vendit. Maſcard. de probat. d. concl. 1169. num. 17. cum ſeq. tom. 2.* ac in indiuidua depoſiti, quod nempè apud depoſitarium adhuc extare præſumatur. *Cenc. de cenſib. qu. 48. ſub numer. 20. allegans. Rot. coram Coccin. deciſ. 49. in fin.*

103 Succeſſiuè, ſi ex hac theſi pecunia eſt ſalua, & extat,

tat, dicitur ſatis probata verſio in vtilitatem dictæ aduerſariæ, gloſ. in l. vlt. C. de vſucap. pro empt. Maſcard. de probat. concl. 1170. num. 2. Culà de modo articul. gloſ. vnic. §. 2. num. 468. verſic. qualiter minor. Fachin. d. c. 46. verſ. argumentum ſunt. Maurit. de reſtit. in integr. c. 221. ſub num. 4. Menoch. d. præſ. 27. num. 3. verſ. ità etiam lib. 6. Fenzon. ad Stat. Vrb. lib. 1. c. 152. n. 72. Rota in rec. dec. 1. num. 36. p. 5. poſt Cenc. de cenſib. dec. 464. n. 31. cor. Duran. dec. 18. nu. 31. tom. 1.

104 Tùm, quia, data probatione conſumptionis dictæ pecuniæ D. Aduerſaria tempore depoſiti erat, nuncque nimis etiam eſt ſagax, tenax, & prudens, ſubindeque præſumendum venit, non conſumpſiſſe malè pecuniam eidem in depoſitum traditam, ſed illam conuertiſſe in aliquem bonum, vſum proprium, & ſic fuiſſe effectam locupletiorem. Menoch. in puncto d. præſ. 27. num. 14. 15. lib. 6. Gratian. diſcept. 879 n. 12. tom. 5.

105 Tùm, quia notorium, ac certiſſimum præſupponitur, aduerſariam conſueuiſſe negotia vtiliter agere, & bona ſua benè adminiſtrare, atque ità cenſendum eſt pecuniam prædictam conuertiſſe quoque in ſui vtilitatem. Nicolius in loc. mox. allegand. Antonel. de temp. legal. lib. 3. c. 3. num. 25. verſic. vel ſaltem. Cenc. de cenſib. qu. 15. num. 16. verſ. huiuſmodi autem, & num. 37. vtrobique in fine. Maſcard. de probat. concl. 1167. n. 16. & concl. 1169. n. 4. Odd. de reſtit. in integr. p. 2. c. 51. art. 5. num. 51. vbi concordan. Culà de modo articul. gloſ. vnic. d. §. 2. n. 467. verſ. tamen ipſorum.

106 Tùm, quia his concurrentibus benè intrat vulg. axioma, quod nemo præſumitur iactare ſuum, de quo in l. cum de indebito. ff. de probat. Tiraq. in l. ſi vnquam, verſic. donatione largitus numer. 206. cum ſeqq. Cod. de reuoc. donat. Burboſ. axiom. 112. vt in puncto animaduertit, & ponderat. Menoch. d. præſ. 27. ſub numer. 14. 15. lib. 6.

Licet alias, circumſcriptis qualitatibus noſtræ aduerſariæ ſuperius recenſitis, idem axioma in hac materia parùm fiat à Lamberteng. de contract. gloſ. 24. num. 245. Menoch. d. præſ. 27. numer. 10. Gratian. diſcept. 101. numer. 5. tom. 1. Rubeo in Annot. ad Rot. in rec. dec. 81. num. 126. par. 8.

107 Quibus coniecturis inſimul conglomeratis, conſtare de locupletatione aduerſariæ, ac de verſione dictæ pecuniæ in illius vtilitatem, videtur non eſſe ambigendum iam quod eſt certum, ſufficere in hac materia præſumptiones, & coniecturas. Bald. in l. 1. num. 6. C. ſi adu. credit. Pinel. d. l. 2. eod. cap. 4. num. 66. in fin. Menoch. de arbitr. caſ. 432. num. 33. verſ. dubitari autem. Maſcard. de probat. concl. 1166. num. 1. Antonel. de temp. legal. lib. 3. d. c. 23. numer. 25. verſic. vel ſaltem. Cancer. var. reſol. p. 2. c. 1. num. 272. Strban. de intereſs. lib. 2. tit. 11. q. vnic. numer. 102. Mantic. de tacit. lib. 8. tit. 14. per tot. tom. 1. Nicol. in Lucubr. ad Inſt. Ciuil. lib. 3. tit. 15. num. 7. §. non vero, verſ. cum venio, tom. 1. Cenc. de cenſib. d. q. 15. num. 37. §. quod ſi aliquando, verſic. caterum illam, & num. 39. Rot. ibi poſt tract. dec. 19. num. 4. & coram Duran. decis. 256. numer. 6. tom. 2.

108 Quicquid in contrarium adſtruant natantes contra nunc alleg. DD. & S. Rot. Roman. Auditorium. Maurit. de reſtit. in integr. c. 222. tot. Paulus Rubens in Annot. ad Rot. in rec. d. dec. 81. n. 124. cum ſeq. & n. 135. 144. verſ. concludendum ergo, p. 8.

109 Dum enim ab ipſis fuit dictum, quod præſumptiones ſimplices non concludant probando per neceſſe, ſed per poſſibile, vt etiam traditur à Cephal. conſil. 327. num. 8. 9. Altograd. conſil. 92. numer. 52. lib. 2. Rota in rec.
110 dec. 125. n. 5. p. 6. ideoque non ſit attendenda deſumpta ab ipſis probatio, tamquam ea, quæ debet eſſe certa, clara, & neceſſariò, non autem poſſibiliter concludens. l. non hoc. C. vnde legit. l. c. in præſentia de probat. Cravet. conſ. 161. num. 16. Vermigliol. conſil. 186. numer. 8. & conſil. 319. num. 13. Altograd. d. conſ. 92. num. 49. Maſſim. de confiſcat. quæſt. 35. num. 70. Surd. dec. 260. numer. 9. 10. Thomat. dec. 123. num. 40. deciſ. 132. num. 33. & dec. 236. num. 8. tom. 2. Sabell. var. reſol. & reſponſ. cap. 92. num. 12. Gratian. diſcept. 980. num. 14. tom. 5. Cyriac. contr. 281. nu. 28. & contr. 308. num. 9. tom. 2. Rot. in rec. dec. 121. nu. 12. & dec. 173. num. 13. p. 4. tom. 2. dec. 209. num. 7. dec. 258. num. 11. & dec. 587. num. 3. p. 5. dec. 91. num. 8 dec. 151. n. 7. dec. 282. num. 12. p. 6. dec. 103. num. 14. dec. 253. num. 53. p. 7. Annot. ad dec. 131. num. 50. 51. 52. p. 8. coram Buratt. dec. 298. num. 10. coram Pegn. dec. 1373. num. 10. tom. 2. coram Cuuiler. dec. 570. num. 8. coram Coccin. dec. 279. nu. 9. coram Mantic. dec. 111. num. 5. & dec. 239. num. 2. cor. Andreu dec. 33. num. 12. coram Merlin. dec. 143. numer. 7. & dec. 396. ſub num. 10. 11. tom. 1. coram Seraph. dec. 1372. num. 1. tom. 2. coram Duran. dec. 337. num. 38. & dec. 402.
111 num. 21. tom. 2. in tantum, vt vbi requiritur probatio, & maximè plena, non admittatur præſumptiua iuſtificatio. Rubeus Senior in ſing. Rot. Roman. p. 2. verb. præſumptio. §. 1. tom. 2. Rota in rec. dec. 573. num. 6. & dec. 709. n. 5. 6. p. 4. tom. 3. dec. 9. num. 17. p. 5. dec. 115. num. 5. p. 6. poſt Merlin. de pign. & hypoth. dec. 63. numer. 10. & poſt eius tract. de legit. dec. 213. num 9. coram Gregor. dec. 278. num. 6. & ibi Add. num. 12. vbi concordan. coram Buratt. deciſ. 763. numer. 7. tom. 3. & in Mediolanen. prætenſ. deuolut. 1. Iul. 1655. §. neque, verſic. dicta præſumptiua, coram Meltio.

112 Oportebat addi, prędicta ſibi locum vindicare duntaxat, quando præſumptiones ſunt debiles, & imperfectæ, ſecus verò, quando, vt nunc ſaltem, ſunt efficaces, & perfectæ, tunc namque inſimul ſi conglomerentur, & iungantur pleniſſima oritur probatio. Calcan. conſil. 109. ſub num. 8. Roman. conſil. 7. numer. 3. Rimin. ſen. conſil. 360. ſub num. 9. Socin. iun. conſil. 32. nu. 24. & conſil. 39. num. 14. vol. 2. Cravet. conſil. 73. num. 19. & conſil. 178. num. 1. Cyriac. contr. 291. num. 21. tom. 2. Rot. in rec. deciſ. 336. num. 4. in fine p. 2. dec. 636. num. 6. p. 3. dec. 143. num. 15. p. 4. tom. 2. & dec. 603. num. 21. tom. 3. dec. 430. numer. 68. p. 5. tom. 2. dec. 191. num. 16. 17. p. 6. dec. 143. num. 9. p. 7. dec. 238. num. 30. p. 8. coram Coccin. dec. 297. num. 2. cor. Greg. dec. 245. num. 3. & poſt Merlin. de pign. dec. 63. num. 10. 11. 12. eſt in Ciuitatis. Vetul. Dotis 27. Febr. 1643. §. nec refert, vbi pulchrè, cor. Cerro repetita nunc in rec. deciſ. 152. à n. 9. 10. & ſeqq. p. 9. tom. 1.

113 Itemque eadem in oppoſitum tradita procedere ſolum in his, quæ non ſunt difficilis probationis, non autem in his, quorum difficilis eſt probatio, vt modò; hoc namquè caſu veris deficientibus probationibus, ad præſumptiones, & coniecturas recurritur, ex quibus tunc optimam elici probationem, eſt textus in l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milit. Alex. conſil. 105. numer. 8. lib. 4. Corn. conſ. 135. num. 34. lib. 1. Cravet. conſ. 143. numer. 12. Pariſ. conſ. 104. num. 42. lib. 1. Surd. conſ. 293. num. 31. Cyriac. contr. 219. num. 80. Menoch. præſ. 9. nu. 26. lib. 3. Mantic. de tacit. d. tit. 14. num. 5. 12. Cancer. d. p. 2. eod. c. 1. ſub num. 272. ego ipſe in legal. collect. 14. num. 85. vol. 1. Rubeus de teſtam. cap. 13. num. 110. 111. & ſub num. 148. vbi concordan. Larrea dec. 48. ſub num. 4. Rot. poſt lib. 1. conſil. Farin. dec. 32. num. 2. et in rec. dec. 571. ſub num. 3. p. 3. dec. 430. num. 12. p. 5. tom. 2. dec. 191. num. 8. p. 6. coram Merlin. dec. 177. num. 4. tom. 1. coram Seraph. dec. 763. numer. 8. tom. 1. et in Auximan. Sepult. de Cimiſ. 14. Martij 1641. §. ſimiliqui modo, verſic. tamquam reſ, coram Arguelles.

114 Nequè officere poteſt, non deduci, nequè probari ex ſupra poſitis coniecturis, & præſumptionibus ſpeciem locupletationis noſtræ aduerſariæ, prout requiri docent.

Digitized by Google

docent. *Angel.conſ.160.in finè Curt.ſen.conſ.71.alias 72. col.5.ſub verſ.ſeptima concluſio.Bec.conſ.95.num.26.verſic.& hanc opinionem.Surd.conſ.290.num.50.ad fin.lib.2. Claud.ad Bertaz. conſil.crimin.478.litt.B, verſ. contraria opinio.Cagnol.in l.ex pœnalibus num.5.de reg.iur. quos relatos ſequitur Gratian.diſcept.101.num.8. diſcept.422.n. 6.& diſcept.576.num.32.Marin.ad Reucrter. dec.55.ſub num.1.Rubeus in Annot.ad Rot.in rec.d.dec.81.n.145.& n.155.p.8.*

115 Etenim nequè dictum iſtud eſt inconcuſsè, ac vniuerſaliter verum; cum *Angel.in loc.ex aduerſ. alleg.* primus eiuſdem dicti prolator,nec ratione ſolida,nec lege præciſa,nec auctoritate aliqua moueatur, contra tradita *in l.illam.C.de collat.& per Giurb.dec.9.num.5. me ip-*
116 *ſum in legal.colluct.16.num.68. vol.1.* ſubindequè *cæteri D.D.* ipſum ſimpliciter abſque articuli examinatione ſequentes,ſunt omninò parui faciendi; ipſiſque adaptantur congeſta *à Dec.conſ.499. ſub numer.14. Roland. conſil.90 ſub num.50.lib.2.Molin. de primogen. lib.2. c.8. ſub num.32.Ceuall.comm.contr. comm. q.779. num.135. verſic.D.D more Sperel.dec.124. num.21.22. tom.2. Rubeo in Annot. ad Rot. in rec. dec.460. num.11.12.13.p.4. tom.2.*

117 Nequè idem dictum,ſi ſit verum,modò applicatur, quoniam Angel. non dixit abſolutè,& generaliter ſemper eſse neceſsariam probationem alicuius ſpeciei locupletationis,ſed hoc tantùm firmauit in caſu, quo deduceretur locupletatio ex receptione pecuniæ, eiuſque cõuerſione in proprios vſus facta à minore,muliere,ac bonæfidei poſseſsore;tunc enim ait,ab eadem receptione,& conuerſione, non benè, & ſufficienter deduci locupletationem,cum potuerit ipſa pecunia diſſipari; ac conſumi ſplendidius,& lautius viuendo, ideoque concluſit,aliquam locupletationis ſpeciem, vt puta res neceſsarias fuiſse emptas, æri alieno verè debito fuiſſe ſatisfactum,cum ſimilibus,eſſe vlterius afferendam,atquè probandam; provt videre eſt penes *eund. Angel. in l. in inſulam.§.1.ff.ſolut.matr.in conſ.133.& in d.conſ.160.ad fin.* Et in iſtis terminis, ſunt accipiendi *D. D. ex aduerſo allegati;* quinimò ſic verè loquuntur,& ratiocinantur,vt patet apud *Cagnol.in d.l.ex pœnalibus num.4.5.ff. de reg. iur.Curt.ſen.conſ.71.alias 72.in loc.ſuperius adducto. Bec. d.conſ.95.num.26.Surd. d. conſil.290. numer.50. Add.ad Bertaz.eod.conſil.478.ſub litt.B, Gratian.diſcept.101.à n. 4.ad 9.diſcept.422.à num.4.5.6.& diſcept.576. num.32. hiſque accedunt alij,quos ſeriatim refert, & ſequitur Menoch.conſil.1173.num.12.lib.12. & præſ.27. ſub num.10. lib.6. & de recup. poſſeſs. remed.15. num.585. cum ſeqq. Peregr.de fideic.art.49.ſub numer.116. Fachin. contr.iur. lib. 2.c.46.per tot.Odd.de reſtit.in integr.p.1. qu.47. art.5. maximè numer.25. Cenc. de cenſib. quæſt.15.ſub num.16. verſ.huiuſmodi autem. Maſcard.de probat. concl.1169. n. 7.8.9.tom.2.nouiſſimè Nicol.in lucubrat.ad Inſt.Ciuil. lib. 3.tit.15.num.7.verſic. non verò cenſetur tom.1. Rubeus in Annot.ad Rot.in rec.d. dec.81.ſub num.128. verſic. vlterius nec aliquid, & à num.129. ad 147. & 155.p.8. Rota ipſa poſt Cenc.de cenſib.dec.463.à n.12.& dec.464. n.30. 31.cor.Duran.dec.18.n.30.31.& cor.Merlin.dec.219.nu. 21.tom.1.*

Quocircà, cum in præſenti non deducatur pro parte Excelentiſs. D. mei Paulonij probatio locupletationis aduerſariæ ex receptione pecuniæ prædictæ,ſimulque, & vnitim illius conuerſione, ſeù conſumptione in ſuos vſus, ſed aliundè huiuſmodi locupletatio afferatur, provt à coniecturis ſuperius recenſitis eruitur, fruſtrà, ac malè proponitur obiectum excitatum.

118 Multum enim intereſt, ne ſalebroſum aliquid huic materiei adaptabile, intactum relinquatur, quod ab actore proponatur ſimpliciter, reum minorem pecuniam habuiſse,& recepiſse ex aliqua cauſa, ſubindequè teneri ad reſtitutionem:& quod proponatur, ipſum minorem,non tantum habuiſse,& recepiſse pecuniam, ſed illam in proprios conuertiſse, & conſumpſiſſe vſus cum eius locupletatione; vt rectè animaduertit diſtinguendo hos caſus *Lamberteng.de contr.cor. gloſ.1. verb. in alienationibus,& obligationibus, numer.243.244.245. cuius meminit eruditiſſimus Menoch.d.præſ.27. ante n.11. 12.13.& quem ſequutus fuit Maſcard.de probat. d. concl. 1169.n.13.*

Conſequenter,ſtante locupletatione noſtræ aduerſariæ per modum iam traditum comprobata, ſuccedit theſis illa omnibus obuia, paſsimquè huic materiei applicata, teneri eandem aduerſariam ad reſtitutionem depoſiti petitam,ex æquitate ſaltem naturali, ac diſpoſitione legis,qua ſancitur, neminem locupletari debere cum aliena,iactura; vt præter generaliora,de quibus *in l.nam hoc natura.C.de condict.indeb.l.naturaliter.§.fin. ff. eod.l.bona fides.ff.de act.& empt.c.ſuam de pœn.c.locupletari de reg.iur.in 6.& apud Tuſch.litt. L, concl.438. tom. 5.Barboſ. axiom.139. num.1. vbi concordan. cum alijs in mea colluct.legal.9.num.21. vbi multas affero S. Rotæ Romanæ deciſiones;* firmatur in iſtis terminis noſtris *à Capitan.in eius voto impreſs.apud Fenzon.ad Stat.Vrb.lib.1. ſub cap.151.num.36.verſ.verum,& traditione, & ſub nu. 37. Aſſet tamen in voto ibid. pariter impreſs.num.106.Torin.in Apolog.eod.in loco typo excuſso inſp.3.num.12.cum ſeqq.& ſub num.29.verſ.remanet quoque.Rota in rec.dec. 497.n.175.& ſeqq.p.5.tom.2. ac multis alijs ſuperius recenſitis.*

Cæterum, prætermiſsis pro nunc multis huiuſce rei vlteriorem penſitationem præſeferentibus,ex alijs quoquè motiuis tenetur,& cogi debet noſtra aduerſaria ad reſtitutionem pecuniæ apud ipſam depoſitatæ.

119 Ac præcipuè, quoniam nequit conſiderari profectò in hac facti ſerie vlla deceptio, vllaue circumuentio ipſius mulieris,dum pecuniam præfatam ſine aliquo onere recepit.*Gratian.diſcept.forenſ.c.576.numer.28.tom 3. & cap.879.num.10.tom.5.ac innuit.Rot.poſt Zacch. de ſociet.dec.36.num.6.coram Cardin.Millin. dec.50. ſub num. 6.& in rec.dec.81.ſub num.14.p.7.* nec minus in eo, qui cum illa contraxit aliquem dolum,aliquamue culpam,
120 & fraudem, ſucceſsiuè adfuiſse excogitari poteſt, dum propriam pecuniam fidei eiuſdem mulieris ſimpliciter committendo, iuxtà naturam depoſiti; ad *l.1. in prin.ff.depoſ.Mantic.de tacit.lib.10.tit.1.num.4.Staiban. de intereſs.lib.2.tit.14.quæſt.vnic.n.3.* Oſtendidit, ab ipſo procul fuiſſe quamcunque machinationem adhibi-
121 tam ad fallendam eandem mulierem, ſine qua machinatione non dari dolum,apertè deſumitur *à l.1. §.1. ff. de dol. mal. & ex congeſtis à Capra concl.78. num.2. Menoch.de recuperand.poſseſs. remed.5.nu.73. Decian. tract. crimin.lib.1.p.1.cap.4.à n.1. Farinac. in prax. tit. de pœn. temp.q.78.n.1.2.& viden. Merenda de camb.nund.cap.3. ſub n.26.*

Vndè,his ſtantibus, compelli debet mulier prædicta aduerſaria ad reſtitutionem depoſiti, ne alias illud non
122 reſtituendo,incurrat pœnam is, qui cum ea contraxit ſine aliquo eius dolo, & culpa; contra tradita *à gloſ. in l.ſi ſeruum.§.non dixit,verſ.amouere. ff. de acq. hæred. Becc.conſil.12.num.48.Surd.conſ.181.num.15. Carleual. de iudic.diſp.8.ſect.2.num.28.Staiban.de intereſs.lib.1.qu. 13.num.10.ego ipſe in legal.colluct.38. numer.2. vbi concordan.*

123 Nequè obſtat, quod ob non ſeruatas Statuti, ſeù Conſtitutionis ſolemnitates requiſitas in minorum, & mulierum contractibus præſumatur ille,qui cum iiſdem contraxit eſse in dolo,culpa,& fraude. *Torin.in Apolo-*

get.

Digitized by Google

*get.impreſs.apud Fenzon ad Stat.Vrb.lib.1.ſub c.151.inſp.
1.p.1.dec.1.num.6.dec.2.num.3. dec.9. num.8. cum ſeqq.
& alibi.Pic.ad d.c.151.gloſ.23. à num.5. Rot. ibi in calce
operis dec.22.num.7.& dec.51.n.6.*

124 Quoniam rigor horum ſolemnium præſcriptorum
in dictus contractibus mulierum, & minorum ceſsat,
vbi verè, prout nunc, non adeſt in contrahente cum illis
dolus,& fraus, *arg.l.5.C. quemadm. teſtam. oper. Bald. in
conſ.63.in fin.vol.3.benè in puncto Rota in Ciuitat. Caſtell.
pecun.2. Iul.1603. coram Iuſto, & in Vrbenet. cenſ.18.
April.1636. §. & quamuis, verſic. per quem text. coram
Motmano in rec.dec.119.n.10.p.7.*

Et maximè in hoc caſu, in quo noſtra aduerſaria, re-
cipiendo dictam pecuniam ſub depoſito nec directè,
125 nec indirectè fuit aliquo modo læſa, cum nullum il-
lius præiuditium adfuerit. *Odd.de reſt.in integr.q.17. art.
6.n.52.Torin.in Apolog.inſp.2.p.2.n.130.* & ſenſui patet.

126 Proindequè magis ſileat rigor præfatus ſolemnita-
tum Statuti, ſeù Conſtitutionis dantis formam ſeruan-
dam in contractibus minorum, & mulierum, vtpotè
procèdentis duntaxat in contractibus, in quibus mino-
res, ac mulieres directè, vel indirectè lædi poſsunt. *Gra-
tian.diſcept.723.num.8.& diſcept.756.num.4. pleniſsimè
omnium Torin.in d.Apologet. inſp.1. & inſp.2. ac per tot.
Rot.coram Greg.dec.260.n.3.dec.333.num.1.& ibi Add.
n.9.ac dec.496.n.8.cor.Merlin.deciſ.704.nu.8.cor.Duran.
dec.18.n.6.*

127 Vlterius certum eſt, furtum rei alienæ committen-
tes teneri condictione furtiua ad reſtitutionem ipſius
rei furatæ. *tex.cum gloſ.& comm. DD. in §.ex maleficijs.
Inſt.de act.& in §.fin.Inſt.de obligat.quæ ex delict.naſcunt
in l.fin.ff.de de priu.delit.& pariter in l.fin. ff. furt. Angel.
de malef.verb.etiam veſtem cæleſtem nu.6. Viu.opin.345.
Tuſch.litt.F,concl.559.n.4.& concl.564.nu.19. cum alijs
plenè congeſtis de more à Farinac.in prax. tit. de furt. qu.
165 n.24.*

128 Etiamſi ille, qui furtum commiſit, fuerit minor, pu-
bertati tamen proximus, ſicque doli capax. *l. ſed & ſi
quemcunque.§.ſed & ſi infans.ff.ad l.Aquil.l. ſi ex cauſa.
§.nunc videndum.ff.de minor.l.impuberem.ff.de furt.l. pu-
pillum.ff.de reg.iur.§.in ſumma. Inſt. de oblig. quæ ex de-
lict.naſcunt.Bonifac de furt.§.10.n.116.Farinac.eod.tract.
q.174.n.85.& q.175.n.93.94.95.*

129 Et ſi quoque furtum committens fuerit mulier; cui
propterea, nec partitur, ſi propria auctoritate inuadat,
& occupat rem ſuam, vel alienam, ex *gloſ. in l.ſi quis in
tantum, verſ.quæro ergo.C.vnde vi. Ripa in c. ſæpè numer.
88.89. de reſt.ſpol. Menoch. de recuper. poſseſs. remed.3.
numer.9.cum ſeqq.Farin. de furt.q.175.n.5.7.*

130 Non attento Statuto, ſeu Conſtitutione præfiniente
ſolemnia neceſsariò adhibenda in contractibus,& obli-
gationibus minorum, ac mulierum, cum huiuſmodi
obligationes a delictis promanantes non cadant ſub
diſpoſitione præfati Statuti,& minores, ac mulieres de-
linquendo obligentur abſquè interuentu dictorum ſo-
lemnium. *Lamberteng.de contract.cor. gloſ.1.q.90.n.351.
cum ſeq.Farin.in prax.tit.de reo confeſs.q.81.c.10.ſub nu.
.354 verſic. amplia tertio.Vermigliol. conſil.260.n.2.*

131 At noſtra aduerſaria denegans reſtitutionem depo-
ſiti penes ipſam facti committit furtum. *l. pomponius in
fine. ff. de acq. rer. domin. Alberic.in l.1.ſub num.2.ff.de
furt.Alex.in l.3.§.ſi rem. ff. de acq. poſſeſs. Crauet. conſil.
287.ſub num.2.lib.2.Boſs.in pract. crimin. tit. de furt. ſub
num.45.vbi benè.Bonifac.de furt.§.3.num.30.ad fin. verſ.
furtumque non conſiſtere,& n.45.Farin.eod. tract. q.168.
n.7. vbi concordan. Giacch. ad Clar. §. furtum ſub litt. D,
Vermigliol.conſ.293.n.11.*

132 Idemque eſſet, ſi depoſito apud eum facto in pro-
prios vſus conuertiſset, ſeu aliter inuito deponente vſa
fuiſset. *§.furtum autem, vbi gloſ.& DD.Inſt.de oblig. quæ
ex delic.naſcunt.l.ſi depoſiti.C.depoſiti. Bart.in l.eum qui.
§.is autem ante num.1.ff.de furt.Honded.conſ.43.num.14.
lib.2.Ricc.collect.1054.verſ.infertur quinto.Couar.var.re-
ſol.lib.3.c.15.n.8.Gregor.ſyntagm.iur.lib.37. cap.1. tit. de
furt.num.8 verſ.qui igitur.Bonifac.de furt.§.8.num.1. Fa-
rin.eod.tract.quæſt.169.num.3.vbi de communi. Leotard.
de vſur.quæſt.32.num.28.Rodderic.de ann.reddit.lib.3. q.
11.num.9.Mantic.de tacit.lib.10.tit.9.num.2.27. March.
dec.443.Ludouic.dec.Lucenſ.21.Larrea dec.14. ſub num.
28.49.Niger.de except.c.3.§.13.num.7.nouiſsimè Nicol.
in Lucubras.ad Inſt.Ciuil.lib.3.tit.15.num.33. verſ.in alijs
conueniunt, tom.1.*

133 Niſi verſaremur in depoſito pecuniæ numeratæ,
quo caſu non committitur furtum à depoſitario, illa
ad alium vſum vtente. *Bonacoſ. q. q. crimin. ver.furtum,
verſ.item ſi pecunia.Tuſch.litt.F,concl.553. numer.19.20.
Capell.Tholoſ.dec.168.Farin.d.q.169.num.4. Vermigliol.
conſ.466.n.16.Niger.d.§.13.ſub num.8.* ſi tamen depoſi-
tarius non ſe obligaſset eandem pecuniam penes ip-
ſum depoſitatam reſtituere, vt, poſt *Plot. in l. ſi quando
numer.421.Cod.de lit.iuran.Neguſ. de pign. p.2. Membr.
3.p.5.princ.num.13.obſeruat Niger.in alleg.§.13.num.8.
in fine.*

Meritò, non obſtante nullitate alias inducta à Statu-
to, ob non ſeruatas ſolemnitates præfinitas in contra-
ctibus, & obligationibus mulierum, teneri conditione
furtiua eandem aduerſariam ad reſtitutionem præfati
depoſiti, eſt fatendum.

Hancque actionem, iſtudque remedium huiuſmodi
conditionis fuiſse deductam, fuiſſeque intentatum pro
parte Excellentiſsimi D.mei Paulonij, ex eo ſatis colli-
134 gitur, quod in inſtantia facta contra aduerſariam
adeſse dicitur clauſula *omni meliori modo*, per quam
omne remedium, magis fauorabile cenſetur deductum,
& omnis actio neceſsaria, & proficua actori cenſetur
promota. *Barboſ.clauſ.95.num.12.Rot.Bonon. diuerſ. de-
ciſ.129.num.25.& dec.216.num.54.* idemquè conuinci-
135 tur, ſi adſit alia clauſula *ius,& iuſtitiam miniſtrari, &c.*
cum illius operandi virtutes ſint eiuſdem qualitatis
modo recenſitæ. *Roland.conſ.79. num.38. vol.1. Menoch.
conſil.314.num.5.Surd.conſ.273.num.5.Maceraten.reſol.
13.num.17.lib.2.Gamm.dec.Luſit.300. numer.3. Barboſ.
clauſ.76.num.2. Rubens ſing.Rot. Roman. p.4. clauſ.457.
num.25.tom.2. Nicolius in Lucubrat. ad Inſt.Ciuil.lib.4.
136 tit.6.num.50.tom.2.* imò cum ex narratis colligi poſ-
ſit actio præfata, dicitur ipſa quoquè intentata, ob vim
ipſius clauſulæ *ius,& iuſtitiam miniſtrari,&c. Alex.conſ.
200.num.7.lib.2.& conſil.34 num.4. lib.3. Crauet. conſ.
151.num.4.Tuſch.litt.C, concl.359.num.1.2. Marth. de
clauſul.p.1.clauſ.65.num.2.Barboſ.d.clauſ.76.num.3.Ru-
beus d.clauſ.457.num.9.vbi concordan.Poſsem.ſing.68.n.
3.4.cent.1.*

137 Deniquè communis eſt obſeruantia, ac praxis, quod
relaxentur mandata executiua contra mulieres, quę
ſine ſolemnitatibus Statuti, ſeù Conſtitutionis dantis
formam ſeruandam in earum contractibus, & obliga-
tionibus receperunt pecunias, vti atteſtatur *vir ſummè
doctus, & in ſubſellijs iuditiorum verſatiſsimus Gratian.
diſcept.forenſ. c.576. ante num.33. tom.3. cuius meminit
Torin.in Apologet.impreſs.apud Fenzon ad Stat. Vrb. lib.
1.ſub c.151.inſp.3.num.7.in fin.ac benè conueniunt tradita
ab eodem Gratian.diſcept.879 tom.4.Aſſestament. in Vo-
to ſub d.c.151.num.106.repetit inter Rot.recent.dec.497.
num.175.* & reſpectu Eccleſiæ, & minorum, vt idem ſit
ſtatuendum ſi concurrat bona fides, vt nunc ſoluentis
illis pecuniam, abſquè ſolemnijs, videri poteſt *An-
dreol. contr.364.num.20.p.5.Rot. coram Merlin.dec.219.
tom.1.*

Quare

Digitized by Google

Quarè, cum apertiſsimè conſtet de vera numeratio-
ne pecuniæ, illiuſque receptione facta a noſtra aduerſa-
ria per publici inſtrumenti, cui fides non eſt a Statuto,
ſeù Conſtitutione adempta, vt dixi ſuprà, clariſsima ver-
138 ba depoſuit, & effectiuè conſignauit in depoſitum D.
Magdalena Planea præſenti, recipienti, & ad ſe trahenti,
in tot paulis, & teſtonibus argenteis; pro vt dicta D. Mag-
dalenna ad ſe traxit, &c. iuxtà doctrinam Bart. in l. ſingu-
laria num. 22. vbi etiam alij DD. ff. ſi cert. petat. & in l. ſi ità
ſtipulatus. §. Griſogonus num. 3. ff. de verb. oblig. Alex. conſ.
179. num. 6. lib. 2. Maſcard. de probat. concl. 1116. 1117.
Gratian. diſcept. 387. ſub num. 40. Mel. alleg. 27. num. 9. vol.
1. Tondut. de penſionib. c. 50. à numer. 53. & ſeqq. Cenc. de
cenſib. quæſt. 51. per tot. Rot. ibi poſt tract. dec. 110. num. 3.
dec. 102. num. 1. dec. 127. num. 2. dec. 136. num. 3. dec. 454.
num. 1. dec. 525. num. 1. & alibi apud Poſt. de manut. deciſ.
188. num. 3. ac in rec. dec. 404. num. 1. p. 2. dec. 33. numer. 5.
p. 4. tom. 2. coram Coccin. dec. 286. num. 3. & dec. 302. n. 5.
coram Greg. dec. 355. num. 5. & ibi Add. num. 7. coram Du-
ran. dec. 73. num. 1. coram Buratt. dec. 298. num. 7. dec. 518.
num. 1. vbi Ferentil. num. 14. & dec. 759. n 4. 5. cor. Pegn.
dec. 780. n. 5. tom. 1. et in Roman. dotis 11. Febr. 1656. §. hic
autem cor. Beuilacq.
139 Et in noſtris terminis depoſiti, quod nempè illius
veritas, numeratio, ac receptio per verba prædicta pro-
betur; Rot. poſt Cenc. de cenſib. dec. 463. n. 7. cor. Millin. dec.
7. num. 1. & coram Merlin. dec. 219. num. 6. verſic. nec ere-
mitis tom. 1.
140 Quidquid foret dicendum, vbi verba inſtrumenti
inciperent a confeſsione, & terminarent cum ablatiuis,
vt puta confeſſus fuit habuiſse, et recepiſse à Franciſco dan-
te, & ſoluente; tunc enim non probari numerationem,
nec traditionem, dixerunt Coſta in l. ſi ex cautione limit.
19. ſub num. 8. vbi de communi. C. non numer. pecun. Bertaz.
clauſ. 31. gloſ. 5. num. 1. Farinac. de falſit. q. 154. numer. 73.
Maſcard. d. concl. 1117. num. 17. Mel. d. alleg. 27. nu. 6. Man-
tic. de tacit. lib. 18. tit. 6. num. 10. to. 2. Pacific. de Salu. inſp.
1. cap. 7. num. 25. 26. Cenc. de cenſib. d. quæſt. 51. num. 10.
Surd. d. dec. 284. num. 10. Rot. coram Coccin. apud Mel. in
fin. d. alleg. 27. nu. 2. 3. in Parmen. penſion. 23. Martij 1640.
§. non enim tradit, & 28. April. 1645. §. repetendo quod
cor. Bichio; etiam ſi adeſsent verba provt cum effectu ha-
buit, & recepit in præſentia mei notarij, & teſtium; ad Gra-
tian. diſcept. 387. num. 42. tom. 2. Mel. alleg. 27. num. 8. vol.
1. Farinac. de falſit. q. 154. numer. 66. 81. 82. Beltramin. ad
Greg. d. dec. 355. ſub num. 7. verſ. ego vti. Rota poſt lib. 2.
conſil. Farin. dec. 320. num. 3. 4. & in d. Parmen. penſion.
28. April. 1645. §. atquè hinc cor. Bichio.
Niſi alia cum iſtis concurrerent verba denotantia
actualem numerationem, & traditionem, vt de illis
actualiter datos, numeratos, & traditos, dixit Rota in rec.
dec. 310. et dec. 382. p. 4. et dec. 344. à num. 14. p. 9. tom. 2.
quæ eſt in d. Parm. penſ. §. atque hinc, coram Bichio, & de
verbis incipientibus a confeſsione, & terminantibus
cum gerundijs, vt confeſſus fuit habuiſse, etc. à Franciſco,
dando, et recipiendo admiſerunt Maſcard. d. concl. 1117. n.
18. Farin. d. q. 154. num. 73. Mel. d. alleg. 27. num. 7. Mantic.
d. tit. 6. num. 11. Pacific. d. c. 7. num. 27. 28. Cenc. de cenſib. d.
q. 51. numer. 8. 9. ac generaliter de verbis ſonantibus in
actum, qui viſui ſubijciatur. Felin. in c. ſi cautio num. 53. de
fide inſtrum. Iaſ. in Rubr. Inſtit. de action. nu. 35. Socin. conſil.
143. num. 1. lib. 1. Rot. in Bergomen. penſion. 21. April. 1623.
§. non obſtat; quod hic in fin. cor. Coccin. impreſs. poſt Mel. d.
alleg. 27. num. 4. vbi ponderatur dictio ibidem cum fuerit
dictum confeſsus fuit habuiſse, etc. provt ibidem recepit,
etc. & reſoluitur ex vi illius dictionis conſtare de vera,
& actuali numeratione, & receptione, cum eadem di-
ctio ibidem nequeat hoc caſu aliter interpretari, quam
pro dictione tunc, ſecundùm tradita à gloſ. in l. ſi quis in
legatione, verſ. ſi initium. ff. de iudic. lexic. iuridic. verb. ibi,
et de hac materia eſt ſemper relegen. Rota in rec. dec. 344.
p. 9. tom. 2.
Sunt partes D. mei Iuſdicentis condemnare omninò
dictam Magdalenam aduerſariam nedum ad reſtitu-
141 tionem dicti depoſiti; provt requiſita debuiſſet multò
ante ſtatim reſtituiſse, ſecundùm concluſionem, de qua
in l. 1. §. eſt autem. ff. depoſ. l. penult. C. eod. c. bona fides extr.
eod. tit. Merlin. de pign. lib. 4. q. 83. num. 30. 31. Staiban. de
intereſs. tit. 14. quæſt. vnic. num. 29. lib. 2. Rota cor. Greg. de-
ciſ. 106. n. 6. et poſt Zacch. de oblig. Camer. dec. 267. n. 2. et
poſt Merlin. vbi ſup. dec. 102. n. 3.
142 Et quidem executiuè, cum contra depoſitarium
ſemper locum habeat ipſa via executiua. Roland. conſ.
17. num. 1. vol. 1. Gratian. diſcept. 667. num. 15. et diſcept.
728. à num. 21. Scacc. de iudic. lib. 1. c. 62. numer. 21. verſic.
contrariam. Mantic. de tacit. lib. 10. tit. 10 num. 1. 2. 3. tom.
1. Mel. alleg. 17. num. 17. vol. 1. Merlin. de pign. lib. 4. quæſt.
83. num. 131. Olea de ceſs. iur. tit. 5. quæſt. 8. n. 8. Staiban. d.
q. vnic. num. 28. Manſon. de cauſ. execut. ampl. 39. n. 9. cum
ſeqq. Crinel. dec. 85. n. 1. Viu. dec. 191. num. 5. lib. 1. Rot. poſt
Zacch. de oblig. Camer. d. dec. 267. nu. 1. et poſt Merlin. de
pign. d. deciſ. 102. n. 1. ac dec. 109. n. 15.
143 Sed etiam ad intereſse pecuniarum penes ipſam
depoſitatarum decurſum à die contractæ moræ. l. die
§. qui pecuniam. ff. depoſ. l. 2. C. eod. l. numis. ff. de inlit iu-
rand. Roderic. de ann. reddit. lib. 3. quæſt. 11. num. 86. Man-
tic. de tacit. d. lib. 10. tit. 6. num. 6. Olea de ceſs. iur. et action.
tit. 5. quæſt. 8. num. 8. verſ. et non ſolum Leotard. de vſur. q.
32. num. 19. Staiban. de intereſse lib. 2. tit. 14. ead. q. vnic. à
num. 45. cum ſeqq. Merlin. d. quæſt. 83. numer. 132. Larrea
alleg. fiſcal. 41. num. 2. p. 1. et dec. 14. num. 8. p. 1. Noguerol.
alleg. 7. n. 53. Rot. in ſæpè alleg. deciſ. 267. n. 3. poſt Zacch. de
oblig. Camer.
Maximè ſtante explicita conuentione de ſoluendis
damnis in caſu non reſtitutionis dicti depoſiti, vt in in-
ſtrumento ibi alias, etc. ad omnia damna, etc. quæ verba
faciunt manifeſtiſsimam hanc conuentionem, cum in-
144 ſtrumentum ſit probatio probata. Bald. in l. intereſt.
vlt. notab. C. de ſolut. Crauet. conſ. 317. num. 1. Medic. dec.
March. 59. num. 1. Andreol. contr. 171. num. 1. nouiſsimè
Nicol. in Lucubrat. ad Inſt. ciuil. lib. 3. tit. 24. ſub num. 71.
verſic. ſed etiam tom. 1. contr. diſcept. forenſ. cauſ. 8. num. 1.
15. et cauſ. 25. nu. 1. tom. 1. Rot. ibid. in calce operis dec. 136.
num. 2. dec. 152. num. 6. et dec. 168. num. 2. ac poſt Zacch. de
oblig. Camer. dec. 149. et dec. 150. vtrobique numer. 1. cum
innumeris congeſtis à me in collucť. legal. 1. num. 1. Et con-
145 currente alio implicito pacto de iiſdem damnis, & in-
tereſse contento in oblig. Camerali. Scacc. de appell. qu.
17. limit. 9. num. 24. ad med. Gratian. diſcept. 852. num. 36.
Zacch. de oblig. Camer. q. 31. num. 30. 31. Rot. ibi poſt tract.
dec. 69. n. 2. et dec. 216. n. 5. et deciſ. 217. nu. 18. ac poſt cenſ.
de cenſ. dec. 197. n. 5.
Non obſtat, quod aduerſaria noſtra dicat, ſe ſoluiſ-
ſe pro Excellentiſs. D. meo Paulonio fructus quoſdam
annui cenſus decurſos aduerſus eum, ac ab ipſo debitos
R. D. Franciſco Cauallotto: ſicque cum depoſitum
fuerit factum in numerata quantitate pecuniæ, in tan-
tum, vt depoſitaria potuerit reddere aliam conſimi-
lem pecuniam, vt dictum eſt ſupra, ſuccedat, eidem com-
146 petere directam compenſationem contra idem de-
poſitum pro ſumma ſoluta, ſibique debita, per tradita
præciſim à Rota Ianuen. in deciſ. 34. ſub num. 8. 9. & in
147 omnem caſum nequeat d. aduerſariæ denegari com-
penſationem ipſam, ſaltem indirectam iure retentionis
ad Ricc. in collect. 1054. in princ. verſ. licet bene. Manſon. de
cauſ. execut. ampl. 39. num. 33. Et generaliter, quod vbi
non poteſt eſse locus compenſationi, non excludatur
retentio, aiunt Graſs. except. 16. num. 20. cum ſeqq. Cyriac.
contr.

Digitized by Google

contr.441.num.18.tom.3.Rota coram Buratt.dec.277.nu. 4.tom.1.

Reſpondetur namque.

148 Quod ſicuti generalis eſt concluſio, exceptionem compenſationis non admitti contra depoſitantem agentem ad reſtitutionem depoſiti.l.ſi quis. Cod. de poſ. Crot.conſ.137.num.20.Viu.dec.191.num.4.Franch.deciſ. 151.num.2.Graſs.de except.except.16.num.70. Gratian. diſcept.728.num.21.Caſtil.contr.lib.3.c.16.num.41.Mantic.de tacit.lib.10.tit.10.num.4. cum ſeqq. Ricc. d. collect. 1054.in prin.Niger.de except.c.13.§.12.num.8.cum ſeqq. vbi latè.Hermoſil.in l.5.tit.3.p.5.gloſ.5. Manſon. d. ampl. 39 num.32.Medic.de compenſ.p.1.q.15. Staiban. de intereſs.lib.2.tit.14.q.vnic.num.33.34.Leotard.de vſur.q.32. num.8.Olea de ceſs.iur.tit.6.q.2.ſub num.18. Gat. de credit.cap.4. num.652. Leo. dec. Valent.53. num.22. Larrea deciſ.Granaten.14.ſub num.8. Nicol.in Lucubrat. ad Inſt. ciuil.lib.3.tit.15.num.33.verſ. item in vtentro tom.1. Rot. apud Put.dec.277.n.7. lib.1. coram Coccin. dec.49. in fin. poſt Zacch.de oblig.Camer.dec.267.num.20.eadem ac poſt Merlin.de pign.dec.102.n.19.

149 Ità communis eſt ſententia, huiuſmodi exceptionem non admitti, licet depoſitum fuerit factum in pecunia numerata,& vt quantitas Crot. conſil.139. num.3. Sorm.ſen.conſil.143 num. 14.ad fin.lib.1. Kuyn. conſ.144. num.13.lib.4.Graſs.d.except.16.numer.71. Mantic. d.tit. 10.num.8.9.Gratian.d.diſcept.728.num.22.24.Renerter. dec.494.ſub n.1.verſ.id quod procedere, & ibi Marta. in obſer.numer.1.verſic.& hoc etiam,vbi concordan. Larrea deciſ.14 ſub numer.8.Niger.de except.cap.13.§.12.num. 10.19.

150 Vndè quemadmodum, non eſt curandum de Rot. Ianuen. in loco ex aduerſo allegato, cum pro nobis ſtet communis opinio, adeòvt vlteriùs in praxi laborandum non veniat,ex quo in conſulendo,ac iudicando ab ea recedere non debemus. Rimin.iun.conſ.152.n.49.Rubens conſ.32.n.16.lib.1.Fuſar.conſ.82.num.10.Crſ.conſ.7. n.100.Altograd.conſ.103.n.21.lib.2.Franch.dec.405. n.5. Barz.dec.96.n.22.cum ſeqq.

151 Sic parui facienda venit oppoſita retentio, cum ea tantum admittatur contra depoſitum, propter expenſas factas in re depoſita,in quo caſu,non verſamur.gloſ. in l.ſi plures.§.vltimo,verſ.interritura in fin.ff.depoſ. Imol. in c.bona fides,ſub n.13.14.eod.tit.Mantic.d. tit.10. n.24. Staiban.d.q.vnic.n.39.

Et ita loquuntur etiam Ricc.ac Manſon. in ſedibus indicatis,ſi accipiantur,vt fieri debet,ſecundum dicta Doctorum,quos allegant. Bart.in l.non ſolùm.§. ſi liberationis.ff.de liber.leg. Rimin.iun.conſil.526.num.21. & conſil. 654.num.6.Menoch.conſil.798.num. 29.Altograd. conſil. 47.n.52.lib.2.

152 Vlteriùs funditus deſtruitur obiectum, nam ſolutio allegata fuit facta à depoſitaria propria auctoritate ſine ordine deponentis, quo caſu non venit attendenda nec liberat depoſitariam ab eius obligatione. Rot. poſt Merlin.de pign.dec.102.num.10. poſt Zacch. de oblig. Camer.dec.267.num.9.eſt in Roman. cenſ. ſeù depoſ.28. Iun. 1645.§.conſiderarunt enim,coram Meltio: Etiamſi facta
153 fuiſset in cauſam, in quam deponens erogare depoſitum promiſit. Duard.de cenſib.tit.de pretij cenſ. conſtit.§. 2.q.1.num.35.Rot.poſt Merlin.de pign.& hypoth.dec.109. num 6.apud Zacch.de oblig.Camer. dec.191. num.7. eſt in d.Roman.cenſ.ſeù depoſ.26.Ianuar.1646.§. quod attinet, in fin.cor.Meltio: Sicque multò magis, vbi facta fuit, vt nunc,in aliam cauſam diuerſam à deſtinata. Dec.conſil. 330.ſub num.2.Alex.conſil.44.numer.6.lib.2. Rot.in iſtis noſtris terminis, poſt Cenc. de cenſib. deciſ.475. numero 11.

154 Certum enim eſt,pecuniam depoſitatam, vel eſſe reſtituendam ipſi deponenti, vel ſoluendam, cui ipſe mandauerit. Rot.in rec.dec.660.num.1.p.3.poſt Merlin.de d.dec.102.ſub n.10.repetit penes Zacch.de oblig.Camer.d. dec.267.n.10.

155 Nec eſt,quod ſubdatur,depoſitariam iſtam ſoluiſse dictos fructus cum pecunijs depoſitatis bona fide, abſque dolo,ſeù culpa; & conſequenter non teneatur depoſitum reſtituere. Rot.in d.d.deciſ.109.num.12. & dec. 191.numer.13. poſt Merlin. & Zacch. reſpectiuè in tract. adduct.

156 Nam,vltrà quod hoc ſilet, quando depoſitum fuit erogatum contra formam ipſius depoſiti, vt nunc; ex ipſa Rot.in locis modò allegatis.

157 Patet, depoſitariam prædictam fuiſse in culpa ſtatim ac tranſgreſsa fuit eius officium; vt in puncto ait Rot.in d.Roman.cenſ.ſeù depoſ.26.Ianuar.1646.§. non obſtat quod Bacelli in hoc ad fin. cor. Meltio poſt Merlin. de pign.& hypoth.d.dec.109.num.13.& poſt Zacch.de oblig. Camer.d.dec.191. ſub n.14.

Quinimò in dolo,cum tranſgreſsio huiuſmodi fuerit valde damnoſa, & præiuditialis Excellentiſs. Paulonio deponenti,ex eo,quod pecunia depoſitata, quæ inſeruire debebat pro extinctione ſortis principalis cenſus, implicata dicitur in ſolutionem fructuum, vigente adhuc ipſo cenſu in grauiſsimum damnum ipſius deponentis:qui enim alteri affert præiuditium,& damnum, in dolo verſari proculdubio cenſetur. l.1.§. an in pupillum.ff.depoſ.Dec.in l.cum fundus.§. ſeruum tuum num.6. ff.ſi cert.petat.Cranet.conſ.142.n.15. cum ſeqq. lib.1. Menoch.præſ.3.ſub n.90.ac infrà lib.5.

Cumque ſciret ipſa aduerſaria offitium, munuſque ſuum fuiſse, vel retinere ad voluntatem deponentis pecuniam penes eam depoſitatam, vt dixi, vel ſaltem illam ſoluere in cauſam præfatæ extinctionis ſortis principalis cenſus, neutrumquè peregerit arguendam ſanè de dolo eſse,non ambigitur. l.dolus.ff.mand.l. dolo. ff. ad l.falcid.Cranet.conſ.115.num. 2.& conſil.346.n.1.2.Bero. conſ.191.num 18.Cephal.conſil.230.n.4. Menoch. d. præſ. 3.n.66.cum ſeqq.Pignatel.contr.57.n.14.cent.1.nouiſsimè Fagnan.in c.ad falſarior ſub num.12.de crimin.falſ.Larrea dec.Granat.59.n.15.tom.2.

158 Quarè ex prędictis omnibus non eſt a ſapientiſsimo Iudice audienda noſtra aduerſaria moras nectens in reddendo depoſito, ſed cogi omninò debet pecuniam depoſitatam reddere, vt docuit Harmenop. lib.3. tit.9.in fin.ſubdens, quod mirè, & præclarè id lex iubet varias eorum improbitates, & verſutias reprimens, apud quos res deponuntur;atque meminit Leotard.de vſur. qu. 32.ante num.10. ne contractus, qui ex bona fide oritur ad perfidiam retrahatur;ſicuti ad rem iſtam ratiocinatur Imperator.in l. penult. C. de poſ. & repetitur à ſummo Pontifice in c.vltra extrà eod.tit.obſeruatque Leotard.d.q. 32.n.8.ac ſauet nouiſſimè D.Contr.diſcept.forenſ.cauſ.81.n. 27.lib.1.

159 Atque Excellentiſs. D. meus Paulonius deponens tanquam ab iſta depoſitaria ſpoliatus, ob legem depoſiti non ſeruatam. Bald.conſ.384.num.2.lib.1. Mantic. de tacit.lib.10.tit.10.num.7.Staiban.de intereſs. lib.2. tit.14. q.vnic.num.34. Rot.in d.d.dec.109.& dec.191. vtrobique num.9.poſt Merlin. & Zacch. in locis alleg. eſt totaliter,
160 præuia reſtitutione eiuſdem depoſitati, in primis, ac ante omnia reintegrandus c. in litteris c. conquerebatur de reſt.ſpol.c.nullus 2.q.2.l.ſi quis ad ſe.Cod.ad l. Iul. de vi publ.ſocin.reg.379.Gabr.comm.concl. tit. de reſtit. ſpoliat. concl.1.Iordan.Elucubrat.diuerſ.lib.14.tit.12.n.123.tom. 3.Redenaſc.conſil.66.num.10. lib.1. Staiban. in his terminis d.q.vnic.ſub num.34.Niger.de except.c.8.§.21.n.12. vbi concordan.

Atque ità, &c. Saluo, &c.

Hanc

Hanc ipſam cauſam non minus viriliter, quam doctè
161 tutatus eſt *eximius, & præſtantiſſimus I.C.D. Franciſcus Maria de Gulielmis primarius in eius Camerinen. patriæ Aduocatus*: Et tandem, poſt vehementiſsimas, & crebeirimas diſputationes, ſecundum ſuperius concluſa iudi-
162 cauit *Reuerendiſſimus D. Octauius Auius Archidiaconus, & Vicarius Generalis Camerin. vir nedum incorrupta iuſtitiæ rectitudine conſtanter inſignitus: verum etiam cæterarum virtutum nitore maximè corruſcans de anno 1663. die 27. Februarij in actis D. Angeli Belloni Notarij, & Cancellarij Epiſc.* Quam quidem iuditiariam deffinitionem, *reiecta interpoſita ex aduerſo appellatione*, approbauit Alma Rota Maceratenſis *ſub die 19. Decembris eod. currente anno ex actis D. Rodulphi Buccij Notar. & Secretar.*

COLLVCTATIO XXXIX.

ARGVMENTVM.

Iudicij communi diuidundo requiſita adducuntur. Dominium ex poſſeſſione quando dicatur præſumptum, & probatum. Poſſeſſio quomodò non cenſeatur probata. Teſtes, quinam ſint præferendi, lineæ maſculinæ appellatione qui veniant. Exceptio de iure tertij, quando admittatur. Aditio hæreditatis, quando, & qualiter veniat probanda. *Stat. Ferrar lib. 2. Rub.* 90. declaratur Solemnitates Statutariæ in actibus legalibus quando deſiderentur. Effectus clauſulæ, ſi quid exequendum afferuntur. Sententia contra ſententiam quando ferri poſſit, non reuocata priori. Attentata fore reuocanda, & legitimationem perſonæ in quolibet iuditio omninò eſſe neceſſariam concluditur.

SVMMARIVM.

1 *Dominium, & communio ſunt probanda ab agente ex iuditio communi diuidundo, & rationes afferuntur n. 2. ac ſeqq.*
2 *Actor tenetur fundamentum ſuæ intentionis concludenter probare.*
3 *Diuidi nequit, quod non eſt commune; & n. 11.*
4 *Agens communi diuidundo debet deſiſtere, & agere rei vendicatione, ſi reus conuentus neget communionem.*
5 *Rei vendicatio expoſcit pleniſſimam dominij probationem.*
6 *Titulus ſpectat ad cauſam dominij: requiritur in iuditijs diuiſorijs n. 7.*
8 *Actor non probans ſua incumbentia, repellitur à iuditio: ſicuti vt ſi agat ſine actione n. 14.*
9 *Diuiſorium iudicium non eſt vnicum, ſed duplex, & quomodò, ac n. 12.*
10 *In communione nullus cogitur perſeuerare.*
11 *Diuiſio exoritur à communione.*
13 *Iudicium communi diuidundo, competit tantùm ad diuidendum res particulares.*
15 *Dominium incidenter, & non principaliter deductum, dicitur probatum à poſſeſsione: Amplia etiam in iuditio erciſcundæ num. 16. contra n. 39. hoc intellige vt nu. 40. 41. declara principalem concluſionem, ſi poſſeſsio ſit pacifica, & non vitioſa num. 33. Limita eandem concluſionem in iudicijs diuiſorijs num. 43.*
17 *Argumentum à iudicio familiæ erciſcundæ ad iudicium communi diuidundo valet: Limita, vt n. 36.*
18 *Poſseſſio, non præſumitur, ſed eſt probanda, eſt quid facti, num. 19.*
20 *Facta non præſumuntur.*
21 *Poſſeſſio non acquiritur ex actibus facultatiuis; vt acquiratur in immobilibus neceſsaria eſt ſcientia, & patientia primi poſſeſſoris n. 22.*
23 *Poſſeſsio non infertur ex actibus clandeſtinis.*
24 *Poſſeſsio non probatur ex actibus, qui dederunt cauſam liti.*
25 *Manutentio non poteſt obtineri ex actibus, qui dederunt cauſam liti.*
26 *Teſtes in numero plures præferuntur: ſic teſtes melius informati, & melius deponentes n. 27. ac teſtes inſignes, & in dignitate conſtituti n. 28. quod amplia, vt ibid.*
29 *Scripturis potius eſt ſtandum, quam teſtium depoſitionibus.*
30 *Poſſeſsio poſterior præſumitur clandeſtina, & turbatiua: inſuperquè cenſetur improba nu. 31. nec non vitioſa numer. 32.*
34 *Dominium in rei vendicatione deducitur principaliter, & non incidenter.*
35 *Familiæ erciſcundæ iuditium, differt in multis à iuditio communi diuidundo; & maximè in probatione dominij num. 36.*
36 *Dominij probatio requiritur maior, & magis exacta in iuditio communi diuidundo, quam in iuditio familiæ erciſcundæ.*
37 *Argumentum ab æquiparatis, non habet locum, quando aliquo caſu ceſſare poteſt æquiparatio requirit æquiparationem omnimodam, & per viam regulæ. n. 38.*
39 *Baldus fuit à Iaſone adoratus, tanquam ſemideus in legibus.*
41 *Familiæ erciſcundæ iudicium, eſt relinquendum, & primitus agendum rei vendicatione, ſi ſit negatum res pulſatas eſſe hæreditarias. Declara num. 44. 45. 46.*
42 *Dominium non præſumitur à poſſeſſione, in iudicio communi diuidundo: ſi ſit negata communio.*
43 *Poſſeſſio non ſufficit ad probationem dominij in iudicijs diuiſorijs, declara hoc procedere quoad victoriam, non quoad proceſſum n. 46.*
47 *Dominium poteſt incidenter cognoſci in iudicio communi diuidundo, ſi non ſit data exceptio præpoſterationis. Declara n. 51.*
48 *Dominium incidenter deductum, eſt cooperans, & leuioribus contentatur probationibus n. 49. imò præſumptionibus, & coniecturis n. 50.*
52 *Dominium vbi principaliter deducitur indiget pleniori, & magis exacta probatione: nequè ſufficit poſſeſſio numera 53.*
54 *Dominium defuncti, tranſit in hæredem.*
55 *Aditio probatur ex poſſeſſione bonorum hæreditariorum.*
56 *Hæres quis non probatur ex poſſeſſione bonorum hæreditariorum in iuditio familiæ erciſcundæ.*
57 *Dominium, non probatur ex ſolo titulo: Declara ſi agatur contra tertium n. 58.*
59 *Dominium probatur ex confeſſione.*
60 *Teſtamentum non præſumitur, & omnes cenſentur deceſſiſſe inteſtati.*
61 *Graduum connumeratio ſecundùm ius canonicum poteſt ordinari à Statuto.*
Stat. Ferrar. lib. 2. Rub. 139. iubet connumerari gradus in ſucceſſionibus ab inteſtato, iuxtà ius canonicum. ibid.
62 *De linea maſculina quis tunc demum dicitur, ſi ſit maſculus, & ex maſculo.*

editas eſt ius vniuerſum, quod defunctus habebat tempore mortis.

Exceptio de iure tertij, regulariter non admittitur. Limita n.65.66.

67 *Aditio requiritur in eo, qui eſt in gradu ſucceſsibili ab inteſtato, ad hoc, vt dicatur hæres defuncti.*

68 *Aditio hæreditatis, non præſumitur: ſed eſt probanda ab eo, qui ſe fundat in illa n.69.*

70 *Hæreditas tranſuerſalium non adita non tranſmittitur declara ſi is qui erat in ſucceſsione deceſsit inteſtatus: ſecus ſi de dicta hæreditate fuit teſtatus num.71. ſubdeclara, dummodò non eſsemus innupta tempore teſtamenti, num.72.*

73 *Aditio probatur per actus illam ſufficienter inducentes, de quibus remiſsiuè. Declara n.75.76. vbi in terminis Stat. Ferrar. lib.2. Rub.90.*

74 *Stat. Ferrar. lib.1. Rub.90. prohibet mulierem poſſe adire ſine ſolemnibus: Declaratur in hoc puncto n.76. & n.80. 87.91. & ſeqq. vbi pleniſsimè.*

77 *Aditione hæreditatis probata, præſumitur ſolemniter fuiſse factam ex lapſu decennij: Declara vt numero 90.*

78 *Solemnitates extrinſecæ quando præſumantur ex ſpatio decem annorum præſumuntur per lapſum triginta annorum, etiam in damnum, & præiuditium tertij nu.79. Statutariæ non requiruntur in actibus inductis à lege n.81. declara n.101. & ſeqq.*

80 *Mulier ſi tacitè adeat, etiamſi non adiuerit ſolemniter eſt hæres in effectu, non obſtante Statuto: contra latiſsimè à n.91. ad 104.*

82 *Solemnitates, quibus integratur quis ad actum, debent concurrere inſimul, cum eodem actu: ſic etiam, quando ſolemnitates ſunt de forma num.83. non poſsunt præſumi ex lapſu temporis, quando tempore actus ſunt requiſitæ num.84 & ita quando ſunt de forma numer.85. & ſimiliter quando ſunt de ſubſtantia actus num.86. aut Statutum vlterius procedit annullando actum factum ſine ipſis ſolemnibus ibid.*

87 *Solemnitates Statutariæ in actibus mulierum indigent ſcriptura, ſine qua videtur impoſſibilis earum obſeruantia: & ſcriptura non debet eſse priuata, numero 88.*

89 *Solemnitates indigentes ſcriptura non præſumuntur propter temporis curſum.*

91 *Ius commune ceſsat in concurſu ſanctionis municipalis, & num 98.*

93 *Solemnitates Statuti, ſi deſiderantur in actu expreſso; multò magis requiruntur in tacito: & etiam in caſibus, in quibus adeſt legitima cauſa à iure approbata ad actum faciendum n.94.*

95 *Solemnitates Statuti requiruntur non tantùm in actu præiudiciali, & damnoſo mulieri: ſed etiam ſi ipſe actus tendat in illius fauorem, & vtilitatem. n.96.*

97 *Mulieres de iure communi contrahere non prohibentur, ſine ſolemnitatibus.*

100 *Adire qui poteſt, poteſt etiam repudiare.*

102 *Nullum quod eſt, nullum operatur effectum.*

103 *Stat. Ferrar. lib.2. Rub.90. procedit etiam in datione, & conſtitutione dotis.*

104 *Solemnitates Statutariæ non requiruntur in obligatione pro conſtituenda dote neceſsaria, niſi aliter iubeat Statutum ibid.*

105 *Clauſula ſi quid exequendum intelligitur prout de iure, & expoſcit iuſtificationem ſententiæ ex iiſdem actis n.106. Declara niſi ſimus in probationibus coadiuuatiuis, & corroboratiuis primæ ſententiæ num.107.109. ſubdeclara n.111.*

108 *Sententia, quæ debet iuſtificari ex iiſdem actis admittit probationem ad coadiuuandam, & corroborandam ſe ipſam. Declara vt num.110.111.*

112 *Sententia notoriè iniuſta, reuocari non oportet.*

113 *Sententia contra ſententiam non valet, & eſt nulla, niſi priori reuocata. Amplia numer.114. Declara numero 115.*

116 *Attentata ſunt neceſsariò, & concludenter probanda: in primis & ante omnia reuocantur, cum reductione rei in priſtinum Statum num.117. & refectione expenſarum n.118.*

119 *Legitimatio perſonæ eſt neceſsaria in quouis iudicio ordinario ſummario, & exequutiuo, & in iuditio communi diuidundo num.120. Declara principalem concluſionem n.121. & ſeqq.*

124 *De legitimatione perſonæ poteſt in qualibet parte iudicij opponi ad inualidandum proceſſum.*

125 *Manutentio non debetur niſi poſſidenti.*

126 *Dominium præſumitur ex poſseſſione. Declara num.127. 128.*

129 *Reus dicitur, qui rem controuerſam poſſidet, eidem in dubio, eſt fauendum n.130.131.*

132 *Exitus cauſæ, & n.135.*

133 *Fluctuans quid ſapiat.*

134 *Iudicis recuſatio, & allegata ſuſpicio in calculo ferendæ ſententiæ non eſt attendenda.*

135 *Reuerendiſs. Eques Lucas Daneſius Rauenn. laudatur.*

PRæſentem cauſam, non minus diuturno, quàm acerrimo iuris certamine tractatam tres præcipuos complecti articulos diſcutiendos cenſeo.

Primus eſt *an iudicij communi diuidundo pro parte actoris intentati, ſit obſeruatus, & benè deductus ordo.*

Secundus an *probationes einſdem actoris circa dominium propoſitum ex titulo hæreditario eius matris ſint ſufficientes.*

Tertius *quid importet commiſſio eiuſdem cauſæ vltimo loco facta.*

Quos per modum infraſcriptum, mihi examinandos propono.

ARTICVLVS PRIMVS.

Num iudicij communi diuidundo requiſita interuenerint in cauſa præſenti; & qualia ſint.

1 IN proceſsu formato pro parte Petri Zani agentis contra Clementem Carolum Comaclenſem ex iuditio communi diuidundo, deficit dominij, & communionis probatio neceſsaria, iuxtà *tex. in l.1. ff. famil. erciſc. l. magis puto. §. fin. & l. ſeq. ff. de reb. eor. l. ſi mancipium. §. communi diuidundo. ff. de euict. & ſecundùm tradita ab Azon. in Rub. C. comm. diuid. n.1. Corn conſ.110. vol.1. Neuiz. conſ.65. n.4.5. Surd. conſ.260. n.2.3. vbi concordan. lib.1. & conſ.354. n.13. ac conſ.377. n.1. lib.3. Rot. in Albanen. diuiſ. 2. Decembr. 1620. coram Pirouano, & in Roman. diuiſion. 10. Iun. 1641. §. quo vero ad bona, cor. Ceruo, impreſs. poſt Merlin. de legit. dec.145. n.17.*

Ratione triplici etiam accedente.

2 Quod actor tenetur fundamentum ſuæ intentionis concludenter probare. *l. ei qui dicit. ff. de probat. l. actor. C. eod. Rota in rec. dec.317. n.29. p.4. tom.2. & dec.446. n. 8. p.5. tom.2. & dec.170. num.13. p.6. cum alijs vulg.* ſed

3 fũdamẽtũ intentionis agentis ex iuditio communi diuidundo, eſt dominium, & communio, cum diuidi nequeat, quod non eſt commune *l. magis puto. §. fin. ff. de reb. eor. Dec. conſ.647. n.4. Pariſ. conſ.16. nu.46. lib.2. Dec. conſ.30. n.15. vol.2. Surd. d. conſ.260. n.2.* igitur.

4 Quod

Digitized by Google

4 Quod, ſtante negatione facta a conuento de com-
munione cum actore, ipſe actor debet deſiſtere a iudi-
tio communi diuidundo inſtituto, & agere rei vendica-
tione. DD.in d.l.1.ff.fam.l. erciſ. & in §. quædam. Inſt. de
action. Alex. conſ.48. numer.16. vol.6. Corn. conſ.110. in
princ.vol.2. Surd.d.conſ.260.num.1.& conſil.354. ſub nu.
5 11.& conſil.377. num.2. Succeſsiuè & probare pleniſ-
ſimè dominium, iuxta præcipuum eiuſdem rei vendi-
cationis requiſitum. l.officium.l.in rem actio.ff.de rei ven-
dic. Add.ad Buratt. dec.424. num.15. tom.2. Rota in rec.
dec.222.num.2.p.4.tom.2.& deciſ.288. numer.2. p.7. &
coram Eminentiſs.Otthobon.dec.13. nu.3. ego ipſe collnct.
26.n.88.
6 Quod, vbi requiritur titulus, ibi dominij eſt neceſſà-
ria probatio, cum titulus ſpectet ad cauſam dominij.
gloſ.in l.bonæ fidei verb.poſſideat.ff.de acq.rer. domin. Bal.
in l.irritam.numer.2. Cod. de vſucap.pro donat. Rot.in rec.
7 dec.213.n.5.p.7. at in iuditio communi diuidundo, ſicuti
& in alijs iudicijs diuiſorijs requiritur titulus. Rota in d.
Roman.diuiſ.10.Iun.1641.ad fin.coram Cer.o, eſt poſt Mer-
lin.de legit.d.dec.145.ſub num.18. verſ. imò ad hunc effe-
ctum: ergo.
Conſequenter, eundem Zanum ab ipſo promoto iu-
8 dicio fore repellendum eſt res omnibus manifeſta, ſe-
cundum vulg. iuris concluſiones emanatas circa acto-
rem non probantem eius incumbentia; vt in l.qui accu-
ſare.C.de edend.l.fin.Cod.de reſcind. vendit. cum concordan.
de quibus. Barboſ. axiom.10.numer.2. & ſeqq. vbi latiſ-
ſimè.
9 Ponderando præſertim, quod iudicium diuiſorium
non eſt vnicum, ſed duplex, adeovt vterquè ſociorum
in eo ſit actor, & vterque reus; quilibet enim ipſorum
petit diuiſionem, & pro illa facienda viciſsim contieni-
10 tur, cum nullus debeat cogi in communione perſeue-
rare. l.fin.vbi gloſ.C.comm.diuid.l.tutor.vrgentib.ff.de mi-
nor.l.ſi non ſortem.§.ſi centum.ff. de condit. indebit. Marſ.
ſing.9. Surd.d.conſ.260.num.7. Omotom.in §.manet autem
ſub nu.2. Inſt.de ſociet. Fontanel.de pact.nupt. clauſ.4. gloſ.
9.p.2.num.32.tom.1. & dec.32. num.31. Rota coram Bu-
ratt.dec.50.num.1.& coram Otthob. dec.96. n.1. vbi con-
cordan. Vndè ſi alter eorum neget habere conſortem,
& communionem neceſſariò non facit ſe actorem, cum
ex tali negatione excludatur petitio diuiſionis, caden-
11 tis ſolummodò in re communi ab eaque exoriens. l.1.ff.
comm.diuid. Bald.in l.ſi maior n.4.5.C.eod. Alex. conſ.75.
num.3.lib.6. Rota cor.Otthob.d. dec.96. num.7.8. ac ſupra
12 dixi: Et ſucceſsiuè iudicium præfatum alteri non com-
petit; vti ratiocinatur Bald.in l. ſi probatum ſub n.1. verſ.
ſed hic quæro, & ibi Salycet. n.7. C. comm. diuid. Surd. d.
conſ.260. ſub n.1. Rota poſt Merlin.de legit.d. dec.145. ſub
n.17. verſ. ea ſcilicet ratione, & n.18.
Quarè, cum pro parte Clementis Caroli fuerit ne-
gata communio terreni cum Zano; meritò idem iudi-
13 cium communi diuidundo, competens tantùm ad di-
uidendum res particulares. l.ſi filia.§. familiæ. ff. comm.
diuid. Miſynger.in §. quædam actiones num.25. & ibi Fa-
ber.n.12.ac alij. Inſt.de actionib. Surd.d.conſ.260. nu.8. &
d.conſ.354.n.10. & quidem per lineas rectas, cum in iu-
re non fuerit excogitatus alius modus diuidendi, niſi
per eas. l.inter eos.ff.de acq.rer.domin. Crauet.de alluuion.
lib.3.c.5.num.2.3. ac infrà. Maſſin.de confiſc.q.11.num.44.
adeòvt terminos ità poni, vt in aliquam partem fer-
rantur, & lapides longi ſemper reſpiciant per directum
non autem per obliquum, obſeruauerit, poſt Calcan.
conſ.90.num.10.& ſeqq. Mont.de finib. c.18. per tot. idem
14 Maſsin.d.q.11.num.43. eidem Zano non competere, eſt
affirmandum: ac per conſequens promptius eſſe re-
pellendum, ceù agentem ſine actione, ad l. vbi pactum,
Cod. de tranſact. Venturin. conſil.34. numer.19.20. Mel.
alleg.18.num.2.lib.2. Poſt. reſol.1. numer.21. Rot. in rec.
deciſ.323.numer.3.p.5. ego ipſe in colluct.3. numer.49. &
alibi.
15 Nec obſtat, quod prætendatur ex poſſeſsione Zani
dici probatum dominium, veluti incidenter, & non
principaliter deductum; ad gloſ. & DD. in l.quidam in
ſuo.ff.de condit.inſtit. Alex.conſ.103.n.10.li.7. Pariſ.conſ.
57.n.44.lib.4. Corn.conſil.219.n.6.lib.4. Boer.dec.42.n.8.
Gratian.diſcept.439.n.49.& diſcept.526.n.22.to.3. Surd.
conſil.1.num.66.lib.1.& dec.10.numer.11. Honded.conſil.
84.num 14.lib.2. Menoch.de recup remed.11.n.32.& præſ.
63.n.11.lib.6. Oroz.de apicib.iur.ciuil. lib.4. c.9. ſub num.
12. Rota in diuerſ.dec.34.num.20.p.2.& in rec. dec.5. nu.
24.p.5.& dec.105.n.4.& dec.283.n.9.p.7.& cor.Seraph.
dec.832.num.1.tom.1.& cor. Mantic.dec.366.num.10.&
cor. Duran.dec.23.n.22.& dec.74.n.6.tom.1.& cor.Pegn.
dec.931.n.3.tom.2. cum alijs apud Ferentil.ad Buratt.dec.
236.n.12.
16 Et provt taliter probari dominium in iuditio fami-
liæ erciſcundæ, dixit cum Cin.in l.2.q.2.art.4.col.12.poſt
med.verſ.item dicit num.20.in fine. C. quæ ſi long. conſue-
tud. Gratian. d diſcept.526. num.26. ac per conſequens
hoc idem affirmandum eſſe in præſenti iudicio com-
muni diuidundo veniat concedendum, cum regulariter
omnia, quæ obſeruantur in priori illo iudicio, cæteris
17 paribus etiam in hoc poſteriori locum obtineant; per
tex.in l.ſi quis putans.§.penult.iuncta gloſ. in verb. tracta-
uimus.ff.comm.diuid. Omot.in §. quædam actiones, tit. de
action.comm.diuid.ſub n.2.verſ.vnde pro euidentiali. Inſt.
de action.
Multipliciter enim reſpondetur.
18 Primo: non conſtare de aſſerta Zani poſſeſsione, quæ
non præſumitur, ſed eſt probanda. Poſt. de manut.obſ.
15.num.12.& ibi Rota poſt tract dec.325.numer.5. et cor.
Canaler.dec.429.num.1. et cor.Seraph dec.773. ſub n.14.
19 tom.1. etenim poſseſsio eſt quid facti. Peregr. conſ.6.n.
10. Oroz.de apicib.iur.lib.4.c.14.num.7. Poſt. in loco nunc
allegato, & ibi Rota poſt tract.dec.640.n.10. et in rec. dec.
20 318.n.5.p.6. & facta non præſumuntur, vt eſt notiſsi-
mum; ex l.in bello.§.ſi facta.ff.de capt.et poſtlimin. reuerſ.
l.aſſecuratio.C.de non numeran.pecun. Thom. in flor.ib. l. l.
reg.118. Barboſ.axiom.93.num.27. vbi concordan. Rota in
rec.dec.274.num.11.p.5. et dec.284.num.38.p.6. et deciſ.
274.n.5.p.7.
Et probationes circa eandem poſseſsionem in pro-
ceſsu allatas nullius eſſe momenti.
21 Quoniam teſtes de illa deponentes afferunt tantum-
modò actus demonſtrantes, poſseſsionem fuiſſe facul-
tatiuam, ex quibus ideò, etiamſi fuiſsent mille, nulla fuit
acquiſita poſseſsio. Pont.de ſpol.lib.2.c.16. n.166. Statil.
de Salu inſp.1.c.6.n.30. Poſt.de manut.obſ.53.n.2. Rota ibi
poſt tract.dec.541.n.9. et in diuerſ.297. ſub nu.4. p.2. et in
rec.dec.640.n.3.p.2. et dec.400.n.3.p.4. et cor.Eminentiſs.
Mantic.dec.267. ſub n.2.
Quoniam, facultate etiam circumſcripta, actus allati
apparent facti durante Clementis abſentia, de qua in
proceſsu; vnde redduntur inſufficientes ad acquiren-
dam poſseſsionem, pro qua in immobilibus requiritur
22 ſcientia, & patientia primi poſseſsoris. l. quamuis la 2.
ff.de acq.poſseſs. l.clam.§.qui ad nundinas. ff. eod. Poſt. de
manut.obſ.40.num.3. Rot.cor.Duran.dec.170.n.7.
23 Quoniam in omnem caſum actus ipſi fuerunt clan-
deſtini, non inferrentes propterea ad poſseſsionem.
Rota apud Poſt.de manut.dec.46.n.5.
24 Quoniam tandem ijdem actus dederunt cauſam liti
vt paret ex actis, ſubindè non probant poſseſsionem.
25 Poſt.de manut.obſ.17.n.45. Rota, cor.Greg.dec.4. n.2. nec
ſunt habendi in conſideratione, etiam ad finem obtinē-
di manutentionem. Gionagn.conſ.28.nu.38. et conſil.41.

n.7.lib.2.Fontanell.de pact.nupt.clauſ.7.gloſ.13.p.10.nu.
56.57.tom.2.contr.diſcept.foreaſ.cauſ.53.num.3. in fin. to.
1.Poſt.in d.obſ.17.num.44.Rota ibi in calce tract.dec.213.
num.2.& dec.267.n.4.& deciſ.627.num.8.ac alibi, & in
rec.dec.150.in fin.p.3.& dec.118.numer.6. p.4. et coram
*Merlin.dec.18.num.9.& dec.295.num.7.tom.1.*quia non
tribuunt aliquod ius conſiderabile.*Rota in rec.dec.30.n.*
1.p.2.& deciſ.701.num.6.p.4.tom.3.dec.53.num.49.p.5.
dec.285.num.6.et dec.288.num.1.p.6.dec.13.num.7.p.7.
& cor.Greg.dec.4.num.2.& cor.Caualer.dec.634.numer.
10.& dec.650.n.2.et dec.Roman. legati 29. Ian.1652.§.
vltrà quod , cor. Zarate nunc impreſſ.poſt contr. diſcept.fo-
renſ.dec.161.n.8.tom.1.

Ipſos teſtes verò pro parte Zani examinatos,non fo-
re attendendos.

26 Tü:n,quia ſunt numero pauciores,quàm ſint exami-
nati pro parte Caroli,cuius ideò teſtes, ſunt illis præfe-
rendi,ceu plures *c.licet cauſam,vbi Dec. num.82. de pro-*
bat.Gabr.de teſtib.concl.4.num.50.Rimin.conſ.237.n.72.
lib.2.Fagnan.in c.ne innitaris,num.282.de Conſtit. Nicol.
in Lucubr.ciuil.lib.4.tit.15.num.73. verſ. et ſi pro neutro.
Rot.penes Poſt.de manut.deciſ.158. dec.159. & dec.523.
vbique num.6.& dec.534.n.20.& dec.655.n.3.& apud
Cæſar.de Graſſ.dec.13.n.7.tit.de re iudic.& cor.Buratt.de-
ciſ.43.n.3.cor.Caualer.dec.161.n.8.cor.Greg.dec.100.n.3.
et dec.322.n.6.in rec.dec.269.n.7.p.7.et dec.77.num.7.et
dec.101.ante n.12.p.8.

27 Tùm, quia teſtes eiuſdem Caroli ſunt melius infor-
mati,& melius deponunt, ob idque teſtes Zani veniunt
parui faciendi.*Rot.apud Poſt.de manut. dec.503. et deciſ.*
549.vtrobique n.1.et in rec.dec.251.n.2.et dec.310.n.7.p.
2.et dec.156.n.1.p.6 et dec.107.ſub n.30. verſ.ſed etiam,
& n.ſeq.ac deciſ.267.n.5.8.& dec.268.n.9.p.7.et dec.68.
n.15.p.8.

28 Tùm, quia teſtes Zani ſunt longè inferiores teſtibus
Caroli, iſti enim ſunt omnes viri inſignes, & dignitate
præcellunt illis, proptereaquè indubitanter ſunt præ-
ferendi *c.in noſtra de teſtib.Gabr.comm.concl.tit.de teſtib.*
concl.4.num.34.Farin.eod.tract.quæſt.57.numer.37.et qu.
65.numer.114. et ſeq. vbi concordan. Rota penes Poſt. de
manut.dec.661.numer.9. et coram Merlin. deciſ.295. nu-
mer.9. tom.1. Etiamſi contrarij eſſent numero plures,
nam adhuc dignioribus magis foret credendum. *l. ob*
carmen.§.fin.ff.de teſtib. d. c. in noſtra extra eod. Curt. de
teſtib.concl.16.numer.35. Gabr. d. concl.4. num.37. Farin.
in d.d.quæſt.57.num.38.et q.65. n.120.vbi concordant. de
communi.

Tum tandem, quia cum teſtibus Caroli concurrunt
ſcripturæ probantes poſſeſſionem illius, & ſic per eas
poſſe probari aiunt *Menoch. conſ.402. num.15. et conſil.*
904.num.52.ac alij apud Poſt.obſer.19.num.1. hincque
multo magis eſt ſtandum præfatis Caroli teſtibus, cum
ad hoc ne attendantur depoſitiones teſtium Zani, ſuf-
29 ficerent ſolæ ſcripturæ, quibus potius quam teſtibus
eſt ſemper deferendum.*l.cenſus.ff.de probat.Rota in rec.*
dec.64.num.17. p.5. in Neapolit. Ciriliarc.26. Iun.1647.
§.teſtes deponentes, cor. Bichio, in Placen. benef.9. Maij
1648.§.maior enim,coram Celſo, in Placent. Archidiaco-
nat.5. April.1658.§.hinc corruit,in fine,coram Albergato,
et in Cæſaraugust. Cathedralitatis 27. Maij 1658. coram
Cerro.

Secundo:quod,quatenus per poſſibile appareret ſuf-
ficiens probatio poſſeſſionis aduerſarij, adhuc, cum
30 conſtet in proceſſu, eam eſſe poſteriorem poſſeſſione
Caroli, ipſam præſumi clandeſtinam, & turbatiuam.
Poſt.de manut.obſer.71.à n.2. Rota ibi in calce operis dec.
500.num.2.dec.599.n.2.et dec.590.nu.4. poſt Tondut. de
penſ deciſ.83.num 6.poſt contr.diſcept.forenſ.dec.50. num.
6.tom.1.et in rec.dec.230.num.2.par.8. ac dec.90. nu.29.
31 *p.9.ac alibi paſſim*; inſuperquè cenſeri improbam. *c.li-*
cet cauſam de probat.Rot.penes Poſt.in d.tract.de manute-
nend.dec.524.num.4.et dec.546.num.6. et dec.565. num.
5.et cor.Pegu.dec.1428.ſub n.5. tom.2. nec non iudicari
32 vitioſam.*l.1.§.fin.vbi D.D.ff. vti poſſid. Gratian. diſcept.*
533. n.46. tom.3. Rota in calce ſæpè allegati tract. de ma-
*nut.dec.537.num.3.et in rec.deciſ.84.n.3.p.6.*conſequen-
33 ter & ex cademmet Zani poſſeſſione non poſſe oriri
præſumptionem dotuinij,& ſi incidenter deducti, cum
ad iſtum effectum poſſeſsio debeat eſſe pacifica, & non
vitioſa.*Ferentil.ad Buratt.dec.236.num.12.verſ. dummo-*
dò tamen tom.1.Rota coram Cardin.Scraph.dec.832.ſub n.
1.verſ.id cum tom.1.

Tertio:præſuppoſita pariter Zani poſſeſsione;quod,
cum in hoc iuditio,ſtante negatiua communionis,opus
ſit vti actione rei vendicationis, *vt dixi ſuprà*, non ſuf-
34 ficit poſſeſſio ad probationem dominij, quia neceſ-
ſariò in huiuſmodi actione deducitur idem dominium
principaliter, & non incidenter. *Maſcard. de probat.*
concl.540.numer.7.Menoch.præſ.63.ſub numer.9. verſ. in
rei vendicat.lib.6.Ferentil.ad Buratt.d. deciſ.236. numer.
13.nouiſſimè Oroz.poſt hæc ſcripta editus de apicibus iur.
ciuil.lib.4.cap.9.numer.12.in fin. verſic.nam ſi de dominio
principaliter. Rot. in rec. deciſ.222. numero 8. par.4.
tom.2.

Quarto: deſcendendo magis ad terminos punctua-
35 les; quod ſicuti iuditium familiæ erciſcundæ differt in
multis à iuditio communi diuidundo, quemadmo-
dum videri poteſt apud *DD.in §.quædam. Inſt.de action.*
36 *et alibi*:ità præciſim differt in probatione dominij, hæc
etenim maior, & màgis exacta requiritur in iuditio
communi diuidundo,quam in iuditio familiæ ærciſcun-
dæ.*Bald.in l.inter cohæredes.ff.famil.herciſc. Aretin. in d.*
§.quædam ſub num.9.verſ.ſecundo aduerſus. Surd. conſil.
354.num.13.et conſ 377.ſub numer.14. verſic. et hinc eſt
lib.3.

37 Vndè æquiparationis horum iudiciorum argumen-
tum in aduerſum allatum nihil officit, cum non habeat
locum, quando caſu aliquo, vt nunc, ceſsare poteſt
æquiparatio.*Ruſtic.ad l.cum auus lib.2. c.13. num.50.ff.*
de condit.et demonſtr.Barboſ.loc.6. ſub n.2. verſ. vndè non
38 *habet*:etenim idem argumentum requirit æquiparatio-
nem omnimodam per viam regulæ.*Pariſ.conſ.49.n.83.*
Roland.conſ.27.n.17.lib.1.Eugen. conſ.49. num.39. Hon-
ded.conſil.95.n.119.lib.1.Tuſch.lit.E,concl.318.n.18.28.
tom.3.Barboſ.axiom.14.num.4.Rota cor.Eminentiſſ.Sera-
ph.dec.288.n.5.tom.1.

39 Præterquam quod *doctrina Cini,et Gratiani* ex aduer-
ſo ponderata habet non tantum contradictorem *Bald.*
in d.l.1.ff.famil.erciſc. quem in legibus tamquam Semi-
deum adorauit *Iaſon.vt ipſe ait in l.72.num.2.in fin.ff.de*
verbor.oblig.vt obſeruat.Scacc.de ſenten.et re iudicat.gloſ.
40 *14.q.13.ſub n.15.* ſed poteſt ſolummodo obtinere in ca-
ſu,in quo non ſit negatum,res pulſatas mediante actio-
ne familiæ erciſcundæ eſse hæreditarias; ſecùs ſi hoc
fuerit negatum, quia ſtante huiuſmodi negatione, eſt
41 primitus ab actore agendum rei vendicatione; per
gloſ.in l.ſi id quod, et in l. hæredit §. idem ſcribit. ff. fam.
erciſc.Faber.in §.quædam ſub num.11.verſ.quid ergo fiet.
Inſt.de action.Surd.d.conſ.354.ſub numer.11. et conſ 377.
*n.2.*atque ità non poterit verificari,ex poſſeſsione præ-
ſumi dominium, iuxtà ea,quæ de requiſitis rei vendica-
tionis *adduxi ſuperius*; & ſucceſſiuè ſeruata paritate ar-
guendi ad methodum aduerſantium, cum in præſenti
42 adſit negatio communis cum Zano, fruſtrà datu· in
obiectum à poſſeſsione in hoc iudicio communi diui-
dundo præſumendum eſse dominium, vt præciſim tra-
ditur *à Surd.d.conſ.377.ſub n.12.verſ.et quamuis, vt ſup.*
ibi tamen hoc eſt verum lib.3.

43 Atque

Digitized by Google

43 Atque vti indiuidualiter, iuditia diuiſoria, ſicque
iſtud communi diuidundo non contentari ſola poſſeſ-
ſione, ad effectum præſumendi dominium, ſed require-
re aliundè probationem ipſius dominij, itavt nequeat
fieri fundamentum ſuper concluſione in contrarium
deducta, & ex ſimplici poſseſsione dominium non poſ-
ſit iudicari, ac præſumi, dixerunt *Bald. in l. 7. §. qui in rem
n. 3. ff. comm. diuid. & in l. non epiſtolis ſub num. 5. C. de pro-
bat. & in l. 1. ff. famil. erciſc. Contard. in l. vnic. q. 14. n. 100.
de moment. poſſeſs. Neuiz. conſ. 65. nu. 4. Surd. d. conſ. 260.
ſub n. 3. & d. conſ. 377. ſub n. 12. vbi latè, & egregiè. Rota
poſt Merlin. de legit. d. dec. 145. n. 18. verſ. imò ad hunc ef-
fectum.*

44 Nec ſimiliter officit, tunc demum poſt promotum
iudicium communi diuidundo eſse agendum rei vendi-
catione, & ſubindè probandum dominium, ſi vltrà ne-
gationem communionis factam à conuento, ipſe etiam
explicitè, & ſpeciatim opponat de præpoſteratione, ac
excipiat non poſse agi iudicio præfato, niſi prius aga-
tur rei vendicatione; vti declaratur *à gloſ. in l. ſi manci-
pium. §. 1. ff. de euict. & in l. 2. vbi Bald. n. 3. Salyc. num. 5.
Caſtr. num. 2. C. comm. diuid. Bart. in l. 2. ff. famil. erciſ. Socin.
in l. fundum ſub num. 8. ff. de except. Neuiz. d. conſ. 65. n. 4.
Alex. conſ. 213. n. 15. vol. 2. Surd. d. conſ. 260. n. 10. 11. vbi
pulchrè.*

45 Atque ità, cum explicita dicta oppoſitio, & exceptio
non fuerit in præſenti facta benè procedere ea, quæ tra-
dita fuere de Zani poſseſsione ſufficiente in tali iuditio
ad finem, vt ipſe non remanſerit adſtrictus ad agendum
prius rei vendicatione, & ſic ad probandum domi-
nium; *ex Bal. in l. 1. ſub num. 1. ff. famil. erciſc. & in l. 7. §. 1.
ff. comm. diuid. Aretin. in §. quadam num. 5. Inſt. de action.
Surd. d. conſ. 260. num. 13. & d. conſ. 377. ſub n. 12. verſ. &
quamuis.*

46 Nam obiectum iſtud procedit tantùm ad hoc, vt iu-
dicium communi diuidundo intentatum a poſsidente
non retardetur, neque maneat in ſuſpenſo, & actor
non teneatur illo dimiſso conuolare prius ad rei vendi-
cationem: non autem ad effectum, vt actor ipſe haud
teneatur in proceſsu cauſæ, & eiuſdem iuditij proba-
re titulum, & dominium, nam licet ex vi præfati obie-
cti agatur ritè ab actore poſsidente, non autem agitur
rectè, niſi etiam ab eo probetur titulus, & dominium,
ſine quo ſententia fauorabilis obtineri nequit; ſola
etenim poſseſsio in iſtis iuditiis diuiſoriis ſufficit qui-
dem ad proceſsum cauſæ, ſed non ſufficit ad victoriam,
de qua hodie tractatur, provt hæc, & ſimilia afferuntur
*à Bal. in d. l. 1. ff. fam. erciſc. in d. l. non epiſtolis, ante num. 6.
C. de probat. in l. incerti num. 14. C. de interd. Neuiz. d. conſ.
65. ſub num. 4. verſic. ſi autem non excipiatur. Surdo d. conſ.
260. numer. 13. & d. conſil. 377. ſub numer. 12. & ſequen-
tibus.*

47 Et quamuis etiam ex defectu exceptionis præpoſte-
rationis poſsit in hoc iuditio de dominio incidenter
48 cognoſci; *ad Surd. in ſæpè alleg. conſ. 260. num. 11. in fin.*
& dominium taliter deductum, ceù cooperans. *Boer.
dec. 42. ſub num. 8. verſ. & iſtud vocatur Gratian. diſcept.*
49 *526. n. 25.* Leuioribus contentetur probationibus. *DD.
in l. inditia. C. de rei vendic. Menoch. conſ. 361. numer. 15.
Thomat. dec. 60. num. 9. tom. 1. Rot. in rec. dec. 19. num. 1. p.
2. & dec. 29. num. 3. dec. 35. nu. 11. p. 4. tom. 2. & dec. 728.
num. 4. tom. 3. & dec. 424. num. 6. dec. 439. num. 9. & dec.
537. n. 9. tom. 2. p. 5. & cor. Merlin. dec. 253. num. 4. tom. 1.*
50 quinimò præſumptionibus, & coniecturis probetur.
*Surd. dec. 10. n. 5. Caren. reſol. 57. n. 4. in fin. Rota apud Ve-
rall. dec. 280. p. 1. & in rec. dec. 611. n. 7. p. 4. tom. 3.* Et ſic
certius mediante poſseſſione, vt fuit dictum ſuperius.

51 Nihilominus hoc debet intelligi tantum procedere
quoad ordinationem iudicii, non quo ad deciſionem,
cum enim iſtud dominii incidens habeat in ſe principa-
lem cauſam, non infertur ipſum dominium ex ſola
poſseſſione, quoad obtinendam ſententiam; vt benè
declarat *idem Surd. in alleg. conſ. 377. ſub numer. 12. verſ.
& licet dominium, tom. 3.* vbi namque ius dominii dedu-
52 citur principaliter, tunc requiritur plenior, & magis
exacta probatio. *Rota in rec. d. dec. 439. num. 9. p. 5. tom.*
53 *2.* Et poſseſſio non ſuffragatur. *Rota in rec. dec. 590. n.
7. p. 4. tom. 3. ac conceditur ab omnibus allegatis ſupra nu-
mer. 15.*

ARTICVLVS SECVNDVS.

*Num dominium ex titulo hæreditario matris ſit
modò probatum, & qualiter veniat
deducendum.*

INſuper neque aduerſatur, quod Zanus ſit in hoc
iuditio tamquam hæres Antoniæ eius matris,
proindequè, vbi foret quoquè neceſsaria dominij pro-
batio, eam deduci a concluſione, qua firmatur, domi-
54 nium defuncti tranſire in hæredem. *l. cum hæredes. ff. de
acq. poſseſs. l. hæreditas. ff. de reg. iur. Rot. in rec. d. dec. 590.
n. 2. p. 4. tom. 3. et dec. 4. n. 33. p. 5.* & modò non ſit dubi-
tandum de hæreditatis aditione, cum præſupponatur
55 in eodẽ Zano bonorum hæreditariorum poſseſsio, per
quam aditionem probari eſt res manifeſtiſſima. *Cyriac.
contr. 244. n. 16. tom. 2. Poſt. reſol. 44. n. 25. Altograd. conſ.
82. num. 20. lib. 1. Rot. in Aſculan. Iuriſpatr. 1. Iulij 1650.
§. aditionem pariter, cor. Meltio, cum multis alijs in mea
colluct. legal. 47. n. 1.*

Reſpondetur etenim, quod non ſatis conſtat in præ-
ſenti ex poſseſsione præfata, quam nec admittimus,
Zanum eſse hæredem Antoniæ, nam in iuditio familiæ
erciſcundæ à quo poſse ſumi argumentum ad hoc iu-
dicium communi diuidundo, iam ipſi aduerſarij ſuprà
56 fatentur, non ſufficit actorem poſsidere, ſed aliundè
tenetur ſe probare hæredem. *Bart. in l. 1. ſub num. 1. verſ.
item nota, quod licet quis. ff. famil. erciſc. Surd. d. conſ. 377.
num. 12.*

Vltrà quod, conceſso etiam ſine veritatis labe, con-
ſtare de titulo hæreditatis in Zano, eumque verè eſse
hæredem Antoniæ, adhuc tamen ex hoc ſolo titulo non
57 poteſt dici probatum dominium. *l. cum reſ. C. de probat.
Alex. conſ. 182. ſub n. 1. lib. 7. Cyriac. contr. foren. 537. n. 18.
tom. 3. benè Rota in rec. dec. 261. n. 2. p. 7.* quia cum agatur
58 contra tertium, neceſse eſt quoquè oſtendere, Anto-
niam eiuſdem Zani auctricem fuiſse dominam terreni
nunc controuerſi; *vt per tex. in l. legaui. ff. de liber. leg. &
in l. ſi ſic §. 1. ff. de leg. 1. tradunt vtrobiquè communiter
ſcribentes. Bart. in l. emptor fundi. ff. pro empt. Alex. conſ.
35. n. 5. et conſ. 57. n. 2. & d. conſ. 182. ſub n. 1. verſ. quia per
ea lib. 7. Maſcard. d. concl. 537. n. 12. Boer. dec. 42. n. 25. &
ſub n. 29. Chartar. dec. 96. n. 9. et eſt notiſsimum. Rota cor.
Eminentiſs. Mantic. dec. 198. n. 2.*

Et in omnem caſum proponuntur animaduertenda
infraſcripta.

Quod dominium huiuſce terreni fuit olim quorun-
dam Comaclenſium de Carolis alias ſclauonibus, provt
patet ex proceſsu, & præſertim a documentis publicis
pro parte d. Clementis, licet me non annuente produ-
ctis, & inſuper hinc inde conceditur, adeovt alijs omiſ-
59 ſis reſultet confeſsio apta ad dominij probationem.
*Ruin. conſ. 167. n. 23. 25. lib. 1. Decian. conſ. 44. n. 76. lib. 3.
Altograd. conſ. 3 n. 24. lib. 2. Rota in rec. dec. 290. n. 2. p. 2.
et deciſ. 128. n. 15. p. 6.*

60 Quod hactenus non fuit doctum, eoſdem Sclauones
deceſſiſse cum teſtamento, & propterea præſumi-

Digitized by Google

tur,eoſdem inteſtatos obijſſe;vt firmant Alex.in l.is poteſt num. 19.verſic.item in quantum, & ibi Iaſon. n.87.ff. acq.hæred.Cagn.in l. ſi emancipati num.66. Cod. de collat. Corn.conſ.299.ſub num.10.lib.3.Grat.conſil.146.numer.7. lib.2. Natta conſ.166.num.5.lib.1.Craſs.§. teſtamentum, in princ.ſub num.1.Maſcard.de probat.concl.938.n.3.4.5. Mantic.de coniect. vlt.volunt.lib.2.tit.1.ſub n.3. & n.11.

Et ſi fortaſsè prætenderetur probari teſtamentum non medio ſcripturæ, ſed ex teſtibus; tunc opus eſſet, quod teſtes deponerent de toto tenore teſtamenti, & in nihilo penitus diſcordarent. Andreol.contr.296. n.15. 16.p.4.Cancer.var.reſol.p.1.cap.4.num.85.& ſeqq.Faber. in C.lib.6.tit.7.definit.2.de inſt.& tit.20. def.15. de fideic. Mart.voto 89.num.17.Fontanel.dec.578.num.12. Medic. dec.Senen.95.num.25.Ludouic.dec.Luceuſ.53.num.25.& ſeqq.Rubeus in reſol.pract.cap.38.nu.113.Rota in rec.dec. 588.n.16.p.5.tom.2.& dec.533.ſub n.8.p.4.tom.3.& in Roman.hæredit.1.April.1658.§. alij duo verſic. quia vbi agitur,cor.Albergato.

Ac neceſsariò deberent eſse ſeptem teſtes, quoties de probanda voluntate inducenda, de cuius ſubſiſtentia non appareret,ageretur: quicquid foret dicendum vbi tractaretur de declaranda voluntate iam inducta, quo caſu duo teſtes ſufficerẽt,vt diſtinguendo comprobant.Oldrad.conſ.297.num.7.Surd.conſil.129.num.3.28. 31.lib.1.Rot.in Fauent.legat.27.Ianuar.1638.§. fin. verſ. quia admiſsa diſtinctione,coram Ghiſiler.cum alijs in Carpentoraten.hæredit.28.Iun.1647.§. ſecundo quia, coram Bichio.

Quod ideò non extante teſtamento Antonia mater
& auctrix Zani actoris, & ſi per tranſuerſum ex ſuppo-
ſito a dictis Sclauonibus proueniens, non potuit illis
ſuccedere ab inteſtato,ſtantibus maſculis agnatis ex li-
nea maſculina,vſque ad quartum gradum incluſiuè, ſe-
61 cundum ius canonicum connumerandum, quam con-
numerationem graduum in ſucceſſionibus poſse ordi-
nari à Statuto,aiunt Peregr.conſ.147.num.6.lib.5.Alto-
grad.conſil.46.num.27.& conſil.417.nu.2.4.lib.2. Mar-
th.de ſucceſs.legal.p.2.q.4.art.6. num.33. & eſse deman-
datam à noſtro Stat.Ferrar.patet in lib.2. Rub.139.ſuper
qua doctè ſcripſit Commentator Pigantius: vbi ſub nu.15.
62 verſ.et vt quis; obſeruat, quem tunc demum dici de li-
nea maſculina ſi ſit maſculus, & ex maſculo, iuxtà ſen-
tentiam Caſtr.in l.ſi maritus num.5.Cod.de procur. magis
communiter amplexam à DD.et quam ſecuti fuere Ruin.
conſ.126.num.13.lib 1.Socin.iun.conſil.1.num.117.lib.1.
Bero.conſil.116.num.9.lib.2. Menoch. conſil.205. ſub nu.
27.& ſeqq.ac num.40.41.& conſ.585.num.18. & conſ.
957.num.30.Fuſar.conſ.192.num.29. verſ. verum omni-
bus,& de ſubſtit.q.346.ſub num.17. & ſeqq. Mantic. de
coniect.lib.8.tit.11.ſub num.9.Peregr.de fideic.art.26.nu.
30.Cald.de iure emphyt.lib.2.q.24.ſub num.85.92. Gra-
tian.diſcept.901.num.22.tom.5.Rot.in rec.dec.203.num.
5.p.2.& dec.33.à num.1.ad 6.p.7. et coram Duran. deciſ.
300.numer.6. tom.2. et in Cremonen. præpoſitur.23.Maij
1644.§.nam contraria ſententia coram Eminentiſs. Corra-
do impreſs.apud Caren.reſol.10.ſub num.17. repetita poſt
Viuian.de Iurepatr.deciſ.139 num.7.et in Bonon.fideic.de
Barberijs 5.Decembr.1650.§. ſi quidem certum. §. primo
quia concluſio,& §.quando autem,coram eod. eſt poſt Cen-
ſal.ad Peregr.de fideicom.dec.17.ante num.1.4.10.repeti-
ta apud Venaſt.de S.Rot.Auditor. lib.1. poſt c.6. in ordine
pariter dec.17.ferè per tot. et in Roman. Caſalis veteris 5.
Maij 1653.§ nec vrget, et 4.Iunij 1655.§. principium
enim,coram Albergato, et in Firman. Primogenit.10. Ia-
nuar.1659.§.nequè poterit, verſ. adeò vt eiuſdem, coram
Veroſp.et in Bonon.fideicom.de Amorinis 30.Maij 1659.
§.quia præter quod in fine,et §.minus etiam,verſ.cum lineæ
cor.Meltio.

Quod conſequenter Zanuś,de quo in hoc iuditio ne-
quit ex titulo hæreditario ab Antonia præfata proma-
nante deducere iſtius terreni dominium, cum non fue-
rit in hæreditate eiuſdem Antoniæ, ſucceſſiueque in il-
lud non potuerit ipſe ſuccedere, ex vulg. iuribus com-
63 probantibus hæreditatem eſſe duntaxat ius vniuerſum
quod defunctus habebat tempore mortis.l. nihil aliud.
ff.de verb.ſignif.

64 Et non turbat,hanc eſse exceptionem de iure tertij,
nempè dictorum maſculorum agnatorum, quæ regula-
riter non admittitur.l.loci corpus.§.competit. ff. ſi ſeruit.
vend.Thomat.deciſ.131.numer.46.tom.2.nouiſſimè Pani-
mol.in Idea ſedan.iura forenſ.conſt.35.numer.12.Rota co-
ram Caualer.deciſ.346.ſub numer.6.verſic.nec etiam viſa,
& in rec.deciſ.8.numer.14.par.7.& deciſ.65.num.14.par.
9.tom.1.ac dec.431.numer.8 tom.2. ego ipſe in colluct 36.
num.69.

Nam inter alias limitationes,quas hæc concluſio patitur,binæ in præſenti aptiſsimè accomodantur.

65 Prima quod excipiens nunc eſt poſſeſſor, & vult ex-
cludere actorem ex non iure ipſius, ac propriam poſ-
ſeſsionem tueri,& abſolutoriam obtinere, quo caſu be-
nè poteſt excipi de iure tertij.Tiraq.de reuoc.donat.ver.
Reuertatur num.361.Menoch.de adipiſc.remed.4.numer.
595.Surd.conſil.415.num.16.& dec.108.nu.14.15. Poſt.
reſol.65.num.19.Theſ.dec.4.num.1. Thomat. d. dec.131.
num.49.Andreol.contr.241. num.15. & contr.300.num.
106.Rota coram Greg. dec.415. num.4. & ibi Beltramin.
ſub num.6.verſic.fallit ſecundo,& in rec.deciſ.612.numer.
4.p.3.& dec.447.num.45.p.5.tom.2.& apud Poſt.de ma-
nut.deciſ.302.ſub num.6.verſic.quia fuit reſponſum, & in
Meleuit.fideic.20.Iun.1650.§.licet enim in fin.coram Emi-
nentiſs.Ottbobon.nunc in eius impreſs.dec.225.num.4.&,
cor.Pegn.deciſ.1362.n.6.in fin.tom.2.

66 Secunda, quod verſamur in terminis aditionis hære-
ditatis,in quibus ſanè admittitur pro parte rei conuen-
ti exceptio de iure tertij;ad tex.in l.2. ff.ſi pars hæredit.
petat.Theſ.dec.4.ſub n.8.vbi diſputato articulo in hac reſi-
det ſententia,quam ſequitur Rota in rec.deciſ.385. numer.
14.p.4. tom.2. & coram Eminentiſs. Caualer. d.dec.346.
num.7.

Sed,quatenus remotis maſculis,vel in gradu præfini-
to non exiſtentibus,poſset dici,fuiſse apertum locum
ſucceſsioni ab inteſtato ad fauorem dictæ Antoniæ, ve-
luti proximiori;adhuc tamen nequit concedi,eandem
67 fuiſſe hæredem dictorum de Sclauonibus,cum non ſuf-
ficiat,hoſce deceſsiſse ab inteſtato, neque aliam perſo-
nam adfuiſse in gradu ſucceſsibili, præter ipſam Anto-
niam,ſed vlterius requiratur aditio.l.3.§.ſi quis ita.ff. de
hæred inſtit.Bald.conſil.274.num.8.lib.1.Dec. conſil.445.
in fin. & ſeq. Crauet. conſil.312. ſub num.3. verſic. quinto
conſidero.Rota poſt Cenc.de cenſib.dec.279.ſub numer.5.6.
& dec.280.num.2.& in rec.dec.585.num.1.par.4.tom.2.
quod,& procedit in cauſa teſtati, in qua dicitur hære-
dem non fieri ab inſtitutione,ſed ab aditione. l. pretia
rerum.ff.ad l.falcid. Dec.conſil.445.num.53.Peregr. conſ.
93.numer.1.volum.3.Bellon.de iure accreſcen. c.7. qu.29.
num.22.

68 Quæ quidem hæreditatis aditio, ſicuti non præſumi-
tur.l.ſi pupillus. §. Iulianus. ff.de acq.hæred. Corn.conſil.
308.numer.7.lib.2.Dec. conſil.442. numer.17. Crauet. d.
conſil.312.ſub numer.3. verſic. quinto conſidero ibi aditio
enim lib.2.Menoch. præſ.92.numer.2. lib.4. Franch. deciſ.
60. num.10. Rota poſt Cenc. de cenſib. d. deciſ.280. nume-
ro 3.

69 Ità opus eſt, vt probetur aditio eadem à ſe fundan-
te in illa, & ſic nunc a dicto Zano.l.2.3.ff.de interr.act.l.
neceſsarijs.ff.de acq.hæredit.l.1.C.ſi vt ſe ab hæredib. abſt.
Crauet. d.conſil.312.ſub num.3.eod.verſic.quinto conſide-
ro,ibi

ro,ibi & in terminis, & *conſil.456. ſub num.1. verſic. ſed præmiſſis, & conſil.898.num.21.Surd.conſil.399.num.15. tom.3. Menoch.d.præſ.99.ſub num.3.verſic. quo circa qui aſſerit.Franch.d.dec.60.num.10.& dec.80.num.8. Cyriac. contr.244.n.21.Altograd.conſ.84.n.2.lib.1.Rot.cor. Merlin.dec.888.n.2.& cor.Cardin.Otthobon.dec.95.n.9.& in rec.dec.434.n.2.p.5.tom.2.cum alijs in mea legal. colluct. 2.n.15.*

Adeovt,cum aditionis hæreditatis dictorum deSclauonibus a præfata Antonia factæ nulla hucuſquè fuerit
70 data probatio, intret concluſio certiſsima, quod hæ-
reditas ipſa,ceù tranſuerſalium, non fuit tamquam non
adita ad dictum Zanum tranſmiſsa.*l.1.§.in nouiſſimo.C. de cad.toll.l.quoniam ſororem.C.de iure deliber.l.ſi ex pluribus.ff.de ſuis, & legitimis.Cranet.d.conſil.312. ſub num. 3.verſic.quinto conſidero ibi non probata igitur, lib.2. latè Gomez de vlt.volunt.c.9. tom.1.Noal.de tranſmiſs. caſ.8. Rot.in rec.dec.106.n.2.4.p.7.*

Conſequenter,& quod idem Zanus nequit in dicta
hæreditate vllum pro ſe conſtituere fundamentum,ma-
ximè cum concluſio prædicta dignoſcatur modo indu-
bitabilis, ſtante obitu dictæ Antoniæ inteſtatæ, quid
71 quid ſecus eſset dicendum, vbi de hæreditate præfata
fuiſset teſtata,quia tunc cenſendum fore hæreditatem
eandem eo ipſo adiuiſse. *l.ſi auia.C.de iur. deliber.Noal. d.caſ.8.nu.104.cum alijs apud Oleam de ceſs.iur.& action. tit.2.quæſt.3.ſub num.38.* dummodò tamen tempore
72 teſtamenti non fuiſset nupta, nam hoc caſu, etiamſi
diſpoſuiſset, & teſtata eſſet de dicta hæreditate, illius
aditio non emerſiſset,præſciſo conſenſu viri neceſsario
in aditione facienda, ſiuè tacitè,ſiuè expreſsè ab vxore;
vt declarat *Olea d.quæſt.3.numer.39. allegans Mieres p.1. quæſt.36.numer.29.Tondut. q.q. ciuil. cap.57. numer.15. Aluar.de coniect.ment.lib.2.cap.1.num.29.verſic.ſi vero, & alios.*

73 Ac fortius ſubditur, quod ſi daretur per poſsibile
probatio aliqua dictæ aditionis, fortaſsè quia oſtende-
rentur actus ad illam inducendam ſufficientes a dicta
Antonia geſtos, de quibus videantur pro omnibus
Maſcard.de probat.à concl.40. vſque ad concl.53.tom.1. Menoch.præſ.100.101.lib.4.tom.2.

74 Nihilominus ex quo habemus *Stat. Ferrar. in lib.2. Rub.90.* prohibens mulierem poſse aditionem hæredi-
tatis inire,ſine ſolemnibus ibi præſcriptis, quod & ob-
75 ſeruatur *in eodem loco à Pigant. num.31.32.* oporteret
probare vlterius eandem Antoniam ſolemniter adiuiſ-
ſe,ex traditis ab *Aretin.in l.ſi filius, col.2. ff. de vulg.& pupil.Barz.deciſ. Bonon.122. num.9. & poſſunt videri Tiraq.de ll.connub.ver.contraßer. gloſ.5.num.125.Lamberteng.de contract.gloſ.3.verſ.ex contractu,vel quaſi num.1. Pic.ad Stat.Vrb.gloſ.7.num.108. Coccat. ad conſtit. Mareb.gloſ.8.num.7.Cenal.comm.contra comm.q.235.Rota in rec.dec.456.ſub numer.4.par.4.& in Iteramnen. bonor.1. Febr.1641.§. primum enim, coram Cerro, & in Roman. lucri dotis.1.April.1650.§.quoniam præfati,coram Albergato.*

76 Et in indiuidualibus terminis *d.Stat. Ferrar.* admitti-
tur pro conſtanti *à Menoch. de adipiſcen. poſseſs. remed. 4.n.677.*

Non refragantibus etiam duobus motiuis, quæ exci-
tari valerent.

77 Altero de præſumptione ſolemnium *dicti Statuti*
ſtante non ſolum decennij lapſu, quem præſuppoſita
aditione hæreditatis, ſufficere ad præſumendum, ip-
ſam ſolemniter fuiſse factam, docuerunt *Angel. conſil. 318.num.3.Cæphal.conſ.98.num.27.lib.1.Maſcard.de probat.concl.46.tom.1.Gratian.diſcept.318.numer.37.tom.2. Antonel.de temp.legal.lib.2. cap.72. num.11.* accedente
78 præſertim,quod ſolemnia præfata conſiſtunt duntaxat
in conſenſu,& auctoritate eorum,quorum non intereſt
ſequi tantum auctorantur contractui, quo caſu con-
currente poſseſsione illius,qui allegat illa interueniſse,
non dubitatur ex curſu dicti temporis, eadem fore
præſumenda;ad *DD.in l.qui aliena.ff.de acq.hæredit. Ruin.conſ.66.num.4.& conſ.154.num.7.lib.5.benè Laderch. conſ.116.num.4.Maſcard. de probat. concl.1316. num.46. tom.3.Menoch.præſ.132.num.45.et ſeqq.lib.3.Antonel.d. c.72.n.1.et ſeqq.Cyriac.contr.380.n.83.tom.2.Surd. conſ. 447.n.37.Rot.cor.Mantic.dec.340.n.5.et cor.Buratt. dec. 46.n.15.*

79 Verum, & quia tranſactum eſt ſpatium triginta an-
norum, ac longè ſuprà, per quod iuncta obſeruantia
præſumuntur omninò ſolemnitates extrinſecæ, etiam
in damnum,& præiuditium tertij.*Alex.conſ.179. ſub n. 6.vol.6.Burſat.conſ.160. num.51. et conſ.330. num.112. Gratian.diſcept.268.num.9.tom.2. et diſcept.859. numer. 16.tom.5. Laderch.d.conſ.116. ſub num.4. Surd. conſ.28. ſub numer.98. verſ. quamuis prædicti lib.1. Cyriac.contr. 162.num.24.tom.1.Menoch.d.præſ.132. num.64. Barz. in terminis d.dec.122.num.13. Rubeus in practic. reſol. circa teſtamen.c.98.num.388.Rota coram Buratt.dec.45. ſub n. 6.et dec.120.num.38.ac vtrobique plenè Ferentil.qui dat. concordantes, et poſt Salgad.in Labyrint.credit. deciſ.17. num.10.*

80 Altero de legis miniſterio, per quod ſi mulier tacitè
adeat, ſeù gerat ſe pro hærede, aut bona poſsideat,
etiamſi non adiuerit ſolemniter, hæres eſt in effectu,
nec vrget Statutum in dependentibus a legis auctori-
tate;vt per *Pigant.ad Stat.Ferrar.lib.2.d.Rub.90.ſub numero 33. verſic. ſi tamen, vbi ait ſic fuiſse iudicatum, tom.1.*

81 Et verè habemus concluſionem, qua firmatur, ſo-
lemnitates Statutarias non requiri in obligationibus
aut actibus inductis à lege, vel reſultantibus a diſpoſi-
tione legis.*Socin.ſen.conſ.80.num.25.lib.4.Ruin.conſ.61. num.4.lib.3.Laderch.conſ.57.num.9.Rimin.iun.conſ.374. num.18.Gratian.diſcept.367.num.25.Cyriac.contr.29. n. 46.lib.1.Merlin.de pign.lib.3.quæſt.83.ſub num.16.ego ipſe colluct.16.num.60.Rot.coram Buratt.dec.408.ſub num. 5.tom.2.*

Quoniam quoad primum motiuum infraſcriptæ re-
ſponſiones, ni fallor, in omnimodam illius eneruatio-
nem accomodantur.

Prima; quod ſolemnitates *præfati Statuti* debent in-
teruenire tempore actus, & ſic nunc aditionis hæredi-
82 tatis;tum,quia per eas integratur mulier ad illum,quo
caſu, opus eſt vt inſimul, cum eod.actu concurrant.
Bald.in l.cum ipſe.C.de contrah.empt.DD. in l.ſi quis mihi bona. §. iuſſum.ff. de acq. hæredit. Roman.conſ.54.Socin. conſ.23.num.21.lib.4.Caſſan.ad conſuet.Burgund. Rub.4. §.7.verſ.peruenient num.1.Rimin.iun. conſ.190. num.43. Lamberteng.de contract.gloſ.7.verſ.conſenſus, numer.23. Altograd.conſ.44.ſub num.2.3. lib.2. Rot. coram Duran. deciſ.83.num.13.tom.1. tùm,quia ipſæ ſolemnitates ſunt
83 de forma, atquè ità in ipſo actu, aut poſt incontinenti
neceſsarius eſt earum concurſus.*Bart.in l.vniuerſa.C.de precib. Imper. offer. Gabr. conſ.2. lib.1. Lambertengh. de contrad.gloſ.7.numer.26. Altograd. d.conſil.44.numer.2. pulchrè Rota coram Duran. d. deciſ.83. numer.5. et ſequentibus.*

84 Conſequenter eædem ſolemnitates in dicto tempo-
re actus requiſitæ,nequeunt ex curſu temporis præſumi
ad *Dec.conſ.409.num.12.Cæphal.conſ.171. num.40. Gratian.diſcept.415.num.21.Cyriac.contr.111.numer.13.14. Antonel. de temp. legal. lib.2.c.72.num.15.et plenè docet Rubens in practicab.reſol.circa teſtam.c.99.num.394. cum multis ſeqq.Ferentil.ad Buratt.dec.120.ſub n.41.verſ. mihi diſtinguendum tom.1.*

Secun-

Secunda; quod ex quo ſolemnitates pręfatæ ſunt de
forma, vt dixi, neceſſariò nunquam, ob curſum tempo-
ris præſumuntur; iuxtà tradita à Boccat. ad Conſtit. Mar-
ch. gloſ. 8. n. 308. & ſeq. Rubeo d. c. 99. n. 407. Rot. in rec. de-
ciſ. 294. n. 29. & ſeq. p. 6.
86 Tertia; quod Stat. in præcitata Rub. 90. procedit vlte-
rius annullando quemcunque actum mulieris abſque
præſcriptis ſolemnitatibus geſtum, vt in §. & aliter fa-
ctus; vbi ſpecificè de hæreditatis aditione: & ſucceſſi-
uè, cum huiuſmodi ſolemnitates ſint de ſubſtantia actus
non poſſunt ex diuturnitate, ſeù antiquitate temporis
præſumi. Gratian. diſcept. 474. num. 12. 17. 18. Sabell. var.
reſolut. & reſponſ. cap. 25. num. 21. Antonel. de temp. legal.
lib. 2. d. c. 72. num. 37. Rub. vbi ſuprà cap. 98. num. 348. &
ſeqq.
87 Quarta; quod ſaltem ex communi vſu, & ſtylo huius
ſtatus, actus omnes contenti in d. Rub. 90. & ſic hæredi-
tatis aditio nuncupatim ibi comprehenſa, omneſque
ſolemnitates ibidem præfinitæ indigent ſcriptura, ſine
qua videtur impoſſibilis eorundem ſolemnitatum ob-
88 ſeruantia; vt per Rot. cor. Buratt. d. dec. 408. num. 6. &
quidem ſcriptura publica, cum in priuata nequeant ſo-
lemnitates eædem interuenire. Poſt. reſol. 66. num. 22. ego
ipſe coll. 27. num. 63. Vndè ſuccedit, ſolemnitates ipſas in
89 iiſdem actibus neceſſarias, propter temporis curſum
non præſumi. Ruin. conſ. 69. num. 9. lib. 1. Bero. conſ. 38. nu.
20. lib. 3. Gabr. comm. concl. lib. 1. tit. de præſum. concl. 1. nu.
60. Menoch. præſ. 132. numer. 87. lib. 3. Gratian. d. diſcept.
474. num. 16. Sabel. d. c. 25. num. 22. Antonel. in alleg. cap.
72. numer. 25. Rubeus in pract. reſol. circa teſtam. cap. 97.
numer. 313. 314. & c. 98. num. 334. 338. & ſeqq. Rot. co-
ram Buratt. dec. 120. num. 15. tom. 1. & in rec. dec. 723. nu.
8. p. 2.
90 Quinta: alijs conſultò omiſſis, quod cum non con-
ſtet de initio præſuppoſitæ aditionis impoſſibile eſt
etiam conſtare de ſpatio temporis neceſſarij ad indu-
cendam præſumptionem dictorum ſolemnium, vt in
puncto traditur à Barz. d. dec. 122. in fine.
Quo verò ad ſecundum motiuum hæc in illius pro-
fligationem ſe ſe offerunt conſideranda.
91 Diſpoſitionem legis communis ceſſare in concurſu
ſanctionis municipalis; ad DD. in l. omnes populi. ff. de inſt.
& iure. Poſt. reſol. 130. ſub num. 22. verſic. cum magis. Al-
tograd. conſ. 58. num. 10. lib. 1. Rot. in Aſculan. hæredit. 24.
Ian. 1650. §. nihilominus, vt in præterita, coram Roias cum
alijs in mea legal. collect. 2. numer. 55. & collect. 28. nu-
mer. 67.
92 Nos habere particularem Statutariam ſanctionem
in d. Rub. 90. præſcribentem modum ſeruandum in adi-
tione hæreditatis per mulierem ineunda.
Meritò, non eſſe attendendam legis communis diſpo-
ſitionem.
Per conſequens, motiuum excitatum non poſſe
obtinere, vtpotè fundatum in hac poſteriori diſpoſi-
tione.
Sed concludendum eſse, mulierem gerendo ſe pro
hærede, vel bona hæreditatis poſsidendo non fore hæ-
redem ex defectu ſolemnis aditionis requiſitæ a Statu-
93 to, cuius ſolemnitates ſicuti deſiderantur in expreſſa
aditione, ita & multò magis in tacita, qualis eſt ea,
quam idem motiuum complectitur; ad tradita in l. qui
certum. ff. locat. & per Corn. conſ. 254. num. 15. verſ. item
dato lib. 1. Iaſon. conſ. 53. num. 4. 5. lib. 1. Rimin. iun. conſil.
260. num. 2. & ſeqq. Menoch. conſ. 137. ſub num. 34. Man-
tic. de tacit. & ambig. conuen. lib. 11. tit. 21. num. 23. tom. 1.
Merlin. de pign. lib. 3. d. q. 83. numer. 15. Giurb. ad conſuet.
Meſſan. c. 1. gloſ. 5. num. 64. 65. Pigant. ad Stat. Ferrar. lib.
2. d. Rub. 90. ſub numer. 24. verſ. venit etiam tom. 1. Rot. in
rec. dec. 385. num. 6. p. 1. & coram Buratt. dec. 82. num. 13.
94 tom. 1. nec non etiam in caſibus, in quibus adeſt legiti-
ma cauſa à iure approbata ad actum faciendum; vt per
Teodoſ. Rubeum in ſing. Rot. Rom. in p. 6. ad Stat. Vrb. lib. 1.
c. 151. n. 39. tom. 2. Rotam ipſam poſt Cenc. de cenſib. deciſ.
18. ſub n. 15. et ſeq.
Et libenti animo in hac materia iſtud proponi dile-
ma.
95 Aut ex contentis in motiuo intenditur, mulierem eſ-
ſe hæredem in ſui damnum, & præiudicium, & tunc eſt
certum fuiſse neceſſarias ſolemnitates Statuti in adi-
tione per actus in ipſo motiuo recenſitos ineunda, ex
littera eiuſdem Statuti in d. Rub. 90. & eſt omnibus no-
tum.
96 Aut intenditur, mulierem eſſe hæredem in ſui fauo-
rem, & vtilitatem; & tunc etiam, eaſdem ſolemnitates
debuiſſe interuenire ratione formæ cum iiſdem a Sta-
tuto præſcriptæ, docuerunt Marcabrun. conſ. 20. num. 66.
et ſeqq. Laderch. conſ. 115. num. 2. Gabr. conſ. 67. num. 20.
lib. 2. Bertaz. conſ. ciuil. 12. num. 56. Gratian. diſcept. 27. nu.
1. vbi de veriori, et ſeqq. tom. 1. Surd. dec. 278. num. 19. vbi
de communi. Boccat. ad Conſtit. Picen. gloſ. 8. num. 49. Pic.
ad Stat. Vrb. lib. 1. c. 151. gloſ. 7. num. 184. et ibi Fenzon n.
45. et Teodoſ. Rubeus inter ſua ſing. Rot. Roman. par. 6. ad
idem c. 151. num. 32. Pigant. ad Stat. Ferrar. lib. 2. d. Rub.
90. ſub num. 5. verſ. verum pro affirmatiua, et ſeqq. Rot. poſt
Pic. vbi ſuprà dec. 42. in fin. et in rec. dec. 98. num. 23. p. 6.
et coram Eminentiſs. Seraph. deciſ. 1242. ſub num. 3. vbi de
magis communi, tom. 2. et coram Merlin. deciſ. 540. ſub nu.
17. tom. 1.
Inſuper euitari ipſum motiuum.
Vel admittendo, vt in eo, mulierem eſſe quidem hæ-
redem in effectu, ob bonorum hæreditariorum poſſeſ-
ſionem, & gerendo ſe pro hærede, cum iſti actus ſic ac-
cepti nequeant inſeparabiliter a qualitate hæreditaria
conſiderari ex diſpoſitione iuris communis: ſed non in-
dè inferri, mulierem eſſe quoquè hæredem inſpecta di-
97 ſpoſitione Statuti; etenim de iure communi non pro-
hibentur mulieres contrahere ſine ſolemnitatibus. Cy-
riac. contr. 128. num. 42. et ſeqq. et contr. 181. num. 28. 29.
lib. 1. Pigant. ad d. Rub. 90. num. 4. Merlin. de confiſc. qu. 31.
num. 117. ego ipſe collect. 16. num. 93. et in antecceden. 38.
num. 17. Rota in rec. dec. 238. num. 13. p. 6. quod cum ſit
correctum a Statuto, non poteſt induci in argumentum
ad deſtructionem iuris corrigentis, nequè in concurſu
98 eiuſdem Statuti eſt in aliquo attendendum. Natta
conſ. 541. num. 15. lib. 3. Rota coram Seraph. deciſ. 404. ſub
num. 2. tom. 1. et in rec. dec. 16. num. 12. p. 8. atquè ità mo-
tiuum procedere de iure communi, non de iure Sta-
tutario.
99 Vel accipiendo actus in eodem motiuo contentos,
tamquàm a muliere ſolemniter geſtos, nam hoc caſu,
circumſcripto quoquè aditionis inſtrumento, probabi-
tur ipſa aditio ab illis, vtpotè talibus, qui ſine hæredis
nomine fieri non potuerunt, ſecundum ſententiam.
Zuccard. in Rubr. C. qui admitti num. 96. Corn. conſ. 165. n.
54. 55. lib. 2. quam ſequitur Pigant. ad Stat. Ferrar. lib. 2. d.
Rub. 90. n. 33. vbi, in verſ. prior qui quidem. Ait; eſse rece-
ptam in foro, ipſumque cum cauſæ victoria, iuxtà eam
obtinuiſse, tom. 1.
Concluſionem verò de ſolemnijs Statuti non neceſ-
ſarijs in obligationibus, & actibus inductis a lege non
applicari, quoniam nullibi apparet, quem cogi poſse ad
adeundam alterius hæreditatem, quinimò contrarium
100 conſpicitur, cum cuilibet competat ius abſtinendi,
& qui poteſt adire, poteſt etiam repudiare. l. is poteſt
ff. de acq. hæred. l. cum hæreditate. ff. eod. l. nam nec emanci-
patus. ff. de leg. 1. l. ſi cum dotem. §. transgrediamur in fin. ff.
ſolut. matr. Cyriac. contr. 43. n. 127. to. 1. Ridolph. in prax. p.
1. c. 5. n. 26.

101 Et

101 Et tamen ipſam concluſionem ſolummodò habere locum, quando vis coactiua a diſpoſitione legis dimanat, itavt neceſſariò actus fieri debeat, dicunt omnes, qui afferunt illam; & colligitur *à Rubeo in Annot. ad Rot. in rec. deciſ. 460. ſub numer. 56. vbi veluti quia par. 4. tom. 2.*

Nequè huiuſmodi vim poſſe deſumi ab actibus in dicto ſecundo motiuo receniſitis, ceù neceſſariò infe-
102 rentibus aditionem: nàm ſicuti illis factis ſine ſolemnibus reſiſtitit diſpoſitio Statuti, ità tanquam nulliter geſti nullum potuerunt effectum operari. *c. non præſtat de reg. iur. in 6 l. non dubium. C. de l. l. Bec. conſil. 12. numer. 54. Surd. dec. 40. num. 8. Amat. dec. Ferrar. 41. num. 1. p. 15. Leoncil. dec. 17. num. 16. Contr. diſcept. forenſ. cauſ. 75. num. 6. tom. 1. cum alijs apud Barboſ. axiom. 164. numer. 1. & in mea legal. collutt. 26. num. 34. Rot. in rec. dec. 422. num. 4. p. 4. & dec. 6. num. 16. dec. 20 num. 3. ead. p. 4. tom. 2. & in monaſterien. canon. 10. Iun. 1648. §. penult. in fine, coram Ghiſiler. & in Tiburt. affictus 19. Iun. 1648. §. tum quia nec id iuſtificatur, in fine, coram Eminentiſſimo Corrado.*

Ac vlterius, præſatam concluſionem omninò ceſſare, quotieſcunquè concurrit diſpoſitio Statuti iubentis, vt in præſenti, ſeruari ſolemnitates ab eo præſcriptas in actibus, etiam alias habitis a lege pro neceſſarijs, ex quo ſemper obſtat ad derogationem legis ipſum Statutum; ſicuti in ſimili videmus, ſpeciatim in terminis
103 *Stat. Ferrar. lib. 2. d. Rub. 90.* in qua, cum mandetur, dationem, & conſtitutionem dotis aliter a muliere fieri non poſſe, niſi cum ſolemnibus præfinitis, vt quoquè tradit *Catus inter conſ. Marzar. conſ. 37. ſub num. 115. verſ. cui etiam; & per Pigant. ad d. Rub. 90. num. 29.* ſilet con-
104 cluſio, quod ſolemnia prædicta non requirantur in obligatione pro dote, & ſi deſcendente a diſpoſitione legis, per quam neceſſariò poteſt dari coactio ad illam ineundam, ex notatis *à Pigant. ad d. Rub. 90. num. 29. vbi in verſic. quamuis alias; adducit plures Rot. deciſ. tractantes materiam concluſionis, nunc circa dotem excitata, & de qua agunt latè vterque Rubeus nempè ſenior in ſing. Rot. Roman. p. 6. ad Stat. Vrb. lib. 1. d. c. 151. num. 55. & ſeqq. tom. 2. iunior in Annot. ad Rot. in rec. d. dec. 460. p. 4. tom. 2. ac alij.*

Atquè ex prædictis omnibus ſtat vndique firmum, quod non probata ſolemni aditione hæreditatis eorum de Sclauonibus facta ab Antonia, nequit Petrus Zanus eius hæres iacere vllum fundamentum ſuper eadem.

Succeſſiuequè, cum nihil afferatur in partis ipſiuſmet Zani tutamen, nec minus in obicem eorum, quæ aduerſus eum hucuſquè deducta fuere, reſultat maniſeſtiſſima, ac notoria iniuſtitia, & iniquitas ſententiæ pro eo latæ ab *Adm. R. D. Horatio Cintio Archypreſbitero Comaclenſi Iudice alias in hac cauſa delegato.*

ARTICVLVS TERTIVS.

Nùm iuſtificatio clauſulæ ſi quid exequendum nunc adſit, & qualiter ſit ea facienda.

105 SVbindè (accedendo ad vltimi articuli diſcuſſionem) ſequitur, non eſſe locum clauſulæ *ſi quid exequendum* in poſtrema commiſsione contentæ, tanquam intelligendæ prout de iure. *Poſt. reſol. 101. num. 9. Barboſ. de clauſ. vſufrequen. clauſ. 169. num. 7. Zacch. de Salar. q. 107. num. 11. Rubeus in ſing. Rot. Roman. p. 4. clauſ. 775. n. 7. Rota poſt Zacch. de oblig. Camer. dec. 136. num. 9. poſt Statil. de Salu. interd. dec. 137. num. 1. poſt Cenc. de cenſib. dec. 255. n. 7. cor. Buratt. dec. 231. & ibi Add. ſub n. 6. verſ. quia cum tom. 1. & Roman. pecun. 23. Martij 1648. §. 1. verſ. tamen cum hodie, cor. Meltio.*

106 Et ceù expoſcentis iuſtificationem ſententiæ ex iiſdem actis *Mareſc. var. reſol. lib. 2. c. 121. num. 20. Leoncil. dec. 44. num. 8. & dec. 84. num. 4. Poſt. d. reſol. 101. num. 1. Ferentil. ad Buratt. dec. 231. num. 8. Barboſ. d. clauſ. 169. n. 8. Rubeus d. p. 4. clauſ. 95. §. 5. & d. clauſ. 775. n. 2. vbi multas allegat Rota deciſiones, quibus iunge in recen. dec. 607. ſub num. 2. p. 4. tom. 3. dec. 213. n. 14. p. 8. cor. Caualer. dec. 165. n. 4. deciſ. 173. n. 1. poſt Zacch. de oblig. Camer. dec. 12. n. 4. dec. 136. n. 1. & dec. 177. nu. 6. poſt Pacific. de Salu. interd. dec. 162. num. 1. & dec. 260. num. 5. poſt Salgad. in Labyrint. creditor. dec. 10. n. 8. poſt Cenc. de cenſib. dec. 255. nu. 1. poſt Toudut. de penſion. dec. 97. nu. 5. in d. Roman. pecun. 23. Martij 1648. §. non obſtat quod quietantia, & in ead. 28. Iunij 1649. §. minus refragatur, cor. Meltio, ac in Acerrar. penſion. 26. Iunij 1652. §. non obſtant, cor. Alberg.*

107 Niſi tamen poſtmodum deducta tenderent ad corroborationem probationis anteà factæ.

Quod probatur.

108 Tùm, quia eſt concluſio generalis, quod etiam poſt ſententiam, quæ debet iuſtificari ex iiſdem actis admittitur huiuſmodi probatio ad coadiuuationem, ſeù corroborationem primæ, veluti ea, quæ non dicitur noua, ſed ad priorem retrotrahitur. *Poſt. reſol. 68. num. 70. 71. Rot. apud Cæſar. de Graſs. dec. 20. n. 11. tit. de probat. et poſt Mangil. de ſubhaſt. dec. 89. n. 4. & penes Poſt. eod. tract. dec. 134. n. 8. & cor. Gregor. dec. 272. n. 6. & ibi Add. nu. 9. cor. Duran. dec. 172. num 7. tom. 1. & dec. 230. num. 9. tom. 2. et cor. Merlin. dec. 629. ſub num. 26. 27. tom. 2. & in rec. dec. 241. num. 32. p. 7. & dec. 302. num. 22. p. 8. & poſt Salgad. in Labyrint. credit. dec. 36. nu. 23. 24. qua eſt in Roman. vinea 7. Iun. 1647. §. præterea non obſtat, cor. Eminentiſs. Corrado, & in Roman. Saluiani 1. Iulij 1648. §. debitum vero ad fin. & in Terdonen. præpoſitur. 27. Febr. 1651. §. non obſtat, cor. Eminentiſs. Ottbobon. modò inter eius impreſs. dec. 155. n. 23. & dec. 240. n. 28.*

109 Tùm, quia indiuidualiter in terminis dictæ *clauſulæ ſi quid exequendum, ita decidit S. Rota Romana in Roman. fruct. dotis 10. Iunij 1648. §. 1. ad fin. cor. Peutinger.* ac iudicatum fuit me patrocinante *à Sapientiſs. D. Andrea Cilla Rauenn. Prætore Rota Ferraria, in cauſa D. Bartholomæi de Carolis, cum Dominico Zarattino ſub die 12. Decembr. 1657. ex actis D. Bartholomæi Morati Actuarij Ferrarien.*

110 Accipiendo nihilominus iſta, vt procedant, quando præceſſit ſubſtantia probationum ad inſtruendum animum Iudicis neceſſaria, licet pro formalitate iudicij, vel pro maiori illarum elucidatione aliquid deſideretur. *Poſt. reſol. 68. n. 69. & reſol. 113. nu. 22. Beltramin. ad Gregor. dec. 272. ſub n. 9. verſ. ſed tamen, vbi allegat Rot. in Cæſarauguſt. portion. 16. Nouembr. 1605. coram Iuſto impreſs. apud Marcheſ. de commiſs. p. 1. fol. 340. ſub nu. 4. adde & cor. Duran. d. dec. 230. nu. 9. & poſt Salgad. in Labyrint. credit. d. dec. 36. n. 25. verſ. vel præceſſit, eſt in d. Roman. vinea 7. Iun. 1647. §. quia concluſio, cor. Cardin. Corrado.*

111 Secus ceſſante præfata probationum ſubſtantia, vt in præſenti, nam tunc non erit attendenda probatio ſubſequens, etiamſi tenderet ad corroborationem prioris, vt tali admiſſo intellectu, traditur in puncto eiuſdem clauſulæ *ſi quid exequendum à Barboſ. d. clauſ. 169. ſub nu. 7. verſ. vbi quod hoc Rubeo d. clauſ. 775. n. 2. in fin. Rot. cor. Caualer. d. dec. 165. ſub n. 4.*

112 Quocircà nec etiam ſententiæ prædictæ reuocatione interueniente, tamquam notoriè iniuſtæ. *Surd. conſil. 160. n. 50. Gratian. diſcept. 266. n. 5. Thomat. dec. 59. nu. 10. tom. 1. Poſt. reſol. 33. n. 3. Rot. cor. Cardin. Seraph. dec. 1123. ſub n. 5. verſ. ſed fuit reſponſum, & dec. 1305. num. 9. tom. 2.*

& in

Digitized by Google

*& in rec.dec.264.ſub n.1.2.p.6. & cor. Buratt. dec.641.
ſub n.17. vbi quod fuit ſæpiſſimè dictum tom.2.*
113 Licet alias ſit regulare, ſententiam contra ſenten-
tiam non valere,& eſſe nullam,niſi priori reuocata. *l.1.
C.quand.prouoc.non eſt neceſs.Gabr.conſ.54. num.8. lib.1.
Theſaur.q.7.n.1.lib.4.Giurb.dec.70.num.11.Thomat.dec.
80.n.1.tom.1.& dec.138.n.16.tom.2.Poſt.reſol.20. & d.
reſol.33.vtrobique n.2.Rot.in rec.dec.232.n.1.p.4. & dec.
312.num.1.p.5.& dec.264.n.1.& dec.305. nu.3.p.6.&
dec.26.n.2.dec.223.n.1.p.7.& apud Poſt.de manut.deciſ.
59.n.2.& cor.Cardin.Canaler.dec.31.num.1. & dec.42.
ſub n.4.verſ.dum verò,& cor.Merlin.dec.363.n.1.2.tom.
1.cor.Buratt.dec.59.n.9.tom.1.cor.Pegn. dec.904. tom 2.
cor.Duran.dec.94.n.6.tom.1.*
114 Et quidem expreſsè,non autem tacitè;ad *D. D.in c.
inter Monaſterium de ſent.& re iudic.Rota apud Caſſador.
tit.de ſequeſtr.poſſeſs.dec.1.n.4.& in rec.dec.161.n.2.p.1.
& dec.130.n.11.p.7.*
115 Dummodò tamen antè poſteriorem ſententiam
fuerit de prima oppoſitum.*Oſaſch.dec.1.n.49. Ferentil.
ad Buratt.d.deciſ.59.litt.C, Rota cor.Canaler.d. dec.31. n.
2.& in rec.dec.161.n.2.p.1.& in Marſic. iuriſdict.18. Fe-
br.1647.§.quo enim, verſ.neque coram,& in Roman. ſub-
haſt.7.Iun.1651.§.primam ſententiam,verſ.vel quia, cor.
Bichio eſt dec.242.n.7.apud Poſt.de ſubhaſt.in Addit.*
Et niſi fuerit facta commiſſio cauſæ, cum clauſula
quam, & quas, nam ea ſtante non eſt neceſſaria reuoca-
tio præcedentis ſententiæ. *Rota in rec.dec.264.n.3.p.6.et
dec.26.n.3.p.7.& cor.Canaler.dec.31. n.3. & in Roman.
fideic.de ſpiritibus 14.Iun.1645.§.altera vero,cor.Cerro,et
in Vicen.iuriſdict.2.Maij 1650.§.quia cum, verſ.non fuit
opus,cor.eod.& poſt contr.diſcep.tom.1.dec.66.in fin.*
116 Non poteſt dubitari, quin prauia attentatorum
(quorum ex proceſſu reſultat probatio concludens sē-
per neceſſaria.*c.ſuper his,vbi Felyn.n.17. de accuſat. Fa-
gnan.in c.cum M. Ferrarienſis n.55. in fine de conſt. contr.
diſcept.forenſ.cauſ.78.n.2.lib.1.Rot.cor.Duran. deciſ.198.
n.2.tom.1.& in rec.dec.411.num.1.p.2.dec.300.n.3.4.p.
4.tom.2.cor.Buratt.dec.4.n.5.& dec.634. n.4.cor. Pegn.
dec.1683.num.1.tom.2.cor.Merlin.dec.334.n.1. & coram
Eminentiſs.Mantic.dec.167.n.4.*)in primis,& ante omnia
117 reuocatione cum reductione rei in priſtinum Statum.
*Poſt.reſ.4.n.10.Andreol.contr.320.n.1.p.4.contr.d. cauſ.
98.n.3.27.lib.1.Rota ibid.in calce operis dec.99.n.2.& de-
ciſ.136.n.5.ac in rec.dec.225.n.1.p.1.dec.751. num.1.p.2.
dec.691.n.1.p.3.dec.730.n.1.p.4.tom.3.dec.75.n.8.p.6.et
dec.123.n.7.p.8.cor.Buratt.dec.356.n.4.cor. Mantic. dec.
345.n.2.cor.Greg.dec.70.n.2.& dec.435.n.3.cor. Duran.
dec.312.& dec.313.vtrobique n.2.apud Poſt. de ſubhaſt.
dec.175.n.8.9.& dec.228.n.12.in Addit.in Bonon.atten-
tat.18.Iun.1646.§.1.in fin.cor.Cerro, & in Piſan. ſepult.
1.Iul.1650.§.tenentur ideò,cor.Bichio.*
118 Et refectione expenſarum ob cauſam eorundem
attentatorum factarum.*Lancell.de attent.p.3.c.30.n.37.
& c.31.n.96.contr.d.cauſ.98.n.5.Rot.cor.Duran.dec.305.
n.2.& dec.427.n.1.cor.Buratt.dec.356.nu.5. cor. Coccin.
dec.371.n.4.& in Bonon.attentat 21. Febr.1642. in fine,
cor.Carillo,nunc in rec.dec.71. n.16. p.9. ac plenius in Ro-
man.vinea 9.Decembr.1648.cor. Rotas impreſs. modò poſt
contr.diſcept.forenſ.dec.73.n.tom.1.*
Sit ferenda ſententia abſolutoria Caroli a petitis ad-
uerſus eum pro parte Zani.
119 Qui Zanus eo magis repellendus eſt,ob non factam
legitimationem ſuæ perſonæ indubitanter neceſſariam
in quouis iudicio, ordinario,ſummario, & executiuo,
vt latè per *Nouar.de elect.& variat.fori ſect.1.quæſt.19.
Cenc.de cenſib.q.95.numer.14.36. Zacch. Senior.de oblig.
Camer.q.33.num 1.& quæſt.34. n.2. & iunior. de Salar.
q.91.n.52.Poſt.de manut.obſ.87.n.3.& reſol.68.n.12.Ri-
dolph.in prax.p.1.c.5.numer.24.Rotam coram Buratt.dec.
98.n.1.& cor.Gregor.dec.264.n.2.& ibi Add. nu.5. et in
Beneuent.domus 14. Decembr.1646.§. nequè mandatum
in fin.cor.Cardin.Ottbobon.nunc in eius impreſs.dec.95.nu.
13. cum alijs in mea legal. colluct.1. num.91.* Et maximè
120 in hoc iuditio communi diuidundo; ad *Thomat. dec.
91.n.16.tom.1.*
121 Parte tamen opponente,vt in præſenti.*Poſt.d.reſol.
68.n.75.Ridolph.d.c.5.n.25.33. Rota cor. Gregor. dec.88.
n.1.et Add.ad d.d.deciſ.264.n.6.et cor.Buratt.dec.785.n.
2.tom.3.et apud Poſt.de manut.deciſ.18.num.1. ego ipſe in*
122 *legal.colluct.43.n.18.* præterquam in ordinarijs,in qui-
bus requiritur legitimatio,etiamſi non opponatur. *Sal-
luſt.in pract.lib.1.c.45.n.4.Rota Bonon.dec.102. n.3. quos
ſequitur Poſt.d.obſ.87.n.5.Ridolph.d.c.5. nu.34. Thomat.
dec.170.n.7.et dec.217.n 5.tom.2. Gratian. dec.138. nu.3.
Andreol.contr.79.ſub n.17.p.1.*
123 Quod ſicuti non eſt tutum, cum contrarium deſi-
derari ſcilicet oppoſitionem, dicatur verius *à Ridolph.*
124 *eod.c.5.n.35.vbi dat concordantes:* ità oppoſitio præfa-
ta poteſt fieri in qualibet parte iuditij ad inualidandum
proceſſum;*ex Poſt.in alleg.obſeru.87.n.4. & ibi Rot. poſt
tract.d.dec.18.n.2.et dec.297.n.13.et cor. Greg. dec.223.
n.3.* intelligendo, vt oppoſitio huiuſmodi fiat dilucidè,
& clarè,petatur fieri legitimationem perſonæ, in tantū
vt non ſufficiat apponere in exceptionibus clauſulam
negauit narrata prout narrantur, etc. vti plenè probatur
ab *Andreol.d.contr.79.n.18.19.20.Rot. in Eugub. dot.6.
Iun.1642.§.fin.cor.Carillo,eſt nunc in rec.dec.482.ſub nu.
14.15.p.9.tom.2.*
Conſiderando præſertim,eundem Carolum eſſe poſ-
ſeſſorem terreni, de quo agitur, eiuſque poſſeſsionem
fore etiam in hoc iudicio canonizatam, ob conceſſam
ipſi a Iudice, cum cauſæ cognitione manutentionem,
125 quæ non niſi poſſidenti debetur,ex latè,& eruditè cō-
geſtis *à Poſt.de manut. obſ.15. et obſ.17. vbi cumulat ad
hoc DD.auctoritates,et S.Rot.Roman. deciſiones ferè innu-
meras, quibus iungi poſſunt allatæ per me ſupra in colluct.
1.n.52.et ſeqq.* ac ſanè ad terminos poſſeſsionis, in qui-
bus quis reperitur,ſicquè in eo ſtatu,ac modo;quo quis
poſſediſſe per priùs apparet.*Poſt.de manut.obſ.73. nu.7.
Rot.cor.Greg.dec.569.n.1.6.cor.Buratt.dec.504.n.11.cor.
Canaler.dec.510.n.4.et in Cathaecn.hæredit.11.Decembr.
1648.ſub §.1.cor.Cerro, et in Piſcien. iuris conferen.14.
Ian.1658.§.fin.cor.Albergato.*
126 Ex hacque ſua poſſeſsione præſumi dominium eiuſ-
dem terreni.*l.fin.C.de rei vendic.Menoch.conſ.90. nu.59.
conſ.1087.n.15.et conſ.1252.n.2.et ſeqq.Paz.de tenut.c.
6.n.20.21.Poſt.de manut.obſ.1.n.22.Rota in rec.dec.286.
n.1.p.5.et cor.Buratt.dec.236.n.5.et cor.Merlin. dec.406.*
127 *n.1. tom.1.* cum de ipſo dominio agatur excipiendo.
Rot cor. Buratt. dec.799.n.9.tom.3. nequè de illius cano-
128 nizatione tractetur.*Poſt.d.obſ.1.n.22.in fin. Rot. in rec.
dec.444.ſub n.5.verſ.etenim quando p.4.*
129 Inſuperquè dici reum, cum is ſit, qui poſſidet rem
controuerſam. *Paz.de tenut.c.69.n.1.Poſt.d. obſ.1. n.2.
Rot.ibi poſt tract.dec.122.n.1.et dec.417.n.5.* ac propte-
130 reà eidem quoquè in dubio fore fauendum,& pro eo
pronunciandum, vt in terminis rei poſſeſſoris per *Al-
tograd.conſ.43.n.71.li.2.Caſanat.conſ.45.ſub n.163.verſ.
quia in dubio.Andreol.contr.338.n.16.p.5.Rot.in Carpen-
toraten.hæredit.28.Ian.1647. in fin. cor. Bichio modo im-
preſs.poſt contr.diſcept.forenſ.dec.44.ſub n.20.tom.1.*
131 Vltrà regulam generalem, quod fauorabiliores rei
potius,quàm actores habentur;de qua *in l.167.ff.de reg.
iur.et in c.cum ſint eod.tit.in 6.Barboſ.axiom.204.num.1.
Poſt.d.obſ.1.n.20.Rot.cor.Buratt.dec.315.n.5.tom.1.et in
rec.dec.251.n.11.p.8. Ex quibus, etc.*
132 Habita fuit hæc colluctatio iuris *Prætorio Ci-*
uitatis

Digitized by Google

nitatis Comacli, dumque profligatis quibuſcunque ad-
uerſantium prætenſionibus, eorumque viribus quan-
tumuis validioribus omnino proſtratis, victoria iuſtiſ-
ſimè ſperabatur, cum maximè ad ſedandum animum
Iudicis ex illius iuſſu *conſulti Ferrarienſes Aduocati*, *in
banc noſtram ardenti ſtudio deuenerint ſententiam*, adeò
Iudex ipſe ab adminiſtranda iuſtitia alienum ſe prodi-
dit, vt in eodem calculo, ac inſtanti ferendæ ſententiæ,
*potius iuramenti religione partis aduerſæ ſe ſuſpectum vo-
citari permiſerit, quàm lancium ſacroſancta Aſtrea inte-
gerrimum libratorem manifeſtari voluerit de anno 1660.
ſub die 13. Menſis May in actis D. Romualdi Cintij Notarij
Actuarij.*

133 Verùm quo magis idem Iudex oſtendidit, quod vti
fluctuam in iuſtitia exercenda quantum ſapijt fluctua-
tionis, tantum ſapijt indeterminationis; ex *Fagnan. in c.*
134 *ne innitaris num. 89. de conſtit.* cum & ſuſpicionis alle-
gatio, Iudiciſque recuſatio in fine cauſæ, & in calculo
emittendæ ſententiæ, veluti impertinens, illegitima, &
calumnioſa non eſſet vllo modo attendenda, nec ad-
mittenda. *Ferret. conſ. 66. num. 4. 5. lib. p. Gratian. diſcept.
forenſ. c. 701. num. 22. lib. 4. 5. Felic. dec. 80. num. 6. tom. 1.
Pigant. ad Stat. Ferrar. lib. 2. Rub. 39. numer. 12. tom. 1.* eo
minus delato amicabiliter præſenti negotio per partes
135 controuertentes in *Reuerendiſs. D. Lucam Daneſium
Prothonotar. Apoſtolic. & Equitem Rauenn.* defuit in
eo promptiſsimum terminandi motiuum; *ſingulari
etenim dexteritate, & ſumma prudentia, qua ſemper cun-
ctis in geſtis vſus fuit, nuncque pro Sanct. Sede Apoſtolic.
vti ex primarijs Architectonices electis profeſſoribus in
quantumuis arduis operationibus, diligentiſſimè vtitur*, par-
tes ipſas adeò ad tranſigendum, iuxtà per eum ritè, re-
ctèque perpenſa, faciles redidit, vt omni ſemota diffi-
cultate libenter approbauerint quicquid ab ipſo fuit
concluſum *ex rog. D. Franciſci Vitalij Notarij Comaclen.
ſub die 22. Septembr. 1662.*

COLLVCTATIO XXXX.

ARGVMENTVM.

Immunitatis Eccleſiarum materia latiſsimè ad ornatum Conſt. Sanct. memor. Gregor. XIV. æditæ ſuper illa percurritur, & inter alias obſeruationes, ſpetiatim reſoluitur, reum captum à familia laica in loco profano, non gaudere eadem immunitate, licet violenter cum eadem familia ſe in loco ſacro repoſuerit, quoties à manibus executorum numquam liber euaſit.

SVMMARIVM.

1 *Immunitatis Eccleſiarum violatores acerrimè puniuntur, & quibus pænis. ibid. & num. 2. 14. ipſo facto incurrunt cenſuras numer. 14. à quibus non poſſunt abſolui, niſi à Papa num. 16. & quinam dicantur tales violatores, n. 17. 18. 19.*

3 *Bulla Greg. XIV. ſuper immunit. Eccleſ. affertur præfert vnicam formam num. 4. Declara nu. 9. reuocat conſuetudines in contrarium facientes numer. 5. corrigit, & abrogat ius commune num. 6. annullat, & irritat priuilegia, & indulta aduerſantia num. 7. quæ delicta exprimat, ob quæ immunitas ceſſat num. 46. de quibus quidem delictis agitur in n. n. ſeqq. reicit extenſionem etiam ex maioritate rationis n. 55. patitur interpretationem à iure communi n. 57.*

8 *Stat. Ferrar. lib. 3. Rub. 62. affertur.*

10 *Clerici delinquentes gaudent immunitate Eccleſiarum Declara numer. 11. de ratione declarationis, numero 12.*

13 *Argumentum, ſi voluiſſet expreſſiſſet, admittitur in iure.*

20 *Immunitas Eccleſiarum extenditur ad earum ambitum, & circuitum.*

21 *Birruarijs ſolis dicentibus, reum capiſſe in loco profano, ſi reus contradicat, non creditur. Declara numer. 22.*

23 *Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit cauſam, quando reus aſſerit fuiſſe captum in loco ſacro, è contra autem birruarij dicunt fuiſſe captum in loco profano.*

24 *Immunitas Eccleſiæ non violatur ab exercente ſuam iuriſdictionem extrà locum ſacrum.*

25 *Immunitas Eccleſiæ competit illi, qui captus in loco profano ducitur deindè à miniſtris per Eccleſiam, ſiue locum ſacrum. Contra num. 41. Competit ei, qui vt ſuprà captus per vim deindè intrat Eccleſiam ſecum trahendo birruarios num. 26. intellige, vt n. 42. competit illi, qui è manibus ſatellitum per vim ab alijs extrahitur num. 43. contra n. 44. competit illi, qui damnatus ad mortem, dum ducitur ad ſupplicium effugit manus ſatellitum, & confugit ad Eccleſiam n. 45.*

27 *Immunitati Eccleſiæ non poteſt reus renuntiare.*

28 *Reus non poteſt aliqua ratione, ſiuè indirecta, ſiuè compulſiua à loco ſacro extrahi: neque blanditijs doloſis poteſt allici ad exiendum è loco ſacro, vt inde capiatur nu. 29. neque minis, ac terroribus affici ad eundem effectum n. 30. exemplifica n. 31.*

31 *Immunitas Eccleſiæ violatur, ſi Iudex moneat reum, qui ad Eccleſiam confugit ad ſe recipiendum in propriam domum ſub pæna pecuniaria, & ob eam monitionem reus egreſſus capiatur in ſua domo: ſic, quando Iudex non obſeruat ſecuritatem datam huiuſmodi reo, n. 32.*

32 *Iudex tenetur obſeruare promiſſionem factam reo, tum in loco ſacro exiſtenti, de eum non moleſtando, ſed dumtaxat examinando, poſtmodumque libere dimittendo.*

33 *Reus ex delicto mixti fori ſi egrediatur locum ſacrum, ſub ſecuritate vnius Iudicis, quando poſſit à familia alterius licitè capi.*

34 *Argenta eſt Patria Auctoris, & afferuntur ſcribentes de ea.*

35 *Abortus punitur acerrime ab vtroque iure: eſt delictum mixti fori, & in eo eſt locus præuentioni n. 37.*

36 *Delictum eſt mixti fori, quando ab vtroque iure punitur.*

38 *Bulla Sixti V. ſuper abortu fuit moderata à Greg. XIV. intellige, vt n. 40.*

39 *Partus, quando dicatur animatus.*

46 *Immunitas Eccleſiarum, in quibus delictis non habeat locum. ſecundum Bullam Greg. XIV. & vbi tractetur materia eorundem delictorum ſigillatim à num. 47. vſque ad 54. ceſſat in delictis, & caſibus erutis per modum interpretationis ab enumeratis in dicta Bulla num. 56. non habet locum in abortu procurato malis medicamentis. num. 58. in matre occidente filium num. 59. in homicidio commiſſo cum veneno num. 60. in ſuſpecto quouis modo de hæreſi n. 68.*

61 *Immunitas Eccleſiæ, vt non habeat locum propter aliquod delictum exceptuatum, requiritur vt idem delictum ſit actu conſumatum, neque ſufficit attentatum, & n. n. ſeqq. vbi habentur D. D. ſuper vnoquoque delicto ſcribentes.*

70 *Immunitas Eccleſiæ,vt ceſſet,oportet, quod adſint probationes delicti plenæ , & concludentes , neque ſufficiunt præſumptiuæ;aut priuilegiatæ : & tales probationes debent ſumi per Epiſcopum,num.71.*

71 *Epiſcopus non tenetur ſtare proceſſui formato à Iudice laico ſuper delicto,ob quod prætendatur, ceſſare immunitatem Eccleſiæ.*

73 *Deciſio cauſæ.*

OPtimè , ac iuſtiſſimè foret locus ijs , quæ lato calamo ſunt deducta ad Eccleſiaſticæ immunitatis tutamen ; ſi verè in terminis violationis illius verſaremur .

1 Nemo eſt enim,qui dubitet, eſse ſeuerisſimè puniendos violatores huiuſce ſacroſanctæ immunitatis Eccleſiarum , nedum , quia varijs , & atrocibus pænis, vſquè etiam ad vltimum ſupplicium fuerit iſtud antiquo iure Statutum,vt,ciuili attenta diſpoſitione,liquet in *l.2.in l. præſenti;& in l.pateant.§.proindè.C.de his , qui ad Eccleſ. confug.*ac canonicis ſpectatis ſanctionibus vſque ad pænam quoquè excommunicationis,manifeſtatur in *c.fælicis.de pœn.in 6.in c.attendendum in c.deffiniuit.17.qu.4.*

2 *& alibi:*de quibus locis vtriuſque iuris,ſucceſsiuequè de ijſdem, & alijs pænis inflictis contra eoſdem violatores latiſsimè pertractatur *à Tabien.in ſumm.ver.immunitas, num.21.Roſell.in ſumm.eod.verb.il 1.ſub num.8.S. Antonin.in ſumma p.3.tit.12.cap.3.§.3.& cæteris vetuſtioribus omiſsis à Decian.conſil.80.num.8.lib.3.& in tract. crimin. lib.6.c.28.il 2.Menoch. de arbitr. caſ.306. Iodoc. in pract. crimin.tit.de violat.templ.c.106.Clar.in prax.§.fin.qu.30. Peguer.pariter in ſua pract.c.26. Farin. ſimiliter in prax. tit.de carcerib.& carcer.q.28.& in tract.de immunit. Eccleſ.c.20. per tot. vbi pleniſsimè materia continetur. Ambroſin.eod.tract.c.1.& c.15.Italia eod.tract.lib.1.cap.6.§. 2.Peregr.eod.tract.c.15.16.17.Gamb.eod.tract.lib.8. c.2. & ſeqq.Azor.Inſt.moral.p.2.lib.9.c.9.quæſt.11.Suarez de Stat.Relig.lib.3.c.13.Gregor.ſyntagm. iur. lib.33. cap.21. Tuſch.in verb.Eccleſia concl.8.Guttierez pract.reſol.lib.3. q.4.leo in theſaur.for.Eccleſ.p.1.c.13.Bonac.de primo. Decalog.præcepto diſp.3.qu.7. punct.8.tom.2. Bellet. diſquiſ. cleric.p.1.tit.de fauor.Eccleſ.real.§.4. numer.20.& ſeqq. Barboſ.de off.& poteſt.Epiſcop.p.3.alleg.50.ſub num.167. Sacc.in Theolog.Moral.lib.2.tr.2.c.2.dub.2.& dub.4.Sperel.dec.105. & dec.183. vbi pleniſsimè res iſta enucleatur tom.2.Guazzin.ad defenſ.reor.defenſ.1. c.30. Iordan. elucubr. diuerſ. lib.11.tit.3. à num.273.vſquè ad num.287. tom.2.Lotter.de reb.benef.li.1.q.13.n.71.72.Manriq.q.q. vicarial p.1.quæſt.106. Fagnan.in c.cum pro cauſa à num. 5.6.cum ſeqq.de ſenten.excommunicat , & in c. ex litteris num.3.& ſeqq.de furtis, & poſt omnes nouiſſimè Nicol. in Lucubrat. ad Inſt. ciuil.lib.1.tit.8. num.38. tom.1. Malet. de Hierarch.Eccleſ.lib.4.par.2.tit.6.§.2. numer.6. Rub. in diſcurſ. ad Rot. in rec. par.9. numer.553. & ſequentibus tom.1.*

3 Verùm etiam,quia huiuſmodi immunitatis tota materia , poſt omnem ſublatam penitus differentiam , ad vnam tantùm formam redacta fuit per Conſtit. Greg. XIV. *ſub dat . Rom. IX. Kalend. Iun. anno M. D. XCI.* quam per extenſum afferunt *Piaſec.in prax.Epiſc.cap.4. tit.de immunit Eccleſ. ſub num.55. Genuenſ. in prax. Archyepiſc.c.17.alias cap.22.Ambroſin.in tract.de immunit. Eccleſ. in princ. Roderic.q.q.regular. tom.2. quæſt.50. art. 3.Quarant. in ſumma Bullarum , verb. Reuerentia diuinorum,&c.ſub verſ.ſciendum eſt etiam ſol. mihi 583. & ſeq. q. Iordan. d. tit. 3.numer.1.nouiſsimè Nicol. in Lucubrat. ad Inſt. ciuil.lib.1. tit.8. numer.40. tom.1. & alij : eſtquè in Bullario nouo Conſt.7.tom.2.fol.mihi 694.*

4 Et quam præſeferre vnicam talem formam , & moderationem,vt exceptis caſibus in illa enumeratis,ſemper in alijs immunitati ſit locus,traditur *à Sacc. in theol. Moral.d.c.2.in princ.ſub num.2.Sperel. dec.103. ſub n.53. & d.dec.104.num.14.17.Ambroſin.de immunit. Eccleſ.c. 1.num.11.12.Farin.eod.tract.c.22. ſub num.353. & conſ. 76.num.13.lib.1.Guazzin. ad defenſ. reor.def.1.c.38.num, 10.12.vtrobiquè in fine. Gratian. diſcept.380. num.29.36. tom.2.Leon. in theſaur. for. Eccleſ. d. cap.13. Vermigliol. conſ.223.num.18.conſ.231.num.1.& conſ.387. numer.7. Bonac.d.quæſt.7. punct.5.Paſqualig.ad Franch.contr.inter Epiſ. & Regul.p.2.q.29. ſub num.6. Marin. quotid. reſol. c.170.ſub n.9.lib.1.cæteriſquè de hac re ſcribentibus.Cammarat.reſp.deciſ.9.n.12.*

5 Vna cum reuocatione cuiuſuis conſuetudinis in aduerſum facientis;*ex Ambroſin. de immunit. Eccleſ. c.14. num.3.4.Peregr.eod tract.c.2. à num.10. ad 21. Farinac. eod.tract.c.2.num.14.& ſeqq.vbi plenè,& c.22.n.359. in fine.Leon.d.cap.13.num.27.Bonac.d.q.7. punct.10. num.4. Sacc.d.c.2.in princ.ſub num.2. verſic.ità quoad reuocationem. Dian.reſol.Moral.tract.1.reſol.1. per tot. & præcipuè in verſ.ex his omnibus p.1.Maceraten.reſol.15.num.5. lib. 2.Giurb.conſil.50.num.14.& conſil.70.num.9.Sperel.dec. 105.n.59.60.p.2.*

6 Et correctione,ac abrogatione iuris communis , ad *Duard.in Bull.cœn.lib.2.can.15.q.16.nu 27.Scort. in Bull. Pontif.Epit.152.theor.385.Genuenſ.in prax.c.17.num.11. Diana d.reſol.1.verſ.& quod reuocet , vbi multos dat concordantes.Sacc.d.c.2.in princ.eod.num.2.in fine.Ricc. collect.1791.à Ponte dec.14.in fine.Caſtil. dec.156. num.32. p.2.Tuſch.litt.E, concl.11.num.9.Giurb.d.conſ.20.numer. 3.& ſeqq.d.conſ.70. num.2.13. & conſil.100. numer.18. Gratian.d.diſcept.380.num.36.Nicol.in Lucubrat.ad Inſt. ciuil.lib.1.tit.8.numer.39. tom.1. Cammarat. reſp.deciſ.9. num.13.*

7 Atquè irritatione,& annullatione quorumuis indultorum priuilegiorum , etiam Pontificia auctoritate quomodolibet contra , vel præter *dictæ Conſtitutionis* tenorem conceſſorum,vti demonſtrant clariſsima eiuſdemmet conſtitutionis verba,ac obſeruatur *ab omnibus DD.ſuperius allegatis .*

8 Hinc eruendo quanti ſit faciendum *indultum à ſanct. mem.* Innocent. VIII.*Conceſſum Duci Ferrariæ de anno 1492.ſub die 3. Maij de quo inter Stat. eiuſdem Ciuitatis Ferrariæ lib.3.Rub.62.*in ea parte, in qua de laicis delinquentibus diſponitur ; *dum annullatum eſse certiſsimè conſtat .*

9 Intelligendo,vnicam formam præfatam in *d. Ed. a Gregoriana Conſtitutione* cum præfatis correctionibus contentam procedere tantùm reſpectu laicorum delinquentium , quemadmodum cuilibet innoteſcere , niſi data opera cæcutire velit , ex illius verbis apertiſsimè poteſt; ac admittunt *Genuenſ. in prax. Archyepiſc. c.17. alias 22.ſub num.11.Bonac.de p.decal.præcept.diſp.3 q.7. punct.5.ſub num.5.& de cenſur. diſp.2. quæſt.3. punct.16. §.5 ſub pari numer.5. Peregr. de immunit. Eccleſ.cap.12. numer.3.Manriq.q.q.vicarial.p.1.q.65.vbi plenè . Iordan. Elucubrat. diuerſ. lib.11.d.tit.3. ſub numer.216. tom.2.& alij .*

10 Ità tamen , vt neglectis aliorum traditionibus , non excludamus clericos ab immunitate Eccleſiarum;quoniam verius,& ſecurius eſse hodiernis temporibus , ipſos illa gaudere , innumeris conglomeratis , traditur *à Cened.q.q.canon.42.Ambroſin. de immunit. Eccleſ. c.12. Italia eod.tract.lib.1.cap.3.§.1.Farin.eod. tract. c.2. num. 34.& ſeqq.Gambacurt.eod.tract.lib.4.c.11. Dian.tr.1. de immunit. Eccleſ. reſol.24. p.1. & eod. tract. reſol.35.p.3. Iordan.d.tit.3.num.215.& ſeq.Sacc.in theol.moral. lib.2. tr.2.c.2.dub.13.tom.1.* & adeſt reſolutio *Sacr. Congreg. Concil. Trident.in vna Neocaſtran.10. Auguſti 1618. impreſsa per extenſum apud Dian.d.reſol.35.*qui ideò in fine

dicit

dicit, quod non eſt amplius de hac quæſtione dubitandum; vt *penes Iordan.d.tit.3.ante num.217. & alia conſimiles reſolutiones afferuntur à LeZan. in ſumm. verb. immunitas.Eccleſ.num.6.tom.3. Marant.reſponſ.50.num.6. tom.2.Barboſ.in ſumm. Apoſtolic.deciſ.collect.158.numer. 5.& collect.418.num.3. & ſuper Concil. Trident. ſeſs.25. de reform.c.20 num.5.pleniſsimè, ac nouiſſimè Fagnan.in c.inter alia à num.70.vſque ad num.96.de immun. Eccleſ. & poſt omnes Nicol.in Lucubrat.ad Inſt.ciuil.lib.1.tit.8.n. 35.tom.1.*

11 At in hunc ſenſum; quod huiuſmodi immunitas Eccleſiarum clericis competens non egrediatur terminos iuris canonici communis vigentis antè Gregorianam conſtitutionem perindè, ac ſi poſtmodum quoad eos non fuiſset edita, cum illa ſolùm laici, non autem clerici, & Eccleſiaſtici comprehendantur: in tantum, vt forma præfinita in *ipſa conſtitutione* quatenus cum ſanctionibus eiuſdem iuris canonici non conueniat ſolos laicos non verò clericos, ac Eccleſiaſticos minimè reſpiciat; vt lectura *eiuſdemet conſtitutionis*, ceù ſemper ad laicos reſtrictæ parentiſsimè demonſtrat, & comprobatur a *Nicolio in d.lib.1.eod.tit.8.ſub n.35.verſ.ego pro limitatione*. Subdente, quod ſi Iudex Eccleſiaſticus extraheret clericum a loco immuni peccaret quidem aduerſus antiquos canones, ſed non incideret in cenſuras, & pænas *præfatæ conſtitutionis Gregorianæ*; quod pariter reſoluit *Sacr.Congreg.Epiſcop.in vna Tropien.16. Auguſti* 1618.

12 Si etenim ſummus Pontifex voluiſset etiam Eccle-
ſiaſticas perſonas in *dicta ſua Conſtit.* comprehendere,
vtiquè ad ſolos laicos, vt dixi, non ſe reſtrinxiſſet; ſed aut
Eccleſiaſticorum ſpetiali mentione facta, aut ſaltem ge-
nerali diſpoſitione proceſsiſſet, & loquutus fuiſſet; que-
madmodum *in puncto tradit Reuerendiſs.Tragurien. Ior-
dan.Elucubr.diuerſ.lib.11.d.tit.3.ſub nu.308. verſ. ſed hic
obiter. ad medium*: quod genus arguendi, ſi voluiſset ex-
13 preſsiſset in iure admitti, aiunt *Buccafer.conſ.31.nu.41.
42.Honded.conſ.2.ſub n.18.lib.1. Rot.in Roman. fideic. de
coronis 28.Ian.1647.§.quantum enim attinet, verſ. hinc
enim cor.Cerro*.

14 Et vna cum d.immunitatis ad vnam formam, vt ſuprà, reductione, renouatæ fuerunt contra violatores illius a præfato Sanct.mem.Greg.XIV. *in d. Conſtitutione* omnes cenſuræ, & pænæ per ſacros Canones, & Conciliorum generalium, Pontificumque conſtitutiones aduerſus eos promulgatæ, & inflictæ, ac in vnum correctæ *à Gambacurt.de immunit.Eccleſ.lib.8.c.2.n.4.& melius à Reuerendiſs.Sperel.d.dec.105.n.35.36.39. vbi concordan.*

15 addito, quod eædem cenſuræ, & pænæ ipſo facto incurrantur; quod & obſeruant *Ital.de immunit.Eccleſ. lib.1.c. 6.§.2.n.29.& ſeqq. Ambroſin.eod.tract.c.1. n.2. & c.15. in princ.Farin.eod.tract.c.20.nu.307.& nu.313. Bonac.de cenſur.diſp.2.q.3.punct.16.§.13.in fine, vbi de communi. Bellet.diſquiſ.clerical.tit.de fauor.clericor. real.§.4. n.39. Iordan.Elucubrat.diuer.lib.11.d.tit.3.nu.281.Sperel. dec. 48.n.32.tom.1.Barboſ.de off.& poteſt Epiſc. alleg.50. nu. 167.in fine p.3.*

16 Adeovt à dictis cenſuris, ob violatam Eccleſiaſticam immunitatem incurſis, nequeat ordinarius impartiri abſolutionem, vt potè ſummo Pontifici, ac ſedi Apoſtolicæ reſeruatam, *ex decreto S. Congreg. ſuper Epiſcop. & Regular. 26. Nouembr.1601.de quo Quarant.in ſumm. Bullar.verb.caſus reſeruati ſub n.13.§. cum autem dubia, verſ.ac prætereà violationis.Ital.de immunit. Eccleſ. lib.1. c.6.§.2.n.31.& ſeq.Farinac.eod.tract.c.20.ſub n.315.Peregr.eod.tract. c.15.nu.16. Bonac.d.§.13.in fine, & §.16. Bellet.diſquiſ.cleric.d.§.4. num.40.Trulench. in præcept. Decalog.lib.1.c.11.dub.5.n.4. Fillincius oper. moral. tom. 1.tract.15.c.6.n.155.Ciarlin.contr.forenſ.c.10.n.38.Lauor. de indulg.p.2.c.28.num.16.Sperel.dec.105.ſub n.43.tom. 2.Barboſ.d.alleg.50.n.167.& in Apoſtolic.deciſ.collect.9. n.9.Iordan.Elucubrat.diuerſ.lib.11.d.tit.3.n.282.tom.2. Dian.reſ.mor.p.1.tr.1.de immun.Eccleſ.reſ.41.et p.6.tr.1. reſ.34.Sacc.theol.mor.lib.2.tr.2.c.2.dub.2.to.1.apud quos concordantes habentur adde Fagnan.in c.cũ pro cauſa à n.5. de ſent.excommunic.in c.ex litteris ſub n.5.de furt. Nicol. in Lucubrat.ad Inſt.ciuil.lib.1.tit.8.n.38.tom.1.*

Sed re vera omnes pænæ, omneſque cenſuræ ſuperius nomencleatæ, alibiquè recenſitæ, ac nedum contra violatores immunitatem Eccleſiarum per violentam rei extractionem comiſsam inflictæ.

17 Verum & irrogatæ aduersùs eandem extractionem mandantes. *Farin.de immunit.c.20.n.324.Bonac. de cenſ. diſp.2.q.3.punct.16.§.14.n.5.to.3.Iordan.d.tit.3.n.283.*

18 Quinimò contra attentantes ipſam extractionem, et etiam non ſequuta. *Ital.de immunit.lib.1.c.6.§.2.n.54.et ſeqq.Farin.eod.tract.c.20.n.322.Bonac.d.§.14.n.4. Dian. reſol.moral.p.1.tract.1.reſol.15.Nicol.d.tit.8. n.38. verſ. quæ pænæ.*

19 Et quod plus eſt aduerſus eos, qui extractum reſtituere detrectant, licet eandem extractionem non fecerint, nec minus mandauerint. *Peregr.de immunit.Eccleſ. c.14.n.9.Ital.eod.tract.d.§.2.n.38. & ſeq. Bonac. d. §.14. n.6.Iordan.Elucubr.diuerſ.lib.11.d.tit.3.n.284.to.2. Sperel.dec.48.per tot.tom.1.& dec.149.in fine, & dec.150. n. 73.tom.2.Leo de off.& poteſt. Confeſs. recol.4. col.1. verſ. tamen eſt illa fol.mihi 322.Palauſ. in theol. moral. tom.2. tr.11.diſp.vnic.punct.11.n.2.Trulench.in decalog.lib.1. c. 11.dub.1.num.14.tom.1.Dian.tr.1.de immunit.Eccleſ.reſ. 16.p.1.& tr.1.reſ.202.p.4.& tr.7.reſol.6. par.9. Sacc. in theol.moral.lib.2.tr.2.c.2.dub.4.tom.1.Nicol.d. tit.8. nu. 37.verſ.etiam ab eo, vbi affert. Sacr.Congreg.Epiſcop.in vna Bobien.10.Febr.1604.*

Penitus eædem pænæ nunc ceſsant, cum in hoc caſu eiuſdemet Eccleſiaſticæ immunitatis violatio nulla poſsit conſideratari.

Quoniam Ioannes Caballerius Comaclenſis, de quo
in cauſa *ſub die 13. Auguſti huius anni* 1660. fuit captus
a birruarijs Curiæ ſæcularis in loco profano publico
extrà Eccleſiam, eiuſque ambitum, & circuitum; iam
20 quod, & ipſum immunitatem præſtare, multis tamen
adhibitis declarationibus, oſtendunt *Ambroſin. de im-
munit.Eccleſ.c.10.German.eod.tr.lib.3.c.16.n.38. & ſeq.
Ital.eod.tr.lib.1.c.4.§.2.5.6. Gambacurt.eod. tract. lib.4.
c.1.Farin.eod.tract.c.18.vbi pleniſſimè.Leo.in theſ.for.Ec-
cleſ.p.1.c.13.Rubr.de immun. Eccleſ. n.4. & ſeqq. Bonac.
de cenſur.diſp.2.d.q.3.punct.16.ad §.4. n.6. & ſeqq. tom.
3.Iordan.Elucubr.diuerſ.lib.11.d.tit.3.à nu.189. ad 195.
tom.3. Poſsent. ſing.358. cent.4. & alij multi apud ipſos
videndi adde Pignatel. contr.55. cent.2. Barboſ. in ſumm.
Apoſt.deciſ.collect.270. num.10. Fagnan. in c. Eccleſiæ n.
16.et ſeqq.de immunit.Eccleſ.& in c. cum pro cauſa nu.4.
de ſent.excom.*

Capturamquè ſic vt ſuprà fuiſse factam patet ex con-
feſsione ipſiuſmet rei, & depoſitionibus omnium bir-
21 ruariorum; quibus ſolis, vbi reus contradixiſset, fortaſ-
ſe non fuiſset præſtita, nequè plena adhibita fides, aſse-
rendo eundem reum cæpiſse in loco profano, ex magis
communiter affirmatis *à Mantua conſ.60. nu.9. Roman.
conſ.227.n.3.Decian.tract.crimin.lib.6.c.29.num.10.Tuſ-
ch.litt.E, concl.16.n.17. Italia de immunit. Eccleſ. lib.1.
c.6.§.2.num.98.& ſeqq.Farin. eod. tract. cap.2. num.54.
GuaZZin.ad defenſ.reor.defenſ.1.c.37.n.78. Bonac.de cen-
ſur.diſp.2.q.3.punct.16.§.3.numer.15.tom.3.Ricc.in prax.
22 reſol.42.Sperell.dec.149.n.17.tom.2.& ſeqq.* Niſi ex ſuo
arbitrio Iudex aliter iudicauiſset, cum ipſi in hoc eſse
ſtandũ fateantur. *Peregr.de immun.c.13.n.16.Bonac.d.§.
3.ſub num.15.verſ.ego vero Sperel.d. deciſ.149. n.22. vbi
concordan.*

Digitized by Google

diſquiſ.cleric.tit.de fauor.cler.real.§.4.num.8.Antonel. de
regim.Eccleſ.p.2.lib.6.c.1. num.1.1. Et quidem, omiſſis
37 vniuerſalibus, ſine aliqua difficultate, ſtante ſpeciali,
circa hoc crimen abortus, *Bulla ſanct. memor.* Sixti V.
ſubdat Romæ 16.*Nouembr.*1588.*extenſ. penes Quarant.*
in compend. Bullarum verb.abortus, & in Bullar. Cheru-
bin.tom.2.fol.643. vbi in §. quo circa mandamus: expreſ-
sè determinatur, huiuſce immaniſsimi criminis co-
gnitionem ad vtrumque Iudicem ſpectare, itá tamen,
vt inter eos præuentioni ſit locus; *& obſeruat Dian.p.7.*
tr.5.reſ.4.§.6.
38 Quæ Bulla licet fuerit deindè moderata a fæl. re-
cord. Greg.XIV. *ſub prid. Kal. Iun.*1591.& redacta ad
terminos iuris communis *ex Conſtitutione*, quam *Qua-*
rant. in d. verb. Abortus num.2. tranſcribit, & eſt apud
Cherubin.in Bullario tom.2. fol. mihi 695. & de qua *Scor-*
tia in Select. ſumm. Pontific. conſtit. epit.153.theor.388.
Barboſ.in ſumm. Apoſtolic.deciſ.collect.7.num.2.nouiſſimè
Panimol.in Idea ſedan.iurg.forenſ.conſtit.18.n.3.Dian.p.7.
tr.5.reſ.5.
39 Attamen, quoad abortum fætus animati, de quo
tunc fortaſsè tractabatur (cum mulier percuſſa longè
ſupra octuoginta dies prægnans fuiſset; reſpectu enim
fætus maſculini, poſt quadraginta dies, fæminini verò
poſt octoginta, admittitur animæ infuſio; ex *gloſ. in*
l.diuus. ff. de extraord. crimin. & in c. in ſumma diſtinct.
5. Plach.in epit.delict.lib.1.cap.9.num.78. & cap.26.ſub
numer.8.Viu.dec.82. num.1. & ſeq. Farin. d. quæſt.122.
numer.141.143. vtrobique atteſtans de communi. Bellet.
diſquiſ.cleric.p.2.§.20.num.14.Panimol.d. conſtit.18.ſub
40 *num.4.*) nequè moderatio, nequè reductio *dictæ Bullæ*
Sixti V. fuit facta; itavt remaneant adhuc firma in tali
caſu ibidem diſpoſita, & contenta, quo etiam ad præ-
uentionem; vt obſeruant *Bellet.d. §.20. ſub num.11. Bo-*
nac.de cenſur.diſp.2.q.2.punct.10.in prin.tom.3. Dian. re-
ſolution.moral.part.7. tract.5. de abortu reſol.5.19. Pani-
mol.d.conſtituto 17. ſub n.3. ac omnes.

Idem Hippolytus inquiſitus ab vtroque foro exinit è lo-
co ſacro, ad quem, poſt patratum delictum, confugerat,
munitus ſaluo conducto obtento duntaxat à Domino Gu-
bernatore Iudice laico: cumque in executores, birruarioſ-
què Curiæ Archiepiſcopalis inciderit, ab ipſis fuit ca-
ptus, & ad carceres eiuſdem Curiæ Eccleſiaſticæ du-
ctus.

Ob quam capturam exortis inter Iudicis vtriuſque Tri-
bunalis maximis altercationibus, negotium decidendum
fuit delatum ad Eminentiſsimum, & Reuerendiſsimum
D. Laurentium Cardinalem Imperialem Legatum
Ferrariæ; *qui cauſam tractandam coram Domino Guber-*
natore Iudice ſæculari determinauit; ac particularibus
litteris ſuper hac re conſcriptis Iudici Eccleſiaſtico innotuit,
vt in Cancellar. Archyepiſc. Argentæ tempore, quo anti-
quiſſimæ, & celeberrimæ Metrapolitanæ Rauennaten.Ec-
cleſiæ ſapientiſſimè clauum moderabatur, ac integerrimo
vndiquè iuſtiſſimo regimine ſedem tenebat Illuſtriſs. &
Reuerendiſs. D. Lucas Torregianus Archyepiſcopus,
& Princeps vigilantiſsimus.

Quamuis, inquam, nequeat controuerti, præfa-
tum Ioannem ſe violenter ad locum vna cum birruarijs
ſacrum contuliſſe; nihilominus ex hoc non ſequitur,
41 ipſum immunitate gaudere, nam reſpectu illius qui
a miniſtris ducitur per Eccleſiam, verius, & magis,
commune eſt, cum non iuuari immunitate Eccleſiæ,
quæ ſolummodò confugientem tutatur, non vi tra-
ctum, ſeù inductum, vt *profitentur innumeri apud Gut-*
tierez lib.3.quæſt.6.Azeued.in conſtit.Hiſp.lib.1.tit.2.nu-
mer.11.Farin.in prax.quæſt.28.num.69. & de immunit.
Eccleſ.cap.15.numer.201. Ambroſin.eod.tract.cap.10.ſub
num.10.Sacc.theol.moral.d.dub.6.num.29.Bonac.de cenſ.
diſp.2.d.quæſt.3.punct.16.§.4.numer.21. tom.3. Chartar.
deciſ.crim.7.num.5.Guazzin.defenſ.1. cap.37.ſub numer.
43.verſic.hæc d.ampliatio, & numer.44.in fine Sperel.dec.
104.num.62.64.in fine tom.2.Pignatel.contr.56. à n.1.ad
16.cent.2.Mallet.de Hierarch.Eccleſ.lib.4.p.2. tit.6.n.6.
42 Quo verò ad doctrinas indiuiduales adductas, eſt
obſeruandum, quod dictus Ioannes nunquam è mani-
bus eorundem birruariorum liber euaſit, ſed ab ipſis
ſemper fuit tentus, ac ideò non minùs æedem doctri-
næ, procedentes duntaxat, quoties captus intrauit
locum ſacrum, & in libertatem eximendo ſe a familiæ
manibus repoſuit, nunc funditus ceſſant, quam immu-
nitatis Eccleſiæ tutamen certiſsimè arcetur, ſicuti de-
claratur, & defenditur *à Guttierez d. quæſt.6. numer.3.*
Azeued.d.tit.2.ſub eod.num.11. teſtante ſic fuiſse indica-
tum.Farinac.d.c.15.num.203.Nouarr.in ſumm.Bullarum
tit.de immunit.Eccleſ.num.14.Poſſent.ſing.124.vbi ſub n.
1.ait, hanc eſse practicam. Antonel.de reg.Eccleſ.Epiſc.p.1.
lib.1.c.9.§.1.nu.5.Peguer. dec.251.Ricc.dec.263.p.4.Pi-
gnatel.d.contr.56.nu.17.18. & ſeqq. vbi reprobato Italia
in loco ex aduerſo ſuperius adducto, ſubdit, quod de eo
nulla habita ratione, *ità fuit ſententiatum à S. Concilio ſo-*
lemniter negotio tractato cent.2.

Proptereaquè in præſenti, non eſt curandum de ap-
pararu aliarum doctrinarum per modum indè ſucceſ-
ſiuum adductarum, vt potè locum ſibi ſolummodò
vindicantium in caſu, quo nefas ſit inficere immunita-
tem reo, iam in loco ſacro liberè exiſtenti competen-
tem, vel ad illum liberè confugienti, etiamſi è manibus
43 ſatellitum fuerit per vim ab alijs extractus, ſi credimus
Dian.p.6.in propug.immunit.Eccleſ.reſol.27. & p.ead.tr.8.
44 *reſolut.5.* cum in aduerſum ſcripſerint. *Nouar. in ſumm.*
Bullar.tit.de immunit.n.14.Paſqualig.deciſ.moral.486. &
concordan. apud eos, contra quos tamen ſtatuera praxis
teſte Dian.vbi ſup.ex Guttier.lib.3.q.4.n.10.
45 Imò etiam ſi capitis quoquè pæna fuerit damnatus,
ac ad ſupplicium ducatur, nam ſi manus ſatellitum ef-
fugiens Eccleſiam, ſeù alium locum ſacrum petierit,
adeumquè confugerit erit tutus, neque poterit extrahi.
Decian.in tract.crimin. lib.6.c.28. num.29. Ambroſin. de
immunit.d.c.10.ſub num.13.verſ.adeoquè. Ital. eod. tract.
cap.6.§.2.ſub num.74. verſ. concludendum. Villagut. de
extenſ.c.fin.n.40.circa fin. Mallet.de Hierarc. Eccleſ.d. tit.
6.n.5.Sperel.d.dec.104.num.63. vbi de comm. & teſtatur
ità fuiſse reſolutum *per S. Congreg. Immun. in vna Va-*
gliadol.19.Maij 1627.

Secus, vbi fas ſit, præfatam immunitatem Eccleſiæ
reo denegare, vt in præſenti, & in alijs caſibus explicitè
46 contentis in præcitata *Bulla Gregoriana* ibi *Vt laicis ad*
Eccleſiis, locaque ſacra, & religioſa confugientibus, ſi fue-
rint publici latrones, viarumque graſsatores, qui itinera fre-
quentata, vel publicas ſtratas obſident, ac viatores ex inſi-
dijs aggrediuntur, aut depopulatores agrorum: quiuè homi-
cidia, & mutilationes membrorum in ipſis Eccleſijs, earum-
que cæmeterijs committere non verentur, aut qui proditoriè
proximum ſuum occiderint: aut aſsaſſini: vel hæreſis; aut
læſæ maieſtatis in perſonam ipſiuſmet Principis rei immu-
nitas Eccleſiæ non ſuffragetur.

Circa quos caſus, cum adeò latè D. D. non ſolum in
peculiaribus eorum *tract.de immunit.Eccleſ.* ſed & ſpar-
ſim aliundè ſcripſerint, vt proculdubio ſit omnis vlte-
rius addendi locus præcluſus, ſatis erit ad illos facta re-
miſsio.
47 De publicis etenim latronibus agunt *Decian.tr. crim.*
lib.6.c.28.Italia de immun.Eccleſ.lib.1.c.5.§.1.Ambro-
ſin.eod.tract.c.2.Farin.eod.tract.cap.10.Peregr.eod.tract.
cap.6.Bonac.de cenſur.diſp.2.quæſt.3.punct.16.§.6.tom.
3.Tuſch.litt.E, concl.11.Guazzin. ad defenſ. reor. defenſ.
1.cap.38. numer.33.34. tom.1. Iordan. Elucubrat.diuerſ.

Digitized by Google

lib.11.tit.3.num.309.et ſeqq tom.2.Sacc,theol.moral. lib. 3.tract.2.cap.2.§.1.tom.1.Antonel.de reg.Eccleſ. Epiſc.p. 1.lib.1.c.9.§.3.num.50,et ſeqq.Pignatel,contr.64.per tot. cent,1.Fagnan.in c,inter alia num.21.cum ſeqq. de immunit.Eccleſ.Nicol.in Lucubrat.ad Inſt.ciuil.lib.1.tit.8.num. 28.tom.1.Mallet.de Hierarch.Eccleſ.lib.4. p,2.tit.6. § 1, num.5.

48 De viarum graſſatoribus tractant *Bonac.d.§.6. nu,3. 4.Ambroſin.de immunit.Eccleſ,c.3.Farin.eod.tr.c.12.Ital, eod.tr.d.§.1.Guazzin.d.c.38. num. 35.36. Iardin.d. tit,3. num.315.& ſeqq.Sacc.d.c.2.§.2.Antonel.d.c.9. eod. §.3. n.54.cum ſeqq.Pignatel.d.contr.64.num.3.Nicol.d. tit.8. n.28.verſ.excipiuntur item.Mallet.d.tit.6,eod.§.1. nu.6. Dian.p.6.tr.1.reſ.15.*

49 De agrorum depopulatoribus habetur penes *Bonac, de præcept.decalog.diſp.3.q.7.punc.6.§.1.num.56. tom.2. & de cenſur,d.§.6.num,5.6.tom.3.Ambroſin.de immunit, Eccleſ,c.4.Farin.eod,tract.c.11.Peregr,eod.tract.c.6. Italia conſim.tr.d.cap.5.§.1.& §.3.num.56.& ſeqq.Guazzin. in alleg.defenſ.1.cap.38.num.37.38. Sacc. d. c.2.§ 3. Iordan.d.tit.3.n.321.& ſeqq.Antonel.d.c.9.§.3.num.58.59. Fagnan.in d.c.inter alia num,27.28.Nicol.d,lib.1,eod. tit. 8.n.29.*

50 De committentibus homicidia , & mutilationes membrorum in ipſis Eccleſijs , earumquè cæmeterijs, videri poſſunt *Ital.de immun.Eccleſ.d.c.5.§.2.num.25.& ſeqq.Farin.eod.tr.c.16.Ambroſin,eod.tr.c.5.Bonac, d. q.7. eod.punct.6.§.2.& de cenſur.d.punct.16.§.7. Sacc. d. c.2, §.4.cum multis numeris ſeqq. vbi pulchra notabilia reſoluit.Iordan.d.tit.3.à num.325. vſquè ad num.340. Bellet. diſquiſ.cleric.p.1.tit.de ſan.cleric.real.§.4.ſub num.47.48. Marin.reſol,quotid.c.170.tom.1.Vermigliol. conſil,104. n, 8.Antonel.de reg.Eccleſ.Epiſc.p.1.lib.1.c.9. §.3. num.60. & infrà.Fagnan.in alleg,c.inter alia nu.29. de immun. Eccleſ.& in c.cum non ab homine num.41. de iudic. Nicol. d. tit.8.num.30.vbi plenè.Mallet.de Hierarch.Eccleſ, lib.4.p. 2.tit.6.§.1.n.7.ego ipſe collust.18.n.17.29.30. & nouiſſimè Cammarat.reſpon.deciſ.9.*

51 De proditoriè proximum ſuum occidentibus , latiſſimè agitur à *Guazzin.d.defenſ.1. eod. c.38. ſub num.39. Baiard.ad Clar.in prax.crimin,q.68.nu.106. & ſeqq.Ambroſin.de immunit.c.6.Ital.eod.tr.d.c.5.§.4.Farin. eod. tr. c.9.& in prax.q.28.n.74.& ſeq.& conſ.168.lib.2.Bonac, de præcept.diſp,3.d.q.7.punct 6.§.3. tom.2. & de cenſur. diſp.2.d.q.3.eod punct.16.§.8.tom.3.Sacc.theol.moral.lib. 2.tr.2.d.c.2.§.5.vna cum n.n.ſeqq.tom.1.Iordan.Elucubr. diuerſ.lib.11.d.tit.3.à n.341,ad n,348.tom.2. Sperel. dec. 23.tom.1.Antonel.d.c.9.eod.§.3.n.74.cum ſeq. Fagnan.d. c.inter alia n.31. de immunit. Eccleſ. Nicol. in Lucubr. ad Inſt,ciuil,lib.1.d.tit.8.n.31.Mallet.d.tit.6.§.2.n.1. me ipſo infrà in collust.46.n.134.& ſeqq.vbi concordan.*

52 De aſſaſſinis tractatur per *Farin.de immunit.Eccleſ. c. 8.Ambroſin.eod.ſuo tr.c.7.Ital.conſimili tr.lib.1.d.c.5.§.5. Peregr.eod.tract.c.7.Bonac.d.punct.6.§.4. & d. punct. 16. §.9.Sacc.d.c.2.§.6.vbi pulchrè.Guazzin.d.c.38. n.40.41. vbi latiſſimè.Iardin.d.tit.3.n.349.vſquè ad n.371. Sperel, dec.101.102. vbi pleniſsimè to.2.Poſſeut.ſing.142.143.cent. 2.Marin.reſol,quotid.c.171 173.176.tom.1.Antonel.d. §. 3.n.84.& ſeqq.Fagnan.d.c.inter alia n.30. Nicol. d. tit.8. n.32.Mallet.d.§.2.n.2.Diana p.6.tr.1,reſol.11.*

53 De hæreticis,reſpectu dictæ immunitatis,multa congeruntur à *Bonac.d. qu.7.punct.6.§.5.et d.punct.16.§.10. Sacc.d.c.2.§.7.Ambroſin.de immunit.Eccleſ. c.8. Italia d. c.5.§.6 Peregr.eod,tr.c.8.Gambacurt.eod.tr.lib.5.cap,28. Farin.eod.tr.c.13.& in prax.tit.de carcer. & carceratis d. q.28. n.68.Guazzin.d.defenſ.1.eod.c.38.n.5.& ſeqq. Iordan.d.tit.3.à n.372.ad 380.Antonel.d.c.9. eod. §.3. n.94. cum ſeqq.Fagnan.in præalleg.c. inter alia num 32. Nicol. eod.tit.8.n.33.Mallet.in alleg.tit.6.§.2.n.3.*

54 De reis tandem criminis læſæ maieſtatis in perſonam Principis,agitur ab *Ambroſin.de immunit.Eccleſ. c. 9.Ital.eod,tr.lib.1.d.c.5.§.7.Gambacurt,eod.tr.lib.5. c.45. Peregr.eod.tr.c.9,Farin.eod,tr.c.14.Bonacin.de præcept.d. q.7.eod punct.6.§.6.& de cenſur.diſp.2.d.q.3.punct.16. §. 11.Sacc.d.c.2. §.8. vbi n. n.ſeqq. diſtinctiua multa conglomerat.Guazzin.d.c.38.n.31.32.Antonel. d. §.3. n.98. & ſeqq.Fagnan.d.c.inter alia num.33.de immunit.Eccleſ. nouiſſimè Nicolio in Lucubrat.ad Inſt.Ciuil,lib.1.d.tit.8.n.34. Mallet.d.§.2.n.4.*

Ac ne dùm in dictis caſibus ſic , vt ſuprà ſimpliciter ſumptis, ſed etiam in alijs , qui per modum interpreta-
55 tionis ſub illis contineri poſsunt; quidquid ſecus ſit dicendum in caſibus ponderatis per modum extenſionis ex identitate , ſeù maioritate rationis præter expreſsos in *d.Bulla Gregoriana*,iuxtà tradita à *Farin, de immun. c, 10.num.148.in fin,& c.vltim,num.353.& ſeqq.& conſil. 76.n.9.& ſeqq,lib.1.Ambroſin.eod,tr,c.1.n.13.14. Leo,in theſ.fori Eccleſ.c.13.ſub n.27. Marin. reſol, quotid. c.170, ante n,13.tom.1.Sperel.dec.22.n.9.& dec.59.n.11,30.to. 1.Fagnan,in c.inter alia n,55.de immun.Eccleſ, nuperrimè Cammarat. d.reſp.9.n.30.*

56 In præfatis namque caſibus erutis per modum interpretationis ab enumeratis in *dicta Bulla* , & ſuperius recenſitis , non eſse locum immunitati Eccleſiarum , di-
57 gnoſcitur , dum *eandem Bullam* pati interpretationem a iure communi,conceditur à *Tuſch.litt.E , concl.11. nu, 15.in fin.Farin.de immunit.d.c.10.ſub n.148.*

58 Et videmus præ alijs (multis conſultò omiſsis) quod licet in *dicta Gregoriana Conſtitutione* non exprimatur crimen abortus , adhuc tamen procurans illum malis medicamentis non gaudet immunitate Eccleſiaſtica , ex *reſol.Sacr.Congreg.concil.ſub die 3. Decembr.1632.* de qua *Lezan in ſumma quæſtion.Regul.tom.3. verb. abortus n.20.Barboſ.in ſumm.Apoſtolic.deciſ. collect.7. num.5. & collect.418.n.11.Sell.in ſelect.canon.c.32.n.12.* ac tuetur *Ital.de immunit.Eccleſ.lib.1.c.5.§.4.n.37.cuius meminit . Farin.eod.tract.c.9.ſub num.142.Peregr.eod.tr. c.6. num. 8.9.Ricc.dec.262.p.3.Sperel.dec.23.ſub n.3.tom.1.Bonac. vidend.de cenſur.diſput.2.q.3.punct.16.§.8.n.8.tom.3.cuius ſententiam amplectitur Dian.tr.1. reſol.72. p.3. et vide in p.7.tr.5.reſ.42.Theſ.in prax.p.1.c.1.n.3.*

59 Sic in *eadem Conſtitutione* non diſponitur de matre occidente filium,& nihilominus, eam non gaudere immunitate Eccleſiaſtica dixit *eadē S.Congreg.Concil.apud Lezan.d.tom.3.verb.immunitas n.12. & refert Barboſ. d. collect.418.n.9.ac ſequitur Farin.de immun. Eccleſ.c.9. n. 139.Nicol.in alleg.tit.8.n.31.verſ.amplia ſecundo .*

60 Ità *conſtitutio ipſa* non loquitur de committente homicidium cum veneno,tamen eum non frui immunitate Eccleſiaſtica adeſt *reſolutio S.Congreg.concil.ſub die 3.Decembr.1632.de qua atteſtantur Sell.d.c.32.n.10.Barboſ.in ſumm.Apoſtolic.deciſ.collect.409. n.7. & d. collect. 418.n.10. Nicol.in Lucubrat.ad Inſt.ciuil.lib.1.tit.8.n.31. verſ.quod amplia .*

Ac conueniunt communiter D.D. vt videre eſt *apud Homobon.de exam.Eccleſ.p.2.tr.11.c.5.q.5.reſol.4.Ital.de immunit.Eccleſ.lib.1.c.5.§.4.n.36.Peregr.eod.tr.c.7. n.6. Farin.eod.tr.c.9.n.142. Dian.tr.1.reſol.36.p.1. Layman. theol.moral.lib.4.tr.9 c.3.n.8.verſ.tertius caſus. Sacc. d.c. 2.§.5.dub.7.n.109.vbi concordan.Caſtil.dec.154.n.5.Ricc. dec.262.p.3.Sperel. dec.23. benè legend. tom.1. nouiſſimè Fagnan.in c.inter alia n.50 de immunit. Eccleſ.*

Et benè verum,duplicem adeſse in hac materia concluſionem omninò ſciendam.

61 Alteram , qua Statuitur , delicta præſata , ob quæ immunitas Eccleſiaſtica ceſsat , debere eſse actu conſumata , itavt eorum attentatum , non ſufficiat.

62 Vt

62 Vt, quoad publicos latrones firmatur à Giurb. conſ. crim.50.n.36.Sperel.dec.102.n.42.43.tom.2.

63 Quoad viarum graſsatores, & depopulatores agrorum, idem eſt concedendum, ob rationem, non minus in publicis latronibus, quàm in graſsatoribus, & depopulatoribus prædictis concurrentem, in tantum, vt quod de illis dicitur, de illis affirmari conueniat, ex eo
64 principio iuris, quod vbi eſt eadem ratio, ibi debet eſse eadem diſpoſitio iuris. l.illud.ff.ad l.aquil.l. à Titio.ff. de furt.Barboſ.axiom.197.n.3. Et in indiuidualibus terminis hoc firmant Dian.reſol.moral.p.6.tr.1.reſol.15. Nicol.d.tit.8.n.28.in fine.

65 Quoad committentes homicidia, ſeù membrorum mutilationes in Eccleſijs, earumuè cæmeterijs, agunt Villagut.de extenſ.tit.vlt.n.51.Farinac.de immun. c.16. n. 249.Ital.eod.tr.lib.1.c.5.§.3.Bonac.de cenſur.diſp.2.q.3. punct.16.§.7.n.7.tom.3.Sperel.d. deciſ.102. num.44. Nicol.d.tit.8.n.30.verſ.octauo, vbi ait ſic deciſum à ſacr.Congreg.Epiſcop.in vna Ciuit.Caſtel.22.Ianuar.1627.

66 Quoad proditores obſeruatur à Villagut.d.c.vlt.n.54. & ſeqq.Ital.d.c.5.§.4.num.22.& ſeq.Farin.d.tr.c.9.num. 145.& ſeq.Peregr.eod.tr.de immunit.c.7.num.13.Bonac. d.punct.16.§.8.num.7.Dian.reſol.moral.p.1.tr.1.reſol.18. & p.4.tr.1.reſol.83.& p.6.tr.1.reſol.12.Vermigliol. conſ. crimin.90.n.2.vbi concordan.Sacc.theol.moral.d.c.2.§.5. dub.3.n.100.Nicol.in Lucubrat.ad Inſt.ciuil.lib.1.tit.8.n. 31.verſ.limita tertio tom.1.

67 Quoad aſsaſinos, vt non priuentur immunitate, niſi ſequuta morte aggreſsi, latiſsimè comprobat, vltrà alios, Sperel.d.deciſ.102.per totam, vbi etiam n.58. atteſtatur, ità fuiſse reſolutum approbante fælic. recor. Vrban.VIII. à S.Congreg.ſuper controu. iuriſdict. in vna Bonon.10.April.1628.in vna Neapol.26.Maij 1629.in vna Mediolan.21.Decembr.1633.& in alia pariter Mediolan. 20.Iun.1636.& in vna Florent.1638.

68 Quoad hæreticos eſt idem, ipſos accipiendo in ſenſu iuris vt ſcilicet, etiamſi ſint tantùm ſuſpecti quouis modo, & fortius ſi vehementer de hæreſi, habeantur pro talibus ad iſtum effectum immunitatis Eccleſiæ, qua ſic acceptos priuari nedum de iure, ſed & de Stylo antiquiſſimo Tribunalis Sancti officij, fatentur Farinac.de immun. Eccleſ.c.13.ſub n.175.Dian.tr.1.reſol.38.p.1.Iordan.Elucubr.diuerſ.lib.11.tit.3.ſub n.377.tom.2. Sacc. theol. moral.lib.2.tr.2 c.2.§.7.dub.2.tom.1.

69 Quoad reos læſæ maieſtatis in primo capite conſideratos pariter, ſecundùm iuris cenſuram, eſt apertiſsimum, vt penes præcitatos DD. ſatis ſuperquè liquet: & quando hoc crimen ſic in primo capite dicatur commiſsum, videri poſsunt tex.in l.1.2. ff. ad l. Iul. maieſt. Boſs.in tit.de crimin.læſæ maieſt.à num.1.cum ſeqq. Foler. in pract.crimin.verſ.idem quod comiſit crimen læſæ maieſt. à num.50.vſque ad num.63.Pract. mont. p.4. à num.322. ad 346.Gig.de crim.læſ.Maieſt.lib.3.rub.de pæn. q.23.ſub num.1.2.Clar.in pract.crim.§. læſæ Maieſt. ſub num.1.& infrà, vbi Add.& Baiard.pleniſsimè.Decian.in tr.crim.lib. 7.c.1.& 40.num.37.tom.2.Odd.conſil.27.num.20. Menoch.conſil.99.num.58.& ſeqq.Farin.in prax.tit.de crim.læſæ Maieſt.q.112.inſp.1.à num.10.cum multis ſeqq. Capyc. dec.130.Iordan.d.tit.3.à num.382.385.ac infrà. Diana p. 6.tr.1.reſol.18.

70 Alteram concluſionem, qua deffinitur, probationes delictorum, in quibus immunitas Eccleſiarum ſilet, debere eſse plenas, & concludentes, non autem præſumptiuas, & priuilegiatas. Giurb.conſ.10.num.24. & conſil. 70.n.35.Vermigliol.conſ.97.n.2. conſ.104.n.4. & conſil. 105.n.1.Farin.conſ.168.n.8. & ſeqq. lib.2. & de immun. Eccleſ.c.vlt.n.374.Ambroſin.eod.tr.c.11.n.4.Ital. eod. tr. c.6.§.1.n.80.& ſeqq.Peregr.eod.tr.c.3. n.4.5. Caſtil. dec. 156.n.5.& ſeqq.lib.2.Guazzin.ad defenſ.reor.defenſ.1. c. 31.n.9.tom.1.Ciarlin.contr.forenſ.c.10.n.61.& ſeqq.lib.1. Bonac.de cenſ.diſp.2.q.3.§.12.n.8.tom.3. Dian.tr.1.reſol. 38.p.3.Riec.in prax.var.reſol.38.n.4.& ſeqq. Antonel.de regim.Eccleſ. Epiſ.p.1.lib.1.c.9.§.4.n.109.latiſſimè Sperel. dec.101.per tot. vbi omnia ſigillatim in contrarium facientia diluit, & reſoluit; imò ſub n.38.in fine atteſtatur, ità determinaſse S.Congreg.ſuper controu.Iuriſdict.in vna Florent.de anno 1638.approbante Sanct. mem. Vrbano VIII. Et hinc ad finem conſignandi reum Curiæ laicali non ſufficere ſententiam contumacialem, ſed pleniorem requiri probationem, dixit Nicol. in Lucubrat. ad Inſt.ciuil.lib.1.tit.8.n.36.verſ.ad conſignandum vero tom. 1.afferens Sacr.Congreg.Epiſcop.in vna Cremon.24.Febr. 1612.& in vna Lucan.27.Iul.1618.

71 Dictaſquè probationes fore recipiendas ab Epiſcopo, itavt ipſe non teneatur ſuper illis ſtare proceſsui Iudicis ſæcularis, omnes admittunt. Farin.conſ.76.n.1. et ſeqq.lib.1.& conſ.168.à n.21.ad 39. lib.2. & de immun. Eccleſ.c.vlt.n.273.Ital.eod.tr.lib.1.c.6.§.1.n.79.Ambroſin.eod.tr.c.11.ſub n.2.3.Bon.d.§.12.n.9.Sac.theol.moral. lib.2.tr.2.c.2.dub.3.n.18.tom.1.Antonel.de regim.Eccleſ. Epiſc.p.1.lib.1.c.9.§.4.n.108. Panimol. Idea ſedan. iurg. forenſ.conſt.39.n.11.nouiſſimè Nicol.d.tit.8.num.36.verſ. nec poteſt, & Lucubr.iur.canon.lib.2.tit.20.n.16. verſ. & ſpetialiter. Vbi, quod reus extractus a loco immuni nequit conſignari Curiæ ſæculari, propter ſolum proceſſum factum a Iudice laico; & allegat. S.Congreg. epiſc. in vna Neapol.25. Iun.1600. & in vna Placent.10. Martij 1610.& in Veſt.15.Octobr.1613.& plenè Diana reſol.moral.p.5.tr.1.reſ.9.& p.6.tr.1.reſ.31.

Obſeruando, quod huiuſmodi probationes percutiant delicta præfata, provt verè, & de iure ſunt talia, non autem provt ex addita aliqua qualitate per Principem, & per edicta, aut Statuta dicuntur talia: poteſt enim Princeps, ſeù Statutum quoad pænam ſuis ſubditis imponendam addere delicto qualitatem, aut declarare aſſaſsinum illum, qui non eſt aſſaſsinus, ſed quoad Eccleſiaſticam immunitatem, nequit eius iuribus in aliquo præiudicare. Giurb.conſ.crim.50.nu.20.cum ſeqq. & conſ.90 n.22.Marin.quotid.reſol.lib.1.c.171. n.7. Peguer.dec.40.n.7.Ambroſin.de immun.c.3.n.6.Guazzin.ad defenſ.reor.defenſ.1.c.38. n.36. verſ. nec obſtat. Vermigl. conſ.104.n.11.Sperel.dec.64.n.27.tom.1.

Apparatus, inquam doctrinarum, ex aduersò propoſitus ceſsat vbi reo, vt in præſenti, Eccleſiæ immunitas non competit.

Et propterea, cum nihil aliud, quod obſit in contrarium afferatur, exiſtimarem poſse validè procedi ad vlteriora per D.Gubern. Iudicem ſæcularem contra iſtum reum captum per eius familiam laicam in loco profano, nec vnquam ab ea dimiſsum, & ſi in loco ſacro cum ipſa violenter ſe repoſitum; quidquid ſecus ſtatuendum
72 eſset, quotieſcunquè idem reus elapſus è manibus Satellitum liberè confugiſset ad Eccleſiam, vel apprehendiſset parietem, aut feras ianuæ, vt ſuperiùs repetitis vicibus dixi, ac nouiſsimè firmatur à Nicolio in lucubrat. ad Inſt.ciuil.lib.1.d.tit.8.nu.25. afferans ſic decidentem Sacr.Congreg.epiſc.in vna nullius 31. Martij 1604. in vna Senogal.18. Iul.1614.& in vna Lancian.20. Decembr. 1616.

73 *Vt ſuprà conſului fuit executioni demandatum, & cauſa remanſit tractanda in foro ſæculari, annuente etiam Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Sigiſmundo Iſao Epiſcopo Comaclenſi cum eius litteris ſubdat.Caſenæ die 17.Auguſti 1660. directis Reuerendiſs.D.Caſſiano Simono illius Vicar. Generali in ipſa Vrbe, & diœceſi Comacli.*

OBSERVATIO.

EST adeò verum, vt, iuxtà ea, quæ *ſuprà n.44. in fine* tradidi, ſit praxis pro immunitare ad fauorem rei è Satellitum manibus erepti, ſi ad Eccleſiæ tutamen confugiat, quod, licet *Paſqualig. acerrimus huic theſi oppugnator, contrarium validiſſimè, vltra priùs per eum ſcripta, ac in d. n.44. memorata, inter eius Decif. canon. cent. 1. q.98. ſuſtinuerit*; tamen hanc ipſam concluſionem, nedum *nominatim aduerſùs eum* viriliter tueantur *Thomas Delbene de immun. Eccleſ. tom. 2. c. 16. dub. 10. ſect. 7. nu. 1. Diana reſol. moral. tr. 7. reſol. 2. §. verùm his non obſtantibus p. 8. & tract. 8. reſol. 45. p. 9.* ſed pro ea adſit decretum *S. Congregat. Eminentiſs. Cardin. Contron. Iuriſdict. Præpoſit.* per modum *apud Dian. in locis nunc indicatis* exaratum tenoris huiuſce.

Quæritur an Titius, cum ex mandato Iudicis laici ducebatur captus à ſatellitibus in carcerem, & illius parentes violenter è manibus eorundem ſatellitum extraxerunt, ſtatim ad Eccleſiam confugit, ſit Iudici Laico ſpoliato reſtituendus, an potiùs gaudere debeat immunitate Eccleſiaſtica?

Die 11. Febr 1648. ſacra Congreg. Eminentiſs. Cardin. Contron. Iuriſdict. Præpoſitorum vnanimi Eminentiſs. Patrum conſenſu, cenſuit ſupradictum Titium gaudere debere priuilegio Immunitatis Eccleſiaſticæ.

Martius Cardin. Ginettus.

Loc. ✠ Sigilli.

Franciſcus Paulutius I. C. Secret.

COLLVCTATIO XLI.

ARGVMENTVM.

Subſtitutio compendioſa quomodò inducatur, & quid operetur, præmortuo ſubſtituto primo, quid ſit reſoluendum quoad ſecundo loco ſubſtitutum: & alia circa materiam ſubſtitutionum perpenduntur. Detractiones legitimæ, & trebellianicæ quid importent; & quando permittantur, vel denegentur; quiduè in illis ſit imputandum. Præcognitio fideicommiſſi vniuerſalis, vel particularis affertur. Et latiſſimè materia tranſmiſſionis, ac repræſentationis, diſcuſſis viribus, & effectibus clauſularum *in ſtirpes, & non in capita, & ſalua graduum prærogatiua*, pertractatur.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio compendioſa ex quibus verbis cenſeatur facta, & num. 2. 4 5. 6. continet ſubſtitutionem pupillarem n. 7. ſubſtitutionem vulgarem num 8. ſubſtitutionem fideicommiſſariam num. 9. dicitur proteus ſubſtitutionum. num. 10.*

3 *Dictio* quandocunque *eſt multiplicatiua, & diſtributiua temporum.*

12 *Subſtitutio vulgaris duos caſus continet, reſpectu hæredis inſtituti. Amplia vt n. 13. & etiam reſpectu ſubſtitutorum n. 14.*

15 *Subſtitutus primus ſi prædecedat hæredi aperit viam vulgari ſubſtitutioni ad fauorem ſecundi ſubſtituti. Amplia, vt n. 16.*

17 *Subſtitutio tam prima, quàm ſecunda ſi ſit fideicommiſſaria, tunc primo gradu caducato intrat ſecundus. Declara n. 18. ſubdeclara n. 22.*

19 *Fideicommiſſum nominatim relictum, quando dicatur, & n. 20. 21.*

23 *Clauſula* tunc, & eo caſu *eſt taxatiua, & reſtrictiua, ad caſum expreſſum, & num. 24. limita nu. 25. Declara, vt ibidem.*

26 *Fideicommiſſum in dubio non extare, eſt pronunciandum. Declara vt ibi.*

27 *Trebellianica quid ſit: non competit hæredi grauato per fideicommiſſum particulare. ibid.*

28 *Trebellianica poteſt prohiberi: etiam filijs primi gradus num. 29. contra num. 33. et nè dum expreſsè, ſed et tacitè n. 30. reſpectu quoquè filiorum n. 31.*

32 *Trebellianica ex quibus coniecturis cenſeatur prohibita remiſsiuè, tales coniecturæ quales eſse debeant. ibid.*

34 *Trebellianica eſt permiſsa, ſi de illius prohibitione nil ſit dictum.*

35 *Trebellianica non competit ſi cauſa pia ſit ſubſtituta: nec, vbi fideicommiſſarius eſt ſubſtitutus per verba directa, num. 36.*

37 *Trebellianica admittit imputationem fructuum perceptorum ab hærede grauato. Declara n. 38.*

39 *Legitima non detrahitur à fideicommiſſo particulari. Declara n. 40.*

41 *Hæres prætendens detraherè legitimam à fideicommiſſo particulari quid debeat probare.*

42 *Legitima, et trebellianica conſtituunt dimidiam hæreditatis: et debentur filio per fideicommiſſum grauato. Declara vt n. 47.*

43 *Legitima eſt triens, quando filij non ſunt plures quattuor, eſt ſemis vbi filij ſunt plures quattuor n. 44.*

45 *Legitima, et trebellianica debentur filio grauato, etiam vbi legitima eſt ſemis; et tunc quommodo fiat calculus. num. 46.*

48 *Fideicommiſſum vniuerſale quod nam ſit, et numer. 51. 52. et particulare quid ſit, num. 49. exemplifica, num. 50. 53.*

54 *Detractio nulla fideicommiſſario competit, ſi ſit tantum grauatus reſtituere ſemiſſem hæreditatis.*

55 *Legitima admittit imputationem eorum, quæ capit filius ex ſubſtantia patris per vltimam voluntatem quocunque titulo.*

56 *Trebellianica admittit imputationem eorum, quæ hæres capit quouis iure, ex iuditio teſtatoris.*

57 *Trebellianica detrahitur ab hærede inſtituto in quota hæreditatis, et per fideicommiſſum grauato illam reſtituere.*

59 *Nepotes poſſunt concurrere cum patruis ex vocatione, tranſmiſſione, et repreſentatione, quando admittantur per repreſentationem n. 76. 80. 81.*

60 *Funiculus triplex difficile rumpitur.*

61 *Dictio* reſpectiuè *operatur, vt ſingula ſingulis referantur.*

62 *Subſtitutio plurium deſcendentium ſemper intelligitur facta diſcretiuè de proprijs filijs, & deſcendentibus vniuſcuiuſque inſtituti.*

63 *Filij poſiti in conditione, vbi cenſentur vocati, dicuntur vocati ſolummodò ad portionem patris, non patrui. Declara vt n. 64.*

65 *Tranſmiſſio facilius admittitur, quam vocatio non admittitur*

titur de fideicomiſſo conditionali, mortuo fideicommiſſario ante euentum conditionis. n.66. nequè in hoc caſu poteſt demandari à teſtatore num.67. contra num.68. vbi admittitur ex præſumptionibus, præſumptiones debent eſſe vrgentiſſimæ, & concludentiſſimæ, num.69. & tales præſumptiones ceſſant, quando ſubſtituti ſunt de deſcendentibus teſtatoris, num.70. & quando tractatur de portione patrui, numer.71. & tranſmiſſio non admittitur, quando ſubſtituti ſunt plures, & eorum filij, ſiuè hæredes numer.72. in dubio pro non tranſmiſſione eſt iudicandum, numer.73. de ea quando non ſit tractandum, numer.75.

73 Repreſentatio eſt ius tranſmiſſione facilius, quando detur de nepotibus in concurſu cum patruo. num.76.80.81. nihil aliud, quàm ſucceſſio in ſtirpes n.77. & n.104. ſi ceſſat, ceſſat talis ſucceſſio. n.101.

78 Clauſula in ſtirpes, & non in capita operatur repreſentationum nepotum cum patruo: de hac clauſula omnnò tractatur circa illius effectus, in n.n.98.99.100.101.102. 103.116.117.124..125.126.127.129.130.131.132. 133.136. & alibi.

79 Stat. Ferrar. lib.2. Rub.139. Aſſertur; & in illius terminis ceſsat repreſentatio.

82 Repreſentatio non datur in fideicomiſſo particulari: nequè ſi extant in contrarium coniecturæ, n.83. de quibus coniecturis agitur in n.n. ſeqq. vbi vide.

84 Teſtator præſumitur ſe voluiſſe conformare potius cum Statuto, quam cum iure communi.

85 Actum faciens cenſetur ſe adſtringere qualitatibus, quibus ille actus regitur.

86 Fæminæ dicuntur excluſæ per vocationem ſolorum maſculorum.

88 Repreſentatio non datur de vocatis ſub nomine collectiuo, quando adſunt vocati per nomen appellatiuum, contra n. 89. declara n.90.

91 Clauſula ordine ſucceſſiuo excludit repreſentationem, contra n.92. declara n.93.

94 Clauſula ſalua graduum prerogatiua excludit repreſentationem, contra numer.95. Declara num.96. de effectibus huius clauſulæ agitur in n.n.110.113.126.127. 134.

97 Singula, quæ non proſunt, iuncta iuuant.

105 Stirps conficitur ex pluribus, & diuerſis gradibus, & vnum corpus reputatur, & n.106. incipit à proprio cuiuſlibet patre n.135.

107 Repreſentationi an ſit locus, attenditur perſona fideicommittentis, contra n.108.

109 Proximitas grauati, & non grauantis attenditur in fideicommiſſis.

111 Nepotes ex vi repreſentationis dicuntur æquè proximiores cum patruis, licet expreſſè fuerint vocati proximiores. Declara n.112.

114 Siluatic. iun. conſil.26. à num.39. cum ſequentibus reiicitur.

115 Suppoſitio eorum, de quibus controuertitur non debet fieri.

116 Teſtator non præſumitur, ſe voluiſſe incontinenti corrigere.

118 Præſumptiones plures, faciunt ſilere pauciores.

119 Fruſtrà exprimitur, quod tacitè ineſt.

120 Actus fruſtratoris quis facere non præſumitur.

121 Clauſulæ non debent ſtare otioſæ; ſed aliquid operari debent.

122 Intellectus datus accipi debet, cum alius dari nequeat.

123 Contrarietas eſt euitanda in qualibet diſpoſitione.

126 Prioribus derogatur à poſterioribus.

128 Ceſſante cauſa ceſſat effectus.

133 Numerus ſingularis non cenſetur appoſitus in diſpoſitione teſtatoris ſine miſterio: vnitate duntaxat contentatur. n.138.

137 Numerus pluralis dualitatem ſaltem requirit.

139 Parum, & nihil æquiparantur.

140 Repreſentatio in dubio non eſt admittenda, ſed contra eam eſt iudicandum.

141 Iudex ſtudere debet, vt partes tranſigendo ad concordiam reducantur.

142 Tranſactio in arduis articulorum dubietatibus fieri debet.

VT dignoſcamus an id, quod aſſeritur pro parte conſulentium, voluntatem nempè defuncti in veram diſpoſitionem ad eorum fauorem tranſiuiſſe, iam quod agenti ex teſtamento, non ſufficit probare, quod teſtaror volebat hoc, vel illud facere, aut relinquere, cum hæc ſit ſimplex præparatio teſtamenti, quæ tanquam imperfecta ratione voluntatis, nunquam ſuſtineri poteſt, etiam ſi de fauore piæ cauſæ tractaretur. Cancer. var. reſol. p.3. c.20. numer.406. Hodiern. ad Surd. dec. 292. num.7. Rota in rec. dec.108. num.4. par.7. & in Senogallien. bonor. 30. Maij 1644. §. nec obſtat, & 15. Maij 1645. ſub §. iuſtitia verò, coram Cerro, & in Roman. hæredit. 1. April. 1658. §. primus enim, coram Albergato cum alijs plenè congeſtis à Rubeo reſol. practicab. circa teſtam. c.6. ex n.192. & c.7. à n.237. ad 271. & per tot.

Idcircò primo loco bonum ius eorundem conſulentium deducemus.

Deindè quantitatem bonorum ipſis debitam examinabimus.

Ac tandem modum, quo ijdemmet proximiores admitti debent, ſedulò diſcutiemus.

ARTICVLVS PRIMVS.

An, & quando mortuo primo ſubſtituto adhuc viuente hærede ſint admittendi alij ſecundo loco per ſubſtitutionem vocati.

1 COmpendioſam Violanti ſubſtitutionem factam ab Antonio Alberio eius patre liquidò conſpicamur; dū ipſi quandocunq; decedenti ſubſtitutus eſt Petrus Cintius; ex Bart. in l. centurio num.17. & ibi Alex. n. 27. Iaſon. num.33. ff. de vulg. & pupill. Couar. in c. Raynutius. §.9. num.2.3. de teſtam. Neuiz. conſ.53. num.3. Craſ. §. ſubſtitutio quæſt.60. num.6.12. Menoch. de præſum. lib.4. præſ.51. num.5. Intrigliol. de ſubſt. cent.3. q.4. num.4. Fuſar. eod. tract. quæſt.223. num.4. Nicol. in Lucubrat. ad Inſt. ciuil. lib.2. tit.16. num.7. Contr. diſcept. forenſ. cauſ.82. n.2. lib.1. Giurb. dec.11. num.1. Rota in rec. dec.28. n.12. p.8. & coram Canaler. dec.496. num.7. & coram Pegn. dec.593. n.2. tom.1. ex typo Lugdun. alias deciſ.465. n.1. in impreſſ. Venet.

2 Sicuti, & aliam ſimilem ſubſtitutionem dicto Petro efformatam agnoſcimus, dum eidem pariter decedenti in dimidia sūt ſubſtituti proximiores defuncti, vt firmāt DD. in d. l. centurio, & maximè Ruyn. n.29. Ripa nu.150. Cephal. n.550. Pariſ. conſ.11. num.34. & conſil.15. num.3. lib.3. Natta conſil.255. ſub num.1. tom.2. Gabr. conſ.104. num.1. lib.1. Menoch. conſil.85. num.7. & d. præſ.51. num. 9. ac præſ.71. ſub num.12. Peregr. de fideic. art.34. num.9. Fuſar. d. q.223. num.7. vbi concordan. iunctis etiam mox adducendis.

3 Non enim differunt inter ſe ſubſtitutiones præfatæ, licet in priori contineatur dictio illa quandocunque multiplicatiua, & diſtributiua temporum. Felyn. in c. cum acceſſiſſet de conſtit. Honded. conſ.55. num.42. lib.2. Surd.

conſil.

Digitized by Google

conſ.460.num.58.Fuſar.conſil.182.nu.3. Menoch. d.præſ. 51.n.6.Barboſ.dictiion.308.num.1.Rota in rec.dec.271.nn. 17.p.6.coram Merlin.dec.621.numer.17. tom.2.& coram Pegn.dec 883.ſub num.4. verſic. non obſtabat in fine tom. 2.in impreſſ.Lugdun.& coram Buratt.dec.863.numer.10. tom.3.

4 Quoniam ad formandam ſubſtitutionem compendioſam eadem dictio *quandocunque* non eſt neceſsaria. *Crauet.conſil.72.num.3.Curt.iun.conſ.86. num.2. Roland. conſ.25.num.13.lib.1.Redenaſc.conſ.11.numer.6. Ambroſin.dec 44.num.19.p.2.Pignatel. contr.12.num.2. cent.2. Menoch.d.præſ.51.num.7.Peregr. d. art.34. num 9. Barz. dec 9.num 32.Altograd.conſil.76.num.5.lib.1.Poſt.reſol. 109.num.5.Fuſar.d.q.223.num.30.47. Fontanel. dec.41. num.5 & dec.171.num.3.tom.1.Marin.reſol. quotid. cap. 265.num.17 in fin.tom.1.Medic.deciſ.ſenen.69. num.1.2. 3.Rota in rec.dec.385.num.2.p.4.tom.2. dec.120. num.5. p.7.dec.201.num.7.p.8.& coram Duran. dec.339.ſub numer.12.*

5 Sed ſufficit,quod mentio mortis, vt in præſenti, ſit facta.*Bart.in d.l.centurio num.26.ff. de vulg. Surd. conſil. 31.num.1.& dec.333.num.12.Fuſar.d.quæſt.223.numer. 29.Altograd.conſil.45.num.83.lib.1. Menoch. d. præſ.71. ſub num.12.lib.4.Redenaſc.d.conſil.11.numer.5.lib.1.Rota in rec.dec.212.ſub nu. 5. p.4.dec.579.num.7.ead.p.4.tom. 3.d.dec.201.num.6.p.8.coram Merlin.dec.145.num.4.to. 1.coram Duran.d.dec.339.num.12. & in Interamnen. bonor.15.May 1656.§.licet enim,verſic.ſecus tamen, coram Cerro,& poſt Cenſal.ad Peregr.de fideic.dec.18. n.2. repetita poſt Tenagl.de Sacr.Rot.Auditor.lib.1.ſub c.6.dec.18. num.2.*

6 Vel,quod extet conditio,*ſi ſine filiis*,vt modò; *ad tex. in c.1.& ibi gloſ.in verb.abſque de teſtam.in 6.Gabr. conſ. 104.num.1.Natta d.conſil.255.num.1.Barz.in alleg. dec. 9.num.32.Barboſ.clauſ.171.num.4.Fuſar.d. q.223. num. 10.vbi alios adducit.Giurb.dec.11. num.3. vbi multos dat concordan.Cenſal.ad Peregr.de fideicom.d.art.34.in princ. Amat.qui innumeros congerit reſol.10.num.80.lib.1.Andreol.contr.29.num.3.Medic.dec.ſenen.69. num.3. et dec. 70.Capyc.Latro conſult.76.num.5.& ſeqq.Maſſin. vir benè eruditus de confiſc.bonor.quæſt.28.numer.99.Merlin.de legit.lib.3.tit.2.quæſt.14.num.2.Caren. reſol.154.num.3. Poſt.reſol.109.num.3.Rot.in rec.dec.656.num.2. p.4. dec. 157.n.1.ead.p.4.tom.2.dec.579.n.7.ead.p.4. tom.3. & d. dec.120.n.5.p.7.*

7 Propterea ſuccedit indubitata concluſio, quod ſubſtitutio prædicta compendioſa, & ſi communibus verbis concepta, continet ſubſtitutionem pupillarem. *c.ſi pater de teſt.in 6.Non.conſil.30.num.1.Honded. conſil.75. num.33. vbi de communi lib.1. Menoch. præſ.34. num.28. & ſeqq.& præſ 54 55.lib.4.Surd.conſ.31. num.1. & dec. 37.num.8.Marcabr.conſ.109.numer.19 Rimin.iun.conſil. 775.num.5.Tuſch.litt. S, concl.818. num.31. Pignatel. d. contr.12.num.14.Giurb.d.deciſ.11. ſub num.3. vbi concordan.Fuſar.videndus de ſubſtit.q.239.& 240.vbi latiſſimè. Maſſin.de confiſcat.d quæſt.28. num.100. & ſeq. Gratian. diſcept.407.tom.3.Merlin.d.q.14.num.3. & ſeqq. Rota in rec.d.deciſ.120.n.7.p.7.*

Aptam ſanè inducere etiam excluſionem matris à legitima filij in pupillari ætate deceſsi, vt innumeris ferè adductis D.D.reſolutionibus, & diuerſorum Tribunalium definitionibus, obſeruant inter multos *Fachin. contr.iur.lib.4.c.45.& lib.13.c.76. Gratian. diſcept.407. & diſcept.528.Amat.reſol.25.à numer.7.& per tot. Poſt. reſol.109.à num.12.cum ſeqq.Caren. reſol.78. & 82 Hodiern.contr.20 Marin.quotid.reſol. lib.1. cap.265. à num. 20.Andreol.contr.7.num.20.& ſeqq.p.1. Altograd. conſ. 91.num.90.vol.1.Merlin.de legit.lib 3.tit.2.q.14.num.22. Marth.de ſucceſs.legal.p.2.q.3.art.7.Fuſar.de ſubſt.quæſt. 242.vbi pleniſsimè Maſſin.de confiſc. d. qu.28. num.100. Griuel.dec.Dolan.41. Medic. dec. ſenenſ.69. Rot. Roman. cor.Mantic.dec.367.& in rec.dec.373.n.3.p.2.dec.120.n. 7.8.p.7.dec.31 num.3. p.9. poſt Merlin. de legit.dec.139. num.1.*

Dummodò ipſa ſubſtitutio non fuerit reſtricta ad bona teſtatoris,nam tunc omni tempore erit fideicommiſsaria, nequè matri denegabitur detractio legitimæ. *Gabr.conſ.113.num.7.lib.2.Crauet. conſ.98. num.10. Peregr.de fideic.art.34.num.44.Poſt.d.reſol.109.num.37.& ſeqq.mareſcot.var. reſol.c.140. lib.2. Mantic. de coniect. lib.5.tit.7.num.12.& lib.7.tit.3. num.18. Maſsin. de confiſc.d.q.28.num.131.133.Merlin.de legitim.d. q.14. num. 14.Rot.ibi poſt tract.dec.22.num.2. dec.63. numer.4. dec. 139.num.11.vbi,quod eſt receptiſsima D.D.ſententia,& in din.dec.504.dec.509.in princ.p.4.ac in rec.dec.39.n.5.p.1. dec.431.à n.4.p.2.& dec.31.n.16.p.9.cor.Buratt. dec.84. n.8.& dec.101.n.2.& cor.Cardin.Mantic.d. dec 367.numer.2.7.*

Præterquam in caſu, quo fuerit facta mentio pupillaris ætatis, vel ſubſtitutio fuerit facta verbis directis ciuilibus aptis ad pupillarem comprehendendam; tunc enim,cum liquido conſtet, teſtatorem voluiſſe pupillariter ſubſtituere,verba,quæ ſolent inferre reſtrictionem ſubſtitutionis ad bona ipſius teſtatoris, puta *hæredem ſuum: in bonis ſuis: ſibi ſubſtituit*:& ſimilia,nô immutant formam pupillaris, & reſtrictio præfata nullius eſt conſiderationis.*Pariſ.conſ.73.num.54. lib.2. Honded. conſil. 73.num.35.& ſeqq.lib.1.Menoch.conſ.362.ante num.23. & de præſumpt.lib.4.præſ.54.num.23.Fuſar.de ſubſtit.qu. 109.num.8.9.q.240.num.2.& quæſt.241. nu.65. Merlin. de legit.d.q.14.ſub num.22.verſ.declaratur tertio,& num. 49.50.quos ſequitur Rota in rec.dec.431. num.4. p.2. cor. Buratt.dec.88 num.9.10.& dec.101.num.2.3.4.5.6.tom.1. & in Roman.ſucceſs.21.April.1636. §. quoniam ſuit reſponſum,& ſeq.coram Dunozet,eſt in rec.d.dec.120.nu.11. et ſeqq.p.7.*

8 Continet & ipſa compendioſa, nedum etiam ſubſtitutionem vulgarem;*ex D.D.in d.l.centurio.ff. de vulg. et pupill.ſubſt.Socin.iun.conſ.121.num.10. lib.1. Odd. conſil. 10.num.130.Peregr.conſ.40.num.4.lib.1.et de fideic. art. 34.num.16.67.Gall.de except.tit.4.except.22.num.45. et infrà p.2.Surd.dec.37.Intrigliol.de ſubſt.cent. 3.q.10 num. 22.Trentacinq.eod.tract.p.4.c.2. Fuſar. de ſubſt. qu.237. 238 vbi latè Menoch.præſ.53. lib.4. Altograd. conſil.76. num.6.lib.1.Pignatel.d.contr.12.ſub numer.1. Peregr. de fideicom.art.15.num.4.Marin.reſol.quotid.c.189 numer. 87.tom.2.Caren.reſol.154.num.3.in fin.Poſt. reſol.109. nu. 12.mel.alleg.61.numer.36. lib.2. Rota in Roman. fideic.de Druſolin.12.Iun.1654.§.quia cum in caſu, et ſeqq. coram Cerro, et in d. Interamnen. Bonor.15. May 1656.§.licet enim in fine,coram eod.et in rec.dec.97.ſub n.7.p.4. et dec. 579.n.8.p.4.tom.3.et dec.149.n.3.p.7.et dec.201.nu.8. p. 8.et cor. Merlin.dec.145.nu.4. et poſt Cenſal. de fideicom. dec.29.n.10.*

Dummodò eadem compendioſa fuerit concepta verbis directis,vel communibus, vt omnes præallegati duntaxat admittunt;ſecus ſi verbis obliquis; nam tunc vulgarem in illa non contineri docet receptiſsima ſcribentium ſententia in *alleg.l.centurio.ff. de vulg. et pupill. Couarr.in c.Rainutius.§ 9.numer.18. de teſtam. Socin.iun. conſil.180.num.72.lib.2. Menoch. præſ.58. lib.4. Trentacinq.de ſubſt.p.4.c.10.num.2. Fuſar.de ſubſt.q.239.n.1.vbi concordan.et maximè Rot.coram Eminentiſs.Seraphin.dec. 943. tom.1. adde et in rec. deciſ.246. numer.20 par.4. tom.2.*

Niſi in contrarium voluntas teſtatoris eliciatur ex verbis,a quibus colligi poſsit,teſtatorem voluiſſe etiam non obſtantibus verbis obliquis, vulgariter ſubſtituere.

Intri-

Digitized by Google

Intrigl.de ſubſt.cent.3.quaſt.22. numer.7. Fuſar. d. quaſt.
239.numer.8.Peregr.de fideic.art.34.n.62.
9 Sed quoquè amplectitur ſubſtitutionem fideicom-
miſſariam.Ruin.conſ.140. num.18. lib.3. Corn. conſ.273.
num.3.lib.4.Peregr.de fideic.art.34.num.67.Odd.de ſubſt.
compend.p.5.quaſt.3.art.2.Menoch. praſ.58. lib.4. Fuſar.
de ſubſt.q.243.245.246.& alibi.Altograd.conſil.92. n.2.
lib.1.Pignatel.d.contr.12.num.1.Caren.reſol.154. num.3.
in fin.Silnatic.ſen.conſ.6.num.40.& conſ.76. num.22. Cy-
riac.contr.8.num.63.tom.1.Mel.d.alleg.61. num.36. Rot.
in d.Interamnen.bonor.15.Maij 1656.§.licet enim, verſic.
quæ propterea coram Cerro,& in rec.d.deciſ.97.num.7. in
fin.& dec.212.ſub num.5. verſic. quæ continet, & deciſ.
656.ſub num.2.verſic.quæ compendioſa p.4.& d.dec.579.
n.8 .ead.p.4.tom.2.& cor. Merlin.dec.145.num.4.& dec.
269.n.1.& in Bonon.primogen. 1. Iul.1654.§.quod autem
cor.Bichio.
Quoticſcunquè tamen, ſi verſaremur in ſubſtitutio-
ne facta filio impuberi, non adeſset verbum & ipſi, aut
alio æquipollenti,puta quandocunque filius meus deceſse-
rit,ei ſubſtituo Petrum, nam tali caſu fideicommiſsaria
non contineretur, ſed ſola pupillaris, ſecundùm magis
communem opinionem,de qua Odd.conſ.95.dub.2. præ-
75 Et de quo iure repreſentationis, vocatione nunc ſilente, maximè eſt agendum, quando eſt facta ſubſtitutio, vt in præſenti per nomen collectiuum plurium graduum, ſub quo poſsunt comprehendi, & illi qui de tranſmiſſione agunt, cum tunc tranſmiſſionis quæſtio minimè ſit tractanda. Peregr. conſ. 63. n. 24. & infrà lib. 2. Fuſar. d. q. 490. n. 187.

76 Videtur dictis nepotibus fauere vniuerſalis, & communiſsima concluſio, qua repreſentatio conceditur, vbi de huiuſmodi ſucceſsione, etiam ex diſpoſitione hominis tractatur, cum ſimus in tranſuerſali prioris gradus; iuxtà tex. in §. reliquum de hæred. ab inteſt. venien. & per tradita in indiuiduo ſucceſsionis ad patruum à Cephal. conſ. 16. num. 32. Crauett. conſ. 57. nu. 6. lib. 1. Corn. conſ. 131. num. 9. lib. 2. Gabr. conſil. 86. num. 9. lib. 1. & conſ. 130. num. 31. cum ſeqq. lib. 2. Menoch. conſ. 124. numer. 81. lib. 2. & de præſumpt. lib. 4. præſ. 95. numer. 16. vbi plenè Honded. conſ. 70. numer. 43. 73. vbi multos congerit lib. 1. Siluatic. ſen. conſ. 74. num. 32. 33. & Siluatic. iun. conſ. 26. n. 29. Altograd. conſ. 65. n. 2. 3. vbi innumeros addit. lib. 1. Gabr. comm. concl. tit. de fideicom. concl. 3. n. 1. Gratian. diſcept. 836. n. 9. Mel. alleg. 25. n. 7. lib. 1. Fachin. contr. iur. lib. 4. c. 84. Fuſar. de ſubſt. q. 485. nu. 16. 17. vbi plures conglomerat. Peregr. de fideicom. art. 21. n. 7. 22. Andreol. contr. 143. n. 11. & ſeqq. Rota in diu. dec. 426. p. 4. & in rec. dec. 102. n. 11. cum ſeqq. p. 4. tom. 2.

Quinimò pro iiſdem nepotibus adeſſe voluntatẽ, & præordinationem fideicommittentis apparet, dum in vocatione ſubſtitutorum appoſita eſt clauſula in ſtirpem, et non in capita, per quam non videtur dubitandum
fuiſſe demandatam repreſentationem, quæ nihil aliud
77 eſt, quàm ſucceſsio in ſtirpes. §. cum filius. Inſt. de hæred. qua ab inteſt. Couarr. practic. q. q. c. 38. ſub n. 5. verſ. quod ſi vlteriores. Honded. conſ. 63. n. 27. lib. 2. Ladercb. conſ. 45. num. 17. Caſtil. contr. iur. lib. 3. c. 19. num. 84. Cancer. var. reſol. p. 1. c. 5. num. 18. Fuſar. de ſubſt. q. 482. ſub num. 1. Rota cor. Buratt. dec. 647. num. 15. et in rec. dec. 102. nu. 17. p. 4. tom. 2.

78 Prout ſic, quod ſtante dicta clauſula voluerit teſtator nepotem poſſe concurrere cum patruo iure repreſentationis, dixerunt Cephal. conſ. 489. num. 54. Honded. conſ. 63. num. 3. et num. 4. tom. 2. Burſat. conſ. 67. nu. 22. et conſ. 71. num. 4. lib. 1. Menoch. conſ. 124. ſub num. 66. et ſeqq. et conſ. 528. num. 27. 28. et d. præſ. 95. num. 35. lib. 4. Peregr. conſ. 58. num. 8. lib. 4. et conſ. 129. lib. 5. et de fideic. art. 21. ſub num. 18. Fuſar. de ſubſt. d. q. 485. num. 115. vbi concordan. et conſ. 89. num. 14. Altograd. conſ. 65. num. 5. et ſeqq. conſ. 67. num. 23. lib. 1. et conſ. 63. ſub n. 11. verſ. ſed euaneſcit lib. 2. Siluatic. iun. conſ. 26. num. 30. 31. et Siluatic. ſen. conſ. 74. ſub num. 39. 40. Craſs §. fideicommiſsum q. 11. nu. 7. Cyriac. contr. 174. ſub num. 26. 27. 28. Andreol. contr. 29. num. 4. contr. 137. num. 20. in fine contr. 138. numer. 18. et contr. 139. ſub num. 16. Rot. in diu. dec. 501. ante n. 1. verſ. et ea magis p. 4.

Cæterùm præfatis nepotibus obſtare videtur.

79 Quod ſtante Statuto Ferrar. lib. 2. Rub. 139. de ſucceſſione ab inteſtato, vbi in §. ſi verò nulli deſcendentes, vocantur ad talem ſucceſsionem, deſſicientibus deſcendentibus, & aſcendentibus; primò fratres perſonæ defunctæ, & poſtmodum fratrum filij, datur intelligi excluſam eſſe repreſentationem, & nepotes non concurrere, cum patruis; vt indiuidualiter obſeruat D. Pigant. ad d. Rub. 139. n. 13. tom. 2.

80 Hinc colligendo ſtatuentes in hac parte reduxiſse ſucceſsionem ab inteſtato ad ius antiquum, cuius medio nepotes pariter non concurrebant cum patruis ad ſucceſsionem patrui, ſed tamquam remotiores excludebantur; vt in l. 1. in fin. ff. ſi pars. hæred. petat. l. 2. §. hæreditas. ff. de ſuis, & legitimis. §. ſi plures. Inſt. de legit. agnat. ſucceſs. Mel. alleg. 25. n. 5. lib. 1. Rot. ibid. in calce eiuſd. allegation. cor. Veroſp. n. 4. & in diu. dec. 391. ſub n. 1. verſ. indubitatum enim p. 4. & in rec. dec. 27. n. 3. p. 1.

Succeſsiuè, & non eſſe locum repreſentationi in fideicommiſso ſed patruum excludere nepotem, cum concluſio illa in principio poſita, procedat tantum vigente
81 repreſentatione in ſucceſsionibus ab inteſtato, quemadmodum ſpeciatim dixerunt Non. conſ. 40. n. 7. Burſat. conſ. 170. n. 27. lib. 2. Peregr. conſ. 63 ſub n. 24. verſ. in terminis lib. 2. Fuſar. de ſubſt. q. 485. n. 57. vbi quod eſt veriſſima opinio, & n. 102. in fine. Cyriac. d. contr. 8. nu. 134. & cæteri omnes.

82 Quod ex quo ſumus in fideicommiſso particulari, vti non controuertitur, ceſſat nedum concluſio ſuperius in aduerſum pro repreſentatione firmata obtinens duntaxat quando de fideicomiſſo vniuerſali tractatur, ſed ex diametro ſuccedit alia in oppoſitum denegans in huiuſmodi fideicommiſso particulari repreſentationem; vt per Gamm. dec. 59. n. 3. dec. 215. nu. 2. & dec. 306. Cancer. var. reſol. p. 1. d. c. 5. num. 57. Paſchal. de patr. poteſt. p. 4. c. 9. n. 27. Cyriac. contr. 8. n. 140. lib. 1. Fuſar. conſ. 39. n. 32. & conſ. 40. n. 24. conſ. 41. à n. 92. ad 100. & de ſubſt. q. 387. ſub nu. 51. limit. 10. vbi dat concordan. & teſtatur de communi opinione, & q. 485. ſub n. 105. verſ. decimaquinta Rand. inter conſ. vlt. volunt. conſ. 242. n. 36. li. 2. Redenaſch. conſ. 17. n. 32. 33. cuius meminit Maſsin. de confiſc. q. 33. n. 13. Cenſal. ad Peregr. de fideic. art. 21. in p. reſpon. §. accedas, verſ. vlterius ex communiſsima. f. mihi 38. col. 1. Contr. diſcept. forenſ. cauſ. 23. num. 116. in fin. tom. 1. Rot. ibid. in calce oper. dec. 133. numer. 4. verſic. ac in certa, eſt in Bonon. nullitat. concord. 1. Iul. 1652. §. minus poteſt, cor. Meltio.

Quod tandem mens, ac voluntas teſtatoris fideicõmittentis pro excluſione repreſentationis concurrere
83 videtur ex inferiùs appoſitis præſumptionibus, & coniecturis in hac materia, vtiquè ad remotionem repreſentationis attendendis. Menoch. conſ. 215. nu. 139. lib. 2. & præſ. 95. n. 19. in fin. lib. 4. Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 9. num. 4. in fin. Caſtil. contr. iur. lib. 3. d. c. 19. ſub num. 119. & ſeq. ac num. 282. cum ſeqq. Fuſar. de ſubſt. d. quæſt. 487. nu. 15. vbi quod hoc concedunt omnes, et n. 24. in fin. Lanar. conſil. 69. numer. 26. Marcian. conſil. 2. ſub numer. 10. verſic. at ſi aliter, lib. 2. Rota in rec. deciſ. 102. numer. 13. par. 4. tom. 2.

Prima eſt coniectura, quod cum ex diſpoſitione iuris municipalis non detur repreſentatio, vt viſum eſt, præ-
84 ſumitur teſtatorem voluiſse ſe conformare cum eadem Statutaria diſpoſitione, potius quàm cum ſanctionibus iuris communis, ſi forſitan etiam aliter ſuaderent Menoch. conſ. 524. n. 7. Peregr. conſ. 41. num. 11. lib. 1. & de fideicom. art. 25. n. 53. Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 6. Altograd. conſ. 47. n. 16. lib. 2. Fuſar. conſ. 73. n. 8. & de ſubſt. qu. 325. n. 9. & q. 481. n. 7. & conſ. 93. n. 10. Barboſ. de appellat. verb. iur. ſignif. appell. 99. ſub n. 110. Mart. de ſucceſs. p. 1. q. 9. art. 6. n. 2. 5. & alij vbiquè. Rota cor. Seraph. dec. 1216. n. 3. tom. 2. & cor. Comit. dec. 64. n. 21.

Secunda eſt, quod retentis terminis fideicommiſsi particularis, ſicuti denegatur repreſentatio, vt dixi, ita cenſendum eſt, teſtatorem voluiſse ſe conformare cum qualitate eiuſdem fideicommiſsi, pro excluſione repreſentationis, iuxtà illud dictum, quod faciens
85 actum cenſetur ſe adſtringere qualitatibus, & legibus, quibus actus ipſe regitur, ac determinatur. Surd. conſ.

conſ.347.num.24.Becc.conſ.35.numer.11.Barboſ. axiom.
11.num.3.

Tertia eſt coniectura, quod conſtat teſtatorem noluiſſe ſuccedi, ſecundùm iuris communis ordinem, quo
86 ab inteſtato ſucceditur, dum nuncupatim vocando ſolummodò maſculos proculdubio excluſit fæminas. c.
Raynaldus de teſtam. Gozad. in conſ.87.n.16. Cephal. conſ.
134.n.9.10.& conſ.312.n.119. Menoch. conſ.1006.nu.9.
10. Peregr. conſ.16.n.2.3.lib.2. Altogrnd. conſ.13.nu.1.2.
lib.2. quod eſſe contra diſpoſitionem eiuſdem iuris cõmunis manifeſtatur, ex eo quod per illud in ſucceſsionibus eſt ſublata omnis ſexus differentia. Auth. in ſucceſs. C. de ſuis, & legit. hæred. cum vulg. quo fit, repreſen-
87 tationi non eſſe locum. Menoch. conſ.215.n.140.lib.3.&
præſ.95.num.26.lib.4. Intrigl. de ſubſt. cent.3.q.97.nu.26.
Fuſar. d.q.485.n.58. Rota in rec. dec.5. ſub n.24. cum ſeqq.
par.6.

Quarta eſt, quod teſtator vocauit ſuperuiuentem ſeù ſuperuiuentes ex dictis filijs ſuis, ſiuè filios eorum, & ſic filios, & deſcendentes maſculos ex eis, & eorum quolibet
88 reſpectiuè: Vnde extantibus modò DD. Natale, & Iulio filijs inſtitutorum vocatis per nomen ſpeciale, ſiuè appellatiuum, non debet eſſe locus admiſsioni nepotum ſub nomine generali, & collectiuo deſcendentium comprehenſorum, nec intrare poteſt repreſentatio in locum Patris; ex Alex. conſ.123.lib.1. Curt. iun. conſ.57.58.
vtrobique ad finem. Ruin. conſ.101. n.9.10. lib.2. Marzar.
conſ.3. ſub num.3. verſ. & hæc concluſio. Gabr. tit. de fideicom. concl.3.num.16. Roland. conſ.38.num.25.lib.4. Petra
de fideicom. q.11.num.20. cum ſeqq. Peregr. eod. tr. art.21.
ſub num.23.& n.45. vbi concordan. Fuſar. de ſubſt. q.359.
n.67.& d.q.485.n.98.99. ac q.493.n.3. Mantic. de coniec.
vlt. volunt. lib.8.tit.9.n.8. Menoch. conſ.269.nu.52. Redenaſ. conſ.79.tot. Altograd. conſ.65.n.41. lib.1. cum quibus
conuenit Rota in rec. dec.37.n.1.p.8. pulchrè cor. Buratt. deciſ.721. ſub n.1.2. vbi concordan. & dec.770. ſub n.5. to.3.
& cor. Seraph. dec.1281.n.1.

89 Cui coniecturæ non videntur obſtare contrarium tenentes Caſtr. conſ.454. lib.2. Berret. conſ.140. Socin. iun.
conſ.20.lib.3. Port. conſ.55.num.100. Dec. conſ.384. num.
4. Altograd. d. conſ.65.num.42.43. vbi de veriori, & receptiori. Fuſar. conſ.100.& de ſubſt. d.q.359.num.8. & d.q.
485.num.99.& ſeq. ac q.493.num.4. Andreol. contr.143.
ſub num.17. Rota in diu. dec.426. ſub n.4. verſ. nec præmiſſis p.4.

90 Quoniam, alijs omiſsis reſponſionibus, iſtorum dicta procedere poſſent, quando D. D. Natalis, & Iulius vocati per nomen appellatiuum non fuiſſent comprehenſi ſub nomine collectiuo, ſecus ſi comprehenſi fuiſſent, vt nunc, hoc namque caſu coniecturam optimè procedere, & excludere concurſum vocatorum ſub nomine collectiuo cum vocatis ſub nomine ſpeciali, ſeù appellatiuo firmarunt, poſt caſuum diſtinctionem,
Ruin. in conſ.152.n.4. verſ. in quarto, & vltimo lib.3. Menoch. conſ.124. ſub num.94. verſ. quartus eſt caſus, vol.2.
Gabr. conſ.101.num.5.lib.2. Andreol. contr.87. ſub num.8.
verſ. quando enim p.1. egregiè Rota cor. Buratt. d. dec.770.
n.2.3.4.tom.3. cor. Seraph. d. dec.1281.n.1. in fin. & in rec.
dec.241.n.8.p.9.

91 Quinta eſt, quod idem teſtator addidit poſt dictam vocationem clauſulam ordine ſucceſſiuo, per quam excludi repreſentationem voluerunt Burſat. conſ.170.nu.
37.vol.2. Decian. conſ.1.num.374.lib.1. Menoch. præſ.95.
num.30. Peregrin. de fideicom. d. art.21. num.4. Intrigl. de
ſubſt. cent.3.quæſt.87.num.30. Fuſar. eod. tr. d. quæſt.485.
num.49. Altograd. conſ.67.numer.8.9. lib.1. Siluatic. ſen.
conſ.74.n.55. Gratian. diſcept.836.tom.5. Cancer. var. reſ.
p.3.c.21.n.308.

92 Huic quoquè coniecturæ non videntur obſtare D.
D. qui in aduerſum allegati poſſunt; & præſertim Pariſ.
conſ.38.num.20. in fin. & n.21.lib.2. Dec. conſ.28.num.13.
cum ſeqq. lib.2. Gabr. conſ.86.n.3.lib.1. Petra de fideicom.
q.11.n.121.& infrà. Caſtil. contr. iur. lib.3.c.19. num.308.
Altogrnd. d. conſ.65. ſub n.14. verſ. reſpondetur enim, & n.
ſeq. ac conſ.67. ſub n.40.lib.1. Fuſar. d.q.485. ſub n.3. verſ.
reſpondetur tamen, & n.50. & ſub n.52. verſ. ego etiam.
Rubeus in ſing. Rot. Roman. p.4. clauſ.520.n.2. vol.2. Rota
ipſa in diu. d. dec.426. ſub n.4. verſ. ſecunda eſt, & num.5.
p.4.

93 Horum etenim ſententia poteſt admitti, quando teſtator expreſsè ordinem graduum non conſiderauit, ſecus eodem ordine expreſsè conſiderato, vt in præſenti per clauſulam, de quo mox ſubdam, Salua graduum prærogatiua, vt pulchrè explicat Siluatic. ſen. conſ.74. ſub
n.47. verſ. quoniam id procedit.

94 Sexta eſt, quod in præfata vocatione eſt appoſita alia clauſula Salua graduum prærogatiua, cuius effectus eſt, vt repreſentatio dicatur excluſa. Pancirol. conſ.170. nu.
16. Honded. conſ.63.n.19.21.lib.2. Rimin. iun. conſ.75. nu.
29.& ſeqq. lib.1. Gabr. conſ.112.n.26.lib.2. Gratian. diſcept.629.num.22.& diſcept.836.nu.19. Menoch. conſ.269.
num.51.& præſ.95.num.29.lib.4. cum alijs innumeris videndis apud Peregr. de fideic. art.21.num.3. Gabr. eod. tit.
concl.3.num.3. Fuſar. d. quæſt.485. num.25. Barboſ. clauſ.
138.num.2. Rubeum in ſing. Rot. Roman. p.4. clauſ.688.nu.
4.vol.2. Robl. de repreſent. lib.3.c.10. Cenſal. ad Peregr. de
fideic. art.52. in fine. Amat. reſol.1.num.40.lib.1. Altograd.
conſ.58.num.86.lib.1. Siluatic. ſen. conſ.74.num.30.45.&
Siluatic. iun. conſ.26.num.11.12. Cancer. d.c.21.num.307.
Redenaſc. d. conſ.79.n.2. Rota in rec. dec.287.n.10.p.4.to.
2.& dec.214.n.13.p.9.to.2.

95 Iſta pariter coniectura non videtur turbari ab ijs, qui in oppoſitum adduci valent, & maximè Cephal. conſ.
489.num.59.60. cum ſeqq. Odd. conſ.39. num.38. Decian.
conſ.55. ſub num.43.lib.3. Menoch. conſ.124. num.67.78.
86.& conſ.357.num.32. pleuè Surd. conſ.325. Cabal. conſ.
114.num.23.24.lib.2. Altogrnd. d. conſ.65.n.15. Siluatic.
iun. conſ.26.n.36. Peregr. de fideic. art.21.n.20.& ibi Cenſal. in obſeru. Fuſar. d.q.485. ſub nu.26. Rota in diu. d. dec.
426.n.5.p.4.

96 Nam, vltra quod contra iſtos eſt communiſsima, & receptiſsima ſententia, eorum opinio forſitan venit tantummodò recipienda, vbi verſamur in diſpoſitione legis, vel ſtatuti; ſecus, vt modò in diſpoſitione hominis; quemadmodum declarat Gratian. diſcept.629. num.23.
vbi allegat. Marth. de clauſulis clauſ.147.p.1.& p.3. clauſ.
74.num.2. Rot. in diu. dec.708.n.7.p.1.

Ex quibus omnibus pro excluſione repreſentationis videtur concludendum, huc etiam aduocata illa con-
97 cluſione in hac materia paſsim vſurpata, quod quæ non proſunt ſingula iuncta iuuant, de qua in iſtis terminis
Socin. iun. conſ.116. ſub n.22. verſ. iuxta illud lib.1. Altograd. conſ.67.n.36.vol.1.

Nequè officere videtur ponderata clauſula in ſtirpem & non in capita; minuſque obſtare videntur illius operandi virtutes excogitatæ circa aliquas ex nunc re-
98 cenſitis coniecturis; adeovt eadem clauſula ſtante.

Ceſsarè quartam ex ijſdem coniecturis dixerunt.
Socin. iun. conſil.20.num.8.lib.3. Menoch. conſil.124.num.
94. verſ. reſpondeo, & tertio, lib.2. Fuſar. d. quæſt.485.num.
103. Altogrnd. conſ.65.num.43.lib.1. Andreol. contr.87.n.
5.9.p.1.

99 Silere quintam coniecturam firmauerunt. Pariſ.
conſil.38.numer.9.10. lib.2. Menoch. d. conſ.124. numer.
67.& ſeqq. Fuſar. d. quæſt.485. numer.51. & ſub numero 52.

100 Et non eſſe curãdũ de ſexta coniectura tradiderunt

Digitized by Google

Burſat.conſil.67.num.22.lib.1.Port. conſil.55. numer.94. Menoch.d.conſil.124.num.87.& conſil.357. num.30. Petra de fideic.quæſt.11 num.132.Peregr.eod.tr. art.21. nu. 18.Fuſar.d.q.485.num. 30.Altograd.conſil.65. nu.17. lib. 1 Siluatic.iun.d.conſ.26.n.34.Andreol.contr.29. n.5. p.1. Rota in diu.dec.426.p.4.

Quoniam,quoad dictam clauſulam *in ſtirpem, & non in capita* generaliter ſumptam ſatis eſſet dixiſſe, quod
101 ſicuti ceſſante repreſentatione ceſſat ſucceſſio in ſtirpes. *Marth.de ſucceſs.legal.p.1.q.20.art.2. & de clauſ. p. 3.clauſ.43.num.14.15.Altograd.conſil.63.num.12. lib.2.*

102 Ità eadem raprefentatione circumſcripta, ipſimet clauſulæ non eſt locus.*Burſat.conſ.61.num.22.Barz. dec. 93.n.21.Decian.conſ.1.n.394.vol.1.Rot.in rec.dec.102.n. 24.p.4.tom.2.*

103 Sed vlterius ſciendum eſt,duplicitet *ipſam clauſulam* poſse accipi.

Vel,vt habili, ac proportionato eueniente caſu conſideretur tamquam poſita ad di rimendam acerrimam illam iuris diſpoſitionem, iam vigentem inter *Accurſ. ex vna;& Azon.ex alia*: illum putantem quod nepotes ex diuerſis fratribus, & ſic patrueles admitti deberent ad ſucceſſionem patrui in ſtirpes,& non in capita:iſtum exiſtimantem, quod huiuſmodi nepotes eſſent admittendi ad dictam ſucceſſionem in capita, & non in ſtirpes; vt animaduertunt indiuidualiter *Marzar. conſil.3. ſub num.4.Socin.ſen.conſ.104.num.4.lib.3.Curt.iun. conſ. 128.num.3.lib.3.Honded. conſ.63. num.28.29. lib.2. Peregr.conſ.65.num.31.lib 1. Capra conſ.123. in fin. Burſatt. conſil.170.lib.2.Barz.dec.93.n.20.Fuſar.d.q.485. ſub nu. 116.vbi concordan.Altograd.conſil.67. num.24. lib.1. & bene conſil.60.ſub num.60. verſic. & ſic ſi cum ſororibus lib.2.Siluatic.ſen.conſ.74.num.57.Surd. conſ.362. ſub nu. 19.verſ.quarto reſpondeo.Leoncil.dec.82. ſub num.8.verſ. verbum autem, & n.9.Rota in rec.dec.287.nu.9.p.4.to.2.*

Vel, vt *eadem clauſula* cenſeatur poſita ad finem inducendi repreſentationem,vt dictum eſt ſuprà cum D. D.ibidem recenſitis,& allegatis.

Cæterum in hoc vltimo ſenſu non debet *ipſa clauſula* accipi,maximè in præſenti ſacti ſpecie.

104 Quia, licet ſucceſsio ex vi repreſentationis dicatur ſucceſsio in ſtirpes, vt patet in locis ex aduerſo indicatis,nihilominus nullibi reperitur, quod è conuerſo diſpoſitio ordinata pro facienda ſucceſsione in ſtirpes importet neceſſariò repreſentationem, vt *pulcbrè conſiderat,& probat,poſt Marzar.d.conſ.3. num.4. Honded. conſ. 63.num.27.28.lib.2.Siluatic.ſen.conſil.5.num.36.& DD. in contrarium adducti* videntur moueri parum ſolida ratione, dum enim dicunt, ideò ex vi *dictæ clauſula* dari repreſentationem ad hoc, vt nepos concurrat cum pa-
105 truo,quia ſtirps conficitur ex pluribus,& diuerſis gradibus, & vnum corpus reputatur ex toto ipſo genere, adeovt nulla ſit differentia inter paulo proximiorem, & paulò remotiorem, cum vnitatis ratione remotior æquetur proximiori, ſicuti videre eſt præ alijs apud *Menoch.conſil.124.num.67.& conſil.793. nu.10. & præſ. 95.n.35.36.lib.4.Fuſar.de ſubſt.d.q.485.n.51.& ſub num. 115.verſ.ratio eſt.Altograd.conſ.58.n.31.conſ.65. ſub nu. 5.6.& conſ.67.ſub nu.23. verſ. et ratio lib.1. Siluatic.iun. conſ.26.num.31.Honded.conſ.63.n.5.lib.2. Andreol. contr.29.ſub n.4.p.1.*

106 Incidunt nedùm in maximum abſurdum, cum retenta pluralitate, & diuerſitate graduum in ſtirpe contentorum,opus ſit, vt per eoſdem admittantur non ſolùm nepotes, ſed & alij longè vlterioris gradus, ſi qui adſint, tamquam comprehenſi in eadem pluralitate graduum,vna cum patruo ad ſucceſsionem alterius patrui; quod quantum a veritate diſtet omnibus eſt compertiſsimum.

Sed inſuper,præſcindendo ab hoc abſurdo, nec minus dicta ratio vigere poteſt,quoniam ex ſuppoſita per aduerſarios pluralitate, & diuerſitate graduum in ſtirpe apparet, ipſos loqui de ſtirpe, provt per tractum ſucceſsiuum prouenit ab auo, proauo,vel alio etiam in vlteriori aſcendenti gradu poſito: quod nullo modo videtur tollerandum;nam oporteret admittere ſententiam eorum,qui voluerunt ad dignoſcendum, an ſit lo-
107 cus repreſentationi, attendendam eſse perſonam aſcendentis teſtatoris fideicommittentis, & ità modò Antonij,provt etiam placuit *Ruin.conſil.142.numer.54. & conſ.163.num.13.14.lib.3.Decian.conſ.1.num.303.& conſil.28.num.10.lib.1. Cephal. conſ.16. num.32. & ſeqq. et conſil.333.conſil.357. num. 2.4.cum ſeqq. & conſ.465. num.6.ac ſeqq.Menoch.conſil.124.num.84.conſil.528. ſub num.29.& ſeqq.Honded.conſil.70.num.20.et ſeqq. lib.1. Petra de fideic.quæſt.11. numer.64. et latè infrà Intrigl.de ſubſt.cent.3.quæſt.84.numer.4. Andreol. contr.143. num. 14.p.2.Fuſar.eod.tr.quæſt.485. nu.22. Mantic. de coniect. lib.8.tit.9.num.3.4.Altograd.conſ.65.num.10.conſ.67.n. 1.lib.1.*

108 Quorum tamen opinio videtur hodiè exploſa,cum ad effectum prædictum perſonam grauati vltimo loco defuncti, & ſic nunc Petri inſpiciendam eſse ſolidè firmauerint.*Alex.conſil.36.num.5.& conſil.171.n.8. in fin. lib.2.Curt.iun.conſil.128.et num.11. Corn. conſ.22. col.6. verſ. item ſecundo infertur lib.2. Socin.iun. conſil.20.col. fin.lib.3.Peregr.conſ.108.num.11.lib.3.et conſil.63. num. 19.lib.4.et de fideic.art.21.ſub num.8.verſ.ſed ego. Altograd.d.conſ.67.ſub n.1.verſ.ſinè malimus,vbi quod eſt opinio communis neotericorum lib.1.Caball.conſ.114. num.3. Decian.conſ.26.num.74.lib.2.Odd.conſ.39.n.29. Fuſar.de ſubſt.d.q.485.n.23.*

Et illorum ſententia videtur certiſsima, ſi verum ſit provt veriſsimum putatur, quod ea fundetur in illa
109 concluſione quod in fideicommiſsis attendi debet proximitas grauati,& non grauantis, quam hodiernis temporibus eſse indubitatam patet *ex innumeris congeſtis ab Antonin.Amat.reſol.10. num.2. et per tot. vbi pleniſsimè.Peregr.de fideic.art.20.ſub numer.2. verſ. contrarium verò.Molin.de ritu nupt.lib.3.q.34. numer.33. Altograd.conſ.47.num.66.67.et conſ.95.num.22.lib.2. Fuſar. qui omnes conglomerat de ſubſt.q.484.num.10. quibus accedit Rota in rec.dec.109.num.9.p.5.dec.98.numer.11. et dec.135.num.10.p.8.dec.108.num.23.p.9. coram Buratt. dec.107.num.1.dec.682.num.1.cum ſeqq.et dec.744.n.6. coram Duran.dec.115.num.5.ac dec.52.num.1.coram Canaler.dec.465.num.1.et coram Otthobon.dec.21.num.1.2. 3.vbi, quod hanc opinionem ſemper approbauit hoc ſacrum Tribunal.et dec.35.numer.2. vbi quod de hac opinione non licet amplius dubitare, et alibi vt per Rubeum ſen. in ſing. Rot.Roman.p.2.ver.proximus.§.1.et p.2. verb. Ancharanus.§.4.n.7.vol.2.*

Vltra quam quod dicta ratio non videtur aliquo modo nunc poſse applicari,quia eſto in ſtirpe, vt ſuperius ſumpta plures,& diuerſos gradus reperiri,vt dicunt aduerſarij,adhuc cum teſtator voluerit ſuccedi ſalua graduum prærogatiua,videtur,quod pluralitas, & diuerſi-
110 tas illa graduum ſuerit neglecta, & eorundem graduum prioritas,ſeù proximitas demandata. *Auth.defuncto.Cod.ad Tertul.Pariſ.conſil.90.numer.49.in fin.vol. 2.Graſs §.fideicommiſsum quæſt.11.numer.8. vbi quod eſt indubitatum.Marzar. de fideicom. p.2. quæſt.32. Siluatic. ſen.conſil.74.ſub numer.45.58.Altograd.conſil.47.nu.63. lib.2.*

Cui præordinationi ſi iungantur præſumptiones, & coniecturæ ſuperius adductæ pro excluſione repreſentationis, res videtur in præſenti extrà omnem dubitationem.

111 Adeovt

111 Adeovt non officiat, quod proximitas illa verifi-
cetur,non tantum in patruis, ſed etiam in nepotibus,
quos ex vi repreſentationis in ſucceſsione dici æquè
proximiores cum patruis, & ſi expreſsim proximiores
fuerint vocati fatentur *Corn.conſ.24.in fin. et conſil.131.*
num.10.lib.2.Decian.conſil.7.num.80.lib.1. Cephal. conſ.
465.numer.13. Menoch. conſil.357.num.27. et ſeqq.Theſ.
dec.65.Peregr.de fideic.art.21.num.17.Fuſar.de ſubſt.qu.
485.num.37.et ſeqq.vbi plenè.Altograd.conſil.65.numer.
25.lib.1.Poſſent.ſing.32.contr.diſcept.forenſ. cauſ.23.nu.
153.tom.1.Rot.in diu.dec.426.num.5.verſic.tertia, et n.
ſeq.p.4.et in rec.dec.5.num.22.23.par.6. et coram Duran.
dec.36. num.17. cum ſeqq. tom.1. cum in hâc materia
proximioritas conſideretur,non reſpectu ſanguini, ſed
ſucceſsionis.*Corn.conſ.101.num.7.lib.4.Honded. conſ.70.*
num.44.lib.1. Menoch.conſil.124.num.104. et conſil.211.
num.87.Gabr.conſil.86.numer.3. lib.1. Altograd.d.conſil.
65.num.38.39.lib.1.et conſil.47.num.69.lib.2.Caſtil.con-
tr.iur.lib.3.cap.19.ſub num.304.et numer.313. Peregr.d.
art.21. numer.9. et ſub numer.12. Fuſar. conſil.26. et de
ſubſt. quæſt.357. vbi latè, et d. quæſt.485. ſub numer.3.
verſic.et reſpondendo, et ſub num.40. verſic. quinto, et
ſub num.46.Rot.in diu.d.dec.426.n.6.p.4.et in rec. d. dec.
5.n.24.p.6.

Quoniam hoc obiectum ſic incidenter poſitum,ſup-
ponit id, de quo diſputatur, & ſic obtinet ſolummodò
ſuis retentis terminis, nempè quando eſt locus repre-
ſentationi, ſecus ea circumſcripta, vt in præſenti,per
ſuperius tradita; & ad ſummum poſſet procedere,
112 quando in diſpoſitione hominis non eſset facta men-
tio de gradu, ſecus, vt nunc, dicta mentione facta;
ex *Siluatic.ſen.conſ.74.ſub n.53.*

113 Additur pro eneruatione rationis ab aduerſarijs
traditæ,quod retenta qualitate ſtirpis, ceù a fideicom-
mittente prouenientis, opus eſt vnicam duntaxat po-
nere ſtirpem,vt ex ſe patet: conſequenter, & aſſerere
per ſubſequentem clauſulam *Salua gradum prærogatiua*
ſeruandam eſse eandem prærogatiuam inter illos de
ipſa vnica ſtirpe; vt *per Pariſ.conſil.40. num.31.32.lib.*
2.Socin.iun.conſil.143.num.81.et conſil.149.num.8.lib.2.
Port.conſ.8.dub.2.Decian.conſ.1.num.394.lib.1.Siluatic.
iun. conſ.26. num.35.38. Peregr. de fidcicom.art.21. nu-
mer.19.

Succeſsiuè, & concedere huiuſmodi prærogatiuam
patruis tamquam anterioribus,contra nepotes, veluti
remotiores,ex quo tam illi, quàm iſti in eadem ſtirpe,
ex ſuppoſito ſunt comprehenſi.

114 Nequè huic ponderationi videntur officere tradi-
ta *Siluatic.iun.d.conſil.26.à n.39.cum ſeqq.*quoniam, ſi
rectè perpendantur, aliud non videntur importare,
quam vel repetitionem principiorum, vel ſuppoſitio-
115 nem eorum,de quibus controuertitur; contra nota-
ta *à Rimin.iun.conſ.413.num.54.Altograd.conſ.69. num.*
118.lib.2.

Inſuper, cum ex àntecedentibus clauſulis fuerit ex-
cluſa repreſentatio, vt vidimus, ſequeretur per ſequē-
116 tem clauſulam *in ſtirpem, & non in capita* voluiſse te-
ſtatorem ſe corrigere incontinenti, quod non præſu-
mitur.*l.non ad ca.ff.de condit.& demonſtr. Mantic. de co-*
niect.lib.12.tit.1.num.2.Menoch. præſ.165. à num.1. cum
ſeqq.lib.4.Fuſar.de ſubſt.quæſt.480. num.42. Surd.conſil.
362.numer.15.Honded.conſil.41.numer.25.lib.1.Siluatic.
iun.conſil.49.numer.26.Gratian.diſcept.416. num.5. tom.
3.Rot.in rec.dec.207.num.8.p.4.tom.2.& dec.9. num.11.
par.6.

Vlterius ex *eadem clauſula in ſtirpem,&c.*reſultat vni-
ca duntaxat coniectura pro repreſentatione inducen-
117 da,vt penes *omnes præallegatos DD.*apparet,ſic tamen
vt accipiatur, ceù coniectura neceſsariò non conclu-
dens.*Decian. conſil.1.ſub nu.394.vol.1. Siluatic. ſen. conſ.*
74.ſub num.57.verſ.hæc enim: vndè, cum plures conie-
cturæ in aduerſum fuerint ponderatæ, & deductæ, ijs
118 vtiquè illa cedere debet.*l.3.§.1.ff.de teſtib. Surd. conſ.*
1.n.60.& conſ.383.num.25.Barboſ.axiom.186.n.4.& in
iſtis terminis Fuſar.de ſubſt.d.q.485.ſub n.119. Altograd.
conſ.67.ſub n.41.lib.1.

Deniquè,cum prætendatur in præſenti caſu,tacitam
prouiſionem iuris pro repreſentatione extitiſse, ſecun-
dum potiorem hic in principio ad ſeriem iuris com-
119 munis poſitam theſim,fruſtranea, & ſine effectu ope-
randi fuiſset dicta clauſula, eandem prouiſionem ex-
preſsè præſeferens,iuxtà axioma vulgatum, fruſtra &
ſine vlla operatione ex primi,quod tacitè ineſt. *l. condi-*
tiones,quæ extrinſecus. ff. de condit. & demonſtr. Barboſ.
axiom.90.num.15.Altograd. conſ.68. num.37. lib.2. Fu-
120 *ſar.de ſubſt.q.483.numer.6. in fine*: & tamen nedum
actus fruſtratorios quis non præſumitur facere.*l.p.ff. ad*
municip.l.vnic.C.de theſaur.lib.10. Surd. conſil.307. num.
15.lib.4.Barboſ.axiom.11.num.4. ſed clauſulæ quinimò
121 verba nullo modo ſuperflua,& otioſa manere,ſed ali-
quid operari debent.*l.3.ff. de iur. iuran. c.ſi à Iudice de*
appell.in 6.Crauet.conſil.23.num.3.Surd.conſil.218. num.
15.Barboſ.axiom.222.num.11.Pgiant.ad Stat.Ferrar.lib.
2. Rubric.143. ſub numero 80. verſic. quippe nullum
tom.2.Rota coram.Greg.dec.516. num.4. coram Caualer.
dec.494.n.2.

Igitur, cum ſumi oporteat *dicta clauſula in ſtirpem &*
122 *non in capita* in priori allato ſenſu, quoniam alius ex
cogitari modo non poteſt.*arg.à traditis per Alex.conſil.*
34.num.8.lib.5. Rota in rec.dec.251.n.24.p.8.

Et quoniam eo poſito euitatur contrarietas ſuperius
123 tacta a verbis teſtatoris dimanans, vt fieri debet,
etiam conciliàndo in qualibet diſpoſitione. *l. vbi repu-*
gnantia de reg.iur.c. cum expediat de elect. in ſexto. Surd.
dec.276.num.3.Barboſ.axiom.58.num.1. ac etiam relin-
124 quendo naturam eiuſdem *clauſulæ in ſtirpes, & non in*
capita; vt per Curt. ſen. conſil.43. col. pen. in fine.Præt.de
coniect.lib.3.interpr.3.dub.4.ſol.3.nu.29. Surd. conſ.362.
num.16.

125 Et quoniam tunc demum *præfata clauſula* inducit
repreſentationem, quando aliter verificari non poteſt
ſecus vbi verificatio illius alibi haberi poteſt, vt nunc
retento dicto priori.*Decian.conſ.1.ſub n.394. vol.1. Sil-*
uatic.ſen.d.conſ.74.ſub n.57.

Et deniquè,cum per immediatè ſubſequentem clau-
ſulam *Salua gradum prærogatiua*, vti poſteriorem re-
maneat derogatum præcedenti ipſi clauſulæ *in ſtirpem,*
126 *& non in capita*;iuxtà vulgatum axioma, quod poſte-
riora derogant prioribus.*l.1.in fin.ff.de ſtip.ſeru. l. pacta*
nouiſſima.C.de pact.Surd. dec.195. num.7. Barboſ. axiom.
*183.*canonizatum in præciſis terminis *à Siluatic.d. conſ.*
26.ſub num.16.in fin.& n.17.Rota in rec.dec.287.n.10.p.
4.tom.2.

Eoquè fortius, cum retentis terminis municipalis
ſanctionis,qualitatis fideicommiſsi particularis, & mē-
tis teſtatoris a coniecturis ſuprà poſitis erutæ, verſe-
mur in caſu,quo repreſentatio dicitur excluſa,& ſucceſ-
127 ſiuè, in quo dicta clauſula *Salua gradum prærogatiua*
regulat aliam clauſulam *in ſtirpem, & non in capita,*
ſecundum congeſta *à Fuſar.d.q.485. ſub num.30. & nu.*
119. Altograd.conſ.65.ſub num.17. & conſ.67. ſub n.41.
lib.1.

Sequi videtur de eadem clauſula *in ſtirpem, & non in*
capita nullo modo eſse curandum, cum ſimus in caſu
habili, & proportionato, cui ipſa ſecundùm dictum
ſenſum,& intellectum poſsit applicari.

128 Ipſaque ſublata videntur ceſsare omnes illius effe-
ctus ſuperiùs conglomerati.*arg.c.cum ceſſante de appell.*

l.adr.

Digitized by Google

l.adigere.§.quamuis. ff. de iurepatr. Thomaſ. reg.71. Barboſ.axiom.40.num.4.Rota in rec. dec.11. n.6.p.8. & dec. 32.n.16.p.9.

Præterquam quod effectus ipſi non videntur vndoquaque tuti.

129 Quod enim clauſula *in ſtirpes, & non in capita* minimè officiat quartæ ex recenſitis ſuperiùs coniecturis, voluerunt longè *plures D.D. recenſiti, & ſequuti à Peregr.conſ.65.num.31.lib.1.Fuſar.de ſubſt.d.q.485. num.75. & 104.*

130 Quod quintæ coniecturæ non præbeatur impedimentum ab eadem clauſula *in ſtirpes, & non in capita*, dixerunt *Socin.ſen.conſ.104.num.5.6.lib.3.Curt.ſen.conſ.42.col.vlt. Pariſ. conſ.40. num.32. & ſeqq.lib.2. quorum meminit Fuſar.in d.quæſt.485.num.52.* Et multò magis, dum videtur eſſe ſatis firmatum, nos eſſe in caſu, qui repreſentationem non admittit, ſecundum congeſta à *Pariſ.conſil.37. num.49. & ſeqq. Burſatt. conſ.170. num. 48.49. Peregr. conſ.51. lib.3. Fuſar. d. quæſt.485.numer. 122.*

131 Et quod deniquè ſexta coniectura ſuum robur obtineat, non obſtante dicta clauſula *in ſtirpes*, firmarunt
multi, quos per diſcurſum recenſui; & præciſim *Marzar.
de fideic.p.2.q.34.Torniel.inter.conſ. Porty conſ.51. num.
2.Burſatt.conſ.71.num.5.Honded. conſ.63. num.31. lib.2.
Fuſar.d.quæſt.485. numer.31. vbi de veriori Siluatic.ſen.*
132 *conſ.74.ſub num.58.* & euidentius, ob excluſionem repreſentationis modò interuenientem, vt dixi, iuxtà notata *à Fuſar.in d.q.485.n.122.*

Hæc omnia videntur aduerſus dictos nepotes certiora fieri, ponderando, quod in teſtamento præſenti
non eſt concepta clauſula, circa quam nunc exagitatio
conſpicitur ſub numero plurali in *ſtirpes* ſed ſub numero
ſingulari *in ſtirpem*, quod videtur non fuiſſe factum
ſine miſterio, vt in terminis diſpoſitionis teſtatoris, qui
133 vſus fuit numero ſingulari, obſeruat, poſt *Burſatt.conſ.
228.num.50.Surd.conſ.375.ſub num* 10. quaſi contentus
teſtator fuerit de admiſſione vnius ſtirpis, ſicque anterioris, omiſsa poſteriore, dum ſtatim ſubdidit *Salua*
134 *graduũ prerogatiua*, ſecundùm quam nulli dubium eſt,
conſideratam fuiſse gradus prioritatem. *Siluatic.ſen.
conſ.74.n.30.Altograd.conſ.47.n.63.lib.2.cum alys ſuperius adductis.*

Et quam prioritatem, & poſterioritatem admitti in-
135 ter ipſas ſtirpes videtur certo certius, cum quælibet
ſtirps incipiat a proprio cuiuslibet patre, & genitore.
*Menoch.conſ.328.num.31.32.& conſ.376.num.33.34. et
præſ.88.n.9.lib.4.Siluatic.iun.conſ.26.num.46. & ſub nu.
69.Peregr.conſ.58. nu.8.lib.4.Redenaſc.conſ.90.num.93.
lib.1.*

136 Vndè, cum omnes DD. admittentes repreſentationem, & concurſum nepotis cum patruo in vim *præfatæ clauſulæ* loquantur quando ipſa eſt concepta ſub numero plurali *in ſtirpes*; inſerrentes propterea omnes ſtirpes fore admittendas, ſic operante neceſsitate, & efficacia vocationis ſtirpium, vt patet præ cæteris apud *Siluatic. iun.d.conſil.26.numer.31.ad fin.& num.70. ac alibi ſæpiſſimè per diſcurſum. Peregr.de fideic.art.20.ſub numer.8. & art.21. numer.19. ac d. conſil.58.ſub numer.8. volum.4.*

Poſſet dici, vim, & effectus *eiuſdem clauſulæ* non
eſſe ſpeciei præſentis facti applicabiles, ceſsante illa vo-
137 catione *ſtirpium*, quæ ceù pluralis numeri dualitatem
ſaltem requirit *l.libertas.§. vltimo.ff.de manut. tex. in l.
fin.ff. ad Trebell. c. pluralis locutio de reg.iur. in 6. Surd.
conſ.364.num.37.Fuſar.de ſubſt.quæſt.358. num.11. Barboſ.axiom.179.num.1.Fagnan.in c.cauſam num.36.de electione*: ad differentiam vocationis *ſtirpis*, quæ tamquam
138 numeri ſingularis vnitate duntaxat contentatur. *gloſ.
in l.fin.§.ſi autem.C.de iur.de liber.Crauet.conſ.180. nu.3.
Natta conſ.502. numer.35. Menoch.conſ.329. numer.26.
Rimin.iun.conſil.605.num.35.36.Surd.conſ.365.n.10.lib.
3.Andreol.contr.19.n.5.*

Conſequenter, & per admiſsionem patruorum, veluti in ſtirpe anteriori cenſeri ſatisfactum ordinationi teſtatoris, & de ſtirpe nepotum, tamquam remotiori non eſſe habendam rationem.

Ex quibus, ſicuti videntur ſublata potiora fundamenta iacta etiam ſuper iure repreſentationis; ſic omiſsis
multis alijs, tum in comprobationem omnium hactenus deductorum, tùm in proſternationem nonnullarum
præſumptionum ad fauorem nepotum promiſcuè ex-
139 cogitarum, vtpotè officientium, nihil, ſeù parum,
quod ob æquiparationem eſt idem. *l.quam vis.ff.de condit.& demonſtrat.c. coram dilecto de off.deleg.c. licet cauſam de probat.Menoch.conſ.96. num.8. & conſ.184. num. 3.Surd.conſ.197.num.2.Maceraten reſol.18.num 6.lib.2. Mangil.de imput.q.51.num.7.Barboſ. axiom.175. Rota in rec.dec.360.n.8.p.9.tom. 2.Zacch.de oblig.Camer.poſt eius tract.dec.233.n.10.*

Videtur, eoſdem nepotes omninò debere excludi ex
140 hoc quoquè iure repreſentationis, cum & contra
eam in dubio ſit ſtandum, & pronunciandum. *Menoch.
conſ.200.num.41.& de præſumpt.lib.4.præſ.95. numer.3.
Intregl.de ſubſt.cent.3.q.87.in fine.Fuſar.eod.tract.q.485.
num.131.Barz.dec.93.in fine Cyriac.contr.8. numer.141.
tom.1.*

Atque ità per modum dubitandi, &c.

141 Quemadmodum Iudices ſtudere debent, vt partes tranſigendo ad concordiam reducantur; ex placito *Sacr.Conc.Carthagin.relat.in c.ſtudendum.90.diſtinct. de quo Redenaſc.conſ.49.num.18.* Et, vt familiariter diremptis litibus pax, & quies inter ipſas conſeruetur; ex monitis per *Summ.Pontif.Fælic.2.in Epiſt.1.cap.3. Athanaſio, & omnibus Oriental.Epiſc.conſcripta, ac redacta in c.ſi.primates 5.quæſt.2.de quo Gallerat.de renunc. cent.1. renun.18. ſub num.8.tom.2.Fuſar.in puncto conſ.102. in fine.*

Ità, dexteritate inter hoſce patruos, ac nepotes enixè
142 & ardenti ſtudio pertractata, ſicuti præſertim in
arduis articulorum dubietatibus fieri debet. *Signorol.
conſ.227.in fin.Marcabrun. conſ.19. à num.92. Redenaſc.
conſ.99.nu.4.* nodus quarumcunque difficultatum acriter excitatarum *intrà domeſticos lares communi voto concorditer fuit diſſolutus de anno* 1662. taliter, vt impoſterum quilibet ex diſſentientibus plauſibili cantu illud Poetæ ſibi vſurpauerit.

Sit nox cum ſomno, ſit ſine lite dies.

COLLVCTATIO XLII.

ARGVMENTVM.

Dotis receptæ confeſſio facta à marito conſtante matrimonio latiſsimè examinatur, & ex multis coniecturis adductis, præuia præſumptionum in aduerſum ponderatarum profligatione, ſimulatio illius detegitur. De ratione redditionis per adminiſtratores reddenda tractatur. Et veſtimenta, ac iocalia data ſponſæ, quando donata cenſeantur diſcutitur.

SVMMARIVM.

1 *Actore non probante reus abſoluitur.*
2 *Dotis repetitio non competit mulieri, non data iuſtificatione crediti dotalis, & n.45.*
3 *Agens ſine actione repellitur à iudicio; etiam ex officio.*
4 *Scriptura informis nihil probat: priuata debet recognoſci, ad hoc vt probet n.5. priuata recognita facit eandem fidem, quam faciunt documenta publica, & n.6.*
7 *Dotis vera numeratio, vt probetur, exigit alia, quam ſolam viri confeſſionem de recepto.*
8 *Confeſſio de recepto non probat regulariter numerationem. Limita, vt n.5.*
9 *Confeſſio dotis receptæ facta à marito, ſi aliundè non iuſtificetur, præſumitur ſimulata, & facta in fraudem donationis inter virum, & vxorem prohibitæ. Limita, vt nu. 14.16.17.18.19.*
10 *Stat. Ferrar. lib.2. Rub.108. affertur; declaratur numer. 11.12.*
13 *Qualitatibus Statuti non verificatis, eidem non eſt locus.*
16 *Matrimonium regulariter non contrahitur ſine dote: ſed poteſt eſſe ſine dote n.41.*
17 *Confeſſio dotis receptæ iuſtificatur ex præſumptionibus allatis, & n.n. ſeqq. contra tales præſumptiones inſurgitur ſpetialiter n.39.40.42.44.*
18 *Mulier præſumitur dediſſe omnia ſua bona in dotem, ſi talis extet conſuetudo.*
20 *Confeſſio dotis receptæ probatur ſimulata apertè ex coniecturis, quæ coniecturæ adducuntur à num.22. vſque ad num.35.*
21 *Simulatio probatur coniecturis, & præſumptionibus; Saltem ſimul iunctis n.36.*
25 *Vidua indiget maiori dote, quàm virgo.*
26 *Iactare ſuum nemo præſumitur.*
28 *Simulatio præſumitur in ſcriptura facta clam, & occultè; & in ſcriptura diù occultata n.30. & vbi modus inſolitus eſt adhibitus n.31.*
29 *Tempus diuturnum, eſt ſuprà decennium.*
37 *Simulatio operatur, vt actus careat ſubſtantia, & ſit ipſo iure nullus.*
38 *Præſumptiones validiores ſuperant debiliores, & numer.51.*
43 *Stuprator ſi eligat ducere ſtupratam, tenetur illam ducere indotatam.*
44 *Simulationis exceptio perpetua poteſt opponi, etiam ſtante lapſu temporis præſcripti ad opponendum exceptionem, non numeratæ pecuniæ.*
46 *Confeſſio dotis receptæ facilius operatur contra hæredes mariti. Declara num.49. præſumptiones pro ea ſtantes, ſunt anteponendæ alijs pro ſimulatione adductis. nu.47. declara n.50.51. pro illius veritate in dubio eſt iudicandum, n.48.*
52 *Dubium quid ſit.*
56 *Error calculi, qualiter ſit probandus, & n.n. ſeqq.*
57 *Inuentarium eſt principium, & caput redditionis rationis, quomodò deſcribendum ſit, num.62.64. Debet exhiberi ab adminiſtratore num.63. minus legitimè confectum, perindè eſt, ac ſi nullo modo fuiſſet confectum, numer.65.*
66 *Libri rationum, quomodò ſint conficiendi, & num.70. Debent exhiberi ab adminiſtratore, num.67. non autem produci in actis numer.68. confecti præſumuntur à quolibet adminiſtratore, num.69. non probant pro adminiſtratore, ſi legitimè, non ſint confecti num.71. debent cautè cuſtodiri ab adminiſtratore, num.74. quando illius non creditur, num.78. ſunt reſtituendi ab adminiſtratore, numer.95.*
72 *Scripturæ amiſſio caſualis, & ſine culpa, probatur iuramento eius, qui amiſiſſe aſſerit. Limita numero 75.*
73 *Scripturæ amiſſio, vt probata dicatur, quæ requirantur, & num.76.*
77 *Adminiſtrator non iuuatur partitis, quæ non ſunt iuſtificatæ, tenetur ſoluere reliquatum n.94. & libros rationum reſtituere n.95.*
78 *Libri priuati ſi contineant aliquas partitas falſas, in cæteris non probant: è contra verificatis aliquibus partitis, in cæteris præſumuntur veri, numer.79. Declara n.80.*
81 *Redditio rationis qualiter ſit facienda, quando teſtator liberauit adminiſtratorem ab illa.*
82 *Adminiſtrator quando teneatur de non exactis: & vſquè ad n.93. vbi pleniſſimè.*
96 *Veſtes, & iocalia pretioſa data cenſentur ſponſæ ad vſum, & ideò ſunt reſtituenda; ſecus in veſtibus, & iocalibus quotidianis, & num.97. amplia; vt num.98. declara n.99.*
100 *Annulus ſponſalitius an cenſeatur donatus ſponſæ, & n. n. ſeqq. vbi latè. Affertur conſuetudo Ferrariæ numero 106.*
105 *Solutio præſupponit debitum, & refertur ad titulum præambulum.*
107 *Conſuetudo iudicandi inducitur per binam iudicaturam.*
108 *Conſuetudo loci dominantis ſeruatur in locis ſubiectis, vbi diuerſa particularis, non vigeat.*
109 *Donatio veſtium, & iocalium pretioſorum ſubſiſtit.*
110 *Stat. Ferrar. lib.2. Rubric.101.102. Affertur, & numer.112.*
111 *Clauſula renuntians omnibus auxilijs legum, &c. quid importet.*

DVabus precipuis partibus præſentem iuris examinationem puto expediendam: in quarum altera *præſūptiones circa confeſſionē dotis, ſiuè fauorabiliter, ſiuè aduerſanter reſpicientes trutinæ ſubijcientur,* in altera *redditionem rationis ab adminiſtratore inducendam, prout caſui præſenti applicabilem, ſtrictiſſimè perpendemus.*

PARS PRIMA.

Quo ad præſumptiones circa dotis confeſſionem.

NVlla adhuc datur probatio crediti dotalis pro parte Mariæ deducti aduerſus D. Franciſcum de Vitalibus, nunc hæredem olim Petri Mariæ mariti ex primo coniugio eiuſdem Mariæ: ſubindequè intrāt
1 non ſolum *vulgatiſs. axioma iuris*, quod actore non probante reus, & ſi nihil præſtiterit abſolui debet. *l. qui accuſare. C. de eden. c. inter dilectos de fid. inſtr. Surd. conſil. 328. num.1. & de aliment. tit.9. q.12. numer.7. cum ſeqq. Trentacinq. tit. de probat. reſol.2. num.1.16. lib.2. Materaten. reſol.1. num.5. & reſol.37. num.6. lib.3. cum alijs innumeris ferè conſarcinatis à Barboſ. axiom.10. nu.2.3.4. et à me in colluct. legal.23. n.2.3.*
2 Sed indiuidua concluſio, qua firmatur, quod ſine iuſtificatione crediti dotalis, nullum ius, nullaque actio mulieri competit contra hæredes mariti pro illius reſtitutione ſoluto matrimonio; vt in *l. aſsiduis. §. cum enim verſic. ſi tamen res. C. qui potior in pign. habeant. l. ſi*

ex cau-

Digitized by Google

ac cautione, & ibi gloſ. verb. probare . C. de non numerat.
pecun. & habetur per D.D. in l. vbi adhuc. C. de iur. dot. ac
traditur à Sabel. var. reſol. & reſponſ. c. 29. in princ. Rot. in
rec. dec. 306. ſub n. 39. 40. par. 7. & in Roman. dot. 11. Febr.
1656. §. ratio, cui nitebantur, cor. R. P. D. Aloyſio . Beuila-
qua Ferrarien.

3 Proindè, ob defectum dictæ probationis ſublata
actione, nihil aliud remanet, quàm dictam Mariam
actricem repellere a limine iuditij; prout Iudicem de-
bere hoc exequi, etiam parte non petente, dixerunt.
Cyriac. contr. 321. num. 5. Mel. alleg. 18. numer. 2. & alleg.
101. n. 12. lib. 2. Rot. cor. Greg. dec. 119. n. 6. ego ipſe colluct.
3. n. 49. colluct. 4. n. 6. colluct. 5. n. 24. & colluct. 9. num. 16.
vbi concordan.

Non obſtat apocha ſcripta, vt aſſeritur, ac ſubſcripta
a præfato Petro Maria, in qua confitetur, ſe recepiſſe in
dotem, & pro dote à ſupradicta Maria eius coniuge
ſummam nunc in iuditio petitam.

4 Tùm, quia eſt ſcriptura informis, nihil ideò probans.
Auth. ſi quis in aliquo. C. de eden. c. 1. de fid. inſtr. Rot. in rec.
dec. 286. num. 4. p. 1. & dec. 77. num. 13. p. 5. & dec. 18. nu.
8. p. 7. & coram Merlin. dec. 900. num. 13. tom. 2. Et tan-
5 quam priuata indiget formali recognitione, ad hoc, vt
probet; ex DD. in l. admonendi. ff. de iureiur. & in l. ſcriptu-
ras. ff. qui potior. Socin. conſ. 274 num. 2. lib. 2. Maſcard. de
probat. concl. 1294. num. 28. & ſeq. Leoncil dec. 36. num. 3.
Scace. de iudic. lib. 2. c. 11. num. 897. Cyriac. contr. 35. nu. 8.
& contr. 129. num. 9. tom. 1. Gan. de credit. c. 2. num. 2599.
tom. 1. & ſeqq. Genua. de ſcript. priuat. lib. 1. q. 14. num. 2.
Pigant. ad Stat. Ferrar. lib. 2. Rub. 21. num. 18. Poſt. de ma-
nut. obſ. 98. num. 9. Mel. ad Gizzarel. dec. 41. num. 12. Tho-
mat. dec. 16. num. 13. tom. 1. & dec. 130. numer. 5. & dec.
143. num. 1. & dec. 170. num. 1. tom. 2. Rota apud Capnta-
quens dec. 99. num. 2. p. 2. & dec. 113. p. 3. & in rec. deciſ.
274. num. 16. & dec. 353. n. 90. p. 5. & cor. Cardin. Mantic.
dec. 33. n. 8.

6 Tùm, quia eſto, quod ſit recognita, proptereaque
eandem faciat fidem, quam documenta publica præ-
bent. l. publica. ff depoſ. Surd. dec. 265. num. 27. Magon. dec.
Lucenſ. 15. num. 17. & ſeqq. Vrſil. ad Afflict. dec. 85. num.
4. Cabal. conſ. 24. n. 13. Bertaz. de clauſ. in Rub. num. 3. Can-
cer. var. reſol. p. 1. c. 21. num. 62. vbi concordan. Rota in rec.
dec. 55. n. 10. p. 7. & in Patauin. penſ. 13. Iun. 1661. §. ſi qui-
dem, cor. Celſo.

Attamen, cum præſeferat duntaxat confeſſionem
dotis receptæ a marito factam conſtante matrimonio,
7 vtiquè nec officit, quia pro dotis vera numeratione
probanda non ſufficit ſola viri confeſſio de recepto
emiſſa, ſed alia exiguntur receptionem manifeſtantia,
cum dos, non quæ inaniter dotalium inſtrumentorum te-
nore conſcribitur, ſed quam realiter quis tradidiſſe docue-
rit repreſentetur, ait tex. in l. ſi quis poſt hac. C. de bon. pro-
ſcrip. de quo Rota in d. Roman. dotis 11. Febr. 1656. §. nec
dicatur, verſ. ſi quidem, cor. Beuilaq.

8 Eſtquè concluſio certa, numerationem regulariter
non probari per confeſſionem de recepto . l. Lucius. §.
tutela. ff. de adminiſtr. tut. Natta conſ. 543. num. 19. lib. 3.
Caren. reſol. 175. num. 4. Farin. de ſimul. qu. 162. num. 189.
Maſcard. de probat. concl. 815. num. 20. Mantic. de tacit. lib.
4. tit. 23. num. 31. verſic. quarta coniectura. Rota cor. Sera-
ph. dec. 302. num. 2. & coram Merlin. dec. 123. num. 4. tom.
1. & in rec. dec. 373. n. 19. 38. & dec. 585. ſub n. 2. verſ. cæ-
teræ vero, p. 4. & dec. 343. n. 17. ead. p. 4. tom. 2. & dec. 546.
n. 4. 5. tom. 3. & dec. 283. num. 5. p. 5. & dec. 55. n. 1. & dec.
335. n. 1. p. 6.

Adeovt non conſtito de dotis effectiua ſolutione,
9 præſumatur illa, de qua aliter non apparet, quam per
nudam mariti confeſſionem, ſimulata, & facta in frau-
dem donationis inter virum, & vxorem prohibitæ. Co-
uar. var. reſol. lib. 1. c. 7. num. 4. Pigant. ad Stat. Ferrar. lib.
2. Rub. 108. num. 1. tom. 1. Rota in rec. dec. 655. num. 1. p. 4.
& d. dec. 55. num. 11. & ſeqq. p. 6. et dec. 24. num. 2. p. 7. &
in Roman. dot. 21. Febr. 1650. §. 1. et 2. cor. Eminent. Iacobo
Corrado, et in d. Roman. dot. 11. Febr. 1656. §. nec dicatur,
verſic. in tantum, cor. Beuilaqua, cum alijs multis in mea
legal. colluct. 1. num. 87. & colluct. 5. num. 26. & colluct. 11.
num. 1.

10 Neque eſt cur opponatur de diſpoſitione Statuti
Ferrariæ lib. 2. Rub. 108. mandantis, quod huiuſmodi
confeſſio de dote recepta facta a viro, teneat, valeat, &
efficax ſit; vt etiam per Pigant. ibid. numer. 3. et per me in
colluct. 1. num. 89. et colluct. 5. numer. 33. et colluct. 11. nu-
mer. 10.

11 Quoniam Sanctio iſta municipalis non adaptatur, niſi
quando confeſſio apparet per publicum inſtrumen-
tum; ac inſimul in eo bonorum obligatio expreſſa con-
tinetur; vt in ead. Rub. 108. verſ. cum expreſſa bonorum
obligatione in inſtrumento contenta, et ibi Pigant. ſub num.
7. verſic. item inſtrumentum, et dixi in d. mea colluct. 5.
num. 35.

12 Ideoquè, cum iſtæ qualitates deficiant, neque in præ-
ſenti verificentur, neceſſe eſt, vt ſileat Statutaria
diſpoſitio, ſicque confeſſio ad fauorem vxoris profliga-
tur; vt, poſt Rimin. iun. conſ. 419. num. 18. et ſeqq. lib. 4. ob-
ſeruat Pigant. ad d. Rub. 108. ſub num. 7. verſ. item inſtru-
mentum.

13 Ac concurrit theſis vniuerſalis, quod Statuti requiſi-
tis non verificatis, eidem quis non poteſt inniti, illiuſque
diſpoſitio ceſſat, Honded. conſ. 15. num. 1. lib. 1. Surd. conſ.
45. num. 14. Altograd. conſ. 29. num. 13. lib. 2. Spada conſ.
161. numer. 12. lib. 1. Rota coram Merlin. dec. 866. numer.
10. tom. 2. et cor. Pegn. dec. 1206. n. 10. tom. 2. cum multis
alijs in mea legal. colluct. 2. n. 47.

Quod ſi aduerſaria confugere intendat ad coniectu-
14 ras, & præſumptiones, medio quarum de iure commu-
ni dictam confeſſionem dotis ſuſtineri omnes agno-
ſcunt, & ſignanter Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 14. gloſ.
vnic. p. 2. num. 50. tom. 2. Rota in rec. dec. 24. num. 3. p. 7. et
coram Merlin dec. 869. num. 3. et coram Eminentiſs. Petro
Otthobon. dec. 167. ſub nn. 3. 4. et alibi, vt in d. mea colluct.
11. num. 2. vbi dedi concordan. huc aduocata concluſio-
15 ne, quod confeſſio de recepto probat veram ſolutio-
nem, & numerationem, quando pro ea concurrunt co-
niecturæ, & adminicula; ad Bal. in Rub. Cod. de priuileg.
Socin. conſil. 122. num. 7. lib. 3. Rota in rec. dec. 335. numer.
22. p. 6.

Ac pro coniecturis, & præſumptionibus adducan-
tur.

16 Primò; regulariter matrimonia non contrahi ſinè
dote, & id circò mulierem maritatam, cenſeri dotatam;
ex Cyriac. contr. 29. num. 25. Mareſc. var. reſol. lib. 1. cap. 8.
num. 11. Fontanel. d. gloſ. vnic. ead. p. 2. num. 51. Poſt. reſol.
152. num. 23. Rota coram Merlin. dec. 652. num. 15. et dec.
718. num. 6. tom. 2. et coram Cardin. Otthobon. d. deciſ. 167.
num. 6. et in rec. dec. 24. num. 4. et dec. 160. num. 6. par. 7. et
coram Duran. deciſ. 409. num. 23. et coram Pegn. dec. 359.
n. 6. to. 1. ex typo Lugdun. et apud Poſt. de ſubhaſt. dec. 166.
num. 4. ac dec. 206. ſub n. 6. in Addit. ac alijs in d. mea col-
luct. 11. n. 6.

17 Secundò; exhibitionem, & præſtationem alimento-
rum factam fuiſſe per dictum Petrum mariam præfatæ
Mariæ eius vxori; ad tradita per Socin. conſ. 82. num. 3.
lib. 3. Dec. conſil. 563. ſub num. 10. Mareſcot. d. c. 8. n. 12. Pi-
gant. ad Stat. Ferrar. lib. 2. d. Rub. 108. ſub num. 12. verſic.
monet inſuper, ibi, & quod mulieri tom. p. Boſs. de dote cap.
10. num. 123. 125. vbi de communiori. Rot. coram Greg. dec.
62. num. 5. et in rec. d. dec. 24. num. 11. et dec. 160. num. 4.
p. 7. et coram Duran. d. dec. 409. num. 22. et coram Pegn. d.
dec. 359.

dec.359.ſub num.6.& penes Poſt.de ſubhaſt.d.dec.166.n.
10.11.& dec.206.ſub n.6.verſ.alimentorum præſtatio, &
cor.Merlin.dec.652.n.11.12.& dec.718.n.4.tom.2. et per
me ipſum in d.colluct.11.n.7.

Tertiò; notoriam eſſe conſuetudinem huius patriæ
Comaclenſis in conſtituendis dotibus mulieribus nu-
ptis;quam inſeruire huic rei,etiamſi ageretur de omni-
bus bonis mulieris, in tantum, vt vxor præſumatur
18 conſtituiſſe ea omnia in dotem, tali extante conſuetu-
dine, qua, vt plurimum mulieres conſueuerint bona
omnia conſtituere ſibi pro dote.Menoch. præſ.6. numer.
8.lib.3. Mantic. de tacit. lib.12. tit.14. numer.2. Cyriac.
controu.29. numer.21. Boſs. de dote d. cap.10.ſub nume-
ro 127.

19 Quartò;lapſa eſſe, constante matrimonio tempora,
poſt dictam confeſsionem de opponendo exceptionem
non numeratæ dotis;iuxtà congeſta à Mareſcot.d.c.8. n.
17.& ſeq.Fontanel.de pact.nupt.clauſ.14.d.gloſ.vnic.ead.
p.2.num.55.Menoch.præſ.12.numer.19. lib.3. Surd.conſil.
489.num.18.Boſt. de dote d. cap.10. num.21. Rota coram
Duran.d.dec.409.ſub num 15. & dec.428. num.3. & poſt
Zacch.de oblig.Camer.dec.258.num.7. & in præalleg. Ro-
man. dot.11. Febr.1656. §. neque obeſſe, coram Beuila-
qua.

20 Reſpondebitur,vrgentiores extare præſumptiones,
& coniecturas pro ſimulatione confeſſionis præfatæ;
ex quibus apertè colligi ipſam dotis confeſsionem fuiſ-
ſe factam animo donandi,non dubitatur.Rot.cor.Buratt.
dec.108.num.6. & coram Merlin. dec.419. num.4. tom.1.
cum alijs in d.Roman. dot.11. Febr.1656. §. quoniam non
procedit, coram Beuilaqua: quia generaliter etiam eſt
21 verum,ſimulationem taliter præſumptionibus,ſcilicet,
& coniecturis probari.Crauet.conſ.156.num.67.Detian.
conſ.68.num.2.lib.2.& conſ.62.num.4.lib.3.Roland.conſ.
47.num.6.lib.4.Honded. conſ.96. num.11. lib.1. Menoch.
præſ.122.num.5.verſic.ità pariter,& præſ.124.num.3.lib.
3.Mantic.de tacit.lib.4.tit.23.num.31.& lib.8.tit.17. nu.
8.& lib.13.tit.35.num.9.Tuſch.litt.S, concl.260. num.1.
& concl.263.Maſcard.de probat. concl.438.numer.7.8.&
concl.815.num.1.Farinac.de falſit.& ſimul.q.162.nu.97.
& conſil.40.num.8.lib.1.& ibi in calce Rota dec.29.num.
1.vbi Adden.litt.A, concordan.adducunt,& dec.57.num.
1.& dec.140.num.1.& coram Buratt.dec.724. num.3. et
dec.928.num.2.tom.3.& in rec.dec.179.num.5.p.4.tom.
2.et dec.61.num.16.p.5.et dec.63.num.12.16.p.8.et cor.
Pegn dec.201.num.2.et poſt Merlin.de pign.et hypoth.dec.
48.num.8.

Et inter coniecturas, ac præſumptiones ſimulatio-
nem dictæ confeſsionis præſeferrentes adduci pote-
rit,

22 Primo, eandem dotis confeſsionem fuiſse factam,
a marito ſine vllo ipſius iuramento aſſertorio, vel pro-
miſsorio,quo caſu reddi ſuſpectam, admittitur Cephal.
conſil.163.num.21.verſic.ſi igitur.Merlin.de pign.et hypo-
th.lib.3.quæſt.58.num.45.Rot.coram Buratt.d. deciſ.108.
num.11.

23 Secundò, pecuniarum ſummam contentam in dicta
apocha fuiſse liberè ſolutam, & ſine conditione inue-
ſtiendi illam, provt ſemper fieri ſolet ad aſsecurandas
dotes,quo fit,vt indicetur, ſimulatam eſse dotis nume-
ratæ confeſsionem. Ferentil. ad Buratt. dec.925. in fine.
Rota coram Merlin.dec.419.numer.9.10. et poſt Salgad. in
Labyrint.creditor.dec.22.ſub num.9. et in rec. dec.55. nu.
22.p.6.in rec.et in d.Roman.dotis 11.Febr.1656.§.quinta,
quæ etiam vrget,cor.Beuilaq.

Tertiò,Mariam præfatam extitiſse,vt ſupponitur, in
pauperrimo ſtatu tempore coniugij,ob quem redditur
nimis inuerisimile apud illam fuiſse quantitatem nu-
morum in præfata receputa contentam, & pauperta-
24 tem mulieris reddere confeſsionem viri de dote rece-
pta ſimulatam,eruitur,ex tex.in l.cum poſt.§.gener.ff. de
iur.dot.Rota in Roman.dot.26.Nouembr.1650.§. hincque
apparet,coram Cardin.Corrado,et dec.23. num.8. poſt Sal-
gad.in Labyrint.creditor.et cor.Merlin. dec.419. ſub nu.7.
verſ.concurritque etiam repetita poſt Merlin.de pign.et hy-
poth.dec.23.n.7.

Quartò, quod ſi eadem Maria habuiſset pro vera di-
ctam apocham,vtique tempore, quo ad ſecundas con-
uolauit nuptias illam ſecundo viro manifeſtam fecìſset,
neque partem hanc ſuæ dotis celauiſſet, iam quod vti
25 vidua indigebat maiori dote,quàm virgo. Bald.conſil.
102.num.1.ad med.lib.4.Hodiern.in l. hac edictali qu.26.
num.39.C.de ſecundum.nupt. Menoch.præſ.6.num.30. lib.
3.Mantic.de tacit.lib.12.tit.21.numer.21. quos relatos ſe-
quitur Rota coram Cardin.Otthobon.dec.167.numer.11.et
ante num.15.

Quintò, quod ſucceſsiuè ſecundus vir eiuſdem Ma-
riæ exigiſset illam dotis portionem,ſicuti ſollicitus fuit
in exigendo quantitatem aliam in bonis mobilibus
conſiſtentem, de qua patet publicum inſtrumentum ex
rogitu Notar.Iacobi de Carolis ſub die 29. Martij. 1649.
Etenim cum illam habere ſua intereſſet plurimum,non
eſt credendum,quod ſi ſciuiſſet, eandem ſummam ſpe-
26 ctare iure dotis ad eius vxorem, voluiſset non exigen-
do iactare ſuum, contra regulam l. de indebito de probat.
Surd.conſ.7. num.44. Barboſ. axiom.112. Rot. in rec.dec.
108.num.2.p.3.et coram Otthobon.dec.62.num.22.et dec.
125.num.7.et in rec.dec.276. num.8.p.6. ego ipſe in mea
colluct.10.num.87.et colluct.11. num.49. Neque ſaltem
recipiendo mobilia pro reſtitutione dotis ſuę vxoris,
omiſiſset ſibi reſiduum reſeruare,cum ex hoc detur in-
27 telligi, non facta mentione alicuius reſidui, ſiuè com-
plementi,totam dotem traditam, & reſtitutam fuiſse:
vt pulchrè conſiderat in iſtis terminis Rota coram Bu-
ratt.dec.925.ſub numer.7. verſ. quia cum in inſtrumento,
tom.3.

28 Sextò,apocham prædictam fuiſse factam nullis adhi-
bitis teſtibus, nemineque interueniente,& ſic clam, &
occultè,quo fit, vt ſimulationis vitio laborare ſit mani-
feſtum,ex Honded.conſ.46.num.19. et ſeqq. lib.1. Rimin.
iun.conſ.62.num.11. Menoch. præſ.122. num.90. et præſ.
124.num.40.lib.3.Maſcard.de probat.concl.445.numer.1.
et concl.815.num.13.Mantic.de tacit.lib.13.tit.35.numer.
19.cum alijs apud Farinac.de falſit.et ſimul. qu.162.num.
205.et de ſeruit.indiuidualiter Rota in rec.dec.61.ſub nu.
12.verſic.quarta,et num. ſeq.p.5. et poſt Merlin. de pign.
et hypoth.dec.41. ſub num.3.verſic.prima coniectura.

Septimò, eandem apocham, poſt diſsolutum pri-
mum matrimonium per mortem viri, & poſt tranſi-
29 tum ad alia vota, vſque adhuc (quod diuturnum eſse
tempus fatemur,dum ſupra decennium cucurrit. arg. l.
poſſideri.§.ſi ſeruus.ff.de acq.poſseſs. l.ſicut.§. Ariſto. ff.
quis,et à quo.Gail.obſ.29.num.6.lib.2.Peregr. conſ.97. n.
81.lib.4.Barboſ.diction.90.num.2.Rota coram Duran.dec.
30 27.num.1.) fuiſse occultatam, indequè ſimulationis
ſuſpicionem aduerſus illam intrare.Menoch.d.præſ.122.
num.94.Maſcard.d.concl.445.num.3.Farinac. d. qu.162.
num.208.

31 Octauò, ſolutionem dotis, de qua in dicta apocha
eſse inſolitam, vt potè factam ab ipſa vxore, & cum
ſimplici priuata ſcriptura,per quem modum inſolitum
deduci ſimulationem, docent Detian. reſp.62. num.75.
lib.3.Gratian.diſcept.479.num.70. muta dec.35. num.17.
Rota in rec.dec.283.n.8. p.5. et poſt Merlin. de pign. et hy-
poth.d.dec.41.n.5.

Nonò,quod ſicuti dixi ſuprà,eſse improbabile quan-
titatem contentam in dicta apocha fuiſse penes Ma-
32 riam,ob illius maximam,vt ſuppoſui paupertatem:ità,
cum

Digitized by Google

cum debuiſſet dotari a ſuis fratribus, *ſtante noſtro Statuto fæminarum excluſiuo*, nec minus eſt credendum, ab illis dictam quantitatem fuiſſe perſolutam, repugnante eorum pari, admiſsa paupertate, inopia, ac indigentia, ſecundum tradita à *Rota coram Duran. dec.98. num.13. tom.1. & poſt Merlin. de pign. & hypoth. d. dec.41. ſub n.7. & coram Buratt. dec.108. ſub num.7. verſ. ſecundo conſiderabatur, & num.9. & coram Merlin. d. dec.419. ſub nu. 16. verſ. ex quo arguitur. & in Roman. dot. 21. Febr. 1650. §. primo ſcilicet, verſ. ideoque in veriſimile, coram Cardin. Corrado, eſt deciſ. 22. num. 8. poſt Salgad. in Labyrint. creditor.*

33 Decimò, nullam præceſsiſse dotis promiſsionem, quam tamen neceſsario præcedere debuiſſe confeſsionem receptionis in antecedenti ſeparato inſtrumento, vel apocha matrimoniali, ſeù illam iuſtificando alijs legitimis probationibus in tantùm, vt non ſufficiat eodem tempore, ac vnico contextu, promiſsionem fieri, & confeſsionem de recepto ſubſequi, & ſi ſecus, vt nunc ſimulationem ipſius confeſsionis inſurgere, dixerunt *Anton. Faber. in eius Codic. lib.5. tit.10. deffin.9. Rot. poſt Salgad. in Labyrint. creditor. dec. 22. num. 16. 17. eſt in Roman. dot 21. Febr. 1650. §. nequè releuat, cor. Eminentiſs. Cardin. Corrado, & in d. alia Roman. dot. 11. Februarij 1656. §. nequè etiam dicatur, vbi in fin. concordan. habentur, cor. Beuilaqua.*

Vndecimò, apocham receptionis prædictam, remanſiſse domi eiuſdem Petri mariæ; adeovt in illius fuerit poteſtate ſemper, & quandocunquè ipſi placuerit eandem flammis, vel alteri omnimodæ extinctioni donare,
34 ex quo non leuis exoritur ſimulationis præſumptio, cum debuerit ipſa apocha conſignari ijs, qui Mariam dotare tenebantur, tamquam ipſorum continens creditum; adnotata in *l. plures apochæ de fid. inſtr. Giouagn. reſp.37. num. 3. lib.1. Rota coram Gregor. dec. 439. num.7. & in puncto poſt Merlin. de pign. & hypoth. dec.41. n.4.*

35 Duodecimò tandem, multis alijs conſultò prætermiſsis; quod nullo modo fuit cautum pro dotali quantitate, vt prætenditur, ſoluta, cum tamen nullius prudentis iuditio admitti poſsit, pauperrimam hanc mulierem natura timidam, ſuſpicioſam, & tenacem, ſummam iſtam eius marito vltrò perſoluiſse; vt conſiderat *Rota in d. Roman. dot. 21. Febr. 1650. §. ſecundo ex qualitate, cor. Corrado, d. dec. 22. nu. 9. poſt Salgad. in Labyrint. creditor. ac confert in illa alia Roman. dot. 11. Febr. 1656. §. tertio loco, cor. Beuilaq.*

36 Ex quibus omnibus præſumptionibus, & coniecturis ſaltem ſimul iunctis elicita, ac deducta probatione ſimulationis dictæ apochæ, ſecundum congeſta à *Becc. conſ. 52. num. 83. Rota coram Merlin. dec. 714. num. 32. & poſt Merlin. de pign. & hypoth. d. dec. 41. ſub num. 11.* re-
37 ſultat, nullam eſse habendam conſiderationem de illa; ſimulatio etenim operatur, vt actus careat ſubſtantia, & ſpiritu, eumque nullitatis vitio ipſo iure ſubijcit. *Honded. conſil. 46. num. 7. 10. lib. 1. Rimin. iun. conſ. 260. n. 17. lib. 3. Paulus Rubeus in annot. ad Rot. in rec. dec. 9. à n. 1. ad 18. vbi latiſſimè p. 3. Rota in rec. dec. 308. num. 18. p. 5. & dec. 63. n. 15. p. 8. & poſt Salgad. in Labyrint. creditor. d. dec. 22. n. 31. & dec. 71. n. 20. ac alibi, vt per me in collect. 5. n. 59.*

Nequè in præſumptionibus ex aduerſo allatis, vllum
38 poteſt fieri fundamentum; quippe quia tanquam debiliores arceantur a ponderatis in contrarium, ceù validioribus, ex regula, de qua in *l. diuus. ff. de integr. reſtit. Surd. conſ. 112. num. 73. Gratian. diſcept. 650. num. 33. Barboſ. axiom. 186. num. 3. Rota in rec. dec. 201. num. 44. p. 5. & dec. 160. num. 17. p. 7. & coram Merlin. d. dec. 419. num. 19. & dec. 718. num. 17. ego ipſe in collect. 17. num. 40. vbi concordan.*

39 Præterquamquod, quiſque, nedum mediocri pollens minerua, ſed & obtuſioris ingenij hebetudine flaueſcẽs non poteſt quin planè perſpiciat per admiſsionem præſumptionum in fauorem partis aduerſantis recenſitatum, concluſionem communem, & indubiam de ficta, ac ſimulata donatione a nuda viri confeſsione dotis receptæ pro manante, funditus euelli, atque radicitus extirpari: dum excogitari nequit caſus, in quo circumſcripta per raro tamen, poſteriori ex ijſdem coniectura ipſæmet præſumptiones non concurrant, vt ſenſui patet.

Qua de re, eaſdem præſumptiones flocci faciendas
40 eſse non ambigitur: maximè quia primam erutam a regulari more non contrahendi matrimonia ſine dote reicit. *Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 14. gloſ. vnic. p. 2. num. 59. tom. 2. nec magniſacit Rota in rec. dec. 345. num. 14. p. 4.*
41 *tom. 1. 2.* Et meritò; nam matrimonium poteſt eſse ſine dote. *l. pen. in princ. de donat. ante nupt. auth. præterca. Cod. vndè vir, & vxor. l. ex bis. C. de donat. inter virum, & vxorem. Surd. conſil. 45. numer. 50. & conſil. 94. num. 1. Barz. deciſ. 126. num. 8. Rota in rec. dec. 321. numer. 61. par. 5. & dec. 329. num. 61. p. 6. & coram Merlin. dec. 429. num. 19. tom. 1.*

42 Secundam a præſtatione alimentorum deſumptam reprobant *Couarr. var. reſol. lib. 1. cap. 7. ſub numer. 6. Menoch. præſ. 12. num. 73. lib. 3. Maceratenenſ. reſol. 48. num. 5. lib. 2. Fontanel. d. gloſ. vnic. ead. p. 2. ſub numer. 59. verſ. nec hanc. Ludouic. deciſ. Peruſ. 66. num. 35. Merlin. de pign. & hypoth. lib. 3. quæſt. 58. num. 116. & ſub num. 123. verſ. ſed huiuſmodi rationes, & n. ſeq. vbi dat concordan. Andreol. contr. 136. num. 3. Rota in rec. dec. 683. num. 13. p. 2. & cor. Merlin. d. dec. 419. num. 18. & poſt Merlin. de pign. & hypoth. dec. 23. num. 18. & poſt Salgad. in Labyrint. credit. dec. 23. num. 9. eſt in d. Roman. dot. 26. Nouembr. 1650. §. hincque apparet, vbi in fine,* quod ità ſæpè in alijs deciſionibus fuit reſolutum, *cor. Card. Corrado.*

Tertiam a conſuetudine patriæ in dotibus conſtituendis exceptam, ceù cum prima coincidentem, non debemus conſiderare: maximè quia conſuetudo præfata poteſt ſibi locum nanciſci vbicunque non verſamur in muliere vitiata, vt in præſenti, etenim dicta maria antequam nuptui traderetur, fuit a præfato Pe-
43 tro Maria, vt eſſe notorium mihi dicitur, ſtuprata; quam ideò ipſe Petrus Maria, ſtante eius electione illã ducendi, ducere tenebatur indotatam, vt per *ſcribentes in c. 1. 2. de adult. Rot. cor. Buratt. deciſ. 498. ſub num. 8. tom. 2.* in tantum, vt ſequuto ſtupro in domo paterna, nec pater ſtupratæ teneatur ad dotem, quamuis conſentiat matrimonio cum ſtupratore ineundo *Rot. coram Buratt. d. dec. 498. ſub num. 5. verſ. et nihilominus*; quinimò, onus dotandi ſtupratam ſpectat ad ſtupratoris patrem, ſi adſit. *Faber. in Cod. tit. ne filius pro patre diff. 3. Olea de ceſs. iur. et action. tit. 2. q. 6. n. 19.*

44 Quartam in lapſu temporis ad excipiendum de non numerata dote fundatam attendere non oportet, cum exceptionem perpetuam ſimulationis ipſa non tollat, nequè impediat opponi de donatione inter virum, & vxorem prohibita. *Menoch. d. præſ. 12. num. 74. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 20. numer. 29. verſ. ſecundo extenditur. Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 14. gloſ. vnic. p. 1. num. 77. et p. 2. num. 56. tom. 2. Gratian. diſcept. 693. num. vlt. Rota cor. Greg dec. 67. num. 6. coram Buratt. dec. 108. num. 17. et poſt Salgad. in Labyrint. credit. dec. 22. numer. 32. eſt in Roman. dot. 21. Febr. 1650. §. nequè potuit, cor. Eminentiſs. Corrado, et d. alia Roman. dot. 11. Febr. 1656. §. nequè obeſſe, verſic. etiamſi, cor. Beuilaq.*

45 Vndè, cum nullibi pretenſæ dotis ſolutio iuſtificetur, nec minus illius repetitio eſt concedenda, quia *quod in dotem datum non eſt repeti non poteſt l. 1. in fin. C. de donat.*

ante

ante nupt. & itá demum te ad petitionem dotis admitti poſſe, ſi dotem à te re ipſa datam probatura es. l. 1. Cod. de dot. cau. non. pulchrè Rota in rec. dec. 306. num. 39. p. 7. & apud Salgad. in Labyrint. creditor. d. dec. 22. num. 29. eſt in d. Roman. dot. 21. Febr. 1650. §. quare cum ex prædictis, coram Cardin. Corrado, & in d. alia Roman. dott. 11. Febr. 1656. §. quare, cum ex prædictis coram Beuilaqua; Etiamſi dos fuerit promiſſa, nam reſtitutio illius dotis, ſolummodò eſt facienda, quæ verè fuit exburſata. *l. menia. ff. ſolut. matrim. Pariſ. conſil. 95. numer. 6. Rota in Roman. reſidus dot. 7. Iun. 1660. §. non obſtat in fine, coram Cerro, & in d. Roman. dot. 22. Iunij 1661. §. hos autem, coram Veroſp.*

46 Nec eſt, quod iterùm obijciatur, confeſſionem dotis receptæ facilius operari, contra confitentis hæredes, aduerſus quos modò agitur, quàm contra tertios, aut creditores, qui fortaſsè pulſarentur; ex *Pigant. ad Stat. Ferrar. lib. 2. Rub. 108. ſub num. 5. verſic. illud exploratum, tom. 1.*

47 Rurſuſquè, præſumptiones ſtantes pro veritate confeſſionis dotis anteponendas eſse alijs, quæ pro ſimulatione ponderantur; ad *Rot. in recent. deciſ. 24. num. 20. par. 7.*

48 Ac demùm, fore in dubio iudicandum pro veritate eiuſdem confeſsionis. *Alban. conſ. 8. n. 10. Rota, cor. Merlin. dec. 652. n. 16. tom. 1.*

Quoniam ex iam dictis facillimè iſta tolluntur.

Dum enim nullum ſubſiſtens affertur adminiculum,
quo præfata dotis confeſsio muniri poſsit; fruſtra
obijcitur de faciliori operatione eiuſdem confeſsio-
49 nis contra hæredes viri, cum nequeat hæc conſide-
rari, niſi aliquo concurrente adminiculo; vt per *Pi-
gant. in loco alleg. ex aduerſo; & per Rot. in Ancon. dot. 31.
Ianuarij 1648. coram Arguelles, ac alibi.*

Atquè inaniter ſubditur de potioritate præſumptio-
num ſtantium pro veritate confeſsionis, quia tunc de-
50 mum poteſt admitti, ſi ipſæ præſumptiones ſint va-
lidiores coniecturis in aduerſum ponderatis; adeovt
iſtas abſorbeant, vt per *Rot. cor. Sanc. memor. Greg. XV.*
51 *dec. 6v. num. 11.* Non autem, vt in præſenti, quando
debiliores exiſtunt, & a coniecturis pro ſimulatione
ſuperântur, nam tunc iſtæ vti fortiores anteponun-
tur. *Abbas in capit. 1. numer. 13. in fin. & numer. 14.
de conſtit. Rot. in punct. in rec. deciſ. 239. numer. 8. par. 4.
tom. 2.*

Cumque nullum ex ſuperius conglomeratis ſuperſit
dubium ſuper confeſsionis ſimulatione, ex quo iam
intellectus D. mei Iudicis iuſtitiam, & veritatem per-
52 amantis nequit pendere in equilibrio in neutram par-
tem potiùs inclinans, quod eſſet ſecus vbi dubium exi-
ſteret; *ad D. Thom. 3. d. 17. quæſt. 1. art. 4. in corp. Nauar. in cap. ſi quis autem numer. 12. de pænit. diſt. 7. Sanchez de matr. lib. 2. diſput. 41. ſub numer. 2. verſic. dubium eſt. Bonac. eod. tract. quæſt. 4. punct. 4. ſub numer. 1. Sperel. deciſ. 175. num. 84. tom. 2. nouiſſimè Reuerendiſs. Fagnan. in c. ne imitaris, num. 151. 158. de conſtit. to. 1.*

Sequitur perperam vltimo loco proponi pro eiuſdem confeſſionis veritate in ambiguis eſſe iudicandum.

PARS SECVNDA.

Quo ad redditionem rationum ab adminiſtratore emittendam.

QVamuis ex prædictis liqueat perperam agi pro parte Mariæ præfatæ ad reſtitutionem dotis, vt potè non ſolutæ & manifeſto appareat bonum ius antedicti D. Franciſci, cuius ſæpè in hoc opere laudabiliter memini; ipſam reſtitutionem denegantis, adeovt vlteriori labore non eſſet opus.

Attamen, vt conſulenti ſatisfaciam, non grauabot breui calamo ſubdere aliqua a ſerie facti eruta, eneruantia eandem petitam dotis reſtitutionem, caſu quo de ipſius dotis ſolutione conſtare poſset.

53 Propterea illud primitus obſeruo, ipſam Mariam agentem ad dotis reſtitutionem repelli ex eo, quod adminiſtrauerit bona teſtatoris, ad eiuſque manus peruenerit fructus, ac mobilia, ex quibus de ſua dote commodè ſatisfieri potuit, vt concludenter poſse probari mihi ſupponitur, & qua probatione interueniente, ſic traditur a *Gratian. diſcept. 129. num. 21. cum ſeqq. Mareſc. var. reſol. lib. 2. c. 121. numer. 68. Merlin. de pign. & hypotec. lib. 4. quæſt. 178. num. 18. 19. Pigant. ad Stat. Ferrar. lib. 2. Rub. 129. numer. 46. tom. 2. Sabell. var. reſol. & reſponſ. cap. 8. num. 44. Redenaſc. conſil 94. numer. 38. verſic. ex his intelligimus, & ſeq. lib. 1. Rot. in rec. dec. 275. numer. 4. par. 4. deciſ. 159. numer. 7. & ſequentibus ead. par. 4. tom. 2. dec. 14. numer. 9. deciſ. 130. numer. 15. & dec. 391. num. 8. par. 5. coram Seraph. dec. 1455. num. 4. 5. coram Duran. dec. 347. num. 19. cor. Buratt. dec. 862. num. 3. & ibi Add. ac dec. 914. tom. 3. coram Merlin. deciſ. 413. num. 2. 3. & dec. 551. num. 8. poſt Merlin. de pign. deciſ. 53. num. 8. poſt Zacch. de oblig. Camer. dec. 263. numer. 10. vbi quod eſt perpetuò ſequuta hanc opinionem, poſt Salgad. in Labyrint. credit. dec. 24. ſub numer. 4. poſt contr. diſcept. forenſ. tom. 1. dec. 116. num. 9. verſic. quia particulari in Interamnen. fideic. 11. Martij 1654. in Roman. fideic. de Pidiconis 19. Iun. 1656. §. minus ſuffragari, coram Celſo, & in Aeſin. dot. 3. April. 1656. §. & reſolutionis, cum ſeq. cor. Beuilacq.*

54 Quod ſi contra hanc concluſionem fortè opponatur, fuiſse per Mariam redditam rationem de adminiſtratis; ſubindequè ceſsare præſumptionem ſatisfactionis, cui eadem concluſio innititur; & induci contrariam præſumptionem boni iuris ad fauorem præfatæ Mariæ, ad hoc, vt dotes ſuas conſequi valeat; ex *Rot. coram Pegn. dec. 97. ſub num. 2. verſ. iſtam tamen, tom. 1. in impreſs. Lugdun. poſt Zacch. de oblig. Camer. dec. 263. numer. 11. poſt Merlin. de pign. & hypoth. d. dec. 53. num. 9. & in d. Aeſin. dot. 3. April. 1656. §. nec viſum fuit, coram Beuilacq.*

Tunc ad occurrendum huiuſmodi obiecto, & ſuppoſita rationum redditione, poteſt ponderari.

55 Quod licet ſit veriſsima regula, quod ratio ſemel reddita, iterum reddi non debet. *l. ſemel. C. de publ. apoc. lib. 10. Pariſ. conſil. 89. num. 1. lib. 1. Pigant. ad Stat. Ferrar. lib. 2. Rub. 129. ſub numer. 37. tom. 2. Sabell. var. reſol. & reſponſ. cap. 94. num. 10. Maſſiu. de confiſc. quæſt. 44. numer. 123. Poſt. reſol. 73. num. 54. Munnoz. de ratiocin. cap. 41. in princ. Gratian. diſcept. 761. num. 2. Rot. in rec. dec. 184. nu. 1. p. 2. dec. 256. num. 4. p. 4. dec. 188. num. 3. & dec. 243. n. 6. p. 8. coram Coccin. dec. 268. num. 8. cor. Greg. dec. 536. n. 2. 3. cor. Caualer. dec. 225. num. 1. cor. Otthobon. dec. 5. n. 1. et dec. 25. ſub num. 6.*

56 Et, quod eadem regula adeò ſtet firma, vt non concutiatur, niſi de errore calculi conſtet claris, & perſpicuis pro-

probationibus. *Menoch.de arbitr.caſ.209.n.27. Munnoz.*
d.c.41.ſub nu.28.verſ.& quod de tali. Cyriac. contr.544.
num.121.123. Farin.conſil.7. Sabell.d.c.94. ſub numer.10.
Pigant.ad d.Rub.129.nu.38.vbi concordan. Rot. poſt Zac-
ch.de oblig.Camer.dec.263.num.11. poſt Merlin. de pign.
dec.53.n.9.& in rec.dec.188.n.6.p.8.& cor.Otthob.deciſ.
25.n.26.& ſeqq.
57 Ac ſanè de errore in ſpecie, non autem in genere.
Bobadill.in Politic.c.4.num.76.ad fin.Guttierez de iuram.
confirm.p.1.c.40.n.15. Maſcard. de probat. concl.253. nu.
24.25.Munnoz.de ratiocin.d.c.41.n.28.Rot.in rec.d.deciſ.
58 *188.num.5.p.8.*& non de modico,ſed de conſiderabili.
Bald.in l.1.ſub n.2.C.ſi aduerſ.ſolut. Cyriac. d. contr.544.
num.124.
59 Imò niſi doceatur de dolo vero exiſtente in prima
calculatione, vbicunque poſt eam interuenit quietatio
ad fauorem adminiſtratoris. *Sabell.in alleg.cap.94.num.*
11. Menoch.d.caſ.209.n.40.Munnoz.d.c.41. n.28. ad fin.
Pigant.ad d.Rub.129.n.39.in fine,et num.40.Trentacinq.
var.reſol.lib.3.tit.de ſolut.reſol.7.numer.15. in fine.Rot.in
rec.dec.184.n.4.p.2.dec.218.n.8.p.4.tom.2. & d. dec.188.
n.7.p.8.
60 Nihilominus regula præfata procedit duntaxat,
quando ratio fuit plenè,perfectè, & legitimè reddita;
iuxta *conſil.Anchar.330.ſub nu.4.de quo Socin.ſen.conſil.*
159.n.11.12.lib.2.Roland.conſ.49.à num.47. cum multis
ſeqq.lib.1.Rimin.iun.conſil.388.à num.31.ad 42.Bero.con-
ſil.128.num.8.lib.3.Gratian.diſcept.761.num.3. Munnoz
de ratiocin.c.2.num.4.5.Rot.in rec.dec.218.num.7. par.4.
tom.2.cor.Mantic.dec.258.num.4.cor.Pegn.dec.1310. nu.
2.& ſeqq.vbi add.litt F,tom.2.& in d.Æſin. dot.3. April.
1656.§.nec viſum fuit,verſic. idcirco non relenat, coram
Beniacq.
61 Propterea videndum eſt an fuerit factum a dicta
Maria inuentarium hæreditatis bonorum, tamquam
principium, & caput redditionis rationis; ex *Bart.in l.*
tutor,qui repertorium,num.1.& ſeqq.ff. de adm. tut. Gra-
tian.diſcept.71.num.1.Baez.de decim.tut.c.2.n.169. Mun-
noz.de ratiocin.c.9.num.2.Rot.poſt Merlin.de pign.dec.45.
n.1.in rec.dec.197.in fin.p.6.cor.Seraph.dec.1473.num.1.
tom.2.& in Licien.adminiſtrationis 18. Martij 1652. §.1.
62 *cor.Celſo:*& quidem cum deſcriptione bonorum clara,
& diſtincta,ac cum expreſsione qualitatis, & quantita-
tis eorum. *Natta.conſ.574.num.1.& ſeqq.Munnoz. d. c.*
9.n.67.68.Surd.dec.222.n.3.Rota poſt Merlin.de pign.d.
dec.45.ante nu.3.& in Anconit. cenſuum.24. Febr.1643.
cor.Roias,& in d.Licien. adminiſtr. §.illud antem, coram
Celſo.
63 Ad huncque effectum ipſa Maria debet exhibere
idem inuentarium coram calculatoribus. *l.fin.C.de arb.*
tut.Baez.de decim.tut.d.c.2.num.62.in fine. Munnoz. d. c.
9.num.4. quod quidem inuentarinm ab ea confectum
præſumitur. *Guttierez de tutelis lib.3.c.1.nu.28.54. An-*
dreol.contr.187.n.10.
64 Quo exhibito ſi deſcriptio bonorum in ipſo conten-
ta fuerit obſcura,& in confuſo,vt faciliter euenire ſolet
intrabit aduerſus Mariam præſumptio vehemens doli.
Rot.poſt Merlin.de pign.& hypoth.d.dec.45.n.2.eſt in Ma-
coraten.reddit.ration.13. May 1642.§.primo enim, verſ.
quia ex illius,cor.Merlin. quæ inter eius impreſs. non repe-
ritur,fortè quia non ab ipſo vti morte præuento, ſed à R. P.
D.Meltio fuit extenſa.
65 Hoc etenim caſu, cum inuentarium fuerit minus le-
gitimè confectum,perindè eſt, ac ſi nullo modo fuiſset
factum. *l.quoties.ff.qui ſatiſd.cog.Rot.poſt Merlin. de pign.*
d.dec.45.num.4.& in Bitunt.cenſ.24.May.1647.§. primo
quia,coram Cardin.Corrado,& in d.Licien.adminiſtrationis
18. Martij 1652. §. etenim paria, vbi concordan. coram
Celſo.

66 Videndum deindè eſt, an præfata Maria confecerit
libros rationum, eoſquè rectè, & legaliter tenuerit,
præcisè diſtinctim continentes, quid in ſingulos dies,
menſes,& annos perceptum fuerit, quiduè impenſum,
qua de cauſa,cui datum, & à quo loco hæreditatis, ſeù
fundo præciſim prouentus, & fructus fuerint collecti,
vt requiritur,iuxtà cumulata *d.Iaſ.conſ.253. nu.20.21.*
vol.3.Roland.conſ.49.nu.22. lib.1. Menoch.de arbitr.caſ.
208.n.19.20.Borgn.de tut.n.106.Cranet.de antiq.temp.p.
1.§.quarto limitatur à n.24.ad 54.Ricc. in prax. reſol.29.
Pigant.ad Stat.Ferrar.lib.2.Rub.129.n.36.tom.2. Mun-
noz.de ratiocin.c.10.à n.41. cum multis ſeqq. vbi latiſſimè
Rota poſt Merlin.de pign.d.dec.45.n.6.& in rec.dec.690.
n.5.p.1.dec.111.n.5.p.7.cor.Merlin.dec.189.n.3.tom.1.in
Tiburt.reddit.ration.23.Iun.1642.cor.Dunoz.& in Ari-
minen.comput.18.Iun.1646.§.quia cum tutor, vbi plenè,
cor.Ghiſiler.
67 Et ad iſtum effectum ipſa Maria debet libros eoſdem
edere,& exhibere. *Roland.d.conſ.49.num.20.Rayn. conſ.*
54.num.14.lib.1.Munnoz.d.c.10.num.1.Pigant.ad d.Rub.
129.n.29.Rot.cor.Greg.dec.151.in d.Arimin. comput.18.
Iun.1646.§.quia cum tutor.verſ.idemque tempore, coram
Ghiſiler.& in Ancon.Manna 5.Iun.1648.§.cum enim,&
§.libri autem,cor.Corrado.
68 Non autem,ſi fuerit petitum,producere in actis. *So-*
cin.ſen.conſ.190.n.5.lib.2.Pariſ.conſ.89.n.17. lib.1. Tho-
mat.deciſ.151.per tot.tom.2.
69 Et quos libros eandem confeciſse, ſicuti quemlibet
alium adminiſtratorem præſumitur. *Guttierez de tut.*
lib.3.c.1.num.28.54.Andreol.contr.187.n.10.p.2.et con-
tr.318.n.17.p.4.Munnoz.de ratiocin.d.c.10.nu.2.Caball.
conſ.122.n.11.
70 Quibus libris exhibitis, ſi requiſita ſuperius tradita
non fuerint ſeruata, vt quia libri fuerint conſcripti in
confuſo,inordinatè,& in genere aſſerendo,Mariam ad-
miniſtratricem ſe tantum recepiſse, & tantum expen-
diſse,arguetur manifeſtè in ipſa dolus, & negligentia
culpabilis. *Cranet.d.§.quarto limitatur n.44. et conſ.225.*
n.4.Damaud.de tut.c.vnic.rubr.de tut.& curat. inſtific. n.
10.Munnoz.d.c.10. ſub n.47. verſ. et è conuerſo: adeovt
71 ipſimet libri non probabunt pro illa,nec pro redditio-
ne rationum inſeruire poterunt. *Panimol.in Idea.Sedan.*
iurg.forenſ.conſt.30 ſub n.5. Rot.in rec.d.dec.111.n.5.p.7.
cor.Merlin.d.dec.189.ſub num.2.et poſt Merlin.de pign. in
d.dec.45.ſub n.6.verſ.vndè cum ſingula,et in Nepeſin. tu-
tel.4.Iun.1642.cor. Cerro confirmata 23. Iun.1645. et 8.
Iun.1646.cor.eod.cum alijs in d. Arimin. comput.18. Iun.
1646.eod.§.quia cum tutor.cor.Ghiſiler.
72 Sed ſi fortaſse eadem Maria allegaret, vt accidit
multoties,inuentarium a ſe factum,nec non ſuos libros
rationum amiſsiſse caſualiter, & ſine eius culpa; offe-
rens ſe hanc amiſsionem probaturam, & præſertim
mediante illius iuramento, quod ad hoc ſufficere di-
cunt *D.D.in l.fin.C.de eden.Bart.in l. emancipatione nu.5.*
C.de fid.inſtrum.Cepol.cautel.148.Gail.obſ.37.lib.2. Maſ-
card.de probat.concl.88.n.1.2.et concl.909. n.1. Farin. in
Fragm.crim.p.1.litt.A, n.207.Valaſc.de iure emphyt.qu.
7.num.38.Pigant.ad Stat.Ferrar. lib.2. Rub.125. num.3.
tom.2.Rudolphin.in prax.p.2.c.4.n.58. Ferentil.ad Buratt.
dec.266.n.10.Rot.in diu.dec.267.n.4.et dec.278.p.5. cor.
Canaler.dec.82.n.7.et cor.Duran.dec.166. ſub nu.2. verſ.
non obſtat,tom.1.
Oportet probationes per eam adducendas diligen-
ter animaduertere.
73 Quandoquidem intendens gaudere benefitio ſcri-
pturæ amiſsæ,debet ante omnia probare, illam in re-
rum naturam extitiſse, eaque forma, & tenore conce-
ptã,vt ſi realiter exhiberi poſset, illi omninò profutura
eſſet;deindè verò caſu amiſſam fuiſse. *Bart.in auth.ſi quis*
in al-

Digitized by Google

in aliquo ſub num.6.C.de eden.Marcabr. conſ.14.nu.104.
Surd.conſ.109.ſub num.8.& ſeqq.Honded. conſ.39.n.60.
61.lib.2.Pigant.ad Stat.Ferrar.d.Rub.125.num.10. verſ.
demum non omitto.Rot.cor.Cardin.Caualer. dec.523. n.4.
vbi pulchrè,cor. Buratt. dec.505. n.10.11. & plenè in Bi-
tunt.cenſ.24.Maij 1647.§.primo quia,verſ. quando enim,
cor.Eminentiſs.Corrado.
Cumque ſimus in caſu, quo dicta Maria adminiſtra-
trix tenetur inuentarium,& libros rationum præfatos,
74 nedum conficere,ſed & cautè cuſtodire;vt generale eſt
in quolibet adminiſtratore alieni negotij. *Bal.conſ.152.*
vol.3.Anchar.conſil.316. num.3. Munnoz. de ratiocin. c.
10.ſub num.3.Cyriac.contr.544.numer.13.lib.3.Gratian.
75 *diſcept.71.nu.1.tom.1.* Sequitur,quod ſicuti ſuper amiſ-
ſione, & amiſſionis caſu iuramento illius ſtari non de-
bet.*Bero.conſ.191.num.21.lib.1. Crauet. conſ.112.n.18.*
Socin.ſen.conſ.190.ſub nu.5.lib.2.Farin. in fragm. crimin.
d. litt.A, num.210.Gratian.d.diſcept.71.ſub num.1. Pe-
droc.conſ.3.num.151.Munnoz. de ratiocin. c.10. numer.5.
Mancin.de iuram.p.4.eff.120.num.4.Ridolph.in prax.p.2.
d.c.4.num.55.Pigant.ad d.Rub.125.n.4.Cyriac. d. contr.
544.num.14.15.Ferentil.ad Buratt. dec.266. n.13. Rot. in
diu.dec.238.n.2.3.p.4.cor.Seraph.dec.692.num.7.tom.1.
& dec.1224.n.2.tom.2.& coram Merlin.dec.189.ſub n.
4.verſ.nec Aſcanio tom.1. Ita, ſi probationes requiſitæ
fieri intendantur per teſtes,oportet eos exprimere de-
76 bere ſcripturam,quæ dicitur amiſsa,ſic fuiſse ſcriptam
ſicque fuiſse lectam, ac ideò huiuſmodi teſtes debent
eſse valdè periti, dum etiam debent deponere, quod
cognoſcunt manum illius,qui ipſam ſcripturam deper-
ditam conſcripſit;ex *Bart.in d.Auth.ſi quis in aliquo,ſub*
n.6.Pigant.ad d.Rub.125.ſub n.10.Rot.cor.Caualer.d. de-
ciſ.523.ſub n.4.verſ.ſecundo debobat,& verſ.tertio ydem,
& in d.Bitunt.cenſ.24.Maij 1647. §. primo quia, verſic.
quod teſtes deponant,cor.Corrado.
In omnem euentum, ſunt exactè ponderandæ parti-
tæ, quæ pro parte eiuſdem adminiſtratricis, in illius
77 exonerationem in libris afferuntur; nam eſt certum,
quod non ſunt admittendæ partitæ ad fauorem admi-
niſtratoris,ſi plenè non ſunt iuſtificatæ. *Munnoz. de ra-*
tiocin.c.10.n.57.Rot.in rec. dec.498. num.13. p.4. tom.2.
coram Duran.dec.77.per tot.in Arimin.computor.18.Iun.
1646.§.ſupradictis accedit,cor.Ghiſiler.& in Æſin.dot.3.
April.1656.§.rurſus aduertabatur,cor.Beuilaq.
78 Quod ſi fortè adeſſent in libris aliquæ partitæ falſæ
ſeù erroneæ, non erit iiſdem libris adminiſtratoris in
cæteris credendum. *Gratian. diſcept.563. numer.35.*
tom.3.
Eſtque generale etiam reſpectu aliorum priuatorum
librorum;vt *per Gait.de credit.cap.2.tit.5.numer.895.&*
ſeqq.Pigant.ad Stat.Ferrar. lib.2. Rub.37. num.5.8. tom.
1.Munnoz.de ratiocin.c.11. num.22. Ferentil. ad Buratt.
dec.344.litt.A,verſic.item principalis. Rot. coram Greg.
dec.79.num.2.& ibi Add.num.6.& in rec.dec.1.n.9.cum
ſeqq.p.6.
79 Verùm ſicuti oportet ſcire, quod verificatis aliqui-
bus partitis alicuius libri priuati,præſumitur idem liber
in cæteris verus.*Gabr.comm.concl.tit.de præſum. concl.5.*
num.1.Surd.dec.199.n.3.Add.ad Greg.d.dec.79.n.7.Rot.
cor.Mantic.dec.144.num.3.& dec.363.n.4.cor. Buratt.d.
dec.344.n.14.vbi Add.cor.Caualer.dec.552. nu.2. dum-
80 modò illæ cæteræ partitæ ſint connexæ,& modici præ-
iuditij,non ſic ſi ſeparatæ.*Cephal.conſ.85.n.34. Beltram.*
ad d.dec.79.ſub num.7. verſ. hoc tamen.Ferentil.ad d.dec.
344.ſub litt.A,verſ. verum hoc.
81 Ità poterit obſeruari, quod ſi teſtator reliquiſset di-
ctam Mariam adminiſtratricem, eamque a redditione
rationis ſimpliciter liberauiſset, adhuc ipſa teneretur
reddere rationem, nequè excuſaretur a dolo, ſiuè lata
culpa;licet per huiuſmodi legatam liberationem cenſe-
ri abſolutam ab iis quæ implicant aliquam negligen-
tiam,& non fore tractandum de ſcrupuloſa redditione
rationis tradiderint *Mantic.de coniect.vlt. volunt. lib.9.*
tit.8.num.29.Craſs.§.legatum q.40.num.7.8.Munnoz. de
ratiocin.c.5.à n.3.ad n.11.Galganet.de tutel. lib.3. c.58. à
n.16.Pigant.ad Stat.Ferrar.lib.2.d.Rub.129.num.22.23.
Rota in rec.dec.762.n.8.p.2.cor.Greg.dec.187.n.11. in d.
Arimin.computor.18.Iun.1646.§. fin. vbi quod ſic ſæpiùs
fuit reſolutum,cor.Ghiſiler.
Et hinc poteſt inferri quid ſit agendum circa credi-
ta hæreditatis non exacta ab ipſa adminiſtratrice.
82 Cum habeamus veram concluſionem, quod eadem
credita ob neglectam exactionem tempore debito ef-
fecta inexigibilia, vel ratione præſcriptionis, vel debi-
torum decoctionis,vel alio modo, pereunt periculo,&
damno adminiſtratoris,& exactoris. *l. ſi tutor, conſtitu-*
tus.ff.de adm.tutor.l.fin.§.item reſcripſerunt. ff. de admin.
rer.ad Ciuit.pertinen.l.miſſi opinatores,C. de exact. tribut.
lib.10.Plot.in l.ſi quando nu. 20.C.vnde vi.Curt. iun.conſ.
19.ſub num.6.Menoch.conſ.246.num.66.Burſat.conſ.408.
num.5.vol.4.Cyriac.contr.433.numer.6.lib.3. Gratian.di-
ſcept.626.num.1.2.tom.4.Olea de ceſs.iur.tit.5. quæſt.12.
num.23.Bobadil.in politic. lib.5. cap.4. num.79.Maſſin.de
confiſc.bonor.quæſt.44.num.167.Garz. de expenſ. cap.20.
num.16.Munnoz.de ratiocin.cap.19.num.21.Salgad. in La-
byrint.credit.p.3.c.11.num.105. Zacch. de Salar.quæſt.51.
ſub num.74.& q.65.num.37.Pigant.ad Stat.Ferrar.lib.2.
Rub.74.num.15.tom.1.Panimol.d.conſt.30.n.2.Rot.in rec.
dec.565.n.2.p.4.tom.3.
83 Dummodò in ipſo adminiſtratore, & exactore ad
fuerit culpa in non exigendo.*Socin.ſen. conſ.149. num.1.*
lib.1.Maſſin.d.q.44.num.168.Valenz. conſ.179. à nu.20.
Olea d.q.12.ſub num.23. Rota Genuæ dec.76. ſub num.7.
Rot.Roman.in rec.dec.149.num.10. par.5. & apud Veral.
dec.266.p.1.
84 Quæ culpa,& quidem lata quemadmodum ſatis di-
citur probata in adminiſtratore eo ipſo, quod eius ne-
gligentia in exigendo fuit oſtenſa.*gloſ.in l. nomina,verſ.*
negligentia.C.arbitr.tutel.Socin.conſ.2.nu.10. vol.1. Gut-
tierez de tut.p.2.c.16.num.11.Maſſin.de confiſc. d. qu.44.
*n.171.Panimol.d.conſt.30.n.3.*quatenus negligentia fue-
rit diſſoluta,vt requiri ex *tex.in l.ſi tutor conſtitutus.ff.de*
adm. tut. et in l.2. C. arbitr. tut. ait,poſt Gratian.diſcept.
125.ſub numer.49. Olea de ceſs. iur. tit.5. d.quæſt.12.ſub
num.23.
85 Sic de negligentia non dubitatur, quando per admi-
niſtratorem,& exactorem potuit exactio curari,& fuit
omiſſa. *Gratian.diſcept.626. num.9. Cyriac. contr.433.*
num.9.Munnoz.de ratiocin.cap.19.ſub num.27.Maſſin.d.q.
44.n.170.
Ad hoc tamen, vt concluſio ſuperius poſita habeat
locum ſunt aliqua animaduertenda.
86 Primò,quod conſtet credita, nedum fuiſſe realia, &
ſubſiſtentia,ſed etiam exigibilia.*Roman.conſ.413.n.17. in*
fin.Montan.de tut.c.32.reg.9.n.23.Guttierez eod.tr.p.3.c.
1.ſub n.98.Vermigliol.conſ.451.nu.6. Salgad. in Labyrint.
credit.p.3.d.c.11.n.106.107.
87 Secundò, quod eadem credita potuerint faciliter
exigi.*Bart.in l.idemquè.ff.pro ſoc.Alex.conſ.74.in fin.vol.*
6.Ruyn.conſ.93.num.8. vol.5. Becc. conſil.37. numer.20.
Surd.conſil.228.num.16.lib.2.Rot.in rec.dec.35.num.9.p.
88 *7.* cum alias excuſetur adminiſtrator, ſi debitorem,
vel magna paupertate oppreſſum non compulit ad
ſoluendum. *l.Thais. §. fin. ff. de fideic.libert.Valenz.d.*
conſil.179.num.75.Lara.de annu.lib.1.c.22.num.31.Olea
de ceſs.iur.tit.5.d.quæſt.12.num.23. in fine: vel nimia

Digitized by Google

potentia inſignitum non coegit ad ſatisfaciendum; ex eodem motiuo difficilis exactionis, cum potentes difficilimè conueniri poſsint, & paupertmos deprimant. *arg. in l. 1. C. ne lice potent. Aſſ. iſt. in conſt. lege preſenti n. 8. Roland. conſil. 87. num. 58. lib. 2. Leoncil. de priuil. paup. priu. 9. num. 20. p. 2. contr. diſcept. foreuſ. cauſ. 16. num. 10. lib. 1.*

89 Tertiò, quod adminiſtratori, & exactori fuerit limitatum tempus, & deſignatus locus pro facienda dictorum creditorum exactione. *Grutian. diſcept. 527. ſub numer. 7. Maſſin. d. q. 44. num. 181. Rot. apud Veral. dec. 266. num. 3. p. 1. in rec. dec. 352. num. 3. p. 2. & cor. Buratt. dec. 484. n. 2.*

90 Quartò, quod adminiſtrator, ſeù exactor potuerit adhibere diligentiam in exigendo, eamque ſcienter omiſerit. *Becc. d. conſ. 37. n. 13. & ſeqq. Vermigliol. conſ. 33. num. 24.*

91 Quintò, quod lapſum fuerit tempus conceſſum adminiſtratori pro facienda dilatione debitoribus, ne importunus in exigendo videatur, quod tempus extendi vſque ad ſemeſtrem, colligitur ab *Ang. conſ. 312. numer. 3. 4. Gratian. diſcept. 125. numer. 50. Maſſin. de confiſc. d. quæſt. 44. numer. 178. quem vide numer. ſeq. vbi ſe refert ad Munnoz. de ratiocin. cap. 19. n. 30. cum ſeqq.*

92 Sextò, quod ſi verſemur in adminiſtratore voluntario particulari, concurrant quattuor neceſſaria requiſita: quod *alius adminiſtrauiſſet*: quod *iſte talis fuiſſet diligens*; quod *ideò non adminiſtrauit, quia is, qui nunc ex ſuppoſito pulſatur adminiſtrauit*: quod *tandem iſte pulſatus ſciebat, illum alium fuiſſe adminiſtraturum; vt per Bart. in l. ſi pupilli. §. videamus num. 1. ff. de neg. geſt. Corn. conſil. 81. num. 6. lib. 4. Vermigliol. conſil. 451. numer. 4. Rot. in rec. dec. 470. p. 1. & dec. 475. vtrobiquè num. 4. par. 3.*

93 Deniquè eſt obſeruandum, quod multa ex prædictis, quæ ex iuris diſpoſitione obtinent duntaxat in tutoribus, & curatoribus, trahuntur etiam ob identitatem rationis ad quoslibet alios adminiſtratores; vt tradunt *Munnoz. de ratiocin. cap. 19. ſub numer. 21. verſic. & rurſus licet. Zacch. de Salar. quæſt. 51. ſub numer. 74. & alij.*

94 Sed quando de legitima redditione adminiſtrationis præfatæ Mariæ appareret, cum ſolutione reliquatus, vt eſt opus *l. quæmuis, & l. cum ſeruus. ff. de condit. & demonſtrat Gratian. diſcept. 665. num. 13. Munnoz. de ratiocin. c. 31. num. 12. 13. Salgad. de reg. poteſt. p. 4. c. 9. à n. 140. cum ſeqq. & in Labyrint. credit. p. 1. c. 41. nu. 15. nouiſſimè contr. diſcept. foreuſ. cauſ. 30. num. 1. Rot. in rec. dec. 622. n. 4. in fin. p. 3. dec. 301. num. 1. 2. p. 4. tom. 2. & dec. 694. num. 6. tom. 3. coram Greg. dec. 554. n. 2. cor. Caualer. dec. 225. num. 4. cor. Coccin. dec. 242. n. 12. poſt Merlin. de pign. & hypoth. dec. 45. num. 16. & in Ancon. Mannæ 5. Iun. 1648. §. cum enim, & §. reliqua vero, cor. Eminentiſs. Corrado, & in æſin. dot. 3. April. 1656. §. nec viſum fuit in fine, cor. Be-*
95 *u:lnq.* Et cum reſtitutione librorum adminiſtrationis, vti requiritur; ex *Bart. in l. 1. §. offitio num. 2. ad fin. ff. de tut. & rat. diſtrah. Socin. ſen. conſil. 190. num. 4. verſ. quarto oſtenditur lib. 2. Rota, cor. Cardin. Seraph. dec. 692. num. 2. & poſt Merlin. de pign. d. dec. 45. ſub num. 10. verſic. verum etiam.*

Sicquè quatenus ceſſaret præfatum motiuum contra Mariam excitatum.

96 Tunc præſuppoſito, quod verſemur in dubio, an veſtium, & iocalium penes Mariam exiſtentium fuerit facta ipſi donatio a marito, poſſet aduerſùs eandem opponi, ipſam teneri imputare in eius dotes, ſiuè reſtituere hæredibus viri veſtes feſtiuas, & pretioſas, veluti traditas ad vſum, & ornamentum duntaxat ipſius; licet ſecus veniat dicendum de veſtibus quotidianis; vt per *tex. in l. id veſtimentum. ff. de pecul. & in l. ex annuo. ff. de donat. inter vir. & vxor. traditur, vltrà ſcribentes in lectura, à Caſtr. conſil. 428. numer. 3. vol. 2. Natta conſil. 147. num. 8. Antonel. conſ. 24. num. 1. 2. cent. 1. Roman. conſil. 146. ſub num. 1. Clar. §. donatio quæſt. 10. numer. 3. Guttierez quæſt. 20. lib. 2. Theſ. quæſt. 15. ſub num. 2. lib. 3. Cyriac. contr. 120. num. 50. vbi concordan. tom. 1. Andreol. contr. 281. p. 4. Sanchez de matr. lib. 6. diſput. 25. ſub numer. 10. vbi pleniſſimè, & num. 12. Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 7. gloſ. 3. p. 6. num. 54. cum ſeqq. & p. 7. num. 89. Pigant. ad Stat. Ferrar. lib. 2. Rub. 101. ſub numer. 15. latè Marin. reſol. quotid. lib. 1. c. 90. & lib. 2. cap. 242. ſub num. 2. Altograd. conſil. 88. ſub numer. 25. & ſeqq. lib. 1. & conſil. 35. num. 34. 38. lib. 2. Monach. de execut. in veſtib. cap. 13. vbi ſparſim. Tamburin. de ſacram. lib. 8. tract. 7. cap. 2. §. 1. num. 32. Gumm. dec. 308. num. 13. Surd. deciſ. 166. num. 4. Leo. dec. 36. num. 11. Peregr. dec. 140. num. 3. Caſtil. deciſ. 93. num. 9. Rota, coram Greg. dec. 474. num. 1. in Piſaur. iocal. 22. Iun. 1648. §. aut ſumus, & ſeq. §. quo vero, ac §. accedit veſtes, & per tot vbi doctiſſimè, coram Arguel. & in Roman. reſt. dot. 27. Ianuarij 1649. §. in hoc autem, coram Cardin. Otthobon. inter eius impreſſ. deciſ. 162. numero 9.*

97 Idem aſſerendum eſt de iocalibus, quæ ſi ſint pretioſa, magni valoris, & ad vſum feſtiuum deſignatis, veniunt ſoluto matrimonio reſtituenda ab vxore, ſecus ſi non ſint talia, ſed ad vſum quotidianum deſtinata, vt per *Mantic. de tacit. lib. 21. tit. 6. num. 5. & ſeqq. Bertaz. conſil. ciuil. 59. ſub num. 28. Cyriac. d. contr. 120. num. 67. Altograd. d. conſ. 35. n. 34. lib. 2. Sanchez d. diſp. 25. numer. 11. Surd. dec. 166. n. 29. Pigant. ad d. Rub. 101. ſub nu. 15. verſ. idemque. Rot. in rec. dec. 113. p. 1. cor. Greg. d. dec. 474. cor. Merlin. dec. 885. num. 5. & ſeqq. et in d. Piſaur. iocal. 22. Iun. 1648. eod. §. quo vero, confirmata 28. Iunij 1649. §. 1. cor. Arguel. eſt poſt Salgad. in Labyrint. credit. dec. 80. num. 1. 2.*

98 Et hæc doctrina procedit, quamuis in conſignatione veſtium, & iocalium facta ſponſæ ſeù vxori oppoſitum fuiſſet verbum dono; vt quia ſponſus, ſeù vir dixiſſet ſe donare, ſecundum tradita ab *Alex. conſ. 155. num. 11. lib. 7. Laderch. conſ. 118. num. 2. Roland. conſ. 10. num. 15. lib. 1. Antonel. d. conſ. 24. nu. 3. Sanchez de matr. d. diſp. 25. num. 14. 15. Fontanel. d. clauſ. 7. gloſ. 3. p. 6. nu. 76. Andreol. d. contr. 281. n. 2. Pigant. ad Stat. Ferrar. lib. 2. Rub. 101. n. 6. tom. 1. Rot. in rec. d. dec. 113. num. 11. p. 1. cor. Merlin. d. dec. 855. n. 22. poſt Salgad. in Labyrint. credit. d. dec. 80. num. 3. et in d. Piſaur. iocal. 22. Iun. 1648. §. abſque eo, verſ. tum etiam quia, et in ead. 28. Iun. 1649. §. etiamſi, cor. Arguel.*

99 Tam de veſtibus, quam de iocalibus, cuius nempè, cenſeantur qualitatis, ſicuti ſtandum erit arbitrio Iudicis, qui id diſcernere habet, inſpectis viri, & vxoris conditione, nobilitate, diuitijs, paupertate, vtilitate, & patriæ conſuetudine. *Roland. conſil. 10. numer. 17. vol. 1. Capr. conſ. 135. num. 16. Corn. conſil. 81. ſub numer. 8. lib. 1. Guttierez quæſt. 19. numer. 6. lib. 2. Menoch. de arbitr. caſ. 218. Surd. d. dec. 166. num. 29. Cyriac. d. contr. 120. numer. 51. 69. Pigant. ad d. Rub. 101. ſub num. 16. Fontanel. d. gloſ. 3. p. 6. num. 58. 59. Sanchez. d. diſput. 25. numer. 20. Rot. in rec. d. dec. 113. ſub num. 3. p. 1. et coram Merlin. d. dec. 885. num. 28.*

100 Ità non eſt eadem omnium opinio quid veniat ſtatuendum circa annulum ſponſalitium; vt videre eſt penes præcitatos D. D. quorum aliqui putant, eundem anulum, etſi pretioſiſsimum, ſpectare ad vxorem, & inter iſtos ſunt *Honded. conſ. 30. ſub num. 41. verſic. prout et tertio, volum. 2. Theſ. quæſt. 15. numer. 2. lib. 3.*

Digitized by Google

*li.3.Mantic.de tacit.lib.20.tit.1.ſub n.17.verſ. ſecundo eſt
aduertendum tom.2.Giurb.ad conſuet. Meſsan. c.13. gloſ.
4.num.1.Gratian.dec.118.ſub num.9.verſic.adde quod iſti
Surd.dec.166.num.1.Faber.in Codic. lib.5. tit.1.de donat.
ante nupt.def.2.verſic. anuli nuptialis. Fontanel. de pact.
nupt.clauſ.7.gloſ.3.p.6. numer.56. tom.2. Gionagn. conſil.
18. lib.1. Cyriac. d. contr.120. numer.59.60. Pigant. ad
Stat. Ferrar. lib.2. d. Rub.101. numer.17.tom.1.Fenzon.
ad Stat. Vrb. lib.1. cap.135. numer.10. & ſequentibus
Cancer. var. reſol.par.1.cap.9.numer.192.in fin.verſ.anu-
los verò, & alij apud Rot.coram Merlin.d.dec.885.n.25.
tom.2.*

101 Aliqui verò putant, ſeruandam quoquè eſſe circa
hunc anulum diſtinctionem ſuperius allatam, vt nempe
ſi annlus ſponſalitius ſit pretioſus, & magni valoris
debeat reſtitui, ſecus autem, ſi ſit anulus quotidianus, &
exigui valoris; & inter illos ſunt *Bertaz. conſil. ciuil.59.
num.21.Caſtil.ad l. l. Taur.l.52. in fin. Sanchez de matr.
lib.6.diſp.23.num.10.tom.1.Andreol.contr.281.num.1.in
fine p.4.Rota cor.Merlin.d.dec.885.n.26. vbi pulchrè, &
num.ſeq.*

102 Huic poſteriori ſententiæ, *circumſcripta loci conſue-
tudine*, calculum album adijcio; cum re vera talis
anulus, ſi ſit pretioſus debeat cenſeri traditus, non ani-
mo donandi, ſed pro ſeruando ritu Eccleſiæ; vt, poſt
*Sanchez d.diſp.23. numer.10. verſic. quia minimè; pon-
derat egregiè Rota coram Merlin. alleg. dec.885. ſub nu-
mer.26.*

Et, cum fundamenta prioris opinionis ſint futi-
lia, imò potiùs retorqueantur, libentius inſi-
ſto.

103 *Textus* namque, *in l. ſi quis pro vxore, & in l. ſi
donata reſ. §. ſi ſponſus. ff. de donat. inter vir. & vxor.*
quibus eadem prior opinio innititur, emanarunt tem-
poribus, quibus matrimonia contrahebantur cum anu-
lis ſponſalitijs ferreis, & ſic modici valoris; vt ſapienter
conſideratur *à Rota in d.dec.885.ſub numer.26.verſic.&
doctores illi*: vndè *ydem textus* potiùs fauent poſteriori
ſententiæ, quàm officiant.

Ratio autem adducta pro eadem priori opinione
eſt eiuſdem ſarinæ, quoniam nullo modo rectè con-
cludit: dum enim dicitur, quod anulus ſponſalitius
104 eſt hodiè neceſſarius ad matrimonium ineundum,
ſicque habetur pro impenſa debita, & quidem non
videtur donatus, ſed pro eo, quod eſt debitum exſo-
lutus, ſecundùm *Surd.d.dec.166.ſub num.1.Theſ.q.15.n.
2.lib.3.Cyriac.contr.120.nu.60.Fenzon ad d.c.135.n.10.
& alios.*

Eruitur non ſolùm inſubſiſtentia ipſius rationis, ceù
fundatæ in dictis textibus; quibus iam eſt reſponſum;
ſed etiam manifeſta fallacia; nam neceſſitas anuli præ-
dicti illo tendit, vt ritus Eccleſiæ ſeruetur, non vt idem
anulus transferatur in dominium ſponſæ; cui cum
ſponſus nullum debitum reſpectu eiuſdem anuli con-
ſeruet, ex quo in iure cautum eſſe hoc non reperitur,
nec minus ipſe anulus cenſeri debet exſolutus; cum
105 ſolutio præſupponat debitum, & referatur ad titulum
præambulum *.lib.2. Cod. de acq. poſseſs. Surd. dec.221.
num.13.* adeovt ſolutio præſumatur facta ab eo, cuius
erat debitum. *Menoch. conſil.611. numer.22. Cyriac.
contr.40.numer.4.Rota, coram Seraph. dec.450. num.3.
tom.1.*

106 Dixi *circumſcripta loci conſuetudine*, vt innuerem
fuiſſe traditum *à Pigant.ad Stat.Ferrar.lib.2.d.Rub.*101.
ſub num.17.verſic.equidem noſtris; quod ſuis moribus,
nempè *Ciuitatis Ferrariæ*, ſi duo ſint annuli, quibus
vxor fuerit deſponſata, vt paſſim apud nos obſer-
uatur, relinquitur vnus ipſi vxori ad eius electionem:
ſubditque idem Auctor, *ità vidiſſe ſæpè iudicatum*;
quo fit, hoc eſſe ſeruandum, ſtante huiuſmodi iu-
107 dicandi conſuetudine, quæ per binam iudicaturam
dicitur inducta. *Menoch.conſil.501.num.38.Cabal. con-
ſil.128.ſub num.307.& ſeq.lib.2.Altograd.conſil.86. nu.
47. lib.1. Franch.dec.238. num.3.p.2.Barz.dec.98.num.
12.13.*

108 Et conſuetudo præfata tamquam dominantis loci
erit quoquè ſeruanda in locis ſubiectis, vbi diuerſa
non vigeat conſuetudo particularis, ſecundùm con-
geſta *à Gratian.diſcept.595. numer.25.tom.3. Rota apud
Achil.dec.308.num.7.8. & ibi Rubens in ſuis ſingul. Rot.
Roman. p.1. fol. mihi 143. col.2. ad fin. & fol.561. col.2.
& coram Caualer.dec.73.num.4.dec.95.num.1.3.& dec.
107.ſub n.1.*

Præſuppoſui etiam in principio huiuſce motiui du-
109 bium donationis veſtium, & iocalium: nam ſi con-
ſtaret de animo donandi in ſponſo, & veſtimenta,
ac iocalia ab eo, ſeù ab alio habente commiſsionem
ad donandum, verè donata ſponſæ fuiſsent, donatio
eſset irreuocabilis, nequè res donatæ, etiam prætio-
ſæ repeti poſsent. *Roman. conſil.146. Surd. decis.166.
numer.12.13.Fontanel. de pact. nupt. clauſ.7. gloſ.3. par.
6.numero 76. tom.2. Rot. in d. Piſaur. iocal.22. Iunij
1648. §. aut ſponſus, vbi concordan. coram Arguel-
les.*

110 Apud nos extat bina diſpoſitio *Statuti Ferrar. lib.
2. in Rub.*101. loquente de donationibus ante nuptias
factis, & *in Rub.*102. loquente de donationibus pro-
pter nuptias non exigendis: ac ſuper vtraque pul-
cherrimè ſcripſit. *Commentator Pigantius, & nouiſ-
ſimè contr.diſcept.forenſ.cauſ.87.num.5.cum ſequentibus
tom.1.*

Illud eſt obſeruandum, quod ſi huiuſmodi donatio-
nes fierent mediantibus publicis inſtrumentis, parum
eſset curandum de dictis ſanctionibus municipalibus,
ob clauſulam generalem, quæ paſsim in iſdem inſtru-
111 mentis apponitur, & qua renuntiatur omnibus au-
xilijs legum, & Statutorum, dum per eam importa-
tur renunciatio cuiuslibet beneficij, ſpeciali fauore
etiam per Statutum introducti. *Curt.iun.conſil.18.ſub
numer.4. Rimin. iunior. conſil.587. numer.28.29. Maz-
zol.conſil.22. numer.3. Roland. conſil.13. numer.9. lib.1.
Marth. clauſ.136.numer.17.18.par.1.Barboſ. clauſ.133.
numer.3.Zacch.de oblig.Camer.quaeſt.17.ſub num.26.Ru-
beus in ſing. Rot. Roman. par.4. clauſ.680. numer.20.22.
vol.2.*

112 Et in terminis *d.Rub.*102. quoad eius renuntiatio-
nem eſt videndus ibi *Pigant.n.8.citans Rimin.iun. conſil.
16.n.14.cum ſeqq.*

Circumſcripto quoquè hoc motiuo contra Mariam
excitato multa alia aduerſus eam inſurgunt ex ſerie
facti tranſmiſsa: ſed cum ſint de ſe plana, & loogio-
rem quam decet, ſi trutinæ ſubijcerentur, conſla-
rent examinationem, in medium tamen vbi opus
fuerit afferendam: idcircò pro nunc, ipſis omiſsis,
reſideo in concluſionibus ſuperius firmatis, &c. *Sal-
uo, &c.*

Adhuc præſens cauſa Iudicum ſubſellia non inuiſit,
& mulier minimè diuitijs affluens, contra quam ha-
ctenus ſtylum direximus, ſi iuditiorum ſpernat am-
phractus, optimam eliget partem, quoniam, vltra cau-
ſæ amiſsionem, in dies etiam minus rationabili motiuo
ſuccedentem,

*Ni ſugitans rixa vitet liteſque, forumque,
Auro torpet inops hauſta crumena ſibi.*

COLLVCTATIO XLIII.

ARGVMENTVM.

Agitur de multis exceptionibus propoſitis aduersùs ſocium petentem expenſas ab ipſo in re ſociali factas, & ſignanter tractatur latè de compenſatione. Ac, an, & quando poſſit hæres beneficiatus cogere creditores ad accipiendum tot de bonis hæreditarijs. Pleniſſimè quoquè examinatur Auth.hoc niſi. C.de ſolut.vnà cum explicatione Stat.Argentæ, de bonis dandis in ſolutum.

SVMMARIVM.

1 *Iuramento ſuppletorio, vt ſit locus deſideratur præcedens ſemiplena probatio.*

2 *Liber informis vulgò ſcartafacio, nihil probat. Limita, vt num.23.*

3 *Solidus in iure quomodò accipiatur.*

4 *Iuramentum adminiſtratoris expedientis ſufficit ad probationem expenſarum in modica quantitate: amplia vt num.5.*

6 *Liber priuatus, etſi informis facit quale quale adminiculum, & quando plene pro ſcribente probet, numero 7.*

8 *Adminiſtrator particularis non tenetur ad confectionem libri.*

9 *Adminiſtrator bonorum debitoris cenſetur de ſuo credito ſatisfactus intellige, vt n.10.11.12.*

11 *Redditionem rationis intentans debet probare adminiſtrationem, & certas res adminiſtratas.*

13 *Præſcriptio Statuti inducit præſumptam ſolutionem, eſt probanda per lapſum temporis neceſſarium, num.14.non procedit ſi debitum fuerit negatum, n.15.*

16 *Filius ſi conueniatur vts hæres patris debet probari talis.*

17 *Legitimatio perſonæ eſt neceſſaria, in quolibet iuditio; Declara vt n.18.*

19 *Confeſſionis propriæ vis affertur, remiſſiue: & maximè iuditialis, n.ſeq.*

21 *Hæres dicitur is, qui tamquam talis petit aliquid in iuditio.*

22 *Aequitas eſt ſemper inter ſocios ſeruanda.*

23 *Expenſarum probatio inter ſocios, ex quibus ſufficienter dimanet.*

24 *Socius non debet locupletari, cum iactura conſocij.*

25 *Compenſatio habet vim ſolutionis: inducit extinctionem debiti medio oppoſitionis n.26. Limita, vt non ſit neceſſaria oppoſitio, ad euitandam pænam; & ſiſtendum curſum vſurarum, n.27.28.*

29 *Compenſatio poteſt opponi in omnibus actionibus: in quolibet iuditio, n.30.in gradu appellationis, nu.31.poſt rem iudicatam, n.32. declara n.33.*

34 *Compenſatio quando non admittatur, & numer. 35.36.*

37 *Compenſationem opponens debitum fatetur.*

38 *Hæres cum benefitio inuentarij poteſt ſoluere aliud pro alio, & tradere creditoribus inuitis tot. de bonis. Amplia n.n.39.40.41.Declara, & limita, n.n.52.56.57.58.61.*

41 *Cenſus dominus poteſt cogi ab hærede benefitiato ad extinctionem cenſus cum tot de bonis hæreditarijs, contra num.52.*

42 *Auth. hoc niſi.C.de ſolut.affertur, quando habeat locum. n.n.43.44.49.54.55.quæna ſint eius requiſita, n.n.62.63.64.65. quando non habeat locum, n.n.66.67.68.69.70.*

45 *Compenſatio admittitur pro extinctione cenſus inducenda.*

46 *Datio inſolutum habet vim ſolutionis, probat veram numerationem n.47.*

48 *Argumentum à ſimili eſt validum data identitate rationis.*

50 *Cenſus venditor, & emptor non dicuntur propriè debitor, & creditor reſpectiuè limita, vt n.51.*

53 *Argumentum de maiori ad minus valet negatiuè.*

59 *Hæreditas præſumitur ſoluendo, & opulenta.*

60 *Negatiua eſt probanda ab eo, qui in illa ſe fundat.*

71 *Creditor non cogitur inſolutum pignus accipere: quando cogitur ad accipiendum bona debet releuari mediante augmento n.73.*

74 *Statutum Argentæ de bonis dandis inſolutum affertur, & num.81.82.*

75 *Statutum recipit interpretationem à iure communi: debet reduci ad terminos iuris communis in quantum fieri poteſt, n.76.*

77 *Statutum, per quod cogitur creditor ad accipiendum pro ſuo credito tot de bonis debitoris, quando non habeat locum, & n.n.78.79.*

80 *Statutum licet contra ius commune debet ſeruari.*

83 *Renuntiatio iurata non comprehenditur ſub Statuto ſimpliciter renunciationem prohibente.*

84 *Iuramentum nec directè ſubijcitur poteſtati ſtatuentium laicorum, nec minus indirectè.*

85 *Iuramentum operatur ſuum effectum licet à Statuto laicali præſumatur dolo, & metu extortum; & quando ſecus, ibid. & n.86.*

87 *Forenſis creditor non ligatur Statuto mandante accipi bona debitoris in ſolutum, & de ratione, numer.88.non comprehenditur ſub verbis quantumuis generalibus, numer.89.*

88 *Statutum non porrigit ſuas vires extrà territorium, ſiuè loquatur in rem, ſiuè in perſonam.*

OBijcitur primo aduersùs Timotheum Vitalium agentem contra Rocchum Guidum, non eſſe locum petito iuramento pro parte illius; quia exiſti-
1 matur, idem iuramentum cenſeri neceſſarium, ſeù
ſuppletorium, cuius delatio expoſcit ſemiplenam præcedentem probationem in hoc caſu deficientem; ex traditis *D.D.in l.admonendi.ff.de iureiur.Fagnan.in c.ſicut num.5.de probat.Maſcard.de probat.concl.957M.enoch.de arbitr.lib.2.caſ.190.Oſaſch.dec.96.numer.3.Gratian.dec.36.num.5.Bellon.dec.5.num.3.Cornazan. dec. Lucenſ.68.num.11.Raudenſ.dec.Piſan.19.num.81.Ludouic. dec. Peruſ.9.num.25.& dec.100.num.2.Borell.in ſumm. dec. tit.54.num.10.vbi concordan.Poſſent.ſing.1.numer.5.& ſing.86.num.3.cent.1.Ridolph.in prax.p.2.c.4.nu.139. Pigant. ad Stat.Ferrar.lib.2.Rub.15.n.31.& Rub.54.ſub num.7.verſ.primo quidem tom.1.Rot.apud Bellamer.dec.682.numer.2.& in diu.dec.157.n.3.lib.3.p.3.Cammarat.reſp.deciſ.37.n.1.*

Non attento aſſerto libro eiuſdem actoris producto & in quo partitæ expenſarum petitarum continentur, vt potè informi, & ſine neceſſarijs requiſitis compoſito
2 adeovt potius ſcartafacium, aut memoriale appellari
debeat, & ſubindè nullum gradum probationis conſtituat; ad *Iaſ.in d.l.admonendi num.81.in fin. Menoch. conſ.296.num.28.num.29.Genna de ſcript.priuat. lib.5. tit. de ſcartaf.num.2.3.Giurb.dec.88.ſub num. 2.in fin.Pigant.ad d.Rub.*

Digitized by Google

d.Rub.54.n.40.Rot.in rec.dec.558.n.1.p.2.

Sed reſpondetur, nos non verſari in caſu, in quo ſit neceſsaria dicta ſemiplena probatio; quia cum petantur expenſæ factæ à Timotheo in refectionem retium, poſitarum in ſocietate inter eum, & olim Nicolaum, Patrem dicti Rocchi inita, cuius adminiſtrator fuit cōſtitutus ipſemet actor, ſuccedit, cum ſint illæ in parua
3 ſolidorum ſumma, accipiendo ſolidum, vt in iure fieri debet, pro vno aureo; iuxtà §.fin.Inſt.de pæn.temer. litig. & congeſta nouiſſimè à Fagnan. in c. conquerente num.47. de off.ordin.& latiſſimè Tamburin.de contract.in particul. lib.9.tr.10.c.5.§.1.num.4.et ſeqq.Rubeo, qui pro alijs omnibus ſufficiat in pract.reſol.circa teſtam.c.91.à nu.5.vſque ad num.24. vbi concordantes de re iſta differentes habentur: quod ſtante earum modicitate, & attenta qualitate
4 eiuſdem Timothei, ſufficiat ad probationem illarum, ſolum iuramentum ipſiuſmet, tamquam adminiſtratoris expendentis. Sperel.tit.de inſtr.edit.§. nunc verò aliqua, verſ.vigeſimo quid ſi executor.Plot.de in lit. iuran. §. 12.num.8.in parua impreſs.Baez.de decim.tutor.cap.21.n. 28.Garz.de expenſ.c.29.num.23. Bobadil. in politic. prat. lib.5.c.4. num.35. quos relatos ſequitur Eſcobar. de ratiocin.cap.10.num.58.Gait.de credit.c.2.tit.4.numer.817. et num.823.

5 Sicuti etiā, conſiderata veriſimilitudine, & difficultate probationis dictarum expenſarum, ſat eſt, quod expendentis iuramentum interueniat. Eſcobar.d. c.10. num.64. Gait. d. cap.2. num.857.apud quos alij adducuntur.

6 Maximè concurrente priuato liberculo continente adnotationem dictarum expenſarum, a quo, etſi informe, fit quale quale adminiculum. Rot. in rec. dec. 679.num.23.par.4.tom.3.et coram Caualer. dec. 142. numer.4.

7 Quinimò concurrentibus alijs adminiculis, hic fortè non deficientibus, inducitur probatio ſufficiens pro ſcribente. Guid.Pap.dec.441.in fin.Surd.conſ.543.num.7. Vbert.de modo citand.in Roman.Cur.par.2. form.9.§.libri mercatorum, verſ.ſic etiam liber priuatus. Rubeus ſenior. in ſing. Rot. Roman.p.2.vera liber.§.7. vol.2. Rota coram Gregor. deciſ.79. numer.5. & deciſ.537. numer.1. & ibi Add.num.4.et coram Buratt.dec.344.nu.15.et in rec.dec. 13.n.6.p.6.

8 Eoque magis ſi aduertatur, quod dictus Timotheus, vti particularis adminiſtrator non tenebatur ad eiuſdem libri confectionem. Calcan. conſ.93. Rubeus in ſing. Rot. Roman.p.3.verò.Calcaneus.§.1.vol.2.Maſſin. de confiſc.bonor. quæſt.44. numer.62. Rot. coram Gregor. deciſ. 199.numer.4.et dec.274.numer.2. et ibi Add. vtrobique numer.8.

9 Secundo contra præfatum Timotheum obſtare dicitur præſumptio, qua quilibet adminiſtrator bonorum debitoris cenſetur de ſuo credito ſatisfactus. l. debitor.ff.de neg.geſt.l.ſed ſi damnum.§. peculium. ff. de pecul.Surd conſ.290.num.32.Afflict.dec.13.numer.13.Andreol.contr.124.num.13.& contr.187. num.13. Menoch. præſ.135.num.13.lib.3.Cyriac.contr.76.ſub num.8.Zacch. de Salar.p.2.quæſt.51.num.78.Salgad.in Labyrint. credit. p.3.c.7.ſub num.18.Merlin.de pign.& hypoth.lib.4.quæſt. 178.num.6.Rota in rec.dec.555.num.4. p.4. tom.3. coram Buratt.dec.420.num.2. coram Pegn. dec.113. ſub num.2. tom.1.poſt Pacific.de Salu.dec.87.num.1.2. in Roman. pecun.23.Martij 1648.§.minus ſuffragari ad fin.cor. Meltio, & in æſin.dot.3.April.1656.§.& reſolutionis, & cor. Beuilacq.

Verùm duplex accomodatur reſponſio.

10 Altera, quod præſumptio prædicta, ad hoc, vt obtineat, neceſse eſt, quod de adminiſtratis petatur rationum redditio, cum ante illam, eadem præſumptio duntaxat admittatur, & procedat. Afflict.d.dec.13.n.16.18. Zacch.d.q.51.n.79.Salgad.d.c.7.n.20. Merlin. de pign. & hypoth.lib.3.tit.1.q.2.num.38. vbi conglomerat deciſiones Rotæ adde cor.Caualer.dec.171.num.7. & dec.453. nu.3. & in d.æſin.dotis.3.April.1656.§.& quamuis, coram Beuilaq.

Vndè, quatenus etiam eiuſdem redditionis defectus in præſenti adeſset, nihilominus ab eo dicta præſumptio non induceretur, ex non petita eadem redditione,
11 cum ſucceſsiua probatione certæ rei, & quantitatis per Timotheum adminiſtratæ; vt fuiſset neceſse ad hoc, vt compelli potuiſset ad ipſam rationum redditionem. Crauet.conſ.231.num.14.Cyriac.contr.29.num.13.tom.1. Poſt.reſol.24.num.29.Rot.in rec.dec.380.num.4.p.4.tom. 2.& coram Greg.dec.220. num.3. & in Roman. pecun.3. Aprilis 1645.§.neque ſecundum, verſic. imò Banæ, coram Peutinger.eſt dec.268.num.3. poſt Zacch. de oblig. Camer. & in Iteramn.merced.4.Iul.1646.§.circà verò, cor. Meltio, & in Roman.reddit.ration.14.Iun.1649.§.ſed ceſſat inſuper, cor. Peutinger.

12 Altera, quod præſumptio allegata nequit in præſenti ſibi locum nanciſci, quia non fuit probatum, perueniſse ad manus Timothei tot pecunias, ſeù bona tanti valoris, ex quibus de integro eius credito ſatisfieri valuiſset. Andreol.d.contr.124.in fine.Zacch.de oblig.Camer. q.17.n.49.Poſt.d.reſol.24.n.30. & traditur à Rot. vt cor. Buratt.dec.541.ſub numer.1. & poſt Salgad. in Labyrint. creditor. deciſ.24. numer.4. nuper in d. æſin.dot.3. April. 1656. §. & quamuis huiuſmodi, coram Beuilaq.

13 Tertio opponitur aduerſus creditum Timothei de præſcriptione Statutaria, per quam inducitur præſumpta ſolutio. Rimin.iun.conſil.198. num.3. lib.2. & conſil. 488.num.7.& ſeqq.lib.4.Gratian.diſcept.52.numer.9. & ſequentibus tom.1. Mareſc. var. reſol. lib.2. cap.67. num. 5. Pigant. ad Stat. Ferrar. lib.2. Rubric.128. numero 2. tom.2.

14 At reſpondetur: præſcriptionem allegatam non fuiſſe probatam, vt fieri debebat, cum lapſu temporis ad illius complementum neceſsarij. Rot.in rec. dec.21. à n. 11.et dec.279.num.13.p.7. et dec.28.num.39. p.8. et poſt Zacch.de oblig.Camer.dec.192.n.21.ego ipſe in colluct.48. n.46.47.

15 Vltra quod ſtante negatione debiti facta in hoc iuditio, allegans ſtatutariam præſcriptionem non poteſt ea iuuari. Pigant.ad Stat.Ferrar.d.Rub.128.ſub num.28. verſ.quamuis contrarium.Rot.in rec.dec.164. ſub num.11. verſ.ſed etiam quia, et num.12.et dec.176.ſub nu.6.ac ſeq. p.8. & in Rauenn. cenſ.26. April.1641. §. quare cum ad fin.coram Bichio, et in Anconit. Mannæ 13. Maij 1644. §. fin.coram Cardin.Corrado, et in Roman.domor.de incoronatis 18.Martij 1650.§.fin. coram Dunozet, poſt Zacch. de oblig.Camer.d.dec.192. num.22. vbi concordan. cum alij per Rubeum in Annot.ad Rot.in rec. deciſ.6. numer.69. et ſeqq.p.3.

Quarto dicitur, proceſsum fabricatum hucuſquè ad inſtantiam Timothei eſse omninò nullum ex defectu legitimationis perſonæ aduerſarij conuenti, tamquam hæredis Nicolai eius patris, non probata in eo huiuſ-
16 modi qualitate, vt fieri erat opus, cum non ſufficiat probare conuentum eſse filium, niſi etiam probetur, quod ſit hæres. Magon.dec. Lucenſ.62. num.14. Chartar. dec.54.num.22.Poſt.de manut. obſ.87.ſub num.6. verſic. ſed quod conuentum.Ridulphin.in prax.p.1.cap.5.num.26. et ſeqq. Rot. coram Mantic. dec.198. num.6. et alibi: ac
17 propterea, tali deficiente legitimatione neceſsaria in quolibet iuditio, potentiſsima nullitas inſurgat, Cyriac. contr.384 num.1.et ſeqq. Poſt. d. obſ.67. num.3. vbi concordan.adde me ipſum in colluct.1. num.91. et eſt notiſsimum.

18 Por-

Digitized by Google

18 Porrò ea in primis affertur reſponſio, quod omiſsio legitimationis perſonæ non vitiat proceſsum, dato contradictore, qui de illa non opponat, vt in præſenti, *gloſ. in l. 1. verſic. filium. C. quor. bonor. Ridolph. d. c. 5. n. 33. Rot. cor. Gregor. dec. 88. num. 1. & Add. ad eius deciſ. 264. num. 6. & in Roman. fideicom. de Marianis 14. Decembr. 1648. §. nec dicatur ad fin. vbi quod eſt receptiſſima concluſio, coram Roias, ego ipſe collect. 39. numer. 121. & ſequentibus.*

Et ſecundariò dicitur iam ſatis reſultare ex proceſſu, reum conuentum eſſe hæredem Nicolai eius genitoris, dum in oppoſitione pluries facta, & repetita de præſcriptione fuit inſtitum, & petitum deferri iuramentum de credulitate eidem, vti tali, & tamquam hæredi ſui patris.

Ex quà confeſsione reſultat pleniſsima legitimatio-
19 nis probatio, vt vltrà generalem vim propriæ confeſſionis, de qua in *l. fin. C. de non numer. pecun. l. cum te. C. de tranſ. & optimè apud Poſt. de manut. obſer. 19. numer. 11. & ſeqq. me ipſum d. collect. 1. numer. 39. vbi concordan.* &
20 maximè confeſsionis iuditialis. *Rota in rec. dec. 172. n. 2. in fin. & dec. 644. n. 1. p. 4. & dec. 244. n. 1. p. 8. Poſt. d. obſ. 19. n. 17.*

21 In ſpecie, quod ſi quis petat aliquid in iuditio tamquam hæres, ex hoc ſolo talis probetur, docent *Menoch. de adipiſc. remed. 4. n. 676. Mantic. de coniect. lib. 12. tit. 12. num. 13. Poſt. de manut. d. obſ. 87. ſub numer. 6. verſic. ſed etiam benè Rota coram Gregor. deciſ. 98. ſub numer. 4.*

Ex quibus non eſt cur ambigatur de Timothei bono iure clarius emicante, dum, conſiderata qualitate per-
22 ſonarum, inter quas fuit inita ſocietas, neceſsariò debet eſse continuò ante oculos æquitas ſuperabbundans veluti ſpeculum diuinæ, & nobilis bonitatis. *Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 16. num. 37. Gratian. diſcept. 728. numer. 16. tom. 4.*

23 Adeovt, cum tractetur de expenſis geſtis ratione eiuſdem ſocietatis, earum ſufficiens probatio, dimanat quoquè ex ſcartafacijs, & memorialibus, non attentis apicibus iuris, ſed procedendo, de bono, & æquo; vt concludunt *Eſcobar. de ratiocin. c. 10. n. 74. Gait. de credit. c. 2. tit. 4. n. 870.*

24 Quæ æquitas maximoperè in præſenti debet præualere ne locupletetur aduerſarius cum damno, & iactura dicti Timothei, ad *Menoch. in iſtis ſocietatis terminis, de recup. remed. vlt. in prin. numer. 4. Gratian. diſcept. 604. num. 2.*

Quintò; poſt introductionem huius cauſæ in Curia generali Ferrariæ coram Iudice delegato ab Eminentiſs. & Reuerendiſs. Cardin. Franſono à latere legato, fuit obiecta pro parte Guidi ad cautelam exceptio compenſationis aduersùs Timotheum, cui ideò, illa mediante fore im-
25 ponendum ſilentium dicebatur, ex eo, quod compenſatio, non ſolùm habet vim ſolutionis, ſed eſt ſolutio. *l. ſi conſtat. C. de compenſ. l. ſi debitor. ff. qui potior in pign. habean. Crot. conſil. 139. num. 7. Pariſ. conſ. 121. num. 19. vol. 1. Poſt. reſol. 69. num. 3. reſol. 121. numer. 22. & reſol. 135. num. 1. Bellon. dec. 16. num. 31. & ſeqq. & dec. 104. num. 3. Maſcard. de probat. concl. 334. num. 2. Menoch. præſ. 48. nu. 35. lib. 2. Chartar. dec. 77. Surd. dec. 117. num. 1. Graſs. except. 16. num. 9. cum ſeqq. Gait. de credit. c. 4. quæſt. 7. num. 357. Zacch. de Salar. quæſt. 74. num. 23. & quæſt. 104. à nu. 16. 17. cum ſeqq. Cyriac. contr. 350. num. 1. Altograd. conſ. 5. num. 1. & conſ. 89. num. 15. lib. 1. Thomat. dec. 231. num. 20. 27. tom. 2. Niger. de except. c. 13. num. 3. & ibi §. 3. n. 5. cum ſeqq. Olea de ceſs. iur. & action. tit. 6. q. 11. num. 22. in fine. Donad. de renunt. c. 4. num. 79. 80. Leoncil. dec. 37. n. 3. Cenc. de cenſib. quæſt. 108. num. 6. Rot. in rec. dec. 494. num. 4. p. 4. tom. 2. dec. 33. num. 4. & dec. 354. num. 3. par. 5. dec. 148. nu. 6. 7. p. 6. & dec. 303. n. 3. p. 8. cor. Merlin. dec. 254. num. 4. tom. 1. coram Cardin. Otthobon. dec. 16. num. 28. & dec. 55. num. 13. coram Duran. dec. 379. n. 9. coram Buratt. dec. 240. num. 20. & poſt Zacch. de oblig. Camer. deciſ. 183. num. 16.*

26 Atque debiti extinctio, non quidem ipſo iure, ſed medio oppoſitionis factæ, vt nunc, de ea a parte. *Socin. iun. conſil. 74. num. 25. lib. 3. Roland. conſ. 87. num. 28. lib. 1. Graſs. d. except. 16. num. 47. Surd. dec. 117. num. 4. & dec. 191. num. 15. Latro. dec. 25. Franc. dec. 53. num. 2. Poſt. reſ. 121. num. 10. 19. 34. Medic. de compenſ. p. 2. qu. 21. Scacc. de commerc. & camb. §. 2. gloſ. 5. ſub num. 433. Andreol. contr. 219. num. 3. 7. p. 3. Caſtil. contr. iur. tom. 4. c. 40. à num. 110. Salgad. in Labyrint. creditor. p. 2. c. 28. numer. 21. 22. 26. Thomat. dec. 239. num. 14. tom. 2. plenè Niger. de except. c. 13. §. 4. num. 10. & ſeqq. Gallerat. de renuntiat. cent. 1. renunt. 83. ſub num. 2. verſic. mihi autem, ibi nec me mouet. tom. 2. Donad. eod. tr. d. c. 4. num. 81. in fine, & c. 32. n. 165. & ſeqq. vbi plenè. Rot. in diu. dec. 627. num. 1. p. 1. & in rec. dec. 703. num. 1. p. 3. & dec. 338. num. 8. p. 5. & dec. 26. numer. 18. par. 7. & coram Duran. deciſ. 235. numer. 8. tom. 1.*

Exceptis tamen caſibus, in quibus agitur.

27 Vel de euitanda pæna. *Socin. in l. Iulianus num. 9. ff. de condit. et demonſtr. Roland. conſ. 87. num. 28. lib. 1. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 27. num. 65. tom. 2. Surd. conſ. 82. num. 7. Niger. de except. d. c. 13. §. 4. ſub num. 39. verſ. limita ad euitandam. Graſs. d. except. 16. num. 49. Poſt. d. reſol. 121. num. 10. Sabell. var. reſol. & reſponſ. c. 56. ante num. 3. Larrea alleg. fiſcal. 41. num. 33. p. 1. Rota in rec. dec. 26. numer. 14. p. 7.*

28 Vel de ſiſtendo curſu vſurarum. *Socin. iun. conſil. 147. num. 7. lib. 1. Surd. dec. 117. num. 6. Graſs. d. except. 16. num. 51. Niger. d. c. 13. eod. §. 4. num. 38. 39. Coſta de rata q. 61. num. 1. Scacc. de commerc. & camb. §. 2. gloſ. 5. num. 425. Medic. de compenſ. p. 1. quæſt. 22. ſub num. 3. et qu. 50. num. 8. Cenc. de cenſib. quæſt. 88. ſub nu. 6. verſic. nam fieri. Poſt. d. reſol. 121. num. 10. Donad. de renunt. d. cap. 4. ſub num. 81. verſic. reſpectu verò, et d. c. 32. num. 171. Larrea d. alleg. 41. ſub n. 31. Rot. in diu. dec. 53. num. 3. p. 1. et in rec. dec. 303. n. 4. par 8.*

Vel in alijs numeratis a prædictis D. D.

29 Eſtque adeò priuilegiata huiuſmodi compenſationis exceptio, vt nedum in omnibus actionibus, tàm perſonalibus, quam realibus, & mixtis opponi poſsit; ex *Bald. et Cyn. in l. fin. C. de compenſ. Niger. d. c. 13. nu. 10. Tindar. de compen. art. 4. n. 19. Scaccia de ſenten. et re indic. gloſ. 7. q. 4. ſpect. 3. n. 13.*

30 Sed & in quolibet iuditio locum obtineat. *Zacch. de oblig. Camer. q. 18. n. 19.*

31 Etiam in gradu appellationis, & in ſecunda inſtantia, vt nunc. *Medic. de compenſ. p. 2. q. 7. et quæſt. 50. Capella Tholoſ. dec. 263. Poſt. reſol. 102. num. 2. Scacc. d. quæſt. 4. eod. ſpec. 3. ſub num. 137. verſic. et in cauſa. Sabel. var. reſ. et reſponſ. c. 56. num. 6. Rot. coram Eminentiſs. Otthobon. dec. 2. n. 20.*

32 Imò, & poſt rem iudicatam, & in executione illius. *Rimin. iun. conſ. 451. num. 37. Gratian. diſcept. 660. numer. 29. Cyriac. contr. 224. num. 6. Surd. dec. 191. num. 7. Poſt. d. reſol. 102. num. 3. 4. Niger. de except. d. c. 13. nu. 6. Caren. reſol. 202. n. 19. Scacc. de ſenten. et re iudic. gloſ. 7. qu. 4. d. inſp. 3. ſub n. 137. Zacch. de oblig. Camer. d. qu. 18. num. 19. Sabel. d. c. 56. n. 4. Donad. de renunt. d. c. 32. n. 148. Leoncil. dec. 37. n. 4. Rot. cor. Greg. dec. 342. num. 2. et cor. Otthobon. d. dec. 2. n. 20.*

33 Dummodò antè ſententiam non fuiſset oppoſita, & aliqua ex iuſta cauſa reiecta, nam tunc poſt ſententiam, & in executione nequiret rurſus opponi. *Niger. de except. c. 13. num. 71. Gratian. diſcept. 660. numer. 30. tom. 4.*

Magon.

Magon.dec.Floren.42.numer.8. Sabell.d.cap.56.numer.5. Pigant. ad Statuti Ferrar, lib.2. Rubric.72. numer.18. tom.2.

Cæterùm dixi, prædicta, & ſi in iure veriſsima non
34 tamen officere in præſenti, cum adhuc non appareat de aliquo credito Guidi compenſando; ideoquè compenſatio obiecta non intret. *Poſt.reſol.136.n.69. Rot. in rec.dec.224.n.3.p.5.& dec.3.n.28.p.8.& cor.Duran.dec. 175.ante n.2.tom.1.*

35 Cum imò, dato credito Timothei pro liquido ad finem non curandi de exceptione ipſius compenſationis, ſufficiat, creditum Guidi opponentis illum eſſe incertum, & illiquidum. *l.fin.C.de compenſ.Theſ.q.q.forenſ. lib.2.q.28.num.4.Thomat.dec.181.num.43.tom.2.Poſt. reſol.102.num.5.& de manut.obſ.65.num.5.Graſs.except. 16.num.56.Sabel.var.reſol.& reſponſ.c.56.num.20.Altograd.conſ.45.num.62.lib.2.Surd.dec.184.num.6.Rota in rec.dec.679.num.5.p.1.dec.117.num.19.& dec.187. num.7.p.4.tom.2.dec.338.num.5.p.5.dec.170.num.11.p. 6.& coram Seraph.dec.1455.num.4.to.2.cor. Duran. dec. 235.num.5.tom.1.cor.Buratt.dec.717.num.2.& dec.880. num.5.tom.3.coram Mantic.dec.221.num.8.& dec.233. n.2.cor.Coccin.326.num.3.& dec.358.num.2.cor. Millin. dec.356.num.2.& poſt Zacch.de oblig.Camer.deciſ.268. numer.4.*

36 Ac in omnem caſum propoſui animaduertendum, quod compenſatio fuit oppoſita de ſpecie, ob idque non admittendam contra petitam quantitatem. *l.3. C.in quib.cauſ.pign.tacit.contrah.Neguſant.de pign.membr.5.par.5.princ.num.11.Prat.conſil.182.nu.4.Surd.conſ. 112.num.55.lib.1.Anchar.q.q.familiar.lib.1 quæſt.33.n. 6.& quæſt.52.num.16.Menoch.præſ.109.n.18.38.lib.4. Graſs.except.16.n.66.Ludouic.dec.Peruſ.15.numer.5.& dec.88.n.17.Sperel.dec.176.n.40.tom.2.Rota in rec.dec. 123.n.3.p.4.tom.2.& dec.403.nu.17.p.5.& cor. Coccin. dec.65.n.4.*

Et propterea, cum ex oppoſitione huiuſce exceptionis magis inſurgat probatio debiti eiuſdem Guidi, qui
37 enim compenſationem opponit debitum fatetur. *Natta conſ.134.num.2.Surd.dec.24.num.7.Graſs.except.16. num.53.Poſt.d.reſol.102.n.9.Rot.in diu.dec.626.n.7.8.p. 1.& dec.69.n.6.p.4.& in rec.dec.33.n.2.par.5.cor. Cardin.Otthobon.dec.16.num.23.& cor.Merlin.dec.254.nu. 2.tom.1.*

Concludendum putaui multò fortius conſtare de credito dicti Timothei.

Sexto demum pro parte dicti Guidi fuit in medium allatum, quod in omnem euentum, quo apparere poſſet, Timotheum eſſe creditorem, poſſe etiam ipſum cogi ad accipiendum tot de bonis hæreditarijs olim Nicolai patris præfati Guidi, cuius debitum idem Timotheus ad ſui fauorem deducit.

Hocque ex duplici capite.

38 Altero; quia præſupponitur, Guidum nunc conuentum eſſe hæredem ſui Patris cum beneficio Inuentarij, ſubindequè habere facultatem a lege ſoluendi aliud pro alio, & tradere creditoribus inuitis tot de bonis hæreditarijs pro extinctione debiti, quando in hæreditate non reperiuntur pecuniæ, vt modò. *l.fin.§.& ſi præfatam. C. de iure deliber. Ancharan.iun.q.64.p.2.Phanuc.de inuent. p.5.num.149.Monticul.eod.tr.memb.9.num.8.Roland.eod. tract.p.4.q.23.Cyriac.contr.24.num.4.Marin.c.91.nu.39. lib.1.Boſs.de dote c.16.ſub num.282.Andreol.contr.13.n. 6.& contr.93.num.7.p.1.& contr.108.numer.5.p.2.Fachin.conſ.23.num.14.lib.2.et contr.iur.lib.4.c.39.Marcabr.conſil.3.Sabell.var.reſol.& reſponſ.c.3.num.32.Gratian.diſcept.116.num.19.Valaſch.conſult.52.nu.38.Cancer.var.reſol.p.3.c.2.num.135.Theſ.q.q.forenſ.lib.3.q.82. Surd.dec.30.num.1.et dec.318.pleniſsimè videndus Gratiarel.dec.7.& ibi tres inſignes Addent; à quibus quam plurimæ ſedes de iſta materia indicantur. Sau Fælic.deciſ. 111.et dec.268.cum Addit.Rot.poſt Cenc.de cenſib.deciſ. 422.num.7.& coram Duran.dec.1.num.25.& ſub n.27. tom.1.*

39 Etiamſi creditores eſsent hypothecarij, & haberent pactum executiuum cum facultate apprehendendi, & vendendi bona debitoris propria auctoritate, vt latè oſtenditur *à Marcabr. d. conſil.3. numero 49. vſque ad 100.*

40 Ac etiam ſi tractaretur de repetenda dote per viduam. *Alciat.conſ.193.Surd.dec.30.ſub num.1.Fuſar.de ſubſt.q.532.num.43.44.Boſs.de dote c.16.numer.282.vbi benè.Poſt.inſpec.de ſubhaſt.43.num.7.in fine.Rot.cor. Duran.d.dec.1.num.26.27.impreſs.apud Marin.quotid.reſol. lib.1.cap.91.num.40.& poſt Cenc.de cenſib.d.deciſ.422. num.8.*

41 Et de cenſu quoquè extinguendo, ſeù redimendo: in tantùm, vt poſsit hæres beneficiatus reſtituere capitale cenſus, ſeù pretium in tot bonis hæreditarijs, non extantibus in hæreditate pecunijs, & dominus cenſus ſit cogendus ad extinctionem taliter peragendam, ſi credamus *Cenc.de cenſib.p.3.c.1.q.3.art.5.nunc in nouiſs. impreſs.quæſt.107.num.29.in Addit.verſ.caſibus ſuprà. Duard.eod.tr.tom.2.§.1.quæſt.8.ſub num.10.q.9.num.5.et quæſt.36.in princ.& §.6.q.14.num.22.Thomaſ.in Decad. tr.7.tit.8.num.141.pleniſsimè Scruilian.in ſuo reſponſ.de cenſ.extinct num.36.cum ſeqq.Andreol.contr.13.per tot. p.1.nouiſſimè Nicolius in Lucubrat.ad Inſt.ciuil.lib.3.tit. 24.n.44.tom.1.*

42 Altero, quia, circumſcripto Inuentarij beneficio, affertur diſpoſitio *Auth.hoc niſi.C.de ſolut.* vbi debitori, qui in pecunia non habet quommodò ſoluat, datur facultas ſoluendi in bonis ſtabilibus pro pretio æſtimando: vt præter ſcribentes in lecturis, obſeruarunt omnes inferius allegandi, & præciſim *Trentacinq.var.reſol.lib. 3.tit.de ſolut.reſ.36.Gallerat.de renunt.cent.2.renunt.180. Baet.de inop.debitor.c.1.ſub num.46.Mangil.de ſubhaſt.q. 59.num.2.Nouar.de dation.in ſolut.ſect.2.quæſt.14.Salgad.in Labyrint.credit.p.1.c.22.Nicol.d.tit.24.num.46. Carleual.de iudic.tom.2.tit.3.diſp.1.ſub num.13.Fontal. de pact.nupt.clauſ.4.gloſ.18.p.5.num.8.tom.1.Sperel.dec. 177.ſub num.22.Rot.coram Duran.dec.1.n.17.& in Firman.pecun.4.Decembr.1651.§.neque hic intrat, coram Bichio.*

43 *Cuius* quidem *Auth.* diſpoſitio procedit etiam in debito ex cauſa dotis, cum in hoc non reperiatur priuilegiata. *Rimin.iun.conſil.3.num.11.& conſ.31.nu.43.lib.1. Guttierez practic.q.q.lib.1.q.148.num.3.Hondед. conſil. 18.num.57.lib.1.Theſ.dec.153.num.5.Rota cor.Duran. dec.1.n.18.*

44 Itemque in extinctione, ſeù redemptione cenſus, ſi ſimus in terminis oblationis neceſsariæ, & coactiuæ factæ de bonis debitoris ob iuditium concurſus ab eo formatum inter ſuos creditores, vt per *Boccat.de cenſ. p.2.num.97.Felician.eod.tr.tom.2.lib.3.cap.5.numer.15. Auendan.in ſimili tr.c.110.à num.6.12.13.Cenc.pariter de cenſib.q.107.ſub num.29.et quæſt.108.num.13.in Addit.verſ.provt quotidiè, & verſ.vel ſi quando plenè. Salgad.in Labyrint.credit.p.1.cap.22.per tot.Milaneuſ.dec. Sicil.2.num.16.17.lib.2.Thomat.dec.126.numer.24.25. tom.2.*

Secus ſi ſimus in terminis voluntariæ bonorum oblationis factæ priuatim a debitore, nam tunc, non eſſe locum *d.Auth.hoc niſi*; voluit *communis D.D. ſententia*, vt videre eſt apud *Guttierez d.q.148.per tot.Roderic. de ann.reddit.lib.2.q.9.ſub num.68.Felician.de cenſib.to. 2.lib.1.c.4.ſub num.1.& c.8.ſub num.11.Andreol.contr. 108.ſub num.17.Fontanel.de pact.nupt.clauſ.4.gloſ.18. p.5.*

p.5.num.8.& ſeqq.tom.1.Salgad.in Labyrint. credit. d. c. 22.à num 6.cum multis ſeqq.et n.21.22.Merend. d. contr. iur.lib.11.c.23.Sperel.dec.177.n.32. to.2. apud quos concordan.habentur.

Quamuis etiam reſpectu huiuſce voluntariæ bonorum oblationis in aduerſum ſtudeat militare. *Cenc. de cenſib.d.q.108.ſub nu.13. in Addit. verſ. vel ex beneſitio, cum ſeqq.* vbi contraria omnia diluere conatur: & cuius ſanè dicta diligenter perpenſa non ſunt omninò ſpernenda.

Vigente maximè pro illius parte motiuo per ipſum
45 adducto de compenſatione, quam a creditore cenſus, & ſi inuito fore admittendam, ſacta per debitorem de ea oppoſitione, comprobat *Thomat.dec.131.num.21.et idem Cenc.ead.quæſt.108.num.4.5.& ſub num.13.verſic. nihilominus quia.Rota ibi poſt tract.dec.516.num.2.& deciſ.528.num.20.et in rec.dec.354.nu.2.3.p.5.ac dec.148. num.1.et ſeqq.p.6.et cor.Merlin.dec.463. num.28.29.30. tom.1.et poſt contr.diſcept.forenſ.tom.1. cauſ.172. ſub nu. 3.eſt in Roman.cenſ.17.Martij 1653.§. ideò Domini, cor. Bichio.*

Dùm hinc agnoſcere eſt neceſse, quod cum non ex alio concluſio iſta admittatur; niſi quia compenſatio habet vim ſolutionis, vt in ſedibus indicatis: hoc idem
46 fateri oporteat etiam in terminis dationis inſolutum bonorum importantis eandem vim ſolutionis, vt per *Bald.in l.fin.C.ad l.Falcidiam.Gabr.de nouat. concl.1. nu. 45.Cenc.d.quæſt.108.ſub num.13.in Addit.verſic. nihilominus quia, in fine.Rot.coram Cardin.Seraph.dec.1333.n. 2.tom.2.et apud Poſt.de ſubhaſt.dec.205. num.4. in addit. eſt in Roman.ſubhaſt.de Alexijs 13.Febr.1647.§.1. in fin.*
47 *coram Cerro*: Et probantis veram numerationem, perindè ac ſi res ipſa debita ſolueretur. *Aretin.in l. ſingularia col.antepen.circa.fin.ff.ſi cert.petat. et ibi Cagnol. num. 168.Surd.conſil.145.num.15.lib.1.Rot.in rec.dec.114. nu. 15.p.7.*
48 Quippè ex concurſu identitatis rationis nunc militantis, argumentum a ſimili eſt validiſsimum. *Pacian. de probat.lib.2.cap.13.nu.10.Maſcard.eod.tr.concl.1253. num.4.5.Tuſch.litt.A,concl.507. num.29. Decian. conſil. 31.num.47.lib.1.Peregr.conſ.9.num.29.lib.2.Menoch. de arbitr.caſ.84.num.8.9.Farin.in fragm. litt. E, num.188. & ſequentibus. Barboſ. loc.101. num.1.2.3. et per tot.vbi plenè.*

Et in proſternationem fundamenti aduerſariorum ideò negantium intrare benefirium *d.Auth.hoc niſi* pro extinctione cenſus medio voluntariæ oblationis bonorum, quoniam idem benefitium competit duntaxat ve-
49 ris, & proprijs debitoribus, & reſpectiuè creditoribus, vt apud ipſos DD.& ſignanter *d.Roderic.de ann. reddit. lib.2.quæſt.18.ſub num.12.cuius præciſa verba affert Andreol.contr.108.ſub num.21.p.2.Guttier.d.q.148.num.17. & ſeq.Fontanel.de pact.nupt.clauſ.4.gloſ.18.p.5.num.10. 11.to.1. Salgad.in Labyrint.credit.p.1.c.22.n.11.et n.26. vtrobique cum ſeqq.* intet quos debitores, & creditores veros, & proprios nequeunt connumerari venditor, & reſpectiuè emptor cenſus, cum ille cogi non poſsit ad redemptionem ſortis, nec iſte agere valeat ad conſequutionem eiuſdem, ſed tantum ſit tractandum de fructibus, quorum primus dicitur debitor, poſtremus verò creditor tantum appellatur; ſecundùm diſpoſitionem Bullæ Pij V.& *per tradita à dictis DD.& maximè Marth. in voto 51.num.6.Gabr.conſ.141.numer.8. lib.1. Andreol. contr.108.num.18.et ſeqq.Cenc.de cenſib.quæſt.2.3.Poſt. reſol.54. numer.1.2. Leotard. de vſur. quæſt.67.numer.5. Thomat. deciſ.285.numer.6. tom.2. ac alijs in mea legal. colluctat.30. numero 32. vbi Rotæ deciſiones etiam adduxi.*

In proſternationem, inquam, dicti fundamenti perbellè adaptatur ponderàtio, quod venditor cenſus of-
51 ferendo emptori eiuſdem cenſus ſua bona, ſecundùm terminos *d.Auth.hoc niſi*, neceſsario declarat velle eundem cenſum redimere, & extinguere, & ſucceſsiuè verus, & parus debitor ſortis cenſus efficitur, in tantùm vt cogi valeat per emptorem ad reſtitutionem ipſius ſortis: vt poſt *Cenc. qui hac conſideratione vtitur in d. quæſt.108. ſub numer.8. verſic.nec obſtant; dixi adducendo concordantes in d. mea legal. colluctat.30. numero 36.*

Verùm à communi ſuperius firmata quemadmodum nullo pacto in praxi eſt recedendum.

Maximè, quoniam ex inuentarij benefitio, propter quod pleniùs, & vberiùs prouidetur, quam per *d.Auth. hoc niſi; ex Rota apud Marin.reſol.quotid.lib.1.c.91.ſub n. 40.eſt coram Duran dec.1.ſub num.27. tom.1.* non poteſt
52 cogi dominus cenſus ad illius extinctionem per hæredem benefitiatum cum tot de bonis hæreditarijs, vt, *quidquid dixerint D.D. quos ſuperius numer.41. recenſui*, fæliciter, ac viriliter oſtendunt certiùs, & tuentur verius *Cyriac.contr.24.tom.1.Merend.contr.iur.lib.11.c.23. Roderic.de ann.reddit.lib.2.quæſt.18. num.12. Cenc. de cenſib.quæſt.107.ſub num.29.et quæſt.108.ſub num.13.vtrobique in Addit. latiſsimè Andreol.contr.86. p.1. Rot. Lucen. apud eund. contrau.108. per tot. vbi pulcherrimè par.2.*

Sicque multo minus poterit cogi idem dominus cenſus ad extinctionem medio dationis bonorum inſolutum ſibi faciendæ a debitore in vim *d. Auth. hoc niſi*; ceù beneficij debilioris, & minoris efficaciæ, quam be-
53 nefitium inuentarii, vt dixi, arguendo a maiori ad minus negatiuè; vt, præter alios, ſepiſſimè in iſtis laboribus vſus fui, & taliter hoc genere argumentandi vtendum, docuit nouiſsimè *Fagnan.in c. cum in cunctis n.9. verſic. ſed à maiori de elect.cuius vnà cum alijs memini in colluct. legal.37.n.102.*
54 Ità diſpoſitio *præfata Auth.hoc niſi*, procedit etiam ad fauorem debitoris condemnati per ſententias in iudicatum lapſas. *Houded.conſil.34.numer.27.lib.2. Coſt.de remed.ſubſid.remed.3.ſub numer.5.verſic.quandoquidem. Ancharan.quæſt.54.numer.4.lib.3. Rot. in d. Firman. pecun.4. Decembr.1651. §. neque hic intrat, coram Bichio.*
55 Quinimò, & in carcerem detruſi, ad hoc enim, vt debitor liberetur ab ea, eſt cogendus creditor ac accipiendum de bonis eiuſdem debitoris, iuxta *ipſam Auth.hoc niſi*, ex traditis *à Capell. Tholoſ. dec.68. et ibi Aufrer.in addit.Baet.de inop.debitor.c.1.n.51.Mauſon.de cauſ. execut.limit.3.n.6.7.*

Ar, redeundo ad caput ex ſuppoſiti inuentarii benefitio ſupra deductum, dicebatur.
56 Quod, obſeruato primitus, idem caput ſilere, ſi debitor deſunctus obligatus erat ad ſoluendum in pecunia numerata, iuxtà *Rouit. conſ.18. vbi in calce ità fuiſse indicatum à Sacr.Conſil.Neapolit.habetur. Careu. reſ.31. n.5.& reſol.32.num.8.Poſt.in addit.de ſubhaſt.inſpection. 43.num.4.*
57 Tunc demum poſsunt cogi creditores, non extante pecunia in hæreditate, & mediante præfato benefitio, ad accipiendum bona inſolutum; ſi hæreditas non ſit ſoluendo, & ſi nullo modo reperiatur emptor rerum inuentarii, abſque eo, quod hæres promittat de euictione. *Phanuc.de inuent.p.6.num. 2.Roland.eod.tract.qu.150. num.1.2.Morot.conſil.13.num.10.Cancer.var.reſol. p.3. c. 2.num.140.Sola ad ordinat.Sabaud.tit. de form. proceden. in pign.& ſubhaſt.gloſ.3.numer.39. Fuſar. de ſubſt. quæſt. 532.ſub num.44.Poſt.de ſubhaſt. inſp.43. ſub numer.8.11. Franc.dec.83.in fine Surd. dec.30. num.14. et ſeqq. Amat. dec. March.91. Rot. cor. Duran.dec.1. num.29.30.vbi de*

ratio-

Digitized by Google

ratione poſt Cenc.de cenſib.dec.422. n.9. & poſt Nigr. de ſubbaſt.dec.12.n.3.

58 Et vtrumque ex dictis requiſitis eſſe per hæredem probandum;vt per Rot.apud Marin.reſol.quotid. lib.1. c. 91.num.43.44.eſt eadem ac coram Duran.d.dec.1. numer. 33.36.

Ac meritò:

59 Tùm,quia hæreditas præſumitur ſoluendo, & opulenta.Poſt.de manut.obſ.56.num.11.Leoncil. dec.8. num. 18.nouiſſimè contr.diſcept.forenſ.cauſ.18.num.13.& cauſ. 49.num.2.tom.1.Add.ad Buratt.dec.589.nu.23.24. Rota in rec.dec.696.n.2.p.1.& cor. Seraph. dec.1394. n.5. to.2. cor.Canaler.dec.457.n.1.& cor.Duran.dec.1.n.33. & poſt Cenc.de cenſib.d.dec.422.n.9.ego ipſe in colluct. legal.21. num.25.

60 Tùm, quia hæres prædictus ſe fundat in negatiua, nullo modò reperiri ſcilicet emptorem,vndè venit per ipſum probanda, ſecundum communem regulam, & opinionem.l.in illa.l.ità ſtipulatus.ff.de verbor.oblig.Herculan.de negat.num.2.vbi concordan. Rot. in rec. dec.116. ſub num.3.dec.486.num.2.& dec.671. num.4. in fin. p.3. dec.364.num.3.p.4.tom.2.& dec.725.num.6.tom.3. dec. 154.num.2.& dec. 202.num.8. p.5. dec.184.num.42.& dec.328 num.7.p.6.dec.236.num.5.p.7.& dec.31.numer. 1.p.8.coram Buratt.dec.10.num.5.30. dec.264. numer.8. dec.286.numer.3.& deciſ.948.numer.1.coram Duran.deciſ.25.num.5.coram Merlin.dec.842.numer.3.cor. Caual. dec.315.n.5.

61 Addebatur ceſſare idem caput poſitum ſuper benefitio inuentarij: ſi adfuiſſet voluntas teſtatoris ordinantis ſatisfieri creditoribus in pecunia, per tradita à Caſtil.contr.iur.lib.c.24.num.5.& ſeqq. Surd. dec.30. ſub num.15.verſ.tertio,& ſeqq.Rot.poſt Cenc.de cenſib.d.dec. 422.n.13.

Licet contrarium tueatur Gizzarel.dec.7. num.55.& ſeqq.

62 Quo verò ad aliud caput fundatum in diſpoſitione d.Auth.hoc niſi.C.de ſolut.proponebatur pariter obſeruandum,multa deſiderari ad hoc, vt eidem Auth. ſit locus: ſicuti videri poteſt apud Roman.conſ.163. Guttierez de iuram.p.1.c.29.Trentacinq. var. reſol. lib.3. tit. de ſolut.reſol.36.Nouar.de dation.ſect.2.quæſt.14.Mangil.de euict.q.146.num.15.Salgad. in Labyrint.credit.p.1. c.22. Ludouic.dec.Peruſ.64.per tot.Baet.de inop. debit. c.1. nu. 47.Laurent.dec.132.Barz.dec.40.Bertaz.de clauſ. inſtrument.clauſ.41.gloſ.5.ſub n.2.Theſ.dec.153. pulchrè Manſon.de cauſ.execut.limit.3.n.8.Caroc.de oblat. p.2. qu.10. Donad.de renunt.c.36.à n.4.ad 16.

63 Signanter autem requiri,quod conſtet de diligentijs factis per debitorem pro inueniendo emptore ſuorum bonorum ad finem retrahendi pecuniam pro ſatisfactione crediroris.Theſ.dec.153.ſub num.12.verſ. his verò.Manſon.de cauſ.execut.limit.3. ſub nu.8. verſ. primum itaque.Mangil.de euict. q.146. n.15. citra tamen neceſſitatem ſubhaſtandi eadem bona:vt latè firmat Mangil. de ſubhaſt.q.59 per tot.

64 Quod in actu oblationis bonorum præſtetur a debitore cautio de euictione,cum fideiuſſoribus, etiamſi a creditore non petatur.Mangil.d.q.146.ſub n.15.Trentacinq.d.reſol.36.ſub num.3.verſ.circa ſextum. Donad. d. c. 36.n.15.Salgad.d.c.22.n.3.5. Rot. poſt Mangil. de ſubhaſt. dec.62.§.præſertim, verſ. & quod magis, & penes Poſt. eod.tract.dec.19.n.9.& cor.Greg.dec.352.n.4.cor. Duran. dec.1.ſub n.20. & in Firman. pecun.4. Decembr.1651.§. tùm tertio,verſ.deeſt enim,cor.Bichio.

65 Et quod, facta electione bonorum per creditorem, tradantur ipſi inſtrumenta titulorum.Trentacinq.d. reſ. 36.ſub num.3.verſic.quinto quod det.Baet. de inop. debit. d.c.1.ſub num.47.verſic.& debet tradere,Salgad.d. c.22. num.3.Mangil.de euict.d.q.146.ſub nu.15.Rota poſt Mangil.de ſubhaſt.d.dec.62.§.præſertim,cor.Duran. dec.1. ſub num.20.

Omnimodè autem ipſam Auth. hoc niſi; ceſſare.

66 Si debitor habeat bona mobilia; vt apertè continetur in ead. Auth. & in corpore vndè ſumitur. Cephal. conſil.195.numer.3.vol.2.Trentacinq.var. reſol. lib.3. tit. de ſolut.reſol.36.num.7.Manſon.d.limit.3.n.8.in fine. Rot. poſt Mangil.de ſubhaſt.dec.62. in fine.

67 Si debitum pecuniarum,quo vinculatur,ſit iuramento vallatum.Rouit.conſil.18.num.10.11.lib.1.Manſon. de cauſ.execut.d.limit.3.ſub num.8.& n.15. cum ſeqq. Franch.dec.81.per tot.Theſ.dec.153.num.14.Barz.dec.40. nu. 5.Paſchal.de patr.poteſt.p.2.c.9.num.76. Poſt. de ſubhaſt. inſp.43.n.7.in addit.cum multis ſeqq.Nouar. de dation. in ſolut.ſect.2.q.12.n.1.2.Zacch.de oblig.Camer. q.17. n.58. & ſeqq.Barz.de inop.debitor.c.1.n.50. Trentacinq. d. reſ. 36.n.5.Gallerat. renunt. 180.n.4.& ſeq.tom.3.Caron.reſ. 31.num.6.& reſol.32.n.9.Rot.in rec.dec.42. ſub n.2.p.1. cor.Greg.dec.352.n.5.cor. Duran. dec.1. n.22.23. & apud Poſt.de ſubhaſt.dec.207.n.2.3. vbi hæc concluſio ad mentem D.D.modò allegator benè declaratur,eſt in Bonon.cenſ. 27.Martij 1647.§.nec huiuſmodi Statuti,cor. Reuerendiſſ. Terracinen. Ghiſiler. & in d. Firman. pecun.4. Decembr. 1651.§.nequè hic intrat,. verſic.tum quia locum, coram Bichio.

68 Si idem debitum ſit obligatione Camerali munitum. Zacch. de oblig. Camer.d.quæſt.17. numer.57. Rot. in d. Firman. pecun. eod. §. neque hic intrat, coram Bichio.

69 Si tandem, alijs caſibus conſultò prætermiſſis, ipſe debitor renunciauerit expreſsè,& præſertim cum iuramento diſpoſitioni præfatæ Auth. hoc niſi. Aufrer. ad Capell.Tholoſan.dec.68.Guttierez de iuram. c.29. num.4. Baet.de inop.debitor.d.c.1.ſub nu.49. Gallerat. de renunt. d.renunt.180.num.3.4.Theſ.dec.153.numer.13.Franch.d. dec.81.Trentacinq.in alleg. reſol.36.ſub num.4. de qua re eſt videndus Manſon.de cauſ.execut. d. limit.3. à num.10. cum ſeqq.Paſchal.de patr.poteſt.p.2.cap.9.num.77. & ibi Prat.in annot.San Fælic.dec.111. num.2.p.1. & dec.388. num.2.p.2.Mangil.de euict.quæſt.146.n.17.& de ſubhaſt. q.90.Poſt.eod.tr.de ſubhaſt.inſp.43.numer.9. & ibi in ſuis Addit.vbi etiam allegat Rouit.conſ.18.& conſil.75. vtrobiquè numer.11. Nicol. in Lucubrat.ad Inſt.ciuil.lib.3.tit. 24.n.46.in fine tom.1.Donad.viden.de renunc.d.c.36.à nu. 16.cum ſeqq.Rot.coram Greg.dec.352.num.6.& ibi Add. n.10.in fine.

70 Quinimò, & ſi fuerit generaliter renunciatum omni legum, & iuris auxilio, nam huiuſmodi generalem renuntiationem ſufficere ad effectum,vt d.auth.hoc niſi,ſit renuntiatum,dixerunt.Franch. dec.53. in princ. Mangil. de euict.d.quæſt.146.num.18.Rota in Bonon.pecun.4. Iul. 1603.coram Pamphil.in rec.dec.42.ſub num.2.p.1. coram Greg.d.dec.352.ſub num.6.verſ.& ſufficit generalis, cor. Merlin.dec.886.nu.6.7.& poſt Zacch.de oblig.Camer.dec. 247.num.6.

Idem eſt, ſi debitori fuerit factum præceptum de ſoluendo,vel quia ipſe debitor conuictus, vel confeſſus fuerit,retenta diſpoſitione Stat.Ferrar.lib.2.Rub.72.73. in cuius terminis ceſſare benefitium d.auth.hoc niſi,traditur à Pigant.ad d. Rub.72. num.6. aduocatis in concordan.Theſaur.dec.153.num.4. Rota in rec.dec.42. par.1.et dec.98.p.5.

71 Illud verò obſeruandum pro coronide puto, quod ſicuti creditorem cogitur pignus inſolutum accipere. Marcheſan.de commiſſ.p.3.de comm.ſuper dilat.morat. n. 103.& ſeqq.Poſt.de ſubhaſt.inſp.43. nu.12.14. cum hoc reſidere in voluntate, & arbitrio eiuſdem creditoris

habea-

habeatur in *l. à diuo Pio.§.ſi pignora,vbi Alex.nu.9.ff. de re iudic.Mangil.de ſubbaſt.q.20.n.4.Poſt. eod. tr. d. inſpe. ction.43.n.20.*

72 Ità ſi nolit idem creditor bona debitoris in vim *d. Auth. hoc niſi*, inſolutum recipere,habet optionem ea ſubhaſta plus offerenti vendendi,& pretium recipiendi, vt decidi videtur in *ead.Auth. hoc niſi, ibi At ſi creditor paratus ſit emptorem ei præſtare, oportet debitorem cautela iudicis arbitrio creditori præbita,rem tunc diſtrahere, vt ſatisfaciat creditori*; & benè per *Poſt.de ſubbaſt. d. inſp. 43.num.10.ex Manſon.de cauſ.execut. limit.3.ſub n.21. Gizzarel. dec.7. numer.43.* quod an omninò ſit firmum percipere potes ex traditis ſupra *num.42.& ſub nu.63. verſ.citrà tamen.*

73 Si autem, non reperto emptore teneatur pro conſequutione crediti ipſe creditor eadem bona in ſolutum recipere, tunc quemadmodum grauatur in vno, cum inuitus accipiat aliud pro alio, nempè pro pecunia res immobiles,ſic releuari debet in alio,mediante augmento in iiſdem bonis ſibi faciendo; ex *gloſ. in verſ. decim. auth.hoc ius porrectum.C.de ſacroſanct.Eccleſ. Pigant. ad Stat.Ferrar.lib.2.Rub.25.num.2.tom.1. Luc.Pet. in prax. tit.de execut.rei iudic.iu ordinar.num.52. Fenzon ad Stat. Vrb.lib.1.c.194.num.61.62.Rot.coram Buratt.dec.96. n. 16.tom.1.*

Illud etiam non eſt prætereundum, cum in pluribus
locis extent Statuta diſponentia,creditorem in quanti-
tate teneri recipere inſolutum bona debitoris, provt
74 *Argentæ patriæ mea in tribus capitulis inſertis iu volum.*
Statutor. ad c.22.30 31. ob quarum municipalium ſan-
ctionum diſpoſitionem debitores ouantes magnum fe-
ſtum, quotidiè emittunt ſemper in ore habentes velle
ſoluere cum tot de bonis.

Quod huiuſmodi Statuta admittunt reſtrinctiones illas omnes,quas a iure communi dimanatas recipit ſuperius examinata *Auth.hoc niſi.C.de ſolut.*

75 Tum, quia Statuta generaliter recipiunt interpretationem a iure communi.*l.2.Cod.de nox. Maſcard.de gen. Stat.interp.concl.2.Poſt.reſol.130.num.47.Giurb. dec.64. num.14.vbi concordan.Thomat.dec.155. num.7. & deciſ. 213.ſub num.43.Cyriac.contr.25.nu.13.Caren. reſol.172. num.9.Rota in rec.dec.66.num.2.p.4.tom.2.dec.178.nu.1. p.5.dec.271.num 15.p.6.& alibi, vt in mea legal. collucti. 8.num.81.*ac in puncto *dec.98.num.7.p.5.rec.*

76 Tum, quia Statuta in quantum fieri poteſt, ſunt ad terminos iuris communis reducenda.*l.vt gradum.§.ſed etſi leg. ff. de muner. & honor. c. cum dilectus de conſuet. Maſcard.de gener.Statut.interpr.concl.12.Poſt. reſol.130. num.46.*

77 Et ideò,vt præfata Statuta habeant locum, opus eſt, emptorem bonorum non inueniri.*Natta conſ.344. n.5. 6.7.Vrſel.in exam.Apum.verb. aliud pro alio concl.91. n. 14.Poſt.de ſubhaſt.inſp.43.num.10.in addit.Rot.cor.Greg. dec.352.in fin.*

78 Iiſdem Statutis non fuiſse renuntiatum. *Caren. reſol. 31.ſub num.7.verſic.tandem non poſſunt,& reſol.32.num. 9.verſic.Statutum autem. Poſt.in addit.ad d.inſp.43.numer.11.*

79 Debitum non eſse iuratum.*Caren. d. reſol.31.ſub numer.9.verſic.præterquamquod.Poſt.ad d.inſp.43.num.12. Rot.in Roman.ſeù Comen.ſociet.5.Iul.1627.§. & ad conſtitutiones, coram Vbaldo, eſt in rec. dec.98. numer.5. par.5.*

Niſi tamen ex diſpoſitionibus eorundem Statuto-
80 rum aliter foret validè ſancitum; nam tunc, illæ, &
ſi de directo contrariæ iuri communi, eiuſque declara-
tionibus,venirent omninò ſeruandæ, per tradita gene-
raliter *à DD.in l.omnes populi.ff. de iuſt. & iur. ac nouiſſi-*
mè à Reuerendiſs.Fagnan.in c.quæ in Eccleſiarum, n.3.4.
5.de conſtit.& me ipſo in collu ct.legal.2.à n.48. cum multis ſeqq.

81 Quare in terminis *ſanctionum municipalium Argentæ patriæ meæ*; ſicuti debitor habens bona immobilia libera & expedita ſufficientia ad ſatisfactionem debiti, nequit cogi ad dandum inſolutum domum ſuæ habitationis,& ſuppellectilia neceſſaria ad ſuum vſum, & eius familiæ;vt *ad c.30.*

82 Ità huiuſmodi diſpoſitioni non poteſt renuntiari per ipſum debitorem,alias renuntiatio non valet ipſo iure, & renuntians punitur, vt *ad c.31.* cui conſimilem *Mediolanen.conſt.adeſſe* obſeruat *Gallerat.de renunt. cent.2. renun.180.n.8.tom.3.*

83 Benè verum eſt, quod ſi renuntiatio fuerit facta cum iuramento,erit valida,ex eo,quod talis renuntiatio non comprehenditur ſub Statuto ſimpliciter renuntiationem prohibente. *Crauet. conſil.272. ſub num.19. verſ. poſt ſcripta,tom.2,Gallerat.de renunt.lib.3.cap.1.num.70. tom.1.*

Et generaliter, quod Statutum, ſiuè Conſtitutio ſic ſimpliciter loquens non trahatur ad caſum iuratum, docuerunt *Abb.in c.cum contingat numer.57. de iur. Alex.conſil.125.numer.18.lib.1.Gabr.tit.de Stat. concl.1. numer.1.Rubens iu ſing. Rot. Roman.p.6. obſ.13. num.12. tom.2 .Rot. in rec.deciſ.375. ſub n.3. verſic. & hinc eſt par.3.*

84 Quinimò, nec etiam comprænhenditur ſub Statuto laicali diſponente directè, ſiuè indirectè de iuramento, cum illud ceu ſpirituale ſtatuentium poteſtati nullo modo ſubiiciatur.*Curt. in auth. ſacramenta puberum nu. 59.verſ.breuiter dicant.C.ſi aduerſ.vend.Mareſcot.var.reſol.lib.1.c.62.per tot.Gallerat.de renunt.lib.5.c.4. numer. 118.vbi de communi,& num.120.tom.1. Andreol. contr. 134.ſub numer.59.p.2.Rot.coram Buratt. dec.44. numer. 4.& dec.745. numer.23. tom.2. coram Merlin. & in rec. dec.375.num.4.p.3.& dec.212.num.18.p.4.tom.2. deciſ. 227.n.24.p.7.& dec.92.n.4. p.9. tom.2. ego ipſe in legal. collucti.38.n.20.*

85 Et idcò iuramentum operaretur ſuum effectum, ſi quoquè Statutum præſumeret illud metu, & dolo extortum;licet ſecus,ſi contractum factum aliter, quam ordinatum ſit,dolo,vel metu initum præſumeret; quæ enim in primo caſu deeſt poteſtas diſponendi, cum ſimus in actu ſpirituali,benè adaptatur in ſecundo caſu veluti ſe gerens circa actum temporalem,iuncta diſpoſitione iuris canonici, per quod iuramentum non confirmat actum doloſum, ſeù meticuloſum; vt per *Ruin. conſil.51.num.22.lib.1.Roland.conſil.99.numer.27.lib.3. Gallerat.de renunt.lib.5.d.c.4.num.115. Corn. de abſolut. à iuram p.3.quæſt.5.num.70.71.& p.4. caſ.12. numer.9. & ſeqq.Cancer.var reſol p.2.cap.8. num.2.Andreol. contr.73.num.61.p.1.& d.contr.134.num.61.77.p.2. & contron.296.num.31.p.4.Marth.de iuriſdict.p.4.caſ.72.num. 26.Sperell.dec.47.ſub numer.4. vbi concordan. tom.1. & alios adductos in mea,collucti.legal.8.numer.94. & collucti. 38.num.21.* & in iſtis terminis loquitur *Rot. cor. Buratt. dec.612.num.8.tom.2.& in rec. dec.793. num.7.8.9. p.4. tom.2. & in Rauenn. dotis 11. April.1644. §. quia cum Statuta,cor.Eminentiſs.Corrado, nunc in rec. dec.262. nu. 10.par.9.*

86 Vndè,ſicuti non ſunt attendendi illi, qui dixerunt, poſſe Statutum laicale diſponere ſuper iuramento per indirectum, præſumendo illud dolo,& metu interpoſitum,inter quos *Alex.conſ.151.lib.7.Boccat.ad conſt Picen.gloſ.2.ſub num.16.Fenzon ad Stat.Vrb.c.149.numer. 31.Cenc.de cenſib.quæſt.15.num.39.§.ſed difficultas. Anſald.de iuriſdict.p.2.tit.10. c.15. à numer.163. Pigant. ad Stat.Ferrar.lib.2.Rub.90.n.37.tom.1. Barz.dec.97.n.12. alij concordan.de quibus in mea collucti.legal.38.n.19.*

Ita

Ità amplexanda veniunt dicta eorum, qui voluerunt, iuramentum non eſſe attendendum, ſi interpoſitum dicatur in inſtrumento, ſeù ſcriptura, cui a Statuto laicali ſit fides adempta; cum tunc, neque iuramentum ipſum probetur; nec a Statuto, veluti circa ſolam probationem reſtricto, tangatur; ex *Caſtri conſ.61.numer.2. lib.2. Roland.conſil.43.num.2.3.lib.3.Gionagn.conſ.83.n.31.lib.1.Gratian.diſcept.27.num.29.Andreol. contr.134.num.47.Caball.conſil.180.num.38.& ſeqq. lib.1. Cancer. var.reſol.par.1.c.7.num.143.Rot.in diu. dec.104. num.2.p.2.& in rec.dec.740.num.29.p.4.tom.3.dec.294.n.27.p.6.dec.227.num.25.p.7.dec.92.num.5.p.9.tom.2.coram Merlin.dec.745.n.24.poſt Zacch.de oblig.Camer.dec.162.ſub num.15.*

87 Silent autem huiuſmodi Statutariæ diſpoſitiones de dando bona inſolutum, in his, quæ cum iure communi non conueniunt (provt in pluribus patet *in allegatis locis Statuti patriæ meæ*) quotieſcunquè creditor eſt
88 forenſis; & hoc ex defectu ſtatuentium poteſtatis, quæ ad limites proprij territorii reſtringitur, nequè vlterius porrigitur, ſiuè ſanctio municipalis, loquatur in rem, ſiuè in perſonam. *Caren.reſol.116.n.5.Surd.dec.197.n.6. Gratian.diſcept.824.nu.32.cum ſeqq.Rot. in rec. dec.260. num.6.& deciſ.294.num.3.& ſeqq.vbi de veriori, æquiori & magis communi opinione teſtatur par.6. poſt Zacch. de oblig.Camer.dec.162.n.6.cor.Greg.dec.255.num.6.7.cor. Merlin.dec.353.per tot.vbi pleniſſimè tom.1.& in Roman. dotis 11.Februar.1656.§.fin.verſ.ideò non obſtante, coram Beuilaqua.*

89 In tantum, vt nec etiam ſub verbis Statuti quantumcumquè generalibus forenſis ipſe comprehendatur. *Barbat.conſ.75.n.5.lib.3. Honded.conſ.11.n.9.lib.1. Thomat. dec.204.n.48.tom.2.*

Et ex omnibus prædictis reſideo in concluſionibus ſuperius ad fauorem Timothei firmatis, &c. *Saluo, &c.*

Huiuſce cauſæ adhuc ſub Iudice pendentis exitus expectatur; faxit Deus, vt quæ modò pro cliente noſtro firmauimus, in ſubſellijs non deſpiciantur, cum alias veritati, ac iuſtitiæ, ſicque ſummo Opifici conſtanter innixa, vndique reſonare valeant, quæ olim pius edidit Vates.

Terra fremat, Regna alta crepant, ruat orbis, & orcus;
Cui comes eſt Chriſtus, nulla ruina nocet.

COLLVCTATIO XLIV.

ARGVMENTVM.

Tractatur latiſsimè in hiſce iuris reſponſis; quandonam natus in aliquo loco, & præſertim ex accidenti fiat Ciuis eiuſdem loci, ſubindeque multa domicilij, & incolatus requiſitis; ſicuti, & de vi obſeruantiæ, ac conſuetudinis afferuntur.

SVMMARIVM.

1 *Domicilium, non fuiſſe contractum, neque animum perpetuo degendi non præſumitur; ſi quis finito offitio, ſedem alio tranſtulerit, & numer.5. non contrahitur, niſi ex permanentia ſaltem decem annorum continuorum, num. 2.3. limita niſi quis declarauerit, ſe velle habitare, nam tunc aliud tempus non expectatur, numer.4. quales debeat eſſe animus requiſitus ad contrahendum domicilium n.7*

6 *Officialis, & Arcis Caſtellanus non contrahit domicilium, & n.51.*

7 *Animus perpetuò manendi in loco requiſitus ad contrahendum domicilium, & incolatum, debet eſſe firmus, determinatus, & non vagus.*

8 *Natus ex accidenti, & fortuito in aliquo loco, vbi pater non habet domicilium, non fit ciuis eiuſdem loco, & n.30. 48.49.56. Contra n.10.29.42.43. vbi de ratione. Concorda, vt n.11.12.13.*

9 *Patris origo eſt attendenda, & n.50.53.57.*

11 *Ciuis etiam originarius, ſi non ſuſtineat onera realia, & perſonalia, habetur pro forenſe; natus, aut ex priuilegio, non poteſt vti beneficijs, & priuilegijs ciuitatis, niſi in ea habitet, num.12.54.64.65.*

13 *Habitatio requiſita in Ciue, debet eſſe pro maiori parte anni; et non accidentalis, n.53.*

14 *Ciuis originarius ſi alibi conſtituat domicilium extrà locum originis ex animi deſtinatione, perdit beneficium ciuilitatis, et numer.15.31.34.38. ac ſequentibus.*

16 *Qualitates Statuti, ſunt omninò verificandæ, et numer.59.*

17 *Ciuis oriundus in Ciuitate Comacli, quomodò conſideretur, et num.66.*

18 *Ciuis quis efficitur per Baptiſmum, et n.47.*

19 *Notorium allegare eſt ſatis; et de eo poteſt Index extraiudicialiter informari, n.20.*

20 *Index poteſt ſe extraiudicialiter informare de Notorio.*

21 *Ciuilitatis priuilegium, declaratur ab obſeruantia.*

22 *Obſeruantia interpretatiua, non requirit, quod ſit præſcripta, ſed ſufficiat, quod aliquando, ità fuerit ſeruatum; Amplia etiam per vnicum actum, num.23. et ſi quoque daretur in contrarium verior intellectus, et ſenſus, numer.24.*

25 *Vſus immemorabilis, reſpectu ciuilitatis eſt ſeruandus, et n.69.70.*

26 *Immemorabilis tribuit meliorem, et magis proficuum titulum.*

27 *Incola an ſit habendus pro Ciue, pendet à voluntate Ciuium, et n.68.*

28 *Vniuerſitas non compellitur aliquem eligere in Ciuem.*

35 *Ciuilitatis potiſſimum fundamentum, eſt partecipare, de oneribus, et muneribus ciuitatis.*

36 *Ciuilitatis originis eſt immutabilis. Declara n.n ſeqq. et num.62.*

44 *Statutum probibens fieri translationem bonorum immobilium inforenſes, non afficit ciuem originarium.*

45 *Reipublicæ intereſt Ciuitates repleri hominibus.*

46 *Ciuis loci, in quo quis eſt natus, eſſe præſumitur.*

52 *Ciuis quis non efficitur ex permanentia accidentali in aliquo loco.*

55 *Incolatus requirit habitationem decennalem.*

58 *Stat. Comacli in cap.153. affertur, & declaratur, num. 63.66.*

61 *Ciuis originarius, qui non habitat, comprehenditur ſub diſpoſitione loquente de forenſibus.*

64 *Stat. loquens de Ciue, intelligitur de Ciue domicilij, non ſimplicis originis.*

67 *Incola non dicitur, qui onera ſubit, ſed honoribus,*

non fruitur.

71 *Obſeruantia eſt omnium diſpoſitionum interpres; Declarat quid in Statuto comprehendantur, n.72. tribuit certiorem interpretationem, n.73.*

74 *Interpretatio proueniens ab obſeruantia, magis attenditur quam proprietas verborum.*

75 *Statuta poſſunt condi à populis.*

76 *Conſuetudo eſt altera lex: magis attenditur, quam ius commune num.7. derogat iuri poſitiuo, n.78. ambulat à pari, cum Statuto, n.79. habet vim priuilegij, n.82. non requirit titulum, n.84.*

80 *Statutum confirmatum, etiam in forma communi, eſt validum.*

82 *Obſeruantia longiſſima habet vim priuilegij conceſſi ex certa ſcientia: imò eſt maior priuilegio, numer.83. & denotat priuilegium acquiſitum titulo oneroſo, numer.85.*

D. Bartholomeus Mazzochus de Oſtellato, tempore quo in Ciuitate Comacli officium Prouiſoris Vallium exercens, eſt commoratus, domicilium,
1 non contràxiſſe, neque animum ibidem perpetuò degendi habuiſse præſumitur, cum ſedem ſuam finito offitio alio tranſtulerit, *L.2. vbi gloſ. in verb. conſtit. C. de incol. lib.10. Roland. conſil.79. numer.51. lib.3. Altograd. conſil.27. num.17. & conſil.28. ſub num 47. lib.2. nouiſſimè Nicolius in Lucubrat. iur. canon. lib.1. tit.13. numer.7. §.3. verſic. niſi fuiſset tom.2. Rot. in rec. dec.188. num.1. par.2. & dec.137. p.5. & coram Cardin. Otthobon. dec.89. num.9. dec.98. n.4. num.6. & dec.145. in fine, & cor. Merlin. dec.63. ſub num.15. tom.1. & in Calagurit. de ocon.11. Maij 1646. §. ſed etiam, quia deficit, verſic. nam dum parentes, cor. Peutinger.*

2 Neque idem domicilium potuiſſe contrahere eſt dicendum, cum in ipſa Ciuitate non permanſerit ſaltem ſpatio decem annorum. *d.l.2. C. de incol. lib.10. Fagnan. in c. ſignificauit à numer.41. de parochis. Cephal. conſil.83. numer.3. Maſcard. de probat. concl.534. num.7. Tuſc. litt. D, concl.596. numer.8 cum alijs apud Farin. in fragm. par.1. litt. D, num.204. Peregr. dec.86. numer.10. Andreol. contr.239. ſub num.37.43. par.3. & contr.364 ſub numer.14. p.5. Dian. reſol. moral. p.8. tract.2. reſol.15. nouiſſimè Panimol. in Idea ſedan. iurg. forenſ. conſt.36. num.37. Gratian. diſcept. forenſ.592. num.6.12. tom.3. Altograd. d. conſ.27. num.11. lib.2. Rot. poſt Merlin. de legit. dec.154. & cor. Comitol. deciſ.120 vtrobique numer.4. & in rec. dec.137. num.5. p.5. dec.172. num 3. p.8. & dec.127. num.6. p.9. coram Merlin. dec.331. num.4. & cor. Buratt. dec.244. numer.*
3 *5. & num.6.* vbi quod hoc decennium debet eſſe continuum; ex *Roland. d. conſ.79. ſub num.51. verſic. dummodò tamen nouiſſimè Antonel. de temp. legal. lib.2. cap.75. ſub numer.1.*

4 Et non declarauerit, ſe velle Comacli habitare, ex qua declaratione ſtatim contrahitur domicilium, neque aliud tempus expectatur. *Fagnan. in d. c. ſignificauit ſub num 56. de paroch. & in c. præſentata num.8. de teſtib. Surd. conſil.346. num.4. Menoch. de arbitr. caſ.86. num.2. Farin. d. litt. D, num.211. Barboſ. de off. & poteſt. Epiſc. p.2. alleg.4. ſub num.24. in fin. Antonel. d. c.75. num.3. Pigant. ad Stat. Ferrar. lib.2. Rub.126. ſub num.9. verſic. incolatus autem tom.2. Rot. in diu. dec.150 num.7. p.2. & in rec. dec.188 num.3. p.2. & dec.52. num.7. p.5. & coram Merlin. dec.193. num.4. & dec.194. numer.12. in fin. tom.1. Ferentil. ad Buratt. d. deciſ.244. numer.12. & poſt Merlin. de legit. d. deciſ.154. ſub numero 4. verſic. niſi alias.*

Neque aliqua alia concurrerit coniectura de animo contrahendi domicilium, ob quam iuncta habitatione minus tempus decennij ſufficere ad idem domicilium contrahendum, dixerunt *Fagnan. in c. præſentata ſub n.4. de teſtib. Menoch. de arbitr. caſ.86. n.16.17. Maſcard. de probat. concl.534. n.9.10. Farin. in fragm. litt. D, n.206. cum ſeqq. Ciarlin. contr.83. n.8. p.1. Andreol. contr.364. nu.14. & ſeqq. p.5. Nicolius in Lucubrat. iur. canon. lib.1. tit.11. n.7. §.3. verſ. vel vbi, cum ſeq. tom.2. Panimol. d. Conſt.36. à n.34.*

Qui D. D. inſuper coniecturas inſeruientes huic materiei percurrunt, & ſignanter, domicilium contrahi ab eo, qui in loco feuda obtinuit, obſeruatur *à Nicolio in loco ſuperius allegato*; ſecundùm determinationem *Sacr. Congreg. Concil. in vna Nicien. & Montis Regal. 28. Iunij 1659.*

5 Sed imò animum non habitandi ipſe Mazzochus manifeſtauerit ex feſtinato diſceſſu, poſt offitium expletum, cum omnium ſuorum bonorum, & totius fami-
6 liæ aſportatione, vt dixi; adeovt intrent ea, quæ de Caſtellano afferuntur *à Farin. d. litt. D, num.221. Gratian. diſcept.181. n.4. Menoch. d. caſ.86. n.8. Redenaſc. conſ.90. num.21. ſub num.23. lib.1. Barboſ. d. alleg.4. num.29. Antonel. d. c.75. n.5. & ab alijs*, concludentibus, numquam a tali offitiali contrahi domicilium, ex quo animum non permanendi habet.

7 Qui tamen animus perpetuò manendi in loco, & numquam recedendi firmus, determinatus, & non vagus requiritur ad contrahendum in eo domicilium, & incolatum. *Fagnan. in c. præſentata numer.3. de teſtib. Menoch. præſ.42. num.1. lib.6. Sanchez de matr. lib.3. diſput.23. num.1. tom.1. Coler. de proceſs. execut. p.2. c.1. numer.35. verſ. vndè inferunt. Gratian. d. diſcept.181. num.3. Barboſ. in d. alleg.4. ſub num.24. verſic. at vt aliquis. Carleual. de iudic. lib.1. tit.1. diſput.2. quæſt.2. numer.12. Andreol. contr.239. num.39. & ſub num.42. p.3. Antonel. in citat. c.75. num.5. Rota coram Buratt. dec.188. num.8. & d. dec.244. n.4. et ibi Add. n.10. cor. Merl. d. dec.193. n.5. et dec.866. num.11. coram Greg. dec.279. num.12. vbi Add. n.16. & cor. Eminentiſs. Otthobon. d. dec.145. num.30. vbi concordan. ac admiſit Sacr. Congreg. Concil. in vna mutinen. 2. Ian.1658.* reſpondendo propterea, non acquiri domicilium ratione habitationis in villa æſtiuo tempore; vt per extenſum reſolutio habetur *apud Nicol. in Lucubrat. Iur. canon. lib.1. d. tit.11. n.7. §.3. verſ. ſuper qua materia, & infrà tom.2.*

8 Succeſsiuè Ioſeph Hieronymus eius filius, vti caſu, & ex accidenti natus in eadem Ciuitate, ciuis illius ex defectu dicti paterni domicilij, effectus non fuit, ſed habetur vti natus in loco, in quo Pater domicilium habebat, & tamquam originarius eiuſdem loci Paterni, non autem Ciuitatis prædictæ habendus eſt; iuxtà *tex. clarum in l. filios. C. de municip. & origin. lib.10. & ibi Bart. numer.4. & Ioann. de Platea numer.2. Abb. in c. Rodulphus numer.9. de reſcript. Cagnol. in Rub. de origin. iur. circa fin. PecKc. de iur. ſiſt. cap.5. ſub numer.17. verſic. ideoquè is, qui natus eſt. Raudenſ. conſil.47. num.1. lib.1. Cagnacin. inter conſil. Marzar. conſ.44. numer.1. Honded. conſil.5. ſub num.5. verſic. licet ſi parentes, & num.31. lib.1. Boer. dec.13. num.51. Afflict. dec.384. numer.4. Gram. dec.103. ſub num.111. Cyriac. contr.292. num.31. tom.2. Faber. in Codic. lib.16. tit.19. defin.20. num.4. Ricc. collect.269. & alibi. Caual. in comm. contra comm. lib.2. quæſt.458. numer.8. & ſequentibus Salzed. ad Diaz. in pract. cap.54. num.27. Enriquez de Sacram. ord. lib.10. cap.22. num.1. Gallin. de verb. ſignif. lib.10. cap.27. num.35. Ripa de peſte p.2. priu.8. Sanchez de matr. lib.3. d. diſput.23. numer.3. vbi alios adnectit. Paſchal de patr. poteſt. par.3. cap.2. ſub numer.35. in fin. Barboſ. de off. & poteſt. Epiſ. p.2. d. alleg.4. num.7. & num.18. & n.33. Mar. Ant. var. reſol.*

Digitized by Google

reſol. lib. 1. reſol. vlt. caſ. 33. ad fin. Dian. reſol. moral. p. 8. tr. 2. reſol. 11. Mart. vot. 27. num. 10. Coſta de retrotrac. Mont. 4. ad c. 2. num. 16. Bellon. de poteſt. cor. quæ incont. lib. 1. cap. 202. num. 13. Griuel. dec. 123. num. 27. Royz. dec. Lituu. 3. num. 181. Andreol. contr. 239. numer. 46. 47. 49. & ſub num. 50. p. 3. nouiſſimè Pammol. in Idea ſedan. iurg. forenſ. conſt. 36. num. 31. Carleual. de iudic. lib. 1. tit. 1. diſp. 2. d. quæſt. 2. à num. 92. vſquè ad 98. vbi latè, & doctè hanc partem firmat, & à contrarijs tuetur; & eam innuit Rot. Roman. in diuerſ. dec. 327. num. 3. p. 1. & ſequitur in Senogallien. ſupplem. legitim 17. Maij 1645. §. prout hæc etiam coram Dunozet, nunc dec. 154. num. 8. poſt Merlin. de legit. in vltim. impreſſ. Vbi ideo reſoluit, natum Anconæ non gaudere priuilegijs, & Statutis illius Ciuitatis, quia
9 eiuſdem nati pater erat Senogallienſis, & origo progenitoris debet attendi; ex d. l. filios. Honded. d. conſil. 5. nu. 15. nuperrimè Fernandez de Retes in eius comment. de interdict. & relegat. lib. 2. cap. 1. ad l. 7. §. ſi quis eam ſol. mihi 102. Altograd. conſil. 27. numer. 46. lib. 2. Rot. in diu. deciſ. 414. numer. 1. p. 1. & dec. 150 num. 2. par. 2. & in rec. deciſ. 364. num. 8. & dec. 436. num. 17. par. 5. & coram Gregor. dec. 279. num. 19. & coram Merlin. d. deciſ. 63. numer. 16. in tantùm, vt nec origo Aui ſufficiat, ex traditis nouiſſimè à Pammol. d. conſt. 36. numer. 29. à Nicol. in Lucubrat. iur. canon. lib. 1. tit. 11. numer. 7. §. 3. verſic. vel etiam tom. 2. vbi affert Sacr. Congreg. Epiſc. in vna Floren. 6. Auguſti 1610. in vna Pegien. & mutinen. 14. Septembr. 1621. & in vna Teram. 5. Febr. 1627.

10 Et licet contrariam ſententiam, natum, ſcilicet, fortuito, & accidentaliter in aliquo loco effici illius Ciuem ſequuti fuerunt. Alex. Imol. Iaſon. & alij in l. huiuſmodi. §. legatum. ff. de leg. 1. Saracen. inter conſil. Marzar. conſil. 43. numer. 5. & ſequentibus Crauett. conſil. 441. ſub numer. 3. verſic. dicet aliquis tom. 3. Surd. conſil. 343. n. 22. lib. 3. Pigant. ad Stat. Ferrar. lib. 2. Rub. 98. num. 7. tom. 1. Ciarlin. contr. 149. lib. 2. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 75. n. 1. & ſeqq. Caldaſ. conſil. 1. n. 6. & ſeqq. Caren. reſol. 239. n. 2. Altograd. conſil. 28. ſub numer. 24. vſquè ad numer. 38. qui latiſſimè hanc ſuſtinet partem lib. 2. cum concordantibus apud ipſos, & penes Carleual. d. quæſt. 2. numero 91.

Nihilominus, omiſſo an prior opinio ſit magis communis, & verior, vti placuit Sanchez, Andreol. & Carleu. in locis ſuperius adductis.

Num verò poſterior ſit receptior, & ipſa verior, ac in praxi obſeruata, quemadmodum profitentur Crauet. Gratian. & Altograd. in ſedibus ſimiliter indicatis.

11 Illud eſt certum, quod ſicuti ſolum priuilegium non ſufficit ad hoc, vt quis factus ex priuilegio ciuis fruatur beneficijs loci, ſed inſuper exigitur, vt huiuſmodi ciuis locum ipſum inhabitet, & ciuium onera ſuſtineat; vt per Reuerter. tot. dec. 297. & ibi de Marin. in obſer. numer. 1. Redenaſc. conſil. 90. num. 43. 45. lib. 1. Nicolium in Lucubrat. iur. Canon. lib. 1. tit. 11. numer. 7. §. 3. verſic. efficitur etiam, ibi ſecus ſi quis, tom. 2. vbi affert ſic reſolutum à Sacr. Congreg. Concil. die 17. Nouembr. 1607. plenè Rot. in rec. dec. 177. num. 57. par. 5. coram Merlin. deciſ. 353. numer. 57. tom. 1. in Roman. Vineæ 27. Iunij 1650. §. nec facit, verſic. quia cum, coram Eminentiſſimo Ottobon. nunc in eius impreſſ. deciſ. 227. numero 7. 8.

Ita pro indubitato eſt habendum ſolam natiuitatem non ſufficere, ad conſequendum priuilegia, & beneficia illius loci, in quo quis eſt natus, ſed vlterius requiri ſolutionem onerum, tùm realium, tùm perſonalium; ita vt ſi originarius talia onera non ſuſtineat, habeatur pro forenſe. Roland. d. conſil. 79. numer. 29. 30. Cephal. conſil. 246. nu. 22. Surd. conſil. 174. n. 15. lib. 2. & conſ. 313. num. 60. & conſ. 437. nu. 15. lib. 3. Maſcard. de interp. Stat. concl. 6. n. 74. & ſeq. Gratian. diſcept. 181. nu. 21. cum alijs per Carleual. d. diſput. 2. n. 112. & ſeqq. Rot. in diu. d. dec. 327. n. 4. & poſt Merlin. de legit. d. deciſ. 154. n. 5. 6. et ſeqq. vbi pulchrè.

12 Inſuperque neceſſariam eſſe habitationem in eod. loco, in quo quis eſt natus, adeo vt ceſſante huiuſmodi habitatione, ceſſet etiam vſus priuilegiorum. Menoch. præſ. 30. num. 24. lib. 6. Barboſ. in l. hæres abſens. §. proindè art. de for. orig. numer. 115. 116. ff. de iudic. Carleual. de iudic. lib. 1. tit. 1. diſp. 2. d. quæſt. 2. num. 114. ac reſoluit, & declarauit Sacr. Congreg. ſuper Bono regimine ſub die 4. Auguſti 1595. apud Merlin. in combinat. ad deciſ. 24. §. adde ad materiam; vbi extenſus declarationis tenor conſpicitur, poſt eius tract. de legitim. & rurſus ſub die 26. April. 1608. penes Cobel. in collect. Bullar. & reſol. par. 2. cap. 4. ſol. mihi 180. 181. quæ quidem habitatio
13 debet eſſe pro maiori parte anni. Boer. dec. 272. num. 2. Gratian. diſcept. forenſ. c. 557. numer. 20. et ſub num. 26. tom. 3.

14 In tantum, vt ſi originarius alibi domicilium conſtituerit, vt in præſenti, degendo extra locum originis non caſualiter, & momentaneè, ſed ex animi deſtinatione, perdat beneficium ciuilitatis. Boer. dec. 260. in fin. Burſat. conſil. 36. num. 20. Menoch. conſil. 738. nu. 2. Flam. Rub. conſil. 6. num. 13. Honded. d. conſ. 5. num. 29. lib. 1. Rimin. iun. conſil. 353. à num. 145. et conſil. 363. numer. 238. 240. lib. 4. Cephal. conſil. 13. num. 46. Surd. conſil. 313. num. 65. et conſil. 437. num. 15. lib. 3. Afflict. d. dec. 384. num. 14. Reuerter. dec. 297. ſub num. 1. Redenaſc. conſ. 90. num. 42. lib. 1. Gratian. d. diſcept. 559. num. 33. Carpan. ad Stat. Mediolanen. p. 2. c. 218. num. 89. Altograd. conſ. 27. nu. 33. lib. 2. Maſcard. de probat. concl. 1146. num. 22. vol. 3. Gail. obſ. 36. num. 6. et ſeqq. lib. 2. Sperel. dec. 157. numer. 20. tom. 2. Andreol. contr. 239. n. 49. p. 3. Carleual. de iudic. lib. 1. tit. 1. diſp. 2. d. quæſt. 2. num. 121. Ladercb. conſil. 74. n. 7. Ciarlin. contr. 37. num. 57. et ſeqq. Rot. cor. Comitol. dec. 135. nu. 26. 27. & in diuerſ. d. dec. 327. ſub num. 1. verſ. quia ſi originarius p. 1. et poſt Gilian. ad Stat. Peruſ. dec. 8. §. cæterum quia ciuis.

15 Saltem ad effectum, quod omittantur ea, quæ ſunt commoda, & vtilia. Surd. conſil. 346. ſub nu. 12. verſ. nam et ſi lib. 3. Redenaſc. d. conſ. 90. n. 42. Carleual. d. q. 2. n. 123. Honded. d. conſ. 5. num. 25. et ſeq. Menoch. præſ. 30. nu. 33. lib. 6. cum alijs per Ferentil. ad Buratt. dec. 811. n. 6. tom. 3. Rot. in diu. dec. 327. n. 5. p. 1. et cor. Duran. dec. 31. num. 10. tom. 1. ac in dictis declarationibus Sacr. Congregr. ſuper Bono regimine.

Quare, cum filius D. Mazzochi, vſque adhuc, non ſuſtinuerit dicta onera, neque inhabitauerit Ciuitatem Comacli, alibique domicilium poſuerit, fruſtra, ſolius natiuitatis tutamine iuuari contendit.

Maximè concurrente diſpoſitione Statuti huius Ciuitatis Comacli, quo ipſamet requiſita ſolutionis onerum, & habitationis in talibus oriundis deſiderantur: cuius quidem Statuti qualitates ſunt omninò veri-
16 ficandæ, vt in terminis noſtris docuerunt. Surd. d. conſ. 313. ſub num. 60. verſic. reſponderi etiam in fin. Altograd. conſil. 97. num. 28. vbi multos dat concordan. lib. 1. Rot. cor. Merlin. dec. 866. num. 10. tom. 2. et poſt Merlin. de legit. dec. 154. num. 3. et dec. 165. num. 7. et cor. Duran. dec. 19. n. 1. tom. 1.

Verum ceſſat omnis hæſitandi ſcrupulus; tùm ſuper veritate diſſidentium inter ſe opinionum ſuperius recenſitarum; tùm ſuper excluſione huius filii a priuilegiis conceſſis ciuibus Comaclenſibus, ſaltem reſpe-

reſpectu omnium honorum loci Conſilij, Præturæ, ma-
giſtratus, & quorumcunque aliorum, ſicuti & piſcatio-
17 nis, ac Vallium ſubconductionis, ex vi obſeruantiæ in
dicta Ciuitate vigentis, qua manifeſtatur, tales oriun-
dos natos, nedum in ipſa Ciuitate caſualiter, & per
accidens, vt in præſenti, ſed ortos ab ijs, qui poſito do-
micilio, eoque continuato, & retento eualeſerunt inhabi-
tantes per longiſsimum temporis, etiam vltrà centum
ann. ſpatium, nec non ibidem baptizatos, iam quod
18 non deſunt aſſerentes, quem effici ciuem loci, in quo
baptizatur, inter quos *Gratian. diſcept. 75. num 16. tom.
1. Paſchal. de patr. poteſt. p. 3. cap. 2. ſub numer. 34. verſic.
eadem quoquè nouiſſimè Sabel. var. reſol. & reſp. cap. 48.
num. 2. Nouar. de elect. & variat. fori ſect. 4. quæſt. 63. nu-
mer. 28. Carleual. d. quæſt. 2. num. 111. Barboſ. de off. & po-
teſt. Epiſc. p. 2. d. alleg. 4. ſub numer. 3. & fuit reſolutum à
Reg. Cam. Summar. Neapol. vt in decret. 457. impreſs. poſt
Deciſiones Reuerter. ac deciſum à Sacra Romana Rota cor.
Buratt. dec. 253. num. 13. & in Calagurit. benef. de Longro-
no 27. April. 1646. §. quod verò, coram Roias;* redditos
fuiſse, nuncque eſse incapaces eorundem priuilegio-
rum piſcationis, & ſubconductionis Vallium, & ad illa
nunquam fuiſse admiſsos, ſicuti ſatis ſuperquè ipſamet
obſeruantia eſt notoria, & de ea quemadmodum pro-
19 bationes non exiguntur, vt de notorio, quod ſat ſit al-
legaſſe, traditur in *c. tua nos de cohab. cleric. & per Farin.
in quæſt. 21 num. 110. Gratian. diſcept. 527. num. 22. Ver-
migliol. conſ. 111. num 8. Mel. alleg. 1 n. 18. lib. 2. Rot. apud
Poſt. de ſubhaſt. dec. 164. n. 14. in addit. dixi in collect. legal.
8. num. 114.*
20 Ità informationes extraiudiciales haberi, & ſumi
poſſunt, vt in ſpecie. *Surd. conſil. 282. numer. 5. Niger. de
Laudem. quæſt. 4. art. 5. num. 34. tom. 1. & q. 46. num. 31. to.
2. Mel. alleg. 84. n. 9. & ſub num. 19. lib. 2.* ac generaliter
*Gratian. diſcept. 925. num. 6. & ſub num. 12. Poſt. reſol. 68.
num. 66. Add. ad Greg. dec. 224. ſub num. 7. ego ipſe d. col-
lect. 8. n. 115.*
21 Et non eſt verendum, quod ex obſeruantia ſubſequu-
ta declaretur priuilegium ciuilitatis, de quibuſue rebus
ciues ipſi fiant capaces, vt docuerunt. *Socin. ſen. conſil.
84. circa finem vol. 3. Bertaz. conſil. 97. numer. 22. 25. Mal-
uaſ. conſil. 93. ſub num. 41. Paſeth. conſil. 18. ſub numer. 39.
verſic. poſtremò etiam, & ſeq. Laderch. conſil. 61. ſub num.
5. verſ. accedit his, & n. n. ſeqq. Cyriac. contr. 543. num. 30.
tit. 3. Carleual. in alleg. quæſt. 2. ſub numer. 116. verſic. niſi
fortè.*
22 Cumque ſimus in obſeruantia interpretatiua non re-
quiritur, vt ſit præſcripta, ſed ſufficit aliquando ità ſer-
uatum fuiſse. *Valenz. conſil. 8. num. 5. & ſeqq. Rota in rec.
dec. 136. num. 6. dec. 419. num. 6. & dec. 448. num. 3. p. 1.
dec. 6. n. 9. p. 4. tom. 2. dec. 5. num. 26. p. 9. dec. 375. num. 10.
ead. p. 9. tom. 2. & poſt Cenſal. ad Peregr. de fideic. dec. 44.
num. 15. & in Barchinon. aliment. 31. May 1655. §. quæ om-
nia, cor. Dunozet & in Piſcien. iur. conferen. 14. Ian. 1658.
§. quod autem in fin. cor. Albergat. & in Mediolanen. pen-
ſion. 26. Iun. 1658. §. fin. cor. Priolo, & in locis mox addu-
cendis.*
23 Etiam per vnicum actum. *Rota coram Caualer. deciſ.
497. num. 5. coram Buratt. dec. 679. num. 9. tom. 3. & apud
Pigant. ad Stat. Ferrar. lib. 2. Rub. 127. ſub num. 163. tom.
2. et cor. Otthobon. dec. 165. n. 19. cum alijs in Barchinon.
Canon. 4. Decembr. 1644. §. ſed quidquid ſit in fin. cor. Ve-
roſp. modo in rec. dec. 316. num. 15. p. 9. et cor. Royas dec. 78.
n. 21. et dec. 137. n. 18.*
24 Et etiam ſi alias in contrarium daretur verior intel-
lectus, & ſenſus, ex *Honded. conſil. 92. numer. 30. lib. 1. et
conſil. 35. num. 45. lib. 2. Menoch. conſil. 39. num. 20. Rot. in
diu. dec. 574. num. 3. p. 1. et in rec. dec. 375. num. 9. p. 9. tom.
2. et coram Buratt. dec. 944. num. 6. tom. 3. et in d. Piſcien.
iuris confer. eod. §. quod autem, verſic. quamuis intellectus,
cor. Albergat.*

Quinimò ſi in aduerſum ſtaret communior opinio,
nam adhuc ea poſtpoſita, deferendum eſset potius di-
ctæ obſeruantiæ interpretatiuæ. *Abb. in c. cum dilectus,
n. 7. de conſuet. Fagnan. in c. irrefragabili. §. exceſsus ſub n.
31. ff. de off. ordinar.*

Si quoquè appareret, dictam obſeruantiam minimè
poſse ſubſiſtere, & non eſſe iuridicam. *Bald. conſil. 235.
lib. 2. Angel. conſil. 99. ſub n. 5. et conſ. 345. n. 4. in fine. Ro-
man. conſ. 61. n. 1. Corn. conſ. 83. num. 11. vol. 4. Socin. iun.
conſ. 2. num. 24. 28. lib. 1. benè Mantic. de coniect. vlt. vo-
lunt. lib. 11. tit. 18. num. 34. vbi concordan. Rot. cor. Royas
dec. 279. n. 14.*

Multoquè magis, quia dicta obſeruantia eſt effecta
in hac Ciuitate Comacli antiquiſſimus vſus immemo-
25 rabilis, quem fore ſeruandum, & tollere omnem ama-
ritudinem, tradiderunt in iſtis terminis *Laderch. d. conſ.
61. ſub num. 5. verſ. accedit his, et ſeqq. Carleual. d. q. 2. ſub
num. 116. verſ. tunc enim ſeruandum eſſet. Cyriac. contr.
26 543. num. 32. tom. 3.* vt potè quia cæteris ciuibus veris,
& proprijs Comaclenſibus meliorem, ac magis profi-
cuum titulum tribuat. *Fagnan. in c. quanto numer. 30. de
conſuetud. Sperel. dec. 37. num. 13. 14. Rot. in rec. dec. 677.
num. 4. p. 1. et dec. 11. num. 8. et dec. 614. num. 1. p. 2. et dec.
27. num. 8. par. 4. tom. 2. et dec. 150. num. 4. et ſequentibus
et deciſ. 249. numer. 4. par. 5. et in Placen. ſeù Abulen.
decim. 28. Iun. 1649. §. iuſtitia verò, coram Peutinger.
et in eadem 15. May 1651. §. prout pariter in fin. coram
Celſo.*
27 A quorum propriorum Ciuium voluntate pendet,
num incolæ haberi debeant pro ciuibus, & hominibus
loci; ad *Laderch. conſil. 61. ſub num. 4. verſic. quarto reſ-
pondeo, et numer. 5. vbi quod hoc certiſſimum putat. Petr.
Gregor. de republ. lib. 4. cap. 4. numer. 22. verſic. incolæ in
fin. de quo Carleual. de iudic. d. diſput. 2. ead. quæſt. 2. ſub
num. 77. ad med. tom. 1.* cum vniuerſitas non compella-
28 tur aliquem eligere in ciuem. *l. aſsumptio. ff. ad municip.
l. Ciues. C. de incol. lib. 10. Laderch. dict. conſil. 61. ſub nu. 5.
verſ. ſicut enim.*

Atquè ità, etc. Saluo, ect.

Vincentius Bondenus I. C. Argentan.

Cum in idem argumentum, quo ſuperiora exarauimus, prodierint ad fauorem Ciuitatis, Ciuiumque Comacli duo alia Iuris reſponſa, placuit ea hic interſerere, vt non minus hanc opellam omnibus numeris rudem ſummoperè exornent, quam lectorum animos mira impleant vndiquè ratione.

Reſponſum Excellentiſs. Ioſephi Magnoui Aduocati Ferrarienſis in eadem cauſa.

29 ANtiqua fuit, & agitata quæſtio, *an natus in loco,
quo Pater commorabatur ratione offitij, et per
accidens, ſortiatur eiuſdem loci originem, et ciuilita-
tem, ſeù potiùs ſequatur originem, et domicilium pa-
tris.*

Quam pro affirmatiuâ ſuſtinuit *Alex. in l. huiuſmodi.
§. legatum. ff. de leg. 1. Felyn. in cap. Rodulph. col. 8 n. 13.
de reſcript.*

Pro negatiua *Bald. Angel. et Caſtrenſ. in eod. §. legatum
Abb. in d. c. Rodulphus.*
30 Ea ratione moti, quia, vt quis dicatur ciuis alicuius
loci opporteat, quod parentes conſtituant domicilium
in loco natiuitatis, cum partus fingatur natus, in loco
domicilij, vbi, ſeù quo Pater habet animum redeundi.

Caſ-

Digitized by Google

Caſſan.in conſuet.Burg.tit.deſert.Rub.3.§.7.gloſ.ſing.nu.
22.& multis auctoritatibus, & rationibus probat Ruiz,
dec.3.Liuan.n.99.& ſeqq.cum alijs innumeris,qui poſſent
pro vtraque ſententia allegari,quàm refert relinquendo in-
deciſam Rota dec.327.n.3.p.1.diuerſ.
31 Certum eſt tamen, admiſsa prima opinione, com-
muniter modificari,niſi natus prout in præſenti, poſtea
deſeruerit domicilium originis,ſeù natiuitatis, ſequen-
do paternum, illudque transferendo in alium locum,
vbi continuè habitauit per annos ferè 18. quia tunc di-
citur ab eo deſerta Ciuitas, & conſequenter perdit pri-
uilegium Ciuilitatis,& deſinit eſſe Ciuis; vt eſt *gloſ. no-*
tabilis in l.aſſumptio.§.filius.ff.ad municip.in verſic. domi-
32 *cilium*. Vbi dicit, quod natus in Ciuitate in omnibus
ſubit munera, ratione iuæ originis vt ibi, niſi habeat
alibi domicilium,quia tunc nihil ſubit oneris, vel hono-
ris:& in *l.filios.C.de municip.& origin.* vbi inquit, quod
33 natus vno in loco non agnoſcit ibi munera, ſi alibi
inhabitat;ſequitur *ibi Luc.de penn.& Io:de Platea. Bald.*
in auth.omninò. C.ne vxor pro marit. col.8. vbi, quod ſi
34 Ciuis originarius habitet extra prouinciam originis,
dicitur ab eo deſerta prouincia originis, & idem dicit
de Ciuitate allegat.*gloſ.in l.adoptionem.C.de adopt.idem*
Bald.in l.ſi non ſpeciali. Cod.de teſtam.Ancbar.conſ.437.
numer.2.& plenè Afflict.dec.384.per tot.& Add.numer.
4. vbi, quod *gloſſarum prædictarum* auctoritas eſt me-
lior, quæ poſsit allegari in materia hac. *Cephal.conſil.*
171.numer.34.cum alijs per Roland.conſil.79.numer.33.
vol.3.Decian.conſil.49.numer.15.lib.5.Boer.dec.260.nu.
26.Burſat.conſil.189.num.55.vbi, poſt Socin. iunior. atte-
ſtatur de communi; & eum ſequitur Carpan. ad Stat. Me-
diol.p.2.c.218.num.89.cum alijs per Honded. conſil.5.nu.
29.lib.1.Surd.conſil.313.num.62.& ſeqq.Ladercb.conſil.
74.Merlin.dec.Lucan.31.num.6.Neguſ.iun.quæſt.60.nu.
11.& eandem opinionem ſequuta eſt Rota d.dec.327.n.1.
2.& referunt Add.ad Buratt. dec.811.num.6. & annuit
in Roman.ſeù Vrbeuet.legit.cor. Pirouano dec.160.n.28.
p.6.in rec.
Et maximè,quia, vltra omiſsam habitationem nun-
35 quam ſuſtinuit,nec participauit de oneribus, & mune-
ribus Comacli, quæ ſunt potiſsima, & maxima funda-
menta Ciuilitatis, vt per *Bald.in d.l.ſi non ſpetiali. Cod.*
de teſtam.Socin.in Rub.ff.ſolut.matr.p.2. num.27. vbi tres
ponit rationes.Bulgar.n.29.Surd.conſ.174.n.15.Caſtr.con-
ſil.89.lib.3.n.3.Bern.de Princip.n.362.Gratian.diſcept.fo-
renſ.c.559.
36 Nec repugnat; quod dici ſolet, ciuilitatem originis
eſse immutabilem, quia naturalis, nec ideò ad ſui eſ-
ſentiam eſse neceſsariam habitationem,cum ſola origo
ſufficiat;ad *Bart. in l. eiuſqui.§. celſus in princ.ff. ad mu-*
nicip.
37 Nam quidquid ſit, an ciuem eſse ſit actus naturalis,
an ciuilis,cum potius fiat per induſtriam,& modum ci-
uilem,quam per naturam, & ideò meritò, ciuilitatem
originariam non ſolum mutari, ſed etiam tolli poſse
ſubtiliter conſiderat *Neguſan. d. quæſt.60. num.31.* vel
quod ſit intelligendum de origine Patris, vt ſenſit *Pe-*
trus de Vbald. de collect. num.32. Martha dec. Piſan.27.
num.9.
38 Communiter declarantur procedere, vt ſuprà,
quando quis,non habet domicilium, vbi habitet, vel ſi
habitet in alio loco ſit caſuale, & momentaneum, non
ex animi deſtinatione;quia hoc poſteriori caſu etiam
Ciuilitas originis mutatur, & amittitur, nec eſt am-
plius conſiderabilis: vel ſaltem ſi naturalis ipſa qua-
litas non immutatur, vt quia *Coloniæ natus V.G. atque*
ità origine Colonienſis, immutari non poſſit, quin Colo-
39 *nienſis ſit*; ſecus quo ad commodum, & effectum ex
ipſa naturali ciuilitate prouenientem, qui mutari con-
ceditur, & ex deſertione habitationis ipſius originis
ius ammittitur; vt per *tex.in l.filius.C.de municip. Cyn.*
quem ſequitur Paul.in l.ſi eodem numer.6. ff. de off.aſſeſs.
Cephal.conſil.13.num.46.& ſequentibus lib.1. Rum. con-
ſil.200.num.11.Rimin.iun.conſil.353.numer.145. Afflict.
dec.384.num.14 Honded.conſil.5.num.29.ad 44.lib.1. &
vltrà præcit. de communi conſuetudine teſtatur Gail. obſ.
36.num.7. lib.2. vbi numer.8.9. ideò notat priuilegium
40 immunitatis conceſsum originarijs non competere
iis, qui è loco originis receſserunt; quia non cenſetur
quis eſse de illa Ciuitate, a qua perpetua ſe conſuetudi-
ne ſeparauit. *Ranſner.deciſ.2.num.27.lib.2.Gratian.di-*
ſcept.559.n.33.
Quare, &c. Saluo, &c.

Ioſeph Magnonus.

Reſponſum Excellentiſs. Cæſaris Cintij
Aduocati Comaclenſis in
ead. cauſa.

IOſeph Hieronymus Mazzocus de Villa Oſtellati
diſtrictus Ferrarienſis capacem eſse prætendit
honorum,emolumentorumque quibus Ciues Origina-
rii Comaclenſes potiuntur, & gaudent; eo ſub colore,
quod eius patre vices Prouiditoris Vallium R.C. Apo-
ſtolicæ tunc gerente in hac Ciuitatis fuerit ortus.
41 Fundat aſsertionem ſuam in concluſione *Doctorum*,
quod ortus in Ciuitate eiuſdem ſit originis ciuis. *Alex.*
in l.huiuſmodi 86.§.leg.numer.4. de leg.1. Gram. vot.10.
num.16.Crauet.conſil.441.num.3.volum.3. Afflict. deciſ.
384.num.2.8.Boer.dec.13. num.24. Maſcard. de probat.
concl.1146.numer.1.2.ac alij.Gratian.diſcept.forenſ.c.75.
num.1.2.Faber.lib.6.C.tit.de verbor.ſignific.defin.20. Cy-
riac.contr.forenſ.lib.2.contr.292. numer.31. Ciarl. contr.
forenſ.lib.2. cap.149. Pigant.ad Statut. Ferrariæ lib.2.
Rubric.98.numer.7.Carleual. de iudic. lib.1. quæſt.2. nu-
mer.91.
42 Et hoc ita verum eſt, vt procedat, etiam ſi mater
per tranſitum filium in loco pareret, nam tunc ortus
ille in tali loco verè ciuis originis nuncuparetur. *Gra-*
43 *tian. loco, quo ſuprà* qui rationem affert; nam in
acquirenda origine attenditur veritas, ſcilicet ortus,
quia ſi filius nuncuparetur alterius loci, quam vbi or-
tum habuit, vel falsò talis nuncuparetur, quia ibi
non ortus, vel originem immediatam non haberet,
quia ſi hanc certè non alio in loco, quam vbi ortum
habuit, vt patet etiam ex ipſamet Ethimologia, ſeù
ſignificatione originis, quæ dimanat ab ortu, ideſt a
natiuitate conferunt *tex.in l.ciues.Cod.de incol.lib.10. l.*
aſump.ff.ad municip. Crot. in l.ſi is qui numer.104. ff. de
vſucap.Cagn.in Rub.ff.de origin.iur.numer.50. alios affert
Maſcard.d.conc.num.6.concordan.allegat.Rot.dec.882.n.
1.cor.Merlin.
44 Et ex his auſus fuit affirmare *Pigant.ad d. Rub.5. au-*
ctoritate Bertaz. in terminis d. Statuti prohibentis fie-
ri tranſlationem bonorum immobilium in forenſes,
illud non afficere ciuem originarium, iſtumque di-
ctorum bonorum capacem eſse, quod idem per iſtas
met rationes dicendum eſse videtur in à nobis propo-
ſito caſu, præſertim, quia tractamus de materia
45 fauorabili, cum Ciuitati interſit hominibus reple-
ri, qui propterea honoribus, & emolumentis, ſunt
46 inuitandi ad habitandum, & ad ipſam Ciuitatem
replendam, *ex cap. odia, cum vulgarib.* Natiuitas
47 autem luculenter probata dicetur ex libro Baptiſ-
mi. *Rota coram Cardin. Viril. in Roman. ſcutorum cen-*
tum mille. 28. Ianuarij. 1628. verſic. quod Mar-
chio.

Digitized by Google

His tamen in contrarium non obſtantibus indubitanter affirmo Mazzocum huius ciuitatis ciuem non fore,& honoribus, ac emolumentis veris ciuibus præſtari ſolitis decorandum non eſſe.

48 Præmitto enim, opinionem primo loco a nobis allatam,plures, ac magni nominis contradictores habere, qui volunt, ex fortuita habitatione tranſeunter per Patrem ſuſcepta filium ibi accidentaliter natum non eſse verum originis ciuem; ſed vel ſpectandam eſſe domum paternæ originis, vel locum a Patre deſtinatæ habitationis,ſic Bart.in l.filios num.4.C.de municip.lib.10.Plat. ibid.verſic.matris originem; vbi ſingulare dictum dicit, ac menti mandat tenendum.Lancel.Dec.in l.hæres abſens. §. proindè.ff.de iudic.qui de communi: & ex hoc infert Bart.
49 in conſ.172. lib.2. quod filius ruſtici in Ciuitate natus, non ob id ibi dicitur originis ciuis,quia,cum Pater eius eſſet in eadem Ciuitate per accidens, illa permanentia accidentalis,in conſiderationem non habetur,ſed eſt ac ſi ibi natus non eſset. Afflict.d.dec.384. num.4. alios adducit Maſcard.d.conc.1146.n.5.Cenal.com.quæſt.458. nu. 17.Menoch.de præſ.præſ.30.num.13.lib.6.Silu. conſ.1.nu. 90.91.Gram.dec.103.num.13.Gut. conſil.7. num.7. Ricc. collect.269.p.2.Fab.dec.20.de verb. ſignif. Barboſ. de off. et poteſt.Epiſc.p.2.alleg.2. num.19. Carl. de iudicijs loco quo ſuprà,num.92.vbi de veriori, & communiori, & latè hanc, fundamentis probat, & ſeqq. numeris benè exornat.

Quidquid tamen contingat de prima opinione in nudis terminis conſiderata hæc ſecunda debet in caſu
50 noſtro procedere, cum huic fortuitæ ciuilitati, præferenda veniat paterna ciuilitas Mazzochi, quæ eſt in Villa Oſtellati,cum qua, & iniungantur ſimul ipſius, & patris permanentia, exiſtentia domicilij, & poſseſsio bonorum, hæ magis attenduntur, & plus ligant in diſcernenda origine prætenſi ciuis. §. ſi verum Inſt. de adopt.Boer.dec.13.numer.36.vbi loquitur in his terminis. Bart.ac cæteri in l.liber.§.patris.ff.ad municip.Maſcard. d. concl.num.8.Surd.qui concordantes allegat conſil.341. nu. 23.Honded.conſ.5.num.25.lib.1.Rimin.iun. conſ.353. nu. 21.& ſeq.rationem aſſignat Barboſ.loco,quo ſuprà, quia accidentia non conſiderantur,ſed illa,quæ per ſe ſtant; & ad propoſitum concordantes allegat Carlenal. loco quo ſupra n.102.

Nec obſtat,quod cum Patre, per aliquod temporis
51 ſpatium Comacli habitauerit, quia habitatio illa fuit modici temporis, & cauſa exercendi offitium Prouiditoris ex parte patris,quo expleto ambo ad Oſtellatum conuolarunt, ibique permanſerunt,& permanent. l. domi l.quiſquis ad municip.Bart.in d.l.hæres abſens.§.1. Menoch.de arbitr.caſ.86.n.15.Boſ.tr. var. tit. de for. compet. num.26.

52 Quapropter illa permanentia accidentalis Comacli non releuat.Gabr.conſ.189.num.20. vol.2. Surd. d. conſ. num.29 in fortiorib. Rot. cor. Greg. dec.279. num 7. ſimplex enim habitatio non ſufficit,ſed domicilium requiritur ad acquirendam ciuilitatem.Menoch.de præſ.præſ. 42.num.2.lib.6.& de arbitr.Iudic.caſ.allat.num.21. Barboſ.vbi ſup.num.24.Rot.dec.150.num.7. par. 2. diuerſ. & dec.158 num.3.p.2.retent.Carlenal.vbi ſup.in fine. Quod tanto certius eſt affirmandum, cum Pater d. Mazzochi non ſit ciuis originarius,nec huius ciuitatis incola,quare ipſe filius ciuilitatem hanc non poteſt prætendere; cum vna, & eadem perſona,cum patre præſumatur, &
53 ſequatur conditionem,& paternam originem. tex. eſt in l.ciues.C.de incol.lib.10.Bald.conſ.334.poſt num.1.verſ. ſequitur lib.4.Roland.conſ.79.num.51.lib.3.Rot.dec.150. num.5.p.2. diuerſ. & coram Greg. vbi ſup. & cor. Merlin. dec.63.num.17. & coram Otthobon. dec.89. num.9. cum
54 ergò in Ciuitate hac domicilium non habeat, nec in diſtrictu bona poſſideat, nihil onerum, vel honorum aſſequitur, vt dixit gloſ.in l.aſſumpt.§. filius ad municip. l. filios. C. de municip. in 10. Afflict. dec.384.num.4.7.vbi probat,natum in loco, in quo domicilium non retinet, non perfrui beneficiis conceſsis ciuibus; ſequitur Honded.conſ.5.num.31. nam ad ea conſequenda requiritur incolatus,ideſt longa habitatio, quæ ſaltem ad decen-
55 nium dilatetur cum animo perpetuò in loco permanendi.l.nec ipſi de incol.lib.10.Honded.d.conſ. numer.17. Rot.coram Greg.dec.alleg.num.11. vbi Add.num.26.Merlin.dec.353.num.57.& dec.866.num.11.alias ſi quis per mille annos ſine animo permanendi habitauerit, domicilium,non aſſequitur.Menoch.de arbitr.vbi ſup. nu.7. Barb.vbi ſup.num.25.Nou.de elect.& variat.for.ſect.3.q. 73.num.3. Benè verum eſt, quod ſi a principio habitationis conſtaret, quod quis haberet animum permanendi in loco ab ipſo primo actu aſſequeretur domicilium, verè tamen, ſi de hoc animo non conſtaret ad illum præſumendum longum tempus requireretur, niſi alia repugnarent,de quibus ſup.Nouar.vbi ſup.num.1.et ſeq.Imo ex eo, quod vna cum patre Ioſeph Hieronymus ab hac Ciuitate diſceſſit,munere completo paterno,perſpicuè colligitur, ipſum domicilium originis, ſi quod habebat(quod negatur)deſeruiſse, ac illud in Vil-
56 la Oſtellati cum patre continuaſse; itaquè, vt dixi, illa origo fortuita,non ſuffragatur ad huius Ciuitatis beneficia potienda.Rimin.iun.d.conſ.393.num.50.& num.98. & ſeq.Cephal.conſ.246.num.21.22.to.2. Ruin. conſ.200. num.13.tom.2.& conſil.120.num.2.& 5.tom.4. Honded. d.conſ.5.num.26.ac alijs.Rot.cor.Merlin.d. dec.63. nu.15.
57 Et quod plus eſt concurrentibus domicilio originis, & habitationis, poſterius tamquam potentius præfertur, & attenditur.c.Stat.§.cum vero, de reſcrip. in 6. Alciat. reſp.81.num.5.Rimin.iun.d.conſ.num.51.53.qui rationes allegat, quas perbellè ſequentibus numeris exornat, & præcipuè num.57.Cephal.conſil.414. num.4.5.& ſeq. in 3.Afflict.d.dec.384.n.14.

Licet autem Mazzochus eſset originarius ciuis,quia verè natus in loco, cum in eo non verificentur qualita-
58 tes Statuti noſtri Comaclen.cap.153. volentis, ciues, vt benefitijs noſtris perfruantur, quod ſint originarij, onera ſuſtineant, & quod ſaltem per ſpatium continuum decennij habitauerint, nec etiam habendus eſt pro ciue, cum circumſtantias has cumulatas non habeat,nec ſit municeps, vt requirit Statutum; ideoque
59 nec publicis eſt decorandus honoribus. Ruin. d. conſil. 200.vbi ſup.num.13.diffusè Rimin.iun.d.conſ.num.89. & ſeq.Surd.dec.56.num.2.et dec.75.num.12.et dec.131. n.13.
60 his enim ceſsantibus,ceſsat Statuti benefitium, quod conceditur propter has.l.adig.§.quamuis.ff. de iur. patr. & per hæc voluit ipſe Rimin.iun.in d.conſil.393. nu.127.
61 quod ciuis originarius, qui non habitat comprehendatur ſub conditione Statuti de forenſe loquentis, nam ſicuti non ligatur, ita Statutis non vtitur, quia paria ſunt. Alex.conſ.44.num.10.lib 5.Rimin.ſen.conſ.58.num. 14.vbi Rimin.iun.in add.i.e.ipſe Rimin.ſen.conſ.244.num. 14.et conſ.427.Rol.de Lucr.dot.q.36. num. 6. Bec. conſil. 62.num 20.Honded.d.conſil.5.numer.37. et ſeq. præcipuè numer.40. vbi pulchrè. Maſcard. de probat.d.concl.1146. numer.22.23.Ceph,conſil.246.num.17.et ſeq.Nouar.d.q. 73.num.11.

Ad omnia autem, quæ in principio a nobis allata fuere in Mazzochi fauorem, facilis adaptatur reſponſio.

62 Dato enim,quod natus in loco eſset verè ciuis loci, in quo natus eſt, veritate ipſa ortus conſiderata, quæ nec per Diuinam omnipotentiam tolli poteſt, implicante contradictione, quod hic ortus, non ſit hic ortus,nam omne quod eſt ex eo,quod eſt,neceſsariò eſt,

Digitized by Google

vt ait *Peripathetic or.ſcola*; at quo ad effectum,& ad po-
tienda loci beneſitia, & ſic a poſteriori, dummodò na-
tus incola non ſit, idem eſt reſpectu loci, ac ſi in rerum
natura non eſſet,quia natiuitas illa non releuat, nam le-
ges, & Statuta non conſiderant nudam illam natiuita-
tem, ſed vt tectam, & amantatam habitatione longi
temporis cum animo permanendi, qua mediante inco-
la forum ſortitur,Statutis ligatur,onera ſuſtinet,& def-
ficiente incolatu, quia nati animus pateſit, quod non
curat ciuilitatem illius patriæ,indignus reputatur quo-
rumcumque publiciorum honorum,emolumentorum-
que,ac per omnia habetur pro forenſe, a quo in effectu
non diſcrepat; vt pulchrè conſiderant *Honded. vbi ſup.
num.43.Afflict.d.dec.384.num 9.vbi Vrſil. num.3. Surd.
conſil.174.num.15.Roland.conſil.79.num.2. Addentes ad
Burattum dec.811.nu.6. Pigant.ad Stat.Ferrar.lib.2.Rub.
98.num.14.verſic.ſupradicta.Dominus meus contr.diſcept.
cauſ.14.num.17.Merlin.dec.353.num.57.hoc idem confir-
mat Eug. in ſubſcriptione ad prædictum conſil.5. Honded.*
vbi quod & ſi tolli non poſſit illa ſubſtantia naturalis
ortus, vis tamen ab illa dimanans, ob non incolatum
tollitur, & euaneſcir, ſatiſquè videtur nolle vti beneſi-
tijs, & quod plus eſt indignum eſſe Ciuitatis originis,
qui in ea non habitat, nam hoc caſu dicitur amiſſa ciui-
litas; vt *per DD. ſup.allatos, quibus addo Menoch.conſil.
340.num.46.Bertaz.conſ.ciuil.124.n,7.Rot.cor.Otthoben.
deciſ.227.num.8.*

Imò non dicitur Mazzochus originis ciuis, quia ſpe-
ctatur paterna origo,ad hanc conſequendam, acciden-
talis enim natiuitas in conſideratione non habetur, vt
ſup.probaui, cum attendatur loci ſubſtantialis deſtina-
tio,& animi permanentia,alias ſi quis ratione offitij,vel
cuiuſuis alterius cauſæ expediendæ, etiam per mille
annos in loco ſiſteret ſine animo permanendi,ciuis loci
non fieret,vt eſt in caſu noſtro,quia patet, Mazzochum
animo permanendi in hac Ciuitate non habitaſse, ſed
munere expleto paterno,quo in hac Ciuitate fungeba-
tur Prouiditoris Vallium R. C. ad Oſtellatum conuola-
uit;vndè,cum ex facto mens declaretur, & anteceden-
tia ex ſubſequentibus, infertut ipſum nec domicilium,
nec ciuilitatem fore aſſequutum;vt probat *Grat.diſcep.
181.numer.4.5. Cephal. d. conſil.246. numer.6. Barboſ.
loco, quo ſup. numer.29. Carleual. loco alleg. numer.91.
& ſeq.*

Nec verum eſt, quod ciuis originis, qui in loco non
habitat ſit capax bonorum, ſecundùm diſpoſitionem
Statuti,quia contraria opinio verior eſt, vt, poſt *Rimin.
iun.in d.conſil.353.num.83. ac alios, firmat Excelle miſs.
contr.vbi ſup.num.16. vbi huius concluſionis concordantes
allegat*.

63 Fauet vlterius diſpoſitio Statutimet, quæ loquitur
non de ciue ſimpliciter, ſed de Ciue Comaclen. & qui
habitauerit,purè autem ortus in loco, non dicitur ciuis
loci, ſed in caſu vlteriùs requiritur habitatio, vt cantat
Statutum.*l.1.vbi Bart.ff.de Tut.& Curat.Laderch.conſil.*
64 *61.num.1.& 6.* Imo Statutum loquens de ciue debet
intelligi de ciue domicilij, non verò ſimplicis originis,
vt poſt *gloſ.in c.Stat.de reſcript. concludit Butrius in conſ.
21.num.3.*

65 Tandem gladium ad radicem imponit *Sacr.Congreg.
boni regiminis,quam adducit Merl.Combin.ad dec.24. poſt
tract.de legit.à qua die quarta Auguſti* 1595. reſolutum
ait,ciues ortos, quàm priuilegiatos non perfrui bene-
fitijs ciuilitatis,niſi in eadem ciuitate, in qua beneſitia
ipſa prætendunt inhabitent.

Quamuis autem maior ſit difficultas in natis in hác
Ciuitate, & habitantibus per longum temporis ſpa-
tium,eo quia in eis concurrant qualitates neceſſariæ ad
veram ciuilitatem ortus ſcilicet, & habitatio cum ani-
mo permanendi, ſintque ciues,& incolæ, vt vnaminiter
fatentur D. D. cum iſti non ſint de deſcendentibus à
veris ciuibus,& originarijs conſilij huius Ciuitatis capa-
cibus,puto, & ipſos eſse incapaces publicorum Emolu-
66 mentorum, cum *Statutum noſtrum* debeat intelligi de
ciuibus, & deſcendentibus ab ipſis, qui conſilij fuerunt
capaces, provt hanc intelligentiam probauit longiſſi-
mus curſus annorum, ne dicam ſæculorum, quo non
obſtante quod multæ familiæ longiſsimè, vt ſuprà ha-
bitauerint in hac Ciuitate, non fuerunt capaces Val-
lium,quia in Conſilio,& ſic de publico non fuerunt; &
iſti tales ad differentiam verorum Ciuium conſilij ca-
pacium appellati fuerunt, modoque appellantur *Fo-
recchi*,quamuis nati, & habitantes, nec ad magiſtratus
honorem admittuntur, nec ad Valles, ſicuti, nec vn-
quam fuerunt admiſsi, niſi quando iſti habitantes a
conſilio creati fuerunt ciues,& de ipſo conſilio capaces
Vndè nati, & habitantes, etiam per longam ſeriem an-
norum,ſi non fuerint, vel non ſint creati ciues à Conſi-
lio, vel capaces interueniendi in conſilio, non dicuntur
Incolæ in hoc propoſito, quia non gaudent de honori-
67 bus magiſtratus, & de emolumentis, quæ dimanant a
dicta capacitate,vt ſunt Valles, affictus publici, ac alia
huiuſmodi.*Ruin.conſil.100.num.6.tom.5.Laderch.d.conſ.
61.num.4.* qui propriè aduertit non eſse æqualis condi-
tionis,cum originarijs,& quamuis iſti *Forecchi* Medico,
Magiſtro Grammaticæ,& Chirurgis perfruantur,ſimul
cum originarijs ciuibus, & conſilij capacibus, ex hoc
non eſt inferrendum, quod alia ſua beneſitia propria
ipſorum debeant iſtis *Forecchis* communicare, ſed imò
dicendum eſt,quod incluſio vnius, ſit excluſio alterius,
quod exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis,
& quod limitata cauſa, limitatum producat effectum,
68 vt ſunt vulgatiſſima iura; & quamuis poſsint honores
publicos aſſequi, & indè emolumenta, intelligendum
eſt volentibus ipſis originarijs conſilij capacibus. *La-
derch.d.conſ.*5.qui hoc veriſsimum putat, maximè ac-
cedente tam longiſsima conſuetudine, & ſubſequuta
obſeruantia annorum, de quibus ſup. a qua receden-
69 dum non eſt. Ideoque licet originarij iſti,qui *Forecchi*
appellantur domicilium habeant alias comprehendan-
tur in noſtro caſu tamen verbis, nec effectu compre-
henduntur, quia *Forecchi* appellantur, & Vallium ſunt
incapaces, vt ex experientia patet, quæ rerum eſt ma-
giſtra. *Laderch.vbi ſup.num.5.verſic.accedit,& numer.7.*
70 *Bertaz.conſil.ciuil.125.per tot.* Quod autem talis vſus,
& obſeruantia manutenendi veniant,reſoluti *Caſtil.dec.*
71 136. & quod obſeruantia omnium diſpoſitionum, ſit
optima interpres,declarat *tex.in l.ſi de interpr.ff. de leg.
Surd.conſ.140.num.43.Rot.coram Merlin.dec.450.numer.*
12.Vnde illa extante ſunt intelligendi in vocatione Sta-
tuti ciues originarij Comaclen. antiqui,& capaces con-
ſilij, & magiſtratus, & quia onera ſuſtinent, & ad præ-
ſens obſeruatur, & obſeruatum fuit diſiunctiuè a de-
ſcendentibus à non veris ciuibus conſilij incapacibus,
72 qui *Forrecchi*, adhuc appellantur, vt dixi; hæc autem
obſeruantia declarat,qui in Statuto comprehendantur,
& qui non *cap.cum dilect.de conſuet.l.Iulianus.§.proindè.
ff.ad Maced.Cranet.conſil.101.num.3.Merl.dec.442.n.8.*
73 obſeruantiæ enim nulla certior haberi poteſt inter-
pretatio.*Rot.coram Seraph.dec.643.nu.6. & coram Pen.
dec.220.num.20.& coram Merlin.dec.697.in fine*. Scie-
bant enim ſtatuentes iurgia,& rancores, qui naſceban-
tur inter exteros, & ciues,ac multos adeſſe in Ciuitate
forenſes habitantes,propterea in eodem capitulo addi-
derunt hæc præcipua verba (*che li affitti ſiano dati alli
Cittadini del commune predetto, e che habbino habitato,
&c.*) Ecce ergò, quod non ſolum ex ponderatione ob-
ſeruantiæ,ſed etiam verbi(*del commune predetto*) intel-
lexe-

Digitized by Google

lexerunt capacitare ſolummodo conſilij capaces, non
verò habitantes incapaces,& hæc ratio, cum ſit ex cla-
ra diſpoſitione Statuti deprompta, contraditionem
non admittit;à fortiori *Rot.cor.Pegn. dec.204. num.14.*
Imò magis attenditur hæc obſeruantia,de qua mox di-
74 xi,quam ipſa verbi Ciuis proprietas,quæ cum ſit gene-
rica,ſpecificè venit intelligenda in caſu noſtro,vt ſub ea
comprehendantur ſolum ciues conſilij capaces. *Hon-
ded.conſil.72.numer.30. lib.1. latè, & perbeliè Font. de
pact.nupt. lib.1. clauſ.1. numer.33.vſque in finem. Add.
ad Greg.dec.184.n.8.Rota cor.Otthob.dec.165.n.20.*
Nec mihi redarguatur,clariſſimas eſſe iuris commu-
nis diſpoſitiones, ortum, & habitantem, cum animo
permanendi curſu longi temporis,ciuem effici in loco,
in quo habitat, hæ enim diſpoſitiones in caſu noſtro
non releuant, nam cum ex eodem iure publico omnes
75 populi poſsint Statuta condere.*l.omnes populi de Inſt.et
Iur.*Extante hac longiſsima conſuetudine,& diſpoſitio-
ne Statuti,non intrat ius commune,ſed Statutum, & il-
la antiqua conſuetudo non admittendi ad honores,
& emolumenta publica, niſi ortos a variis ciuibus con-
ſilii, & magiſtratus capacibus attenduntur non ſolùm,
quia Statutum poteſt derogare Iuri communi, vt per
ſe notum eſt,ſed etiam,quia conſuetudo eſt altera lex.
76 *§.ex non ſcripto de iur. natur. &c.* & lege fortior,quia
legi ſcriptæ præualet.*l.de quib.ff. de legib.* & hoc patet,
77 quia quando ius commune aliquid diſponit, & aliud
particulare Statutũ,ſeù conſuetudo obſeruat,hæ potius
quam illud attenduntur. *Cephal. conſil.149. num.78. &
78 conſil.549.num.39.Grat.diſcept.99.num.9.* cum nullum
ius poſitiuum dari poſsit, quod conſuetudine non tol-
latur. *Rimin.iun. conſil.51.num.3.lib.1.Grat.diſcept.153.
num.14.Rot.cor. Merlin.dec.595.n.2.*Quod idem dicen-
79 dum eſt de Statuto,reſpectu iuris publici, quod in hoc
caſu a pari ambulat cum conſuetudine *Merlin.dec.353.
80 num.56.Otthobon.dec.210.num.5.* & noſtrum, cum fue-
rit confirmatum a Sede Apoſtolica, de validitate non
eſt diſputandum. *Merl. d.dec.353.num.55.* Hic autem
81 non ſunt probanda formalia conſuetudinis,ſed ſat eſt,
quod ita fuerit obſeruatum per ea, quæ afferuntur per
Laderch. vbi ſup.n.Crauet. conſil.118. num.2. Caual. dec.
80.*num.5.Otthobon.dec.161.num.12.*Quod tanto magis
eſt dicendum, quia conſuetudo eſt ità longiſsimi tem-
poris,cuius memoria non eſt in contrarium. *Bertaz. d.
conſ.125. num.3.* & de ſimili conſuetudine in Hiſpania
ratiocinatur.*Carleual.de iudic.p.1.quæſt.2.num.84.*cuius
quot magna ſint priuilegia diffusè numerat *Fontanel.de
pact.nupt.lib.1.d.clauſ.1.à num.33.vſque in finem,*& quia
per ſe Statutum eſt clarum,& magis dilucidatur ab hac
interpretatiua obſeruantia, vlterius non inſiſto, quia
eius facilis,eſt probatio,cum *Port.Imol.conſil.24.num.2.
& conſil.28.nu.25.& conſ.163. n.29. Rot. dec.642.nu.4.
p.4.diuerſ.* Non prætereo aduertere, ex hac antiquiſsi-
ma conſuetudine reſultare tacitum Principis priuile-
82 gium;ſed imò, quod ipſa conſuetudo, & obſeruantia
vim habet priuilegij ex Principis certa ſcientia. *c. cum
queſt.q.3.Crau.de antiq.temp.p.4. num.8.* imò maior eſt
83 priuilegio. *Cran. ibi num.43. Fontan.de pact.nupt.lib.1.
clauſ.3.gloſ.2.num.29.latè Gabr. concl.1. tit. de præſcr. in
84 princ.*& in ſpetie conſuetudinis huius, non ſolum non
requiritur titulus, ſed ſat eſt,vt allegetur in genere, *ibi
Crau.nu.48.Gabr.ibi num.47.48.Maſcard.concl.1377.nu.*
85 30. & priuilegium hoc, quod ex dicta conſuetudine
reſultat,cenſetur acquiſitum titulo oneroſo;vt *per ipſos
ſup. allatos D. D.* concludo itaque, non tantùm Mazzo-
cum, ſed & ceteros Comacli habitantes Conſilij inca-
paces,ad Valles,& ad publica non eſse emolumẽta ad-
mittendos,niſi,vt *ſup.faſſus ſum;& ita,&c.Saluo,&c.*

Cæſar Cinius I. V. D. Comaclen.

Exhibitis de anno 1660.Eminentiſs. & Reuerendiſs. D. D. Iacobo Cardin. Franſono Legato Ferrariæ, coram quo cauſa iſta tractabatur, iuris allegationibus ſuperius extenſis,aduerſarius adeò ſilentio ſe inuoluit, vt dimiſſis inſtantijs,non ſit amplius auditus.

Faxit Deus, vt Ciuitas ipſa Comaclenſis validiſsimis ſemper oppugnationibus aduerſus tentantes medio ciuilitatis, vel aggregatitiæ, vel aliquo alio irrationabili prætextu mendicatæ prouentus Vallium, quibus totus ipſius Vrbis neruus ſuſtinetur,in proprios vſus conuertere,viriliter inſurgat;

Nam,qui filiolis foret aſſeruandus, iniquè
Prædantur panem, ſurripiuntque canes.

COLLVCTATIO XLV.

ARGVMENTVM.

Prælationi quando ſit locus: & an, & quando habens prælationis ius præiudicet ſibi in dando propriam oblationem: cum alijs,de quibus in ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Prælatio ſupponit concurſum neque in vnico cadit.*
2 *Inſtrumentum publicum, facit probationem manifeſtiſſimam.*
3 *Pacta conuenta ſunt omninò ſeruanda,& n.16.17. nec illis poteſt derogari n.35.*
4 *Dictio ſemper includit omne tempus, omnemque caſum, & num.40.*
5 *Prælationem habens in aliqua re, debet requiri, an velit pro tanta,& pari oblatione facta;eandem rem recipere, & n.7.*
6 *Omne qui dicit nihil excludit.*
8 *Iure ſuo,qui vtitur, nemini facit iniuriam.*
9 *Prælationis ius habens, ſibi præiudicat electa via concurrendi: declara n. ſeq. & n.27. non poteſt cogi ad declarandum an velit vti iure prælationis,niſi expectatis, & viſis aliorum oblationibus,nu.11. & n. 22.23. & n.36. 38.41.*
12 *Prælationis ius ſi exerceetur, non inuenirentur oblatores.*
13 *Annonæ vtilitas, & vbertas eſt totius Reipubl.ſalus.*
14 *Abſurdum eſt euitandum.Declara n.18.*
15 *Futurum poteſt eſſe, & abeſse; ideò non conſideratur.*
19 *Iudex, non debet conſiderare ea, quæ ſunt futuri temporis.*
20 *Ius ſuum vnicuique eſt tribuendum.*
21 *Oblatio non repugnat præſationi, nec eam excludit.*
24 *Iuri futuro per actum equiuocum renunciaſse quis non dicitur.*
25 *Prælationis ius intrat, cum maior oblator comparet: non tollitur per oblationem, ſi oblatio ſit facta cum proteſtatione n.27.*
26 *Clauſula præſeruatiuæ ius.& n.42.43.45.*
28 *Verba in pari conditione appoſita in pacto concedente prælationem,quomodò intelligantur,& n.n.ſeqq.*
30 *Præferendus quis veniat;remiſſiuè,& n.31.32.*
33 *Prælationem habent illi, qui habent ius in re.*
34 *Oblatio non requiritur in eo, qui non vult aliquod ius conſequi,ſed datum conſeruare in alterius concurſu.*

37 Scien-

37 *Scientia non datur, niſi manifeſtatis omnibus circumſtantys.*

39 *Cauſa verborum contrahentium extendit,& conſtringit, & ideò venit inſpicienda.*

44 *Priuilegio competenti non dicitur renuntiatum, niſi per actum de directo contrarium.*

46 *Res,quæ fuit præſeruata,ſi exindè redimatur, non iudicatur,tamquam eadem, ſed alia per ſe ex noua acquiſitione,& iure.*

47 *Conſanguineus agens ad rei vendicationem,ſi ſuccumbat, poteſt vti iure retractus.*

48 *Oblatio debet conſiderari non tantùm quoad accidentia, ſed etiam quo ad ſubſtantiam.*

49 *Deciſio cauſæ.*

1 QVemadmodum prælatio ſupponit concurſum, neque in vnico cadit, ſed inter plures concurrentes admittitur.*l.vtrum.2.ff. de aſſig. liber. l. vnum ex familia.ff.de leg.2.Caſtil.contr.iur.lib.2. cap.13. à num.1. cum ſeqq.Salgad.in Labyrint.credit.p.1.c.3.num.10. & c.11.num.117.& p.3.c.16.num.52. Merlin. de pign. & hypoth.lib.4.q.1.per tot.Altograd.conſ.90.n.71. lib.2.Surd. conſ.152.n.33.Menoch.conſ.604.num.47.Rota in rec.dec. 152.n.4.p.6.*

Ita omnibus concurrentibus in Appaltu panis vendibilis in Ciuitate Comacli,præferri debet, ſeruata pari conditione,Illuſtriſs. D. Camillus Carneſecchius Patritius Florentinus, Generalis gabellarum totius ſtatus Ferrariæ,ac Vallium Comacli Appaltator, vigore *cap. 30.*inſerti in generali appaltu.

2 Quod nedum huiuſmodi prælationis ius manifeſtiſſimum præbet; ex notatis in *c. cum dilecti de donat. in l. emancipatione.C.de fid.inſtr.& à Cyriac. contr.37. num.9. & ſeqq.Rota Portuen.affic.1.Iul.1650.in princ. coram Bichio,ac alibi paſſim,vt in mea legal.colluct.1. num.2. & in rec.dec.324.num.1.& dec.370.n.14.p.9.tom.2.& coram Otthobon.dec.199.à n.1.*

3 Sed omninò venit ſeruandum, ceù pactum conuentum.*l.1.§.ſi conueniat.ff.depoſ.l.1.ff.de pact.l.iuriſgentium §.præter au.ff.eod.Surd.conſ.183.n.11.& dec.260. nu.12. Barboſ.axiom.173.n.1.& ſeqq.Rota in rec.dec.299. nu.1. in fin.p.4.& dec.58.num.18.p.6. & in Bitunt. cenſ.5. Iul. 1649.§.agitur nunc, cor. Arguelles, & in Roman. penſ. palaty 26.Iun.1651.§.quare ex computanda in fine.coram Meltio.*

Et prælationes ius præfatum competit eidem Illuſtriſſimo D. Camillo,omni tempore, & omni caſu, inſpectis verbis *d.c.30.* ibi,*e debba ſempre eſser preferrito*,

4 dictio etenim illa ſemper includit omne tempus, omnemque caſum.*l.quia ſemper.ff.de inſ. vocan. c.1. de reſt. in integr.Menoch.conſil.706.num.36.Surd.conſ.179.num. 16.& conſ.403.num.70.& dec.112.num.4. Gratian. dec. 183.num.6.Giurb.conſ.crim n.99.num.28.Farin. conſ.54. num.5.& in praxi q.39.num.101.Boer.dec.158. numer.4. Barboſ.alios cumulans dict.361.num.2.Leoncil.dec.56.nu. 4.Fagnan.in c. requiſiuit num.12. de in integr. reſt. tom.1. Medic.dec.ſenen.4.num.16.Mel.alleg.4.num.12.& alleg. 39.num.16.Caren.reſol.158.num.12. Rot. poſt Merlin. de legit.dec.116.num.4.& in Spolet.canon.3.Iul.1645.§. nec fuit in dubium,verſic.ponderando illam dictionem ſemper, cor.Roias,& in diu.dec.128.ſub num.3.p.2. & in rec.dec. 179.ſub num.7.p.4.& dec.284.num.37.p.6.& dec.249. n.19 p.7.& cor.Duran.dec.404.n.8.& cor.Pegn.dec.195. num.19.*

5 Hinc fit, quod poſito huiuſce prælationis iure, non poſsit appaltus prædictus aliis conferri, & dari, niſi prius requiſito D. Camillo, an velit pro tanta, & pari oblatione facta,appaltum ipſum recipere, & pro ſe habere; ex congeſtis in ſimili *à Franch. dec.226. vbi Add. Cald.de extinc.emphyteuſ.c.6. num.12. & ſeqq. & c.14. ſub num.40.Corbul.de iur.emphyteu.c.4.limit.19.ſub n.2. Men.in addit.ad Gamm.dec.35.ſub num.1.Salgad in Labyrint.credit.p.3.cap.3.num.22.& ſeqq.& ſub numer.65. 66.* Adeovt ſit in facultate eiuſdem D. Camilli ex ipſo iure prælationis reuocare dictum appaltum, ſi aliјs, eo non requiſito,deliberetur.*Seburſ.conſil.89.n.5. verſ. per quæ omnia.Schard.de ſeud.p.8.c.7.num.54.verſ.vnde cum Altograd.conſ.90.n.77.lib.2. & conſerunt tradita à Cenc. de cenſib.q.66.*

Propterea non erit dubitandum, eundem fore præferendum in caſu, quo oblatio per ipſum facta in concurſu aliorum offeretium per ſchedulas ſigillatas, eſſet minoris quantitatis, propoſito exindè iure prælationis cum onere æquandi maximam inter cæteras oblationes,& ſucceſsiuè orta inter illum,& alios oblatores paritate conditionis requiſita in *contex. d. c.30. ibi in pari conditione.*

6 Vel, quia iſte caſus non fuit excluſus a generali conceſsione prælationis ſic,vt ſuprà concepta; iuxta *vulg. reg.de qua in l.Iulianus in princ.l.in hoc articulo.ff. de hæred.inſt.c.ſolitæ de maiorit.& obedien.Eſcobar.de ratiocin. c.7.num.47. Maceraten. reſol.70.numer.18.lib.1.Barboſ. axiom.168.& dict.241.num.1.16.Rota in rec. dec.527. n. 7.p.4.*

7 Vel,quia facta declaratione a dicto D.Camillo,velle vti iure prælationis in hoc appaltu, non poteſt ipſi denegari eadem præfatio,vt firmant *omnes ſuperius addu-*
8 *cti in.§.hinc fit.* Et tali ſuo iure vtendo,nemini facit iniuriam.*l.3.§.is tamen.ff.de liber.homin.exhib.l.Proculus.ff. de damn.infect.Surd.conſil.374.num.17.Siluatic.ſen. conſ. 2.n.4.Macerat.reſ.12.n.2.lib.3.Thomaſ.in florib.leg. reg. 251.Barboſ.axiom.135.n.8.*

9 Neque poteſt officere, quod electa via concurrendi cum aliis ſibi D. Camillus præiudicauerit, & conſequenter non poſsit redire ad ius prælationis,ſicuti *DD. mox adducendi innuere videntur.*

Quoniam, vltra quod in concurſu, ſiuè oblatione eiuſdem D. Camilli, adeſt proteſtatio circa ius præfationis ſibi competentis, de cuius viribus in propoſito agunt *DD. Aduocati Ferrarienſes in reſponſis per eos ſuper hac re editis inferius extendendis*; & generaliter quoad effectus ipſius proteſtationis, vt nempè ius omne proteſtantis conſeruet, videri poſſunt, poſt *tex.in l.ſi debitor.§.1. ff. quib.mod.pign.Dec.conſ.42.in fin.Ramon. conſ. 56.num.9.Marant.reſp.9.num.58.p.2.Valenz.conſ.73. n. 27.Gratian.diſcept.346. num.28. diſcept.515. num.7. & diſcept.937.num.27.Thomat.dec.124.num.20.tom.2.Capyc.Latro dec.106.num.20.21.Giurb.obſ.10. num.23.Bottilier de ſucceſs.ab inteſt.th.cor.90.num.6.Rot.poſt Cenc.de cenſib.dec.521.num.1. & dec.535. num.1.4. & in diuer. dec.285.num.2.p.4.ac in rec.567.num.7.p.1. dec.218.nu. 1.p.5.dec.521.num.5.ead.p.5.tom.2.dec.146. num.27. & dec.152.num.47.p.9.coram Seraph.dec.1168. num.9. & dec.1303.n.5.7.tom.2.coram Mantic. dec.370. n.15. cor. Pegn.dec.923.num.9.dec.1308. num.5. & dec.1344. ſub num.6.tom.2.*

10 Obiectum factum non procedit,vbi ſumus, prout in præſenti,in oblationibus per ſchedulas ſigillatas factis, & interuenit, habita notitia aliarum oblationum, expreſsus illius,cui competit prælatio diſſenſus de admittendo alium maiorem offerentem;ſed venit intelligendum,vbi agitur de concurſu palam facto,& de oblationibus publicè emiſsis, nec non quando ille, ad quem ſpectat prælatio conſenſerit, ſeù permiſerit ſe ſuperari ab alio plus offerente; vt perbellè agnoſcitur *à Gratian.diſcept.544.in fine.Poſt.de ſubhaſt.inſp.36. nu.32. & ſeqq.Rot.in rec.dec.184.n.14.p.1.*

11 Et eſt certum, D. Camillum, ad quem pertinet ius præ-

Digitized by Google

prælationis antedictæ, non potuiſse cogi ad declarandum, numquid vellet vti eodem iure, niſi expectatis, & viſis aliorum oblationibus; ex traditis *à Sanſelic. dec. 110. & dec. 111. repet. in dec. 268. n. 12. 16. de quibus Poſt. in Addit. ad eius tr. de ſubhaſt. inſp. 36. n. 16. verſ. & quod ideo.*

12 Pariter nequit obſtare, quod ſi dictum ius prælationis exerceretur non inuenirentur alij oblatores, & poſſent de facili ſe ipſos ab oblationibus abſtinere; ad *San Felic. d. dec. 100. num. 65. 114. & dec. 268. n. 10. Poſt. in addit. ad d. inſp. 36. n. 14.*

13 Atquè ità impediri poſset vtilitas, & vbertas annonæ, quæ tamen totius Reipublicæ ſalus exclamatur. *Couarr. var. reſol. lib. 1. c. 16. ſub num. 7. Menoch. præſ. 72. num. 26. lib. 2. & multa traduntur præ cæteris de hac re à Vizzan. in relect. de mandat. Princip. & nuper per Maſſiu.*
14 *de confiſc. q. 18.* Et quod tamquam abſurdum eſt euitandum. *l. ità ſi. ff. de operib. liber. l. nam abſurdum. ff. de bonis libert. Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 13. Tuſch. litt. A, concl. 66. Caren. reſolut. 5. n. 30. latiſsimè Barboſ. axiom. 2. num. 1. & ſeqq. & in loc. comm. argum. loc. 2. Rot. in rec. dec. 248. num. 2. par. 3. coram Buratt. deciſ. 22. numer. 10. tom. 1. ac paſſim.*

15 Nam, vltra quod conſideratio prædicta fundatur in poſſibili, & ſic faciliter retorqueri permittitur; ac tamquam quid futurum poteſt eſſe, & abeſse, & ideò non conſiderandum. *l. ſciendum. §. fundum vbi gloſ. in verb. poſſit. ff. qui ſatiſd. cogan. Gratian. diſcept. 944. n. 23. tom. 5. Rot. in nou. dec. 21. n. 5. tit. de præben. & apud Put. dec. 97. n. 7. lib. 2.*

Pro reſponſione ſufficiat dixiſse.

Quod tota materia prælationis alteri competentis deſtrueretur, ſi animaduerſio præfata foret attendenda; & ſucceſſiuè maius abſurdum, præſertim in hoc caſu, ortum haberet; pactum etenim factum de prælatio-
16 ne in iſto Appaltu ad fauorem D. Camilli, ſuum non obtineret effectum, neque obſeruaretur, contra ea, quæ habentur in *l. 1. & in l. iuriſgentium. §. Prætor ait. ff. de*
17 *pact.* Et tamen nulla eſt maior iuſtitia, & nihil tam naturale extat, ac æquitati magis conuenit, quam pacta ſeruare. *Neuiz. inter conſil. Brun. conſ. 12. num. 23. Roland. conſil. 100. num. 20. & ſeq. lib. 3. Surd. conſil. 183. num. 11. pulchrè Barboſ. axiom. 173. nu. 2. & ſeqq. Zacch. de Salar. quæſt. 10. nu 13. Rot. cor. Merlin. dec. 490. n. 1. to. 1. & concurrunt alleg. ſup. in §. ſed omninò:* quod quidem magis
18 abſurdum, vel magis eſt vitandum, vel vt vitetur eſt tollerandum abſurdum ex aduersò conſideratum. *c. nerui 13. diſtinct. c. diſpenſationes 1. quæſt. 7. Leoncil. deciſ. 59. num. 16.*

Additur, quidquid ſit de alijs reſponſionibus, quæ poſsent adaptari conſiderationi prædictæ, quod ipſa omninò in caſu præſenti ceſsat, cum habeantur alij oblatores, medio quorum, ſi liceat ſumere conſequens in aduerſum conceptum, vbertas annonæ reſultat; cui quemadmodum Princeps proſpicere debet, ità, omiſso
19 tractu futuri temporis, in quo poſita eſt animaduerſio præfata; ad *l. 1. §. 1. C. de vſur. l. Aeteius ait. §. in hoc iudicium. ff. de acq. pluu. arcen. l. non quemadmodum, vbi gloſ. in verb. non poſſe. ff. de iudic. Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 45. §. 1. à n. 43. vſquè ad 49. Gratian. d. diſcept. 944. num. 24. Altograd. conſ. 102. num. 45. lib. 2. Surd. conſ. 435. num. 19. lib. 3.* D.
20 Camillo prælationis ius, veluti ſuum, non denegare dignetur; iuxta *§. iuris præcepta. Inſt. de iuſt. & iur. l. 2. §. idem Varus. ff. de acq. pluu. arcen. l. 2. §. pen. ff. de relig. & ſumpt. D. D. in l. 2. ff. ſolut. matr. Decian. conſil. 108. n. 30. lib. 3. Rubeus in annot. ad Rot. in rec. dec. 3. n. 13. 14. par. 3.*

Atque ità, &c. Saluo, &c.

Vincentius Bondenus I. C. Argentan.

Hanc, quam firmauimus partem, cum aliundè celeberrimis Iuris Proceres doctiſſimis conſultationibus illuſtrauerint, fuit in votis illas per extenſum hic apponere, ne dum vt opuſculo noſtro coronamenta ex innenarabili varietate floribus, quibus ipſa niteſcunt compingamus, ſed vt eadem habitu fragrantiore, & ſucculentia quodammodò illud alant.

Reſponſum in eadem cauſa redditum per Excellentiſs. D. Carolum Caſtellum Ronchegallum I. C. et Aduocatum Ferrarien.

ATtenta facti ſerie, ſum in voto, Illuſtriſs. Appaltatores per oblationem factam, nullum ſibi præiuditium paraſse in ordine ad prælationem ſibi ex tenore pacti competentem non ſolùm, quia dicta
21 oblatio non repugnet dictæ prælationi, nec eam excludit, vt in fortioribus terminis mihi firmaſse videntur adducti per *Bendell. de iure congr. in Rubr. numero 66.*

22 Verum, etiam quia, cum ius dictæ prælationis, tunc demum incipiat competere, cum de oblationibus conſtet. *Merlin. de pign. & hypoth. lib. 4. tit. 1. quæſt. 1. num. 1. & ſeqq.*

23 Immò habens ius prælationis, non poſsit conſulere num velit vti ſuo priuilegio, niſi videat oblationes factas *Fulgin. de emphyt. contract. q. 22. n. 25. & 26 nec abs re erunt adducta per Poſt. de ſubhaſt. inſp. 23. n. 180. & ſeq. ſed in terminis hoc idem firmauit ipſe Poſt. in addit. ad inſp. 36. num. 16.*

24 Sequitur, quod Iuri futuro renuntiaſse maximè per actum æquiuocum, nullatenus dicatur. *Tiraq. de retract. lignag. §. 36. gloſ. 2. num. 50.*

Poterat quippè etiam dari caſus, vt nullus compareret oblator, vel ſi compareret minus offereret, adeovt non haberet opus vti prælationis ſubſidiario remedio, quod tunc intrauit, cum maior comparuit oblator; vt dixit *Gratian. diſcept. 149. num. 28. 29.*

Quod fortius procedit attenta clauſula præſeruatiua inſerta in oblatione, quæ conſtituit oblatorem in ſtatu,
26 perindè ac ſi ipſa oblatio, quæ tunc dicitur conditionalis, non emanaſſet, quoties de oblatoris præiuditio tractatur. *Mart. de clauſ. 157. n. 2. p. 1.*

27 Et in puncto oblationis factę cum proteſtatione, quod non tollat ius prælationis conſiderauit *Rota dec. 184. nn. 14. verſic. non proteſtando etenim, & c. p. 1. recent.* quidquid in contrarium dixerit *Poſt. de ſubhaſt. inſp. 36. num. 32. & ſeqq.* quia vel eius opinio reprobata remanet ex *Sacr. Rot. oraculo*, vel illa verius procedit, vbi nulla interceſſit proteſtatio, vt ex illius lectura videre eſt, & videndum ad hoc adduco *S. Felic. dec. 100. ſub num. 117.*

28 Nec prædictis obſtare videtur, quod prælationis pactum innitum cum R. C. expreſsè dicat. *Debba ſempre eſſer preferito ad ogni altro in pari conditione*; quaſi quod tunc demum intrat prælatio, cum oblationes ſunt pares; non autem quando oblatio prælationem prætendentis eſt minor altera facta à tertio; ceſsante quippe
29 paritate oblationis, videtur ceſsare prælationis priuilegium, propter illa verba *in pari conditione, &c.* ut videmus ſeruari in relatis per *Buratt. dec. 633. num. 12. et ibi Add. num. 22.*

Quia primò dicta prælatio, non venit ex ſimplici priuilegio, ſed ex pacto correſpectiuo, & oneroſo ideoquè latius ad fauorem conductorum interpretanda, ex vulgatibus.

30 Secundo, quia illa verba *in pari conditione* videntur appoſita ad diuiſionem controuerſiæ, qua dubitatur, num præferens ſemper veniat, qui plus, aut qui minus obtulit,

Digitized by Google

obtulit, ſed ille in quo concurrunt requiſita æquiualen-
tia maiori oblationi. *Fulgin.d.q.22.n.18.*
31 Tertio, & vltimò, quia illa verba *in pari conditione*
ſemper verificantur quoties, qui vult præferri offert
idem, quod alius obtulit, & ſemper dicitur in tempore
offerendi quoties detegitur maior oblator, per quem
ipſe alias excluſus remaneret. *Altograd. conſil.90. num.
76.in fine, et numer.77.lib.2.et in fortioribus dixit Roſen-
thal.de feud.cap.9.membr.2.concl.93.num.12.et ibi add.
ſub litt.O.*
32 Et maximè, quia adhuc re integra, & nondum facta
deliberatione vtitur iure ſibi per proteſtationem reſer-
uato. *Poſt. de ſubhaſt.in addit.ad inſp.36.numer.32.33.
tom.2.*

Atquè ex his currenti calamo conſcriptis crederem
Dominos Appaltatores in eorum inſtantia exaudien-
dos, &c. *Saluo, &c.*

Carolus Caſtellus Ronchegallus.

*Reſponſum in eadem cauſa Excellentiſſimo D. Io-
ſephi Magnoni Aduocati Ferrarien.*

PRæferendi ſunt Domini Appaltatores in Appal-
tu Furni Comacli, nedùm quia, cum eis conceſ-
ſa fuerit facultas ſpiani, vti habentes ius in re, habent
33 huiuſmodi prælationem *i.c.ſi duo de procur.in 6.c.ſi à ſe-
de de praben. Alex.conſ.126. circa princ. in fin. vol.1.* nec
tenentur concurrere, aut offerre, ſed, vti quaſi poſſiden-
34 tes hanc facultatem, *in pari conditione* cæteris ſunt præ-
ferendi, nulla enim oblatio requiritur in eo, qui non
vult ius aliquod conſequi, ſed ſibi datum conſeruare in
alterius concurſu, ex *not.per Bald.in c.licet ſi de feud.fue-
rit contron.inter Dom.et Agnat.Rum.conſ.33.n.3. vol.3.
Gabr.conſ.5.n.27.& 30.lib.1.*

Sed potiſſimum ex pacto adiuncto, quod ſemper
vnicuique præferri debeant *in pari conditione*, cui vt po-
tè conuento, in vim contractus, & ex cauſa, vt ſe curè in-
35 troducere poſſent Blada pro ſeruitio Vallantium, ne-
quit derogari. *§.ſed naturalia.Inſt.de iur.nat.gent.et ciuil.
l.eas obligationes.ff.de cap.dimin.cum ſimil.*
36 Importatque huiuſmodi pactum natura ſua, quod
priuſquam fiat Appaltus notificetur Gabellariis alio-
rum oblatio, vt poſſint deliberare, an velint attendere
37 dicto Appaltui, vel ne. *Franch.dec.17.num.9.* & quidem
cum omnibus qualitatibus, & circumſtantiis, alias fa-
ctum ſine qualitatibus, ſciens, non dicitur ſcire, nec ſibi
currit tempus offerendi. *Iaſon.conſ.159. numer.4. vol.2.
Natta conſil.636.num.193.Cacheran.dec.176. per totam;
cum alijs per Add.ad Roſental.de feud.alien. reuoc.cap.9.
membr.2.litt.L, Tiraq.de retract. Lignagier.§.36.gloſ.2.
num.30.Ceuc.de cenſib.quæſt.64. Rot. coram Seraph. dec.
1474.num.3.coram Greg.dec.425. num.6. coram Durano
dec.25. num.2. in Fanen. retract.29. Ian. et 4.Iulij 1646.
coram Veroſp.et in Roman. retr.14. Iunij 1652. cor. Peu-
tinger.in Vernl.Mollendini 12.Ian.1652.§.1.cor.Eminen-
tiſs.D. Cardin.Otthobon.confirm.28. Iunij 1652. cor. Peu-
tinger.* Id, quod fortius procedit, cum prælatio conuen-
ta fuerit, vt ſecurius Appaltatores, introducerent Bla-
da pro ſeruitio Dominorum, & laborantium in Valli-
bus *per ſmaltire li grani, che vi haueſſe introdotti*, quæ
ſecuritas tolleretur, ſi prælatio penderet ab incerto
euentu, quatenus ipſis neceſſe foret offerre cum aliis, &
38 ipſorum oblatio cæteris maiori adamuſſim conueni-
ret, reſultat enim ex cauſa obligationis congrua inter-
pretatio intentionis contrahentium, vt dicti Appalta-
tores habita notitia aliarum oblationum *in pari condi-
tione* ſint præferendi, ſi velint admitti. *l.p.Cod.de condic.
ob cauſam l.cum hic.§.vult igitur.ff.de tranſact.Vndè Bald.
in l.ſi in venditione.ff.com.præd. notat per illum tex.* quod
39 debeat inſpici cauſa verborum, quæ pronuntiata ſunt
a contrahentibus, quia extendit, & reſtringit. *Et conſil.
107.num.2.Boer.dec.172.num.17. cum alijs per Mantic.
de tacit.lib.3.tit.12. num.5.* Et ex ipſa cauſa eruitur vir-
40 tus dictionis *ſemper* adiuncta pacto, vt includat, nedum
tempus, & omnes caſus, vt eſt de ſui natura. *l.quia ſem-
per.ff.de ius vocan.l.p.ff.ſol.matr.Surd.conſil.281.num.20.*
41 *et conſ.403.num.70.* Sed & omnem contractum ab aliis
oblatum ſupponendo præexiſtentiam, & notitiam ne-
ceſſariam extraneæ oblationis; vt *per Cald. Pereir. de
empt.et vendit.c.4.n.1.Barboſ.dict.361.n.10.*

Nec dicatur, D.D. Appaltatores offerendo ſibi præ-
iudicaſſe, quia in eodem actu oblationis proteſtati ſunt,
quod intendunt vti pacto prælationis, in quacunque
alia maiori oblatione, vndè vel ipſa oblatio, vti virtuali-
ter, & in ſubſtantia in duas partes diuiſa, primo dicitur
continere ſummã certã in ſe, ſecundò ſummã certã per
relationem ad aliam æqualem, ſubindeque præferen-
dam, vt ibi *Ma di douer eſſer preferito ad ogni altra offer-
42 ta*; qui modus offerendi admittitur, & ſuffragatur aliis
concurrentibus oblationibus, tamquam & iſta certa
reddatur per relationem ad alias, & certificetur ex illa-
rum exiſtentia, quidquid ſecus eſſet, ſi nulla alia con-
curreret; vt *per Poſt.de ſubhaſt.inſp.35.n.155. Rota deciſ.
376.p.4.rec.*
43 Vel ſi vnica oblatio cenſenda eſt attenta proteſtatio-
ne vtendi iure prælationis, non impedit dicti iuris exer-
citium per nouam oblationem, ſibi vt ſuprà ex pacto
competentem maximè factam incontinenti antè adi-
ctionem, quia diuerſo iure conſideratur res ipſa, quate-
nus in ſe nulli ſubeſt retractui, & poſt quam ius retra-
ctus, ſeù prælationis exercetur, itavt ſuccumbens ex
concurſu non impediatur, quominus vti poſſit diuerſo
remedio retractus, & prælationis; quia per concurſum
44 ordinarium, non cenſetur renuntiaſſe ſuo priuilegio
particulari, ad cuius renuntiationem requiritur actus
contrarius de directo; vt *per Felin. in c.cum excepiſſent.
num.29.verſic.ſecus, vbi poteſt. Put. dec.184. num.3. lib.2.
Rota coram Caualer. dec.658. num.3.4.* maximè ſtante
declaratione, de qua ſuprà, quod intendebat vti virtute
45 pacti, per quam omninò eiuſdem efficacia præſeruata
fuit; vt *per Bart.in l.1.C.de eis, qui ſponte. Mun.ſub Roman.
conſil.252.in fine. Alex.conſ.108. lib.3. Menoch. de præſ.
46 lib.6.præſ.41.num.11.* Et res indè redempta, ſeù expeti-
ta iudicatur, non tamquam eadem, ſed alia per ſe ex
noua acquiſitione, & iure. *l.menius.§.fundo.ff. de legat.2.
Io: Fabr.in §.ſi cui fundus.Inſt.de leg. Alex. conſil.10. col.
47 2.vol.1.Burſatt.conſ.6.num.27.vol.1.* vt a ſimili de con-
ſanguineo agente ad rei vendicationem, vt ſi ſuccum-
bat, poſſit vti retractu, dixit *Faber.in §.qui autem.Inſt.de
execut.tut.Caſſan.Rub.10.de retract.§.5.in textu. Sanſae-
coir, verſic.ſed iterum.Carpan.ad Stat.Mediolan. cap.417.
num.435.Roſſent.de feud.cap.9.membr.2.concl.87.n.4. et
conſ.90.*

Accedit, quod exceſſus alterius oblationis eſt, vt
mihi ſupponitur, in modico vnius Vnciæ panis præua-
lente oblatione D. D. Appaltatorum in alijs pluribus
circumſtantiis Publicum fauorem redolentibus, quæ
maiorem reddunt conditionem dictæ oblationis, in
48 qua non minus conſiderantur circumſtantiæ, & acci-
dentia, quam ipſa ſubſtantia; ad *tex.l.cum qui. §. melior
autem.ff.de in diem addict. Angel.conſ.123.n.2. Poſt. d. tr.
de ſubhaſt.inſp.35.n.155.*

Et hæc præcipiti calamo ſcripſiſſe ſufficiat cor. ſu-
premo, & eruditiſſimo Principe.

Ioſeph Magnonus.

49 *Secundùm ſuperius deducta reſolutum fuit ab Emmentiſs. & Reuerendiſs. D. D. Iacobo Cardin. Franſono legat. Ferrar. de anno 1669. & ſic Illuſtriſs. Carneſicca habuit Appaltum Furni Comacli præuio inſtrumento celebrato ſub die 1. Menſis Septembr. eiuſd. anni ex rogitu D. Cæſaris Cintij à Sacretis Communitatis Comacli.*

COLLVCTATIO XLVI.

ARGVMENTVM.

Requiſita corporis delicti in homicidio recenſentur. Vulnus quandonam ſit mortale, & ex eo vulneratum mortuum fuiſſe, demonſtratur. Homicidij diſtinctio, eiuſque pæna affertur. Confiſcationis materia percurritur. Cauſa delicti examinatur. Præſumptiones animi occidendi, nec non animi deliberati, ac præmeditati, & è contra adducuntur, & latiſsimè diſcutiuntur. Tandemquè, viſa diſtinctione homicidij inſidioſi, & proditorij, etiam in materia immunitatis Eccleſiaſticæ; & allatis non nullis circa commiſſarios criminales, eorumque viatica, concluditur.

SVMMARIVM.

1 *Corpus delicti in homicidio tunc demum conſtat, ſi appareat, quem fuiſſe ſcelere occiſum: & de alijs requiſitis, vide n.n.3.7.8.9.10.19.*

2 *Cadaueris viſitatio, & inſpectio eſt neceſſaria, quoties fieri poteſt.*

3 *Mandatum Iudicis pro facienda viſitatione cadaueris à Notario, eſt neceſſarium; & ſufficit enunciari à Notario, cui de ſtylo creditur, n.4. & dic idem ſi Iudex procedat ad vlteriora, n.5.*

6 *Notario actuario creditur, de commiſſione ſibi data à Iudice; licet ſecus ſit in ſimplici Notario.*

7 *Cadaueris viſitatio, & inſpectio à Notario facienda, quæ requiſita continere debeat, & ſeqq.*

8 *Notarius debet facere rogitum de viſitatione cadaueris adhibitis teſtibus.*

9 *Cadaueris recognitio fieri debet à duobus teſtibus.*

10 *Teſtes ſuper recognitione cadaueris, debent etiam deſcribere ſigna notabilia, quæ habet occiſus.*

11 *Teſtes duo ſufficiunt in quolibet negotio; & etiam in cauſa criminali ad conuincendum reum, n.12.*

13 *Teſtes deponentes de altercatione, & non de vulnere ſi alter ex altercantibus fuerit deindè poſt altercationem viſus vulneratus, faciunt iuditium indubitatum, vulnus fuiſſe illatum ab altero altercante, etiam ſufficiens ad condemnandum.*

14 *Vulnus quandonam præſumatur mortale; & ex eo vulneratum obijſſe, & ſeqq. vbi plures recitantur opiniones.*

19 *Vulneris inſpectio, quando ſit facienda à Chirurgis, remiſſiuè.*

20 *Chirurgorum relationi, & iuditio ſtatur, an vulnus ſit mortale, & an ex eo vulneratus obierit.*

23 *Homicidium quid ſit.*

24 *Vulnus vbi conſtat fuiſſe mortale, ſi vulneratus decedat, vulnerans tenetur de occiſo.*

25 *Homicidij pæna ordinaria eſt mortis naturalis: & confiſcationis bonorum omnium, iuxtà Stat. & Bannimen. general. Ferrar. numer.26. & numer.28. & num.31. 33.34.*

26 *Confiſcatio de iure nouiſſimo imponitur duntaxat pro crimine hæreſis, & læſæ Maieſtatis. Limita nu.27.29. & ſeqq. non habet locum niſi, vbi imponi poteſt pæna ordinaria, ſecus ſi reus veniat puniendus pæna extraordinaria delicti, n.117.*

28 *Stat. Ferrar. lib.3. Rub.70. affertur, & n.33.*

30 *Confiſcatio ſemper adiungitur de ſtylo, vbi imponitur contumacialiter pæna mortis naturalis, vel triremium, etiam ſi delictum de iure communi eandem confiſcationem non mereatur, & n.31.*

32 *Aegidiana Conſtitutio eſt ſeruanda in Ciuitate Ferrariæ.*

35 *Homicidium quotuplex ſit, & u. n. ſeqq. & n.42.*

39 *Homicidium doloſum: culpoſum: & caſuale, quomodò puniatur, & u.n. ſeqq.*

43 *Bannimenta generalia recipiunt interpretationem à iure communi.*

44 *Contumacia non operatur, vt reus debeat maiori pæna puniri, quam ſi eſset præſens.*

45 *Delictum ſine cauſa non præſumitur commiſſum.*

46 *Cauſa delicti eſt inſpicienda: debet eſse proportionata delicto, & n.52. exemplifica, vt n.53.*

47 *Ob honorem tuendum quis delinquere præſumitur.*

48 *Inimicitia prouenit à minis: ab iniuria ad animum reuocata u.49.*

50 *Delinquere quis cenſetur, ob inimicitiam.*

51 *Inimicus de inimico ſemper malum cogitat.*

54 *Animus occidendi probatur exterioribus ſignis, & coniecturis; quæ coniecturæ debent eſse plures, numer. 55. & in ſuo genere perfectæ, & plenè probatæ, numer.56.*

57 *Animus occidendi ex quibus coniecturis, & præſumptionibus probetur, & n.n.58.59.60.61.62.*

63 *Animus præmeditatus, & deliberatus occidendi, eſt ab allegante probandus, & probatur coniecturis ſignis, & inditus; & de iſtis coniecturis agitur n.64. ad 69. & n.130. & ſeqq.*

70 *Veritas eſt à Iudicibus etiam ex offitio perquirenda; eſt baſis, & fundamentum iuſtitiæ, n.71.*

72 *Conſiliarij munus eſt dicere Principi ipſam veritatem.*

73 *Homicidium doloſum ſimplex quod nam ſit; doloſum ex propoſito, quod nam ſit, n.74.*

75 *Animus occidendi, & animus deliberatus occidendi, quomodò inter ſe differant.*

76 *Iræ calor per quantum temporis ſpatium durare admittatur, & n.120.121.*

77 *Dolus excluditur à calore iracundiæ: & à prouocatione facta n.82.83.*

78 *Animus occidendi, à quibus coniecturis excludatur, & n. 79 80.81.*

82 *Rixæ prouocator quiſnam dicatur.*

83 *Dolus non præſumitur in prouocato; & de ratione, numer. ſeq.*

85 *Prouocatus ſi offendat prouocantem, etiam cum exceſsu moderaminis inculpatæ tutelæ, mitius punitur. Declara vt à u.122. ad 129.*

86 *Homicidium commiſſum à prouocato mitiori pæna eſt plectendum: dicitur non dolo, ſed culpa commiſſum, numer.87.*

89 *Exceſsus in ſe deffendendo ſeruatus à prouocato punitur pæna extraordinaria. Amplia, vt u.89.*

90 *Dolus non præſumitur in exceſsu comiſso à prouocato.*

91 *Homicidium cauſatum à deteriori dolo aduerſarij prouocantis mitius punitur.*

92 *Homicidium dicitur commiſſum in rixa, ſi ea, & ſi verbalis*

lis praeceſſerit inter occiſum, & occiſorem.

93 *Homicidium commiſſum in rixa an dicatur doloſum, vel potius culpoſum ad finem puniendi: & numer. ſeq.*

95 *Qualitas, non datur ſine ſubiecto.*

96 *Homicidium in dubio non præſumitur præmeditatum, ſed in pura rixa commiſſum.*

97 *Animus deliberatus occidendi à quibus præſumptionibus, & coniecturis excludatur, & n.n.ſeqq. vſquè ad numer. 112.*

102 *Aggreſſorem quem fuiſſe ex quibus dignoſcatur, & n.n. ſeqq.*

106 *Inimicitia capitalis quandonam dicatur adeſſe, remiſſiuè; oritur etiam ex verbis iniurioſis, & atrocibus, num. 108. declara, vt n. 109.*

107 *Proſper Farinacius vocatur Monarcha criminaliſtarum.*

112 *Deliberatio, ac præmeditatio animi ſtudioſi occidendi excluditur à paribus præſumptionibus. Amplia, vt n. n. ſeqq.*

115 *In delictis præſumitur potius qualitas exgrauans, quam aggrauans.*

116 *Homicidium commiſſum abſquè præmeditatione, & deliberatione, non punitur pœna mortis ordinaria.*

118 *Pœna mortis non habet locum, ſed benè alia mitior vbi animus præmeditatus occidendi ſolis coniecturis fuit probatus.*

119 *D. Vincentius Florinus Florentinus Guber. Comacli laudatur.*

134 *Homicidium proditorium quodnam dicatur: & n.n. ſeqq. vbi datur determinatio S. Congreg. immun. Eccleſ.*

138 *Reus, qui confugit ad Eccleſiam, ſolet in primis extrahi, ne fugiendi cauſa præbeatur, ſeruata tamen praxi, de qua n. 139. extractus indebitè ab Eccleſia, ante omnia eſt ad illam reſtituendus, n. 140. 141.*

142 *Commiſſarij criminales ad quid mittantur, & cuius ſumptibus, n. 143. cum ſeqq.*

143 *Viatica Commiſſariorum quando, & à quibus ſint ſolſoluenda, non debentur miniſtris fori Eccleſiaſtics, numer. 147.*

148 *Deciſio cauſæ.*

QVattuor complectitur capita legalis iſta colluctatio, quibus omnimodè reſoluuntur ea, quæ in hac capitali cauſa, pro veritate fuerunt expetita.

CAPVT PRIMVM.

De probatione homicidij, illiuſque diſtinctione, ac pœna.

NOn controuertitur, Octauianum Lanzonum
Fauentinum militem in Fortalitio, ſiuè Turri
Alba portus Magnauaccæ fuiſſe *ſub die 4. Octobris anni*
elapſi 1660. Occiſum, & ſcelere quidem interemptum,
1 prout hæc ſceleris qualitas requiritur ad hoc, vt in ho-
micidio conſtet de corpore delicti; ad *tex. in l. 1. §. item*
illud ff. ad Syllan. Vermigliol. conſ. 12. num. 12. Felic. alleg.
155 num. 5. Coſp. in ſuo oper. inſcript. il Giudice Criminaliſta p. 3 c. 19. § nondimeno leua ogni dubio in fine. Caren. reſol. 222. n. 1. 2.

Hæc etenim manifeſtantur per viſitationem cada-
2 ueris, eiuſque inſpectionem neceſſariam, quoties fie-
ri poteſt; ad tradita per *Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 83. ſub*
num. 17. Farinac. in prax. quæſt. 2. ſub num. 6. verſic. liquidè autem ad fin. Vermigliol. conſil. 59. numer. 2. vbi concor-
3 *dan.* factam a Notario actuario criminali de mandato
D. Gubern. Comacli; quod mandatum ſicuti fuit ne-
ceſſarium. *Farinac. in prax. quæſt. 84. ſub numer. 30. Vermigliol. conſil. 11. ſub num. 1. & conſil. 12. in princ.* ita ſatis
4 fuit, illud enunciatum extitiſſe ab eodem notario; vel
quia ipſi de cômiſſione ſibi facta a Iudice creditur, ſal-
tem de ſtylo. *Vermigliol. d. conſil. 11. num. 4. 7.* vel quia
5 Iudex procedendo ad vlteriora, idem mandatum de-
diſſe præſumitur, & vti enuntiatum ratificare cenſe-
tur. *Vermigliol. in alleg. conſ. 12. ſub num. 3. & ſeqq.* vel
6 tandem, quia vti Notario actuario, quidquid ſit de ſim-
plici Notario, non dubitatur eſſe credendum de ipſo
mandato. *Vermigliol. d. conſ. 12. n. 9.*

Et in præfata viſitatione fuerunt obſeruata requiſita neceſſaria.

7 *Deſcriptio, ſcilicet loci, in quo cadauer dicti occiſi fuit viſum, & repertum: deſcriptio etiam ipſiuſmet occiſi, vna cum eius ſexu, ætate, ſtatura, pillamine, & veſtimento; deſcriptio quoque poſituræ eiuſdemmet occiſi; & vulneris ſibi ſub ſpatula ſiniſtra inter coſtas, ad latus pariter ſiniſtrum tendentes, valdè penetrantis, illati punctim, cum pugione, vt videbatur, ſeù alio conſimili inſtrumento;* vt de iſtis omnibus, ac alijs, iuxta caſuum contingentiam, agitur *à Blanch. in pract. criminal. in princ. num. 6. & ſeq. Boſſ. in praxi tit. de delict. numer. 1. 2. 24. Clar. in pract. quæſt. 4. num. 4. Iodoc. in pract. crimin. cap. 7. tit. de inſp. occiſi Nouel. in pract. crimin. fol. mihi 79. in parua impreſſ. Farinac. in praxi tit. de inquiſit. quæſt. 2. nu. 4. Ambroſin. in proceſſ. informat. lib. 1. cap. 2. numer. 24. 25. Guazzin. ad defenſ. reor. defenſ. 4. cap. 2. numer. 8. latè Coſp. in d. ſuo opere par. 3. cap. 24. vbi adamuſſim omnia perpenduntur. Vermigliol. d. conſil. 11. num. 15. cum alijs vbiquè.*

8 Adeſt inſuper *eiuſdem viſitationis rogitus factus ab ipſo Notario, adhibitis teſtibus,* vt opus eſſe, habetur *apud nunc allegatos DD.* & præciſim *Farinac. conſil. 171. num. 2. lib. 2. Vermigliol. d. conſil. 11. num. 3. & conſil. 12. ſub n. 12. cum ſeqq. vbi plenè conducit Scacc. d. cap. 83. ſub num. 14.*

9 *Ac ſuper recognitione dicti cadaueris conſpiciuntur duo teſtes examinati deponentes, cognouiſſe interfectum, dum in humanis erat, aſſerentes illius nomen, cognomen, & patriam,* quemadmodum fore neceſſarium, aiunt
Foller. in pract. crimin. verb. capiat informationem num. 30.
Clar. d. q. 4. ſub eod. n. 4. verſ. & debet recognoſci. Farin. d.
q. 2. ſub n. 4. verſ. vbi amplius. Blanc. vbi ſup. nu. 7. 8. Guaz-
zin. d. c. 2. num. 11. Ambroſin. d. c. 1. n. 26. Caſp. d. c. 24. ſub
n. 7. Scacc. d. c. 83. ſub n. 13. verſ. debet etiam: ſicuti etiam
10 deſcribere tenentur ipſi teſtes quælibet ſigna notabi-
lia, quæ occiſus habet. *Farin. conſ. 171. n. 10. 11. lib. 2. Ver-*
migliol. d. conſ. 11. n. 6. Coſp. eod. c. 24. ſub n. 7. ad fin.

Non controuertitur etiam, homicidium prædictum fuiſſe commiſſum a Ioſepho Simono Giandino Comacleſe.

Quoniam eſt extra dubitationem, ipſum Ioſephum
inflixiſſe vulnus cum denudato pugione dicto Octa-
11 uiano, prout deponunt in proceſſu duo teſtes de vi-
ſu ſufficientes in quolibet negotio. *l. vbi numerus. ff. de*
teſtib. c. in omni, & c. licet vniuerſis de teſtibus Maſcard.
de probat. quæſt. 5. num. 117. Magdalen. de num. teſt. c. 1. nu.
1. & ſeqq. Farin. de teſtib. quæſt. 63. num. 232. vbi concor-
dan.
12 Et ſic ſufficientes quoquè in cauſa crimiuali ad con-
uincendum reum: *c. nullam. §. ſed hoc in fin. 2. qu. 4. Maſ-*
card. de probat. concl. 461. n. 1. Clar. in pract. qu. 66. n. 5. Fa-
rin. d. q. 63. n. 233. & conſ. 26. n. 3. & conſ. 29. n. 1. lib. 1. Cy-
riac. contr. 250. n. 47.
13. Maximè, cum adſint alij teſtes deponentes de alter-
catione, inter dictum Ioſephum, & Octauianũ, qui licet
nõ deponant de vulnere, tamen viſo poſtmodum eodẽ

Octauiano vulnerato, præſumitur vulnus illatum a præfato Ioſepho altercante, ità, & taliter, quod huiuſmodi præſumptio facit indicium indubitatum ad condemnandum. Blanc. in l. fin. num. 305. ff. de quæſt. Brun. de indic. p. 1. q. 4. n. 6. in fin. et ſeq. Caſon. pariter de indicijs, tr. 10. c. 1. num. 15. Farin. conſil. 31. ſub num. 10. verſ. et vbi inter, ac conſ. 100 ſub num. 12. lib. 1 et in prax. q. 37. num. 50. 51. et ſeqq. Cyriac. contr. 250. ſub n. 9. verſ. namquè reſpondetur, et num. 10. tom. 2. Andreol. contr. 172. n. 3. p. 2. Cabal. reſ. crimin. caſ. 288. n. 8. Guazzin. defenſ. 33. c. 15. nu. 2. tom. 2. et nouiſsimè Panimol. in Idea ſcdan. iurg. forenſ. conſt. 45. num. 2.

Et qui teſtes, cum in accuſatione nominati fuerint, debebant vtiquè examinari, ne alias eorum examinibus prætermiſsis locus condemnationi rei clauderetur, & illius abſolutioni aperiretur; ſi credamus Foller. in pract. crimin. verb. capiat informationem num. 71. Guazzin. ad defenſ. reor. defenſ. 22. c. 1. num. 6. lib. 1. contr. diſcept. forenſ. cauſ. 20. num. 16. et cauſ. 41. num. 13. tom. 1. loquentibus tamen de reo in carceribus detento; qui adhuc ſi ex alijs teſtibus foret conuictus parum iuuaretur huiuſmodi ſcribentium traditione, vt potè praxi haud conſona, & in Tribunalibus neglecta, vt quotidiè videmus.

14 Eundemque Octauianum paucis interpoſitis horis obijſſe, & hinc idem vulnus fuiſſe mortale, atquè ex eo præſumi ipſum mortuum.

15 Vel, quia mors de recenti fuit ſequuta, vt requiritur ab aliquibus relatis à Farin. in prax. tit. de homicid. q. 127. num. 28.

16 Vel, quia ſaltem intrà breue tempus ſucceſſit, ad mentem aliorum, de quibus pariter Farin. ead. q. 127. nu.
17 31. ac concedunt eo fortius omnes illi, qui lethalitatem vulneris admiſerunt, vbi etiam vulneratus deceſſit infrà triduum Placch. in epitom. delict. lib. 1. c. 13. num. 22. in princ. Cepol. conſ. 40 num. [illegible] n. conſ. 104 ſub nu. 7. 11. lib. 2. Maſcard. de probat. concl. 1073. num. 1. tom. 2. Ayrer. de homicid. p. 2. num. 52 53. & vt apud ipſum Farin. d. quæſt. 127. num. 35. aut infra quinque dies. Ayrer. de homic. d. d. p. 2. num. 55. Farinac. vbi ſup. num. 37. aut
18 mortuus eſt infrà quadraginta dies, poſt illatum vulnus Boer. dec. 323. ſub num. 11. Rimin. ſen. conſ 281. numer. 2. lib. 2. Gayl. obſ. 111. poſt num. 23. lib. 2. Clar. §. homicidium, ſub numer. 44 et ibi Baiard. ſub numer. 156 et alij de communi teſt. incs penes Farinac. d. quæſt. 127. n. 46.

Vel tandem, quia, cum idem vulnus fuerit a Chirur-
19 gis publicis inſpectum, quod quando ſit faciendum videantur Iodoc. d. quæſt. 7 Ambroſin. d. cap. 1. numer. 18. et ſequentibus. Farinac. in prax d. quæſt. 2. ante numer. 5. Scacc. de iudic. lib. 1. d. c. 83. numer. 13. Guazzin. d. defenſ. 4. cap. 2. numer. 20. Coſp. in d. ſuo oper. par. 3. cap. 9 Et tamquam mortale ab ipſis iudicatum, ex eoque vul-
20 neratum obijſſe, ſitquè eorundem chirurghorum relationi, & iuditio in hoc ſtandum. Grammat. conſil. 2. numer. 5. Bertaz. conſil. 85. numer. 27. lib. 1 Rimin. iun. Conſil. 121. num. 5. lib. 2. Maſcard. de probat. concl. 1034. num. 5. et ſequentibus tom. 2. Pacian. cod. tract. lib. 1. cap. 47. num. 2. et ſeqq. Ayrer. de homicid. p. 2. numer. 57. 69. Boſs. in pract. tit. de homicid ſub numer 115. Clar. in d. §. homicidium ſub numer. 43. cum innumeris alijs adductis à Farin. d. quæſt. 127. numer. 101. Cabal. reſol. crim. caſ. 248. num. 37. cent. 3. Guazzin. ad defenſ. reor. defenſ. 4. cap. 12. num. 1. Cyriac. contr. 394. num. 5. tom. 2. Non poteſt ipſum
21 vulnus aliter præſumi a Iudice, in cuius arbitrio remiſſum eſt iudicare ex quibus vulnus fuerit mortale. Plach. in epitom. delict lib. 1. cap. 13. numer. 6. Maſcard. d. Concl. 1034. num. 6. in fin. Menoch. de arbitr. caſ. 275. num. 1. Clar. d. §. homicidium, num. 34. verſic. ſcias autem in fin. et ibi Baiard. num. 158. ad fin. Farinac. d. quæſt. 127. nu. 48.
22 vbi concordan. quoniam arbitrium iſtud interponi debet, ſecundùm peritorum relationem, & iudicium. Menoch. d. caſ. 275. ſub numer. 1. 3. Baiard. ad Clar. d. §. homicidium, n. 155. Farin. in ſæpè alleg. q. 127. n. 50. 51. et nu. 52. vbi quod ità ſemper vidit ſeruari in Vrbe, et ipſe ſeruauit.

23 Succeſsiuè his ſtantibus, intrat concluſio, Octauiani præfati homicidium, quod eſt animati corporis peremptio violenter ab homine perpetrata, qua anima a corpore ſe iungitur; ex Ayrer. in repet. l. vt vim numer. 89. et ſequentibus de iuſt. et iur. Farin. in prax. quæſt. 119. inſpect. 1. num. 3. in fine; commiſſum fuiſſe a dicto Ioſe-
24 pho, in tantum, vt cum conſtet, vulnus ab eo illatum extitiſſe mortale, ſeù, vt alijs placet, mortiferum, & mors ipſius vulnerati ſequuta fuerit, teneretur de occiſo; ex traditis à Signorol. conſil. 163. numer. 2. Alban. conſil. 12. ſub numer. 7. Rimin. iun. conſil. 121. num. 13. verſic. nec obſtant iura lib. 2. Boer. dec. 323. ſub num. 4. Boſs. d. tit. de homicid. num. 115. Clar. d. §. homicidium numer. 42. ac alijs adduct. à Farinac. in ſæpè alleg. quæſt. 127. numer. 10. vbi de communi; plenè Guazzin. ad defenſ. reor. defenſ. 4. capit. 10. Cyriac. controu. 394. numero 2.

25 Atquè ita homicidij pœna ordinaria, quæ eſt mortis naturalis, iuxtà tex. in l. 3. §. patiatur. Cod. de Epiſc. aud. et in §. item lex. Cornelia. Inſt. de publ. iudic. in l. 1. Cod. de rapt. virg. in l. pennlt. §. qui alias. ff. parricid. Gomez. de delict. cap. 3. tit. de homicid. numer. 1. Boſs. in pract. eod. tit. numer. 107. et ſequentibus. Plach. in epit. delict. lib. 1. c. 10. ſub num. 2. Honded. conſil. 99. num. 1. lib. 1. Clar. in §. homicidium ſub num. 18. verſic. pœna ergo, et ibi Baiard. nu. 42. Farin. in prax. tit. de inquiſit. quæſt. 6. num. 16. vbi adductis multis Sacræ ſcripturæ locis comprobat, pœnam iſtam eſſe et de iure diuino, ac in tit. de homicid. d. quæſt. 119. numer. 12. 14. vbi de rationibus, et n. u. ſeqq. vbi plenè ad ſatietatem, et conſil. 1. numer. 9. lib. 1. Chartar. de execut. ſenten. capto bannit. in præfat. numer. 7. 8. et alij paſſim.

At conuenit noſtrum Stat Ferrar. lib. 3. Rub. 70. cum quo in hoc concordant Banniment. general. Ferrar. Status edita tempor. Sanc. memor. Clement. VIII. de anno 1598. 15. April. impreſs. in calce einſdem Statuti in cap. 27.

26 Iuncta vlterius confiſcatione omnium bonorum, quam, non attentis diſpoſitis a iure communi antiquo, vti correcto nouiſsimè in Auth. bona damnatorum. Cod. de bonis proſcript. licet imponi duntaxat in criminibus hæreſis, & læſæ Maieſtatis, ſit omnimoda conſuetudo, & obſeruantia, vt teſtantur Dec. conſil. 442. numer. 6. Roland conſil. 97. num. 2. & conſil. 98. nu. 5. lib. 2. Cranet. conſil. 128. numer. 6. in fine. Vulpel. reſp. 42. num. 1. & reſp. 57. num. 7. Honded. conſil. 95. ſub num. 31. conſ. 110. num. 1. lib 1. Decian. conſ. 56. num. 64. lib. 2. Clar. in pract. §. fin. q. 78. ſub nu. 1. verſic. ſed certè quidquid ſit. Farinac. in prax. tit. de delict & pœn. qu. 25. num. 10. Cabal reſol. crimin. caſ. 137. num. 18. 22. cent. 2. Vermigliol. conſil. 52. num. 26. Maſſin. de confiſc. bonor. quæſt. 3. num. 2. Guazzin. eod. tract. concl. 13. limit. 3. num. 5. Peregr. de iure fiſci lib. 5. tit. 1. ſub numer. 8. nouiſsimè Nicolius in Lucubrat. ad Inſt. Ciuil. in Rub. num. 14. verſic. publicatio vero, & in lib. 3. tit. 1. num. 61. tom. 1. Rot. in rec. dec. 565. num. 3. par. 3.

27 Nihilominus ipſam bonorum confiſcationem habere locum, etiam in alijs delictis, quotieſcunque Statuto, conſuetudine, ſeù alia Principis conſtitutione ſancitur, & imponitur, admittunt omnes nunc allegati, & ſignanter, vltra loca præciſim indicata, Farinac. d. quæſt. 25. numer. 18. vbi non ſolum dat concordantes, ſed de communi, & generali obſeruantia teſta-

Digitized by Google

teſtatur. Honded. d. conſ. 95. n. 32. & d. conſ. 110. ſub num. 11. Vermigliol. d. conſ. 52. ſub num. 16. verſ. data vero. Caball. d. reſol. 137. num. 20. Guazzin. de confiſc. bonor. d. concl. 33. limit. 4. num. 1. Maſſin. eod. tr. d. q. 3. ſub num. 2. verſ. niſi aliud. Rot. in rec. d. dec. 565. ſub n. 3. verſ. niſi ex diſpoſitione p. 3. & dec. 455. num. 21. p. 5. tom. 2. & coram Merlin. dec. 168. ſub numer. 21. verſ. & ſimilibus conſuetudinibus tom. 1.

28 Adeò vt, cum Stat. Ferrar. d. Rub. 70. & Bannimenta generalia eod. c. 27. imponant, & ſtatuant pro homicidio confiſcationem quoquè bonorum, oporteat fateri, illam iungendam eſse cum pæna mortis; vt in indiuiduo conſimilis Statuti Peruſini in lib. 3. Rub. 15. §. & ſtatuerunt, imponentis dictam confiſcationem pro homicidio, obſeruatur ab Honded. d. conſ. 110. num. 2. & ſub nu. 11. verſ. poſteà vero, lib. 1. Et in terminis bannimentorum generalium, traditur à Vermigliol. d. conſ. 52. ante num. 17.

Et tanto magis, cum nunc tractetur de condemnando prædictum Ioſephum homicidam in contumacia;
29 quoniam d. Auth. bona damnatorum; non correxit iura antiqua contra contumaces; vt placuit Bart. in l. 1. n. 2. 3. ff. de bon. damn. quem ſequitur Pignatel. contr. 21. nu. 13. & ſeqq. tom. 2. Maſsin. d. q. 3. num. 5. & practica, ac communis tribunalium ſtylus in hoc veneratur; ità, & taliter,
30 quod vbi imponitur pæna mortis naturalis, vt in præſenti, vel triremium perpetuò, aut ad tempus, ſemper adiungitur confiſcatio bonorum, & ſi eam de iure communi non mereatur delictum. Farin. in prax. q. 11. num. 62. §. ſed quidquid ſit, verſ. ſed præcedentes, & conſ. 14. nu. 4. lib. 1. Maſsin. in alleg. quæſt. 3. numer. 6. 7. vbi teſtatur de obſeruantia ſupremi Tribunalis Sacr. Conſultæ; & hanc ſen-
31 tentiam approbauit in puncto homicidij Conſtitutio Marchiæ in lib. 4. cap. 54. mandans homicidam contumacem banniti in pænam vltimi ſupplitij, & confiſcationis bonorum, de qua Chartar. de execut. ſenten. capt. bannit. c. 1. num. 392. Farin. d. quæſt. 11. ſub num. 62. eod. §. ſed quidquid ſit in fine. Maſsin. d. quæſt. 3. num. 11. 12.
32 quam Conſtitutionem ſeruandam eſſe quoque in Ciuitate Ferrariæ, traditur generaliter à Spada conſ. 148.
33 lib. 1. & homicidam contumacem puniri pariter eadem confiſcationis pæna ſancitur in Stat. Ferrar. lib. 3. d. Rub. 70. verſ. & ſi captus non fuerit: Nec diſſentiunt Bannimenta generalia in d. c. 27. iubentia imò ob homicidium ſucceſsum in rixa improuiſa, imponi contra reum contumacem ad manus Curiæ non perueniendum pænam confiſcationis medietatis ſuorum bonorum.

34 Et quam pænam homicidij ordinariam ſuperius recenſitam, obtinere, locumque ſibi nanciſci etiam in caſu, quo quis volens occidere vnum, alium occidit, extrà terminos propriæ defenſionis, dum ſemper adeſse homicidium re, & animo commiſſum nequeat dubitari, ſubindequè mentem legis punientis homicidam concurrere, vtpotè directam ad interfectionem indiuiduæ naturæ humanæ, non curando an indiuiduum ſit vnius, vel alterius, docuerunt Gomez. var. reſol. tom. 3. cap. 3. nu. 34. Vaſq. contr. illuſtr. c. 96. nu. 32. lib. 3. Plac. de delict. lib. 1. cap. 27. Rimin. iun. conſ. 349. lib. 3. Boſs. in pract. crimin. tit. de homicid. num. 73. Clar. §. homicidium num. 5. & ibi Baiard. num. 12. Fachin. contr. lib. 1. c. 37. Andreol. contr. 371. per tot. p. 5. Graſset. de annot. nec. proditor. §. 23. num. 44. Thoming. dec. 32. num. 7. & ſeqq. ac alij ab ipſis adducti.

Quamuis tali caſu, ipſam pænam ordinariam ceſſare, & extraordinariè tantum puniendum eſſe occidentem, præter intentionem, alium, tradiderint. Cepol. conſil. 33. Grammatic. conſ. 5. numer. 7. 8. Maſcard. de probat. concl. 864. à num. 6. Menoch. de arbitr. caſ. 324. Cabal. reſol. crimin. caſ. 31. num. 11. 12. cent. 1. Vermigliol. conſ. 54. num. 8. Farin. conſ. 1. num. 20. lib. 1. & in prax. tit. de homicid. qu. 125. n. 152. 153. vbi, quod in iudicando credit, ab hac ſententia non eſſe recedendum. Fagundez in decalog. lib. 5. c. 1. n. 4. Tamburin. in præcept. Decalog. lib. 7. c. 4. §. 3. num. 32. Theſaur. dec. 243. apud quos concordan.

35 Verùm, cum homicidium diſtinguatur inter doloſum, culpoſum, & caſuale.

36 Et primum dicatur illud, quod committitur ex voluntate, ac animo occidentis. Placb. in Epit. delict. lib. 1. c. 10. in princ. & num. 5. Clar. in §. homicidium num. 6. Farinac. in prax. tit. de homicid. quæſt. 119 ſub num. 7. & ſeq. & q. 126. num. 2. 3.

37 Secundum verò dicatur, quod ſine animo, & voluntate occidendi, ſed inanimaduertenter, & ex impetu committitur. Placb. d. cap. 10. num. 5. 6. 10. Clar. d. §. homicidium, n. 3. Farin. d. q. 126. num. 4. Vermigliol. d. conſil. 37. ante n. 1.

38 Et tertium tandem dicatur illud, in quo nec dolus, nec vlla culpa interuenit, ſed præter intentionem, ac voluntatem committentis contingit. Ayrer de homicid. p. 3. n. 1. vbi pulchrè. Clar. d. §. homicidium n. 2. Farinac. ead. q. 126. n. 5.

39 Rurſuſque homicidium doloſum puniatur pæna ordinaria mortis, ex ſuperius recenſitis, & traditis à Cepol. conſ. 29. num. 3. Grammat. vot. 23. num. 1. Farin. d. qu. 126. num. 41. Vermigliol. d. conſil. 37. numer. 1. & conſ. 39. num 6.

40 Homicidium autem culpoſum, non ordinaria, ſed extraordinaria pæna arbitrio iudicis, iuxtà facti, & perſonarum qualitatem plectatur. Gomez. de delict. cap. 3. Rub. de homicid. num. 15. Clar. d. §. homicidium ſub num. 3. vbi de communi. Menoch. de arbitr. caſ. 324. numer. 1. 12. Ayrer. de homicid. p. 2. num. 101. & ſeqq. Farin. d. qu. 126. num. 42. vbi ait, quod negari non poteſt, hanc concluſionem ab omnibus receptam eſſe, & conſil. 1. ſub numer. 18. & ibi Addit. d. litt. E, lib. 1. Vermigliol. in alleg. conſil. 37. num. 1.

41 Et deniquè homicidium caſuale nullam pænam præſeferat; ad gloſ. in l. 1. §. diuus, verſic. caſu. ff. ad l. Corn. de ſiccar. Bart. in l. eum qui. C. eod. Farin. in ſæpè adduct. quæſt. 126. num. 56. & ſeqq. vbi dat declarationes, & d. conſ. 1. ſub n. 8.

42 Et præfatam diſtinctionem homicidij agnouerint. Bannimenta generalia Status huius Ferrarien. in d. c. 27. de quibus D. Contr. diſcept. forenſ. cauſ. 74. n. 3. tom. 1. & Conſt. March. d. c. 54. cuius in hoc meminit Maſsin. de confiſc. bonor. d. q. 3. nu. 12. quam & ſi non agnouiſſent, adhuc ad-
43 miſiſſent, ceù prouenientem à iure communi, à quo huiuſmodi Bannimenta generalia, & omnes Principum Conſtitutiones, interpretationem recipiunt. Farin. conſ. 205. n. 21. lib. 3. & in prax. q. 123. n. 39. in fin. Vermigliol. conſ. 16. ſub n. 37.

Idcircò operè pretium eſt ſcrutari in præſenti, quodnam ex prædictis fuerit à Ioſepho commiſſum homicidium ad effectum, vt circa pænam, qua homicidium iſtud debet puniri, iuſtitia vndequaque proſpiciatur, & veritas in re tam graui, omnimodè eluceſcat.

CAPVT SECVNDVM.

De probatione cauſæ, & qualitatis homicidij.

44 ID quod propoſuimus indubitanter aſſequimur, ſi neglecta eiuſdem homicidæ contumacia, cum ob eam certè non debeat reus maiori pæna puniri, quam ſi eſſet præſens. Dec. conſil. 11. num. 7. lib. 1. Ce-

phal.conſ.79. numer.11. Non. *conſil.104. numer.7.8.18. & ſeqq.Farin. conſil.4.num.14. verſic. & in ſententijs lib. 1.& conſil.208.numer.8.verſic. per regulam lib.3. Ginrb. conſil.crimin.83.num.18.19.Vermigliol.conſ.68. num.1.2.*
45 homicidij præfati cauſam, ſine qua generale eſt, delictum non præſumi commiſsum. *Farin.in prax.tit. de indit.& tortur.q.50.num.31.& quæſt.52.n.150.& conſ.50. ſub n.34.verſ.ſicut enim lib.1.Vermigliol.conſ.25. num.2. Menoch.præſ.40.num.28.lib.5.* diligenter præcognoſcamus.
46 Etenim a qualitate cauſæ eruitur quid veniat ſtatuendum in hac materia, retentis terminis impulſionis; & ratiocinationis eiuſdem cauſæ; vt doctè diſſerunt *Blanch.de indic.num.255.& ſeq. Caſon. pariter de inditijs tr.2.c.1.num.4.& ſeqq. Farin. conſ.192. num.1. & ſeqq. lib.2.& in praxi quæſt.52.ſub n.145. Vermigliol. conſ.13. n.11.et conſ.15.n.5.Menoch.de arbitr.caſ.361. num.9.16. cent.4.et alij.*

Ac ea quidem cauſa ſolummodò ſeſe offert in proceſsu, ceu ibidem duntaxat probationum medijs ſufficienter deducta, & quidem in ſpecie, non autem in genere, vt requiritur ex *Caſon.de indic.tr.2.c.2.n.5.6. Farin.in prax.tit.eod.q.49.n.127. et qu.52.n.151.* quod per tres dies ante quam homicidium ſequeretur Octauianus exiſtens propè Fortalitium Magnauaccæ grauibus, & atrocibus iniurijs, cum maxima honoris læſione, additis etiam iteratis minis de offendendo, affecit Ioſephum arguentem illum de nimia audacia in auferendo ipſi abſque ſua licentia piſcem ad proprium victum paratum.

Ex quibus iniurijs, & minis, ſumpſiſse eundem Ioſephum cauſam occidendi Octauianum, concedere eſt neceſse.

47 Tum, quia indè offenſa inſurgit honoris, ob quem tuendum quis præſumitur delinquere. *Caſtr. in l. fluminum.§.fin.ff.de damn.infect.& in l.altius.ff. de ſeruit. Foller.inter diuerſ.crimin.conſ.138.num.13.tom.1.in magnis. Farin.d.q.52.ſub n.150.*
48 Tum, quia indè reſultat inimicitia, vti proueniens a minis. *Rimin.iun.conſil.364.num.17.tom.4.Farin.conſ.34. ſub n.9.& conſ.216.n.12.24. & ſeq. Vermigliol. conſ.15.*
49 *n.9* & ab iniuria ad animum reuocata. *§. fin. & ibi gloſ. verſ.non reuocauerit.Inſt.de iniur.Fagnan.in c.venienc,nu. 2.de iureiur.Vermigliol.conſ.159.num.11.* propter quam
50 inimicitiam pariter cenſeri quem delinquere, notant *Foller.& Farin.vbi ſup.quibus additur Caſon. de indic. tr. 2.c.3.ſub n.3.* Et non immeritò, nam cum inimicus de inimico ſemper malum cogitet. *Cranet.conſil.8.num.13. Brun.in loc.mox allegan.Farin.conſ.30.n.33.92. lib.1. &*
51 *in prax.q.49.n.88.Surd.conſ.40.num.1. lib.1.* idcircò lex de eodem inimico, omne malum præſumit. *Brun.de indic.p.1.q.3.n.29.Roland.conſ.14.n.21.vol.4. Farin. d. qu. 49.n.88.*
52 Vndè, præſuppoſita etiam dicta cauſa graui, & proportionata ad homicidium, vti de iure requiritur. *Farin.conſ.147.num.5.lib.2.& conſ.221.n.22.lib.3. Vermi-*
53 *migliol.d.conſil.25.num.3.* tamquam ea, quæ ſecum affert iniuriam detrahentem honori dicti Ioſephi, vt traditur a *Farinac.conſ.147.num.31. lib.2. Vermigliol. conſ. 14.n.16.*

Infraſcripta conſiderantur primitus ad oſtendendum, homicidium prædictum fuiſſe doloſum, & animo, ac voluntate occidendi commiſsum.

54 Quod huiuſmodi animus occidendi probatur exterioribus ſignis, præſumptionibus, & coniecturis. *Cepol. conſ.31.ſub n.3.Signorol.conſ.63.n.3.Burſatt.conſ.271. n. 4.Iodoc.in pract.c.67 n.12.Menoch.præſ.40.num.3. lib.5. Maſcard.de probat.concl.864.n.2.tom.2. Ayrer. de homicid.p.2.ſub n.100.Farin.in prax.q.126. n.93. vbi concordan. & conſil.211.num.5.lib.3.*

Quod multæ concurrunt præſumptiones in præſenti
55 ad comprobandum animum præfatum, provt plures deſiderari, dixerunt *Cepol d.conſ.31.ſub n.3. verſ. & verum eſt.Farin.d.q.126.n.97.*
56. Et inter eas in ſuo genere quidem perfectas, ac plenè probatas, ſicuti requiritur; ex *Farin. in alleg. q.126. num.98.*
57 Homicidium fuiſse ſequutum, ſicquè in dubio præſumi animum occidendi; adeovt contrarium aſſerenti incumbat onus probandi. *Vulpel. conſil.126. numer.21. Gomez.de delict.c.3.Rub.de homicid.nu.17. Boſs. in pract. eod.tit.num.44.verſ.ſed ſi non ſumnc. Maſcard. de probat. concl.864.num.30.& ſeqq.Chartar.de execut.ſent.cap.1. num.369.& ſeqq.Baiard.ad Clar.§.homicidium, num.13. Farinac.d.quæſt.126.num.103.vbi de magis communi, & d.conſ.211.n.6.Vermigliol.conſ.16.n.1.9. vbi de veriori, noniſſimè Panimol.in Idea ſedan.iurg.forenſ.conſtit.44.numer.15.*
58 Vulnus fuiſse illatum cum pugione, & ideò dictum animum occidendi præſumi. *l.1. §. diuus. ff. ad l.cornel. de ſiccar. Maſcard. d. concl.864. numer.13. Menoch. d. præſ.40.num.4. & de arbitr.caſ.361.numer.5. Boſs. d. tit. de homicid. numer.37. verſic. aduerte etiam. Farinac. d. quæſt.126.numer.122.Panimol. d. conſt.44.n.14.*
59 Vulnus itidem fuiſse inflictum in parte corporis dictum animum demonſtrantis; nempè ſub ſpatula ſiniſtra, vt in puncto obſeruant *Burſat.conſil.271.numero 11.Bonacoſ.in comm.opinion.p.2. verb. animus occidendi; de quibus Farin.d.quæſt.126.num.193.& d.conſil.211. ſub n.12.*
60 Vulnus ipſum pariter ſecum attuliſse qualitatem, & modum, cum quo animus præfatus deſſignatur, cum fuerit factum punctim, cum Magna profunditate; *ex congeſtis à Dec. conſil.9. num.3. lib.1. Burſatt. d. conſ.271.& conſ.272.Plach.in epit.delict.lib.1.c.10. n.8. Blanch.in pract.§.iis ſic præmiſſis n.54.Farin. in ſæpè alleg. q.126.n.189.191.*
61 Inimicitiam præcedentem extitiſse, ac propterea, eundem animum occidendi dignoſci. *Bertaz. conſil. 208.num.13.lib.1.Menoch. de arbitr. caſ.361. numer.49. Farinac.in prax.tit.de indic.d. quæſt.49. numer.97. & cit. de homicid.d.quæſt.126.num.177.& d.conſil.211.num.7. lib.3.*
62 Fugam Ioſephi poſt patratum hoc homicidij delictum interueniſse; ex qua eruitur illius animum occidendi, dixerunt *Capol.d.conſil.31.n.2. in fin. ab Occa. conſ. crim. diuerſ.63.n.17.tom.2.in magnis.Farin. in multoties adducta q.126.n.205.*

Adnectuntur etiam infraſcripta ad demoſtrandum, homicidium iſtud fuiſse præmeditatè, & ex propoſito commiſsum; adeovt animus deliberatus ipſius Ioſephi pro illo ſtudiosè, atquè appenſate patrando ad fuerit.

63 Præmiſso tamen, quod huiuſmodi deliberatio, & præmeditatio occidendi, ſicuti ab allegante, & ſic pro parte Curiæ eſt probanda. *Burſatt. conſil.316 num.34. lib.3.Surd.conſ.40.num.17.48.Baiard. ad Clar.§ homicidium, num.13.Becc.conſil.11.num.15.Farin.in prax.tit. de homicid.in ſæpè alleg.q.126.num.106. noniſſimè poſt hac ſcripta viſus, et cditus D. Gratius contr.diſcept.forenſ.cauſ. 74.num.11.vbi concordan.tom.1. ego ipſe collect.18. numer.24.*

Ita eadem deliberatio, & præmeditatio probatur pariter coniecturis exterioribus, ſignis, qualitatibus, ac indicijs. *Bertaz.conſ.85.n.6.8.in fin.lib.1.Clar. in d.§. homicidium ſub n.8.verſ.animus autem.Farin.d.q.126.n.94.& conſ.61.ſub num.1. verſ. & licet lib.1. Mandel. conſil.46. num.1.*

64 Et

Digitized by Google

64 Et primò, quod homicidium fuit commiſsum in via
publica propè plateam, quo caſu animum deliberatum,
& præmeditatum occidendi præſumi, docuerunt Ca-
ſon. de indict. tr. 4. c. 2. n. 3. Blanch. eod. tr. n. 200. Boſs. d. tit.
de homicid. ſub n. 63. Menoch. de arbitr. d. caſ. 361. nu. 38.
Farin. d. q. 126. n. 164.
65 Secundò; quod præceſserunt minæ, ſeù iactationes
Ioſephi de ſumendo vindictam contra Octauianum,
quo fit, vt indè ſequuto homicidio commiſso ab eo-
dem minante, ſit præſumendus in eo animus delibera-
tus, & præmeditatus idem delictum patrandi; ex Caſon.
de iudic. tr. 7. n. 10. Blanch. pariter de indic. n. 179. Mantua
conſ. 325 n. 9. lib. 1. Menoch. d. caſ. 361. n. 39. 50. Maſcard.
de probat. concl. 98. n. 6. & ſeqq. & concl. 864. n. 17. Ayrer.
de homicid. p. 2. n. 116. & ſeqq. Farin. in prax. q. 50. n. 2. 3. 4.
vbi pulchrè, & d. q. 126. n. 204.
66 Tertiò; quod Ioſeph adſtabat in loco commiſsi ho-
micidij, vndè præſumitur, quod expectaret Octauia-
num illuc tranſiturum, prout tranſiuit, eumquè poſteà
præmeditate occiderit. Caſon. de indic. tr. 3. c. 2. Menoch.
d. caſ. 361. ſub n. 33. in fine. Farin. conſ. 61. n. 5. lib. 1.
67 Quartò; quod vulnus illatum fuit, nullis dictis verbis,
poſt terga Octauiani, & ſic præſumitur vulnerantis ani-
mus præmeditatus, & deliberatus occidendi. Caſon. vbi
ſup. tr. 4. c. 5. n. 2. Gramm. vot. 23. n. 2. 3. Vulpel. conſ. 127.
n. 4. & ſub n. 8. verſ. vel ſi quis quempiam. Maſcard. d. con-
cl. 98. ſub n. 18. Farin. in alleg. q. 126. n. 172. conducit Guaz-
zin. d. defenſ. 4. c. 14. n. 13. nouiſſimè Panimol. in Idea ſedan.
iurg. forenſ. conſtit. 44. n. 13.
68 Quintò, quod idem vulnus fuit profundum, & mā-
gnum, ex qua magnitudine præſumi præcedentem de-
liberationem, & præmeditationem, dixerunt Blanch. de
indic. n. 195. Caſon. d. c. 5. n. 4. Boſs. d. tit. de homicid. ſub n.
63. Farin. d. q. 126. n. 190.
Sextò; quod, vt dixi, præceſsit inter Ioſephum, &
69 Octauianum inimicitia, ob quam pręſumi animum de-
liberatum, & præmeditatum occidendi, tradidere Boſs.
eod. tit. de homicid. ſub n. 63. Vulpel. d. conſ. 127. ſub nu. 8.
Maſcard de probat. d. concl. 98. n. 1. 2. Menoch. d. caſ. 361. n.
49. Farin. d. q. 126. n. 178. & d. conſ. 71. ſub n. 2. verſ. & ea
inimicitia lib. 1. Guazzin. d. c. 14. ſub n. 20. 21.
Ex quibus omnibus, dictum homicidium fuiſse, non
tantum doloſum, ſed etiam appenſatum, & præmedita-
tum, ſubindequè pro eo imponendam eſse pænam or-
dinariam mortis inflictam ab omni iure, & confiſcatio-
nis omnium bonorum, ſecundum Statutum, & Banni-
menta generalia in locis ſuperius indicatis, poſset indubi-
tanter affirmari.
Niſi ea, quæ mox ſubijcientur pro eneruandis hacte-
nus conſideratis, ponderanda quoquè venirent; ad effe-
ctum; vt, veritate clarius emicante, quam vndique mo-
dis omnibus eſse inquirendam, ſancitur in l. Iudices. C.
de iudic. l. fin. §. licentia. C. de iur. deliber. c. fin. 30. q. 5. Rot.
in Anconit. Mannæ. 21. Iun. 1649. §. fin. verſ. donec rei, cor.
70 Emminentiſs. Corrado: Et quam Iudices ipſi, ex oſſitio
etiam, perquirere, & indagare debent. Marſ. in l. vnic. n.
206. & ſeqq. Cod. de rapt. virgin. Caball. reſol. 60. num. 13.
71 cent. 1. Vermigliol. conſ. 15. n. 1. vti baſim, & fundamen-
tum iuſtitiæ. Roland. conſ. 5. num. 19. & conſ. 33. num. 41.
lib. 4. Afflict. dec. 253. n. 7. Sperel. dec. 168. num. 1. tom. 2.
Scacc. de ſenten. gloſ. 10. num. 23. Giurb. dec. 94. ſub numer.
18. Rubeus in pract. reſol. c. 97. numer. 331. Barboſ. axiom.
72 224. num. 5. vbi concordan. conſiliarij munus, quod eſt
dicere Principi veritatem ipſam. Grammat. vot. 32.
ſub num. 9. latè Marauiglia in Ethicopolit. ſeù de multipl.
homin. Stat. lege 85. rectiùs, ac diligentiùs expleatur.

CAPVT TERTIVM.

*De excluſione animi occidendi; nec non de-
liberationis, & præmeditationis
homicidium committendi.*

73 QVo circa retento ordine hucuſque ſeruato, tam
circa homicidium doloſum ſimplex, ſcilicet il-
lud, quod abſque vlla deliberatione præcedenti, præme-
ditatione, & appenſamento, ſed quodam impetu iræ,
accedente ſolo animo occidendi, & vt vulgò dicitur à
74 ſangue caldo committitur: quam circa homicidiū dolo-
ſum ex propoſito, nempè illud, quod, cum præcedentia
deliberationis, & præmeditationis reſoluitur in animo
occidentis, vt poſtmodùm appenſate, ac vt vulgo dici-
tur à ſangue freddo committitur, iuxtà tradita à Bart. in
in l. reſpiciendum. §. delinquunt nu. 1. 2. ff. de pæn. Caſon. de
indic. tr. 2. c. 1. n. 7. 8. Ayrer. de homicid. p. 2. n. 104. Clar. §.
homicidium, ſub n. 1. 6. 8. Menoch. de arbitr. d. caſ. 361. ſub
n. 4. verſ. ſciendum eſt, et ſub n. 6. 8. 15. Farin. in prax. tit. de
homicid. d. q. 126. num. 6. 7. 8. vbi pulchrè. Giurb. conſ. cri-
min. 2. n. 13. Vermigliol. conſ. 26. n. 13. et conſ. 28. num. 4. et
conſ. 71. n. 5. Cabal. de homicid. n. 383. et ſeq. nouiſſimè Pa-
nimol. d. Conſt. 44. n. 12.
75 Et ſucceſsiuè percurrendo diſtinctionem præſuppo-
ſitam, & in ſe veram inter animum occidendi, & ani-
mum deliberatum occidendi; adeovt ex illo non ar-
guatur ad deliberationem, ac præmeditationem homi-
cidij; ex iſto verò deſumatur neceſsariò eadem delibe-
ratio, & præmeditatio; ac congeſta per Bertaz. conſ. 85.
num. 10. & conſ. 208. ſub n. 7. 8. Burſatt. conſ. 271. num. 33.
Clar. d. §. homicidium ſub num. 8. verſ. ſed ego. Farin. d. qu.
126. n. 10. Vermigliol. conſ. 37. & conſ. 67. vtrobique n. 3.
Surd. conſ. 40. n. 29. lib. 1.
Conſiderandum proponitur, quod dum homicidium
iſtud fuit commiſsum, poſt tres ſolos dies a rixa ſequu-
ta inter Ioſephum occiſorem, & Octauianum occiſum,
79 debet cenſeri commiſsum calore iræ, quem intra plu-
res, imò triginta dies concedi, & perdurare admittunt.
Dec. in l. quidquid in fin. ff. de reg. iur. Lucas de Penna in l.
omnes omnino. C. de decurion. lib. 10. Boſs. in pract. tit. de ho-
micid. n. 62. Baiard. ad Clar. §. homicidium nu. 20. Menoch.
de arbitr. d. caſ. 361. n. 20. Farin. d. q. 126. ſub num. 214. &
conſ. 2. ſub n. 8. lib. 1. & conſ. 166. num. 9. lib. 2. Vermigliol.
conſ. 37. n. 10. conſ. 43. n. 6. conſ. 71. n. 6. Surd. conſ. 40. n. 26.
verſ. & ſubdit.
Succeſsiuè, idem homicidium præſumendum eſse
77 abſque dolo, cum calor iracundiæ, illum excludat. l. 1. §.
queri. ff. ad Turpil. Farin. in prax. tit. de pæn. temper. qu. 91.
ſub n. 1. verſ. quod enim, & tit. de homicid. d. q. 126. ſub nu.
48. verſ. ſed ſic eſt, & d. conſ. 2. n. 10. in fin. et ibi add. ſub litt.
C, et conſ. 67. n. 2. et ibi pariter Addit. litt. A, vbi plenè, ac
maximè in verſ. et in ſpecie. Surd. conſ. 40. n. 22. verſ. quia
inconſultus. Poſſeu. ſing. 279. n. 2. cent. 2.
78 Et conſequenter animum occidendi in Ioſepho non
fuiſse, vti in ſpetie de delinquente per iram arguit. Are-
tin. conſil. 80. num. 8. verſ. quodenim, et meminit Farin. d. q.
126. ſub num. 48. verſ. hoc eſt dolum, et ſub num. 49. verſ.
quid in dubio.
79 Quod comprobatur, nam ex proceſſu reſultat, Io-
ſephum potuiſse pluries vulnerare Octauianum, & ta-
men, non niſi ſemel vulnerauit: vndè non debet pręe-
ſumi, in eo fuiſse animum occidendi; ad Boſs. in tit. de ho-
micid. n. 37. verſ. et an iteratio, ac n. 55. verſ. et poteſtate.
Farin. conſ. 1. ſub num. 24. lib. 1. et in prax. d. q. 126. n. 186.
in medio.
80 Maximè accedētibus eiuſdē Ioſephi ſignis de diſpli-

centia ſequuti homicidij, per quæ excludi animum oc-
cidendi notarunt *Cepol.conſ.31.ſub n.5.6.Gram. vot.23.
numer.7.Menoch.præſ.40.numer.29.lib.5.Farin. d.ſquæſt.
126.numer.257.vbi concordan. Vermigliol. conſil.16. nu-
mer.31.*
81 Atquè ex iſtis,quamuis paucioribus, & mediocribus
præſumptionibus præſeferrentibus dicti animi exclu-
ſionem vinci,& ſuperari contrarias præſumptiones, &
ſi fortiores pro incluſione eiuſdem animi de occiden-
do ponderatas dixerunt *Burſat.conſ.271.num.1.2.5.15.
41.& conſ.272.num.9.& ſeqq.Farin.in prax.tit.de homi-
cid.in ſæpè ſæpiùs allegata d.q.126.n.101.*
Ceſsante autem dicto animo occidendi eſt certiſsi-
mum per ſuperius tradita, homicidium ſequutum non
debere dici doloſum.
Et præſertim, cum dolus excludatur quoquè ex eo,
quod patet in proceſsu, Octauianum occiſum fuiſse
82 auctorem,& procuratorem rixæ,dum verbis iniurioſis
& ſuperbis, necnon reiteratis minis Ioſephum occiſo-
rem affecit, ipſum proindè ad iram incitando, iuxta
congeſta à *Bero.conſ.173.num.11.in fin.lib.3.Bertaz.con-
ſil.1.num.4.5.& conſ.235.num.3.Paſeth. conſ.202.num.
8.11.Rimin.iun.conſ.359. num.12. lib.4. Maſcard. de pro-
bat.concl.1244.num.2.& inf.Farin.in prax.d.tit.de homi-
cid.q.125.p.7.§.4.num.506.508.510.& ſeqq.vbi concor-
dan.& conſ.67.num.4.lib.1.Cabal.reſol.231.num.6.cent.
3.Vermigliol.conſ.28.num.20.& conſ.71.nu.3.& conſil.
126.num.1.*
83 Et ideò intrat concluſio,quod quidquid poſtea facit
prouocatus,ſinè dolo facere dicitur.*Roman.ſing.3. Ce-
pol.conſ.51.n.9.Tiraq.de pæn.temp.cauſ.1.n.6. Farin.conſ.
2.per tot.& conſ.67.n.5.& ibi Add.litt.B,& in prax.d.q.
91.n.8.*
84 Ac meritò, nam ignoſcendum eſse ei, qui prouoca-
tus ſe vlciſci voluit,*tex.eſt in l.qui cum maior.§.ſi libertus
ff.de bon.libert.*per quem mitius puniri prouocatum, ſi
85 prouocantem offendat,etiam cum exceſsu moderami-
nis inculpatæ tutelæ,firmarunt *Tiraq.d.cauſ.1.num.3.5.
& ſeqq.Cabal. reſol. crimin. caſ.154. cent.2.& alij multi
apud Farin.d.q.91.n.7.& q.125.num.399.Add.ad d.eius
conſ.67.litt.B,vbi in fine ſubditur. hanc concluſionem com-
muniter, & ab omnibus receptam eſse dubitandum non
fore.*
86 Et in puncto, quod prouocatus verbis iniurioſis, ſi
committat homicidium prouocantis, mitiori pæna ſit
plectendus,ſeruatum dicit *Papon. lib.22.tit.5. arreſt.1.
de quo Clar.in prax.quaſt.60.num.18.in fin. Farin.d. conſ.
2.num.4.vbi, quod de hoc nemo eſt,qui dubitat lib.1.*
87 Atque bene, quia homicidium iſtud a prouocato
modum excedente,non dolo,ſed culpa commiſsum di-
citur.*Marſil.conſil.137.num.21.& ſeqq. Tiraq. d. cauſ.1.
num.6.Farin.in eod.conſil.2.num.10. vbi de communi*; &
88 ob id exceſsus in ſe deffendendo,& a prouocato ſerua-
tus, non punitur pæna ordinaria, ſed extraordinaria.
*Duen.reg.192.ampl.5.Farin.d.conſ.2.num.6. verſ. iſte ta-
men.Vermigliol.d.conſ.28.num.15.* quamquam eſsemus
89 in exceſsu commiſso doloſè,& ex propoſito. *Tiraq. d.
cauſ.1.num.8.Bero. conſ.173. numer.35.36. lib.3. Boſs. in
pract.tit.de homicid.num.91.Fachin.contr.iur. lib.1.c.32.
Clar.§.homicidium ſub num.34.Farin. d. conſ.2. ſub num.
10.& num.15.ac in prax.eod.tit.de homicid.d. quæſt.125.
num.414.vbi multos allegat teſtantes de veriori, & magis
90 communi opinione*;qui tamen dolus,ſed potius culpa, in
tali exceſsu,non præſumitur in dubio.*Marſ.d. conſ.137.
num.24.& in pract.crimin.§. quoniam n.67.cum alijs ad-
ductis à Farin.in d.q.125.num.416.*
Quinimò data iſta prouocatione ex parte occiſi vbi
etiam deberet admitti fuiſse in Ioſepho dolum, & ani-
91 mum occidendi, adhuc cum iſtud homicidium fuerit
cauſatum a deteriori dolo aduerſarij prouocantis, mi-
tius venit puniendum *Cepol.conſ.41.num.15. conſ.42. n.
5.& conſ.43.n.1.2.Cicer.apud Farin.d.conſ.2. num.14 &
add.ad eius conſ.67.litt.B, verſ.veritas tamen ipſemet Fa-
rin.d. qu.91. num 8. verſ.iſte tamen.Vermigliol.conſil.44.
num.4.*
92 Ac inſuper obtinet concluſio, quod cum homici-
dium in hoc caſu dicatur commiſsum in rixa, eo quia
inter occiſum, & occiſorem ea, & ſi verbalis præceſſe-
rit illud;*ad Farin.conſ.132.n.6.circa med. lib.2.Vermigl.
conſ.28.n.13.*non poteſt controuerti, pænam mitiorem
pro illo eſſe infligendam.
93 Nam licet ſit altercatio inter ſcribentes, an homici-
dium ſic in rixa commiſſum cenſeatur doloſum, an po-
tius culpoſum ad effectum cognoſcendi pænam, qua
veniat plectendum,vt videri poteſt apud *Farin.d. tit. de
homicid.ead. q.126. num.47.48. vbi latè hinc indè diſcur-
rit.*
94 Attamen ceſsat omnis contentio, quotieſcunque ex
parte occiſoris, vt nunc,non interuenit prouocatio,ſine
qua, etiamſi animum occidendi habuerit, non intrat
pro homicidio huiuſmodi in rixa patrato pæna ordi-
naria mortis, ſed alia mitior, quamuis ſecus ſit dicen-
dum eadem prouocatione interueniente,vno cum ani-
mo ipſo occidendi; provt aſperis extremis omiſſis,
veriorem, ac ſequendam in practica ſententiam profi-
tentur *Farin. d. quaſt.126. num.49. Vermigliol. conſ.28.
num.5.16.& conſ.68.num.6.*
Ex quibus manifeſtari videtur non eſse attendenda
ea, quæ circa animum occidendi in Ioſepho allata
fuere.
Vel, quia ceſsant, vt dixi.
Vel, quia non obſtant, vt proximè monui.
Illa vero, quæ de præmeditatione, ac deliberatione
in ipſo Ioſepho occiſore conſiderata fuerunt,quatenus
non tollantur ex hactenus traditis pro excluſione præ-
fati animi occidendi,vt potè,quoniam iſto ſublato, tan-
95 quam ſubiecto, illæ ceù qualitates nequeant permane-
re.*l.4.ff.de act.emp.l.fin.ff.de collat.bonor. Gratian. diſce-
pt.700.num.49.Barboſ.axiom.196.n.1. vbi concordan. &
ſeqq.Vermigliol.conſ.39.n.1.ego ipſe collnct.38.n.43.* non
eſse omnino tuta videtur.
Quoniam,non ſolum ſtat pro Ioſepho iuris præſum-
96 ptio volens,quod animus deliberatus non præſumatur
& homicidium in dubio non præmeditatè, ac delibera-
tè,ſed in pura rixa commiſsum cenſeatur. *Burſatt.conſ.
316.num.34.lib.3.Surd.conſ.40.num.48.Farin.conſ.61.n.
7.& d.q.126.n.106.vbi de communi. Guazzin. ad defenſ.
reor.defenſ.33.c.22.n.2.verſ.et quod in dubio.Vermigliol.
d.conſ.28.n.7.8.et conſ.39.num.7. Mandel. conſ.46. num.
2.lib.1.*
Verum concurrunt aliæ coniecturæ, & præſumptio-
nes ſpeciales hoc idem nempè animum præmeditatum
ac deliberatum occidendi in Ioſepho non fuiſſe, benè
ſuadentes.
Prima,quod Octauianus occiſus,ne dum erat enſe,ac
pugione armatus, ſed in illius ſocietate aderant plures
alij milites ſimiliter armati, imò, & cum eis erat Capi-
taneus Fortalitij Magnauaccæ: Ioſeph verò occiſor erat
ſolus, licet, tamquam in propria patria degens opti-
mam conuocandi amicos, conſanguineos, & fratres,
97 haberet commoditatem;vndè non eſt præſumendum,
ipſum ſolum, ſolo pugione armatum voluiſse inſultare
plures armis benè munitos, ſubindequè animum deli-
beratum occidendi, non habuiſse; *Menoch. de arbitr.
caſ.363.num.10.11.Alban.conſ.12.n.6.Farin.d.q.126. n.
199.ad med.& conſ.55.num.20.& d.conſ.61.n.8.Bertaz.
conſ.85. n.15.*
98 Secunda,quod ſi Ioſeph,habuiſset animum delibera-
tum

Digitized by Google

tum occidendi Octauianum, vtiquè in occulto ſe po-
ſuiſset expectans illum in aliquo loco remoto, vt ſolent
facere qui aliquem occidere volunt,& non ſe pateſeciſ-
ſet,ex conſideratis à Farin.conſ.138.num.17.ad fin. lib.2.
de quo Vermigliol.conſ.26.n.20.
99 Tertia,quod Ioſeph homicida nihil abſcondidit, nec
amouit ab eius domo, in qua omnia ſe habebant tem-
pore eiuſdem homicidij, provt alias quibuſcunq; tem-
poribus ſe habere ſolebant; vndè nulla præmeditatio,
ſeù deliberatio occidendi in illo erat præſumenda.
Mandel.conſ.46.n.9.lib.1.Farin.in prax.tit. de homicid. d.
q.126.n.176.
100 Quarta,quod ſi ipſe Ioſeph præmeditauiſset,ac de-
liberauiſset occidere Octauianum, non ità improuidè,
vt ex ſuperius deductis colligitur,ſe geſſiſset, commit-
tendo eius bona diſcrimini confiſcationis, & ſuam vi-
tam,tam manifeſtò periculo,ſed maturius conſiderato
incerto rerum euentu, ſe munitum præbuiſset illis cir-
cumſtantijs, quæ a communiter accidentibus adhiberi
ſolent in præmeditatis delictis; vt conſideratur egregiè
à Lentulo Cappello inter conſ.26.num.20.in fine, & conſil,
89.num.5.
101 Quinta, quod homicidium præfatum fuit commiſ-
ſum in via publica propè plateam maiorem Ciuitatis,
in qua poterant multi homines ibidem adſtantes oc-
currere pro defenſione inſultati,& ſe interponendo im-
pedire potuiſsent,ne occideretur; quo fit, præmedita-
tionem, ac deliberationem non interueniſse cenſen-
dum fore.Bertaz.conſil.85.numer.16. lib.1. Burſat. conſil.
272.num.14.Farin.d.conſil.61. numer.11. & in prax. tit.
de homicid.d.quæſt.126.num.165. Vermigliol. d. conſ.89.
num.6.
102 Sexta,quod ſicuti Octauianus fuit auctor,& prouo-
cator rixæ,vt ſuperius oſtendidi,ita cum remanſerit oc-
ciſus,& mortuus præſumitur, fuiſse aggreſsorem. Vul-
pel.conſ.44.num.16.& conſ.45. num.3. Menoch. de arbi-
tr.caſ.363.num.15.& ſeqq.Farin.in alleg.conſ.61.num.9.
103 Et maximè,cum eſset etiam magis armatus, aptio-
raque ad occidendum deferreret arma, quo caſu pari-
ter cenſetur,quod fuerit aggreſsor.Bertaz.conſ.307.nu.
11.Farin.d.tit.de homicid.q.125.num.453.Ambroſin.dec.
104 22.nu.2.p.1.Et vlterius eſset magis aſsociatus, quam
Ioſeph, qui erat ſolus,& ideò cenſeatur idem. Bertaz.
conſil.1.num.10.lib.1.Rimin.iun.d.conſ.359.num.32. Me-
noch.d.caſ.363.num.10. Maſcard. de probat. concl.72. ſub
num.4.& concl.1244.num.7.Ayrer.de homicid.p.1. num.
105 344.Farin. d. quæſt. num.470. Quare ex hac qualitate
præſumptæ aggreſsionis,excludi qualitatem præmedi-
tationis in Ioſepho,affert in ſuo caſu Farin.d. conſ.61. n.
9.lib.1.& eſt ex ſe certiſsimum.
106 Septima, quod inter occiſum, & occiſorem, non
aderat inimicitia capitalis, quæ quando adſit nec ne,
latiſsimè.ac doctiſsimè enucleatur per viginti firmitas,
& examinatas concluſiones à Farinac. in prax. tit. de in-
dic.& tortur.quæſt 49.à num 2.vſquè ad nu.86. ad quem
107 vti criminaliſtarum Monarcham;ex Ambroſin.dec.23.
ſub num.23.verſ.& recitatis opinionibus p.1.ac in ſubſel-
lijs criminalibus verſatiſsimum,ad Maſſin. de confiſc. qu.
3.num.6.in fine,vbi etiam, quod eum in hiſce materiis
nihil latuit; ſemper erit recurrendum.
108 Vndè & ſi talis inimicitia oriatur etiam ex verbis
iniurioſis.& atrocibus,vt plenè oſtendit Rimin.iun.conſ.
364.num.15.16.ipſe Farin.d.q.49.num.38. ac multis ſeq.
Fagnan.in c. veniens num.2. de iureiuran. nihilominus,
109 cum non pateat in hoc caſu, iniuriam verbalem illa-
tam ab Octauiano contra Ioſephum fuiſse ab eo ad
animum reuocatam,ſicuti ſilet eadem capitalis inimici-
tia,Turr.conſ.crimin.diuerſ.8 1.num.31.& ſeqq.lib.2. Fa-
110 rinac.ead.quæſt.49.num.44.45.Ita,ipſa ceſsante, nulla
præmeditati, ac deliberati animi præſumptio potuit
induci.Mant.conſ.173.num.14.lib.2. Pancirol. conſ.151.
num.3.4.Decian.conſ.67.num.9.10.lib.3. Bertaz. conſ.85.
num.17.& ſeqq.lib.1.Maſcard.de probat.concl.98.n.5.to.
1.Farin.d.conſ.61.num.16.verſ.ideò nullam,& d.q.49.nu.
100.vtrobique teſtans de communi opinione, & in tit. de
homicid.d.q.126.n.179.Vermigliol.conſ.26.nu.15.vbi de
magis communi,& recepta.
111 Octaua,quod Ioſeph tempore delicti, licet adfuerit
in loco illius,attamen, cum ipſe locus non fuerit inſoli-
tus,ſed via publica, in qua homines ſolent ſtare, & de-
ambulare, & non conſtet, eundem Ioſephum eſse ho-
minem malæ conditionis, & famæ, ac ſolitum ſimilia
committere,intrat concluſio,quod ex adſtantia in loco
commiſſi delicti, nequit aliqua præſumptio mala deſu-
mi;ad Blanc.de indic.n.71.iuncto num.76.Farin. d. conſil.
61.num.19. vbi concordantes adducit; & conſequenter
nulla præmeditatio, ac deliberatio occidendi excogi.
tari,vt patet ſenſui.
112 Quapropter iſtis præſumptionibus concurrentibus
& a quibus indiuidualiter aliquæ ex contrariis omninò
euelluntur,non ſolùm, ſi ſint pares cum iiſdem contra-
rijs,excludi præmeditationem, ac deliberationem ani-
mi ſtudioſi,& appenſati occidendi, habetur per Burſat.
conſ.271.n.2.3. Farin. in prax. tit. de homicid.in ſæpiſſimè
113 nomenclatn q.126.n.102. Sed etiam ſi ſint leuiores,
hoc idem inſurgere,adeovt coniecturæ,& præſumptio-
nes excluſiuæ præmeditationis ſemper magis veniant
attendendæ,docuerunt Farin.conſ.61.n.12. lib.1. conſil.
138.n.26.conſ.142.n.23.24.lib.2.Mandel. conſ.46. n.14.
lib.1.Vermigliol.conſ.26.num.21. imò minus incluſiuæ
114 ipſiumet præmeditationis, ex regula, quod præſum-
ptiones illæ præualere debent,quæ minus includunt de-
lictum.Roman.conſ.455.n.5.6.Alciat.reg.1. præſ.6. num.
1.& ſeqq.Farin.d.conſ.61.ſub n.12.verſ. aut minus: ete-
115 nim in delictis potius eſt præſumenda qualitas exgra-
uans,quam aggrauans.Dyn.in c. in obſcuris n.17. de reg.
iur.in 6.Farin.in prax.alleg.conſil.61.n.12. in fine.
116 Per conſequens, ſublata dicta præmeditatione, ac
deliberatione,dimanat concluſio,Ioſephum occiſorem
non eſse condemnandum in pænam mortis pro homi-
cidio ordinariam, vt non minus ex hucuſque congeſtis
facilè haberi poteſt,quam ſpeciatim colligitur à Vermi-
gliol.qui pro omnibus ſufficiat, in conſil.28.num.6.9. conſ.
37.n.3.conſ.39.n.6.conſ.67.n.2. nec in pænam confiſca-
117 tionis omnium bonorum, cum ad eam nequeat pro-
cedi,niſi vbi imponi poteſt pæna verè ordinaria delicti,
non autem, vbi reus eſt puniendus pæna ex traditis à
Farin.conſ.185.n.71.lib.2. Vermigliol. conſ.108. n.5. Ca-
pyc.Latro conſult.131.n.22.quos relatos ſequitur eruditiſ-
ſimus Maſſin.de confiſc.q.3.n.49.adde Guazzin.eod.tr.con-
cl.13.limit.8.n.2.
Et maximè, cum in ſpecie ad ipſam confiſcationem
omnium bonorum, ex Bannimentis generalibus huius
Ducatus in d.c.27. non deueniatur, niſi fuerit commiſ-
ſum homicidium appenſatum, & cum animo delibe-
rato.
118 Præſertim, quia in omnem caſum, & euentum non
probatur in proceſſu animus præmeditatus, & delibe-
ratus occidendi in Ioſepho,niſi ſolis coniecturis,& præ-
ſumptionibus, quo caſu, non poſse deueniri ad pænam
mortis,ſed aliam mitiorem,tradiderunt Marſil. in l.1.§.
diuus Adrianus n.36. & ſeqq. C. de ſicar. & in conſil.96.
n.9.& ſeqq.Roland.conſ.11.n.11.& ſeqq.lib.3.quos refert
& ſequitur indiuidualiter Farin.in ſæpè,ſed nunquam ſatis
adducto conſ.61.in fine lib.1.

C A-

Digitized by Google

CAPVT QVARTVM.

De his, quibus calor rixæ; & prouocatio
occiſi excluditur; atque homicidij
inſidioſa præmeditatio de-
ducitur.

119 AT, his poſtremo loco deductis in nihilo atten-
tis, placuit *Illuſtriſs. D. Vincentio Florino Nobili*
Florentino per multis experimentis, quibus munia in inſi-
gnioribus Sanctæ ſedis Apoſtolicæ locis, Iudice Ipſo diſſer-
tiſſimo, expleuit, condecorato, & huiuſce Comacleuſis Vrbis
Gubernatori integerrimo, ac ſapientiſſimo, poſt omnimo-
dam qualitatum, & circumſtantiarum a proceſſu, & à
ſuperius traditis in huiuſmodi facti ſerie reſultantium
maturam penſitationem, votum ſuum pro infligenda
præfato Ioſepho homicidæ pæna mortis, & omniũ bo-
norum confiſcationis, exhibere.

Apud eum etenim, *in cuius ſententiam, & ego non
inuitus deueni*, tanti fuerunt ponderis præſumptiones
includentes præmeditationem, & deliberationem huius
homicidij, vt nec in tantillum a ponderatis ex aduersò
pro excluſione eiuſdem præmeditationis, remanſerint
debilitatæ.

Et iuſtiſſimè quidem; nam cuilibet intimus confide-
ranti ipſas præſumptiones hinc indè allatas, veritas iſta
maniſeſtiſſimè, vna cum ipſius doctiſsimi Gubernatoris
in hacque cauſa apud Eminentiſs. Principem Conſilia-
rij eximij ſumma doctrina demonſtrabitur.

Maximè, cum nunc non ſubſiſtant ea, quæ de calore
iræ adhuc in Ioſepho perdurante; necquè de prouoca-
tione ad illam ex parte Octauiani; nec minus, quæ
ad excludendam præmeditationem, propoſita fue-
re.

120 Quo enim ad calorem iræ, ſit ſatis dixiſſe perdura-
tionem illius ad plures dies extendi ſolummodò, ſi ſem-
per ſanguinis feruor, & calor durauerit, adeovt homici-
da ad extraneos, & voluntarios actus interim non di-
uerterit; alias hac diuerſione, de qua fortè in præſenti
non dubitatur, interueniente ſecus eſſe dicendum, vt
declarant omnes in aduerſum allegati, & præciſim *Fa-
rinac. in prax. tit. de homicid. d. quæſt. 126. num. 214. in fine.*

121 Vltrà, quod iudicantis arbitrio fore remiſsum tale
tempus, in quo facti, ac perſonarum inſpecta qualitate,
calor iræ perdurat, verius fore, poſt *Menoch. de arbitr.
caſ. 361. n. 21. cent. 4. ait idem Farin. d. tit. de homicid. qu.
125. n. 341. ac ſeq. ac in praxim alleg. q. 126. ſub eod. n. 214.
verſ. ſed verius.*

Quo verò ad aſsertam prouocationem, fatemur ip-
ſam prouenilſe ex parte Octauiani occiſi tempore, quo
inter eum, & Ioſephum occiſorem fuit ſequuta rixa
propè Fortalitium Magnauaccæ, ſed negamus abſolutè,
illam interueniſse tempore quo, iræ fortaſsè ſedato ca-
lore, commiſsum fuit homicidium.

Vndè, non adaptari deducta pro imponenda mitiori
ac extraordinaria pæna committenti exceſsum incul-
patæ tutelæ, quinimò formale homicidium, ſtante
prouocatione ex parte occiſi, eſt certiſsimum.

122 Nam D.D. omnes ad hæc ſuperius allegati loquun-
tur in caſu, quo prouocationem ſubſequitur eodem
impetu, aut ſaltem tempore feruеſcentis iracundiæ, ex-
ceſsus, etiam vſquè ad homicidium commiſsus a pro-
uocato, tunc enim minuitur verè pæna ordinaria; vt
123 apud eos pro conſtanti firmatur, etiam ſi non prouo-
catur, ſed alius, qui illum ex diſpoſitione iuris legitimè
124 defendere poterat, in caſibus latè enumeratis *à Farin.
d. q. 125. p. 5. à num. 267. ad numer. 329. vbi pleniſsimè de
more*, Exceſsum contra prouocantem, vſquè ad eius
quoquè homicidium commiſerit; vt *ipſimet D.D. omnes in
ſedibus iam indicatis, nunc ideò ſiniſtrancè non repetendis,*
125 *vtiquè fatentur: & ego vidi ſeruatum in cauſa Franci-
ſci Mariæ dicti Caſtrone de Caballerijs, qui viſo D. Ioanne
Ferrono Comacleuſe percutiente cum baculo eius patrem
in platea huius Ciuitatis, illum cum pugione vulnerauit, &
occiſit; ſuitque ſolummodò condemnatus in pænam mitio-
rem, & extraordinariam homicidij, hoc eſt ad triremes per
annos quinque, de ordine, & mandato* Eminentiſs. & Re-
uerendiſs. Cardin. Alderani Cybo Legati de latere Fer-
rar. *Emanato ſub die 26. Octobris 1654. & directo* Reue-
rendiſs, D. Equiti Lucæ Daneſio Rauennati, *tunc tem-
poris* Gubernatori huius Ciuitatis Comacli, *qui ſuam
ſeruatis terminis contumacialibus, protulit ſententiam ſub
die 2. Nouembr. eiuſdem anni; vt patet ex libro ſenten-
tiarum exiſtente in eiuſdem Ciuitatis Cancellaria Crimi-
nali.*

126 Non verò loquuntur præfati D.D. in caſu, quo ex-
ceſsus fuit commiſsus a prouocato, poſt diuiſionem ri-
xæ, & rixantium frigefactionem; quinimò *rediculum
eſse dicere, quod ſit recedendum à pæna ordinaria, ſi prouo-
catus offendat, poſt rixam ex interuallo, & poſtquam ceſ-
ſauit dolor, & ira, ipſeque ad extraneos diuerterit actus;
cum eſſet hoc aperire viam hominibus vlciſcendi ſe propria
auctoritate, inimicoſque ſuos occidendi, ac poſteà ad eua-
dendum mortem, quam alteri intulerunt, dicere ſui prouo-
catus, ſui iniuriatus, ſuique offenſus, & ſic ſemper ferè ho-
micidia remanerent impunita, cum nullum ferè committa-
tur homicidium, quod præcedentem prouocationis cauſam,
non habeat;* formalibus hiſce verbis ait *Farin. ſemper præ
manibus tenendus in d. tit. de homicid. d. q. 125. n. 403. ſub-
dens, quod ità practicatur.*

Et hinc etiam ſilere dignoſcimus concluſionem ad-
ductam, circa homicidium commiſsum in rixa, & præ-
cedenti prouocatione occiſi mitius puniendum, cum
127 illam procedere duntaxat in prouocatione ſucceden-
te per modum iam dictum, & in actu ipſius rixæ, in qua
poſtmodum a corrixante prouocato committitur ho-
micidium prouocantis, *D.D. omnes admittunt in praxi, &*
128 *ego ipſe vidi practicatum in homicidio Ioannis Nicolai
Alberij Comacleuſis commiſſo in rixa conſimili à Liuio
Ioanne Baptiſta Cintio, qui ideò fuit ſolummodò condemna-
tus contumacialiter in pænam triremium ad tempus, &
confiſcationis omnium bonorum de ordine Eminentiſs. &
Reuerendiſs. Cardinalis Laurentij Imperialis Legati Fer-
rariæ per ſententiam latam ſub die menſ. anni 1657. ab
Excellentiſsimo D. Stephano Iuſto locumtenente in crimi-
nalibus ex rogitu ſummè practici, & in materijs criminum
valdè verſati D. Io: Baptiſtæ Georgij Cancellar. general.*
129 ſecùs autem ipſam concluſionem locum habere, vbi
ſedata rixa ſequuta, ob prouocationem corrixantis a
prouocato deindè committitur prouocantis homici-
dium, vt in præſenti, ſicuti declarant *D.D. omnes allega-
ti, & præcipuè Farin. in loco proximè adducto*; & ſecun-
dùm hoc poſtremum diſtinctionis caput intelligi poſ-
ſunt *Banumment. Generaliſtius Ducatus Ferrar. in d. c. 27.*
quatenus iubent, pro homicidio ſequuto in rixa impro-
uiſa incurri pænam mortis.

Quo tandem ad propoſita pro excludenda præme-
ditatione, dicitur, quod & ſi aliquem præſeferant colo-
rem, nihilominus in præſenti ſunt reſpuenda, cum ſem-
per, inter alia pro eiuſdem præmeditationis incluſione
130 perpenſa, obſtet, *vt ſuprà etiam præmonui*; quod Ioſe-
ph nullis prolatis verbis, pugione denudato aggreſsus
fuit Octauianum poſt terga, illum mortaliter ſub ſpa-
tula vulnerando, ſubindequè interficiendo, quo fit, ma-
131 niſeſtum eſse, præmeditationem, ac deliberationem
occidendi adfuiſse, etiamſi eſsemus in caſu, quo Ioſeph
ipſe

Digitized by Google

ipſe iam, ob rixam in anteactis diebus exortam ini-
micus Octauiani effectus, incidiſset ex improuiſo in
eundem Octauianum, cumquè, alio non dicto, per mo-
dum præfatum aggreſſus fuiſset, & occidiſſet, vt per
Boſs. in pract. tit. de homicid. numer. 65. Vulpel. conſil. 127. per tot. quos ſequitur Farinac. in præfat. tit. de homicid. d. quæſt. 126. ſub num. 216. vbi quod hoc eſt verius, & ſeruatur.

132 Vndè multò magis in caſu iſto, quo Ioſeph, adſtan-
do in loco commiſſi homicidij, aggreſsus fuit, nullo
verbo dicto, a tergo Octauianum præfatum, & ita inſi-
dioſe. *Menoch. de arbitr. caſ. 361. ſub n. 27. verſ. vel etiam. Farin. d. q. 126. n. 15.*

133 Ac conſequenter cum præmeditatione, & delibe-
ratione occidendi, quam præſumi in eo, qui hominem
inſidioſè, vt nunc, interfecit, traditur *ab Ayrer. de homicid. p. 2. n. 112. Blanc. de indic. n. 188. & n. 234. Menoch. d. caſ. 361. n. 27. Maſcard. de probat. concl. 98. n. 13. 18. Farin. d. q. 126. n. 172.*

Dixi *inſidioſè, non autem proditoriè,* quamuis ſciuerim
134 multos tenere, quod proditor reputatur is, qui per in-
duſtriam, & inſidias aliquem incautum poſt terga re-
trò, & non de bono ad bonum, vt vulgo dicitur, occidit,
ſicuti videre eſt *apud omnes in c. 1. de homicid. & alios alleg. à Menoch. de arbitr. d. caſ. 361. num. 26. & ſub n. 27. in fine, ac à Farin. in prax. tit. de delict. & pæn. q. 18. n. 75. 76. vbi hanc partem plenè tuetur, & in Appendice de immunit. Eccleſ. c. 9. ſub n. 137. Guttierez pract. q. q. lib. 1. qu. 2. Ital. eod. tr. lib. 1. c. 5. §. 4. à n. 10. ad 20. Dec. tr. crim. lib. 6. c. 28. n. 13. 14. tom. 2. Peguer. dec. crim. 49. Sperel. dec. 23. n. 1. tom. 1.*

Quoniam cum in hoc caſu adfuerit præcedens ini-
micitia inter occiſorem, & occiſum, verius eſt, occiſo-
135 rem non poſse dici proditorem; is etenim tunc de-
mum dicitur, qui occidit illum, qui non extat inimicus,
vel cui occidens ſe amicum fingebat; ſecus, qui occidit
ſuum inimicum, etiam per inſidias retrò, & poſt terga,
cum in iſto caſu occiſus habuerit cauſam præcauendi a
ſuo inimico. *Bart. in l. reſpiciendum. § delinquunt. ff. de pæn.*
quem omnes recentiores ſequuntur, in tantùm, vt reli-
cta priori opinione, inter aſſeclas illius ſe connumera-
uerit *Farin. in addit. ad d. ſuam q. 18. n. 76. & de immunit. Eccleſ. d. c. 9. n. 143. vbi in fine ait,* hanc doctrinam fuiſse
admiſsam *à Sanct. memor.* Clement. VIII. & ideò in iudi-
cando nullatenus ab ea recedendum fore, *& in conſ. 76. ſub n. 7. et ibi Falcont. n. 15. lib. 1. & conſ. 168. n. 70. & ſeq. lib. 2. Ambroſin. de immunit. Eccleſ. c. 6. n. 3. & ſeqq. Leo. in theſaur. for. Eccleſ. lib. 1. c. 13. n. 26. Caball. de homicid. nu. 389. & ſeqq. Guazzin. ad defenſ. reor. defenſ. 1. c. 38. ſub n. 39. verſ. homicidium autem, & verſ. ſequen. tom. 1. Graſs. de effect. amicit. n. 242. & ſeq. Giurb. conſ. crim. 20. nu. 23. & conſ. 60. n. 1. & ſeqq. vbi concordantes. Vermigliol. conſ. 94. n. 3. & conſ. 99. num. 1. & conſ. 223. n. 20. Franch. dec. 713. n. 14. & ſeqq. Caſtil. dec. 154. n. 9. & dec. 156. n. 38. & ſeqq. Sperel. qui omnium latiſſimè hanc rem pertractat, d. dec. 23. n. 6. cum multis ſeqq. tom. 1. Iordan. Elucubrat. diuerſ. lib. 2. tit. 3. n. 342. tom. 2. Bonac. de prim. decalog. præcept. diſp. 3. qu. 7. punct. 6. §. 3. propoſ. vnic. n. 2. 3. vbi concordantes. Sacc. theol. moral. lib. 2. tr. 2. cap. 2. §. 5. dub. 1. & dub. 9. tom. 1.*

136 A quibus recentioribus, & vna cum eis nouiſsimè
Fagnan. in c. inter alia à num. 45. cum ſeqq. de immunit. Eccleſ. Nicol. in Lucubrat. ad Iuſtit. ciuil. lib. 1. tit. 8. n. 31. verſ. limita tamen tom. 1. Panimol. in Idea ſedan. iurg. forenſ. conſtitut. 42. n. 9. Sicuti hæc doctrina admittitur omninò
etiam in materia immunitatis Eccleſiaſticæ, adeovt
proditorium non dicatur homicidium, ad effectum
amittendi illius beneficium, commiſsum de inimico ex
propoſito, ac quibuſuis inſidijs: ita hoc idem reſoluit
137 *S. Congreg. Epiſc. in vna Boian. 6. April. 1612. & S. Congreg. immun. Eccleſ. in vna Comaclen. ſub die 27. April.* 1655. ſuper homicidio *D. Dominici Cinty Comaclenſis*
patrato tempore noctis per inſidias retrò, & poſt terga
a Ioanne Antonio Foleo eius inimico.

Qui cum fuerit ob ignominioſum iſtud delictum ab
Eccleſia Sancti Auguſtini de licentia, ſanè prudentiſ-
ſimè impartita, *Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Iulij Cæſaris Borreæ Epiſcopi Comaclenſis,* ad finem cuſtodiendi ex-
138 tractum, vt in primis fieri ſolet, ne fugiendi cauſa
præbeatur, ad *Sperell. Præſulem Eugubinum in deciſ. 104. num. 22. & num. 43. tom. 2.* facta tamen deſcriptio-
139 ne eiuſdem delicti ex narratione partis læſæ præſe-
ferrente apparentiam caſus proditionis, & ſic vnius de
exceptis *in Bulla Gregoriana edita ſuper immunitate Eccleſiarum,* vt opus eſse antequam deueniatur ad extra-
ctionem rei a loco immuni animaduertitur *à Gambacur. de immun. Eccleſ. lib. 6. cap. 4. numer. 2. 6. Giurb. conſil. crimin. 70. numer. 45. in fine. Sperell. d. deciſ. 104. num. 22.*
quod intelligas, vt non ſit neceſse, quod huiuſmodi
deſcriptio delicti fuerit formiter iuſtificata, ad conce-
dendam enim licentiam extrahendi reum non requi-
ritur certitudo delicti, ſed ſufficit dubium reſultans,
ex notitia quoquè extraiudiciali, & etiam ex proceſ-
ſu Iudicis laici. *Nicol. d. lib. 1. eod. tit. 8. num. 36. verſic. notandum tamen, & in Lucubr. iur. canon. lib. 2. tit. 20. ſub numer. 16. vbi teſtatur, ſic fuiſse reſolutum à Sacr. Congreg. Epiſc. in vna Neapol. 23. April. 1602. & in vna Meſsan. 4. Maij. 1604. & in alia Neapol. 1. Iulij. 1622.*

Fuit poſtmodum ipſe Io: Antonius eidem Eccleſiæ
reſtitutus, in eaque repoſitus in executionem præfa-
140 tæ reſolutionis *ſub die Nona Maij* 1655. etenim eſt
doctrina generalis, vt confugiens ad Eccleſiam, ſi
indebitè ab ea extrahatur, ſit ante omnia remittendus
& Eccleſia ſuo priuilegio ſpoliata, reſtituenda. *Giurb. conſil. crim. 50. numer. 6. Farinac. in prax. tit. de carcer. qu. 28. num. 1. vbi pulchrè. Genuenſ. in prax. Archyepiſc. cap. 22. num. 5. Iordan. d. tit. 3. num. 267. Sperel. d. dec. 104. nu. 38. vbi dat concordan. Larrea dec. 29. num. 18. tom. 1. Nicolius d. tit. 8. num. 37. verſic. ſexto, vt ſi delinquens. Rubeus in diſc. ad Rot. in rec. p. 9. numer. 557. tom. 1.* Et quam re-
141 miſſionem, ac reſtitutionem extracti eſse faciendam
regulariter ipſimet Eccleſiæ iniuriam paſsæ, vt in hoc
caſu mandauit *Sac. Congreg.* traditur *à Iordan. Epiſcop. Tragurienſe in præfato tit. 3. num. 269. Dian. p. 6. tr. 1. reſ. 27. Nicolio in alleg. tit. 8. n. 27. verſ. ſexto, vt ſi delinquens, & verſ. non Epiſcopo, cum ſeq. vbi affert S. Cong. Epiſc. in vna Aſcul. 14. Maij 1613.*

Et ex prædictis omnibus, cum non tantum pæru-
tus eliminentur quæcumque conſiderata ad fauorem
Ioſephi præfati, ſed eluceſcat vlteriùs omnimoda re-
ctitudo, qua contra eum formatus fuit pro hac cauſa
proceſsus, continens neceſsarias informationes, & pro-
bationes, ſilere vtique debet omninò miſſio Commiſ-
ſariorum Criminalium Curiæ generalis, cum pro deli-
142 cti informationibus ſumendis duntaxat tranſmitti
debeant. *arg. tex. in l. 2. C. vbi de crim. agi oport. l. vnic. C. vt omn. iudic. tam ciuil. quam crimin. Myſinger. cent. 3. obſ. 40. n. 4. Guazz. defenſ. 13. c. 1. n. 12. tom. 1. Vermigliol. conſ. 383. n. 2.*

143 Et tunc ſumptibus, & expenſis inſtigatoris; vel
accuſatoris, ſi adſit, ſin minus fiſci, cum clauſula
animo repetendi ab inquiſitis dummodò fuerint inditiati, vel inditientur; vt traditur *à Caball. cent. 3. caſ. 201. Guazzin. d. cap. 1. numer. 4. Vermigliol. d. conſ. 383. num. 3.*

144 Quæ quidem inditia debent eſse ſufficientia ad
tranſmittendam inquiſitionem, ita vt ſententia con-
dem-

Digitized by Google

demnatoria contra inquiſitos contumaces, proferri iure poſsit. *Guazzin.d.cap.1.numer.14.verſ.tamen veritas. Vermigliol.d.conſ.383.num.4.Maſſin.de confiſc.q.2.num.53.*

145 Et in hoc Ducatu itá ſeruatur, intelligendo taliter *Conſt.Aldobrand.c.3.§.occorendo a Giudici*; & ſic etiam accipio tradita á *Nicolao in Lucubr.iur.canon.lib.1.tit.3.num.19.verſic.vbi notandum, & allegatam ab eo reſolutionem S.Congr.Epiſc.in vna Roſſanen.15.Febr.1583.*

146 Obſeruando tamen, eſse detrahendas expenſas prętenſas ratione temporis exceſsiui, vt, poſt *Guazzin.animaduertit.Vermigliol.d.conſ.383.n.11.*

Nec non multas alias, quas nimia horum Commiſſariorum auiditas a pauperibus ſubditis quotidie extorquet, hic, ceù præter rem noſtram, minimè recenſendas.

Quibus faxit Deus, vt aliquando applicetur ſaltem condignum remedium; quotieſcunquè nequeat, ſeù ma-

147 uis nolit ſeruari in hac materia id, quod circa Tribunalia fori Eccleſiaſtici, de non exigendis a partibus in Diæceſi commorantibus, tam criminaliter, quam ciuiliter pulſatis, expenſis ac ſumptibus ſub nomine viatici, aut victualium, cibariorum, vel vecturarum equorum, prudentiſsimè ſancitum reperitur, ex traditis á *Maſſin.de confiſc.bonor.d.q.2.num.56.57.60. Nicol.in Lucubr.ad Inſt.ciuil.lib.4.tit.6.num.244.verſic.per quem tom.1.* ad mentem, & iuxtà *reſolutiones Sacr.Congreg.Epiſc.in vna Sarzanen.2.Octobr.1609.in vna Brunduſin.30.Octobr.1609.in vna Adrien 8.Nouembr.1616.in vna Montis Alti.20.Iulij 1621.in vna Narnien.1.Iun.1640.in vna Terracinen.13.Septembr.1641.in vna Imolen.ad inſtantiam R.Hyacinti Mazzini 13.Decembr.1647.& in vna Fanen.7.Maij 1660.*

148 Atquè itá *ſecundùm ſuperius concluſa, Commiſsarij Criminalis remota expeditione, idem Ioſeph ſeruatis terminis contumacialibus, fuit ex iuſſu Eminentiſs. & Reuerendiſs.D.Cardin.Iacobi Franſoni Legati Ferrar.Emanato ſub die 2.Febr.1661.condemnatus in pœnam mortis, & confiſcationis bonorum per ſententiam præfati Illuſtriſs. Vincentij Florini Gubernatoris, latam die 8.Martij eodem anno currente: vt in Cancellaria criminali Comacli.*

COLLVCTATIO XLVII.

ARGVMENTVM.

Aditio hæreditatis, quando ex diſpoſitione bonorum hæreditariorum, ſtante alio titulo, & ex quibus alijs actibus probetur. Agitur de retentione competente mulieri ratione eius dotium, & de vi Statuti continuantis poſſeſſionem defuncti in hæredem; ac clauſulæ conſtituti. Tandem ad quid teneatur hæres ſine inuentario, & de priuilegijs expenſarum vltimæ infirmitatis, & funeris, diſcutitur.

SVMMARIVM.

1 *Aditio hæreditatis probatur ex poſseſsione bonorum hæreditariorum, & n.13.14.declara n.2.3.& num.21.22. Amplia etiam ex poſseſsione bonorum mobilium, non facto de illis inuentario n.31.*

3 *Primus poſsidens, bona paterna hypothecata pro dote materna, non dicitur adiuiſſe patris hæreditatem.*

4 *Hypotheca eſt indiuidua, & afficit totam rem inſolidum, n.5.competit pro Salario n.27.*

6 *Retentio competit creditori hypothecario de bonis maioris valoris, quam ſit ſuum creditum, donec integrè ſatisfiat. Declara n.23.24.25.29.*

7 *Poſſeſſionis mutationem in bonis viri defuncti facit mulier abſque declaratione intellige; vt numer.34.36.38.39.*

8 *Retentio pro dote competens mulieri, conceditur etiam eius filio hæredi: talis retentio datur tantum ad ratam crediti dotalis, numer.30.quando competat, num.34.36.38.39.*

9 *Determinatio vna reſpiciens plura determinabilia debet ea pariformiter determinare.*

10 *Poſseſsio generaliter mutari poteſt abſque animi declaratione ex ſuperuenientia noui tituli melioris, data illius ſcientia.*

11 *Aditio hæreditatis, non præſumitur; debet concludenter probari per actus, qui citrà ius, & nomen hæredis fieri nequeant num.12.probatur, vt ſi quis citatus tamquam hæres, litem ſuſtineat, n.49.& è contra nu.50.probatur per exactionem crediti defuncti, n.51.ab animo pendet, n.52.excluditur per repudiationem, n.53.& ſeqq.declara, num.57.*

15 *Dos matris debetur filio iure hæreditario.*

16 *Ius delatum eſt quod reſidet in libera voluntate, cum plena poteſtate illud acquirendi de præſenti: eidem duntaxat conuenit repudiatio, n.17.quando poſſit deduci in titulum, n.18.*

19 *Aditio hæreditatis dat nomen hæredis præſumitur in dubio ex poſseſſione bonorum, n.48.*

20 *Aditio hæreditatis materna eſt plenè probanda á filio.*

26 *Retentio competens hæredi in bonis defuncti pro ſuo credito datur ad ratam crediti, ſi exerceatur iure dominij: ſic retentio pro ſalario, non competit niſi ad ratam, numer.28.*

32 *Declaratio, ſeù proteſtatio non poſſidendi bona iure hæreditatis, ſed alio titulo, quando fieri debeat.*

33 *Stat.Ferrar.lib.2.Rub.82.affertur.Declaratur, n.35.37.43.45.in fine.*

35 *Poſseſsio defuncti continuata in hæredem per Statutum, quomodò conſideretur, & n.43.45.*

40 *Conſtitutum tranſit paſsiuè in hæredes conſtituentis & actiuè in hæredes conſtituarij, n.44.per mortem conſtituentis expirat, n.41.Declara vt n.39.42.eſt nullius momenti ſi ſit factum pro abſente, non data illius ratificatione, n.46.47.*

56 *Hæres ſemel non poteſt deſinere eſſe hæres: non tenetur vbi hæreditas eſt notoriè non ſoluenda, n.58.amplia, nu.59.Declara n.60.*

61 *Hæres ſinè inuentario tenetur de proprio vltrà vires hæreditatis creditoribus, & legatarijs de ratione n.62.Limita, n.63.64.*

65 *Expenſæ vltimæ infirmitatis, & funeris habent priuilegium prælationis contra quoſcunque creditores anteriores habentes hypothecam ſiuè tacitam, ſiuè expreſsam, etiam ex cauſa dotis.*

1 ILla concluſio, quod ex poſseſsione bonorum hæreditariorum in eo, cui delata eſt hæreditas, aditio ipſius hæreditatis probetur; de qua *Alex.conſ.32.ſub n.1.lib.3.Surd.dec.339.num.18. Cyriac.contr.244.num.16. Poſt.reſol.28.num.19.& reſol.44.num.25.& reſol.64.n.26.vbi concordantes habentur. Altograd.conſ.82.n.20.lib.1.et conſ.8.num.25.lib.2.Thomat.dec.Macerat.51.num.30.tom.1.& dec.258.num.14.& dec.265.ſub numer.4.5.tom.2.Rot.cor.Mantic.dec.245.num.11.coram Millin.dec.44.num.1.& dec.231.coram Greg.dec.98.num.1.& dec.136.*

Digitized by Google

*136.num.2.& coram Buratt.dec.207.num.2.& poſt Pa-
ciſic.de Salu.interd.dec.87.ſub num.8.et in Aſculan.Iuriſ-
patr.1.Iul.1650.§.aditionem pariter, cor. Melzio, eſt im-
preſſ.apud Maſſin.de confiſc.q.37.n.69.ego ipſe in colluct.
legal.39.num.55.*
2 Declaratur communiter, vt ſolummodò procedat,
quando non conſtat de alio legitimo titulo poſsidendi,
ſecus eodem titulo dato, nam tunc ex poſseſsione non
infertur ad aditionem. *Menoch. præſ.101.num.37.lib.4.
Marth.vot.134.Mantic.de coniect. vlt. volunt. lib.12. tit.
12.ſub num.8.verſic.et hoc ſanè.Peregr.conſ.93.in fin. lib.
3.Cyriac.d.contr.244.num.77.Poſt.d.d.reſol.44. num.36.
et reſol.64.num.29.Beltramin.ad Greg.d.dec.98.ſub nu.7.
Pigant.ad Stat.Ferrar.lib.2.Rub.7.ſub num.25.verſ. vel
per actus ad med.tom.1.Andreol.contr.297.num.4.p.4.Re-
denaſc.conſ.30.num.200.et conſ.78.num.23.cum ſeqq.lib.
1.nouiſſimè contr.diſcept.forenſ.cauſ.100.num.4.5.tom.1.
Rot.cor.Buratt.d.dec.207.n.3.et ibi Ferentil.num.16.dec.
523.n.1.vbi Add.num.9.et dec.589.numer.14. ac in rec.
dec.638.n.1.2.p.2.et dec.101.n.17.p.6.*
3 Et in titulum præ alijs affertur ratio dotium mater-
narum competentium filio; adeovt, ſi filius, vt in præ-
ſenti Bartholomæus Pigantius, poſsideat bona pater-
na, non ex hoc inducatur hæreditatis aditio, quando
poteſt poſsidere ex cauſa dictarum dotium, pro quibus
contra eadem bona competebat hypotheca. *Menoch.
præſ.101.num.34.35.lib.4.Poſt.reſ.28.numer.31.et reſol.
44.ſub num.37.verſic.tum ratione dotis,et reſol.64.ſub n.
24.verſic.dubitans tamen iuncto num.29. Gizzarel. deciſ.
44.ſub num.10.et ibi Mele.Afflict.dec.372. numer.1. vbi
Vrſil.num.5.Marant.in l.ſi poteſt num.58.ff.de acq.hæred.
Chartar.deciſ.124.num.3.Barz.dec.73.num.38. Rot. cor.
Pegn.deciſ.1541.ſub numer.3.tom.2.in impreſſ.Lugdu-
nen.*
4 In tantùm, vt ex vi eiuſdem hypothecæ, quæ eſt indi-
uidua. *Afflict.dec.213.num.4.Pacific.de Salu.inſp.3.c.4.
num.287.Poſt.reſol.17.num.54.Merlin.de pign.et hypoth.
lib.4.quæſt.44.ſub num.19.et quæſt.127. num.1. Carleual.
de iudic.lib.1.tit.3.diſput.10.ſub num.5. tom.2. Salgad. in
Labyrint.creditor.p.2.c.11.num.4.6. Maſſin. de confiſcat.
quæſt.39.ſub num.46.Rota poſt Cenc. de cenſib. deciſ.451.
num.10.et dec.519.num.9.et coram Buratt.dec.785.num.
10.et ibi Add.litt.A.et coram Canaler.dec.653.ſub num.
4.in rec.dec.135.num.10.p.6.*& quæ totam rem afficit in
5 ſolidum. *l. quamdiu.C.de diſtr.pign.Pacific.d.c.4. numer.
186.187.Cenc.de cenſib.q.98.numer.30.31. Poſt. in reſol.
43.num.29.Rot.coram Canaler. dec.392. num.4. et deciſ.
453.n.1.*
6 Poſsit ipſemet filius, ſicuti quilibet alius creditor hy-
pothecarius retinere etiam pro modico, & minimo cre-
dito omnia bona obligata maioris valoris, donec ſuum
creditum integrè ad obulum ſoluatur: & nequeat cogi
ad dimittendam glebam ad commodum creditorum
concurrentium, niſi ipſo integraliter ſatisfacto. *l. cre-
ditoris.ff.de diſtr.pign.Ferentil.ad Buratt.dec.420.ſub nu.
11.Merlin.de pign.et hypoth. d. quæſt.44. num.19. Medic.
inter dec.ſenen.examin.56.num.25. Gratian. diſcept.961.
num.7.Redenaſc.conſil.46.nu.11.vbi de veriori,lib.1.Poſt.
reſ.17.num.34.53.et d.reſ.43.num.30. vbi allegat Rotam
in Firmana Salutan.24.Maij 1632.§. in hoc poſteriori, et
24.Ian.1633.ſub §.quia paritas, coram Piruan.adde et in
rec.dec.135.n.8.et ſeqq.et dec.318.n.28.p.6.et poſt Cenc.
de cenſib.dec.451.num.8.in fine,et cor.Canaler.deciſ.653.
num.2.*
7 Et non ſit opus aliqua declaratione; adeovt ſicuti fa-
miliaris poſseſsio, quam mulier viuente viro in illius
bonis habebat, mutatur ipſo iure in poſseſſionem iure
proprio, poſt viri mortem, ratione dotium, ſine vlla
mulieris eiuſdem declaratione; *ad Merlin.de pign.et hy-
poth.lib.3.tit.2 quæſt.76.num.4.& ſeqq. Vbert. de modo
citand.p.3.form.6.§.ſic gratioſè, verſic. ſic etiam vxor. fol.
129.latè Poſt.de manut.obſer.54.numer.23.& ſeqq. Gra-
tian.diſcept.700.num 59.60.Chartar.dec.73.Caroc deciſ.
21.num.31.Surd.dec.224.num.19.20.Cornaz.dec.57.nu.
22.Zucchar.dec.8.num.4.plenè Andreol. contr.190.iuxtà
opinionem canonizatam à Rot. cor. Coccin. dec.66.num.5.
coram Canaler.dec.171.num.4.& dec.284.num.2.& dec.
429.n.5.cor.Canaler.dec.171.num.4.& dec.284.num.2.
& dec.429.num.2.& coram Duran.dec.269. num.13.&
apud Poſt.de manut.dec.169.n.2.& dec.230.n 3.& alibi
in locis adductis à Rubeo ſing.Rot.Roman.p.2.verb. poſſeſ-
ſio.§.17.tom.2.*
8 Ità hoc idem ad fauorem filij hæredis ipſius mulieris
determinari oportet, cum retentio competens pro do-
te anteriorem hypothecam habente, non minus pro-
cedat, quoad mulierem, quam quoad eius filium hære-
dem. *Ludouic.deciſ.Peruſin 109.num.2.Pacific.de Salu.
inſp.3.c.4.n.19.Baldaſar.ad Gizzarel.dec.44. nu.3.& ibi
Mele.n.Poſt.reſol.28.n.10.Rot.cor.Coccin.dec.66. n.1.&
in rec.dec.280.n.1.p.8.*
Et reſpiciat vtramque mulieris, & filij hæredis per-
ſonam, ſuccedente deindè pariformi determinatione
9 ex regula, quod determinatio vna reſpiciens plura de-
terminabilia, debet ea pariformiter determinare. *l.nam
hoc iure.l.lucius.ff.de vulg. & pupil. ſubſt. Surd. conſil.45.
n.37.Gratian.diſcept.70.n.39.Caſtil. contr. iur. lib.5.p.2.
c.97.num.4.& ſeqq.Poſt.reſol.120.nu.51.Barboſ. axiom.
69.n.6.Rot.in rec.dec.348 n.2.p.4.tom.2. et dec.129. nu.
10.p.8.& in Mediolanen.benefit.10.Febr.1659.§.nec ſub-
ſiſtere in fine,cor.Celſo.*
10 Vltrà quod eſt concluſio generalis, poſſeſſionem mu-
tari poſse abſquè alia animi declaratione, & ſuperue-
nientia noui tituli melioris, & habilis, data illius notitia.
*Bald.in l.penult.ſub num.10.Cod.de pign.act.Merlin. de pi-
gn.& hypoth.d.q.76. num.5. Vbert.d.formul.6.§. ſic qui
poſſidet,eod.f.129.Barz.dec.73.num.35.& ſeqq. P.ſt. de
manut.d.obſ.54 per tot. Redenaſc.conſil.68. num.9. lib.1.
Rot.cor. Mantic.dec.71.num.1.2. coram Buratt. dec.609.
num.4.coram Merlin.dec.299.num.3.4. tom.1. cor. Greg.
dec.546.num.1.& ibi Add.num.15.coram Duran. d. dec.
269.num.10.& ſeqq.& dec.328.num.5. tom.2. et coram
Cardin.Otthobon.dec.54.num.2.dec.104.numer.12.13.&
dec.164.num.7.& in rec.dec.97.num.7. et dec.108. num.
2.p.5.& dec.218.num.42.p.6.et dec.214. nu.16.p.7. cum
multis alijs allegatis à Rubeo ſing.Rot Roman.par.2. verb.
poſſeſſio.§.16.& §.17.ac in p.3 verb.ſocius.§.9.vbi latè,
tom.2.*
Ex quibus videtur concludendum, ob motiuum poſ-
ſeſſionis bonorum paternorum, non poſse dici proba-
11 tâ hæreditatis aditionem in Bartholomæo: & quæ pro-
pterea ſicuti non præſumitur. *M.ſcard.concl.40. num.7.
8.Menoch.præſ.99.num.2.lib.4.Sur d. dec.154 numer.18.
Bellon.de iure accreſc.cap.5.quæſt.48.num.11. tom.1. Cy-
riac.contr.244.num.21.tom.2.Maſſin.de confiſc. q.39. nu.
91.Rot.in rec.dec.525.ſub num.2.p.4.tom.3.coram Merlin.
dec.104.num.2.verſ.videbatur tamen,tom.1.et cor. Pegn.
dec.356.num.6. tom.1.in impreſſ. Lugdun.* Ita eget con-
12 cludenti probatione dimanante ab actibus, qui citrà
ius, & nomen hæredis fieri nequeant, itavt non atten-
dantur actus equiuoci & indifferentes. *l. pro hærede. §.
papianus in fine.ff.acq.hæred.Laderch.conſ.3. numer.3. &
ſeqq.Surd.conſ.359.num.17.Gratian.diſcept.706.num.27.
et diſcept.752.num.22. Cyriac. d. contr.244. num.27.28.
Sabell.var.reſol.& reſponſ.c.99.num.1.Rot. coram Caua-
ler.dec.431.n.1.cor.Buratt.dec.207.n.1.cor. Duran. deciſ.
347.n.19.cor.Merlin.dec.873.n.3.cor.Otthob.dec.95.n.13.
et cor.Pegn.dec.1568.in fine tom.2.& in rec.dec.210. nu.
15.p.5.cum alijs in mea legal.colluct.2.n.15.*

Ve-

Digitized by Google

debeat ex offitio mandare, vt retenta quantitate ſufficenti pro ſatisfactione, reliquum reſtituatur. D. D. in l. ſi non ſortem. §. ſi decem. ff. de condit. indeb. & in l. huius enim. ff. qui potior. in pign. habeant. Manſon. de cauſ. execut. limit. 26. ſub num. 16. verſ. declara dummodò retineat. Coler. de proceſs. execut. c. 2. p. 1. num. 239. Zacch. de Salar. q. 96. num. 20.

29 Vltrà quod concluſio præfata in obiectum deducta poteſt procedere tantum, ſi bona non eſsent diuidua, quod nequit in præſenti admitti. Zacch. d. q. 96. n. 21. Ferentil. ad Buratt. d. dec. 420. num. 11. verſ. vel procedunt. Rot. in rec. dec. 559. n. 5. p. 1. & dec. 318. n. 29. p. 6. & poſt Statil. de Saluian. dec. 83. ſub n. 6. 7. 8.

30 Sed relictis generalibus, & loquendo in punctualibus terminis retentionis pro dote competentis mortuo viro, vt ſcilicet non detur retentio, niſi proportionabiliter ad quantitatem ipſiuſmet dotis, adducuntur docentes Caroc. dec. 21. n. 36. Giurb. ad conſuet. Meſsan. c. 10. gloſ. 8. n. 16. p. 1. de quib. Merlin. de pign. & hypoth. lib. 3. tit. 2. d. q. 76. n. 34. & conducunt tradita à Poſt. d. reſol. 17. n. 69. Ridolphin. in prax. p. 1. c. 9. n. 10. 11.

31 Sed inſuper, cum Bartholomæus retinuerit, & poſſiderit bona nedum ſtabilia, ſed & mobilia, erat neceſse de iſtis conficere inuentarium, ad excludendam aditionem hæreditatis, etiam docto de dicto titulo, quod inuentarium, nec etiam oſtenditur. Merend. contr. iur. lib. 24. c. 25. num. 16. & ſeqq. Sabell. var. reſol. & reſponſ. d. c. 99. ſub n. 6.

Hæc omnia certiora redduntur, ex eo, quod non docetur, Bartholomæum tunc temporis continuatæ ab
initio poſſeſſionis horum bonorum declarauiſſe, illam
continuare, & retinere, non vti hæredem patris, ſed pro
dotibus ſuæ matris competentibus ipſi; adeovt declara-
32 tio, & proteſtatio huiuſmodi nunc inculcatè facta, nihil
releuet, nam debebat fieri, vel ante captam poſſeſſio-
nem, & ante actum ipſius aditionis, vel in ipſo actu, vel
poſt eum in continenti, non ex interuallo. Durant. de art. teſtand. tit. 11. caut. 5. num. 2. Thomat. dec. 51. n. 34. 35. tom. 1. & dec. 258. ſub num. 15. verſ. quæ ſanè declaratio, tom. 2. Canagnol. ad Menoch. conſ. 186. num. 45. 49. Redenaſc. d. conſ. 78. ſub n. 31. verſ. præterea vbi, & ſub num. 33. verſ. vidimus lib. 1. Poſt. d. reſol. 28. n. 32. Rot. cor. Greg. dec. 7. ſub n. 8. 9.

Et ſic accipienda eſt concluſio, quod ſit ſtandum declarationi hæredis nunquid geſſerit actus animo adeundi hæreditatem, & declarationi filij qualem animum habuerit circa tales actus; de qua Mantic. de coniect. lib. 12. tit. 12. n. 24. Gratian. diſcept. 706. à nu. 34. ad 41. Cyriac. contr. 244. n. 29 31. & à 62. ad 77. Redenaſc. d. conſ. 78. n. 24. & alij in hac collučt. inferius ſub n. 55. verſ. & in omnem caſum allegati.

Nequè turbant ponderata ex aduerſo quoad poſſeſſionis bonorum viri mortui mutationem ex ſuperuenienti titulo permiſſam abſquè animi declaratione, nedum ad fauorem mulieris, ſed & cuiuſuis ſui ſucceſſoris.

Quia, præterquam oſtendimus ſuprà, nullum ſuperueniſſe titulum Bartholomæo, eſt obſeruandum, quod
niſi ipſum admittamus ſui Patris ab inteſtato deceſſi
hæredem, eadem in contrarium tradita ad praxim de-
33 duci non poſſunt; cum funditus, & omninò ceſſent
ſtante diſpoſitione noſtri Stat. Ferrar. in lib. 2. Rub. 82. vbi
ſtatuitur, & ordinatur, quod poſſeſſio defuncti cenſea-
tur translata, & continuata in hæredem vnum, vel plu-
res ipſius defuncti a morte ipſius etiam ante aditionem
hæreditatis, & etiam ſi alius prius occupaſſet eam, vel
eius partem aliquam.

34 Sicuti enim benefitium præfatum retentionis, & mutatæ poſſeſſionis competens vxori, & ſucceſſori illius, procedit duntaxat ſi poſſeſſio ſit vacans, & eo tempore a nemine apprehenſa; vt per Dec. conſ. 232. num. 2. Roland. conſ. 77. n. 34. 35. lib. 1. Burſat. conſ. 9. n. 47. Paſcth. conſ. 54. n. 5. Gabr. conſ. 51. n. 38. lib. 1. Magon. dec. Luceuſ. 64. ſub n. 9. 13. Cornazzan. dec. 3. n. 19. Caroc. d. dec. 21. n. 19. Chartar. dec. 73. n. 11. Ludouic. dec. Peruſ. 109. num. 3. par. 2. Gizzarel. dec. 44. n. 3. 5. et ibi de Angelis n. 7. ac de mari ſub n. 1. Gratian. diſcept. 700 n. 35. to. 4. Amat. reſol. 39. nu. 66. lib. 1. Giurb. ad conſuet Meſsan. c. 10. gloſ. 8. nu. 15. Poſt. de manut. obſ. 54. ſub n. 26. Merlin. de pign. & hypoth. lib 3. d. q. 76. n. 33. Pigant. ad Stat. Ferrar. lib. 2. d. Rub. 82. nu. 48. tom. 1. Rot. cor. Caualer. dec. 429. ſub n. 2. verſ. hoc tamen, & cor. Buratt. dec. 375. ſub n. 9.

35 Ita, cum in terminis dicti Statuti non vacauerit poſſeſſio d. d. bonorum, propter continuationem in hæredes, adeovt idem Statutum non admittat concurſum, quia operatur in inſtanti translationem ipſius poſſeſſionis in hæredes, nec datur conſiderabile tempus intermedium etiam per momentum; vt per Bertaz. conſ. 100. n. 6. Amat. d. reſol. 39. n. 56. Gratian. diſcept. 113. num. 19. et d. diſcept. 700. n. 44. Giurb. ad conſuet. Meſsan. cap. 5. gloſ. 6. ſub n. 21. Seſſe. dec. Aragon. 29. n. 33. p. 1. Pigant. ad Stat. Ferrar. lib. 2. d. Rub. 82. n. 10. tom. 1. Poſt. de manut. obſ. 55. ſub n. 84 Pacific. de Salu. interd. inſp. 3. c. 2. n. 357. Fenzon. ad Stat. Vrb. c. 147. n. 13. Merlin. de pign. & hypoth. d. q. 76. n. 24. contr. diſcept. forenſ. cauſ. 37. n. 3. to. 1. Rot. coram Andrea dec. 36. num. 8. & apud Poſt. de manut. dec. 325. ſub n. 9. 10. et poſt Fenzon ad Stat. Vrb. dec. 121. & in rec. dec. 150. n. 6. 7. et dec. 181. n. 3. p. 7. et cor. Greg. dec. 307. ſub n. 13. vbi plenè Add.

Siuè hæredes ſint ſui, ſiuè extranei. Rimin. iun. conſ. 352. n. 81. lib. 4. Amat. reſol. 39. n. 25. lib. 1. Milan. deciſ. 1. lib. 1. Leoncil. dec. 154. n. 2. Garon. de contin. poſſeſſ. bonor. in hæredem art. 1. à n. 1. cum ſeqq. Pigant. ad Stat. Ferrar. d. Rub. 82. ſub n. 75. contr. poſt hæc ſcripta editus, diſcept. forenſ. cauſ. 55. n. 4. tom. 1.

Cum hac tamen animaduerſione, quod, reſpectu ſuorum hæredum, remedium dicti Statuti eſt merum poſſeſſorium, reſpectu verò extraneorum eſt mixtum, admittens ideò exceptiones petitorium quoquè concernentes. Gratian. diſcept. 732. n. 45. 46. Garon. de contin. poſſeſſ prælud. 6. Argel. de legit. contrad. q. 11. art. 5. à n. 69. 70. Pigant. ad d. Rub. 82. n. 15. verſ. rurſus diſtinguitur. contr. diſcept. forenſ. cauſ. 19. n. 8. lib. 1. Rot. ibid. in calce oper. dec. 159. n. 4. quæ eſt in Roman. ſeu Portuen. bonor. 26. Iun. 1652. §. fin. cor. Alberg.

36 Fateri debemus prædictum retentionis, & mutatæ poſſeſſionis benefitium euanuiſſe, nequè vxori ſi vixiſſet, ac modò eius ſucceſſori, non competiſſe; ad tradita per Giurb. d. gloſ. 8. ſub nu. 15. in fine. Gratian. d. diſcept. 700. num. 38. Tuſch. litt. D, concl. 744. num. 32. Andreol. contr. 190. num. 3. Redenaſ. conſ. 4. Amat. d. reſol. 39. num. 67. Garon. de contin. poſſeſſ. lib. 3. tit. 3. d. art. 1 num. 141. et ſeqq. Poſt. d. obſ. 54. ſub num. 26. Merlin. de pign. & hypoth. d. q. 76. num. 24. & ſeqq. Pigant. ad Stat. Ferrar. lib. 2. d. Rub. 82. num. 41. nouiſſimè contr. diſcept. forenſ. d. cauſ. 55. num. 5. Rot. cor. Caualer. d. dec. 429. ſub num. 2. verſ. in hoc autem caſu, et apud Poſt. de manut. d. dec. 325. ſub num. 13. et in rec. d. d. dec. 150 ſub n. 6. & deciſ. 181. ſub n. 2. p. 7.

Quæ concluſio inoffenſo pede in hoc caſu procedit,
ex defectu clauſulæ conſtituti in inſtrumento dotali Ma-
riæ matris Bartholomæi rogat. olim Io: Baptiſta Zaratti-
no Notar. Comaclen. ſub die 22. April. 1624 quamuis ſi
37 etiam eadem clauſula adeſſet, adhuc concluſio prædi-
cta in ſuo robore maneret, retentis terminis allegati
Ferrar. Stat. vti profitetur in conſimili pulchrè doctiſ-
ſimus Redenaſc. d. conſil. 4. & in indiuiduo. Contr. d. cauſ.
55. n. 5. Pigant. ad d. Rub. 82. ſub num. 42. verſ. et ſi oppone-
retur.

Digitized by Google

38 Quidquid generaliter loquendo quod alia ſtatuta
in contrarium adſtruendum videatur, ſecundùm con-
geſta à Roland.conſil.31.num.37.38.lib.1.Surd.conſ.221.
num.49.Gratian.d.diſcept.700.num 62.Fontanel. de pact.
nupt.clauſ.4 gloſ.27.num.31.tom.1.Amat.d.reſol.39. nu.
71.Poſt.d.obſ.54.ſub num.26.verſ.niſi in caſu . Merlin. de
pign.& hypoth.lib.3.d. q.76. ſub num.27. verſic. declara-
tur tamen Andreol. contr.190. ſub num 4. tom.2. ac alijs
apud ipſos videndis,quibus iunge ſic obſeruantem . Pigant.
ad alleg.Rub.82.ſub n.42.verſ.& ſi opponeretur,ibi quid-
quid in alijs .

39 Itavt,præſciſa dicta Rub.82.Ferrarienſis Statuti , clau-
ſula conſtituti præfatá operetur ad fauorem conſtitu-
tariæ vxoris , quamquam dici poſſit collata poſt mor-
tem mariti conſtituentis , dummodò in ipſo conſtitutó
adſit alia clauſula ex nunc provt ex tunc.Surd.conſ.171.
ſub num.21.& ſeq.& conſ.221.num.53.Natta conſ.453.
num.6.Tuſc.litt.C,concl.789.num.4 Barz.dec.49. numer.
29.Gratian.diſcept.174.num.31.Amat.d.reſol.39.numer.
79.Barbat.de aſſiſten.clauſ.7.à numer.35. Poſt. de manut.
obſ.20.num.38.Marta de clauſ.p.1.clauſ.20. numer.8. &
ſeqq. Merlin.de pign.& hypoth.lib.4.quaſt.120. num 26.
27.& Ridolphin.in prax.p.2.cap.5.num.50.51. Argel. de
acq.poſſeſs.quæſt.3.art.15.num.824.Thomat.dec.16. nu.
9.tom.1.dec.153.num.14.& dec.181. num.9.tom 2. Re-
denaſc.d.conſ.4.num.26.Rot.cor. Buratt. dec.179. num.8.
& ibi Ferentil.litt.B, in fin.& dec.221.num.9 & cor.Co-
mitol.dec.54.num.1.& ſeqq.& apud Poſt. de manut. dec.
28.num.6.& dec.68.in princip.& dec.150.num.5. et dec.
300.n.15.

40 Et dummodò agatur contra vniuerſalem defuncti
conſtituentis hæredem , in quem virtus conſtituti paſ-
ſiuè tranſit , nequè morte ipſius conſtituentis extingui-
tur.Neuiz.conſ.8.num.59.Crauet.conſ.107.num.2. Surd.
d.conſ.221.n.54.Tiraq.de conſtit.ampl.13.Theſaur. deciſ.
215.num.3.Milan.dec.1.n.12.13.lib.1.Poſt. d. obſ.20. nu.
36. Amat. in alleg. reſol.39. num.82. Neguſant. reſponſ.
400.num.2.3.Cyriac.contr.258.num.34.Cenc.de cenſib.q.
94.num.21.& ſeq.Merlin.de pign.& hypoth.lib.4.q 120.
num.16.Rot.coram Buratt.dec.623.numer.3. & ibi Add.
litt.A,

41 Secus , circumſcripta dicta clauſula ex nunc provt ex
tunc , quæ nec etiam in Formulario Ferrar. continetur ,
nam tali caſu intrat regula generalis,quod conſtitutum
per mortem conſtituentis expirat, & nihil operatur . l.
cum precario.§.1.ff.de precar.Menoch.de recup.poſſeſs.re-
med.14.num.65.66.Bart.d. dec.49. num.27.28. Gratian.
diſcept.700.num.63.Burſat.conſ.425.num.3.4.Surd.conſ.
221.num.13.Tiraq.de conſtit.p.3.Limit.2. Amat. d. reſol.
39.num.77.& reſol.62. num.10. Martha clauſ.20. num.
9.10.p.1.Theſaur.dec.38.num.1.2.Argel.de acq.poſſeſs.q.
3.art.15.num.818.Poſt.de manut.d.obſ.20.num.35. Mer-
lin.de pign.et hypoth.lib.4.d.q.120. num.23.24. Fontanel.
de pact.nupt.clauſ.4.gloſ.3.n.n.20.21.tom.1.Ridolphin. in
prax.p.2.d.c.5.num.49.Thomat.d. dec.153.num.11.13.
Ferentil.ad Buratt.dec.179.litt.B,& Rot.cor.eod.dec.220.
num.8.9.& coram Duran.dec.62.num.21.et dec.84. n.6.
et apud Poſt.de manut.dec.28.n.4.& dec.299.n.6. et dec.
620.n.4.

42 Si tamen tractetur , quod conſtitutum non ſortiatur
ſuum effectum,quoad vtramque poſseſsionem natura-
lem,ſcilicet,& ciuilem,niſi poſt mortem conſtituentis,
ſecus ſi iam perfectò purè contractu , in quo conſtitu-
tum eſt appoſitum,conſtituens,ſibi reſeruata poſseſsio-
ne naturali , differat executionem eiuſdem contractus ,
poſt ſuam mortem,translata interim in conſtitutarium
ciuili poſseſsione; vt declarant Argel. de acquir. poſseſs.
quæſt.3.ſub numer.829. et ſeq. Merlin. de pign.et hypoth.
lib.4.d.quæſt.120.num.28. Cyriac. d. contr.258. num.34.
35.latè Amat.reſ.62.n 8.et ſeqq.lib.2.Poſt.de manut.obſ.
20.ſub num. 37.verſ.ſecus autem,et n.ſeq.Ferentil. ad Bu-
ratt.dec.145.ſub litt.A, Rot.apud Poſt de manut.dec.299.
et dec.300.ſub n.14.et in rec.dec.258.p.4. et dec.217.ſub
n.5.in fine p.5.

Dixi,præſciſa diſpoſitione Statuti Ferrariæ , vbi ſuprà ,
43 adhoc,vt repetito,quod in terminis illius poſt mortem
defuncti ſtatim,& ipſo iure poſseſsio in hęredem etiam
ante aditionem , & imò alio prius eandem poſseſsio-
nem occupante,continuatur,& transfertur, ità , & tali-
ter,vt ne momēto quidem habeat vacationem,cum ſit
magis potens factum legis,quam factum hominis; vt in
puncto traditur à Contr.diſcept.foren.cauſ.37.n.2.et ſeq.
to.1.Peregr.de fideic.art.47.num.14.et ſub n. 15.verſ.aut
verò Statutum.Pigant.ad d.Rub.82.ſub n.17. verſ.ſanè li-
cet,et ſub n.94.verſ.prima eſt tom.1.Rot.in Ferrar.manut.
28.Ian.1641.cor.Pirouano.

Eruatur ratio,cur ad fauorem vxoris , eiuſquè ſubin-
44 dè hæredis iam quod definitum eſt ſucceſsorem vni-
uerſalem conſtitutarij, iuuari poſse conſtituto appoſito
pro eodem conſtitutario . Tiraq. de conſt. p.2. ampl.12.
Cenc.de cenſib.d.q.94.num.24.Cyriac.d. contr.258. n.30.
Merlin.de pign d.q.120.n.14. Rot. in Narnien. bonor.14.
Ian.et 1.Decemb.1628.cor.Pirouan.et in rec.dec.257.p.
5. non operetur idem conſtitutum in inſtrumento do-
45 tali contentum, dum data alia concluſione , quod poſ-
ſeſsio continuata a prædicto Statuto in hæredem eſt
vera,propria realis,& non artificioſa . Gratian. diſcept.
113.n.18.tom.1.et diſcept.732 n.6. tom.4. Mareſc. reſol.
116.num.5.Argel.de acq.poſseſs. q.13.num.8. Peregr. de
fideic.art.47.n.16.Amat.d.reſol.39.n.52.Pigant. ad Stat.
Ferrar.lib.2.d.Rub.82.n.6. Rot. poſt Fenzon ad Stat.Vrb.
dec.121.§.nam Hortenſia ; liquidò patet , non adaptari
tradita in terminis aliarum municipalium ſanctionum ,
vt potè minoris efficaciæ,quam ſit dictum Ferrar.Statu-
tum , quod in hoc puncto efficaciſsimum nuncupatur à
Pigant. ad alleg.Rub.82.ſub num.42.verſic.et ſi opponere-
tur .

Et in omnem caſum eſt bene conſiderandum , num
tempore appoſiti conſtituti,mulier conſtitutaria fuerit
46 præſens,vel abſens , vt nunc , quia hoc poſteriori caſu
conſtitutum eſset nullius momenti, etiam interuenien-
te ſtipulatione Notarij non data poſtea abſentis ratifi-
catione re integra.Tuſch.litt.P, concl.406.n.44.Gratian.
diſcept.365.num.17.18. Martha clauſ.20.num.8.p.1.Poſt.
de manut.d.obſ.20.n.21.Ridolph.in prax.p.2.d.c.5.ſub nu.
61.caſ.30.Gamm.dec.Luſitan.383.n.2.Valaſc.conſult.55.
n.3.Barboſ.clauſ.31.n 38.Argel.de acq.poſseſs.q.13.n.44.
Merlin.de pign.et hypoth.lib.4.d.q.120.n.37.Rot.in diuerſ.
dec.320.n.2.lib.3.p.3.

47 In tantùm , vt ſi conſtituens moriatur ante ratifi-
cationem,& acceptationem conſtitutarij,vt in præſen-
ti,conſtitutum ipſum reſolutum dicatur . Merlin. d. qu.
120.num.38.Rot.coram Duran.dec.62. n.28.tom.1. et in
rec.dec.35.n.27.p.5.

Et ex prædictis omnibus , ſicuti liquet fundamenta
in contrarium allegata nullius eſse roboris , ita prior
concluſio ſuperius poſita , quod ex poſseſsione bono-
rum hæreditariorum cenſeatur inducta hæreditatis
aditio , imperturbabilis , & inconcuſsa in hoc caſu
48 remanet : quam , & in dubio fore admittendam præ-
monuit Poſt.d.reſol.28.num.34.ex Rot.in rec.dec.628.ſub
num.1.p.2.

Verùm adduntur alia,quibus probatur in dicto Bar-
49 tholomæo paternæ hæreditatis aditio ; & illud quidem
non eſt contemnendum , quod citatus vti hæres ſui pa-
tris in pluribus cauſis,lites ſemper ſuſtinuit ; vt egregiè
tradit

Digitized by Google

tradit Rot.cor.Gregor.dec.98.ſub num.4. verſic. probatur
50 inſuper, & dec.136.num.1.et dec.165.ſub num.2.& è conuerſo tamquam hæres huiuſmodi in iuditio egit, ex quo aditionem reſultare firmant. Aretin. conſ.136.in princ.Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.12.tit.12.num.13. Leoncil.dec.58.ſub num.3. Pigant. ad Stat. Ferrar.lib.2. Rub.7.ſub num.25.verſ.vel per actus in fin tom.1.Rot.cor. Buratt.dec.279.ſub n.5.6.tom.1.

51 At illud magis conuincit, quod ipſemet Bartholomæus exegit credita paterna: vndè aditionem patefieri cum talis exactio ſit actus, qui geri nequit citra ius, & nomen hæredis, non eſt dubitandum; ad l.pro hærede. §. Papianus.ff.de acq.hæred.Socin.conſ.55.nu.5.lib.4.Natta conſil.140.num.12.lib.1.Menoch.præſ.101.num.18.lib.4. Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.12.d.tit.12.num.14.Sabel.var.reſol.& reſponſ.c.99.ſub num.13. Pigant.ad Stat. Ferrar.d.Rub.7.ſub num.25.verſ. vel per actus in fin. Rot. in rec.dec.644.ſub num.3.par.4. & coram Buratt.d.deciſ. 279.ſub num.18.& ibi Add.litt.B; ſicuti, & ſi debita patris ſoluiſſet, idem foret dicendum. l.gerit. vbi D.D.ff. de petit.hæred. Rot. coram Merlin. deciſ.793. numer.5. tom.2.

52 Non obſtat, quod aditio hæreditatis ab animo pendeat.l.ſi aaia.C.de iur.delib.l.pro hærede.ff.de acq. hæred. Cyriac.contr.244.numer.35.Pigant.ad d. Rub.7. ſub num. 14.verſic.quia ſcilicet.Poſt.reſol.105.numer.25. Hodiern. contr.forenſ.cap.50.num.7. nouiſſimè Panimol. in Idea ſedan. iurg. forenſ. conſtit.26.num.5. Rot. in diu. deciſ.363. num.3.p.1.coram Pegn.dec.1541.num.6.& dec.1640.n.3. tom.2.

53 Ac ideò, ex repudiatione eiuſdem hæreditatis facta a Bartholomæo aditionem excludi.l.1.et l.ſicut. Cod.de repud.hæred.Corn.conſil.310.n.4.lib.3.Ruin.conſil.157.n.
54 3.lib.3.Rot.coram Pegn.d.dec.1541.n.2.quippè quia repudiatio, & aditio ſunt contraria, ac inuicem ſe collidunt.l.is poteſt.vbi D.D.ff.de acq.hæred. §. fin. Inſt. de hæred.qual.& differ.Gallerat.de renunt.lib.1.c.2.ſub num.2. tom.1.

55 In tantùm, vt concurrente expreſſa repudiatione cum actibus tacitis aditionis, proculdubio magis operetur illa, quam inferant iſti. arg. l. non numquam. ff.de condit.et demonſtr. Rot.in puncto coram Pegn.d.dec.1541. num.7.

Et in omnem caſum, vbi verſaremur in dubio poſſe eundem Bartholomæum declarare nunquid geſſerit actus animo adeundi hæreditatem, & eius declarationi eſſe ſtandum; ex traditis ſuprà numer.32. quibus nunc adde Honded.conſil.83.nu.99.lib.1.Valaſc.in prax. partit. cap.15.num.32.Randen.de analog. cap.25. numer.53.54. Rot.coram Greg.dec.460.num.13.et cor.Caualer.dec.452. ſub n.2.

Reſpondetur enim, quod ſtante præcedente aditione ex actibus ſuperius recenſitis reſultante, non obeſt
56 ſubſequens repudiatio, cum ſemel hæres non poſſit deſinere eſſe hæres.l.ei qui ſoluendo.ff.de hæred. inſtit. l. & ſi ſine.§.ſed quod Papianus. ff. de minor. Crauet. conſil.1. numer.6.Cephal.conſil.52.num.22.Surd.conſil.268. num. 57.Poſt.reſol.87. num.20.21. Cyriac. contr.46. numer.2. Hodiern.contr.forenſ.d.c.50.num.12.Rot. in rec. dec.466. num 3 p.4.tom.2.& dec.474.num.4.p.5.tom.2.cor. Merlin.dec.247.num.3.4.tom.1.cor.Buratt.dec.847. num.10. in Roman.ſeù Vrbeuet. pecun.27. Nouembr.1647. §. fin. coram Roias, & in Sulmon. benef.13. Martij 1650. §. nec obſtat, cor.Celſo, eſt poſt Toudut.de penſion.dec.72. num.7. vbi concordan.

57 Et repudiatio hæreditatis poſt aditionem, non admittitur, niſi ad repudiantis præiuditium, non autem alterius cui ex aditione iam fuit ius quæſitum. Crauet. conſ.24.num.6.verſic.amplius dico.Cyriac.d.contr.46. nu. 3.Rot.in rec.dec.115.ſub num.16.17.p.4.tom.2.et d. dec. 474.num.5.repetita coram Merlin.d.dec.247.num.5. et in d.Roman.ſeù Vrbeuet.pecun.27. Nouembr.1647. in fine, cor.Roias.

Ac declatationi Bartholomæi de non aditione nunc haud eſt deferendum, cum omnis ex prædictis excludatur ambiguitas circa ipſam aditionem, & propterea declaratione non egeamus, & facta tertio non noceat.Cyriac.contr.90.num.43.& ſeqq.Menoch.conſ.191. num.29. Rot.cor.Greg.dec.375.num.9.10.12.ego ipſe in colluct.28. n.48. ac eidem declarationi obſtat conclusio poſita hic ſuperius n.32.

58 Pariter non officit, quod Bartholomæus intendat ſe eximere ab obligationibus per aditionem hæreditatis contractis, ex eo, quod notoriè hæreditas non ſit ſoluẽdo, vel quod probauerit ad eũ nihil perueniſſe de corporibus hæreditarijs, vel quod ipſemet ſit creditor hypothecarius teſtatoris, ad contenta in l.ex ſextante.§.latinus.ff.de except.rei iudic.& tradita per Surd.conſ.7. numer.19.& ſeqq.lib.1.Pontirol.in reſponſ.pro Mambel. qu. 2.princ.artic.9.numer.443. Rot. in rec. deciſ.39.numer.5. par.6.

59 Etiamſi ipſe Bartholomæus hæreditatem abſque inuentarij beneficio agnouerit.Surd.d.conſil.7.nu.22. et dec.333.nu.16.Menoch.conſ.183.n.33.Phanuc. de inuent. p.7.n.41.Pontirol.d.art 9.n.444.

60 Quoniam prædicta omnia poſſunt duntaxat opponi contra fideicommiſſarios vniuerſales, non autem contra legatarios, & creditores particulares, inter quos eſt Simeona, de qua nunc agitur. Cuman. conſ.37. Surd. d. conſ.7.ſub num.23.et ſeqq.Gratian.diſcept.203.n.10.11.et ſeqq.tom.2.Pontirol.d.art.9.num.445.Rot. in rec. dec.39. n.6.p.6.et in Bitunt.cenſus 24.May 1647.§. quia cum pariter, verſ.licet aliud, cor.Cardin.Corrado.

61 Adeovt deficiente inuentario hæres teneatur legatarijs ipſis, & creditoribus de ſuo proprio vltrà vires hæreditatis. Rot. in Bonon. fideic.ſeù domus 30. April. 1646. et in Bonon. primogen.26. May 1656. §. hinc ceſſat. ad fin. coram Bichio Rubeus in Annot. ad Rot. in rec. dec.1.num.67.68. par.8. qui pro omnibus alij ſufficiat, et dixi in mea legal.colluct.21.numer.7. vbi concordantes adduxi.

Etiam de iure canonico, vt plenè probatur, vltra antiquiores, à Menoch.conſ.89. num.156. et ſeqq. tom.1. Fachin.contr.iur.lib.5.cap.23.Cancer.var. reſol. p.3. cap. 2.ſub num.71. Roland.de inuent.par.5. §. nunquid de iure canonico.Spin.de teſtam.gloſ.fin.ſub num.55.Andreol.contr.101.n.13.p.2.Rota in diu.dec.72.à num.40. vſque ad n. 57.vbi, latè examinato articulo, dicitur, hanc opinionem eſſe de iure veriſſimam, & magis communiter receptam, p.2.et in Bitunt.cenſ.24.May 1647. §. fin. coram Eminentiſs.Corrado.

Imò, cum eadem hypotheca propriorum quoquè bonorum, qua tenebatur defunctus, ſi cum omiſſione inuentarij defunctus ipſe obligauiſſet expreſſè, vel æquipollenter bona etiam ſuorum hæredum; & ſic ſi copulatiuè concurrant aditio hæreditatis ſine beneficio legis, & inuentarij, & obligatio expreſſa, ſiuè per æquipollens facta a defuncto de bonis hæredis; vt per Afflict.dec.200.Franch.dec.53.num.78. Mantic. de tacit. lib.11.tit.17.numer.9.Rot.in rec.deciſ.438. p.5. tom.2. & poſt Zacch.de oblig.Camer. dec.187. num.25.26. ac deciſ. 239.num.7.8. & in Roman. cenſ. ſeù Salu.5. Maij 1655. §.1.coram Cerro, et in Roman.ſeù Iannen. locor. Mont.17. Maij 1658. vbi pleniſſimè, et doctiſſimè, coram Priolo.

62 Ex hucuſquè congeſtis, de aditione paternæ hæreditatis facta a Bartholomæo, omnis mihi, vti arbitrio in cauſa electo, vna cum Excelentiſſimo D. Cæſare

Cintio I. C. Comaclen. dubitandi locus præcludebatur.

Sed pro parte eiuſdem Bartholomæi allato prædictæ hæreditatis certiſsimo ſtatu; & conſtito, nulla ab ipſo
62 fuiſse hæreditaria bona ſubtracta, propterquam ſolam ſubtractionem præſumptam erat condemnandus ad fauorẽ dictæ Simonæ creditricis, etiam vltra vires hęreditarias, & in ſuo proprio, tamquam hæres benefitio inuentarij deſtitutus, iuxtà rationem vnicè conſideratam, & traditam in *§. ſaucimus. Auth. de hæred. & falcid.* ac reportatam *à Natta conſil. 238. num. 9. Surd. dec. 316. num. 7. Leoncil dec. 8. ſub numer. 19. Salgad. in Labyrint. creditor. p. 2. cap. 1. numer. 7. 9. 12. Spin. de teſtam. gloſ. 35. princ. num. 50. & ſeqq. Redenaſc. conſil. 100. numer. 8. Rubeo in annot. ad Rot. in rec. d. dec. 1. numer. 67. 68. par. 8. Rot. ipſa coram Gregor. dec. 511. num. 29. in Roman. fidei. 28. Iun. 1647. §. quia cum Antonius, coram Arguelles, & in Bonon. fideicom. de Pancaldis 23. Ian. 1649. §. & cum coram Peutinger, & in Cæſenaten. bonorum 15. May 1651. §. non obſtat, quod doceatur, coram Albergat. nunc poſt Contr. diſcept. forenſ. dec. 81. num. 6. & dec. 112. ſub n. 3. to. 1. et alibi.*

Fuit aliter, relictis diſputationibus concluſum, ſecun-
63 dum frequentiorem ſententiam, qua ſtatuitur hæredem non beneficiatum haud teneri vltra hæreditarium patrimonium, ſi verè conſtet, vt nunc, alia non remanſiſſe in hæreditate bona, niſi ea, quæ ipſe aſserit, ex quo ceſsat præfata ſubtractionis præſumptio; ad *Cancer. var. reſol. p. 3. tit. de inuent. n. 114. Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 5. n. 47. to. 1. Gizzar. dec. 56. n. 5. 6. & ibi de Angelis, ſub num. 2. ac de m tri. n. 2. Marin. reſol. quotid. lib. 2. c. 11. n. 2. 3. Franch. contr. inter Epiſcopos, & Regulares p. 2. qu. 97. num. 3.*

64 Quam ſententiam ſine vlla hæſitatione obtinere maximè in foro conſcientiæ, vbi præſumptio legis ciuilis non attenditur, quando veritas illi repugnat, deducitur ex conglomeratis indiuidualiter *à D. D. in l. fin. C. de iur. deliber. Abb. in c. 1. num. 4. & ibi add. litt. A, de ſolut. Menoch. conſil. 37. num. 56. lib. 1. Graff. deciſ. moral. lib. 2. c. 10. num. 30. p. 1. Ala de aduoc. chriſtian. quæſt. 60. Bonac. de l. l. diſp. 1. q. 1. punct. 7. §. 3. num. 8. & de contr. diſput. 3. quæſt. 17 punct. 7. num. 3. tom. 2. Sanchez in ſumm. lib. 4. c. 15. nu. 37. Clauis Regia lib. 3. c. 7. num. 8. Suarez de l. l. lib. 3. c. 23. num. 9 Stephan. de contr. lib. 2. cap. 23. ſub numer. 5. verſic. probabilius tamen. Marin. d. c. 11. num. 4. Fachin. contr. iur. lib 6. cap. 24. vbi egregiè tom. 1. Leoncil. dec. 8. n. 19. 20.*

Et ita *ſub die 17. Marty 1661.* ſequuta fuit omnimoda de hac re inter partes prædictas determinatio.

Adiudicata eidem Bartholomæo tanta bonorum quantitate ex hæreditatibus Iuliæ, Ioannis Mariæ, & Matthæi de Pigantibus, vt pro credito ſuo anteriori tatione dotium maternarum ſufficeret.

Nec non, & pro expenſis vltimæ infirmitatis, ac fu-
65 neris paterni, de quarum priuilegijs hypothecæ, ac prælationis contra quoſcunque creditores anteriores habentes hypothecam, ſiuè tacitam, ſiuè expreſsam, etiam ex cauſa dotis, agunt *Roland. conſil. 14. numer. 20. & ſeqq. lib. 1. Carpan. ad Stat. Mediolan. c. 297. numer. 10. & ſeq. tom. 1. Caualcan. dec. 32. num. 3. et ſeqq. Surd. dec. 112. num. 3. & infrà dec. 255. num. 25. & ſeqq. Gratian. diſcept. 94. tom. 1. Garz. de expen. et melior. c. 8. num. 23. et ſeqq. Gait. de credit. cap. 4. quæſt. 11. ſub numer. 1909. verſic. ſe offert ſecundo vſquè ad num. 1934. Theſaur. q. q. forenſ. lib. 4. q. 24. Maſtril. dec. 10. p. 1. et dec. 203. p. 3. Neguſant. reſponſ. 98. Coſta de remed. ſubſid. remed. 83. & de portion. rata q. 73. Poſt. reſol. 103. vbi pulchrè, et plenè, et in Add. de ſubhaſt. inſp. 47. num. 7. 8. 9. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. q. 15. ac de pign. et hypoth. lib. 3. quæſt. 22. num. 4. et lib 4. quæſt. 17. vbi latiſſimè Oroz. de apicib. iur. ciuil. lib. 5. cap. 11. ſub num. 1. Amator. Rodr. de concurſ. creditor. p. 1. art. 31. Salgad. eod. tr. p. 3. c. 11. num. 88. Boſs. de dote c. 18. §. 4. q. 8. num. 87. et cap. 19. §. 2. num. 66. cum ſeqq. Rot. cor. Greg. dec. 421. num. 1. et ibi Beltramin. n. 14. et in rec. dec. 399. num. 16. p. 2. et poſt Zacch. de oblig. Camer. dec. 187. n. 20. et ſeqq. et poſt Merlin. de pign. dec. 33. nu. 22. et ſeqq. et dec. 137. num. 24. 35. et ſeqq.*

Cæteris dictarum hæreditatum bonis præfatæ Simeonæ pro ſuis pariter dotibus, præuia ſimiliter adiudicatione aſsignatis; ex rogitibus *D. D. Francisci Vitaly, et Franciſcotti Folei Notariorum Comaclenſium.*

COLLVCTATIO XLVIII.

ARGVMENTVM.

Mandatum de aſſociando cui ſit concedendum Præſcriptionis materia ex multis motiuis eam excludentibus percurritur, & latè examinatur, & dominij ſpecies latiſsimè perpenduntur.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de aſſociando conceditur habenti facultatem capiendi poſseſſionem propria auctoritate: nec non venditori habenti reſeruationem dominij ſuper re vendita, numer. 5. et relaxatur contra ſucceſsores, etiam ſingulares, num. 8. item habenti reſeruationem poſseſſionis, num. 108. vel clauſulam conſtituti aut pracary, num. 109.*

2 *Pactum manus iniectionis reſultat ex reſeruatione dominij ſuper re vendita; æquipollet facultati capiendi poſseſſionem propria auctoritate n. 3. quid ſit, ibid. poteſt exerceri contra ſingulares ſucceſsores, n. 7.*

4 *Pactum capiendi poſseſſionem propria auctoritate, tranſmittitur ſucceſsoribus, tam vniuerſalibus, quam ſingularibus, et exerceri poteſt aduerſus ſucceſsores debitoris ſingulares, n. 6.*

9 *Dominij et poſseſsionis reſeruatia ſuper re vendita, vſque ad integram pretij ſolutionem operatur, et venditio habeat naturam locationis: non operatur, niſi de dominio appareat, n. 68 declara vt n. 83.*

10 *Conductor non ſibi, ſed domino poſſidere dicitur: nequè præſcriptionem nanciſcitur ſuper re conducta, numero 12.*

11 *Præſcriptio etiam longiſsima, ſine poſseſsione non currit: non competit illi, qui alieno nomine poſſidet, numer. 12.*

13 *Scientia non præſumitur, ſed venit probanda probatur ſolis coniecturis n. 14.*

15 *Fides mala reſultat ex ſcientia rei alienæ in totum, vel in parte.*

16 *Præſcriptio longiſsimi quoquè temporis impeditur à mala fide; in tantum, vt ſucceſsores vniuerſales, nec etiam ex ſe ipſis poſsint pręſcribere, n. 17.*

18 *Bonorum appellatione venit etiam pecunia.*

19 *Dos regulariter non ſubiacet alienationi; nequè præſcriptioni, n. 20. 21.*

20 *Præſcriptio dicitur prohibita, ſi ſit prohibita alienatio.*

22 *Dotis, ſeù rerum dotalium dominium pro plena adminiſtratione dicitur eſse penes maritum.*

23 *Vxor non poteſt agere ad dotem promiſsam pro ea eius viro.*

24 *Præ-*

24 *Præſcriptio non currit, non valenti agere, & de ratione n. 25.26.*

25 *Præſcriptio eſt fundata in negligentia creditoris, qua circumſcripta non intrat.*

26 *Negligentia imputari non poteſt, non valenti, & impedito agere.*

27 *Præſcriptio rerum dotalium, non currit contra vxorem, conſtante matrimonio.*

28 *Præſcriptio non poteſt induci de iure canonico ſine titulo, & bona fide, etiam per longiſſimum temporis ſpatium, ſecus ſi adſit immemorabilis, n.29.*

30 *Immemorabiliſs tribuit meliorem titulum de mundo.*

31 *Dòminij reſeruatio operatur ad fauorem reſeruantis, vt ipſi ſpecialis hypotheca competat; & à reſeruante, non ſit abdicata poſſeſsio, n.38. & quod reſeruanti plura competant remedia de quibus n.40.*

32 *Alienatio bonorum ſpecialiter hypothecatorum, nequit fieri ipſa hypotheca durante.*

33 *Titulus nullus, & vitioſus eſt inſufficiens ad præſcribendum pro non titulo habetur, n.34. acquirens cum tali titulo, ſit poſſeſsor malæ fidei, n.35. quilibet titulus etiam coloratus, & putatiuus ſufficit ad præſcribendum, n.36. Declara n.37.*

39 *Præſcriptio non currit poſſidenti.*

40 *Manutentio competit locatori, & quatenus opus ſit reintegratio.*

41 *Præſcriptio contra ſucceſſionem competentem ex duobus capitibus non admittitur niſi diſtinctim quodlibet eorum ſit præſcriptum.*

42 *Præſcriptio vnius remedij, non affert ſecum præſcriptionem cuiuſuis alterius remedij competentis.*

43 *Præſcriptio non currit, ſed dormit durante minorili ætate illius, contra quem illa prætenditur induci.*

44 *Præſcriptio non poteſt initium ſumere, niſi à die, quo ſuit ceſſatum ab annua ſolutione.*

45 *Præſcriptio non includit ad eius complementum tempus motæ litis.*

46 *Præſcriptio requirit tempus ad illius complementum neceſſarium, ſine quo de ea non poteſt obijci, & idem tempus debet connumerari de momento ad momentum, numer.47.*

48 *Præſcriptionem alleganti incumbit onus eam probandi.*

49 *Acquirens ex contractu nullo, ob non ſeruatas ſolemnitates inito, eſt in mala fide.*

50 *Alienare vel ſacere actum, per quem deuenitur ad alienationem eſt idem.*

51 *Præſcriptio non obſtat prohibito alienare.*

52 *Dilatio ad ſoluendum regulariter datur ad conſulendum commoditati debitoris ſoluere debentis.*

53 *Stipulationes quando dicantur plures in conuentione annuæ diſtributæ ſolutionis.*

54 *Præſcriptiones quando plures requirantur contra idem creditum.*

55 *Reſtitutio in integrum competit aduerſus præſcriptionem, etiam quadragenariam ex capite probabilis ignorantiæ.*

56 *Ignorantia præſumitur in muliere in articulo iuris: & probanda à ſe ſundante in illa n.57. probatur iuramento, num.58.*

59 *Simeon Angelus Mazzantes cauſidicus in Romana Curia laudatur.*

60 *Præſcriptio eſt odioſiſſima, & iniqua: in dubio contra eam eſt iudicandum, & reſpondendum, n.61.*

62. *Præſcriptio ſilet, quando proceditur ſola ſacti veritate inſpecta.*

63 *Præſcriptionis virtutes, & effectus recenſentur, et numer. ſeqq.*

69 *Immiſsus ex Saluiano habet ſolam detentionem: non poteſt venire ad venditionem, neque ſubhaſtationem bonorum, n.97.98. declara n.99. et 101. habet poſſeſſionem, n.106.*

70 *Reſeruatio verificatur tantum circa ius competens, & reſeruabile.*

71 *Dominium aliud eſt proprietatis, aliud hypothecæ: verificatur reſpectu poſseſsionis vtilitatis, ac perceptionis fructuum, n.72. regulariter accipitur vti directum, n.75. reſtringitur iuxtà ſubiectam materiam, & ab ea declaratur, n.76.*

73 *Vſuſfructuarius dicitur impropriè habere dominium.*

74 *Detentor dicitur largo modo dominus.*

77 *Clauſula pleno iure operatur tranſlationem proprietatis, & vſufructus: reſtringitur ſecundum ſubiectam materiam, n.78.*

79 *Vendens rem alicuam ſub aſſertione ſalſa, quod ſit propria tenetur ad pretij reſtitutionem: ſi dicat rem venditam ad ſe* ſpectare, & pertinere, *& non habeat niſi hypothecam, detecto, quod non habeat dominium proprietatis, non tenetur ad pretij reſtitutionem, numer.82.*

80 *Verba* ſpectare, & pertinere *important dominium, verificantur ſecundum ſubiectam materiam in dominio hypothecæ, n.81.*

84 *Dominium verificatur ſecundum aliquam verborum ſignificationem.*

85 *Generalis diſpoſitio, generaliter eſt accipienda reſtringitur iuxtà ſubiectam materiam, n.86.*

87 *De dominio vtili intelligitur ad effectum, vt facta mentione de dominio actus, ſecundum propriam naturam ſuſtineatur.*

88 *A mente contrahentium pendet ſubſtantia contractuum, & eruitur, de quo dominio ſit actum, n.89.*

89 *De dominio improprio fuiſse actum eruitur à mente contrahentium.*

90 *Inſtrumenti publici verba clara, faciunt ceſsare argumenta, & coniecturas.*

91 *Dominium rei ſuæ quis amittit, accipiendo eam ſcienter, tanquam rem alienam.*

92 *Præſens alienationi rei ſuæ & tacens, ſibi non præiudicat ſic etiam ſi fuerit præſens inueſtitioni ſuæ rei, numer.93. aut legato de ea facto, num.94. aut alteri diſpoſitioni in vltima voluntate emiſſæ de ipſa re ſua, num.95. limita omnia, vt n.96.*

96 *Præſens, & tacens in præiuditialibus, ſi faciat aliquem actum poſitiuum reſpicientem approbationem, ſibi præiudicat, & dicitur conſentire.*

100 *Emptio rei propriæ non conſiſtit, ſiuè ſciens, ſiuè ignorans quis emerit. Limita vt n.102. n.104.*

103 *Hypothecaria poteſt intentari ab eo, qui obtinuit ſententiam in Saluiano.*

105 *Dominium rei venditæ poteſt ſibi venditor reſeruare, non perpetuò, ſed temporaliter, donec pretium fuerit integraliter ſolutum.*

107 *Manutentio competit immiſſo in vim Saluiani.*

109 *Conſtitutum, vel precarium operatur, vt liceat capere poſseſsionem propria auctoritate, & vt veniat decernendum mandatum de aſsociando.*

110 *Conſtitutum, vel præcarium ſi ſit appoſitum in genere ſuper omnibus bonis, nihil ſuffragatur: ſecus ſi ſit appoſitum ſuper omnibus bonis præſentibus, et futuris, num.111.*

112 *Hypothecæ ſpecialis reſeruatio ſola, non eſt ſufficiens ad obtinendum mandatum de aſsociando.*

Poſitis quattuor principalioribus concluſionibus.

Prima quarum reſpiciat conceſſionem petiti mandati de aſsociando.

Secunda deficientiam obiectę preſcriptionis preſeferat.

Tertia preſcriptionis ipſius, quatenus adeſse poſsit, profligationem contineat.

Quarta tandem defectum dominij oppoſiti pro retardatione dicti mandati omninò arceat.

Iſdemque concluſionibus diligenti examine perpenſis, omnis in hac cauſa dubitatio excitata penitiùs, ni fallor, eliminabitur.

CONCLVSIO PRIMA.

Mandatum petitum pro parte Illuſtriſsimo D. Comitiſſæ Blanchæ de aſſociando ad poſseſsionem bonorum, nunc detentorum à D. D. Iuliano, & fratribus de Bandis.

EST CONCEDENDVM.

1 QVia, cùm illud detur habenti facultatem capiendi poſseſsionem propria auctoritate. *Ruginel. de appell. §. 2. cap. 3. verb. poſseſsorium num. 702. Vbert. de modo citaud. in Roman. Cur. p. 3. formul. 7. §. qui igitur habet. Poſt. reſol. 122. num. 1. Redenaſc. conſ. 12. num. 13. lib. 4. contr. diſcept. forenſ. cauſ. 92. num. 18. tom. 1. Rot. poſt Cenc. de cenſib. dec. 542. num. 3. poſt Merlin. de pign. & hypoth. dec. 15. numer. 6. & dec. 105. num. 16. coram Buratt. dec. 887. ſub num. 4. 5. tom. 3. coram Duran. dec. 105. num. 2. coram Merlin. dec. 104. num. 6. & dec. 305. num. 3. tom. 1. & in rec. dec. 525. num. 6. p. 4. tom. 3. dec. 373. n. 26. p. 9. tom. 2. & in Roman. vineæ ad Aquam ſanctam 28. Ian. 1643. cor. Cerro, & in Roman. cenſ. 22. Maij 1648. §. ratio, cor. Ghiſiler. & in Roman. donation. 25. Maij. 1657. §. prætereà qualibet, cor. Veroſp. & in Bonon. fideic. de Amorin. 30. Maij 1659. §. fin. cor. Meltio.*

2 Vtiquè non poteſt denegari præfatæ D. Comitiſsæ, dum ad illius fauorem, mediante reſeruatione dominii, vſquè ad integralem ſatisfactionem pretii, alias in venditione, ſeù ceſsione bonorum modò pulſatorum facta ab olim Comitiſsa Vrſina illius matre, & auctrice, concurrit pactum manus iniectionis; ex *Venturin. conſil. 33. ſub num. 57. lib. 1. Gratian. diſcept. forenſ. c. 523. num. 15. tr. 3. & cap. 946. num 4. tom. 5. & dec. 13. nu. 1. Thomat. dec. 134. num. 2. tom. 2. Poſt. d. reſol. 122. num. 2. Aſſlict. deciſ. 338. num. 4. Merlin. de pign. & hypoth. lib. 4. q. 41. num. 54. Martha vot. 43. Antonel. de temp. legal. c. vlt. numer. 19. in fine lib. 4. Rot. penes Poſt. de ſubhaſt. dec. 153. ſub n. 7. verſ. & tanquam veri.*

3 Quod quidem pactum æquippollere facultati capiendi poſſeſſionem propria auctoritate ambigi nequit, cum ſit ius apprehendendæ, atquè abducendæ rei debitæ nulla iudicis auctoritate expectata; ad *tex. in l. ſed ſi hac. ff. de in ius vocand. et in l. penult. ff. de ſeruit. export. Scarder. in Lexicon. iur. verb. iniicere manum. Pratei in ſimili Lexicon. eod. verb. et verb. manus iniectio. Poſt. d. reſol. 122. numer. 3. confert Cenc. de cenſib. quæſt. 94. ſub n. 9. 10.*

4 Et propterea, ſicuti facultas prædicta capiendi poſſeſſionem propria auctoritate tranſmittitur ad ſucceſſores, & hæredes, tum vniuerſales. *Farinac. de furt. quæſt. 175. num. 190. Noal. de tranſmiſs. cap. 39. ſub numer. 25. Menoch. de adipiſc. remed. 5. num. 97. Mantic. de tacit. et ambig. conuent. lib. 11. tit. 5. num. 11. tom. 1. Merlin. de pign. et hypoth. lib. 4. q. 115. num. 7.* tum etiam ſingulares. *Tiraq. de retract. lignag. §. 26 gloſ. 1. num. 63. et ſeqq. Natta. conſil. 398. num. 1. Ruyn conſ. 192. num. 2. lib. 1. Menoch. d. remed. 5. num. 100. Farin. d. q. 175. num. 193. Merlin. d. qu. 115. num. 8. Cancer. var. reſol. p. 2. cap. 7. num. 108. Noal. de tranſmiſs. caſ. 39. num. 29. Carpan. ad Stat. Mediolan. c. 156. n. 20. tom. 1. Gillerat. de renunt. lib. 1. c. 4. num. 53. in fine. Olea de ceſs. iur. et action. tit. 6. q. 5. n. 18. Capyc. Latro dec. 16. à n. 42.*

Ita, cum illius vigore debeatur mandatum de aſsociando, vt dixi, iiſdem quoquè ſucceſsoribus, & ſic nunc D. Comiſsę Blanchæ debebitur vigore dictæ reſeruationis dominij; iam quod per prædicta eſt abſolutum,

5 concedi ipſum mandatum habenti eandem reſeruationem, provt & in puncto tradiderunt *Gratian. d. diſcept. 946. ante num. 4. et ſub num. 8. verſ. vndè ſicut. Poſt. d. reſ. 122. num. 4. Thomat. dec. 260. num. 1. tom. 2. Merlin. de pign. et hypoth. lib. 4. d. q. 41. nu. 56. vbi allegat Rot. in Roman. vineæ 14. Maij 1636. cor. Pirouano, quæ nunc eſt impreſſa apud Poſt. de ſubhaſt. d. dec. 153. num. 7. 15. adde et in Lauretan. prædij 16. Febr. 1637. §. et de iuſtitia, in fin. cor. Eminentiſs. Panzirol. eſt in rec. dec. 199. num. 5. p. 7. et in Lauretan. domus 14. Decembr. 1643. §. et ex his, verſ. et ex abundanti ſubſiſtit, cor. Bichio eſt poſt eund. Merlin. de pign. et hypoth. dec. 76. n. 13. repetita penes Poſt. in eod. tr. de ſubhaſt. dec. 185. ante n. 14. in Addit.*

6 Quod procedit, quamuis ſimiliter agatur contra ſingulares debitoris ſucceſsores, quales ſe eſſe aduerſarij profitentur; in tantum, vt aduerſus eos poſsit ne dum exerceri pactum ingrediendi poſseſsionem propria auctoritate; ad *Farin. de furt. d. q. 175. num. 193. Menoch. d. remed. 5. à num. 111. et ſub num. 140. Merlin. de pign. et hypoth. lib. 4. quæſt. 118. num. 3. vbi concordan.* itemque

7 pactum præfatum manus iniectionis. *Gratian. d. d. diſcept. 523. n. 15. et diſcept. 946. n. 4. Antonel. d. c. vlt. ſub n. 191. Poſt. reſol. 122. nu. 2. Rota apud ipſum Poſt. de ſubhaſt. d. dec. 153. n. 8.*

8 Sed, & ſucceſsiuè relaxari mandatum de aſsociando; ex *Rota poſt Cenc. de cenſib. dec. 149. n. 3. et dec. 150. n. 2. et poſt Merlin. de pign. et hypoth. d. dec. 105. n. 4. et cor. Duran. dec. 49. n. 7. tom. 1.*

CONCLVSIO SECVNDA.

Præſcriptio quadragenaria in oppoſitum allegata.

NON ADEST.

9 PRimò ratione bonorum, nunc pulſatorum; cum enim ex dicta reſeruatione dominij, & poſseſsionis eorum vſquè ad integram pretii ſolutionem venditio, ſeù ceſsio de illis facta Blondo habuerit naturam locationis. *Alex. conſ. 121. numer. 2. et ſeqq. lib. 5. Scacc. de commerc. et camb. §. 1. quæſt. 7. p. 2. ampl. 8. ſub numer. 164. vbi concordan. Merend. de contract. nundin. cap. 15. numer. 17. Carlenal. de iudic. lib. 1. tit. 3. diſput. 8. ſect. 5. numer. 56. tom. 2. Fachin. contr. iur. lib. 2. c. 32. in fin. benè, et nouiſsimè modern. Ferrar. diſcept. forenſ. cauſ. 96. num. 8. vbi concordan. tom. 1. Magon. dec. Florent. 91. num. 8. et dec. 92. num. 12. Sperel. dec. 119. num. 7. et ſub num. 8. tom. 2. Surd. dec. 157. num. 3. et dec. 305. num. 39. Cyriac. contr. 164. num. 8. et contr. 63. 79. num. 1. et contr. 425. numer. 62. Gratian. diſcept. 123. num. 13. Siluatic. iun. conſ. 31. num. 44. et ſeqq. Merlin. de pign. et hypoth. lib. 4. d. q. 41. num. 58. Rot. ibi poſt tr. dec. 76. num. 16. et dec. 146. numer. 12. et penes Poſt. de ſubhaſt. d. dec. 153. num. 1. et ſub num. 4. verſ. et per huiuſmodi, ac dec. 185. num. 14. et in rec. dec. 666. num. 117. p. 4. tom. 3. et dec. 128. nu. 2. 3. p. 8.* ſubindequè Blondus con-

10 ductor, cæterique eius ſucceſsores in ipſis bonis non acquiſiuerint poſſeſſionem, ex quo non ſibi, ſed domino poſſidere dicebantur, ad *l. ſi id quod. §. et per colonos. l. qui vniuerſas. §. quod per colonum. ff. de acq. poſseſs. D. D. in l. 1. C. de comm. vſucap. Niger. de Landem. quæſt. 40. art. 12. n. 15. tom. 1. Merlin. de pign. d. q. 41. ſub num. 58. verſ. ex quo fit. Rota apud Poſt. de ſubhaſt. d. dec. 153. numer. 6. et in rec. dec. 208. num. 2. p. 2. dec. 169. num. 9. p. 4. tom. 2. deciſ. 513. n. 8. ead. p. 4. to. 3. dec. 613. num. 34. p. 5. tom. 2. dec. 64. nu. 7. par. 7. dec. 89. numer. 7. par. 9. tom. 2. coram Coccin. deciſ.*

361. n.

Digitized by Google

361.num.3.coram Caualer.dec.474.num.5.et cor. Otthob.
dec.80.n.5.

Sequitur, nequè Blondum, nec minus quoſuis illius
ſucceſſores potuiſse ſuper iiſdem bonis nanciſci præ-
11 ſcriptionem,quippè quæ etiam longiſsima,ſine poſseſ-
ſione non currit.§.1.Inſt.de vſucap.l.3.ff.eod.tit. cap. ſine
poſſeſſione de reg.iur.in 6.Cyriac.contr.178.num.5. tom.1.
Thomat.dec.298.ſub num.16.tom.2..Andreol. contr.372.
num.30.p.5.Monach.dec.Lucenſ.14.num.36.Boer.dec.55.
num.6.Larrea alleg.fiſc.16.num.13.6.11.par.1.Rot.in rec.
dec.144.num.4.p.3.& dec.372.num.12.p.4.tom.2.& de-
ciſ.265.num.6.p.5.& dec.591.num.20.ead.p.5.tom.2.&
dec.23.num.5.p.6.& deciſ.71.num.12.p.8.& cor. Otthobon.dec.175.n.14.& apud Poſt. de ſubhaſt. dec.216. n.26.
in Addit.

12 Et præciſim,huiuſmodi conductores,cæteroſue alie-
no nomine poſsidentes, non poſse ſibi ipſis comparare
præſcriptionem,eſt tex.magiſtralis in l.malè agitur.C.de
præſcript.30.ann.l.ſi quis conductionis . ff. de locat. & tra-
dunt Gratian.diſcept.779.num.20.to.4. Antonel. de temp.
legal.lib.2.c.67.num.76.77.Iordan.Elucubrat. diuerſ. lib.
14.tit.24.n.138.& ſeqq.tom.3.Caſtil.de tertijs c.38.lib.7.
Larrea alleg.28.num.5.p.1.Rota in rec.dec.23.n.6.& ſeq.
par.6.

Secundò reſpectu D. D. de Bandis modo dicta bona
detinentium;ſi quidem non poteſt negari,quin Ioannes
Baptiſta eorum auctor ſciuerit,bona , de quibus agitur
ſpectaſse per modum iam dictum ad D.Comitiſsam ,
deducendo huiuſmodi ſcientiam,iam quod non præſu-
13 mitur,ſed venit probanda.l.verius . ff. de probat. Rot. in
rec.dec.130.num.25.p.6.& dec.151.num.5.p.8.& coram
Cardin.Otthobon.dec.51.num.7.& coram Pegn.dec.1018.
num.4.tom.2. tum ex mandato vſquè ſub die 16. Octobr.
1629. in illius perſonam pro fructibus exigendis facto ,
& acceptato;tum ex litteris eiuſdem ſub diebus 17.Febr.
& 5.Maij 1630.quibus fatetur,ſe incumbere expeditio-
ni cauſæ promotæ , ad inſtantiam D. Comitiſsæ contra
14 hæredes Fabritij Blondi , cum probatio ſcientiæ ſolis
etiam coniecturis contentetur.Rot.in rec.dec.153. n.15.
& dec.193.n.23.24.p.8.& cor.Buratt.dec.658.num.4.&
cor.Otthobon.dec.269.n.11.12.et cor.Pegn. dec.887.n.3.
tom.2.& apud Poſt.de ſubhaſt.dec.165.n.8. et dec.232.n.
3.in Addit.

Succeſſiuequè , eundem Io: Baptiſtam fuiſse in mala
15 fide poſitiua reſultante ex ſcientia rei alienæ in totum ,
vel in partem.l.ex diuerſo.§.1.ff.de rei vendic.l.fin.C. vn-
de vi.c.ſi diligenti de præſcript. Balb. de præſcr.2. p.3. par.
prin.q.2.ſub num.1.verſ.malæ fidei.Mel.alleg.67.num.26.
Et ſalarium procuratori ſimpliciter conſtituto, deberi etiam ſi nihil egerit, dummodò per eum non ſteterit, quin operam ſuam præſtaret, & fuerit paratus illam in tempore conuento exhibere, nequeat dubitari, iuxta ſancita in *tex. l. qui operas. ff. locat. & tradita à Natt. conſil. 452. num. 2. Noguerol. alleg. 33. n. 64. 65. Vrſell. conſ. 60. num. 22. 23. Zacch. de Salar. p. 1. q. 22. numer. 8. 9. & per tot. ac p. 2. quæſt. 82. num. 31. & ſeqq. Add. ad Buratt. deciſ. 79. num. 12. Rot. poſt controu. diſcept. forenſ. tom. 1. dec. 168. n. 4. & in diu. dec. 839. p. 4. & in rec. deciſ. 330. n. 2. 3. p. 1.*

5 Et etiamſi ſalarium nõ ſit conuentum, ſi Procurator ſit ſolitus locare operas ſuas pro mercede; ad *D. D. in l. 1. C. mandat. Natt. conſil. 376. num. 3. Menoch. conſil. 228. num. 21. lib. 3. Golin. de procur. p. 4. c. 5. num. 26. Zacch. de Salar. q. 82. numer. 2. vbi concordan. adde Fontanel. d. dec. 276. n. 10. Nicolium in Lucubrat. iuris canon. lib. 1. tit. 38. n. 17. tom. 2.*

Ac quidem ab eo, qui eundem procuratorem elegit, conſtituit, & deputauit, licet cauſa ad alios ſpectaret; iuxta notata *à Nicolio in loco ſuperius alleg. ad mentem Sacr. Congreg. Epiſcop. 12. Auguſti 1650.*

6 Vigente maximè conſuetudine ſoluendi idem ſalarium procuratori, & ſi non conuentum, quam in hac Ciuitate Comacli eſse notoriam omnes admittunt. *Gratian. diſcept. 257. n. 35. et ſeqq. Gail. obſ. 44. n. 3. 4. lib. 1. Milanen. dec. 5. n. 26. lib. 1. Muta dec. 66. n. 11. Zacch. d. qu. 82. n. 3. et ſeqq. Rot. cor. Caualer. dec. 416. n. 1. et cor. Coccin. dec. 256. n. 2.*

Dummodo procurator ipſe non ſit alicui obnoxius exceptioni, per quam officium exercere nequeat, vt puta ſi habeatur pro reo criminis, nam tunc *defenſionem cauſæ ſuſcipere non poſse antequam purget innocentiam ſuam, incognitum non eſt*; ex verbis *l. reum criminis 6. Cod.*
7 *de procurat.* ſuper qua publicam habui relectionem *de anno 1648. die 10. Ianuar.* tempore, quo doctoratus lauream in ampliſs. Colleg. Cæſenat. aſsequutus fui; *promo-*
8 *uente Excellentiſs. Domino, ac Præceptore meo præſtantiſſimo D. Fabritio Guiduccio Cæſenate Sacr. Theolog. et I. V. Doctore, ac in Patrio ſtudio lectore acutiſſimo, atque celeberrimo, quem virtutum omnium acies, maximoperè colluſtrans, inocciduoque æternitatis iubare præclariſſimum eius nomen condecorans, inuita morte immortalem vndequaque conſtituit.*

9 Vltra quam quod præfata concluſio denegans curatori ſalarium patitur aduerſam conſuetudinem, hic in iſtis terminis vigentem, qua induci potuit, ſalarium fore curatori ſoluendum. *Caſtr. conſ. 374. ſub num. 1. vol. 2. Baez. de decim. tut. c. 1. n. 33. Cabal. conſ. dec. 40. ſub n. 4. co. 2. Menoch. d. conſ. 228. n. 51. et ſeqq. Zacch. de Salar. d. qu. 87. n. 29.*

Accedente præſertim iuſta cauſa, propter quam æquitas, & ratio ſuadeat idem ſalarium curatori ſolui, iuxta arbitrium Iudicis, qui tunc illud poterit, procura adminiſtranda rectè conſtituere. *l. à tutoribus. §. fin. vbi D. D. ff. de adm. tut. Menoch. de arbitr. d. caſ. 512. numer. 7. Garz de expenſ. c. 20. num. 13. Zacch. d. q. 87. n. 6. et nu. 17. vbi concordan.*

10 Dixi pro cura adminiſtranda, vt indè innuerem, non poſse ſalarium curatori conſtitui, etiam iuſta concurrente cauſa, pro cura iam adminiſtrata; ad *l. qui mutua. §. ſalarium. ff. mandat. l. ſalarium. C. eod. Menoch. de arbitr. d. caſ. 512. num. 1. Franch. dec. 122. num. 1. 2. Vin. deciſ. 41. ſub n. 4. Monter. dec. 29. Zacch. de Salar. in ſæpè alleg. q. 87. n. 17. et ſeqq.*

Et vti alias dicebam in quadam cauſa, motiuando, quod curatori ad litem, qui in principio curæ ab eo ſuſceptæ ſpreuerat praxim communem petendi ſibi prouideri de ſalario, non debebat ſolui pro tempore tranſacto idem ſalarium, vti non petitum, neque conſtitutum, etiam cura adminiſtrata; dum enim illud non petijt, præſumitur gratis curam adminiſtrare voluiſse,
11 ex eo, quod ſi quis ſe ingerat ad exercendum officium gratuitum, quale eſt iſtud, hoc ipſo tacitè videtur aſserere, ſe pro illo exercitio nullum ſalarium, ſeù mercedem

Digitized by Google

dem pretendere.*l.ſed an vltro.ff.de negot.geſt.Alex.conſ.
109.num.1.2.lib.6.Menoch.conſ.228.num.6.lib.3.Zacch.de Salar.d.q.87.num.18.Michalor.de fratrib.p.3.d.c.
44.num.18.*

His præſuppoſitis.

12 Affero diſpoſitionem ſtatutariam *in d. Rub.8. ad fin.*
ità ſe habentem: *Quovſque tamen comparuerit tutor, vel
curator ſpecialis, & eius officium durauerit, ſatisfieri eidem
debeat de mercede ſua per eum, qui ipſum dari inſteterit.*

Et duo ſignanter colligenda cenſeo.

Primum, quod circumſcripta inſtantia pro datione
curatoris, Statutum præfatum nihil circa dicti Salarij
13 ſolutionem diſponit, & propterea tamquam caſus
omiſſus, ad terminos iuris communis, eſt reducendus.
*l.ſi vero.§.de viro.ff.ſolut.matr.l.commodiſſimè.ff.de liber.
& poſthum.Macerat.reſol.11.num.16.lib.2.Fontanel.dec.
5.num.2.& dec.240.n.18.& dec.283.n.19.tom.1.Giurb.
ad conſuet.Meſsan.cap.10.gloſ.1.p.1.nu.9.Rot. in rec. dec.
15.n.11.et dec.66.n.17.p.4.tom.2.& dec.515.n.3. ead.p.
4.tom.3.& dec.241.n.30.p.5. et dec.316. n.9.p.6.et dec.
110.n.25.p.7.et dec.152.n.17. p.8.*

Secundum, quod per inſtantem, eſt ſoluendum ſalarium illi curatori duntaxat, qui ad eius inſtantiam fuit
per minorem Iudici datus; ponderando vim dictionis
ipſum appoſitæ in verbis *d. Rub.*8. ſuperius recenſitis;
14 per quam vti perſonaliſſimam; ex *Bald.conſil.304.in
fine, vol.5. Menoch.conſil.647.nu.6. Gratian. diſcept.104.
nu.13. & diſcept.145. num.5. Barboſ.diction.177.num.5.
Rota cor.Buratt.dec.872.n.3.cor.Caualer. deciſ.340. n.2.
cor.Ottbobon.dec.1.num.39. & in Firman. primogenit.*10.
*Iannar.*1659. *§. præterquam enim in fin. cor. Veroſp.* non
15 tantùm demonſtratur perſona ad oculum. *Menoch.
conſ.705.num.30.& conſ.730.num.3.Surd.conſ.53. num.
11.Barboſ.d.diction.177.num.4.Rot.cor. Ottboben. d. dec.*
16 *1.num.39.* Et reſtringitur ad perſonam, ac perſonalitas
oſtenditur. *Menoch.conſ.390.num.12.& præſ.38. n.130.
lib.6.Barboſ.in alleg.diction.177.n.6. Rot.cor. Cardin. Se-*
17 *raph.dec.552.n.1.* verùm etiam datur excluſio omnimoda cuiuſuis alterius rei. *Barboſ.in loco ſæpè adduct.n.7.
Rot.in rec.dec.300.n.21. p.1. & cor. Cardin. Ottbobon. d.
dec.1.ſub eod.n 39.*

Atquè ita dimanat reſolutio dubij propoſiti.

Quoniam, cum ſupponatur pro parte minoris legitimè citati *ad dicendum an habeat curatorem, &c.* quam
18 citationem eſse neceſsariam ſuadetur ex eo, quod intendens agere aduersùs minorem, debet perquirere
verum curatorem, vt validè iudicium inſtituat. *Crauet.
conſ.225.ſub num.3.Gratian.diſcept.194. Pigant.ad Stat.
Ferrar.lib.2.d.Rub.8.n.21. Rota coram Cardin. Caualer.
dec.67.n.6.*

Adeovt vel Curatore vero non perquiſito, vel alio
eidem minori in defectum illius legitimè non decretato, taliter iudicium corruat, & ſit nullum. *Surd.dec.108.
n.1.Afflict.dec.366.num.7.Rot.in rec. dec.180. num.1.p.
8.coram Greg.dec.319.num.2. coram Emmentiſs. Ottbob.
dec.95.n.5.ac dec.155.num.18.& coram Duran.dec.142.
n.1.* vt prætextu contumaciæ ipſe minor reus condemnatus, neque ad refectionem expenſarum contumacialium teneatur, cum hinc indefenſum eum præſupponamus, & actor ſibi imputare debeat, quare non petierit
Curatorem eidem minori, ac illegitimè, & inualidè
contra eum proceſserit; ſecundum veriorem, & magis
communem ſententiam innixam *tex.in l.vlt.C.ſi aduerſ.
rem.iudic.in l.cum & minores, vbi D.D.C. eod. in l.acta.§.
fin.ff.de re iudic.in l.contra pupillum.C. qui leg.perſ. in l.1.
et in l. in cauſæ la 2.ff. de minorib. & de qua Adden. ad
Tholoſ.dec.330.Odd.de reſtit.in integr.q.68.art.2.n.15. p.
2. Natta conſil.17. numer.6. Theſaur. deciſ.9. per tot.
Marſil.ſing.377.* apud quos rationes etiam pro hac
parte validiſſimæ habentur.

In tantum, vt non ſit curandum de aliquibus contrarium reſpectu refectionis expenſarum contumacialium
firmantibus, vt apparet penes *Boer. dec.63. n.6. Tholoſ.
dec.329.Fauſtin.ad Pancirol.in prax.p.1.§.ſi vero, verſic.
ſolutis expenſis.fol.mihi 51.in princ.Fachin. contr. iur. lib.
8.c.104.repetit lib.10.c.2.et fortè alios.*

Cum iſti nec ſolido moueantur fundamento, & loquantur ſaltem quando minor fuit *rectè, & ritè* conuentus; vt obſeruat. *Fachin.d.c.104.§.ego ſanè*; & ita quando
minori fuit petitus, & datus curator; nam alias nec rectè, nec ritè potuit conueniri; ex *l.1.Cod. qui legit. & ex
DD.ſuperius* allegatis, addentibus, quod imò ſi idem minor, non fuiſset defenſus, adhuc iudicium euaſiſſet nullum, licet curatorem habuiſset; ad *l.cum, & minores.C.ſi
adu.rem indic.et videre eſt apud Ruin conſ.36. nu.4.lib.5.
Surd.d.dec.108.n.16.Rot.in rec.dec.406.n.6.p.4. et deciſ.
189.n.18.p.8.poſt Zacch.de oblig.Camer.dec.231.n.5.cor.
Cardin.Ottbobon.d.dec.95.n.7.*

Quod promptius eſt in Curijs huius Ducat. Ferrar.
admittendum, cum in illis receptum ſit, vel minori dari
Curatorem, vel datum citari; ex *Pigant.ad Stat. Ferrar.
lib.2.d.Rub.8.num.20.verſ. ſed in hoc tom.1.* ſicque ſileat
optio in aliquibus Tribunalibus data agenti de conueniendo, vel ipſum minorem adultum, ad legitimè comparendum, vel curatorem; vt per *Gratian. dec.73. Mandoſ.de minor.ætat.q.10.Ridolph.in prax.p.1.c.5. n.6.7.70.
et ſeqq.Vbert.de modo citand.p.1.form.17.Ferentil.ad Buratt.dec.440.num.9.Rot.poſt Mangil.de ſubhaſt. dec.96.n.
9.coram Andrea dec.29.num.10. et in rec. dec.674. num.
6.p.1.*

Cum, inquam, ſupponatur pro parte dicti minoris
fuiſse dictum, ipſum habere Curatorem, certè eidem curatori nullum eſt ab actore ſoluendum ſalarium.

Nam; ſi talis Curator ſit ſpecialis, vtiquè, cum deficiat inſtanria actoris pro datione, & deputatione ipſius
neceſsaria ad effectum, ne ſolutionem ſalarij actor eui-
19 tare poſsit, vt ſuprà dixi, ſicquè huiuſmodi qualitas requiſita a Statuto non verificetur, non poterit, reſpectu
eiuſdem ſalarij, eſse locum ipſimet Statuto. *Honded.
conſil.15.num.1.lib.1.Cyriac.contr.216. num.17.18. Vermigliol.conſil.379.n.7.Rota cor. Merlin.dec.698. nu.8. et
dec.866.numer.10. tom.2.cum alijs in mea legal.colluct.2.
num.47.*

Si verò huiuſmodi curator, quem dictum fuit habere
20 minorem ſit generalis, & tunc non conueniunt verba
præfati Statuti loquentis de curatore ſpeciali, & ſucceſſiue illius diſpoſitio non adaptatur. *l.4. §. toties. ff. de
damn.infect.Tuſch.litt.V.concl.89. Maceraten.reſol.9. n.
4.lib.3.Barboſ.axiom.222.n.33.vbi concordan.Rot.in rec.
dec.20.n.13.p.8.*

Dixi, minoris legitimè citati, vt obſeruarem, & præ-
21 ſupponerem, fuiſse in citatione ipſi minori tranſmiſsa,
ſeruata ea, quæ de iure communi, vbi deficeret ius particulare, requiri deduxerunt. *Vbert.de modo citand.in
Roman.Curia p.1.form.15.17.Ridolph.in prax.p.1.c.5. nu.
6.7.60.et ſeqq.Faber.in ſuo C.tit.de iudic.deſ.33.Ferentil.
ad Buratt. dec.440.ſub num.9.* itidemque fuiſse adim-
22 pleta, quæ ſanctiones noſtræ municipales diſpoſuere in
*Stat.Ferrar.lib.2.Rub.7.verſ.ſi verò pupillus, et ſeq. ac in
Rub.8.verſ.aducientes, quod in omni caſu; et vtrobique Pigant.illuc n.12.hic n.19.20.tom.1.*

Et quatenus dixi præfato curatori non eſse ab acto-
23 re ſoluendum ſalarium, non tamen firmare volui, idem
ſalarium haud debere ſolui a minore, cuius proprium
agitur negotium, cum contrarium deſumatur ex ponderatis in puncto *à Fontanel.d.dec.276.n.14.*

Et in terminis huiuſce quæſiti *ſcripſi alias, ac vt ſuprà*

de anno

Digitized by Google

de anno 1661. concluſi in vna Comaclen. ſalarij vertente inter Matthæum Folenm actorem; & Io: Baptiſtam Zarattinum minorem, ſeù eius curatorem reum conuentum, cor. Excellentiſs. Prætore Ciuitatis Comacli.

QVÆSITVM SECVNDVM.

An, & quando vſufructus bonorum aduentitiorum debeatur filio vxorato.

24 IAm conceditur, filium ſeorſum à Patre habitare; quod in omnem caſum, quando ſit verum, & quomodò probetur, poſſunt videri *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.263.num.2.3.tom.1.Pigant.ad Stat.Ferrar.lib.2.Rub. 8.num.12.tom.1.Fenzon ad Stat.Vrb.lib.1.cap.152.num. 102.Mauſon.de cauſ.execut.ampliat.10.num.61.Paſchal. de patr.poteſt.p.1.cap.6.num.126. et par.4. cap.10. num. 22.Ferentil.ad Buratt.dec.584.num.19.20.tom.2.Ricc. in prax.reſol.509.num.10.& ſeq.p.3.Antonel.de temp.legal. lib.2.c.74.num.10.Rota coram Gregor.dec.182.n.4. et ibi Add.n.9.*

Propterea, cum concedatur etiam, patrem, non præ-
ſtare huic filio alimenta, neque ea tradere paratum eſ-
25 ſe, contra naturalem ſanguinis claritatem, qua pater
tenetur alere filium.*l.ſi quis à liberis.§.ſi quis ex ijs. ff.de
liber.agnoſc.Nicol.in Lucubrat.ad Iuſt.ciuil.lib.1. tit.2. n.
4.tom.1.plenè Surd.de aliment.tit.1.qu.1.Rot.in rec. deciſ.
125.num.5.p.4.tom.2.et dec.607. num.43. tom.3.* quini-
26 mò filij vxorem, ſicquè ipſius patris nurum.*gloſ. in d. l.
ſi quis à liberis.§.non tantum, verb.onera.Iaſon.in l.ſi con-
ſtante, & ibi Ripa num.54.ad fin.Crot.n.160 ff.ſolut.matr.
Ruin.conſ.144.n.5.6.vol.5.Bero.conſ.52.n.1.lib.2. Natta
conſ.278.in princ.Becc.conſ.43.n.9.in fin. Couar. de ſponſ.
p.2.c.8.§.6.illat.3.Surd.de alimen.d.tit.1. q.38. vbi latè.
Coler.eod.tr,lib.1,c.2.n.29.& ſeqq.Caren. reſol.49. nu.1.
Nicol.d.tit.2.n.6.*

Oritur conſequens, quod Pater ipſe amittat vſumfructum dotis maternæ filio debitæ:

27 Etenim, cum huiuſmodi dos materna conſideretur, & ſit de bonis aduentitijs filij.*l.cum oportet.Cod. de bon. quæ liber.Michalor. de fratrib.p.1.c.3.numer.1.& c.6.ſub num.1.verſic.nam ſi per lineam.Nicol.in Lucubrat.ad Inſt. ciuil.lib.1.tit.9.numer.8. verſic. aduentitium eſt tom.1.*

28 Sequitur, quod licet pater habeat vſumfructum eorundem bonorum aduentitiorum filio reſeruata proprietate.*d.l.cum oportet, & l.fin.C.de bon. quæ liber. Gratian.diſcept.433.num.11.tom.3.Ricc.collect.221.Caſtil.de vſufruct.cap.3.num.2.& ſeqq.Paſchal.de patr.poteſt. p.1. c.3.num.31.& ſeq.Michalor.de fratrib.p.1.d.c.3.numer.2. Cenc.de cenſib.q.17.num.5.Peregr.dec.102.numer.1. Caren.reſol.101.num.1.Thomat.dec.163. numer.30. tom.2. Fontanel.de pact.nupt.clauſ 4.gloſ.7.par.3.num.10. Trentacinq.tit.de pecul.reſ.5.à numer.2.Giurb.ad conſuet.Meſſan.p.1.cap.7.gloſ.2.Virgil.de legit.perſon. c.4. à num.35. Solorzan.de Iur.Indiar.lib.2. cap.15. tom.2. Olea de ceſs. iur.& action.tit.2.quæſt.5.ſub num.16.Cutel.de donat. to. 2.diſcurſ.3.par.1.num.5.& ſeqq.Nicol.d.tit.9.n.8.verſic. vſufructus, & ſeq.Rot.in rec.dec.125.num.19.p.4. tom.2. & dec.455.n.16.p.5.tom.2.& dec.35.n.5.p.7.et dec.102. n.14.& dec.238.ante n.10.p.8.& cor.Merlin.dec.168. n. 16.tom.1.& cor.Buratt.dec.207.n.10.*

29 Sicque etiam vſumfructum ipſiuſmet dotis maternę. *l.1.C.de bon.matern.auth.vxore mortua. Cod. de ſecund. nupt.Poſt.reſol.55.num.55.56.Sabell.var.reſol.et reſponſ. c.2.num.2.Caren.reſol.50.n.6.Pigant.ad Stat. Ferrar. lib. 2.Rub.107.ſub num.66.verſic. ſanè interim, & ſub n.71. tom.1.Cyriac.contr.271.n.14.tom.2. Rot. cor. Cardin. Caualer.dec.442.num.4.& cor.Merlin. dec.126. ſub nu.39. & dec.308.n.6.tom.1.& in diu.dec.255.nu.5.p.4.& apud Poſt. de manut.dec.319. numer.13.& cor.Buratt.dec.57. num.2.*

30 Attamen idem vſufructus bonorum aduentitiorum ceſſat, quotieſcunque pater denegat, vt nunc alimenta filio, nec ex illo eſt paratus alere eum, quia ad hunc effectum ſaltem in conſequentiam ipſe vſusfructus patri conceditur. *Merlin.de pign.& hypoth.lib.3.tit.1.q.1.ſub nu.15.& ſeqq.Ricc.d.collect.221. limit.5.Faber in ſuo C. lib.6.tit.de bon.quæ liber.deff.13.Michalor.d.c.3.num.24. Caren.d.reſol.101.ſub numer.6. verſ. & hinc eſt in fine. Fontanel.de pact.nupt. clauſ.4.gloſ.7.p.3.ſub nu.13.verſ. contradicit tamen. tom.1.Rot. in rec.d.dec.125. nu.2.3.6. p.4.tom.2.*

Et ita vſufructus quoque dotis maternæ in hoc caſu
31 expiret; cum ratio vna, & eadem modo concurrat,
ſucceſſiueque ius idem veniat ſtatuendum. *l.illud. ff. ad
l.aquil.l.à Titio. ff.de furt.plenè Barboſ.axiom.197. à n.3.
32 vbi concordan.Rubeus ad Rot. in rec.dec.131.n.119. p.8.*
ac determinatio vna reſpiciens plura determinabilia,
ea pariſormiter determinet. *l. quamuis. C.de impub.&
al.l.Lucius.ff de vulg.& in pupill. ſubſtit.Gratian.diſcept.
70.n.39.Fuſar.de ſubſtit.q.257.nu.8.Fagnan.in c.cauſam.
ſub n.34. de elect. tom.1.latè Caſtil.contr.lib.5.p.2.c.97.à
num.4. Barboſ.axiom.69.n.6. Rot. in rec.deciſ.129. n.10.
p. 8.*

33 Et vt in puncto eiuſdem vſufructûs dotis maternæ, quem ita demum patri acquiri, ſi ex eo ſit paratus alere filium tradidit *Caren.d.reſol.50 n.6.*

34 Intelligendo tamen dictam principalem concluſionem vbi non adſit prohibitio, quod patri haud dictus
vſufructus acquiratur, quam admitti, nedum generaliter reſpectu bonorum aduentitiorum, eſt *tex. in Auth.
excipitur. C. de bon. quæ liber. & obſeruant Michalor.de
fratrib.p.1.d.c.3.num.25. Surd.conſ.116.nu.51. Giurb.ad
conſuet.Meſſan.c.7.gloſ.3.p.1.nu.20. Andreol.contr.224.
n.1.p.3.Rot.in rec.dec.102.n.16.p.8.* etiam tacitè factam
35 ex coniecturata diſponentis voluntate; ad *D. D. communiter in l.cũ filio fam. ff.de leg.1.Surd.d.conſ.116.n.51.
54.Boer.dec.193. Gabr.conſ.118.nu.12.lib.1.Trentacinq.
var.reſol. lib.1.tit.de pecul.reſol.4. ſub numer.4. Gratian.
diſcept.713.num.18 Giurb.ad conſuet.meſſan.c.7. gloſ.3.
num.20.21.Cutel.de donat. tom.1. diſcurſ. 3. p.1. num.9.
& ſeqq.*

36 Sed ſpetialiter reſpectu quoque dotis maternæ, defendunt, ac benè tuentur *Intrig. ſingul.225.num.1.lib.2, Franch.dec.161.num.3. Ricc.collect 221. verſ. ſed in hoc contingit. Trentacinq.d.reſol.4. nu.2.3.Thor. in compend. p.2.verb. prohibitio facta per teſtatorem. Gratian. dec.76. Bottilier. de ſucceſs. ab inteſt.c.3.theor.109.n.63. Maſtril. dec.59.Marin. reſol. quotid. lib.2.c.128 vbi vide. Rot. in rec.dec.104.n.7.p.5.& dec.102.n.17.p.7.& cor. Merlin. dec.308.n.7.tom 1.*

Ex eo, inſuper conſequens ſuperiùs deductum de amiſſione vſufructus dotis maternæ reſpectu patris confirmatur.

37 Quod & ſi filius, filiave familias non liberetur de iure ciuili per matrimonium à patria poteſtate. *l.1.& 2.C. de bon. quæ liber.l. ſi vxorem. vbi D.D. C. de condit. inter.l.§.filiusfam.l.marito.§.cæterum.l.patri.& l.Filiumfam.ff.ad. l.Iul.de adult.Tiraq. de l.l.connub. in princ.vbi multos dat concordantes, quibus addi poſſunt Roland. conſ. 68.n.6.lib.4.Trentacinq. var.reſol.lib.1.tit de patr.poteſt. reſol.1.num.1.& ſeqq.vol.1. Maur.de fideiuſs.p.2. princ. ſect.8.c.2.n.31.Paſch.de patr.poteſt.p.1.c.3.n.41.Sanchez de matrim.lib.7.diſp.82 ſub n.7. verſ. quia attento tom.2. Pigant.ad Stat.Ferrar.lib.2. Rub.9.nu.13.tom.1.& Rub. 138.n.13.tom.2.Boer.dec.197.n.1.Grammat.dec.54.n.4. Theſaur.dec.150.numer.7. Giurb. ad conſuet.Meſſan.c.3.*

gloſ.

Digitized by Google

gloſ.8.n.10. & ſeqq. p.1.Michalor de fratrib.p.1.c.3.n.9.
38 Adeo vt filius ipſe familias vxoratus. ob patriæ po-
teſtate perdurationem, nequeat teſtari de bonis, tam
profectitijs, quam aduentitijs, etiam cum conſenſu
patris; iuxta communem ſententiam, de qua *Alex.in l.
ſenium n.6.in fin.C.qui teſtam.fac.poſ.Iaſ.in l.fin.n.3.C. de
inoff.teſtam. Boer. conſil.34. ſub numer.1. Rum. conſil.24.
numer.11.lib.5.Couarr.in Rubeic. de teſtam. par.3.numer.
9.28. Vaſqu. de ſucceſs. creat. §.22. numer.9.10. Clar.§.
teſtamentum quæſt.18.num.2.Craſs.eod. §. qu.23.num.2.
Pigant.ad d.Rub.138.num.1. & ſeq. Galuan. de vſufruct.
c.9.10.Antonel.de temp.legal.lib.1.c.59.num.6. & lib.2.
c.5.ſub n.5.pleniſſimè Oroz.de apicib.iur.ciuil.lib.5. cap.6.
per tot.*
39 Nec filia familias nuptui tradita, viuente patre poſ-
ſit teſtari pariter de ſua dote, tam profectitia, quàm
aduentitia, propter idem motiuum poteſtatis paternæ,
ex communi opinione adducta ab *Alex.in d. l. ſenium,
num.3.Dilect.de arte teſtam.tit.1.cau.1. Roland. d. conſil.
68.num.7.lib.4.Craſs.d.§.teſtamentum eod. q.23. num.3.
Giachar.ad Clar.d.§.teſtamentum q.5.litt.C, Cephal.conſ.
256.Theſaur.d.dec.150.n.5.et ſeq. Pigant. ad Stat. Ferr.
lib.2.d.Rub.138.n.14.*
40 Præterquàm ad pias cauſas, & inter agnatos, ſiuè his
deficientibus cognatos, quorum fauore, poſse filium,
filiamuè familias maiorem annis decem, & octo de bo-
nis aduentitijs, ac dote reſpectiuè, ſecundùm benepla-
citum voluntatis teſtari, habemus municipalem ſan-
ctionem in *Stat.Ferr.lib.2.Rub.138.vbi plenè Pigant.qui
n.7.comprobat*, hoc ſanè eſse intelligendum ſine patris
conſenſu.
Quidquid in contrarium de iure communi ſtatuatur;
quo inſpecto, non poſſe filium, filiamuè familias abſquè
conſenſu paterno teſtari ad cauſas quoquè pias eruitur
*à c.licet extr.de ſepult.Tiraq.de priuil.piæ cauſæ priuil.78.
num.8.Craſs.§.teſtamentum q.17.num.12.Spin.de teſtam.
in gloſ.Rubr.p.4.num.11.Ricc. in prax. dec.668. n.1. Vin.
opinion.302.Gratian. diſcept.79. num.19. & diſcept.820.
n.10.Faber.in C.lib.1.tit.defin.40.Andreol.contr.356. nu.
21.p.5.Pigant.ad d.Rub.138.ſub num.7.Rot.cor. Caualer.
dec.570.n.2.*
41 Hinc deſumendo intellectum eorum, quæ tradidit
ipſe *Pigant.ad Stat.Ferrar.lib.2.Rub.107. ſub numer.61.*
42 vbi obſeruat, vxorem poſse diſponere, & teſtari de to-
ta dote ad fauorem mariti, ſecundùm generaliter nota-
ta per *Cagnol.in l.fin.num.99.C. de pact. Roland. conſ.10.
num.50.51.lib.1.Rimin.iun. conſ.311.n.6.lib.3. Theſaur.
dec.34.*
43 Cum illa procedere duntaxat reſpectu vxoris libera-
tæ a patria poteſtate; ſecus verò eadem poteſtate vi-
gente non dubitatur.
Niſi fortaſsè conſenſus patris accederet per modum
44 permiſsum *à dicta Rub.128.in fin.* vbi Statuitur, quod
filia familias in alijs cauſis non pijs poſsit diſponere, &
teſtari de conſenſu patris tantummodò, quem tamen
inſtituere non poſsit; ac poſt *Rimin.iun. conſil.460. &
conſ.565. numer.5. agnouit Pigant. ad eand. Rub.128.
num.9.*
45 Reſtringendo vlterius talem conſenſum, quoad do-
tem aduentitiam ſolummodò ex eo, quod nequit filia-
familias teſtari ad pias cauſas, niſi de huiuſmodi dote
aduentitia, in terminis præfati Statuti, iuxtà in puncto
firmata latè a *Cephal.conſil.256.num.40.& ſeqq.& per
tot.*& ſic neceſsariò nec dictus conſenſus patris poterit
accedere teſtamento concedendo per filiam in alijs
cauſis non pijs, niſi reſpectu præfatæ dotis aduentitiæ
cum idem conſenſus poſtmodum permittatur a Statu-
to præuia dictione *autem ibi in alijs autem cauſis*, quæ
46 repetitiua omnium qualitatum præcedentium, & reti-
net eoſdem terminos, in quibus loquitur præcedens
oratio.*Cened.ſing.7.num.6.Crauet.conſil.208.nu.5. Corn.
conſ.286.ſub num.10.Pariſ.conſ.111.nu.27. vol.1. Aemi-
lian.conſil.35.num.2.Bero.conſ.128.num.19.vol.3.Rimin.
iun.conſ.487.ſub num.62.& conſil.672. num.21 Peregr.
conſil.4.num.19.lib.2. Surd. dec.210. num.16. Barboſ. de
dict. vſufreq.diction.47.num.4 & ſeqq.Cyriac.contr.400.
num.121.& ſeq.tom.2.Rot.poſt Merlin.de legit. dec.175.
num.6.& dec.179.num.2.& coram Merlin.dec.669. nu.
10.tom.2.& coram Buratt. dec.215. num.2. & dec.863.
num.7.*
47 Nihilominus, ſicuti eadem patriá poteſtas, poteſt
per conſuetudinem tolli ex *Io:Fabr.in l.1.C. de bon. ma-
tern.& in l.non ſine.C.de bon.quæ liber.Boer. d. deciſ.197.
ſub num.2.verſ.& ſimiliter. Michalor. de fratrib.p.1.c.3.
num.10.*
48 Itá, ipſam patriam poteſtatem fuiſse ſublatam erga
filios, filiaſvè familias per matrimonium, ex generali
conſuetudine introducta, & obſeruata apud Italos, Gal-
los, Hiſpanos, Germanos, & alias, animaduerterunt *Ti-
raq.de ll.connub.gloſ.1.p.1. num.3. & ſeqq. Trentacinq.
var.reſol.d.tit.de patr.poteſt.reſ.1.ſub num.2.3.Paſchal.de
patr.poteſt.p.1.c.3.num.42.& ſeqq.Maur.de fideiuſs.p.2.
princ.ſect.8.cap 2.ſub num.31.verſ.hoc tamen. Giurb. ad
conſuet.Meſs.in.c.3.gloſ.8.num.10.p.1.Pigant.ad Stat.Fer-
rar.lib.2.Rub.8.num.14.in fin. & Rub.9. ſub n.13.tom.1.
Cutel.de donat.diſcurſ.1.ſpect.5.ſub n.11.verſ.quarto quia
tom.2.*
Idcircò, cum filius, de quo agitur duxerit vxorem, &
in matrimonio reperiatur collocatus, fateri eſt neceſse,
eundem eſse liberatum, & exemptum a patria poteſta-
te ex vi antedictæ conſuetudinis, & ſucceſsiuè patrem
amittere pro tempore futuro vſumfructum bonorum
49 aduentitiorum ipſius filij, cum ceſsante patria poteſta-
te, ob quam idem vſufructus debetur.*l.1.C. de bon. ma-
tern.l.cum oportet. Cod. de bon.quæ liber.§.igitur.Inſt.per
quas perſonas nob.acquir. Caſtil. de vſufructu c.3. num.8.
Fontanel.de pact.nupt.clauſ.4.gloſ.7.p.3. num.11. tom.1.
Fachin.contr.iur.lib.6.c.35.§.ſecundo nam certum tom.1.
Michalor.de fratrib.p.1.d. cap.3.ſub num.11.* ceſsare de-
50 beat, & effectus illius; ſecundum *vulg. axiom. iuris*, de
quo in *c.cum ceſsante de appellat.l.ſi pater.ff.de hæred. in-
ſtit.l.cum à te.C.de pact. inter empt. Thomaſet. in floribus
ll.reg.71.& reg.271. Barboſ. axiom.40. num.4. vbi con-
cordan. Rot. in rec.deciſ.25.num.18.p.4.tom.2.*
51 Et non obſtat, idem axioma limitari, quando effe-
ctus eſt iam conſumatus, & perfectus.*l.fin.in princ.ff.vn-
dè liber.l.ſancimus.C.de adminiſtr.tut.Tiraq. in tract. ceſ-
ſante cauſa limit.12.num.2.Valaſc.conſult.57.num.1.Surd.
conſ.250 num.24 Mangil.de imput.q.101.num.15. Giurb.
ad conſuet.Meſsan.c.7.gloſ.2.num.6.p.1.Barboſ.d. axiom.
40.num.21.vbi alios adnectit. Cyriac. contr.75. numer.16.
tom.1.*
Ideoquè, cum effectus patriæ poteſtatis fuerit in hoc
iam perfectus, ob acquiſitionem præfati vſufructus,
nequeat modò officere, ipſam patriam poteſtatem ex
52 vi deductæ conſuetudinis per matrimonium filiorum,
ceſsare, cum ea, quę ſemel vtiliter ſunt conſtituta du-
rent, licet caſus euenerit, a quo initium habere non po-
tuerint.*l.non eſt nouum. ff. de reg. iur. c.factum legitimè,
eod.tit.in 6.Tiraq.in tr. ceſsante cauſa limit.12. ſub n.15.*
53 & ſubindè ſit neceſse concedere, imò eundem vſum-
fructum ad fauorem patris vigere, vt dixerunt indiui-
dualiter *Anna alleg.33.Boer.dec.197.n.5.Trentacinq. d.
reſol.1.ſub n.3.verſ.quæritur primo.Michalor.d.c.3. n.9. et
ſub n.11.ac ſeq.*
54 Atque hoc videamus, quod & ſi per mortem filij,
eadem poteſtas patria reſoluatur, & ceſse t. §. *ſi vero.
Inſt.quib.mod.iuſ.patr.poteſt. Medic. in tr. mors omnia ſol-
uit.*

Digitized by Google

55 *uit. p. 2. concl. 76.* adhuc tamen dictus vſufructus bono-
rum aduentitiorum perduret ad fauorem patris viuen-
tis. *l. fin. C. ad Tertyl. l. 2. C. de vſufruct. Pinel. in l. 1. p. 1. nu.*
42. C. de bon. matern. Surd. conſ. 116. num. 46. Pignatel. con-
tr. 29. num. 1. & ſeqq. tom. 1. Bottilier. de ſucceſs. ab inteſt.
theor. 109. num. 65. Gratian. diſcept. 781. num. 49. tom. 4.
Caſtil. de vſufruct. c. 3. num. 44. 45. Aſcan. de patr. poteſt. eff.
3. num. 36. amp. 6. Paſchal. eod. tr. p. 1. c. 3. num. 6. Michalor.
de fratrib. p. 1. d. cap. 3. num. 15. Maſſin. de confiſc. quæſt. 4.
num. 24. Marin. reſol. quotid. lib. 1. c. 365. num. 3. 6. Rot. poſt
Pacific. de Salu. interd. dec. 91. 13. & in rec. dec. 600. num.
1. p. 1. & dec. 596. num. 10. p. 2. & deciſ. 620. in fin. par. 3.
& deciſ. 104. num. 3. p. 5. & coram Merlin. deciſ. 308. num.
4. tom. 1.
56 Quoniam reſpondetur, limitationem ad dictum
axioma allatam non poſse in hac materia, & quæſtione
locum habere, ne alias, inter cætera abſurda, reſultet
deſtructio *l. cum oportet. §. cum autem. C. de bon. quæ liber.*
57 vbi ſancitur, patrem non retinere antedictum vſum-
fructum, ſequuta filij emancipatione, quod non eſset
verum, ſi dicta limitatio attendenda foret, cum tunc
oporteret fateri, eundem vſumfructum penes patrem
remanere, non obſtante emancipatione, cum iam effe-
ctus acquiſitionis illius fuerit perfectus, & conſumatus,
vt de ſe patet, ac in punctualibus terminis ponderatur
à Fachin. controuerſ. iur. lib. 6 d. cap. 35. in fine.
58 Præterquamquod, eadem limitatio intelligenda ve-
nit, vt non ceſſet effectus iam conſumatus pro tempore
præterito, ſed benè ceſset pro tempore futuro, ſi effe-
ctus ſit ſucceſſiuus, per *l. tutelas. ff. de capit. dimin. l. ſi quis*
hæredem. C. de inſtit. & ſubſtit. Bald. in c. quemadmodum
col. 2. verſ. circa tacitas conditiones de iureiur. Tiraq. in d.
tr. ceſſante cauſ. limit. 12. num. 24. & limit. 23. num. 8. &
ſeqq.
Effectum autem acquiſitionis vſusfructus bonorum
aduētitiorum, ex vi patriæ poteſtatis eſſe ſucceſſiuum,
59 non ambigitur, cum ad differentiam proprietatis, quæ
ſemel acquiritur, & cuius eſt perfecta acquiſitio ſtatim
ac res agnoſcitur. *Bellon. de iure accreſc. c. 7. q. 59. numer.*
116. verſ. at in proprietate, & ſub num. 118. tom. 2. nouiſ-
ſimè Oroz. de apicib. iur. lib. 2. cap. 13. ſub numer. 10. talis
60 vſusfructus non ſemel acquiratur, ſed quotidiè, & per
ſucceſsiua tempora, ita vt quot ſunt anni, menſes, dies,
imò horæ, quibus quis vtitur, ac fruitur, tot cenſeantur
acquiſitiones pendentes ex facto illius, nempè ex quo-
tidiana eius perceptione, conſiderata ſubindè veluti
ſucceſsiua; vt declarant. *Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſ.*
159. ſub num. 21. Bellon. de iure accreſc. d. c. 7. q. 59. n. 110.
& ſub num. 118. Oroz. de apicib. iur. lib. 2. d. c. 13. ſub n. 9.
et lib. 5. c. 2. ſub n. 4.
Et conſequenter eſt dicendum, limitationem illam
non applicari, reſpectu vſusfructus, de quo loquimur, in
tempore futuro producendi.
Non enim vlterius eſt verum, effectum acquiſitionis
præfati vſusfructus eſse conſumatum, etiam quoad
61 tempus futurum, nam licet vſusfructus ſit acquiſitus
pro tempore præterito, non tamen cenſetur acquiſitus
pro futuro, *ex Bellon. d. c. 7. ead. quæſt. 59. ſub num. 115.*
62 *Surd. conſ. 439. ſub num. 13.* optima accedente ratione,
quoniam vſusfructus ſemper eſt in fieri. *Bald. in c. 1. §. et*
quia vidimus num. 4. de ijs, qui feud. dar. poſs. Purpurat.
conſil. 430. num. 5. Surd. d. conſ. 439. ſub numer. 13. Peregr.
conſil. 59. num. 2. vol. 1. Bellon. d. q. 59. n. 113.
Vndè, vel allata limitatio funditus eſt ab hac re abij-
cienda, tamquam præſupponens conſumationem effe-
ctus, quæ reſpectu vſusfructus in tempore futuro, de
63 quo agimus, non datur, ex quo idem vſusfructus, nun-
quam poteſt dici plenè, & perfectè acquiſitus. *Iaſon. in*
l. re coniuncti num. 221. & ſeq. ff. de leg. 3. Gomez var. reſ.
tom. 1. c. 10. numer. 41. Craſs. §. ius accreſcendi moner. 2. in
fine. Duar. de iure accreſc. lib. 1. cap. 21. Bellon. d. quæſt. 59.
num. 115.
Vel accepta in ſuis terminis reſpectu effectus in tem-
pore præterito conſumati, & perfecti nullo modò ob-
ſtare poteſt, quoad effectum in tempore futuro conſu-
mandum, & perficiendum; & firmum erit allegatum
axioma, præſertim cum conſideretur patria poteſtas
64 quoad dictum vſumfructum, ceù cauſa fiendi, & ità illa
ceſsante, neceſsariò debebit quoquè ceſsare ipſe vſus-
fructus, tamquam id, quod eſt fiendum, ex traditis, poſt
Bald. in c. & ſi Chriſtus col. vlt. verſ. adde quod ceſsante de
iureiur. à Tiraq. d. limit. 12. n. 23.
65 Ad id verò, quod ſubditur pro perduratione vſus-
fructus ad fauorem patris, etiam poſt mortem filij, reſ-
ponſio eſt in promptu, ſi conſideretur differentia vi-
gens, inter illam, & hanc facti ſpeciem, iuxtà tradita
præciſim *à Fachin. contr. iur. li. 6. d. c. 35. §. non obſtant ar-*
gumenta tom. 1.
66 Quare inconcuſsa remanet concluſio, patrem amit-
tere vſumfructum bonorum aduentitiorum, & mater-
norum filij, qui ob matrimonium liberatus fuit a patria
poteſtate, ſicuti præ alijs docuerunt *Pinel. in l. 1. §. 1. nu.*
39. Cod. de bon. matern Otnotim. Inſt. de patr. poteſt. ſub nu.
47. Cephal. conſil. 423. num. 54. lib. 3. Fachin. d. cap. 35. per
tot. vbi pulchrè. Paſchal. de patr. poteſt. p. 2. cap. 3. num. 89.
Pigant. ad Stat. Ferrar. lib. 2. Rubric 9. numer. 13. in fine
tom. 1.
67 Et ſucceſsiue manutentionem in bonis dotalibus
maternis filij, competere eidem, vti proprietario, iam
finito vſufructu, ſecundùm congeſta *à Natta conſ. 419.*
num. 3. Menoch. conſil. 139. num. 16. 21. lib. 2. Ramon. conſ.
56. num. 17. Tiraq. le mort ſaiſit. p. 3. decl. 1. num. 60. Caſtil.
de vſufr. c. 61. num. 7. Gratian. diſcept. 779. n. 10. & ſeqq. et
diſcept. 899. num. 6. 7. Andreol. contr. 176. numer. 1. contr.
192. num. 19. p. 2. & contr. 297. num. 13. p. 4. Thomat. dec.
35. n. 40. & ſeq. & dec. 118. à num. 8. ad 14. tom. 1. & dec.
177. num. 26. tom. 2. Poſt. de manut. obſ. 16. nu. 41. & ſeqq.
Rot. ibi poſt tr. dec. 299. n. 5. & dec. 300. n. 1. & in rec. dec.
360. n. 2. p. 5.
68 De ipſiſque bonis, eundem filium, ob conſolidatio-
nem vſusfructus, cum proprietate, effectum fuiſse do-
minum pleno iure; *ex §. fin. Inſt. de vſufr. Rot. cor. Duran.*
dec. 84. num. 25. tom. 1.
Ac per prædicta in alio conſimili caſu excitato in
cauſa Iuliani Felecti contra Angelum eius Patrem, ità
69 conſultus concludebam vna cum *Excellentiſs. D. Ioſe-*
pho de Fabris I. C. Comaclen. poſteà de anno 1662. Præto-
re in eius patria integerrimo, ac ſpectatiſſimo, cuius omni-
genæ virtutes, quemadmodum condignas ipſi ſummas, æter-
naſque laudes inceſsanter præſeferunt; ita ipſius incorruptæ
Iuſtitiæ lances fuiſse ab eo inculpatiſſimè pertractatas, &
reſolutiones ab eo ſapienter emiſsæ, & iudicia omni recti-
tudine definita, proculdubio demonſtrant.

QVÆSITVM TERTIVM.

An, & quando ſocius poſſit aliquid facere in muro, vel
alia re communi.

70 NImis genericè dubio propoſito eſset vniuerſali
reſponſione ſatisfactum, remittendo conſulen-
tem circa materiam eorum, quæ ſocio permittuntur
fieri, vel non in muro communi, ad *D. D. in l. ſabinus. ff.*
comm. diuid. l. in communis parietis. l. damni. §. cum parie-
tem, & in l. qui conclaue. ff. de damn. infect. nec non ad Ca-
pol. de ſeruit. Vrbanor. præd. cap. 40. Veg. conſil. 53. Surd.
conſil. 126. lib. 1. & conſil. 387. lib. 3. Honded. d. conſil. 80.
lib. 1.

lib.1.Gabr. conſil.149. vol.1. Altograd. conſ.100. tom.1.
Maſcard. de probat. concl.1134. tom.3. Pigant. ad Stat.
Ferrar.lib.7.Rub.9.tom.2.Sabell.var. reſol. & reſponſ. c.
15.Gratian.diſcept.263.Menoch. præſ.73. lib.6. Theſaur.
dec.23.& dec.41.Magon. dec. Floren.55.Leoncil. dec.46.
Thomat.dec.172.tom.2. Reuerendiſs.Epiſc. Eugubin. Spe-
rell.dec.54.& dec.56.vbi pulchrè tom.1.Rot. in rec. deciſ.
253.par.7. & ad alios, de quibus infra per diſcurſum.

Verum, quia ex habitis in facto difficultas reſtringi-
tur ad oſtium factum ab vno ex ſocijs in pariete com-
muni, idcircò nè conſulentis petitione fruſtretur, nonnul-
la de hoc quam breuiter in medium afferam.

71 Ac præſuppoſito, parietem, de quo tractatur, eſſe
communem, prout ſi inter vtramque domum exiſtat,
de iure etiam præſumitur. Rimin.ſen.conſ.397. num.12.
lib.2.Surd.d.conſ.126. num.6. Honded. d. conſil.80. num.
72 19 lib.1.Sperel.d.dec.54. n.7. & quidem pro indiuiſo,
quotieſcunque, vt nunc, eſt factus ad impediendum
quominus vicini ſe videant, & vnus in alterius domum
pertranſeat; ex Gabr.conſil.149.num.1.& ſeqq.lib.1. Ca-
pol.d.c.40.num 33.Thomat.dec.172.num.2.tom.2. & vi-
den.Altograd.d.conſ.100. num 30. Rota coram Reueren-
diſs.Vrgellen.deciſ.450.num.4.5 to.2. & in rec. dec.253.
n.30.31.p.7.

73 Licet generaliter loquendo paries præſumatur com-
munis pro diuiſo, non autem pro indiuiſo; ex Corn.con-
ſil.184.num.2.lib.1.& conſil.90.lib.2.Gabr.d.conſil.149.
num.3.vol.1. Menoch.præſ.73.num.23.& 26. lib.6. Theſ.
d.dec.41.num.21.in fin.Sabell.d.c.15.num.27.Sperel.ead.
dec.54.num.8.Rot. in rec. d. dec.253. num.67. p.7. Et ſic
74 cuilibet ex ſocijs liceat altius tollere, ædificia ſuper im-
ponere, & tigna immittere in alia dimidia parietis pro-
tendente verſus eum. l.quod dictum. §. ex tribus, & ibi
gloſ.in verb paries.ff.de ſeruit.vrban.prædior. Corn. conſil.
78.lib.4.Alex.conſil.174. lib.2. Dec. conſil.388. Menoch.
d.præſ.73.num.25.Sabel.d.c.15.num.27.Sperel. dec.56.n.
43.Theſaur.d.dec.41.num.21.Rot.in alleg. dec.253. n.68.
75 data tamen proportionata habili latitudine eiuſdem
parietis, nam ea circumſcripta, ſicuti paries cenſeretur
communis pro indiuiſo, ita ſocio præfata non licerent.
Menoch.in alleg.præſ.73.num.27.Sperel.d.dec.56.n.43.in
fine.Theſ.d.dec.41.ſub num.21.verſ.& hæc fallentia. Ga-
br.conſil.149.n.7.lib.1.

76 Dico, ſocium præfatum non potuiſſe facere quid-
quam in dicto communi pariete, altero ſocio inuito, &
renuente l.ſabinus, vbi D D.ff.de comm.diuid.Burſat. con-
ſil.57.num.1.Surd.conſ.447.num.17. lib.3. Veg. conſ.53.
num.12.Cyriac.contr.28.num.18.tom.1. Felic. de ſociet. c.
28.num.7.Sperel.qui dat concordantes d.dec 56.n.1.

77 Quod dictum ſicuti eſt accipiendum, circumſcripto
vſu deſtinato, cum ſocius valeat vti re communi ad eun-
dem vſum, etiam altero ſocio inuito. l.in tantum. §. in
commune.ff de rer.diuiſ.l.ſ.tes.ff.comm.diuid. Surd. conſil.
43.num.16.Grammat.theor.2.num.2.Fontanel.de pact.nupt.
clauſ.4.gloſ.9.p.2.n.2.3.tom.1.Mich.flor.de fratrib. p.3.c.
35.n.2.Theſaur.d.dec.41.n.1.13.Sperel. dec.54. num.11.
& dec.56.n.30.

78 Ità oſtendit, ipſum ſocium non potuiſſe aperire
oſtium in eodem pariete, cum nec feneſtram, neque
aliquod foramen facere ibidem ei liceret.l.eos.ff. de ſer-
uit.vrbanor.prædior.Pariſ.conſil.63.num.3.lib.1. Burſatt.
conſil.111.num.2.& ſeq.lib.1.Surd.conſ.233.n.15. vol.2.
& conſil.387.num.4.& per tot.lib.3.Altograd. conſ.100.
num.45.& ſeqq.lib.1.Veg.conſ.53.num.14.Theſ.d.dec.41.
num.15.Sperel.d.dec.56.num.7.etiam ſi ſocius ſciens non
79 contradixiſſet, cum ad hunc effectum ſciens, & tacens
dicatur inuitus.l.inuitum, vbi D.D.ff.de ſer. vrbanor. præ-
dior.Burſatt.d.conſil.111.n.4.Pariſ.d.conſ.68.n.8.Felic. de
ſociet. d. capit.28. numer.24. Sperel.d.deciſ.56. numer.8.
Surd. d. conſil.387. numer.5.

80 Maximè quoniam, ex dicto oſtio reſultare damnum
conſocio, ſupponitur, quo caſu non valet ſocius ex ca-
uando, vel perforando parietem, etiam communem
pro diuiſo, aliquid detrimenti afferre in damnum con-
ſocij.Gabr.d.conſ.149.n.6.Thomat.d.dec.172. n.4. Sperel.
d.dec.56.n 44.

81 Et ex eodem oſtio mutari faciem ipſius parietis
communis, non ambigitur, ſubindequè non licere con-
ſocio illud facere, eſt tex.clariſſimus in l.qui luminibus. ff.
de ſeruit.vrbanor.prædior.Surd.conſ.57. num 8. & conſil.
38.numer.26. lib.1.Veg.conſ.53.numer.34. Cyriac.contr.
28 num.17.Theſ.d.dec.41. numer.9. Sperel. deciſ.54. nu-
mer.26.

82 Si quoquè tractetur de reducendo eandem rem
communem, præuia mutatione veteris ſtatus, ad melio-
rem formam, nam adhuc inuito ſocio non eſſet alteri
ſocio hoc permittendum.l. parietem. ff de ſeruit. Vrba-
nor.prædior.Natta conſil. 215 numer.7 Surd.d. conſ.387.
num.11.Felic de ſociet d.c.28.num.55. Altograd. d. conſ.
100.ſub numer.45. & ſeqq. Sperel. in allegata dec.54.nu-
mer.27.

Hæc, quæ ſecundùm iuris communis diſpoſitionem
83 indubitanter procedunt, ex ſanctione noſtra municipa-
li, de qua in Stat.Ferrar.lib.7.Rub.9.certiora, ſimulque
firmiora redduntur.

84 Etenim ibi non tantum ſtatuitur, quod in Ciuitate
Ferrariæ vel eius Burgis in confinibus, vel iuxtà confi-
nes per tres pedes nulla perſona poſſit, vel audeat de nouo
conſtruere, ædificare, vel conſtrui, & ædificare facere,
vel ex antiquis reficere, niſi primò, & antè omnia notifi-
cauerit, & denuntiauerit conuicino, aut conſorti, vel domi-
no rei contiguæ, & cum eo remanſerit in concordia; vt, poſt
Leoncil.deciſ.46. numer.15. tradidit Pigant. ad d. Rub.9.
numer.4.

85 Sed inſuper ſancitur, quod nulla perſona poſſit, vel
audeat remouere, aut quocunque modò mutare per ſe, vel
alium ſepem, murum, vel parietem, niſi præuia dicta noti-
ficatione, & concordia; vt ſunt eiuſdem Rubr. apertiſſi-
ma verba conſtituentia ſubindè clariſſimum caſum,
85 quo ſtante, & ſi legis municipalis remouetur omnis du-
bitatio. Corn.conſ.109.in fin.vol.1.Rimin.iun.conſ.384. n.
2. lib.4.Cephal.conſ.138. nu.20. Roland. conſ.72. num.6.
vol.3.Becc.conſ.12.num.2.3. Niger. de laudem.in proem.
n.5.tom.2.

87 Propterea, cum denuntiatio prædicta non adfuerit,
nec minus concordia interuenerit, iſtiſque ſemotis, non
fuerit habitus recurſus ad conſules, & Iudices, ante-
quam laboratum, vel fabricatum fuerit; iuxtà contenta
in d. Rub.9. verſ. & ſi non fuerit in concordia, ac ibi Pi-
gant.n.1.in fine.Rimin.iun.conſ.367.ſub num.1.& ſub n.4.
lib.4.

88 Sequitur, quod contrafaciens inciderit in pœnam pe-
cuniariam ibi ſtatutam, & ad opus demoliendum; vt diſ-
ponitur in ead.Rub.9. verſ. & ſi contrafactum fuerit; ac
obſeruat Rimin.iun. d. conſ.367. ſub numer.1. & ſub nu-
mer.9.

Nequè poſſunt applicari binæ declarationes, quibus
affici videtur allegata Rub.9.in ea parte, vbi de opere
demoliendo diſponitur.

89 Altera nempè, quod cum poſt pœnam inflictam ad
opus demoliendum, ſubdatur ſtatim in ipſa Rubr. & ad
omne intereſſe partis, eadem met Rubr. illum admittat
ſenſum, quod opus ità demum demoliri debeat, quan-
do partis interſit, quod demoliri debeat, alias ſecus, ſi
ſua non interſit; ex Rimin.iun. d. conſ.367. numer.10. &
ſequentibus lib.4. Pigant. ad præcitatam Rubric.9. ſub
numer.11.

90 Altera verò, quod ſi opus impediri non poterat, & ſi
factum

factum non fuiſset, de nouo vt fieret, eſse conceden-
dum, demoliri non debet, etiamſi factum fuerit ſine no-
tificatione, & concordia vicini, ſineque licentia conſu-
lum, & Iudicum; ad congeſta per eundem *Rimin. iun. in*
ſæpè alleg. conſil. 367. num. 19. et ſeqq. de quo Pigant. ad d.
Rub. 9. num. 11. & generaliter agunt de hac re *Surd. dec.*
168. Gratian diſcept. 541. n. 7. tom. 3.

Quoniam, quoad primam, quam tutam omninò, non
iudico, ex quo pœna demolitionis operis in terminis di-
ctæ Rubricę, non ſimpliciter videtur inducta, ratione
intereſſe partis, ſed, ob contemptam ſtatuentium
91 maieſtatem perpetuò reuerenter obſeruandam. *arg. in*
l. veluti. ff. de iuſt. et iur. l. ſi quis ex alien. ff. de iudic. Magon.
dec. Lucenſ. 29. n. 5.

Tum, quia nequit dubitari, ſaltem ab effectu, Statuta-
riam diſpoſitionem antedictam ſuccedere loco nuncia-
92 tionis noui operis, ſicquè intrare concluſionem, quod
opus, & ædificium factum in ſpretum ipſius nunciatio-
nis demoliri debet, ſiuè iure ſiuè iniuria ſit eadem nun-
tiatio emiſsa, etiam ab eo, qui ius nuntiandi non habe-
bat; iuxta *l. 1. l. prætor ait. §. interdictum, et §. ait Prætor.*
vbi D.D. communiter. ff. de nou. oper. nuntiat. l. 1. §. parui. ff.
quod vi, aut clam. Gail. obſ. 16. ſub numer. 2. lib. 1. Gratian.
diſcept. 384. num. 26. tom. 2. Lancellot. de attent. cap. 28. de
ſenten. in cauſ. attentator. nu. 77. et ſeq. pulchrè Fachin. con-
tr. iur. lib. 8. cap. 44. 45. tom. 1. Amat. dec. 64. num. 6. et ſeq.
Magon. d. dec. Lucenſ. 29. num. 4. Thomat. dec. 34. num. 15.
et ſeqq. tom. 1. Fenzon. ad Stat. Vrb. lib. 1. c. 148. ante num.
1. Pigant. ad Stat. Ferrar. lib. 7 d. Rub. 9. ſub n. 2. to. 2. An-
tonel. de temp. legal. lib. 3. c. 9. n. 5. in fine. Rot. in Anglouen.
territor. 13. Iun. 1650. §. nam clatio arginum, cor. R. P. D.
Meltio.

93 Tum, quia in *d. Rub. 9.* ad eſt clauſula decreti irritan-
tis, etiam ex ſimplici prohibitione a lege facta reſultans
ad D.D. in l. non dubium. C. de l. l. Suarez de l. l. 5. c. 27. n. 4.
et ſeqq. Farinac. vidend. in fragmen. crimin. litt. L. num. 169.
et ſeqq. Barboſ. clauſ. 40. num. 46. quo fit, vt ex vi eiuſdem
94 clauſulæ attendenda magis veniat forma ibidem præ-
ſcripta, quam ratio; ex *Bald. in l. 1. ff. de liber. et poſth. Pa-*
riſ. conſil. 19. num. 187. lib. 2. Aldobrand. conſ. 92. num. 27.
Mareſc. var. reſol. lib. 2. c. 38. n. 11. vbi de communi. Pigant.
ad Stat. Ferrar. lib. 2. Rubric. 90. ſub num. 6. verſ. et verè
tom. 1.

Tum, quia in ipſa *Rub 9.* plures in contrafacientem
95 pœnæ infliguntur; vndè ſuccedit concluſio, quod quan-
do ex pluribus pœnis pro eodem facto irrogatis, vni eſ-
ſe locus non poteſt, cæteræ, proculdubio non ceſsant.
Bald. in l. placet num. 15. 16. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Rot. in
rec. dec. 83. num. 14. p. 7. & coram Merlin. dec. 906. numer.
14. tom. 2. Et ſic ſublata pœna, quoad intereſſe partis,
non debet ſilere alia pœna demolitionis operis, & ædi-
ficij; cum vbi duo obſtant, vno ſublato, non tollatur al-
terum. *l. ſi quando. C. de inoff. teſtam. l. ſi domus. ff. de ſeruit.*
Vrbanor. prædior. l. ſi non lex. ff. de hæred. inſtit. Crot. conſil.
38. num. 4. Natta conſil. 74. num. 7. Bero. conſ. 22. num. 54.
vol. 2. Surd. conſil. 50. num. 27. & conſ. 111. num. 10. lib. 1.
Afflict. dec. 320. num. 12. Rimin. iun. conſil. 364. numer. 47.
tom. 4.

96 Nequè ponderata *à Rimin. iun. in d. conſ. 367. à nu. 10.*
in aliquo officiunt, cum ex nunc ſuprà traditis funditus
euellantur.

Accedente præſertim, quod ipſe ſuppoſuit, illa verba
d. Rub. 9. & ad opus demoliendum, & ad intereſſe par-
tis conflare copulatiuam in binas partes ſectatam; in-
97 ferendo proindè, quod poſterior declaret priorem,
quam malè putauit ambiguam, iuxta generaliter tradi-
ta *à Socin. in d. l. 1. ff. de reb. dub. Roman. conſ. 231. Rimin.*
conſ. 61. num. 8. cum alijs à ſe ipſo Rimin. iun. allegatis in
conſ. 117. n. 50. adde Surd. dec. 124. n. 9. Rot. in rec. dec. 453.
num. 8. p. 2. et dec. 33. num. 8. p. 7.

At hallucinatus fuit; quia, nec dicta verba ſtant co-
98 pulatiuè, ſed ampliatiuè, ac augmentatiuè, ob gemina-
tionem illius dictionis *et*, oſtendentem debere ibidem
accipi pro dictione *etiam; ad Pariſ. conſ. 17. numer. 24. et*
conſ. 90. num. 16. vol. 1. Menoch. conſ. 140. num. 17. Barboſ.
diction. 110. ſub num. 35. Rot. in rec dec. 254. num. 20. p. 4.
tom. 2.

Nec poſito, præcitata verba componere copulati-
uam, adhuc vlla conſpicitur ambiguitas, imò vtraque
99 pars eiuſdem eſt ex ſe clariſſima, vt ſenſui patet, ac ideò
vna non indiget declarari ab altera; *arg. l. 4 §. toties. ff.*
de damn. inſect. l. quod conſtitutum. ff. de militar. teſtam. et
à congeſtis per Eminentiſs. Tuſch. litt. V, concl. 108. tom. 8.
Barboſ. axiom. 222. num. 32. Pigant. ad Stat. Ferrar. lib. 2.
Rub. 42. ſub num. 27. tom. 1. Rot. cor. Seraph. dec. 762. n. 1.
tom. 1.

Quoad primam, inquam, ex dictis declarationibus,
liquet ex ſerie facti, eam nullo modo poſſe in præſenti
locum habere, cum ſatis ſuperquè conſtet, multum
intereſſe ſocio, ne fieret oſtium in pariete præfata;
ex eo præſertim, quod daretur aditus alteri pertran-
ſeundi domum illius, ſicque, orirentur plura inconue-
nientia.

100 Quod domus ipſa non eſſet amplius eidem tutum
refugium, contra notata per *D. D. in l. nemo de domo. ff. de*
reg. iur. et ab Angelin. ad Pancirol. in prax. p. 1. §. modus
autem, verſ. domo extrahi. Thomat. dec. 277. num. 1. tom. 1.
Poſsent. ſing. 220. numer. 2. cent. 3. Sabell. var. reſol. et reſ-
ponſ. cap. 52. num. 18. contr. diſcept. forenſ. cauſ. 38. ſub n. 3.
tom. 1.

101 Quod de facili ſecreta ipſiuſmet ſocij panderentur;
contra pariter *tex. in l. 2. C. de alim. pupill. præſtan. et in l.*
2. verſ. quid enim tam durum. C. quand. et quib. quarta pars
lib. 10. Cyriac. contr. 288. n. 16. tom. 2. Andreol. contr. 295.
ſub num. 13. p. 4.

102 Quod ſeruitus in re aliena inuito domino deberetur
contra tradita *à Bart. in l. ſi in ædibus. C. de ſeruit. et aqu.*
Gratian. diſcept. 572. num. 61. tom. 3. et alia multa.

Quo verò ad aliam declarationem, quam ſimiliter
ex conſideratis circa priorem, ſaltem turbidam reddi
videtur, ſit ſatis dixiſſe, ipſam haud eſſe modo atten-
dendam, vt potè, quia adhuc non fuerit doctum, con-
cedendam fuiſſe aperturam oſtij in hoc pariete; quini-
mò appareat repugnare de directò diſpoſitioni iuris, vt
103 ſuprà dixi: ſicque ceſſante dicto præſuppoſito, elimi-
netur declaratio in illo fundata. *l. mancipia, vbi DD. C. de*
ſeru. fugit. Pariſ. conſ. 49. num. 83. vol. 3. Rimin. iun. conſil.
29. num. 10. lib. 1. et d. conſ. 367. num. 32. lib. 3. Rot. coram
Buratt. dec. 52. n. 4. tom. 1.

Ex quibus omnibus concluditur, oſtium, de quo con-
trouertitur, ceù factum indebitè, ac iniuſtè contra diſ-
poſitionem iuris communis, & municipalis fore omni-
nò claudendum, præuia confirmatione præcepti deſu-
per emanati.

104 A quo præcepto, vt ea abbundanti aliqua ſubdam
licet iudicium regulariter, non ſit inchoandum. *l. 1. C. de*
execut. rei iudic. Sperel. dec. 53. numer. 3. tom. 1. Ridolph. in
prax p. 2. c. 4. num. 45. Rot. coram Buratt. dec. 951. num. 1.
105 ſi tamen in eo, non contineatur clauſula iuſtificatiua,
ſi quis ſenſerit; ſecundum notata *à Caroc. dec. 19. numer.*
13. Gail. obſ. 19. num. 3. 4. lib. 1. Choler. de proceſs. execut. p.
1. cap. 2. num. 232. et ſeqq. Sperel. d. dec. 53. num. 5. 6. Ri-
dolph. d. c. 4. num. 46. vbi concordan. Barboſ. clauſ. 170. n. 5.
Poſsent. ſing. 52. num. 1. cent. 1. cum tunc præſeferat for-
106 mam citationis, in cuius vim ideò præceptum ipſum
per rei comparitionem reſoluitur. *Caroc. d. dec. 19. num.*
14. Sperel. d. dec. 53. num. 19. Choler. d. c. 2. num. 237. et ſeq.
Ridolph. in alleg. c. 4. num. 46. Barboſ. d. clauſ. 170. num. 4.

Rubeus

Rubeus in ſing.Rot.Roman.p.4.clauſ.778. num.1. Poſtent. d.ſing.52.ſub num.3.4.Scacc. de iudic. lib.1. cap.57. num. 17.Leoncil.dec.46.num.1.Rot.cor.Seraph.dec.1044. nu.2. tom.2.cor.Pegn.dec.617.n.2.3.tom.1.cor.Gregor.dec.105. n.8.cor.Coccin.dec.492.n.7.8.cor.Duran.dec.146. n.6. to. 1.& dec.389.ſub n.1.verſ.nequè obſtat tom.2.cor.Buratt. dec.951.num.3.tom.3.cor.Ottbobon. dec.48. nu.7.& dec. 57.n.8.& in rec.dec.520.n.10.p.2.& dec.295.n.18.p.7. ac alibi.

107 Nihilominus regula prædicta, & cætera ſuperius tradita ceſſant, nequè habent locum in præcepto noui operis nuntiationis, quotieſcunque nuncians eſt paratus in continenti docere de ſuo iure, & intereſſe, cum tunc intret dictum, *hodie conſtat, hodie agatur*; in tantùm, vt fideiuſſio, etiam de demoliendo per nunciatum oblata, non veniat attendenda; ex *l.1. Cod. de nou.oper. nunciat. & cap.fin. eod. tit. de qua re latè tractant Gratian.diſcept.384.tom.2.Scacc. d. cap.57. numer. 18.Neguſant q.90.Thomat.dec.34.tom.1.Sperel. dec.53. per tot.tom.1.Poſt.reſol.130. vbi pleuè; apud quos concordantes habentur.*

108 Secus ſi nuncians non ſit paratus docere incontinenti de ſuo iure, & intereſſe, nam tali caſu præceptum reſoluitur pariter in vim ſimplicis citationis; iuxtà tradita per *Alex.in l.de pupillo. §. meminiſſe num. 7.8.ff.de nou.oper.nunciat.Gramat.conſ.ciuil.73.Vin.opin. 229.par.1.Borgn.dec.23.n.9.p.2.Caroc. dec.19. numer.22. Raudenſ.de anolog.c.7.num.13. Graueum ad Gail. obſ.19. conſider.2.n.5.lib.1. quos omnes refert Sperel. d. deciſ.53. num.10.*

109 Quod intellige, ſi nunciatus compareat, quia eo non comparente, præceptum ſtat firmum, accipit robur, & executioni demandatur. *Granat.ad Veſtr.in prax.lib.7.cap.1.ſub num.21.Rubeus d.clauſ.778. numer. 5.Sperel.d.dec.53.num.7.& num.8.*vbi ſubdit, fore ne-
110 ceſſe, vt a parte accuſetur contumacia rei præceptati; ad *Coruaz.dec.Lucenſ.43. num.2. Caroc. d. deciſ.19. numer.26.Gambar.de off. & poteſt. legati lib.8. tit. de poteſt.legat.in iudicial.num.44. & alios*, quibus iungi poſ-
Patris poteſtas an ceſset per matrimonium filii. Vide verb. Matrimonium.

PATRIMONIVM.

Siuè donatio facta clerico ad effectum ſuſcipiendi ſacros ordines tranſit ad illius hæredes. colluct. 25. n. 9. quare ſit neceſsarium, n. 15. et quanto tempore ſit neceſsarium, n. 25 26. 27. Vide verb. Donatio.

PATRONVS.

Poteſt præſentare plures vnico contextu. colluct. 13. n. 75. Vide verb. Fundator. Præſentatio. Præſentans.

PATRVVS.

Si interueniat in nepotum dotatione intelligitur accedere non animo donandi, ſed fideiubendi ad effectum repetendi à nepotibus. colluct. 36. n. 46. contra n. 47. declara, num. 48.

PAVPER.

Diſpoſitio facta ad fauorem pauperis, regulariter eſt pia. colluct. 7. n. 42. verſ. diſpoſitio etenim

Opprimitur à ditioribus. colluct. 42. ſub n. 88.

Non debet ſubire expenſas, quando ei ſunt relicta alimenta. colluct. 19. n. 24.

PAVPERTAS.

Non ita operatur, vt teſtes deſinant eſse integræ fidei, dum alias ſint honeſti nominis, et vitæ. colluct. 29. num. 78. Non ſufficit ad repellendum teſtes, niſi aliunde probetur ipſos eſse ſuſpectos, n. 79.

Eſt plenè, et concludenter probanda, quando allegatur ad certum, et determinatum effectum. colluct. 7. ſub n. 48. verſ. tollitur autem.

PECVNIA.

Venit etiam appellatione bonorum. colluct. 48. n. 18.

Soluta, quando liberat ſoluentem. colluct. 5. ſub n. 5. verſ. dummodo ſolutio, et ſeq.

PERICVLVM.

Quid ſit. colluct. 31. n. 8.

Vbi maius cautius eſt conſulendum. colluct. 20. n. 124.

Vbi eſt maius, ibi cautius, & plenius eſt concludendum. colluct. 37 n. 113.

Et damnum rei venditæ poſt perfectam venditionem ſpectat ad emptorem, etiam ante rei traditionem. colluct. 49. n. 32. adde Poſſidon. de empt. & locat. lib. 2. dub. 20. n. 4. Cammarat. reſponſ. 40. n 3.

PERIVRVS.

Deum habet vltorem, neque contra eum criminaliter inquiritur. colluct. 4. n. 12. contra ibid.

PERMVTATIO.

Eſt ſpecies alienationis, & regulatur ſicuti emptio, & venditio. colluct. 29. n. 11.

Ex quibus ratificetur. colluct. 29. num. 33. & num. 45.

PETITIO.

Petitionis ſupplementi legitimæ potiſſimum requiſitum eſt firmare ſtatutum hæreditatis, & æſtimationem. colluct. 3. n. 9. 10. declara vt n. 12.

Non eſt neceſſaria ſi implementum tendat ad acquiſitionem actionis. colluct. 8. n. 100.

PIA CAVSA.

Fruitur omnibus priuilegijs pauperum, & fiſci. colluct. 19. num. 23.

Piæ cauſæ priuilegia ceſsant, vbi non concurrit mens teſtatoris. colluct. 19. n. 103.

Ad fauorem piæ cauſæ debet interpretari teſtamentum ambiguum. colluct. 50. n. 139.

In dubio pro pia cauſa etiam actrice eſt iudicandum. colluct. 50. n. 140.

Si ſit ſubſtituta non eſt locus detractionis Trebellianicæ. colluct. 41. n. 35.

Eſt ſtudium. colluct. 19. n. 43. vide verb. Cauſa.

PIGNVS.

Pignoris fructus, ne imputentur in ſorte, non valet pactum. colluct. 14. n. 16. limita, n. 15. 17. declara, n. 18.

Dominium pignoris, remanet penes creditorem, neque transfertur in creditorem. colluct. 14. n. 171 & n. 190.

Pignoris fructus imputantur in extinctionem crediti. colluct. 14. n. n. 174. & 196. limita vt n. 198.

Pignoris vſum non habet creditor. colluct. 14. n. 196.

Pignus rei propriæ non conſiſtit. colluct. 14. n. 197.

PISCATIO PISCIS PISCATOR.

Piſcatio Vallium Comacli, quo tempore fiat. colluct. 20. n. 10. & quomodo, n. 12. 13. 14.

Piſcationis duplex genus. colluct. 20. n. 11.

Piſcis quando, et qua de cauſa mare petat. colluct 20. n. 15.

Piſcatio in mari omnibus competit. colluct. 20 n. 18. ſicuti et in littore, n. 19.

Piſcator eſt incertus de captura piſcium. colluct. 20. n. 20.

Piſcis eſt fructus naturalis. colluct. 20. n. 40. eſt induſtrialis quo ad capturam, n. 41.

Piſcatio eſt fructus, et in fructus. colluct. 20. n. 42.

PLVRALIS.

Numerus, et locutio, non verificatur in vno. colluct. 13. num. 55.

Pluralitas quando reſoluatur, vel non in ſingularitates. colluct. 13. ſub n. 53. verſ. et quamuis cum ſeqq.

PLVS PLVRA.

Plura vbi copulatiuè requiruntur, omnium eſt neceſsarius concurſus. colluct. 13. n. 53. et colluct. 23. n. 8. 9.

POENA.

Non cadit, vbi non cadit delictum. colluct. 12. in princ. quid ſit. ibid. verſ. ante n. 77.

Omnes pœnę hodie ſunt arbitrariæ. colluct. 12. n. 55. declara, n. 56. et ſeqq.

Homicidij quæ ſit. Vide verb. Homicidium.

Non incurritur ſine culpa. colluct. 7. n. 77.

Nunquam incurritur abſque dolo, ſeù culpa. colluct. 7. n. 76. et colluct. 50. n. 142. ſicque ſine mora ibid. n. 145.

Eſt locus pœnę ex contrauentione, et non adimplemento. colluct. 22. n. 15. & n. 17.

Promiſsio pœnę eſt conditionalis, ſi promittens fuerit in mora. colluct. 50. n. 146. Vide verb. Exilium.

Homicidii ordinaria eſt mortis naturalis. colluct. 46. n. 25. et confiſcationis bonorum omnium, ex ſtat. et Bandimen. general. Ferrar. n. 26. 28. 31. 33. 34.

Mortis ordinaria non punitur qui comiſit homicidium abſque præmeditatione; et deliberatione. colluct. 46. num. 116.

Mortis non habet locum, ſed benè alia mitior, vbi animus præmeditatus occidendi ſolis coniecturis fuit probatus. colluct. 46. n. 118.

Plures pœnę vbi irrogantur, ſi vni non ſit locus, cęteræ non ceſsant. colluct. 50. n. 95.

Pecuniariæ pœnę criminales in foro Eccleſiaſtico ſunt applicandæ locis piis. colluct. 12. ſub n. 82. verſ. dixi prout de iure.

Pecuniaria pro delicto impoſita aduerſus contumaces non exigitur in ſtatu Eccleſiaſtico, et ſtylo Sacræ Conſultæ. colluct. 50. n. 113. verſ. vnum pro complemento.

Poteſt apponi à teſtatore pro obſeruatione præcepti, liciti, & honeſti. colluct. 22. n. 16.

Priuationis hæreditatis vt incurratur, quæ requirantur. colluct. 22. n. 1 & n. 40.

Priuationis hæreditatis in multis caſibus, ibi enumeratis fuit appoſita per teſtatores colluct. 22. n. 17.

PONTIFEX.

Non poteſt diſpenſare contra ius diuinum, niſi ex cauſa vrgenti, & vt ibi. colluct. 4. n. 121.

Eſt Oraculum Cœli. colluct. 12. n. 89. Quidquid facit videtur ab ore Dei procedere, n. 90. impoſſibile eſt, vt mentiatur, & erret, in ijs quæ vti Papa deliberat, num. 91. habet auctoritatem à Deo immediatè, num. 92. ad ipſum omnes appellant, n. 96. Vide verb. Papa.

POPVLVS.

Populi ſubditi Sedi Apoſtolicæ non poſſunt condere ſtatuta, abſque auctoritate, vel confirmatione Sanctæ Sedis, neque inducere conſuetudinem ſine dicta confirmatione. colluct. 14. n. 152. 154.

POSSESSIO.

Etiam in ſuo hærede non probatur per aditionem hæreditatis. colluct. 1. n. 48. intellige, vt n. 79.

Rei conuenti deducitur ex litis ſubſtentatione iuncto aliquo adminiculo colluct. 1. n. 50. 51. colluct. 9. n. 71.

Confeſſione facta ad poſitione, probatur. colluct. 1. n. 49.

Defuncti continuat in hæredem ex ſtat. Ferrar. colluct. 1. n. 76. & vide colluct. 47. n. 33. 35. 43. 45. in fine vbi habetur quomodo ſit conſideranda talis poſſeſſio continuata.

Probatur per teſtes deponentes ſe vidiſſe poſſidere, etiam ſi actus poſſeſſoris non referant, nec aliquam ſcientiæ cauſam. colluct. 9. n. 66.

Sine poſſeſſione non competit manutentio. colluct. 1. n. 52. & ſeqq. vbi plenè.

Spoliati, ſiuè primum remedium remedij reintegranda debet plenè, & concludenter probari. colluct. 23. n. 1. poſſeſſio rei conuenti eſt ſecundum extremum, n. 6.

Non probatur ex inſtrumentis, ſed exigitur factum. colluct. 23. n. 15. limita, n. 16. Quando amittatur à conſtitutario, ob negligentiam apprehendendi actualem poſſeſſionem. colluct. 23. n. 17. 18. 19.

Ciuilis rei emphyteuticæ eſt penes dominum directum. colluct. 23. n. 30.

Naturalis rei emphyteuticæ vt acquitatur, exigitur conſenſus dominij directi. colluct. 23. n. 33.

Vitioſa non eſt poſſeſſio. colluct. 26. n. 39.

Non infertur ex actibus clandeſtinis. colluct. 39. n. 23.

Non probatur ex actibus, qui dederunt cauſam litis. colluct. 39. num. 124.

Poſterior præſumitur clandeſtina, & turbatiua. colluct. 39. n. 30. inſuperque cenſeatur improba, n. 31. nec non vitioſa, n. 32.

Non ſufficit ad probationem dominij in iudicijs diuiſorijs. colluct. 39. n. 43. adde *Rot. in rec. dec. 30. n. 52. p. 9. tom. 1.* declara hoc procedere quo ad victoriam, non quo ad proceſſum, n. 46.

Præſumitur iuſta legitima, & non vitioſa. colluct. 27. n. 6.

Reuocatio poſſeſſionis, & immiſſio à pari procedunt. colluct. 37. n. 64.

Non præſumitur ſed eſt probanda. colluct. 39. num. 18. eſt quid facit. ibid. num. 19. probatur per ſcripturas. ibid. num. 29.

Non acquiritur ex actibus facultatiuis. colluct. 39. n. 21. vt acquitatur in immobilibus neceſſaria eſt ſcientia, & patientia poſſeſſoris, n. 22.

Mutationem poſseſsionis in bonis viri defuncti facit mulier abſque declaratione. colluct. 47. num. 7. intellige, n. 34. 36. 38. 39.

Generaliter mutari poteſt abſque animi declaratione ex ſuperuenientia noui tituli melioris, data illius ſcientia. colluct. 47 n. 10.

Rei emptæ penes emptorem operatur, vt ſit dicendum ipſum percipere fructus eiuſdem rei. colluct. 49. n. 142.

POSSESSOR.

Etiam iniuſtus, vitioſus, illicitus. & illegitimus debet citari, neque eſt priuandus ſua poſseſsione ſine cauſæ cognitione. colluct. 26. n. 69.

Quis dici poteſt etiam habita actuali poſseſsione ſi in emptione rei emphyteuticæ adſit reſeruatio Iuris, & aſſenſus domini directi, cum clauſula non alias aliter, nec alio modo. colluct. 22. n. 50.

POTENTIOR.

Potentior perſona quæ dicatur ad hoc, vt in eam tranſlatio bonorum emphyteuticorum fieri nequeat; eſt in Iudicis arbitrio. colluct. 35. n. 127.

POTESTAS.

Arbitrorum dependet à compromiſso. colluct. 16. n. 31. & voluntas in quolibet actu requiritur. colluct. 29. num. 17. amplia, n. 18.

A patria poteſtate per matrimonium de Iure communi non liberatur filius. colluct. 50. n. 37. limita, de generali conſuetudine, n. 48.

Patria poteſtas poteſt per conſuetudinem tolli. colluct. 50. num. 47.

Patria poteſtas per mortem filii extinguitur. colluct. 50. n. 54. Vide verb. Pater.

PRÆBENDA.

Prębenda canonicalis eſt quocunque alia beneficio pręſtantior, & honorabilior. colluct. 29. n. 7.

PRÆCEPTVM.

Cum clauſula iuſtificatiua *ſi quis ſenſerit* tenet. colluct. 50. n. 105. reſoluitur in vim citationis per rei comparitionem, n. 106. intellige, n. 109.

De noui operis nunciatione poteſt fieri in initio iudicii. colluct. 50. n. 107. & quando reſoluatur per comparitionem, n. 108. 112. quid debeat obſeruare Iudex in illius reuocatione, n. 113.

Stat firmum, ſi perceptatus non compareat. colluct. 50. n. 109 declara ſi ſit accuſata ei contumacia, n 110.

De facto factum, eſt de facto reuocandum. colluct. 50. num. 112.

PRÆIVDICIVM.

Præiudicium ſibi, & ſucceſsoribus facere nemo præſumitur colluct. 50. n. 112.

PRÆLATIO.

Supponit concurſum, neque in vnico cadit. colluct. 45. n. 1.

Habens prælationem in aliqua re debet requiri, an velit pro tanta, & pari oblatione facta eandem rem recipere. colluct. 45. n. 5. & n. 7.

Ius habens prælationis ſibi præiudicat, electa via concurrendi. colluct. 45. n. 9. declara, n. n. ſeqq. & n. 27. non poteſt cogi ad declarandum an velit vti iure prælationis, niſi expectatis, & viſis aliorum oblationibus, n. 11. 22. 23. 26. 38. 41.

Ius prælationis ſi exercceretur, non inuenirentur oblatores. colluct. 45. n. 12.

Oblatio non repugnat prælationi. colluct. 45. n. 21.

Ius prælationis intrat, cum maior oblator comparet. colluct. 45. n. 35. per oblationem ſi oblatio ſit facta cum proteſtatione, n. 27.

Ill. habent prælationem qui habent ius in re. colluct. 45. num. 33.

Competit domino directo in emptione melioramentorum factorum in re emphyteutica. colluct. 35. n. 46.

Præferendus quis veniat remiſsiuè. colluct. 45. n. 30.

PRÆSCRIPTIO.

Non currit poſsidenti. colluct. 48. n. 39.

Contra ſucceſsorem competentem ex duobus capitibus non admittitur, niſi diſtinctim quodlibet eorum ſit præſcriptum. colluct. 48. n. 41

Vnius remedii non affert ſecum præſcriptionem cuiuſuis alterius remedii competentis. colluct. 48. n. 42.

Non corruit ſed dormit, durante minorili ætate illius, contra quem illa prætenditur induci. colluct. 48. n. 43.

Non poteſt initium ſumere, niſi à die, quo fuit ceſsatum ab annua ſolutione. colluct. 48. n. 44.

Non includit ad eius complementum tempus motæ litis. colluct. 48. n. 45.

Requirit tempus ad illius complementum neceſsarium ſine quo de ea non poteſt obijci. colluct. 48. num. 46. & idem

tempus

tempus debet connumerari de momento, in momentum, num. 47.
Alleganti præſcriptionem incumbit onus probandi eam, colluct.48.n.48.
Non obſtat prohibitio alienare. colluct.48. n.51.
Quando plures præſcriptiones requirantur, contra idem creditum. collnct 48.n.54.
Aduerſus preſcriptionem etiam quadragenariam ex capite probabilis ignorantiæ competit reſtitutio in integrum. colluct.48.n.55.
Eſt odioſiſſima, & Iniqua. colluct. 48. n 60. In dubio contra eam eſt iudicandum; & reſpondendum, n.61.
Silet quando proceditur ſola facti veritate inſpecta, colluct. 48. num. 62.
Virtutes, & effectus præſcriptionis recenſentur. colluct.48. n 63. & n.n.ſeqq.
Non currit non valenti agere. colluct. 10. n. 78. intellige, vt num.80.81.
Debet allegari expreſsè in actis. colluct. 10. n. 15. declara vt non procedat in terminis ſtatuti Ferrariæ, n.16.
Allegans præſcriptionem tenetur probare negligentiam partis, & ſimul ſcientiam iuris agendi. colluct. 10. num.75.
Tota fundatur in negligentia creditoris. colluct.10.n.76.
Currere non poteſt, vbi negligentia non adeſt, colluct. 10. num.77.
Currit contra pupillos, & minores ex negligentia tutoris, ſeù curatoris. colluct.10.n.83.
Statutaria locum tricenariæ aſſumit.colluct.10.n.90.
Inducta à ſtatuto laicorum poteſt obijci clericis, ſi agendo ſumant vires, & fundamentum ab eod. ſtatuto, vt ſi petant exequi inſtrumentum quod de iure ſtatutario habet executionem paratam. colluct. 10. ſub num. 41. verſ. & patet.
Statuti inducit præſumptam ſolutionem. colluct. 43. n. 13. eſt probanda per lapſum temporis neceſſarium, n.14. non procedit ſi debitum fuerit negatum, n.15.
Quomodò debet opponi, colluct. 10.num.20. debet probari, n.21.& cum tempore ſucceſſiuè decurſo ad illius complementum, n. 22. & n.23.
Etiam longiſſima ſine poſſeſſione non currit. colluct. 48. num. 11. non competit illi qui alieno nomine poſſidet, num.12.
Longiſſimi quoque temporis impeditur à mala fide. colluct. 48. n. 16. In tantum vt ſucceſſores vniuerſales nec etiam ex ſcriptis poſſint præſcribere, n.17.
Dicitur prohibita ſi ſit prohibita alienatio. colluct. 48. num. 20
Non currit nolenti agere. colluct.48.n.24. & n.25.26.
Eſt fundata in negligentia creditoris, qua circumſcripta non intrat. colluct.48.n.25.
Rerum dotalium non currit contra vxorem conſtante matrimonio. colluct.48. n.27.
Non poteſt induci de iure canonico ſine titulo, & bona fide, etiam per longiſſimum temporis ſpatium.colluct.48.n.28. ſecus ſi adſit immemorabilis, n.29.

PRÆSENS.

Alienationi rei ſuæ, & tacens ſibi non præiudicat. colluct. 48.n.92.etiamſi fuerit præſens inueſtitioni ipſius rei, n.93. aut legato de ex facto, n. 94. aut alteri diſpoſitioni in vltima voluntate emiſsæ de ipſa re ſua, n.95. limita omnia, vt num. 96.
Et tacens in præiuditialibus, ſi faciat aliquem actum poſitiuum reſpicientem approbationem, ſibi præiudicat, & dicitur aſsentiri. colluct.48. n.96.

PRÆSENTATIO.

A patronis laicis intra quadrimeſtre, à patronis Eccleſiaſticis intra ſemeſtre eſt facienda. colluct.13. n.1. poteſt fieri quacunque die, n.7. de nocte, n.8.
Poteſt fieri extra diœceſim. colluct.13. n.9. declara, n.10. & ſeqq.
Poteſt fieri per litteras, vel per Procuratorem. colluct. 13. n. 14. non tamen de abſente, n. 15. limita, n. 16. declara, num.19.20.
Forma admittendæ præſentationis remiſſiuè. colluct. 13. n. 24. & ſeq.
Præſumitur facta iuxta formam fundationis. colluct. 13. n. 26. & de rationibus. ibid. & n. ſeq. remiſſiuè.
Facta à minori parte, non conſideratur. collnct.13.n.52.
Quando dicatur effectuata remiſsiuè. colluct.13. n. 64. non effectuata non conſideratur, n.65.
Non eſt facienda pendente lite. colluct.13. n.71. declara, vt num 77.81.82.

PRÆSENTATVS.

Debet eſse actu Clericus. colluct. 13. num. 21. declara, vt num.22.23.
De alterius Diœceſi quando poſsit inſtitui.colluct.13.n.18.
Quando ſit inſtituendus. colluct.13.n.49.& n.50.51.58.
Ab eo, qui non Patronus, debet repelli. colluct.13.n.77.
A maiori parte debet perferri non attentis maioribus aduerſarij qualitatibus. colluct.13.n.88.
Vide verb. Dignior.

PRÆSENTANS.

Aduerſus tenorem præſentationis priuatur pro ea vice iure præſentandi, colluct.13.n.29.
Si debet præſentare ſenior domus non requiritur, quod ſit proximior. colluct.13.n.56.
Præſentandi tempus currit à die ſcientiæ vacationis de momento, ad momentum. colluct.13. n.2.6.
Præſentandi quaſi poſseſsio acquiritur vnica vice. colluct. 13.num.62. ſi præſentatio fuerit ſortita effectum, num.63.
Vide verb. Digniur. Patronus.

PRÆSVMPTIO.

Iuris dicitur præſumptio veriſimilis. colluct. 14.n.86.
Quæ oritur ex nobilitate eſt generalis, et facile tollitur. colluct.17.n 34.
Vna tollit aliam. colluct. 13. n. 39. validior expellit debiliorem, n 40. et colluct.28.n.36. et colluct.38.num.51. Adde *Cammerat. reſponſ.13.n.47.48.*
Præſumptiones, et coniecturæ ſufficiunt in ijs, quæ ſunt difficilis probationis. colluct.14.n.85.
Qui habet præſumptionem pro ſe, transfert onus probandi contrarium in aduerſarium. colluct. 14. num. 87. et Plures præſumptiones, faciunt ſilere pauciores. colluct. 41. num. 118.
Simulatio probatur præſumptionibus, et coniecturis. colluct.41.n.21. ſaltem ſimul coniunctis, n.36.
Simplices preſumptiones non concludunt probando per neceſse, ſed per poſsibile. colluct. 38. num. 109. declara, vt num.112.113.

PRÆTENSIO.

Prætenſiones, quæ de facili poſsunt reprobari, non reddunt rem dubiam.colluct.7.n.38.

PRETIVM.

Taxatum à partibus in pacto legis commiſsoriæ appoſito in pignore præſumitur iuſtum. colluct.14.n.213.
Conuentum non præſumitur iniuſtum. colluct. 14. n. 214. præſumitur iuſtum, n.217.
Inter partes conuentum præſumitur iuſtum. colluct. 31. n. 21. illius iniuſtitia eſt ab allegante probanda, n 22. eſt triplex ſummum, medium, infimum, n. 23 quodnam ſit attendendum pro habenda læſione enormiſsima, n.30.31. et ſeqq. et pro dignoſcendo valore fructuum, num.37. ab emptore, venditione celebrata, eſt ſoluendum, n.46.
Legitimum quodnam ſit. colluct.31.n.29.
Conſiſtit in pecunia numerata. colluct. 49. n.19. non poteſt fieri in rebus, n. 20. declara, n. 21.
Non ſoluto pretio, non cenſetur tranſlatum dominium rei venditæ. collnct.49.n.22. amplia, n.23. declara, niſi ſit habita fides de pretio, n. 24.
In venditione debet eſse certum. colluct. 49. ſub n. 18. verſ. et pretij.

PRÆVENTIO.

Datur inter Iudicem Eccleſiaſticum, et ſæcularem in crimine ſacrilegii. colluct. 18. n. 33. declara, n. 42. amplia, n. 44. operatur, vt Iudex præueniens excludat alium, et forus alterius ſileat, num. 34. Realis, mediante carceratione, præfertur verbali, etiamſi reus priùs ab alio Iudice fuiſset citatus, et monitus, n. 35. amplia, n. 36. limita, n.37.38. ſublimita, n.39. affectata, et à reo procurata nihil operatur, n. 38.

I N D E X.

PRIMVS.

Primus ſubſtitutus, ſi prędecedat hæredi, aperit viam vulgari ſubſtitutioni, ad fauorem ſecundi ſubſtituti. colluct. 41. n. 15. amplia, vt n. 16.

PRINCIPIVM.

Principijs ignoratis, ignorantur, & cætera quæ ſubſequuntur. colluct. 20. n. 104.

PRINCEPS.

Impetio Principis reſiſti non poteſt. colluct. 50. n. 153. eius auctoritas in quauis promiſſione eſt ſemper reſeruata, num. 154.

Poteſt addere qualitatem delicto, quo ad pœnam ſubditis infligendam, non vt immunitati Eccleſiaſticæ præiudicetur. colluct. 40. ſub n. 71. verſ. obſeruando.

Non præſumitur velle, vt exequatur eius reſcriptum contra Ius: de ratione. colluct. 4. n. 129. 130.

Præſumitur reſcripſiſſe, ſecundum ius commune, non de plenitudine poteſtatis. colluct. 4. n. 131.

In dubio non præſumitur velle præiudicare tertio. colluct. 4. n. 133. amplia, vt ibid.

In dubio præſumitur ſequi cõſuetudinem. colluct. 14. n. 159.

Alienum eſt à Principe inferre alteri damnum, læſionem, ac præiuditium. colluct. 26. ſub n. 37. verſ. etenim.

Eſt immunis à ſolutione gabellarum. colluct. 33. n. 32.

Veritatem dicere Principi eſt munus conſiliarii. colluct. 46. num. 72.

Factum Principis eſt caſus fortuitus. colluct. 50. n. 186. & caſus inſolitus, ac inopinatus, n. 190. & excuſat ab adimplemento, n. 189. vide verb. Impoſſibile.

PRIOR.

In obtinendo aſſenſum Domini directi, & inueſtituram, licet in acquiſitione ſit poſterior, debet præferri. colluct. 23. n. 42. declara, n. 45. 47.

Derogatur Prioribus à poſterioribus. colluct. 41. n. 126.

PRIVATIO.

Præſupponit habitum. colluct. 23. n. 40.

Hæreditatis totius purè acquiſitæ, eſt pœna. colluct. 7. n. 12.

Iuris quæſiti eſt pœna. colluct. 7. n. 13. declara, vt n. 16. ſubdeclata, vt n. 21. 22. 23.

Pœnam priuationis ſubire velle nemo præſumitur. colluct. 13. num. 28.

PRIVILEGIVM.

Ponendi in nito dotem ob vergentiam viri ad inopiam eſt perſonaliſſimum, nec tranſit ad hæredes, nec etiam ad filios mulieris. colluct. 1. n. 31.

Conceſſum pro extractione tritici non ſuffragatur, quando publica vrget neceſſitas. colluct. 50. n. 157. etiamſi fuerit conceſſum titulo oneroſo, n. 172.

Ciuilitatis declaratur ab obſeruantia. colluct. 44. n. 21.

Competenti priuilegio non dicitur renuntiatum, niſi per actum de directo contrarium. colluct. 45. n. 44.

Ceſſante cauſa priuilegii, ceſſat priuilegium. colluct. 25. n. 45. limita, vt n. 46. 47.

Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra æqualiter priuilegium. colluct. 10. n. 94. limita, num. 95. vide exemplum, n. 96. & declara, n. 97.

Obſeruantia longiſſima habet vim priuilegii conceſsi ex certa ſcientia. colluct. 44. n. 82. immo eſt maior priuilegio, n. 83. & denotat priuilegium acquiſitum titulo oneroſo, num. 85.

PROBATIO.

Relaxatur vbi eſt confeſsio. colluct. 4. n. 30.

Non oritur ex inſtrumento inualido. colluct. 27. n. 31.

Semiplena præcedens deſideratur, vt ſit locus iuramento ſuppletorio. colluct. 43. n. 1.

Ad probationem expenſarum in modica quantitate ſufficit iuramentum adminiſtratum expendentis. colluct. 43. n. 4. amplia, n. 5.

Expenſarum inter ſocios ex quibus ſufficienter dimanet. colluct. 43. n. 23.

Manifeſtiſsimam probationem facit publicum inſtrumentum. colluct. 45. n. 2.

Non admittuntur probationes lapſo termino ad probandum. colluct. 9. n. 26.

*---ontinenti admittitur in quocunque iuditio, quantumuis priuilegiato. colluct. 37. num. 36. exemplifica, & declara latiſsimè vt n. n. ſeqq. & in quocunque iuditio ſummario, & executiuo, n. 50. adde *viden. Cammarat. reſponſ. 21. n. 3. 4. 5.*

Debet eſſe certa, clara, & concludens perneceſſe. colluct. 38. n. 110. vbi requiritur plena, non ſufficit præſumptiua iuſtificatio. n. 111. Adde *Cammarat. reſponſ. 13. n. 42.*

Quæ requiratur, & à quo ſit ſumenda in materia immunitatis Eccleſiaſticæ. Vide verb. Immunitas Eccleſiaſtica in fine.

PROCVRATOR.

Eſt qui aliena negotia mandato Domini adminiſtrat. colluct. 20. n. 119. pro perſonis illuſtribus eſt honorificans, n. 120. pro Principe dicitur habere dignitatem, & honorem, n. 121. generaliter laudabilis dicitur ſecundum locorum conſuetudinem, n. 122. eſt adſtrictus ſub periculo damnorum, & intereſſe mandare executioni mandatum ſuſceptum, n. 123.

Sine ſpetiali mandato non poteſt obligare principalem in forma Cameræ. colluct. 27. n. 18. & n. 22. cenſetur certiorare ſuum principalem de obligatione Camerali per ipſum facta, n. 23. & generaliter de omnibus aliis, n. 24. limita, n. 25. 27.

Conſtitutus à muliere cum ſolemnitatibus, ſi ſit generalis; debet, & ipſe cum iiſdem ſolemnitatibus contrahere, ſecus ſi ſit ſpetialis. colluct. 27. n. 33. & n. 34. vbi in terminis ſtat. Ferrar. lib. 2. Rub. 90.

Præſumitur certioraſſe ſuum principalem. colluct. 10. n. 71. intellige, n. 72. 73. 74.

Fiſcalis non conſtituitur in Ciuitate Comacli ex immemorabili. colluct. 20. ſub n. 112.

Confeſsio Procuratoris eſt voluntaria, quamquam in iuditio facta, ſi non præceſsit iuſſus Iudicis. colluct. 17. n. 9. Voluntaria non nocet principali, num 10. poteſt reuocari etiam non docto de errore, num. 14 licet fuerit geminata, num. 15.

Salarium debetur Procuratori etiam ſi nihil egerit, dummodò fuerit paratus operam ſuam præſtare, & per ſe non ſteterit. colluct. 50. n. 5. & etiam ſi ſalarium non ſit conuentum, ſi Procurator ſit ſolitus locare operas ſuas. ibid. ſub n. 5. verſ. etiamſi, maximè concurrente taliter conſuetudine, de qua ibid. n. 6.

Reus criminis non poteſt officium Procuratoris exercere. colluct. 50. ſub n. 6. verſ. dummodò Procurator.

PRODVCTIO.

Per compulſum non præiudicat producenti. colluct. 4. n. 47. intellige, vt n. 64. fallit, vt n. 65. 66. 67.

Producens cenſetur fateri, & approbare omnia contenta in iuribus productis. colluct. 4. n. 17. declara vt n. 46. & ſeq. & n. 63.

PROEMIVM.

Declarat intentionem, & mentem contrahentium. colluct. 8. num. 52.

Denotat rationem finalem. colluct. 10. n. 36.

Exprimit, & declarat voluntatem diſponentis, n. 37. operatur vt tota diſpoſitio ad limites illius, & rationis in eo expreſsæ reſtringi debeat, n. 38.

PROHIBITIO, PROHIBITVM.

Vno prohibito, cenſetur prohibitum omne id, per quod peruenitur ad illud. colluct. 16. ſub n. 54.

Prohibitum directè, nequit permitti indirectè. colluct. 26. num. 58.

Prohibitum quod non reperitur, cenſetur conceſſum. colluct. 34. n. 11.

Si de prohibitione Trebellianicæ nil ſit dictum, intelligitur ea permiſſa. colluct. 41. n. 34.

PROMISSIO.

Promiſsio penè eſt conditionalis, ſi promittens fuerit in mora. colluct. 38. n. 6.

PROPRIETAS.

Cenſetur donata ſi præceſsit donatio, et poſteà ſubſequantur verba denotantia vſum bonorum donatorum. colluct. 25. num. 50.

A proprietate verborum, non eſt recedendum. colluct. 28. num. 84.

Proprietas ſemel acquiritur. colluct. 50. n. 59.

PRO-

PROTESTATIO.

Seù declaratio non poſſidendi bona iure hæreditatis, ſed alio titulo, quando fieri debeat, conſeruat omne ius proteſtantis. colluct. 45. ſub n.9. & colluct. 47. n.32.

PROVENTVS.

Eſt nomen generale comprehendens fructus cuiuſcunque qualitatis. colluct.50. n.198.

PROVISOR.

Vallium Comacli non habet iuriſdictionem contentioſam criminalem. colluct. 20. n. 85. & vt n.n. antecedentibus: neque ciuilem à n. 88. ad n. 96. habet iuriſdictionem voluntariam ex conſuetudine, num.97. quæ poſſit expedire, n. 98. ad eius officium, quæ verè ſpectent, & pertineant à ſub n. 102. ad n. 124.

PROVOCATVS.

In prouocato non præſumitur dolus. colluct. 46. n.83. & de ratione, n.n. ſeqq.

Si offendat prouocantem etiàm cum exceſsu moderaminis inculpatæ tutelæ, mitius punitur. colluct.46. n.85. declara vt à n. 122. ad n. 129.

PROXIMIOR.

Si debet præſentare opus eſt, vt proximioritas probetur per gradus diſtinctos. colluct. 13. n. 60. & quando debet præſentari, neceſse eſt, vt ſit talis, n. 103.

Cenſetur magis dilectus, quàm remotior. colluct. 34. num. 153.

PROXIMITAS.

Grauati, et non grauantis attenditur in fideicommiſſis. colluct. 41. n. 109. adde *Rot. in Roman. fideicommiſs. de Victorijs 27. Iuny* 1652. *§. fin. cor. Veroſp. deciſ.* 154. *n.* 14. *poſt Contr. diſcept. forenſ. tom.* 1.

PRVDENTIA.

Non præſumitur. colluct. 13. num. 97.

PVNITVS.

A Iudice Eccleſiaſtico præueniente tam quoad ſacrilegium, quam quoad delictum principale per modum, de quo ibi, non poteſt iterum puniri à Iudice laico. colluct. 18. n. 48. vide n. 50. è contra punitus à ſæculari Iudice non poterit puniri ab Eccleſiaſtico, n. 51. intellige, vt n. 52.

Semel pro aliquo delicto cum pœna condigna, non debet amplius de eodem puniri, n. 49.

Q

QVALITAS.

Non cadit in re, quæ non exiſtit. colluct.38. num. 42. neque datur ſine ſubiecto, n.43. et colluct.46.n.95.

Exgrauans, quam aggrauans præſumitur potius in delictis. colluct.46.n.115.

Requiſita à ſtatuto debet verificari, vt illi ſit locus. colluct. 50. n. 19.

Principalis debitoris qualitates, cenſentur repetitæ in obligatione fideiuſsoris. colluct.2. n.9.

Hæreditaria in reo eſt probanda, etiam in executiuis. colluct.2. n.17.

Non præiuditialis non eſt neceſsario exprimenda, vt ea non expreſsa, non intret ſubreptio. colluct.6.n.89.

Eſt probanda ab eo, qui in illa ſe fundat. colluct.9.n.68.

Requiſitæ qualitates præſumuntur in electo. colluct. 13. n.35. declara, vt n. ſeq. Qualitates præſentatorum, quando habendæ ſint in conſideratione, n. 88. et n. 89. fundationis ſunt ſeruandæ, n.54. legis, et ſtatuti ſunt probandę, num. 59.

Plures qualitates, ſi requirantur, non ſufficit aliquarum concurſus. colluct. 13. n.53.

Gradus eſt probanda ſi conuertatur. colluct.16. n.39.

Emiſsa ad exculpationem non debet attendi. colluct. 24. num. 13.

Non entis nullæ ſunt qualitates. colluct.6.n.88. et colluct.26. num. 60.

Maſculinitatis adiecta verbo filiis excludit fœminas. colluct. 34. n. 32.

A teſtatore requiſita debet in eſse de tempore delatæ ſucceſſionis, et ſuperuenta non iuuat. colluct. 50. n. 212. declara 213.

Orationis complexiuæ qualitates, non ſtant per modum demonſtrationis, ſed per modum, vt ex pluribus conſtituatur vnum. colluct.34.n.78.

Qualitates ſtatuti ſunt omninò verificandæ. colluct.44.n.16. & n.59. & illis non verificatis eidem ſtatuto non eſt locus. colluct.42.n.13.

QVANTITAS.

De facili poteſt liquidari conſtito de facto, ſeù ſubſtantia actus. colluct.11.n.15.

Crediti, vbi de illo conſtat in genere, iuſtificatur leuiori probationum ſpetie. colluct.30.n.1. quinimò ſolo iuramento creditoris, n. 2.

QVERELA.

Accuſatoris ſecreti quomodo permittatur in Ducatu Ferrariæ. colluct.32.n.14.

Succedit loco accuſationis. colluct. 12.n.48. auget argumentum, n.50. & n. 65. inducit aliquam probabilem ſuſpicionem, & facit indicium ſaltem leue, n. 51.

QVIETANTIA.

Reportata affert liberationem, tam ad fauorem reportantis, quam coobligatorum. colluct.5. n. 25. probat ſolutionem, n.76.

QVINDENNIVM.

Succedit loco laudemij ſoluendi à manu mortua inueſtita. colluct.35.n.125.

QVI.

Tractat de damno euitando, eſt ſemper potior. colluct. 21. num. 15.

Per alium facit, perindè eſt, ac ſi per ipſum faciat. colluct.29. num.20.

Vtitur iure ſuo, nemini facit iniuriam. colluct.45.n.8.

R

RATA.

Vnuſquiſque pro ſua rata tenetur. colluct. 5. num. 15.

RATIFICATIO.

Æquiparatur mandato, etiam ſpetiali. colluct. 4. n. 35. colluct. 29. n.27.28. & colluct.32. n.5. vbi etiam quod retrotrahitur.

Facit ceſſare quæſtionem actus geſti per Procuratorem. colluct.4.n.36.

Vt ſit valida requirit omnes ſolemnitates neceſſarias in primo actu. colluct.4. n.40.

Nulla non parit Iuris effectum. colluct.4.n.41.

Non datur, ſtante oppoſitione defectus mandati; & de ratione. colluct.4.n.42. & n.43.

Confeſſionis ſpontaneæ ſit cautius, non neceſſariò. colluct. 12. num. 6.

Operatur ac ſi conſenſus ab initio fuerit præſtitus. colluct. 29. num. 22.

Quomodò probetur. colluct.29.n.29. & ſeqq.

Non inducitur, niſi probata actus ſcientia, & omnium illius qualitatum in ratificante. colluct. 29.num.38. Contractus nulli expoſcit ſcientiam plenam nullitatis, tam Iuris, quam facti, n.39. Inducitur per conſenſum, n.40.

Non præſumitur. colluct.4. n.37.

RATIO.

Finalis, & mens legiſlatoris ex proęmio colligitur. colluct. 10. num. 36.

Vbi eſt eadem, debet eſſe, & eadem iuris diſpoſitio. colluct. 9. n.149. & colluct.20.n.29. & colluct.34.n.42. & colluct. 50. num. 31.

Statuti vbi conuenit, illius diſpoſitio adaptatur. colluct. 8. num.12.

Exceptionis eſt fauorabilior, quam ratio actionis. colluct. 9. num. 95.

Statuti rationem ſemper ſequi debemus. colluct. 28.n.86.

Intentans rationem redditionis, debet probare adminiſtrationem, & certas res adminiſtratas. colluct.43.n.11.

A ratione ceſſante argumentum eſt validum. colluct. 35. num. 5.

Legis ratione ceſsante, ceſsat illius diſpoſitio. colluct. 35. num.45.

Habetur pro expreſsa quando alia excogitari non poteſt. colluct. 10.n.34.

RECOGNITIO.

Scripturarum poteſt ſemper fieri. colluct. 9. n. 24. declara, num. 25.

Non recognita ſcriptura priuata non probat, ſtante oppoſitione. colluct. 9. num. 17, et latè de materia, n.n. ſeqq. et num, 54.

REDDITIO.

Rationis qualiter ſit facienda, quando teſtator liberauit admiſtratorem, ab illa. colluct.42. n.81.
Vide verb. Adminiſtrator, et verb. Ratio.

REGVLA.

Habens regulam pro ſe habet intentionem fundatam. colluct. 37. num.3. et dicitur habere rem certam. colluct. 37. num. 4.

REINTEGRATIO.

Datur concurrentibus extremorum probationibus. colluct. 26.n.8. et n.9.11.

Competit ſi Iudex notoriè præceſsit nulliter, et iniuſtè. colluct.26. n.64. amplia etiamſi ſumus in Principe ſic procedente, n.65.

Remedium reintegrandæ datur contra quoque titulo poſsidentem. colluct.26.n.10.

REI VENDICATIO.

Competit pro alluuione. colluct.26. n.86.

In rei vendicatione requiritur, vt dominium pleniſsimè probetur. colluct.26.n.88.

In actione rei vendicationis dominium deducitur principaliter, non incidenter. colluct. 39.n.34.

Expoſcit pleniſsimam dominij probationem. colluct. 26. n.88.et colluct.39.n.5.

RELATIO.

Nuntij de citatione facta eſt neceſsaria. colluct. 14.n.99.

Nuntij referentis citaſse reum ad domum, ſine adiectione ſolitæ habitationis non eſt ſufficiens.colluct.14.n.94.

Semper fit ad ea, quæ verbis magis conueniunt. colluct.34. n.105. et ad ea, in quibus verificari poteſt,n.106.

Relatum eſt in referente cum omnibus qualitatibus.colluct. 3.n.53.colluct.9.n.104.colluct.24.n.10.colluct.25.n.16.et colluct.34.n.8.

Relatiua reſtringuntur ad præcedentia, quando ſunt prolata ſine copula. colluct.2.n.56.

REMEDIVM.

Retinendæ, et reintegrandæ remedia, ac è contra in eodem libello ſubordinatè cumulari poſsunt. colluct. 26. n. 1. et num.3.

Reintegrandæ datur contra quoque titulo poſsidentem.colluct.26. n. 10.

Reintegrandæ repellit exceptiones requirentes altiorem indaginem.colluct.26 n.13.et exceptionem dominij,n.15.et concernentes petitiorem, n.17.

Reintegrandæ competit, ſi Iudex notoriè proceſsit nulliter, et iniuſtè. colluct.26.n.64.amplia, etiam ſi ſimus in Principe ſic procedente, n. 65.

Ordinarium vbi concurrit,extraordinarium ceſsat.colluct. 37.n.14.declara,vt n.15.16.17.

REMISSIO.

Penſionis ſemper eſt facienda perempta parte ſubſtantiæ rei locatę. colluct.50. num.197. de ratione, ſub num.199. 200.

Quando, ob fructuum ſterilitatem ſit facienda. colluct. 50. n.199. Vide verb. Reſtaurum.

RENVNTIATIO.

Caſibus fortuitis cum iuramento, et obligatione Camerali, non continet caſum inſolitum. colluct.50. n.191. amplia, vt n.n. ſeqq.

Iurata non comprehenditur ſub ſtatuto ſimpliciter renuntiationem prohibente. colluct. 43. n.83.

In renuntiatione certioratio valoris bonorum eſt neceſsaria. colluct.2. n.92.

Renuntiantibus iura ſua, non datur ad illa regreſsus. colluct.3.n.80.et colluct.8.n.20.et colluct.28 n.10. et colluct. 5. num. 12.

Bonis paternis de iure ciuili improbatur. colluct,3. n.82.

Poteſt reſcindi ex enormiſsima læſione, non obſtantibus clauſulis quibuſcunque, & iuramento. colluct.3. num,83. & 86.

Annullatur ſi nihil defertur, cum tunc detegatur impietas Patris. colluct. 3. n.88.

Expirat extinctis perſonis, in quarum gratia fuit facta. colluct.3.n.91.

Facta à filia de bonis vtriuſque parentis, cum ſolemnitatibus ſtatutarijs eſt valida. colluct. 28. num. 1. non expoſcit ipſas ſolemnitates, ſi ſit facta ad fauorem patris, num, 3. contra n. 5. maximè ſi in ea præponderet amor maſculorum, n. 8. & etiam ſi ſit de Iure quærendo, & ob cauſam, num. 9.

Iura ſua renuntiantibus legitimè interdicitur ad illa regreſſus. colluct 28. n. 10.

Facta ſine cauſa redditur nulla, & inualida. colluct. 28. num. 14.

Iuramento firmata non requirit ad eius validitatem, vt in illius actu aliquid detur, vel promittatur. colluct.28.n.18. 20. amplia, n.22.

Facta à filia de bonis vtriuſque parentis reſcinditur ob læſionem enormiſſimam. colluct. 28. n. 19. declara, n. 21. 22. amplia, n. 32.

Facta à filia de bonis maternis, cum fuerit dotata ſolum de bonis paternis, non valet, tanquam ſine cauſa, & cum maxima læſione. colluct.28.n.32.

Bonorum vtriuſque parentis ſolet conueniri, licet in limine matrimonij non interueniat ob maiorem honorificentiam. colluct.28.n.39.

Quæ in vno tantum poteſt verificari, dicitur indiuidua. colluct.28.n.42. & n. ſeq.

Aufert, & tollit ius quæſitum. colluct.28. n.49.

Obſeruata dat argumentum vt fuerit ad finem comprehendendi in ea bona materna. colluct.28. n.54.

Facta pro argumento decoris familiæ, & agnationis, tanquam facta ex cauſa pia, & laudabili, reſpuit ſuſpitionem læſionis. colluct.28.n.130.

Reſpicit eorum tantum fauorem,quibus fit nominatim colluct. 36.n.49.

Regulatur à dotatione, & fit illi, qui dotem præbet. colluct. 36. num. 53.

Renuntiationes de bonis vtriuſque parentis, ſolent ſtipulari à patribus filias dotantibus, & ſuper hoc adeſt conſuetudo inueterata. colluct. 28. num. 53.

RENOVATIO.

Societatis intelligi debet ſecundum naturam ſocietatis. antecedentis renouatæ. colluct.36. n.6.

Societatis poteſt claudicare ad fauorem pupilli, & minoris. colluct. 36. n.12.

Inueſtituræ facta in vim pacti de renouando appoſiti in emphyteuſi perpetua, non eſt noua acquiſitio, nec dicitur nouus contractus. colluct. 35. n. 82.

REPRESENTATIO.

Eſt ius tranſmiſſione facilius. colluct.41.n.74. quando detur de nepotibus in concurſu cum patruo, n. 76. 80. 81. *nihil* aliud eſt, quàm ſucceſſio in ſtirpes, n.77. & vide,n. 104. ſi ceſſat, ceſſat talis ſucceſſio, n. 101.

Non datur in fideicommiſſo particulari. colluct.41.num.82. neque ſi extent in contrarium coniecturæ, num. 83. cum ſeqq.

Non datur de vocatis ſub nomine collectiuo,quando adſunt vocati per nomen appellatiuum. colluct. 41. n.88. contra n 89. declara,n.90.

In dubio non eſt admittenda ſed contra eam eſt iudicandum. colluct.41.n.140. adde *Rot. in rec. dec.15. n.24.p.9.tom.1. eſt in impreſſ. cor. Roias. dec. n.*

An ſit locus repræſentationi attenditur perſona fideicommittentis. colluct. 41. n. 107. contra n.108.

REPETITIO.

Dotis non competit mulieri, non data iuſtificatione crediti dotalis. colluct.42. n.2. & n.45.

Oneris, & conditionis admittitur, ſi interſit teſtatori. colluct.50.num. 124. exemplifica, n. ſeq. & ſi ſit facta ſubſtitutio vulgaris, & fideicommiſſaria de ijſdem perſonis, n. 127. & ſi concurrat identitas rationis in vtraque ſubſtitutio-

tutione, num. 129.
Qualitatum non datur de vna oratione ſeparata ad aliam. colluct. 38. num. 28. nec vbi adeſt diuerſitas rationis, num. 29. amplia, num. 30. nec vbi plus operaretur repetitio in caſu ad quem fit repetitio, quam in caſu, in quo eſt facta expreſſio, n. 31. nec vbi ſumus in materia odioſa, num. 32. nec quando poteſt induci, & non induci, n. 39. nec quando reſultaret correctio iuris communis, num. 40.

RES.

Eiuſdem rei duo domini in ſolidum non poſſunt eſſe eod. tempore. colluct. 7. n. 65.
Inter alios acta, tertio non nocet. colluct. 29. n. 60. et colluct. 37. num. 15.
Suæ rei, non alienæ quilibet eſt moderator, & arbiter. colluct. 2. n. 106. & colluct. 29. n. 7. limita, n. 8.
Aliena hypothecari non poteſt. colluct. 29. n. 9. poteſt vendi, & alienari, n. 12. declara, n. 13. 19 26. poteſt in emphyteuſim concedi, n. 14. poteſt donari n. 15.
Eadem non debet diuerſo iure cenſeri. colluct. 14. n. 70.
In re, quæ non exiſtit, non cadit qualitas. colluct. 38. n. 42.
Quæ fuit præſeruata, ſi exinde redimatur, non iudicatur tanquam talis, ſed alia per ſe ex noua acquiſitione, & Iure. colluct. 45. n. 46.
Quæ perit, Domino perit. colluct. 38. n. 99.

RES IVDICATA.

Tranſacta res in iudicanim facit de albo nigrum. colluct. 6. num. 59.
Stare rei iudicatæ publicè intereſt. colluct. 6. ſub n. 59. verſ. & merito.

RESCRIPTVM.

Principis quando excitet duntaxat iuriſdictionem. colluct. 4. num. 134.
Et gratia non ſuffragatur ſi non fuit expreſſa qualitas, propter quam Princeps non conceſſiſſet, aut difficilius conceſſiſſet. colluct. 4. n. 132.
Principis recipit interpretationem à Iure communi. colluct. 4. num. 132.

RESERVATIO.

Dominii, & poſſeſſionis ſuper re vēdita vſque ad integram pretii ſolutionem, operatur vt venditio habeat naturam locationis. colluct. 48. n. 9.
Verificatur tantum circa ius competens, & reſeruabile. colluct. 48. n. 70.
Aſſenſus vbi ipſe non eſt neceſſarius, non efficit quod actus, illa non obtento vitietur. colluct. 37. n. 125.

RESIDVVM.

Denotat ſolutionem antecedentem. colluct. 17. num. 8.

RESPONSIO.

Ad poſitiones, licet facta per verbum credit, dicitur abſoluta, & reſponſio veritatis. colluct. 30. n. 42. plenè probat contra confitentem num. 43. adde *Andreol. contr.* 268. p. 3.

RESPVBLICA.

Totius reipublicæ ſalus, & vbertas eſt annonæ vtilitas. colluct. 45. n. 13.
Intereſt Reipublicæ, Ciuitates impleri hominibus. colluct. 44 n. 45. & ſtare rei iudicatæ. colluct. 6. n. 59. & delicta puniri. colluct. 12. n. 77. & ne mulieres remaneant indotatæ. colluct. 6. n. 1.

RESTAVRVM.

Vt debeatur quid veniat deducendum. colluct. 20. n. 39. & quando ipſi ſit locus, facta per conductorem renuntiatione caſuum fortuitorum ampliſſimè. colluct. 50. n. 192. 193. 197. 199. vide verb. Remiſſio.

RESTITVTIO IN INTEGRVM.

Tantum reddit, quantum abſtulit læſio. colluct. 7. n. 70.
Datur etiam maiori ex enormiſſima læſione aduerſus tranſactionem. colluct. 7. ſub n. 54. verſ. quinimò.
Regulariter competit ex capite ignorantiæ, immò ceſſat contra ignorantem. colluct. 10. n. 57.
Datur ignoranti contra præſcriptionem trecennariam, & quadragenariam. colluct. 10. n. 60. intellige, vt n. 62.
Tranſmittitur ad hæredes. colluct. 10. num. 64. intellige, vt num. 65.
Non competit niſi probata aliqua iuſta cauſa pro illa obtinenda. colluct. 10 n. 66.
Denegatur contra præſcriptionem inceptam in minori ętate, & completam poſt maiorem elapſo iam quadriennio. colluct. 10. n. 42.
Ex capite minoris ętatis non datur, ſi cum minore nihil fuerit actum, & factum de negotio per ipſius Patrem finito. colluct. 10. n. 98.
Ex capite ignorantiæ non datur contra præſcriptionem in terminis Statuti Ferrariæ. colluct. 10. n. 100.
Omnia reponit in priſtinum. colluct. 7. n. 71.
Competens minori porrigitur ad maiorem, ſi ambo ſint lites conſortes, & agatur de re indiuidua. colluct. 4. n. 84.
Aduerſus aditionem hæreditatis incōſulto factam, nō conceditur maiori vigintiquinque annorum. colluct. 21. n. 1. & n. 20. amplia vt n. 2. contra n. 3. & n. 13. amplia n. 4. declara, n. 24.
Datur maiori ad adeundam hæreditatem, quam ſibi delatam ignorauit. iuxta l. Pantonus. ff. de acquir. hæredit. colluct. 21. n. 12. conceditur maioribus 25. annor. enormiter lęſis in contractibus ex cauſa ignorantię iuſti erroris, abſentiæ, vel alterius impedimenti, n. 41.
Conceditur minori aduerſus omiſſionem Inuentarij. colluct. 21. n. 44. & hæc reſtitutio prodeſt etiam maiori cohęredi, n. 45. contra, n. 46.
Competit, & datur contra decretum nullum, ſeù iniuſtum, etiamſi iniuſtitia non ſit notoria. colluct. 26. n. 84.
Competit aduerſus præſcriptionem, etiam quadragenariam ex capite probabilis ignorantiæ colluct. 48. n. 55.

RETENTIO.

Vt competat, creditum debet eſſe liquidum. colluct. 37. n. 7. & quando tale dicatur, n. 9. 10.
Non datur, vbi pro credito dantur remedia ordinaria. colluct. 37. n. 13.
Datur creditori habenti hypothecam, etiamſi res ad eius manus peruenerit ex alia cauſa quam crediti. colluct. 37. n. 18. declara, n. 58. 59.
Datur tantum pro credito liquido. colluct. 8. n. 11. amplia, n. 12. 13. 14.
Competit creditori hypothecario de bonis maioris valoris quàm ſit ſuum creditum, donec integrè ſatisfaciat. colluct. 47. n. 6. declara, n. 23. 24. 25. 29.
Pro dote competens mulieri conceditur etiam eius filio hæredi. colluct. 47. n. 8. talis retentio datur tantum ad ratam crediti dotalis, num. 30. quando competat, num. 34. 36. 38. 39.
Facilius conceditur, quam actio. colluct. 9 n. 97.
Quomodo competat. colluct. 9. n. 79.
Competit filio, & hæredi matris ratione Iurium dotalium. colluct. 9. n. 80.
Regulariter de iure eſt prohibita. colluct. 37. n. 1.
Non datur vbi creditum non eſt iuſtificatum. colluct. 37. num. 11.
Pro credito liquido datur ad impediendam executionem ſententiæ. colluct. 37. num. 35. Datur, illi qui aſſumit faciendam probationem in continenti, num. 51. Datur pro credito claro, & liquido, num. 52. amplia etiam in remedio ſpolij Iuditialis, & manutentionis, n. 54. 55. declara, vt n. 56. 58. 59.
Regulariter de iure eſt prohibita. colluct. 37. n. 1. fallit in creditore, qui ſine vitio non reperitur in poſſeſſione, etiam ſi non habeat hypothecam colluct. 37. n. 5.
Competens hæredi in bonis defuncti pro ſuo credito datur ad ratam crediti, ſi exerceatur iure dominij. colluct. 47. n. 86. ſic retentio pro ſalario non competit, niſi ad ratam, num. 281.
An competat ſubconductori, qui ſoluit penſiones conductori poſtquam factus eſt locus expulſioni iſtius, et reſolutioni locationis ob non ſolutas ab eo penſiones locatori colluct. 37 n. 131. cum ſeqq.

REVS.

Qui confugit ad Eccleſiam ſolet in primis extrahi, ne fugendi cauſa præbeatur. colluct. 46. n. 138. ſeruata tamen praxi, de qua, n. 139. extractus indebitè ab Eccleſia, ante omnia eſt ad illa reſtituendus, n. 140. 141.
Contumacia rei eſt ſemper ab actore accuſanda. colluct. 50. num. 111.

Digitized by Google

Quando poſsit ſubfideiuſsione de repræſentando relaxari. colluct. 32. n. 20, Quando non rumpat dictam fideiuſsionem, n. 21.

Non poteſt immunitati Eccleſiæ renuntiare, colluct. 40. num. 27.

Non poteſt aliqua ratione ſiue directa, ſiue indirecta, ſiue compulſiua à loco ſacro extrahi. colluct. 40. n. 20. neque blanditijs doloſis poteſt alliei ad exire è loco ſacro, vt inde eapiatur, n. 29. neque minis, ac terroribus affici ad eundem effectum, n. 30. exemplifica, n. 31.

Ex delicto mixti fori, ſi egrediatur locum ſacrum ſub ſecuritate vnius Iudicis, quando poſsit à familia alterius licitè capi. colluct. 40. n, 33.

Abſoluitur actore non probante. colluct. 41. n, 1.

Abſoluitur ſi teſtes in accuſatione nominati non fuerint examinati, colluct. 46. num. 13. verſ. et qui teſtes, vbi vide.

Deficiens in probatione eius exceptionum, condemnatur. colluct. 17. n. 46.

Dicitur qui rem controuerſam poſsidet. colluct. 39. n. 129. etiam in dubio eſt fauendum, n. 130. 131.

RIXA.

Rixæ prouocator quis nam dicatur. colluct. 46. num. 82.

ROTA ROMANA.

Rot. deciſ. in ſarcinaten. feudi 20. Decembr. 1638. cor. Coccino. fuit reuocata. colluct. 34. n. 91.

Rotæ deciſiones ſunt intelligendæ, ſecundum auctoritates, quas allegant. colluct. 34. n. 93.

Rot, cor. Card. Otthobon. dec. 183. n. 6. in ſuo vero ſenſu affertur. colluct. 35. n. 42.

Rot, Romanæ deciſiones in ſtatu Eccleſiaſtico accipiuntur pro legibus. colluct 35. n. 43. declara in eo, quod principaliter firmant, n. 44.

Rot. deciſiones non nullæ dicuntur reuocatæ. colluct. 38. n. 47. iuncto, n. 41. 50.

RVBRICA.

Continens orationem perfectam, poteſt allegari ad deciſionem cauſarum. colluct. 9. n. 41. & multa operatur vt n. n. ſeqq.

Statuti continens perfectam orationem, poteſt ad deciſionem cauſarum allegari. colluct. 28. n. 92. amplia n. 94.

Generalis non reſtringitur à nigro ſpecialiter, et ſtrictius loquente. colluct. 28. n. 94.

S

SACERDOTIVM.

Probatur ex litteris patentialibus. colluct. 13. n. 30.

Vt ſacerdotium quid exigat. colluct. 13. n. 95.

Eſt ſumma honorum, qui in omnibus conſtant. colluct. 19. num. 13.

Sacerdotes ſemper in ſummo honore ſunt habiti. colluct. 19. num. 13.

Sacerdotes poſsunt pro celebratione miſsarum ſtipendia recipere. colluct. 19. num. 45. vbi declara amplia vt num. 46.

SACRILEGIVM.

Committitur ratione perſonæ rei, et loci ſacri. colluct. 18. num. 1. ſicuti patratur in Eccleſia, ita in Cęmeterio, num. 4.

Committitur etiam ratione loci immunis. colluct. 18. n. 5. contra n. 6.

Definitio ſacrilegij remiſsiuè. colluct. 18. n. 7.

Non committitur in loco profano. colluct. 18. n. 19.

Quæ requirantur ad ſacrilegium ratione loci. colluct. 18. num. 16. 22.

Non committitur vbi effuſio ſanguinis ſuccedit, caſualiter, et per accidens. colluct. 18. n. 28.

Eſt delictum mixti fori. colluct. 18. n. 32. et in eo datur præuentio. colluct. 18. n. 33.

Illius pęna eſt multiplex. colluct. 18. n. 40.

Eſt arbitraria. colluct. 18. n. 41.

De iure canonico ſacrilegij pęna, eſt excommunicatio. colluct. 18. n. 43. et ſub n. 58.

SALARIVM.

Debitum offitiali debet ſolui in loco, in quo exercet offitium. colluct. 19 n. 47.

Succedit loco alimentorum. colluct. 19. n 63.

Regulariter conſequi nequit tutor, & curator. colluct. 50. n. 2. limita reſpectu curatoris ad litem, n. 3. & de ratione, n. 4. 5. rurſus limita ſi in contrarium vigeat conſuetudo, n. 7. & ſi adſit iuſta cauſa Iudici arbitraria, n. 8. ſublimita ſi agatur de vna vi adminiſtrata, n. 9. & ſi curator non petijt ſalarium, n. 10. 11. intellige generalem concluſionem, n. 23.

Debetur Procuratori, etiamſi nihil egerit, dummodò per ſe non ſteterit, quin operas ſuas præſtaret. colluct. 50. n. 5. & etiamſi ſalarium, non ſit conuentum, ſi Procurator ſit ſolitus locare operas ſuas. ibid. ſub num. 5. verſ. etiamſi maximè concurrente taliter conſuetudine, de qua, num. 6.

Non petitum videtur remiſſum, etiamſi alias deberetur. colluct. 50. n. 10. & n. 11.

SALDVM.

Habet executionem pro ſumma concluſa. colluct. 17. num. 48.

SALVIANVM INTERD.

Requiſita Saluiani. colluct. 9. n. 1. Creditum in hoc iuditio fore plenè probandum exploſis contrariis, probatur, n. 2. & ſeqq. & n. 7. 10.

Ceſſat ceſſante hypotheca. colluct. 9. n. 15. & non competit contra habentem anteriorem hypothecam, n. 73. 82.

Iudicium Saluiani eſt ſummarium. colluct. 9. n. 31. imò ordinarium. ibid. ſub n. 54. in fine.

Auocat poſſeſſionem. colluct. 49. num. 58. declara, num. 61. formula decreti immiſſionis ex Saluiano affecto remiſſiuè, n. 59. Immiſſus ex Saluiano, non ſibi, ſed pro debitore poſſidet, n. 62. ſubſiſtit ſi ſimpliciter contra poſſeſſionem intentetur non citato, neque attento authore laudato, n. 83.

Ob Saluianum interdictum motum contra emptorem, debetur etiam euictio, quando venditor eam promiſit in omni iudicio poſſeſſorio. colluct. 49. n. 66.

Ex Saluiano immiſſo competit manutentio. colluct. 48. num. 107.

Immiſſio ex Saluiano denegatur ex ſolo motiuo, quod nō ſit probata poſseſſio de tempore obligationis, vel poſtea. colluct. 9. n. 70.

Datur ſolummodo contra colonum, & inquilinum. colluct. 9. num. 1. verſ. dixi minus. contra quod detur contra quemlibet poſseſsorem. ibid. verſ. non vt. Vide verb. Excuſſio.

SATISFACTIO.

cū oneribus, et alijs de quibus in eo, & iuxta intentionē, men-
tem, & voluntatem eorū Genitoris*, vt ſunt verba præciſa d.
Inſtrumēti dati *n. 2.* proculdubio Andreas ſibi præiudicauit
in legitima, vt in ſimilibus terminis de acceptatione facta cū
clauſula, *in omnibus, & per omnia*, tradit *Ruin. conſ. 56. n.
6. & 12. lib. 2. & ex cap. vt circa §. 1. de elect. in 6. & Iaſ. in
l. ſtia §. fin. ff. de verb. oblig.* aduertunt in ſpecie *Surd. conſ.
412. num. 27. Peregr. de fideicom. art. 36. num. 89. Fuſar. de
ſubſtit. d. q. 296. num. 93. & 94. Merlin. de legitim. lib. 3. tit.
2. q. 9. num. 38. & alij*, quos refert, & ſequitur *d. Romana
fideicom. de Ceulis 26. Nouemb. 1639. d. §. Moti ex eo, & §.
Attamen ex voluntate &c. 14. Ian. eiuſdem anni d. §. primo
ex eo &c. & 16. May 1642. §. quoniam in dicta &c. coram
9 Reuerendiſſ. D. meo Carillo*, vbi ex vi clauſulæ *in omnibus,
& per omnia*, deciditur, tranſactionem ſe extendere ad ex-
pectatam renunciationem legitimæ, & ad acceptationem
omnium qualitatum appoſitarum in teſtamento, quod ap-
probatur per hæredes tranſigentes.

10 Et iure meritò, quod etiam diſpoſitio generalis, quæ non
poteſt habere locum in alio, quam in legitima, comprehen-
dit legitimam etiam abſq. illius ſpecificatione, vt firmant
*Socin. iun. conſ. 136. num. 18 lib. 1. Franc. Becc. conſ. 34. nu.
13. in fin. & num. 14. Surd. conſ. 212 num. 13. & in tract. de
alim. tit. 9. q. 15. num. 16. Gallerat. de renunc. centur. 1. re-
nunc. 47. num. 9. ad fin. verſ. Hincque eſt, Honded. conſ. 63.
n. 89. & ſeq. lib. 1. & alij per eos allegat.*

Attentis præſertim clauſulis ampliſſimis in fine eiuſdem
Inſtrumenti appoſitis, & ſignanter promiſſione non con-
11 trafaciendi quouis prætextu, iuramento vallata, quæ im-
pugnari non poteſt à Gabriele hærede Andreæ, *l. cū a matre
C. de rei vindic. Mantic. deciſ. 106. n. 4. Rota deciſ. 649. n.
1. par. 3. & dec. 176. n. 47. par. 5. rec.* & multò minus cum
ipſemet Gabriel in eodem Inſtrumento eodem modo ſe
obligauerit in forma Cameræ, *Rota deciſ. 415. num. 3. par.
1. recent. cum vulgar.*

12 Minus attenta fuit exceptio identitatis bonorum; Quia
ex Inſtrumento diuiſionis inito 26. Iunij anni præteriti ſta-
tim poſt mortem teſtatoris de bonis hæreditarijs eiuſdē, in-
ter quæ leguntur iſta, de quibus agitur, obuenta Andreæ,
abundè remanet probata identitas inter ipſos fratres, & co-
hæredes diuidentes, *Soc. conſ. 46. in princ. lib. 3. Peregrin. de
fideic. art. 44. n. 4. & ſeq. Rot. deciſ. 398. n. 7. poſt tract. Mo-
dern. Pēruſin. de manuten. deciſ. 706. n. 2. par. 2. recen. deciſ.
42. n. 1. par. 5. cū alijs in Ariminen. fideic. 14. Martij 1640.
coram R.P.D. meo Cerro in Bonon. fideicom. 16. May eiuſ-
dem anni coram R.P.D. meo Bichio, & in Romana fideic.
de Fuſchis 19. Decemb. eiuſdem anni corā Reuerendiſſ. D.
13 meo Decano*, maximè quia diuidentes ſpecificarūt bona illa
eſſe hæreditaria Camilli, ibi, *Bonorum communiter relicto-
rum in hæreditate d. q. Camilli eorum cōmunis Patris*, quæ
14 confeſſio ſuperat qualcunq. probationes contra Andream
& Gabrielem eius hæredem confitentes *l. cum te la ſeconda
C. de tranſact. l. generaliter C. de non numer. pecun. Rota
deciſ. 71. n. 3. par. 1. diuerſ. cum ſimilibus.*

Minus releuat clauſula præſeruatiua quorumcumque
Iurium ipſis hæredibus competentiū facta in eodem Inſtru-
mento approbationis teſtamenti 13. Aprilis anni præteriti.
15 Quia vel tanquam contraria facto non meretur attendi,
*l. cum plures §. locatum ff. locat. cap. grauem de offic. deleg.
cap. ſollicitudinē de appell. Bart. in l. non ſolū §. morte n. 13.
16 ff. de oper. nou. nunc.* vel cenſetur ab ea receſſum per actus
aduerſatiuos ſubſecutos hæreditario nomine geſtos, *Card.
Caual. deciſ. 349. n. 3. verſ. nam per talē conſenſum &c.* vel
17 referenda eſt ad non expreſſa, *Thomat. deciſ. Macerat. 12.
n. 25. & 26. Rota deciſ. 155. n. 2. & dec. 222. n. 26. par. 6. rec.*
18 non autem ad ea quæ veniunt ex diſpoſitione iuris *c. cum
M. de conſtit. Surd. conſ. 383 n. 18. lib. 3 Pignatell. controu.
28. n. 18.* prout venit renunciatio legitimæ, quando cōcurrit
prohibitio teſtatoris cum cautela Soccini, & acceptatione
hæredis ex ſupra allegatis, & ſignanter *Rom. fideicom. de
Ceulis coram Reuerendiſs. Carillo*, vbi fusè, & doctè diſpu-
tatur. Et poſſet tentari, quod Camillus non cogitauit de re-
ſtitutione dotium iam receptarum, ſed de dotibus in futu-
19 rum; permittit enim alienationem pro conſtitutione do-
tium, & ſic certum eſt loqui de dotibus conſtituendis in fu-
turum, & ad eas ipſas videtur referen. quod dixit de reſtitu-
tione ad quam dubitarunt nonnulli Doctores an extende-
retur *Auth. res quæ &c. Facchin. lib. 4. controu. cap. 47. &
multis alij citati a Fuſar. de ſubſtitut. q. 532. n. 2.* cum quibus
videtur ſe voluiſſe conformare teſtatorē, licet cōtraria ve-
rior ſit, & ſequenda etiā eo inuito, vt pluries tenuit Rota.

Demùm nil releuans viſa fuit exceptio emphyteuſis ſu-
20 per bonis Roncitelli Senogallien. Nam quicquid ſit an
pater poſſit filijs præiudicare in emphyteuſi ex cauſa onero-
ſa quæſita, ſi tamen fuit conceſſa Patri, & filijs nomine pro-
prio (vt iſta videtur) ex allegatis à *Canaler. deciſ. 119. n. 9 &
multis alijs per Modern. Fulgin. de Iure emphyt. de cōtract.
emphyt. q. 24. n. 20. ante med. & n. 28.* & omiſſo etiam an di-
21 catur emphyteuſis quæſita ex cauſa oneroſa, quando non
propter authoritatem concedentis, vel ab ipſo concedente
onus imponitur, ſed à cedente, & donante, vt in noſtro caſu:
ſufficit pro Antonio quod Gabriel, & Andreas approbaue-
runt Patris teſtamentū *ex vulg. tex. in l. cū a matre C. de rei
vindic. cum multis alijs per Rotam in magiſtrali deciſ. 50.*

par.

Digitized by Google

part.5. recent. & d. Modern. Fulginaten. 5. num.33. etiam in feudo, vel emphyteuſi ex pacto, & prouidentia, vt ex relatis ab eodem *tit. de renunciat. quaſt.* 10 *num. 5. verſ. contrariam, ubi plurimos congerit*: Maximè cum plus eis obuenerit ex bonis defuncti, quam ſint bona emphyteutica, *l. cum Pater 33. §. cum Pater ff. de legat. 2. Caldas de iure emphy. lib. 3. cap. 17. num. 24.* Sed & ſi minus eſſet in hæreditate id forſan poſset aſſecurari ex pulchris verbis *in l. Imperator 70. ff. de legat. 2.* ibi, *Enim verò ſi pecunia accepta rogatus ſit rem propriam (quãquam maioris extimaretur) reſtituere, non eſt audiendus legatarius legati percepto ſi vel ſi computare, tex. in l. ſed ſi non tenuit 36. ff. ad leg. falcid. & in l. generaliter 24. §. ſi quis alienum ff. de fideic. libert. Caldas multis citatis ubi ſup. num. 22. & nu. 24. Modern. Fulgin. ſup. tit. de ſucceſſ. in bon. emphyt. q. 3. n. 15*

22 Et ideò difficultas duntaxat conſiſteret An ſupradicta doctrina procedat quando non eſt poſitum expreſsè grauamen in bonis emphyteuticis, ad tradit per *Fuſar. q 630. n. 14. & q. 631. n. 7. Surd. deciſ. 21. n 17. verſ Reſpondetur, & n. 18. & 19. & alios per d. Fulgin. vbi proximè q. 3. n. 38.*

Sed hanc difficultatem ſubſtulit *Caldas de iur. emphyt. d. lib. 3 cap. 17. n 24.* vbi nil intereſse expreſsè fuerit impoſitũ An non, ſi ex coniecturis poſſit colligi eos voluiſſe grauare in re emphyteutica, & *n. 25.* Et id tenuere vbi reliquit omnia bona ſua, *ex l. à Procuratore C. mand. Bart. & multis alijs, idem Caldas n. 23. Surd. conſ. 357. n. 27. verſ. quantum quoque, Natt. conſ. 159. num. 25. in fin. & melius Rot. apud Card Canaler. deciſ. 219. n. 13. ad fin. verſ. & eadem ratione, & deciſ. 587. n. 11. verſ. Demum vltra prædicta, & dec. 87. n 9. penes Buratt. deciſ. 294. n. 1. par. 1. recent.* Eo magis quia verbis ampliſſimis, & quæ neceſſariò continent etiam bona emphyteutica Camillus diſpoſuit, ibi, *In tutti li miei beni mobili, ſtabili, ragioni, attioni preſenti, e futuri in qual ſi voglia luogo aſſiſtenti.* Sum. Antonij *num.* 1.

Quæ omnia fortius procedunt, quia Camillus diſpoſuit æqualiter ad fauorem omnium filiorum comprehenſorum in inueſtitura, vt potuiſſe facere, dixerunt *Fuſar. & per eũ citati d. q. 630 n 11 & d. q. 631. n. 7. & alij per eum allegat. d. q. 3. n. 16 & n. 20. Rot. in Bonon. fideicom. ſeu Domus 4. Decembris 1647. coram R.P.D. meo Bichio §. & per conſequens,* & idem diſpoſuit, quod veniebat ex lege inueſtituræ ex infra dicendis.

Et vrget dilemma; nam, aut Camillus potuit fideicommiſſo reciproco grauare filios, & in tuto res eſt, aut non potuit, & tunc multò minus potuit illis præiudicare Andreas, quicquid ſit An iſte poſſet etiam dici primus acquirens, ex traditis à *Rota d. deciſ. 219. n. 9. coram Canal. & à d. Fulginaten. d. q. 24. n 20. & 27.* Certum quidem eſt non plus ei fuiſſe permiſsum, quam Camillo Patri, de quo non poteſt diſputari, quod ſit primus acquirens. Eo magis, quia An-
23 dreas expreſsè limitauit ſuam diſpoſitionem ad ea, de quibus poſset diſponere, nec poteſt videri voluiſse diſponere de iure, quod eius morte finiebatur, *tex. in l. quod in rerum 24. § Vſumfructum ff de legat. 1. l. uxor Patrui 20. C. de legat. Surd d. deciſ. 21. num. fin. verſ. 4 procedere, Oſaſch. deciſ. 119. n 26. & alij per Menoch conſ. 151. nu. 53. plures per allegat. Fulginaten. d. q. 24. nu. 10. cum duob. ſeqq* Nec in Andrea procedit eadem ratio, quæ in Camillo Patre, nã iſte inſtituit hæredes quos voluit grauare, ille non inſtituit
24 Antonium, & optimè dicebat vnus ex Dominis in Emphyteuſi pro patre, & filijs ſtipulata vno eorum decedente intrare ius accreſcendi, *Caldas Periera de iur. emphyt. lib. 3. cap. 13 n. 46. & lib. 4. cap. 1. num. 11. & 12. & plurimi citati ab allegato Fulginaten. de contract. emphyt. q. 34. num. 21. & de ſucceſſ. in bon. emphyt. q. 20. n. 2. & 3.*

Denique nil obſtat, quod diuiſio facta fuerit cum clauſula *ad habendum &c.* quia communior ſententia eſt per
25 iſtam clauſulam non cenſeri renunciatum fideicommiſſo, niſi expreſsè data fuerit facultas alienandi, vt declarando pugnantes opiniones dixit *Fuſar. de ſubſtit. q 593. num. 17.* & in fortioribus *Bart. Alex & plerumque omnes ſcribentes in l. qui Roma 122. §. Duo fratres ff. de verb. obligat. & ibi Donell. num. 3* qui cum ſupradictis aſſerit ſententiam Iudicis in eo caſu fuiſse iniuſtam; & rectè explicat, quod in præſenti omni caret ſcrupulo, cum ipſi dicant facere diuiſionem iuxta formam, & diſpoſitionem teſtamenti.

Et ex his DD cenſuerunt Antonio dandam immiſsionẽ pro medietate omnium ſupradictorum bonorum Camilli Patris ab Andrea communi fratre relictorum, vtraque parte audita.

Eminentiſs. & Reuerendiſs. Corrado Romana Pecuniaria.
Veneris 26. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Quàndo vxor teneatur agere ad pretium fundi dotalis venditi ab ea inſimul cum viro, contra hæredes ipſius viri: & an idem pretium cenſeatur perueniſſe ad manus vtriusque coniugis; cum alijs, de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Cedens quando poſſit agere virtute actionum directarum penès eum exiſtentium, & n. 2.*
3 *Dos eſt reſtituenda uxori per heredes uiri ſoluto matrimonio.*
4 *Vxor quando non poſſit uendicare rem dotalem alienatam, ſed teneatur agere ad pretium contra heredes uiri.*
5 *Pretium fundi dotalis alienati ſuccedit in effectu in locum ipſius fundi, & uir illud reſtituere uxori tenetur.*
6 *Stipulatio legalis competit uxori pro reſtitutione dotis; & cum remedijs executiuis competentibus uirtute expreſſa ſtipulationis. n. 7.*
8 *Pretium rerum uxoris an cenſeatur perueniſſe ad manus utriuſque coniugis, uel uiri tantum, & n. 9.*
10 *Pecunia ex re dotali redacta dicitur eſſe penès uirum tanquàm pecunia dotalis: & non poteſt à uiro lucrifieri in præiudicium uxoris. n. 11.*
12 *Fructus fundi dotalis conſtante matrimonio ſpectant ad uirum. Limita n. 13. & 14.*
15 *Compenſatio non datur de liquido ad illiquidum.*

DECISIO II.

Mandatum A C. pro ſumma ſcut. ſeptingentorum relaxatum contra D. Victorium hæredem Io Hieronymi Coxiari pro reſtitutione partis dotis D Caſsandræ illius vxoris cenſuerunt Domini eſse exequendum.

Nam eius validitas, quæ impugnabatur ex defectu mandati Procuratoris eiuſdem Dominæ iuſtificatur ex ipſo Regiſtro, in quo legitur cum ratificationem omnium actorum ſub die 4. Decembris 1646. fol. 119. D. autem Victorius, qui eo nomine cauſam illam, & alias quotidie etiam coram hoc ſacro Tribunali defendit mediante eodem Procuratore, qui in præſenti quoque interuenit, neutrius legitimationem iuſtè contendere poteſt; Minusque opponere deficientiam actionis D Caſsandræ eo quod ceſserit hoc
1 creditum in dotem ſecundo viro, quia nec id probatur, nec releuat, cum illi adhuc licuiſset regulariter agere virtute actionis directæ penes eam exiſtentis, antequam aliquid interceſserit ex his, quæ habentur in *l. 3. C. de nouat.* vt in his terminis diſputata quæſtione probat *Oſaſc. deciſ. 62 per tot.* vbi in fine ſic atteſtatur in illo Senatu deciſum, & generaliter *Surd. conſ. 359. num. 13. verſ quinto, & ſeqq. Rot. penes ſanct. mem. Greg deciſ. 121 num. 5. verſ. quia nihilominus, & in recen. deciſ. 13. num 38. verſ. non obſtat, quod Carolus ceſſerit &c. & ſeq. par. 5.*
2 Eoque magis ipſo ſecundo viro non ſolum non aduerſãte, ſed conſentiente, & adhærente, vt in eiſdem terminis tradit alijs relatis *Carol. Bardellon. conſ. 2 num. 11. verſic. Addatur, ex theor. Bart. in l. Procuratori ſub num. 2. verſ. intelligeff. de cond. cauſ. dat. Rot. in Roman. fruct. Dotis de Luragh. 19 Ianuarij 1600 coram bo. mem Iuſto penes Fenzon. ad ſtatut. Vrbis deciſ. 87. ad fin §. neque obſtat verſ. ſi quidem uir ratum habet &c.*

Iuſtitia verò euidens eſt; Quia cũ in inſtrumento cõſtitutionis dotis celebrato anno 1626 die 16 Apr. cõſignata fuiſſet Io. Hieronymo domus pro fundo dotali, quã ille deindẽ cũ vxore vẽdidit die 14. Auguſti eiuſdẽ anni RR.PP Miniſtris

ſtris Infirmorũ pretio ſcut. ter mille ſeptingentorũ receptis eodẽ tempore ſc. ſeptingentis in pecunia numerata, vt apparet ex inſtrumento coram A C. producto. Tenetur vtiq.
3 eius hæres matrimonio ſoluto eandem ſummam reſtituere vxori, cui dos reſtitui debet, *l. 2. l. ſi conſtante ff. ſolut. matrim. l. Dotis actione, & l. fin. C. eod. Bald. in l. non ſolum, verſ. vltimo ff. de iur. dot. Bero. conſ. 38. num. 28. verſic. quoad vltimum lib. 1. Rimin. iun. conſ. 115. num. 23. verſ. non ſoluto matrimonio &c. cum alijs per Aldouin. conſ. 86. à num. 1. verſic. primo ſi quidem &c. ac ſeq. & nu. 14. verſ. à die verò ſoluti matrimonij.*

Non obſtat, quod eidem vxori competeret vendicatiò Domus dotalis, non autẽ repetitiò pretij ab hæredibus viri.
4 Quia eum fuerit per ipſam vnà cum viro alienata, & quidem vtiliter; vt narratur in inſtrumento, & cum renunciationibus iuramento firmatis, ac Iudicis decreto, cæteriſque ſolemnitatibus, non poterat vendicari, ſed agendũ erat (prout rectè factum fuit) aduerſus hæredem viri pro conſecutione pretij ex ea venditione redacti, per *text. in l. ſi ex lapidicinis ff. de iur. dot. Gabr. conſ. 37. num. 3. verſic. ſolum dicunt quod communiter receptum eſt, & ſeqq. lib. 1. Surd. conſ. 330. ſub num. 9. verſic. & in terminis noſtris, ac ſeqq. Honded. conſ. 77. ſub num. 16. verſic. tertio cum vt dixi lib. 2. & firmauit Rot. in S. Seuerin. Dotis 16. Decembris 1619. coram bo. mem. Vbald. in recent. deciſ. 159. num. 4. verſ. vndè quoad iſtos, & num. 11. verſ. ex quibus Domini concludebant par. 4. tom. 2. & alij relati per Modern. Cathalan. de pact. dotal. clauſ. 7. gloſſ. 2. par. 4. num. 20 verſ. & ex conſequenti certum eſt, &c. ac ſeq.*

Nec releuat, quod nulla facta fuerit per Ioan. Hieronymum obligatio reſtituendi d. ſummam vxori, ſed dumtaxat pro conſeruatione, ac reſtitutione Dotis ei conſtitutæ, vt legitur in d. Inſtrumento dotali in *verſ. qui quidem D. Hieronymus &c.*

5 Quia cum dotalis fundus fuerit deindè per ipſos Coniuges alienatus ſubintrat eiuſdem ſtipulationis vigore obligatio viri pro reſtitutione pretij ex eo redacti ſuccedentis in effectu in locum fundi alienati, vt pluribus rationibus probat *Bart. in conſ. 124. punctus quæſtionis talis eſt num. 2. verſic. ſecundo examinandum eſt lib. 1.* quem ſequitur *Gutier. de iuram. confirmator. par. 1. cap. 1. ſub num. 14. ad fin. verſic. & pretium quod peruenit &c. Petr. Barboſ. in l. diuortio §. ſi vir ſub num. 11. verſ. cum igitur ff. ſolut. matrimon.* & pluries iudicatum refert idem *Modern. d. gloſſ. 2. par. 4. num. 25. verſic. & fuit etiam &c. ac ſeq.* Quinimò ſi
6 omnis prorſus deficeret ſtipulatio conuentionalis pro reſtitutione Dotis, ac fundi, ſeu pretij illius, vigeret tamen legalis, cuius vigore nihilominus mulier agere potuit, *l. vnic. in princip. verſic. rei vxoriæ itaque actione ſublata,*
7 *& §. & vt plenius C. de rei vxor. act.* Et eidem quidem remedijs executiuis virtute expreſſe competentibus ex diſpoſitione *ſtatut. Vrbis lib. 1. cap. 85. vel aliter, per text. optimum in l. ſi duo Patroni §. Marcellus verſ. ſed & illud,* ibique *gloſſ. & Iaſ. num. 1. verſic. & vltra ea quæ dicuntur, & alij ff. de iureiuran. Bart. in l. 1. ſub num. 3. verſic. tertio nota, ac ibid. Bald. ſub num. 9. verſic. item facit ad iſtam quæſtionem, Angel. num. 4. verſic. & facit ad quæſtionem &c. & Imol. ſub num. 6. verſic. extra gloſſ. tangit hic Bart. &c. ff. de his quæ in teſtamen. delent. Alexan. conſ. 126. Repetitur (alias requiſitus) in cauſa Andreæ de Armiſ. ſub n. 6. uerſic. & per hoc infert, Ang. &c. & ſeq. lib. 6. Surd. conſ. 254. num. 39. uerſic. ubi infert, & fuit dictum in Aſſiſien. dot. 22. Iunij 1640. coram R. P. D. meo Royas in §. quo uerò ad iuſtitiam uerſ. ultra quod uenit ex iuris diſpoſitione, &c. & comprobat Modern. Rom. diſcept. 115. à num. 27. uerſic. quemadmodum, & ſeq. ac diſcept. 852. ſub num. 33. uerſic. quare maritus &c. & ſeq.*

8 Minus obſtat, quod in Inſtrumento d. venditionis legatur d. ctos ſcut. ſeptingentos fuiſſe numeratos præfatis coniugibus, nempè Io. Hieronymo, & Caſſandræ, ideoque ab eius hærede integrè repeti nequeant, ſed dumtaxat pro dimidia, iuxta *l. Reos §. cum tabulis ff. de duobus Reis,* & ſenſit *Bart. in d. conſ. 124. num. 1. uerſ. in quæſtione iſta &c. quem alij ſequuntur.*

9 Quia contraria opinio verior eſt, ac receptior; Nam expreſſio illa pro maiori cautione emptoris facta, pecuniæ autem integrè perueniſſe cenſentur ad virum, vt latè probant *Crauet. conſ. 91. ſub num. 1. uerſ. quibus tamen non obſtantibus, & ſeqq. per tot. Roland. conſ. 64. num. 4. uerſ. quibus tamen non obſtantibus, & ſeqq. per tot. lib. 1. Afflict. deciſ. 209 num. 2. uerſ. fuit pariter, & unanimiter notatum, ac ſeq.* & plenè proſequitur *Menoch. præſumpt. 22. à nu. 1. & ſeqq. lib. 3. Surd. d. conſ. 330. num. 10. uerſ. in quo tamen &c. Honded. conſ. 45. nu. 26. uerſ. neque uerum eſt, ac ſeq. lib. 1. Gutier. de iuram. confirmator. d. par. 1. cap. 1. ſub n. 14. uerſ. ſed adhuc &c. & firmauit Rot. in Rom. de Sirtulis 26. Iunij 1613. coram Sanctiſſ. D. N. in §. nec ſubſiſtere, ac penes Reuerendiſſ. Vrgellen. deciſ. 409. n. 10. uerſ. nihilominus, & ſeq. cum alijs relatis per Modern. Rom. diſcept. 498. à num. 1. uerſ. cum enim uir, & uxor, ac ſeqq.*

Præterea non obſtat, quod eadem domus fuerit poſtmodum à præfatis Emptoribus reſtituta D. Caſſandræ, ac per eam modò poſſideatur, itaut iniuſta prorſus videatur prætenſa illius pretij repetitio.

Quia non fuit ei reſtituta ex ea cauſa, & titulo fundi dotalis, qualis ob præcedentem validam alienationem eſſe deſierat, ita quod eo nomine vendicari non poterat, vt dictum eſt. Sed ex cauſa tranſactionis initæ cum emptoribus ſuper iudicio reſciſſorio contractus ratione prætenſæ læſionis per eos inſtituto, in quo emanaſſent aduerſus eos plures Deciſiones, & ſententia Rotalis reuocatoria præcedentis R. P. D. Vicesgerentis Eminentiſs. D. Card. Vicarij, tandem poſt longam litem, & graues expenſas ceſſerunt domum Caſſandræ in ſatisfactionem reſidui pretij per eos debiti in ſumma ſcut. trium millium, & fructuum, aliarumque prætenſionum; Eique pariter ceſſerunt iura pro conſecutione dd. ſcutorum ſeptingentorum iam ſolutorum ad computum, & pro parte eiuſdem pretij d. Io. Hieronymo ipſius vero, & alia, vt legitur in Inſtrumento celebrato die 8. Iunij 1640. in verſic. *deinde autem,* & in verſic. *item dimiſit quoque, ac ſeq.* præuio aſſenſu, ac declaratione eiuſdem viri, quod omne commodum, & incommodum ex eo contractu proueniens ſolius vxoris beneficio, vel damno cederet, prout conſtat ex alio inſtrumento ſub die 5. Ianuarij præcedentis. Quare nullum hinc paratur impedimentum præfatæ Dominæ nunc repetenti ab hærede
10 viri aliam partem dicti pretij antea illi ſoluti, quæ cum ex re dotali mulieris voluntate redacta penes illum eſſet tanquam pecunia dotalis, vt reſpondit *I. C. in d. l. ſi ex lapidicinis ff. de Iur. Dot.* & probat *Bart. & alij ſupra citati in uerſic. nec releuat quod nulla facta fuerit &c.* Non potuit
11 ab eo lucri fieri in præiudicium vxoris, etiam ſi Domus ceſſa iuſtum valorem, integrumque pretium in venditione conuentum æquaret, ita vt pars hæc ſupereſſet, atque exuberaret, iuxta *tex. in l. quoties,* vbi *Odofred. uerſic. & illud quod aſſequar. & Iacob. de S. Georg. ſub num. 3. uerſic. Hic colligitur, & in l. non ſolum ff. de iur. dot.* & comprobatur ex adductis per *Honded. d. conſ. 77. à num. 12. uerſ. ſecundò confirmatur hæc concluſio, & ſeqq. lib. 2.* Eoque magis concurrente voluntate emptorum, qui eidem ex conuentione ceſſerunt vtrumque nempè Domum, ac pretij partem prius ſolutam, & prædicta viri declaratione, quod commodum, ac incommodum indè proueniens ad eam prorſus ſpectaret.

Poſtremò non obſtat, quod in omnem caſum compenſari debeant cum dictis ſcutis ſeptingentis penſiones d. Domus, ſeu fructus correſpectiui illius pretij per dictos PP. debiti, ac ſucceſſiuè multiplicandi, qui fuerunt in d. Tranſactione comprehenſi, ac eius vigore in effectu per D. Caſ-
12 ſandram exacti, cum matrimonio conſtante ſpectarent ad virum, iuxta *l. dotis fructum ff. de iur. dot. & l. pro oneribus C. eod.*

Quia cum ille non ſuſtinuerit (vt par erat) onera Matrimonij, ſed vxor ab eo diuertere, ac ad paternam domum ſe conferre coacta fuerit, & ſubindè iudiciali ſententia anno 1629. ab eodem D. Vicesgerente prolata, & in proceſſu producta, declaratum non teneri ad eum redire niſi adimpletis prius conditionibus in ea præſcriptis. Vtique
13 fructus prædicti non ſpectabant ad eum, ſed ad ipſam vxorem pro eius condecenti ſuſtentatione, Ac proindè inanis eſt illorum compenſationis exceptio, vt deciditur in *l. in inſulam §. uſuras ff. ſolut. matrim.* & in terminis reſpondit

Rot.

Rot. penes Cardin. Manic. deciſ. 26. num. 2. verſic. non obſtat &c. & deciſ. 151. ſub nu. 2. verſic. & in puncto, ac ſeq. & comprobatur per *Surd. de alim. tit. 1. quæſt. 42. ſub num. 30. verſic. Hæc concluſio &c. & plurib. ſeqq. & deciſ. 211. ſub num. 26. verſic. Reſpondetur etiam, ac ſeq. Rot. deciſ. 10. ſub num. 6. verſic. Nam cum vxore, & deciſ. 105. num. 12. verſic. Certè &c. par. 4. tom. 2. recent. & alios relatos per Modern. Cathalan. de pal. dotali clauſ. 6. gloſſ. 2. par. 1. ſub num 10. verſ. In tantum eſt verum &c. ac infr.* Immò re
14 nebatur Maritus ſupplere ex parte dotis exactæ, ac penès eum exiſtentis, vt pluribus relatis probat *Surd. de alim. d. tit. 1. quæſt. 32. num. 17 verſic. quinto procedit, ac ſeq. & fuit in eodem Articulo contra eum reſolutum coram bon. mem. Motman. in Roman. Alimentor. die 25. Iunij 1632. confirmata die 3. Iulij 1634.*

Nec refert, quod ei deberentur ſaltem pro tempore, quo cum vxore habitauit, matrimonijque onera ſuſtinuit.

Quia cum non conſtet pro quo tempore matrimonij onera ſuſtinuit, quidue, ac quantum pro eo vxor exegerit,
15 quod ipſa negat. Viſum fuit Dominus reſtitutionem d. partis Dotis per illum exactæ iam liquidæ, ac certæ per eiuſmodi exceptionem retardari non poſſe, *iuxta l. final. C. de compenſat. & reſpondit Rot. penes Cardin. Seraphin. deciſ. 1455. num 3. verſ. Secundò quia, & in recent. d. deciſ. 159. à num. 7. verſic. Nec refragatur, & ſeq. par. 4. tom. 2. & deciſ. 254. ſub n. 1. verſic. Fuit benè reſponſum, ac ſeq. part. 5. & ſæpe in alijs.*

Atq. ita fuit concluſum vtraq. parte informante &c.

R.P.D. Cerro. Romana, ſeu Ianuen. locorum Montium.
Veneris 26. Iunij 1648.

ARGVMENTVM.

Magiſtralitèr, & doctè diſcutitur, quandonàm Statuto laicali poſſint vti Clerici, & Eccleſiaſticæ perſonæ; ſucceſſiuèque quando idem Statutum dicatur contra libertatem Eccleſiaſticam.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum debet condi cum ſeptem teſtibus. Limita n. 3. Sublimita n. 4.*
2 *Immiſſio hæredi datur, exhibito teſtamento non abolito.*
3 *Statutum poteſt minuere numerum teſtium a iure requiſitum.*
4 *Statutum laicale non intrat in actibus geſtis in loco Eccleſiaſtico. Declara n. 5.*
5 *Statutum dicitur fauorabile, ſi ex eo minuantur ſolemnia iuris.*
6 *Clerici, & Eccleſiaſtica perſona quãdo poſſint uti, & iuuari ſtatutis laicalibus, & n. 13. 14. & ſeqq.*
7 *Statutum laicale ex quibus dicatur contra libertatem Eccleſiaſticam conditum, ſubindeque ſit nullum, nec ſeruandum. & nn. ſeqq.*
19 *Clerici debent abſtinere à negotijs laicorum.*
20 *Laici non poſſunt ſtatuere ſuper re ſpirituali.*
21 *Ad pias cauſas dicitur diſpoſitio contemplans principaliter fauorem ſalutis æternæ, & animæ ſubleuamentum: & ſuſtinetur cum ſolis duobus teſtibus. n. 22.*

DECISIO III.

INter cętera bona hæreditaria q. Antoniæ Spinolæ reperta fuerunt quamplura loca Montium, hodie detenta per D. Franchum Spinolam illius fratrem, tanquam eius hæredem ab inteſtato, Ideo D. Ioannes Baptiſta de Franchis hæres ſcriptus in Teſtamento, introducta cauſa coram me, petijt ſuper immiſſionem, quam fore denegandam idem D. Frãchus duplici medio tuebatur.

1 Et primò, quia Teſtamentũ caret legitimo numero Teſtium tanquam conditum cum ſolis quinque Teſtibus, licet de iure ſeptem omninò requirantur § *final. inſtit. de teſtam.* ita vt vno deficiente Teſtamentum corruat *l. ſi unus, C. eodem.*

Secundò, quia ex Statuto Ianuæ *in rubric. de teſtam. & ult. uolunt. lib. 1. cap.* 12. Prohibetur ſubditis relinquere Sacerdotem, vel Clericum executorem teſtamentarium, ſub pœna quoad hoc nullitatis teſtamenti, vndè cum Io. Baptiſta ſit Clericus, teſtamentum quoad ipſum eſt nullius roboris.

2 His tamen non obſtantibus reſolutum fuit eidem dandã eſſe immiſſionem, quia nõ controuertitur loca Montium, de quibus agitur eſſe hæreditaria Antoniæ, & exhibetur teſtamentum non abolitum, neque cancellatum, nec in aliqua parte ſuſpectum *iuxta diſpoſitionem l. final. C. de edict. Diu. Adrian. tollen.*

Primum autem obiectum viſum fuit ceſſare, ex diſpoſitione eiuſdem Statuti ſub eadem *rubrica de teſtam. & ult. uolun.* qua cauetur teſtamentum, ſeu vltimam voluntatem probatam publico Inſtrumento, in quo deſcripti ſint quinque Teſtes idonei firmam, eſſe & validam. Vnde dum in teſtamento de quo agitur quinque Teſtes fuerunt adhibiti, prout ibidem diſponitur, vtique illius validitas, & ſubſiſten
3 tia impugnari nõ valet, cum Statutum poſſit minuere numerum Teſtium à iure requiſitum, *ex theoric. Bart. in l. cunctos Populos num. 21. cum ſeqq. Cod. de Summ. Trinit. quem ſequuti fuerunt Angel. conſ. 233. num. 1. uerſ. & ſecundum formam, Vaſquez de ſucceſſ. creat. lib. 1. tit. de teſtam. poten. §. 1. num. 20.* firmans *in uerſ. quid dicendum,* & hanc ſententiam veriorem eſſe, & ſequendam, prout etiam alijs relatis comprobat *Craſſ de ſucceſſ. §. teſtamentum q. 55. n. 23.* & firmauit *Rota in Peruſina releuationis teſtamenti 7. Maij 1632. coram bo. mem. Pirouano, quæ eſt deciſ. 126. num. 17. & 18. par. 7. rec.*

4 Nec obſtat, quod cum fuerit conditum in Eccleſia Societas IESVS à iuriſdictione ſtatuentium exempta iuuari non poſſit huiuſmodi ſtatutaria diſpoſitione, *ut dictũ fuit in Viterbien. hæreditatis 4. Martij 1641. §. præterea, & 28 Martij 1642 §. placuit etiam coram R. P. D. meo Ghiſilerio, & 1. Iunij 1643. §. ex altero etiam coram R. P. D. meo Veroſpio.*

5 Hoc enim procederet ſi ageretur de Statuto odioſo requirente maiores ſolemnitates, quam requirantur de iure Ciuili, in quibus terminis loquuntur *omnes Auctoritates* in contrarium allegatę, & ipſæmet deciſiones *in dicta Viterbien. hæreditatis.* Secus autem vbi agitur, prout hic, de Statuto fauorabile, cum ex eo minuantur ſolemnitates iuris, vt poſt *Bart. in d. l. cunctos populos num 23. & Bald. in l. ſi cum ſpecialis ſub num 5. C. de teſtam. reſpondit Rota in Senen. Sponſorum 5. Iunij 1595. coram recol. memor. Card. Hieronymo Pamphilio §. non obſtat:* Tunc enim ſi nullam
6 mentionem faciat, vt in propoſito, de Eccleſijs, & Eccleſiaſticis perſonis, ipſæmet Eccleſiæ, & ad eas recurrentes, ſiuè in ipſarum Clauſtris ſuas vltimas voluntates peragentes, & etiam Clerici, vti poſſunt, & iuuantur eius fauorabili diſpoſitione per modum Priuilegij, tanquam merè priuilegiatiua, vt probat *Abb. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ num. 37 ibique Felin. num. 81. & Dec. num. 276. de Conſtit. Bald. in cap. cum ueniſſet num. 6. uerſ oppono extra de eo qui mitt. in poſſeſſ Burſatt. conſ. 93. num. 22. lib. 1. Surd conſ. 301. num. 24. Carpan. in prælud. ad Statut. Mediol. num. 612. Capr. concluſ. 15. num. 32. & 33. Alderan. Maſcard. de general. ſtat. interpretr. concl. 1. num. 192. cum ſeqq. Carol. de Graſſ. de effect. Cler. effect. 2. num. 43. Ciarlin. controuer. for. cap. 45. num. 5. & 6. Sperell. deciſ. forenſ. Eccleſ. 10. nu. 35. Rot. deciſ. 438. num. 7. & 50. par. 8. recent. & in alijs relatis per adden. ad ſanct. mem Gregor. deciſ. 279. num. 24.* idemq. admiſit *in Senogallien. fructuum Cenſus 10. Iunij 1644. §. denique non obſtat, uerſ. & ſic ſupradicta concluſio coram R. P. D. meo Ghiſilerio.*

7 Corruit pariter ſecundum obiectum, quia cum Statutum in ea parte adimit Clericis facultatem, ipſis competentem ex diſpoſitione iuris tàm ciuilis in *l. Deo nobis § hoc etiam cognitum C. de Epiſcop. & Cleric.* quàm Canonici *in cap. quia nos, & in cap. Ioannes de teſtament.* & loquatur verbis arctatiuis, præſcriptiuis, & prohibitiuis directis in perſonas, expreſſam mentionem faciendo de Clericis, ibi, *Nulluſque Teſtator poſſit conſtituere, vel ordinare aliquem Clericum conditionis præfata fideicommiſſarium, uel executorem teſtamentarium &c.* Tanquam contra liber-

Digitized by Google

tatem Eccleſiaſticam eſt nullum ipſo facto, & iure ex de-
8 fectu poteſtatis Laicorum ſtatuendum, vt de Statuto tol-
lente Clericis, quod ipſis à iure conceditur, decidit *text.*
in cap eos de immun. Eccl. & in Auth. caſſa, & irrita, vbi
Bart. C de ſent. excomm. Felin. in d. cap. Eccleſia S. Ma-
riæ n. 61. de Conſt. Innoc. in c. nouerit de ſent. excom. Alex.
conſ. 210. n. 12. lib. 2. Soc. ſen. conſ. 241. n. 5. lib. 3. Rimin. ſen.
conſ. 483. n. 10. verſ. fortificantur prædicta lib. 3. Anchar.
conſ. 61. n. 2. verſ. item ſi Statutum, Rimin. iun conſ 85. n. 29.
lib. 1. Ruin. conſ. 23. n. 16. lib 2. Honded. conſ. 3. n. 13. cum
ſeqq. lib. 1 Surd. conſ. 2. n. 22. Carpan. vbi ſup. n. 578. & 583.
Marant. diſp. 8 n. 2. & 3. Mart. de iuriſdict. part. 4 cent. 1.
caſ. 5. n. 43. caſ 55. n 6. & 7. & caſ. 62. n. 9. Carol. de Graſſ. d.
effect. 2. n 68. Bellet. diſquiſ. Cler. tit. de exempt. Cler. à ſtat.
9 *facul. §. 1. n. 9.* De Statuto præceptiuo, arctatiuo, & prohi-
bitiuo, probant *Imol. in cap conſtitutus n. 7. de reſtit. in in-*
tegr. Abb. in cap à nobis n. 1. & 4. cum ſeqq. de ſent. excomm.
& in d. cap. Eccleſia S. Mariæ n. 4. Alex. d. conſ. 210. ſub n.
1. in fin. verſ. ſine ſtatutum lib. 2. Burſatt. dict. conſ. 93. n. 45.
Honded d. conſ. 3. n. 23. lib. 1. & conſ. 20. n. 18. lib. 2. Lap. al-
legat. 101. n. 14. verſ. quod aut ſunt, Marant. d. diſput. 8. n. 8.
vſque ad 12. Mart. d. cent. 1. caſ. 21. n. 11. & 12. Sperell. d.
10 *deciſ. 10 n. 20.* Et denique de Statuto expreſſam mentioné
faciente de Clericis, vel Eccleſijs quantumuis fauorabile, &
priuilegiatiuo, eſt *tex. apertus in d. cap. Eccleſia S. Mariæ,*
vbi Abb. n. 5. & 14. in fin. Felin. n. 76. aliq. ſcribent de con-
ſtit. Bald. in d. l. cunctos populos n. 10. C. de Summ. Triat.
Bart. in l. fin. n. 18 C. de ſacroſ. Eccl. Butr. in cap. quod Cle-
ricus de for comp. Sard. conſ. 301. n. 13. & 14. Neuizan. conſ.
39. ſub n. 9. verſ. ſed reſpondetur, Menoch. de recuper. remed.
14 n. 56 Gail. pract. obſeru. lib. 2. obſeru. 32. n. 2. cum alijs In-
ribus pleno calamo congeſtis per Carol. de Graſſ. d. effect. 2. n.
45. & 44. & 488. & 489. Bellett. d. tit. de exempt. Cler. à ſtat.
ſacul. § 4. n. 6. Sperell. d. deciſ. 10 n. 30. & 32.
11 Idque etiam ſi dicta verba actiua, & prohibitiua non vi-
deantur directa in perſonas Clericorum, ſed tantummodo
Teſtatoris Laici: Quia præter quod ſatis dicitur contra li-
bertatem Eccleſiaſticam, dum tollit Clericis Beneficiũ ipſis
de iure competens, vel dum de eis expreſſam mentionem
facit ex iuribus allegatis, ſufficit quod virtualiter, & indire-
ctè prohibendo exequutoriam in perſonas Clericorũ illos
tangat & lædat, vt inde nullus ſit roboris, & firmitatis, *iux-*
ta diſtinctionem magiſtraliter traditam per Rimin. ſen. d.
conſ 483. n. 10. verſ. & benè facit lib. 3. Socin. iun. conſ. 1. n.
11. verſ. quoniam licet lib. 2. quam egregiè expendit *Ma-*
rant. d. diſput. 8. ſub n. 44 verſ. ad ſecundum reſp adeo ſequi-
tur Mar. vbi ſup d cent. 1. d. caſ. 62. n. 10. Carol. de Graſſ d.
effect. 2. n. 11. & melius omnium *Caſtropal. oper. moral. par. 2.*
tit. de reuer. deb. Eccleſ. diſp. unic. punct. 8 n. 7. Laici enim nõ
12 poſſunt in ſpecie ſtatuere de perſonis Eccleſiaſticis, neque
de ipſorum bonis directè, aut indirectè cum illorum iuriſdi-
ctioni non ſubſint, vt articulo maturè diſcuſſo reſponſum
fuit in *Ranenaten. hæreditatis 5. huius coram R. P. D. meo*
Othobono, & pugnanter in 6. caſus ueriſſima.

Nec ex eo quod Io. Baptiſta vtitur diſpoſitione huius ſta-
tuti in ea parte, qua mandat validum eſſe teſtamentum cum
quinque teſtibus, intrat obligatio illud acceptandi etiam in
altera parte, qua diſponit Clericos non poſſe conſtitui fidei-
commiſſarios, nec executores Teſtamentarios. Quia ſpe-
13 ciale eſt in Eccleſijs, & perſonis Eccleſiaſticis poſſe vti per
modum Priuilegij, Statutis, & Conſtitutionibus Laicorum,
generalibus tamen, nullamque mentionem de ipſis facien-
tibus, in quantum faciunt pro ſe ipſis, & concernunt eorum
commodum, & fauorem, & non acceptare, ſed reijcere in
quantum faciunt contra ipſos, & ſunt eis præiudiciales, vt
notat *gloſ. in c. nouit verb quicumq. verſ quod Eccleſ. de in-*
dic. Abb. in d. c. conſtit. n. 4. de integr. reſtit. & in c. ex litteris
n. 6. & 7. de vit. & honeſt. Cler. Socin. ſen conſ. 71. n 19. lib. 4.
Aff. de iure prothom. §. 9. n. 7. P. Diana reſol. moral. tract. 1.
tit. de immun. Eccleſ. reſol 43. per tot. tom. 3 Mart. vbi ſup. d.
cent. 1. caſ. 5. n. 44 & 45. Belleu. pariter vbi ſup. §. 2. n. 37.
14 Minuſve applicatur limitatio, quod Clericus volens vti
huiuſmodi Statutis cogatur illis vti cum omnibus ſuis qua-
litatibus, clauſulis, & conditionibus, vt tradit *Bald. in l. vẽ-*
ditiones n. 9. C. de contrahen. empt. & in l. omni nouatione
ſub n. 9. C. de Sacroſ. Eccleſ. cum alijs relatis per Tiraq. de
retract. lignag. § 1. gloſſ. 13. n. 6. & 7.
15 Quia præter quod non procedit in qualitatibus, & con-
ditionibus, diuerſis & ſeparatis, quarum vna non tendit ad
limitandum, extendendum, ſeu qualificandum alteram, vt
doctè conſulendo diſtinguit *Honded. conſ. 78. num. 111. cum*
quatuor ſeqq. lib. 2. Prout in effectu ſunt in caſu noſtro, cum
Paragraphus minuens numerum teſtium ſit omninò diuer-
ſus, & ſeparatus à Paragrapho prohibente executoriam, tã
reſpectu materiæ, quarum vna nihil habet commune cum
altera, quàm etiam reſpectu ordinis, & ſcripturæ, ex quo
licet vterque contineatur ſub eadem rubrica, Paragraphi ta-
men ſunt prorſus ſeparati, & vnus valdè diſtat ab alio cum
intermedio aliorum quatuordecim differentis materiæ: Ad-
16 mitti poteſt in qualitatibus, cõditionibus, ſeu clauſulis, vali-
dis, iuſtis, & ſubſiſtentibus, atq. generaliter fauorabilibus, tã
Clericis, quàm Laicis pro communi omnium Ciuium vti-
litate, in quibus terminis loquuntur *Bald. loco allegato, ce-*
terique adducti per Tiraq. vt ipſemet ſe explicat ſub d. n 7.
verſ neque enim hic dimitus, idemq probat Seraph. de priui-
leg. 77 n. 26. verſ. ſed certè his non obſtantibus. Secus autem
17 quando, prout hic, qualitas Statuti eſt nulla, iniuſta, & odio-
ſa, tendens expreſſe in damnum, & odium Clericorum.
Iſta enim tanquam principaliter contra libertatem Eccleſia-
ſticam, & expreſſam mentionem faciens de Clericis habe-
tur perinde, ac ſi facta, & appoſita non fuiſſet, *vt ratiocina-*
tur Socc. ſen. conſ 122 ſub n. 6. verſ. ſecunda quia prima pars
Caſtropal. vbi ſupra part. 1 tit. de leg. in comm. & eius cauſ.
tract. 3. diſput. 1. punct. 24. §. 6 n. 1. Carol. de Graſſ. d. effect 2. n.
28. verſ. nunc enim; Et conſequenter acceptata parte valida,
18 & fauorabili, tantum abeſt quod Clericus vti debeat dicta
parte nulla, & odioſa, quod immo etiam volens illa vti non
poteſt, vt concludit *Sperell. deciſ. 11. n. 30*

Et pro iuſtitia reſolutionis duo alterius Domini põdera-
bant; Alterum, quod Statutũ excludit tantummodo Clericos
ab executoria firmo manente in reliquis Teſtamento, ideo-
que extendi non debet ad caſum noſtrum, quo Io. Baptiſta
fuit hæres inſtitutus, nec alias cotruit etiã ipſum Teſtamẽ-
tum contra mentem ſtatuentium: Alterum, quod ipſi ſta-
tuẽtes intellexerunt de executore dando in prophanis, ne
19 Clerici ſe immiſceant in negotijs Laicorum, à quibus etiã
de iure abſtinere tenentur, *vt in cap. 1. & per tot. 88. diſtinct.*
& in cap te quidem 11. q 1 Non autem de executore, prout
hic, operis pij, & relicto pro exoneranda conſcientia defun-
cti, metiendo voluntatem à poteſtate, cum Laici ſtatuere
20 nequeant ſuper re ſpirituali, *c. tua de or din. cognat. c. lator,*
qui fil. ſin. legit. Soc. ſen. conſ. 35. n. 1 lib. 1. Carol. de Graſſ.
alleg. effect. 2. n. 81

Cæterum dum Antonia Teſtatrix hæredem inſtituit *Io.*
Baptiſtam ſub fide, quod exoneraret conſcientiam ſuam,
vt legitur in ipſomet Teſtamento, ibi, *Et ha eletto la perſo-*
na di d Sig. Gio. Battiſta perche e certa, che per l' attinenza
del ſangue, e grado, che ha di Sacerdote vſerà ogni diligẽ-
za, accio la conſcienza di d. Teſtatrice, della quale è in
queſta parte intieramente informato, reſti pienamente ſo-
21 *diſfatta.* Cenſetur principaliter contempl. ſſe fauorem ſa-
lutis æternæ, & animæ ſubleuamentum, proindeq. diſpoſi-
tio dicitur ad pias cauſas *ex theor. Bald. in auth. ſimiliter n.*
2. verſ. & dicitur, C. ad falcid. Bart. in repet. l. 1. n. 33. C. de
ſacroſ. Eccl. Florian de S. Petr. in l. cum quidam, § ates n. 2.
verſ. dicitur autẽ, ff. de uſur. Ang. in l. precibus n 5. verſ. idẽ
C. de impub. & alijs ſubſtit. benè Iaſ. conſ. 110. n. 7. lib. 1. Crot.
conſ. 194. n. 4. lib. 2. Io. Baptiſta de Thor. in addit. ad Tiraq.
de priuil. pia cauſ. in præfat. verſ. item relictum pro incertis
22 *cum ſeq. Rot. deciſ. 245 n 29 par 7 recent.* Quæ ſubſiſtetur
cum duobus ſolis Teſtibus *cap. relatum de teſtament. Rot.*
diuerſor. deciſ 74. n. 12. cum ſeqq par. 2.

Et ita concluſum vtraque parte informante &c.

R. P. D. Cerro Farſeñ. Bonorum. Veneris 27. Nouemb. 1648.

ARGVMENTVM.

Agitur de caſibus, in quibus confiſcatiò bonorum em-
phyteuticorum admittitur.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 Notarij atteſtationi de actis factis corã Iudice eſt ſtandũ.
2 Acta quando ſint omnino tranſportanda, & nn. ſeqq.
3 Conc. Trident. ſeſſ. 24 cap. 20. de Reform. non habet locum in prophanis.
5 Iuriſdictio Iudicis ad quem non impeditur ex omiſſione tranſportationis actorum.
6 Confiſcatio bonorum emphyteuticorum quando admittatur, vel non, & n. 9.
7 Emphyteoſis Eccleſiaſtica quando dicatur ex pacto, & prouidentia.
8 Bona emphyteotica Abbatiæ Farfenſis ſunt ad inſtar allodialium.
10 Clar. in §. emphyteuſis q. 29. declaratur.
11 Corbul. de cauſ. priuat. ob mort. ciuil. ſub n. 38. & ſeqq. declaratur.
12 Delicti agnitio ex quibus reſultet.
13 Mandatum procuræ ex quibus præſumatur, & n. ſeq.
15 Ratificatio æquiparatur mandato etiam ſpeciali.
16 Soluere quis non præſumitur id, ad quod non tenetur.
17 Cõſenſiſſe inueſtituræ ſolæ alteri quis nã dicatur, & n. ſeq.
19 Inueſtitura poſterior non attenditur in concurſu prioris.

DECISIO IV.

SEntentiam Rotalem denegantem Iulio Ranaldo immiſ-
ſionem, & declarantem eidem non ſuffragari inueſtitu-
ras bonorum, de quibus agitur, dixerunt Domini eſſe con-
firmandam, licet eiuſdem ſententiæ validitatem, & iuſtitiam
idem Iulius hodie acriter impugnaret.
Quo enim ad validitatem nihil refert, quod ab initio hæc
cauſa fuerit cœpta coram A. C. ibique facta quamplura
1 acta, vt conſtat ex atteſtatione Notarij, cui in hoc ſolet fides
adhiberi ex allegatis in Aſſiſien. bonorum 9. Decemb. 1644.
2 coram R. P. D. meo Peutingero, itaut proindè nulliter pro-
ceſſum fuerit illis non tranſportatis, etiamſi ad Rotam cau-
ſa poſtmodum deuenerit per viam auocationis, iuxta deciſ.
Guidopap. 440. n. 2. quam ſequuta fuit Rota in Placentina
decimarum 18. Nouembris 1638. coram bo. mem. Pirouano,
& in Marſicen. iuriſdictionis 18. Februarij 1647. §. atq.
hinc tollitur coram R. P. D. meo Bichio.
3 Quia in prophanis (vt in caſu, de quo agitur) in quibus
non habet locum diſpoſitio Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 20. de
4 reform. tranſportatio, quam iubet Imperator in l. 2. C. de
eden. intelligitur de actis releuantibus, quæ conferant ad iu-
ſtitiam, vel iniuſtitiam detegendam, vt diſtinguendo reſpõ-
detur in Leodien. Dominij de Steuordia coram bo. memor.
Coccino apud Feuzon. ad Statut. Vrb. deciſ. 165. §. His poſi-
tis, & §. eſt tamen, idemque firmatur in Arimin. fideicom-
miſſi 28. Iunij 1641. coram me §. nullum autem, verſ. erant
omninò, & in d. Aſſiſien. bonorum § non obſtat. Ideoq. non
5 conſtito, An acta non tranſportata ſint releuantia, necne,
omiſſio tranſportationis nõ impedit exercitium iuriſdictio-
nis Iudicis ad quem, nec operatur ſententiæ nullitatem, ſed
tantummodò ſuſpendit illius exequutionem, donec diſcu-
tiantur, vt explicauit Rota in Panormitana Archidiaconatus
26. Februarij 1590. coram bo. mem. Penia inter eius im-
preſſ. deciſ. 72. n. 1. 2. 3. & 4 in dicta Leodien. Dominij de
Steuordia d. §. His poſitis, verſ. in cauſa verò prophana, ac
poſtremo in Romana ſocietatis aſſictus 27. Martij 1647 corã
R. P. D. meo Arguellio §. hanc tamen, verſ. unde actis.
6 Quo verò ad iuſtitiam; Non obſtat, quod inueſtitura cõ-
ceſſa anno 1587. Tholomeo, & Delio fratribus ſit ex pacto,
& prouidentia, quodque proindè in præiudicium Iulij filij
eiuſdem Tholomei ex propria perſona vocati bona ibidem
comprehenſa confiſcari non potuerint, nec ad Dominum
directum deuolui ob delictum Progenitoris, dum commiſ-
ſum non fuit circa ipſum contractum emphyteoticum, ſcili-
cet non ſoluendo canonem, vel bona alienando ipſo irre-
quiſito, aut ex alia ſimili cauſa, vt diſtinguit Bart. in l. eum,
qui n. 2. verſ. per hoc dicoff. de interdict. & relegat. quem ſe-
quitur Surd. conſ. 76. n. 8. aliaque allegari in deciſione huius
cauſæ edita 19. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Royas §. pri-
mo in fine.
7 Placuit enim reſponſio, quod licet agatur de emphyteuſi
Eccleſiaſtica, quæ ex ſui tenore videtur ex pacto, & proui-
dentia, tamquam conceſſa pro ſe, filijs, & nepotibus maſcu-
lis abſque mentione hæredum, vt tradit Bart. in l. iuriſiurã-
di § ſi liberi n. 4. ff. de oper. libert. Pariſ. conſ. 23. n 30. poſt
med. lib. 1. Peregr. conſ. 28. n. 11. lib. 1. Menoch. conſ 1153.
n. 3. & 4. Surd d. conſ 76. n. 3. cum ſeqq. Roſſemal. de feud. c.
8 11. concl. 7. n. 5. Ex generali tamen conſuetudine Abbatiæ
Farſen. omnia bona in huiuſmodi inueſtituris comprehen-
ſa, & emphyteotica ex pacto, & prouidentia redacta ſunt
ad inſtar bonorum allodialium, vt punctualiter firmatum
fuit in Farſen. bonorum 17. Aprilis 1606. coram bon. mem.
Penia, & in alia Farſen. bonorum coram bon. mem. Buratto
deciſ. 87. n. 7 8. & 9. ac admiſſum fuit in Farſen. prætenſi
Saluiani 14. Iunij 1617. coram recol. mem. Coccino in rec.
9 deciſ. 86. n. 9. cum ſeqq. par 5. Indèque tanquam tranſitoria
ad quoſcumque hæredes etiam extraneos veniunt in con-
fiſcatione, ac licitè tranſeunt in fiſcum, iuxta magis com-
munem, & receptam opinionem, quam pro veriori tenue-
runt Socin. ſen. conſ. 266. num. 32. verſ. quarto hoc idem cum
ſeqq. lib. 2. Curt. iun. conſ. 4. n. 20. & 21. ac ſignanter verſ. ſe-
quitur ergo lib. 1. Aleiat. reſponſ. 34. n. 5. verſ. nam & vide-
mus lib. 1. Plot. inter conſ. Ziletti lib 1. conſ. 130. n. 72. verſ. ſic
& emphyteuſis, Boſſ. in prax. tit. de bonor. publie. n. 16. verſ.
hoc modo diſtinguitur, & melius n. 60. ubi in verſ. tamen iu-
re verior, teſtatur ſic fuiſſe iudicatum Mediolani, Gig. de
crim. læſ. maieſt. par. 3. tit. de pœn. q. 6. n. 4. & 5. inter tract.
magn. tom. 11. par. 1 fol. mihi 68. à terg. Sanchez in precept.
Decalog. par. 1 lib. 2. cap. 19. n. 29. Card. Mantic. de tacit.
lib. 22. tit. 30. n. 7. Fachin. contr. iur. lib 9. cap. 53. per tot &
ſignanter verſ. quod autem, Caſtropal. oper. mor. part. 1. tract.
4. diſp. 5. punct. 8. n. 8. Caball. reſol. crim. caſ. 182. nu. 7 & 8.
Farinac. in prax. tom. 1. tit de delict. & pœn. quæſt. 25. nn. 56.
verſ. ſed quod imo, Modern. Fulgin. de iur. emphyt. tit. de
ſucceſſ. in bon. emph. q. 4. n. 13. & 14.
10 Nec applicantur deducta per Clar. in §. emphyteuſi quæſt.
29. diſtinguentem inter emphyteuſim conceſſam à priuato,
& conceſſam ab Eccleſia, vt ſcilicet Prima tranſeat in fiſcũ,
ſecunda verò non tranſeat etiam ſi ad extraneos ſit tranſi-
toria: Præter quod enim eius dictum reprobatur expreſsè
à pluribus, & præſertim à Fachin. d. quæſt. 53. verſ. quod au-
tem, & à Farinac. dicta quæſt 25. n. 56. Ratio per ipſum
deducta tota ſiſtit in præiudicio Eccleſiæ, cuius conditio ef-
ficeretur deterior ex tranſitu bonorum in fiſcum, qui longè
potentior eſt, quam priuatus non ſolum ex difficultate in-
conueniendo, ſed ex pluribus alijs priuilegijs, quæ habet,
vt ponderat loco allegato verſ. breuiter ſi emphyteuſis, verb.
certum eſt enim. Quæ ratio ſiuè bona, ſiuè mala, ceſſat vbi,
prout hic, Burſa fiſcalis eadem eſt cum Burſa, ſiue Menſa Ec-
cleſiæ Dominæ directæ: Hoc enim caſu non deeſt iuriſdi-
ctio in Iudice confiſcante, vt potè Eccleſiaſtico, nec timeri
poteſt præiudicium, aut damnum Eccleſiæ ob acquiſitio-
nem durioris emphyteutæ; vnde in his terminis inficiari nõ
poteſt. quin bona alioquin tranſitoria ad extraneos ex con-
fiſcatione tranſeant in fiſcum ex iuribus ſupra allegatis, &
in puncto ita diſtinguendo firmat Aym. conſ. 128. ſub n. 6.
verſ. circa ſecundum.
11 Prout minus aduerſantur deducta per Corbul. de cauſ.
priuat. ob mortem ciuil. ſub n. 38. verſ. verumtamen ſupradi-
ctis non obſtantibus cum ſeqq. Quia loquitur de emphyteuſi
pactionata, in qua tributa eſt tantummodò inueſtito, fa-
cultas, & licentia alienandi, & defendit licentiam huiuſmo-
di non ſuffragari fiſco, ex quo in contractibus ſimilis licen-
tia alienandi intelligitur de alienatione, quæ fiat expreſsè,
per ea quæ innouit Bart. in l. qui Romæ §. duo fratres q. 8 ff.
de verbor. oblig. & Alex. conſ. 199. n. 10. vol. 2. Nos autem
non ſumus in emphyteuſi pactionata cum ſola licentia alie-
nandi, ſed in emphyteuſi ex conſuetudine redacta ad inſtar
bonorum allodialium, & ſic tranſitoria ad extraneos, in
qua non eſt opus, quod inueſtitus diſponat, vt fiſcus ſucce-
dere poſſit, ſed ſufficit, quod delinquat, tunc enim fiſcus ſuc-
cedit, non quia delinquens dicatur in eum alienaſſe, ſed ex
eo quod in dicta emphyteuſi comprehenduntur etiam ex-
tranei hæredes, & ſic etiam fiſcus, qui venit loco hæredis
extranei, vt optimè materiam explicat, & declarat idem
Corbul. loc. alleg. an. 50. verſ. ad ea autem, quæ in cõtrarium
cum ſeqq. & ſignanter n. 60. verſ. non obſtat conſilium Socci-
ni. Qui licet ſuperius tenuerit contra fiſcum, quando ha-
bens

Digitized by Google

bens facultatem alienandi expreſsè non alienat; contrariũ dicit procedere, quando emphyteuſis conceſsa foret pro ſe hæredibus, & quibus dederit, quaſi tunc fiſcus venire poſſit, non vt à delinquente vocatus, ſed vt ab initio compræhenſus in inueſtitura, indeque doctrina *Corbul.* non aduerſatur ſuperiùs deductis, ſed intrat concluſio ſupra firmata, quod in fiſcum tranſeant bona emphyteotica, quando ſunt tranſitoria ad hæredes etiam extraneos, & fiſcus eſt idem cum Eccleſia concedente, vt pariter voluit *Aym. d. conſ. 128. n. 6. uerſ. ſed hic aduerte, & uerſ. ſed iſtud intelligitur.*

Subſiſtentia autem, & iuſtitia confiſcationis vlteriori probatione non eget, cum Iulius illi acquieuiſse, omniaque deſuper geſta ratificaſse videatur, tum petendo anno 1592. ſibi ſatisfieri, de quibuſdam eius creditis, & contra fiſcum, ſeu D. Abbatem Farſeñ Dominum directum obtinendo ſeparationem bonorum dotalium ipſius Auiæ, & matris reſpectiuè è bonis confiſcatis, tum etiam porrigendo preces, & ſupplicationem anno 1602. eidem D. Abbati, vt ob amorem Dei bona, de quibus agitur, ipſi relocaret, nouamq. concederet inueſtituram, ibi, *Giulio, Marco, e Liuia Ranaldi &c. gl' eſpongono qualmente gl' anni paſſati gli furono confiſcati tutti i loro beni &c. per delitti, che ſi pretendeuano commeſſi dal Padre, & vn lor Zio: Per tanto humilmente ſupplicano per l'amor di Dio voglia eſſer contenta ordinare al ſuo Commiſſario de locationi, che voglia fargli nuoua inueſtitura, & pagato il ſolito emolumento voglia relocargli detti beni de lor Padre, e*
12 *lor Zio &c.* Hinc igitur neceſſario reſultat agnitio delicti, ac approbatio applicationis, & confiſcationis præfatæ pro valida, & iuſta, itaut amplius impugnari non valeat, vt latè reſponſum fuit in *deciſione huius cauſæ edita coram R. P. D. meo Royas 19. Iunij 1647. §. imo præfatam cum ſequẽti,* & nouiſſimè firmatum *in Curien. ſenat 27. Aprilis præteriti coram R. P. D. meo Bichio §. cumque in præſenti.*

Nec releuat, quod petitio dictarum dotium, & bonorũ ſeparationis facta fuerit a Procuratore abſque ſpeciali mãdato: Quodque ſupplicatio pro noua inueſtitura ex gratia, & propter amorem Dei non inducat renunciationem iuris ſui.

13 Mandatum enim procuræ dixerunt Domini ſufficienter præſumi non ſolum ex productione Iurium, & impenſis neceſſarijs factis ab ipſo Procuratore, vt dictum fuit in *Ciuitaten. Archipresbyteratus 24. Martij 1645. §. primò autem in fine, in Bononien. reſeſſionis contractus 28. Iunij eiuſdem anni §. nec ſatisfacit, & in Romana ſubhaſtationis de Alexijs 17. Februarij 1647. §. de poſſeſſione autẽ co-*
14 *ram me:* ſed etiam ex conſequutione eorundem creditorum, & bonorum ſeparatione, quæ omnia Iulius cũ ſuis fratribus obtinuit, & acceptauit, exindè enim deſumitur ratificatio omnium geſtorum à Procuratore, vt dixit *Rota coram bo. mem. Buratto deciſ. 54. n. 16. coram Card. Caualer. deciſ. 61. n. 6.* & in alijs relatis in *Caſenaten. fructuum 28. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Royas §. nihil obſtat.*
15 Quæ tollit quemcumque defectum mandati ipſique mãdato æquiparatur etiam ſi ſpeciale requireretur *c. ratihabitionem, vbi DD. de reg. iur. in 6. ſanct. mem. Greg. deciſ. 295. n. 4. & deciſ. 525. pariter n. 4. & ſeqq. ac nuperrimè dictum fuit in Romana, ſeu Ianuen. locorum montium 1. Iulij præteriti coram me §. ſecunda.* Ex ſupplicatione verò concludenter elicitur confiſcationis acceptatio, ſuorumq. iurium renunciatio, cum Abbas Farſen. non teneretur ex iuſtitia illum reinueſtire, ſed ei nouã inueſtituram ex gra-
16 tia conceſſerit ſolutis ſcutis centum, quæ ſanè ipſe non ſoluiſſet, ſi aliquod ius ex antiqua inueſtitura ſibi adhuc competere agnouiſſet, *ad text. in l. cum de indebito ff. de probat.*

Et ceſſat omnis hæſitatio ob eius patientiam, & quinquagenariam acquieſcentiam; Cum enim paſſus fuerit inueſtiri illos de Felicibus, & per quinquaginta annos nun-
17 quam reclamauerit, vtique conſenſiſſe videtur illorũ inueſtituræ, ad quem effectum ſufficit conſenſus etiam tacitus, vt notat *gloſ. in §. præterea verb. regreſſum titul. quib. mod. feud. amitt.* tl 1. qui in ſciente inducitur per annale ſilentium, *Bald. in §. porro n. 1. ante fin. verſ. nota quod annale qual. feud. alien. poſſ. Balzeran. in d. §. præterea nu. 5.*
18 *verſ. intellige,* & tamen in caſu noſtro adeſt ſilentium longiſſimi temporis, adeò vt proindè ab omni iure forſan ſibi competente ex illa primordiali inueſtitura remanſerit excluſus, vt ad litteram decidit *text. in d. § præterea, ibique Iſern. n. 2. Aluarott. n. 1. & ſeq. Bald. in princ. & n. 1. in fin. Balzeran. d. num. 5. tit. quib. mod. feud. amitt. il primo, aliſque adductis in dicta deciſ. coram R. P. D. meo Royas §. ſed quod mouit Dominos.*
19 Cæterùm reſpectu inueſtituræ conceſſæ ipſimet Iulio anno 1602. Domini tranſierunt cum iiſdem fundamentis præcedentium Deciſionum emiſſarum 14 *Decemb. 1646. 18. Februarij, & 19. Iunij 1647. coram eodem R. P. D. meo Royas,* quod ſcilicet ipſi ſuffragari non valeat tanquam longè poſterior conceſſione facta dictis de Felicibus.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. Cerro Cathaceñ Hæreditatis.
Veneris 11 Decembris 1648.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſionis captæ à Procuratore nomine procuratorio materia examinatur, vnà cum alijs, de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio datur ſolum ad limites poſſeſſionis.*
2 *Diuiſio ſupponit communionem dominij, & poſſeſſionis inter diuidentes.*
3 *Procurator actum recipiens procuratorio nomine, cenſetur in eo poſteaſe geſſiſſe ſemper eodem nomine.*
4 *Procurator non ſibi, ſed domino principali poſſidet.*
5 *Manutentio datur domino, eiuſque ſucceſſoribus, non autem procuratori.*
6 *Poſſeſſio amittitur, ſi per decennium penès alium remaneat. Limita, & declara n. 7. 9.*
8 *A poſſeſſione ciuili quis non dicitur cecidiſſe, ſi perpetuò retineat animum poſſidendi, & n. 11.*
10 *Poſſeſſio continentis includit etiam contenta.*
12 *Manutentio vt decernatur, inſpicitur dumtaxat mera, & corporalis detentio, ac facti inſiſtentia.*
13 *Decretum factum ſine citatione eſt nullum.*
14 *Citationis defectus non ſuppletur ab intimatione decreti, vbi agitur de re grauis præiudicij.*
15 *Poſſeſſio bonorum quando perneceſſe non ſit penès aliquẽ.*
16 *Poſſeſſionis ſequeſtratio quando ſit facienda.*

DECISIO V.

Reſolutum fuerat die 17. Maij præteriti, Horatio Scoglio ſolum informante, eidem dandam eſse manutentionẽ in poſseſſione mobilium, & pecuniarũ repertarum tempore mortis Decij ſui fratris in domo per ipſum inhabitata, ſed repropoſita hodie cauſa informantibus etiã tàm Archicõfraternitate Sanctiſs. Sacramenti Cathacen. prætenſa hærede vniuerſali eiuſdem Decij, quàm Petro Franciſco de Pace, & Antonio Mainardo illius legatarijs, placuit DD. ad fauorem Horatij perſiſtere in deciſis, quo ad duas tantum ex tribus partibus præfatorum mobilium. Dum enim ipſe non probat ſe poſſediſse omnia dicta mobilia, ſed duas dumtaxat ex tribus partibus illorum, ſuper
1 illis tantummodò venit manutenendus, cum manutentio non detur, niſi ad limites poſseſſionis, vt reſpondit *Rota coram ſanct. mem. Gregorio deciſ. 569. num. 1. coram Card. Caualerio deciſ. 510. num. 3. & in recent. deciſ. 550. num. 2. verſ. cum manutentio part. 5.*

Reſpectu enim partis, ſeu portionis ſibi obuentæ in diuiſione facta anno 1622. inter ipſum, & alios ſuos fratres
2 de Scoglio, præter quod eius poſseſſio ſatis videtur iuſtificati ex actu ipſius diuiſionis, quæ communionem dominij, & poſseſſionis inter diuidentes ſupponit, *l. magis puto, §. fin. ff. de reb. cor. Bald. in l. ſi probatum n. 1. verſ. oportet ergo, C. comm. diuid. Dec. conſ. 647. n. 4. Surd. conſ. 260. n. 2. & 3.* cum alijs pleuè adductis in *Romana diuiſionis*
3 10. *Iunij 1641. coram me §. fin.* Cum Decius procuratorio

nomi-

Digitized by Google

nomine ipſius Horotij Inſtrumentum præfatæ diuiſionis
ſtipulatus fuerit, & portionem prædictam receperit, quam
vſque ad obitum retinuit, eodem procuratorio nomine il-
lam retinuiſſe præſumitur, *Bars. in l.2. n.3. C. de acquiren.
poſſ. Socin. ſen. conſ. 15. n.7. lib.4. Aym conſ.226. num.5. &
conſ.255. n.3. Menoch. de præſumpt. lib.6. præſumpt.67. n.1.
& per tot. Rot. deciſ.376. n.3. verſ. itaut facilius par.1. rec.*
4 Et conſequenter non ſibi, ſed Horatio poſſedit, *l. quod meo
in princ. ff. de acquir. poſſ. cap. ſi diligenti, vbi Abb. num.6.
de præſcript. Menoch. conſ.71. n.40. Card. Mantic. deciſ.
203. nu.3. & in proprijs terminis dictum fuit in Bononien.
manutentionis 2. Martij 1646. coram R. P. D. meo Ottho-*
5 *bono in princ.* Itaut proindè ipſi Horatio, non autem De-
cij ſucceſſoribus concedi debeat manutentio, vt firmauit
*Rot. in recent. deciſ.677. n.7. verſ. & conſequenter par.2. &
melius in Romana de Torniellis 4. Martij 1616. coram
bon. mem. Remboldo penès Modern. Peruſ. de manut. dec.
135. n.1. ac in d. Bononien. manutentionis.*
Nec obſtat, quod Horatius anno 1634. iudicialiter in-
terpellauerit Decium ad conſignandam prædictam portio-
nem ſuorum mobilium, & decretum fauorabile pro con-
ſignatione reportauerit *Summ. Legatariorum num.* 11.
6 ideòque dum poſtmodum paſſus fuit, quod Decius eadem
mobilia retineret per decennium, & vltra, omnem poſſeſ-
ſionem amiſiſſe videatur, *l. licet vbi gloſſ. verb. temporis in-
iuria C. de acq. poſſ. l. fundiſſ. de vſucap.*
Quia nunquam depoſuit animum poſſidendi, cum ſem-
per continuauerit poſſidere, mediante perſona ipſius De-
7 cij ſui Procuratoris, per lapſum enim longi temporis non
inducitur obliuio, nec perditur poſſeſſio, quando prout
hic, quis poſſidet corpore alieno, vt per *Ares. in l. ſi de eo
§. ſi forte n.6. ad fin. & num. ſeq. ff. de acquir. poſſeſſ.* dixit
Rot. deciſ.378. n.3. & 4. par.1. diuerſ. Et licet poſt d. inter-
pellationem, & decretum effluxerit decennium, nec cura-
uerit vlteriorem mobilium conſignationem expoſcere,
exinde tamen argui nequit poſſeſſionis amiſſio, cum vltra
actualem detentionem, mediante perſona Decij, vt dictō
8 eſt, perpetuo retinuerit animum poſſidendi, quod ſufficit,
ne ipſe à ciuili poſſeſſione cecidiſſe dicatur, vt notat *gloſſ.
in §. quod autem verb. propter abſentiam inſtit. de vſucap.
Alex. in l. id quod n.2. ff. de acq. poſſ. Gratian. diſcept. foren.
cap.387. n.31.* Idque præſertim dum ſtatim ſecuto obitu
Decij inſiſtendo in domo per illum inhabitata, quæ erat ſua
propria, vbi dicta mobilia continebantur, expreſsè decla-
rauit ſe eſſe illorum Dominum, & poſſeſſoré quoad duas
ex tribus partibus, obtinendo inſuper præceptum, ſeu in-
bibitioné, ne ſuper illis ab aliquo moleſtaretur *eius Summ.*
9 præteritæ poſitionis *nu.* 5 Hinc enim ſatis excluditur poſ-
ſeſſionis amiſſio, cum exinde remoueatur patientia, & ac-
quieſcentia, quæ illius dimiſſionem importat, vt pondera-
tum fuit in *Volaterana Prioratus 16. Martij 1646. coram
R. P. D. meo Bichio §. nam primum circa finem.*
Et ex huiuſmodi inſiſtentia dixerunt DD. ſufficienter
iuſtificari ſuam poſſeſſionem etiam reſpectu alterius par-
tis, & portionis ſibi relictæ à Vitalino eius fratre, ſicut
enim dictæ inſiſtentia importat poſſeſſionem ipſius Do-
10 mus, ita etiam mobilium in ea exiſtentium, cum poſſeſſio
continentis includat contenta, vt optimè dixit *Bald. in l. de
his 11. num.2. C. de furt. & ſeruit. corrupt.* quem ſequuntur
Alex. in l.3 num 27. ff. de acq. poſſeſſ. ibique *Iaſ. num.33. &
Zaſ. n.28. verſ. vnde ſi aliquis, ac clarius in l. eum hæredes
n.10. ff. eod. Peregr. de fideicom. art 48. n.75. Galeot. contr.
iur. lib.1. controu.23. ſub n.9 verſ. idemque in domo cum
alijs plene congeſtis in Bononien hæreditatis 26. Iunij præ-
teritis coram R. P. D. meo Bichio §. quam realiter.* Con-
11 currente præſertim ſupradicta declaratione, quæ oſtendit
animum inſiſtentis acquirendi, & continuandi poſſeſſio-
nem non ſolum reſpectu domus, ſed etiã reſpectu dd. dua-
rum portionum mobilium in ea contentorum, vt egregiè
reſponſum fuit in *d. Bonon. hæreditatis §. ſecundo reſponde-*
12 *tur;* Et conſequenter huiuſmodi poſſeſſio eſt omninò ma-
nutenibilis, cum ad iſtum effectum inſpiciatur dumtaxat
mera, & corporalis detentio, & facti inſiſtentia, vt probãt
*Fontanell. de pact. nupt. clauſ.7. gloſſ.3. par.10. n.24. Barz.
deciſ. Bonon.47. nu.19. & 25. Milanen. deciſ.3. num.179.
lib.1.* quos refert, & ſequitur *Modern. Peruſ. vbi ſupra
obſeruat.42. num.92.*
Neque eſt neceſſaria vlterior identitatis probatio, dum
enim ſecuto obitu Decij, ipſe inſiſtendo in d. domo decla-
rauit duas portiones ex tribus mobilium ibidem exiſtentiũ
eſſe ſuas proprias, vt dictum eſt, hoc ſibi ſufficit, vt ei præ-
fata manutentio concedatur; legatarij verò prætendentes
eadem mobilia ad ſe ſpectare tanquam propria Decij, &
ipſis legata, tenentur hoc concludenter probare, tanquam
principale fundamentum intentionis ipſorum.
Minusve obſtat poſſeſſio vltimo loco per Legatarios
apprehenſa. Quia cum ſit nulla, & attentata, non eſt ma-
nutenibilis, nec impedire poteſt manutentionem Horatio
anteriori poſſeſſori, qui non habuit ſe pro ſpoliato, vt fir-
matur in *altera deciſione, §. nec obſtat cum ſeq.* Et quam-
uis prætendant non fuiſſe captam vigore ſententiæ Ordi-
narij Cathaeen. prout ſupponitur in d. deciſione; ſed vigo-
re decreti de conſignando mobilia facti ab eodem Ordina-
rio *die 21. Nouembris 1646. ipſorum Summ. num. 5. & 7.*
13 Nihilominus huiuſmodi decretum laborat pariter vitio
nullitatis ob defectum citationis omninò neceſſariæ, *cap.
licet Epiſcopus de præbend. in 6.* Quæ quidem nullitas ſa-
14 nata non fuit per ſubſequentem illius intimationem, quia
cum agatur de re grauis præiudicij, prout eſt poſſeſſionis
amiſſio, intimatio non ſupplet defectum citationis, vt dixit
*Rot. in recent. deciſ.274. num 3. par.1. add. ad ſanct. mem.
Gregor. deciſ.457. num.10. verſ. ſed hoc non habet locum.*
Nec quicquam facit, quod Horatius fuerit præſens, quan-
do idem Ordinarius ſub die 25. eiuſdem, mandauit d. mo-
bilia inuentariari *eod. Summ. num.* 8. Quia non ideò ac-
quieuiſſe videtur prædicto decreto præcedenter edito, cũ
inuentarium fieri potuerit, ad hoc vt diſtingui poſſet mo-
bilium quantitas, & Legatarijs conſignari ſolum ea pars
quæ verè ſpectabat ad Decium.
Reſpectu verò tertiæ partis eorumdem mobilium ad
Decium proprio iure ſpectantis, Domini noluerunt con-
cedere manutentionem Horatio, & in hac parte receſſerũt
à deciſis, quia ipſemet faſſus fuit ſuper ea nullam habere
poſſeſſionem, dum in prædicto præcepto præuia aſſertio-
ne, quod d. tertia pars erat ſibi obligata, & hypothecata
pro penſione domus à Decio inhabitatæ, inſtetit inhiberi,
ne quiſquam auderet illam capere, aut tranſportare, &
tranſportari facere ſub pœna excommunicationis, donec
ſibi de d. penſione integrè ſatisfieret *d. Summ.* præteritæ
15 poſitionis *d. num.*5. Petens enim bona arreſtari, vel non
amoueri ad effectum ſibi ſatisfaciendi de ſuo credito, per
neceſſe fatetur ſe illa non poſſidere, vt in ſimilibus termi-
nis reſpondit *Rot. in Tudertina prædij 24 Maij 1610 co-
ram bon. mem. Ottembergho apud eumdem Modernum
Peruſ. deciſ.119. num.3.*
16 Poſſeſſio verò Legatariorum ſuper hac tertia parte ali-
quibus ex Dominis videbatur ſequeſtranda, tanquam
nulliter capta non citato Horatio poſſeſſore aliarum dua-
rum partium, qui vlterius iure creditoris d. præceptum, &
inhibitionem obtinuerat ſuper d. tertia parte, ne amoue-
retur, donec ex ea fuiſſet integrè ſatisfactus, vt ſupradi-
ctum eſt, quibus ſtantibus dicebatur eſſe locum ſequeſtro,
vt in terminis firmauit *Rot. coram Card. Seraphin. deciſ.
877. num.1. & 2. & in Maceraten. hæreditatis 27. Nouem-
bris 1589. & 4. Iunij 1590. coram recol. mem. Card. Hiero-
nymo Pamphilio in diuerſ. deciſ.412. in fin. part.4. & apud
d. Modern. Peruſ. deciſ.74. num.1. & 2.*
Super hoc tamen DD. nihil pro nunc firmare voluerũt,
ſicut etiam nihil firmarunt de pecunijs in hæreditate De-
cij repertis.
Et ita reſolutum omnibus informantibus &c.

R. P. D. Veroſpio Hortaon Iuriſpatronatus.
Veneris 15. Ianuarij 1649.

ARGVMENTVM.

Iuriſpatronatus pertinentia, & gratiæ iuſtificatio, ex qui-
bus eliciatur; & quando habens plures qualitates de-
beat præferri.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Iuriſpatronatus pertinentia probatur ex eo, quod præſentans oſtendat ſe hæredem illius, qui erat in poſſeſſione præſentandi.*
2 *Deſcendentia à fundatore quando nõ ſit probanda, & n. 5.*
3 *Præſentatus à dimidia parte, obtenta derogatione pro alia dimidia debet præferri.*
4 *Capella quando cenſeatur conſtructa, & dotata in executionem teſtamenti.*
6 *Vacatio ex quibus probetur.*
7 *Clericatus probatur ex litteris Ordinarij.*
8 *Valor beneficij per non exceſſum quibus contentetur probationibus, & n. 9.*
10 *Beneficium quodnam dicatur Sacerdotale.*
11 *Præſentatus præcellens in ætate, & Sacerdotio debet præferri. Declara n. 12.*

DECISIO VI.

AD Capellaniam per obitum Petronij in Hortana Diœceſi vacantem ab Appio Riccio, & Sebaſtiano Vannio præſentatus fuerat Bartholomæus Sacerdotali charactere, ac Doctorali laurea inſignitus, à Franciſco verò Palea ex eodem iure Rodulphus, in minoribus tantum ordinibus conſtitutus, qui gratificatione ab Apoſtolica Sede obtenta, ac litteris ſuper derogatione medietatis vocum expeditis, ſententiam prælationis fauorabilem ab Hortanæ Diœceſis Vicario poſtmodum reportauit; à qua dilata mihi cauſa appellationis dubium propoſui, tum ſuper pertinentia Patronatus alteri ex præſentantibus decernenda, tum ſuper inſtitutione alteri ex præſentatis adiudicãda, & *DD. cenſuerunt Patronatum ad vtramque præſentãtium partem ſpectare pro virili, inſtitutionem verò debitam eſſe Rodulpho.*

1 Cum enim Franciſcus Palea ex publicis documentis oſtendat ſe filium, & hæredem Galateæ, quæ in quaſi poſſeſſione præſentandi fuerat conſtituta, tum ex præſentatione Geraldini ab Ordinario poſtmodum inſtituti, tum ex conſenſu præſtito reſignationi ad fauorem Petronij de eadem Capellania ab Apoſtolica Sede prouiſi (ex cuius obitu præſens vacatio contingit) propriam inde pertinentiam iuſtificaſſe cenſetur, vt reſpondit *Rot. coram Reuerendiſs. Vrgellen. deciſ. 100. num. 4. & in Florentina Capella 26. Aprilis 1619 coram bo. mem Pirouano in princip. impreſſa poſt Viuian. deciſ. 65. & in Imolen. Capellania 26. Februarij 1638. coram Eminen. D. Card. Panzirolo in 1. §.* abſque
2 eo quod ipſe arctetur ad vlteriorem verificationem propriæ deſcendentiæ à fundatore, ſiuè ex antiquioribus Patronis, vt pariter firmauit *Rot. deciſ. 146. num. 2. & 274. n. 8. part. 2. & 275. num. 7. in fine par. 3. recent. & coram Gregor dec. 349 num. 1. vbi Add num. 6.* Prout etiam eandẽ Patronatus pertinentiam iuſtificaſſe cenſetur Sebaſtianus, ac Appius, propriam deſcendentiam deducentes ex Cremiſina filia Peregrini, quæ de anno 1586. ad Capellaniam controuerſam per obitum Lucij Salamonij vacantem Teſæum, Aſtreum nominauerat, ipſius inſtitutione poſtmodum eius vigore nominationis effectum ſortita.

Quo verò ad alteram dubij partem ſuper inſtitutionem propoſitam, eam ideò DD. decreuerunt Rodulpho per
3 Franciſcum præſentato, quia litteras ſibi gratificantes ab Apoſtolica Sede obtinuit cum derogatione medietatis vocum, quæ proinde cum fuerint in omnibus iuſtificatæ reductionem plurium Patronorum ad ſolam medietatem operãtur. Alterius medietatis conſenſu poſthabito, ac Rodulpho ab Apoſtolica Sede gratificato deferunt prælationem, vt firmauit *Rot. coram Mantic. deciſ. 248. num. 3 & in Lucana Iuriſpatronatus 25. Iunij 1638. coram R. P. D. Carrillo in §. præſertim attenta prouiſione Apoſtolica,* & notat *Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 2 quæſt. 4 n. 55. Garz. de benefic. part. 5. cap. 3. num. 14. Lott. de re beneſic. lib. 2. quæſt. 11. num. 134.*

Iuſtificatas autem fuiſſe litteras ſuper gratificatione, ac derogatione medietatis vocum expeditas conuincunt iura pro parte Rodulphi producta in eiuſque Summario exhibita. Narrauerat enim Capellaniam controuerſam de Iurepatronatus laicorum ex fundatione, ac dotatione exiſtere, quę narratiua comprobatur ex teſtamento Ludouici Coccoagini, Capellam ipſam de proprijs pecunijs cõſtrui, ac dotari mandantis, iure præſentandi proprijs nepotibus,
4 eiuſque hæredibus, ac ſucceſſoribus expreſsè reſeruato; cum exinde in executionem teſtamenti conſtructa, ac dotata præſumantur, vt notat *Felin. in cap. poſt ceſſionem num. 35. de ſent. & re iudic. Abb. in conſ. 54. num. 2. lib. 1. Rot. deciſ. 694. num. 1. par. 2. recen.* ſe prætereà præſentatum exſuerat à medietate Patronorum, idq. concludit ex publico præſentationis inſtrumento de ſe factæ per Franciſcũ
5 Paleam deſcendentem, ac hæredem Galateæ, quæ olim in quaſi poſſeſſione præſentandi extiterat, ac proinde controuerti non poteſt, quin huius Capellæ Patrona fuerit quamuis vlterior eiuſdem deſcendentia ex antiquioribus Patronis non exhibeatur, vt reſpondit *Rota coram Seraphin. deciſ. 1334. num. 8. & in deciſ. 224. num. 9. in fin. part. 1. recen. & in Tirasonen. Capellania 14. Decembris 1602.*
6 *coram Sanctiſs. D. N.* nec controuertitur exaduerſo vacationem Capellaniæ per obitum vltimi poſſeſſoris benè iuſtificat ex confeſſione partis aduerſæ eodem iure vacationis ad Capellaniam aſpirantis, iuxta *deciſ. Egid. 268. & 596. Put. 17. num. 1. lib. 3. Mant. 132. num. 1. & Muninen. beneficij 27. Martij 1648. coram R. P. D. meo Arguelles in*
7 *§. vacatio beneficij.* Proprium quoque Clericatum ex patentibus litteris ſui Ordinarij ſuper collatione primæ Tonſuræ expeditis, iuxta *tex. in cap. 2. de Cleric. Peregrin. vbi Abb. in 1. notab. Felin. in cap. poſt ceſſionem num. 3. & 15. de probat. Rot. deciſ. 11. eod. tit. in antiquis, & in Burgi S. Sepulchri beneficij 25. Maij 1626. coram bo. mem. Merli-*
8 *no.* Ac valorem denique Beneficijs in ducatis 24. per non exceſſum ex duobus teſtibus formiter examinatis de publica voce, & fama deponentibus, vt reſpondit *Rot. coram Verall. 277. num. 7. par. 1. coram Put. deciſ. 29. lib. 1. & deciſ. 293. num. 1. part. 1. diuerſ. & 572. num. 3. & 613. num. 2. part. 1. recent.* Accedente præſertim aliorum depoſitione extraiudiciali ſuper eadem publica voce, & fama valoris, alijſque attentis antiquioribus prouiſionibus Apoſtolicis ſub eadem narratiua non exceſſus ducatorum 24. expedi-
9 tis, ac executis, ex quibus reſultat ſaltem ſemiplena probatio pro verificando valore ſufficiens, quoties ſuper eo non exiſtit gratiæ fundamentum, vt reſpondit *Rot. coram Caſ. de Graſſ. deciſ. 3. num. 7. de probat. & 610. num. 1. par. 4. diuerſ. coram Caual. 596. num 1. & in Hindruntina Beneficij 6. Aprilis 1615. coram Vbaldo.*

Non obſtat litterarum obreptio ex eo deducta, quod in ijs mentio litis facta nõ fuerit, nec expreſſa qualitas Sacerdotalis per fundatorẽ in huius erectione Capellę requiſita.

Non enim exaduerſo iuſtificatur lis mota de tempore impetrationis, cuius proinde mentio fieri nõ debuit, prout
10 nec etiam alterius qualitatis Sacerdotalis, quæ non concluditur hoc caſu requiſita per fundatorem, ex quo Presbyterum Capellanũ eligi mandauit; eique quatuor Miſſarum celebrationem in hebdomada iniunxit, dum non iuſſit expreſsè, vt per ſemetipſum teneretur ſacra peragere, prout maturè diſcuſſo articulo neceſſarium fore, reſpondit *Rot. in Maceraten. Beneficij 15. Iunij 1640. coram bon. mem. Merlino, & in Maceraten. Capellania 1. Iulij 1647. coram me.*

11 Nec pariter obſtat, quod Bartholomæus aduerſarius ætate, ac qualitate Sacerdotali præcellat Rodulpho, adeoq. debeat in inſtitutione præferri, vt alias firmauit *Rota in Bergomen. Iuriſpatronatus 27. Maij 1616. coram Vbaldo inter impreſſ. part. 4. recen. deciſ. 291. n. 4.*

12 Admitti ſiquidem poſſet prædicta concluſio in paritate votorum, quam vterque præſentatus obtinuiſſet; cum tunc maiores obtinens qualitates debeat per Ordinarium inſtitui, in quibus terminis loquitur deciſio Bergomen. ſuperius in contrarium adducta. Dum verò Rodulphus gratificationem Apoſtolica cum derogatione medietatis vocũ exhibito ad ſui fauorem expeditam, quamuis ætate iunior, ac Clericali ſolum militiæ adſcriptus debet alteri, licet ætate ſeniori, ac in ſacris Ordinibus conſtituto præferri, prout in his terminis cenſuit *Rot. coram Mantic. in add. deciſ. 248. n. 3.* Et ita vtraque &c.

R.P.D.

Digitized by Google

R. D. Peutingero Romana prætenſæ reſtitutionis Dotis. Veneris 15. Ianuarij 1649.

ARGVMENTVM.

Renunciatio dotis maternæ facta à filia, ex quibus ſuſtineatur: patrem dotauiſſe filiam de bonis paternis, & maternis, ad ornatum *l.fin.C. de dot. promiſſ.* ex quibus cognoſcatur.

SVMMARIVM.

1 *Ad iura ſemel renuntiata non datur amplius regreſſus.*
2 *Heres non poteſt impugnare factum defuncti validum.*
3 *Stat.Vrb.lib.1. cap. 151. requirit veritatem cauſa: & ex quibus talis veritas deſumatur. n.4.*
5 *Pater de proprijs bonis filiam dotare tenetur; & quando dotaſſe etiam de bonis maternis dicatur, & n.6.7.*
8 *Dotis quantitas maior ſolet ad pompam exprimi.*
Teſtis de facto proprio probat plusquàm ſemiplenè; & cum adminiculis plenè n.9.
10 *Procurator finito officio admittitur pro principali.*
11 *Sacerdos probat, etiam ſi ſit procurator.*
12 *Stat.Vrb. lib.1. c.149. loquitur de veris donationibus.*

DECISIO VII.

DOmina Cleria Sanneſia de Caualerijs tanquam filia, & hæres Martiæ Vrſinæ filiæ, & hæredis pro medietate q. Cleriæ Ceulæ in Tribunali A.C. mandatum executiuum pro ſcutis 11. mill. contra bona hæreditaria q. Antimi Vrſini ſui Aui materni pro reſtitutione medietatis dotis d. Cleriæ obtinuit, à quo mandato interpoſita appellatione, & commiſſa mihi cauſa cum clauſula ſi quid exequendum quoad ſcuta 4200. Dubitaui ad formam reſcripti, an man. tum Auditoris Cameræ ſit exequendum, & dubio, pluries propoſito, tandem hodie DD. reſponderunt tanquam iniuſtũ non eſſe exequendum.

Quia d. Martia cum omnibus ſolemnitatibus Statuti Vrbis lib. 1. cap. 151. dotem huiuſmodi renunciauit ad fauorem Antimi ſui Patris, vt apparet ex inſtrumento publico ſub die 16. Decembris 1619. celebrato. Vndè ſicuti talis renunciatio obſtaret ipſi renuncianti ſi ageret quippè quod
1 ad iura ſemel renunciata non datur amplius regreſſus, *l. quæritur §. ſi venditor ff. de edil. edict. l. ſi quis iuſiurandum 11. C. de reb. credit. Decian. conſ. 39. num. 44. lib. 2. cum alijs allegatis per Rot. deciſ. 338. n. 1. par. 4. tom. 2. & deciſ. 323.*
2 *num. 7. & ſeqq. part. 6. recent.* Ita etiam obſtare debet D. Cleriæ eius hæredi, quæ illius factum validum impugnare nequit, *l. cum à matre C. de rei vindic.* & in terminis renũciationis, latè *Surd. conſ. 355 n. 39. & ſeqq. Rota deciſ 694. n. 4. par. 4. tom. 3. & deciſ. 356. n. 22. par. 6. rec.*

Quæ renunciatio per dictam Cleriam infringi minimè poteſt quaſi ſine cauſa facta fuerit, quoniam contrarium deprehenditur ex lectura ipſius Inſtrumenti renunciationis, ibi, dictaq. D. Martia ſciat, & cognoſcat habita ratione facultatis, & ſtatus d. D. Antimi ſui Patris ſuiſſe congruè, & condecenter cum dicto D. Franciſco Sanneſio nuptam, & reſpectiuè dotatam de dictis ſcutis 25. mill. cum alijs tamen conditionibus in præcitatis capitulis matrimonialibus, & Inſtrumento contentis, ad quæ &c. & propterea intendat etiam de conſenſu d. D. Franciſci ſui Viri deuenire ad renunciationem, & refutationem &c. Hinc eſt, quòd omnia iura competentia ſuper dote q. Cleriæ Ceulæ, ſuæ matris &c. ceſſit, tranſtulit, & renunciauit &c. ob cauſas, & rationes ſupra expreſſas, & aliàs omni meliori modo &c. d. D. Antimo Vrſino ſuo patri &c.

3 Cuius quidem cauſæ veritas, & honeſtas, prout requiritur per dictum Statutum lib. 1. cap. 151. vt reſpondit *Rota in Romana Saluiani interdicti 15. Decemb. 1614. coram S. D. N. tunc huius Tribunalis Auditore impreſſa penes Statil. de Salu. deciſ. 56 à num. 10. verſ. nec placuit Dominis cum ſeqq vſque ad fin. & in alia Romana Saluiani interdicti 20. Maij 1616. coram Manzanedo ſimiliter impreſſa poſt eundem Statil. deciſ. 227. num. 4.* & ſecuti ſunt *Gratian. diſcept. 952. num. 21. & 22. & Fenzon. ad d. cap.*
4 *151. n. 30.* non ſolum iuſtificatur ex interuentu conſanguineorum ſuum conſenſum, & auctoritatem præſtantium, atque ex interpoſitione decreti Iudicis, quo ſtante omnia fuiſſe vera, & rationabiliter, ac ſolemniter geſta præſumuntur, vt in ſpecie renunciationis filiæ, *Bero. conſ. 49. num. 27. lib. 1. Modern. Lucan. conſ. 5. num. 82.* & in puncto huius ſtatut. *Gratian. d. diſcept. 952. num. 23.* & pluries dixit Rota, & ſignanter penes *Statil. d. deciſ. 56. num. 21. & d. deciſ. 227. n. 1. 2. & 4. apud Caualer. deciſ. 479. num. 2. verſ. fuit etiam excitata, & num. 3. & in Romana liberationis 17. Iunij coram bo. mem. Coccino*, maximè quia non agebatur de præiudicio alterius, quam ipſius mulieris renunciantis, vt reſpondit *Rota in Romana nullitatis obligationis 18. Aprilis 1611. coram bon. mem. Pironano poſt 2. vol. conſ. Farinac. deciſ. 321. num. 1. & fuit conſideratum in Peruſina nullitatis donationis 18. Apr. 1608. coram Card. Lancelloto iuniore apud eumdem Farinac. deciſ. 252. num. 3. verſ. tum quia procedit.*

Verùm etiam euidentiſſimè probatur ex Inſtrumento dotali ſub die 3. Aprilis dicti anni 1619. celebrato, in quo Martiæ fuit à Patre aſſignata proprietas Ceſus valoris ſcut. 25. mill. ac pars fructuum duplicis multiplici ſcutorum 8. mill. & vlterius proprietas eiuſdem multiplici poſtquam completum fuerit ad formam Inſtrumenti venditionis Caſtri Murlupi factæ ad fauorem clar. mem. Scipionis Cardinalis Burgheſij anno 1613. Vlterius ex ipſomet Inſtrumento dictæ venditionis dato ſummario D. Hippolyti num. 1. in quo expreſsè conuentum fuit, quod Martia, & Hieronyma filiæ Antimi in computum dotis maternæ accepto ferre tenerentur quicquid de dicto pretio illis in dotem aſſignaretur, quæ veritas corroboratur ex alio Inſtrumento in eius executionem per ipſam Martiam, & Hieronymam ſorores vnà cum D. Antimo eorum Patre cum interuentu Franciſci Sanneſij Martiæ mariti, necnon Clementis Socceti ſtipulato die 27. Octobris 1620. eodem ſumm n. 5. ex quibus ſolutio dotis maternæ Martiæ in ſupradictis effectibus facta concludenter probatur, cum de ſolius renunciantis præiudicio agatur, vt ponderatum fuit in dictis *deciſionibus 321. ſub num. 1. verſ. & quoad alimenta, & 252. ſub n. 3. verſ. tum quia procedit poſt 2. vol. conſ. Farinac.*

5 Non obſtat, quòd Antimus Pater de proprijs ſuis bonis Martiam dotare teneretur, *l. fin. C. de dot. promiſſ.* quia Antimi patrimoniũ conſiſtens in ſcutis 96. mill. pretij Terræ Murlupi detractis portionibus duorum fratrũ, qui erant condomini ſcut. 20. mill. defalcatiſque ſuis debitis ſcut. 25. mill. necnon ſeiuncta dote Cleriæ ſuæ vxoris tunc ſcutorũ 15. mill. vt in eo Inſtrumento narratur ex reſiduo ſcutorum 36. m. debebatur Martiæ portio ſuæ legitimæ ſcutorũ 6. m. quæ coniuncta medietatis dictæ dotis maternæ ſc. 7500. m. ſummam ſcutorum 13500. conſtituunt, cum tamen longè maior dos non tantùm portionem in bonis paternis, verùm etiam in maternis debitam excedens illi habita quoque ratione onerum annexorum fuerit aſſignata, neceſſariò in ſatisfactionem dotis maternæ cedere debebat, vt benè probat *Menoch. conſ. 370. ſub n. 20. verſ. hic autem ceſſat cum ſeq.* licet non fuerit expreſſum, quia vehementes coniecturæ ad hoc probandum ſufficiunt, *Bald. conſ. 37. ſub num. 4. lib. 2. Card. Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 19. num 23.*

6 Quarum quidem coniecturarum maxima eſt, quæ oritur ex veriſimilitudine, quod Antimus Pater, cui vltra dotem Martiæ primogenitæ datam nihil vltra ſcuta 16. m. remanſerant cum onere dotandi ſecundogenitam tunc in ſæculo degentem, & quatenus bona materna aſcendentia ad ſcuta 22. m. reſtituere debuiſſet, non ſolum ipſe nihil vnquam habuiſſet, ſed etiam filiabus in notabili ſumma debitor remanſiſſet, vtique ab ipſa Martia tempore dotationis renunciationem dotis materna ſtipulari voluerit ad euitandam querelam inofficioſæ dotis, quam aliàs ſecundogenita porrigere potuiſſet, & vt ipſi dotanti aliquid ſubſtantiæ remaneret ad effectum teſtandi, vt in puncto conſiderauit *Modern. Lucen. conſ. 5. n. 83. & tribus ſeqq.* & conferunt ponderata per *Ciriuell. dec. Dolan. 48. num. 11. in fin. verſ. tertio vrget coniectura, & num. 12.*

7 Nec minor eſt altera coniectura deducta ex eo, quod hęc renunciatio fuit facta in Palatio Cardinalis Sanneſij de con-

Digitized by Google

conſenſu viri eiuſdem Martiæ, interuentu conſanguineorum, & decreto Iudicis, ex quo reſultat, quod ipſa bona fide renunciauerit, *Bero. conſ.49.num.27. lib.1. cum plurib. relatis per Modern. Lucen. ſupra alleg.conſ.5. n.82.* & ſucceſſiuè de illa fuit facta mentio in ceſſione Iutium emanata ad fauorem Principis Burgheſij præſentibus, & expreſsè conſentientibus Marchionibus Clemente Sanneſio, & Fráciſco Socero, & marito reſpectiuè eiuſdem Martiæ, qui certè eam non approbaſſent in proprium, & poſterorum præiudicium, niſi ante contractum matrimonium fuiſſet conuenta, vt in ſimilibus terminis ratiocinatur *Griuell. deciſ.Dalan.48.n.5. in fin.verſ. primò ſi ita eſſet cum trib.ſeqq.*

8 Vlterius magni ponderis eſt alia coniectura, quod paſſim in Vrbe à Patribus filias ſuas dotantibus huiuſmodi renunciationes in actu dotationis ſtipulari ſolent, & quod hæc ipſa renunciatio longiſſimo tempore ferè triginta annorum fuerit obſeruata, nec contra eam à Socero, & Marito Martiæ vnquam aliquid fuerit oppoſitum donec vixerunt illi, qui erant de negotio informati, quæ obſeruantia magnum præbet argumentum mutuæ conuentionis de renunciãdo, vt per *Menoch.præſumpt.67.per tot.lib.6. Rota deciſ.376.n. 3.par.1.recent.*

9 Nec refert, quod Martia ex interuallo poſtquam dotem purè, & abſque vllo onere receperat, dotem maternam renunciauerit, quia huiuſmodi renunciatio fuit conuenta in limine capitulorum matrimonialium quamuis ob maiorem honorificentiam matrimonij, (prout fieri ſolet, vt teſtantur *Valaſc. conſult 154. ſub n.11. Rota coram Buratt. dec. 775 n.1. & penes Durau.deciſ 98.n.14.*) expreſſa non fuerit, vt deponit Pauonius de facto proprio, quia matrimonij huius fuerat ipſe mediator. *Capuaq.deciſ.267.n.1.par. 3. Buratt.deciſ. 775.n 5. & ſeq.*

10 Nec releuat, quod ob vſumfructum quartæ partis hæreditatis Antimi ſibi relictum, ſit intereſſatus, quia cum pluribus adminiculis ſuperius ponderatis fulciatur plenè probat *Surd.deciſ.107.n.7. Farinac.de teſtibus quæſt.65.n. 141. cum pluribus ibi ab eo allegatis*, tantò magis quia eſt Sacerdos, *Capyc.Latr. dec.12.n.14.& 16.* bonæ famæ, & deponit de facto, quod partes noluerunt alijs perſonis innoteſcere, vt ſecretius maneret, ac propterea plenam fidem meretur, *Seraphin.deciſ.1211.n.4.poſt Butr. Dec. & alios ibi allegat Rota dec.391.n.10.par.1 recent.*

11 Quod autem fuerit Procurator pariter non refert dum hodie talis amplius non eſt, *Specu.de teſtib. in princ. nu. 13. quæſt.60.illat.4.n.167. verſ. finito autem cũ alijs relatis per Maſcard. de probat. concluſ.307. n.4 & fuit dictum in Lauretana pedij 22. Aprilis 1641. coram R. P. D. meo Rubio.*
12 vltra quàm quod tanquam Sacerdos, vt dictum eſt, etiamſi ſit Procurator probat *Bellam.deciſ.605. Farinac. d quæſt. 60. num. 242.* præſertim quia verſamur in materia, in qua difficile eſt inuenire alios teſtes *Ant. de Butr. in cap. cum à nobis nu. 12. in fine de teſtib. cum alijs per eos Farinac.d.q.60 num.237.*

Neque dictam renunciationem infringit, quod eius Inſtrumentum non fuerit ab ipſa Martia renunciante, nec à duobus ſaltem Teſtibus in Inſtrumento adhibitis ſubſcriptum iuxta diſpoſitionem Statuti eodem lib. 1. cap. 149. quia dicta renunciatio ex ſupra firmatis eſt ex cauſa, & correſpectiua ad maiorem dotem à patre conſtitutam, & propterea non ſubiacet diſpoſitioni d. ſtatuti, quod loquitur de ve-
13 ris donationibus, *Rota in Romana viridarij 19. Februarij 1590. coram Orano apud Fenzon. deciſ.133. §. nam quando vertitur conſideratio, & deciſ.323.n.78.verſ.quare cum iſti actus, & ſeq. par.6.recent.* & pluribus comprobat *Gratian.diſcept.706.n.22.verſ.quia ſumus in donatione & ſeqq.*

Et ita DD. concluſerunt mandatum Auditoris Cameræ tanquam iniuſtum non eſſe exequendum vtraque parte pluries acerrimè informante &c.

R. P. D. Veroſpio Alatrina Teſtamenti.
Veneris 26. Februarij 1649.

ARGVMENTVM.

Teſtamentum ad pias cauſas ordinatum ſolis Iuris Diuini; & Sacrorum canonum ſolemnitatibus contentari, neglectis Iuris ciuilis ſanctionibus, pulchrè oſtenditur.

SVMMARIVM.

1 *Ad pias cauſas ordinata voluntas teſtatoris ſuſtinetur, licèt nullis fulciatur iuris ciuilis ſolemnitatibus: & quando ita dicatur ordinata, n. 2.*
3 *Scriptura carens teſtibus, & rogitu Notarij dicitur imperfecta. Limita n.4 5.*
4 *Teſtamentum ad pias cauſas non requirit teſtium ſolemnitatem: neque rogitum Notarij, n.5.*
6 *Teſtibus de rogitu Notarij atteſtantibus eſt credendum, & n. 7.*
8 *Teſtamentum eſt recognoſcendum ſolemniter per teſtes, qui interfuerunt illius conſignationi. Declara n.9. Limita n. 10. 11.*
12 *Ad pias cauſas diſpoſitio terminanda eſt ſola iuris Diuini, & ſacrorum canonum.*

DECISIO VIII.

Laurentius Cæſius in teſtamento propria ipſius manu conſcripto, ac gentilitio familiæ ſtemmate ſignato, duas Capellanias ſub ampliſſima dote fauore Pronepotum, & Abbatis S. Angeli Terræ Fumonis conſtituerat, & ad alteram patrocinio Diui Franciſci pariter erigendam Archipresbyterum eiuſdem Terræ pro tempore exiſtentem inſtitui mandauerat, ipſumque vniuerſalem ſibi hoc onere ſcripſerat hæredem, vt bis in hebdomada in ſui ſuffragium ſacrum Chriſti corpus immolaret, ac Capuccinæ familiæ viros proprio exciperet hoſpitio. Quod poſtmodum teſtamentum ſeptem ſigillis, totidemque Capuccinorum ſubſcriptionibus in exteriori parte munitum, Gregorio Blondo Notario conſignauit aſſeruandum. A cuius Notarij Prædefuncti conſanguineo, poſt ipſius Laurentij obitum coram Gubernatore Alatrinæ Ciuitatis exhibitum ad inſtantiam Archipresbyteri hæredis inſtituti duobus fuit teſtibus recognitum, notum ſibi Teſtatoris caracterem, atq; ſigillum deponentibus, & in Alatrinæ Ciuitatis archiuio reconditum. Inde verò cum Bonifatius Cocchus modernus eiuſdem Terræ Archipresbyter in authenticam formã præuio Iudicis decreto extrahi curaſſet, ac coram A.C. produxiſſet immiſſionis deindè ſententiam reportauit contra Pronepotes Laurentij vti prætenſos ab inteſtato hæredes, ac bonorum vniuerſalium Detentores. Ad quorum inſtantiam, delata mihi cauſa dubium propoſui, An ex hac diſpoſitione Laurentij Iuris ciuilis ſolemnitatibus deſtituta Bonifacio debeatur immiſſio, & Domini affirmatiuè reſpon-
1 derunt, Quia dum illa perfectam, & abſolutam Teſtatoris continet voluntatem ad pias cauſas ordinatam, licet nullis iuris ciuilis ſolemnitatibus fulciatur, eiuſdem tamen fauore cauſæ piæ ſubſtinetur ex diſpoſitione *text. in cap. relatum de teſtamentis, & notant ibi DD. communiter, & Auth. quod ſine C. de teſtamentis*, cuius diſpoſitione, licet de teſtamento inter liberos ſancientis locum obtinere in teſtamento ad pias cauſas ordinato, comprobat *Corn. in conſ.307.n.6. & 7. vbi de communi quoque DD. ſententia atteſtatur Clar. in §. teſtamentum quæſt.6.n.1. Card. Mant. de coniect.vlt.vol.lib. 6.tit.3.n.4. Magdal. de num. teſtium in teſtamento requiſit. par.2 cap.1.n 28. & cap.3. n.2.* & pluries reſpondit *Rot. coram Caual. deciſ.553.n.1.cum ſeqq. & 553.n.1.par.1. & deciſ. 74.n.12.par.2.diuerſ.coram Buratt. 475. n. 1. cum ſeqq. & dec.721.n 4. par. 2. recen.* & de magis recepta, ac veriori DD. ſententia in *dec. 321. n.2. par. 4. rec.* & immiſſionis beneficium conſequi debet, vt notant DD. *in adducta l. vlt. C. de edict. Menoch. de adipiſc.rem.4 n.372.* & in terminis teſtamenti ad pias cauſas, tradit *Argell. de acq.poſſ.q.6.art. 9.n. 103. & 172.*

2 Hanc verò diſpoſitionem ad cauſas pias ordinatam fuiſſe à Laurentio, ex eo conuincitur, quod maiorem ſubſtantiæ partem pro conſtituendis, dotandisque Capellis prædictis mandauit erogari, & Capellanum S.Franciſci (nullius certa perſona ſpecialiter contemplata) inſtituit hæredem ſub onere ſacrum peragendi bis in hebdomada, & aſſiduè Capuccinos hoſpitio recipiendi; cum exindè patrimonium vniuerſum in propriæ animæ ſuffragium, ac in cauſam proindè piam dignoſcatur deſtinaſſe, ad *text. in cap. requiſiſti de*

ceſta-

Digitized by Google

teſtamentis, notat gloſ. in cap. de ſepult. Tiraquel. de priuil. pię cauſa in præf. §. quod adeo uerum eſt, Magdal. de numero teſt. par. 2. cap. 2. n. 38. & 29. Rot. corã Cæſar de Graſſ. dec. 4. de teſt. & alijs recenſitis auct. notant add. ad deciſ. Buratt. 475. n. 17.
3 Hinc non vrget, quod ſcriptura prędicta teſtibus careat, ro-
gituq. Notarij, ac proindè debeat imperfecta reputari, iuxta conſ. Rolan. 32. n. 29 lib. 2. Alex. conſ. 48. vol. 5. Ruin. conſ. 12. n. 5. vol. 2. Afflict. dec. 245. n. 9. Cum teſtium ſolemnitas non
4 requiratur in teſtamento ad pias cauſas diſpoſito, ac propria Teſtatoris manu ſcripto, atque ſubſcripto, vt notant DD. in l. ſi is qui n. 6. ff. de teſtam. vbi inter cæteros Aret. n. 2. Imol. n. 6. & in cap 2. n. 21. eod. tit. Couar. in cap. relatum n. 12. de teſtam. & de communi teſtatur Menoch. in conſ. 224 n. 57. Tiraq. de priuil. pia cauſa priuil. 4. Rot. dec. 557. n. 3. par. 1. diuerſ. Neq.
5 ad ipſius ſubſiſtentiam rogitus Notarij neceſſarius reputetur, vt notat idem Imol. add. n. 6. Couar. d. nu. 12. Roman. in auth. ſimiliter n. 53 C. ad l. falcid. Alex conſ. 4. n. 10. lib. 7. Caſtr in conſ. 25 n. 2. lib. 2. Tiraq. de priuil. pia cauſa priuil 6. in princ. verſ. fallit, quem tamen in ipſius conſignatione ſcripturæ adbibitum fuiſſe probatur ex teſtibus ſuper eodem rogitu formiter examinatis, ac deponentibus eundemmet Laurentium, dũ
6 viueret, ſcripturã tradidiſſe Notario ſeptem interuenientibus teſtibus in ipſius exteriori parte ſubſcriptis, quibus de rogitu atteſtantibus adhibendam eſſe fidem, notant DD. in l. 2. C. de bon. poſſ. ſecundum tabul. Bald. in l. comparationes nu. 2. in 3. notab. C. de fid. inſtr. Alex. conſ. 47. n. 4. vol. 2. Surd. conſ. 414. n.
7 24 Craſſ. in § teſtamentum q. 58. n. 6. vbi ex cõi DD. ſententia Notarij rogitum duobus aſſerit teſtibus poſſe iuſtificari.
8 Neq. eidem ſcripturę obijci poteſt, quod nõ fuit ſolemniter recognita per eoſdemmet teſtes, qui ipſius conſignationi interfuerãt, ſeq. ſubſcripſerant, iux. tex. in l. hac conſultiſſima C. de teſtam. ubi DD. & in l. 2. C. quemad. teſtam. aper. & notatur per gl. in l. ult. in uerbo depoſitionibus C. de edict. cum alijs relatis per Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 114. n. 3. ac ſeqq.
9 Quia hæc recognitio formalis licet adhiberi debuiſſet pro ſubſtinendo teſtamẽto fauore cuiuſcumq. inſtituti in ſcriptis cõdito, in quibus terminis militant auctoritates in contrariũ deductæ, & concluſionem procedere declarat gl. in adducta l. fin. C. de edict. in uerbo depoſitionib. uerſ. quod dicit. Non
10 tamen neceſſaria reputatur in ſcriptura ad pias cauſas, diſponentis manu firmata, quæ duobus potuit teſtibus recognoſci ſuper nota ſibi teſtatoris manu formiter examinatis, vt tradit Craſſ. in §. teſtamentum q. 16. n. 10. in §. ſin autem, & plures alij relati per Modern. Rom. diſcept. forenſ. cap. 895. n. 3. & de ſtylo Curiæ in hoc Tribunali recepto atteſtatur Rot. corã Put. dec. 18. de fide inſtr. Rot. deciſ. 553. n. 1. par. 1. & 124. n. 2. par. 2. diuerſ. coram Caual. 553. n. 1 coram Buratt 475 n. 5. & 6. & in Callien. hereditatis 1. Iuly 1639. coram Reuerendiſſ. Terracinen. dum maximè non cõſtat teſtes recognitioni ſubſcriptos
11 in loco iudicij adfuiſſe, & plura concurrunt adminicula tum ex congrua ordinatione ſcripturæ deducta, tum ex appoſitione ſigilli teſtatoris elicita, tum ex conſignatione ipſius facta Notario, tum ex teſtatoris aſſertione, dum ageret in humanis, quod ſuum vltimum teſtamentum ipſe condiderat vnius depoſitione teſtis comprobata, ex quibus adductam recognitionem reddi indubitatam, reſpondit Rot. in add. deciſ. 124. n. 4. par. 2. diuerſ. & coram Caual. 553. n. 3. & coram Buratt. dec. 475. ſub n. 6. & notant ibi Add. ſub lit. E.

Non obſtat diſpoſitio ſtat. Vrbis lib. 1. cap. 42. iuris ſolemnitates exquirens in teſtamẽtis in Vrbis diſtrictu confectis. Præterquam enim non iuſtificatur locum conditi teſtamenti in
12 Vrbis diſtrictu conſiſtere, prædictum ſtatutum non obtinet locum in diſpoſitione ad pias cauſas ſancita ſola Iuris Diuini, ac ſacrorum Canonum ſolemnitate terminanda, iux. text. in cap. relatum de teſtamentis, & notant ibi DD. & in c. cũ eſſes eod tit. Ruin. conſ 71. n. 18. vol. 3 Magdal. de numero teſt. par. 2. cap. 1. n. 14. & reſpondit Rot. coram Penia dec. 166. n. 2. & coram Caual. 553 n. 5. & in Rom hereditatis 29. Octob. 1616. in quibus huiuſmodi teſtamẽta etiam ſine ſolemnitatibus ſtatuti approbatur, vt valida. Et ita vtraq. parte deciſum.

Eminentiſs. & Reuerendiſs. Celſo Romana Pecuniaria.
Veneris 7. Maij 1649.

ARGVMENTVM.

Allatis nonnullis viam executiuam tribuentibus; ex multis præſcriptionis exceptio eliditur.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio cameralis tribuit viam executiuam.*
2 *Clauſula, & ad omne mandatum Domini appoſita in obligatione reſtituendi pecunias, quid operetur, & n. 3.*
4 *Clauſula ſi quid exequendum non uulneras obligationem cameralem.*
5 *Defectus, qui ceſſant ex oculari uiſione inuerecundum eſt, ut opponantur.*
6 *Reſeruatio diſpoſitionis ſocietatis officij qua ſit unius, facta ad fauorẽ alterius importat nudam adminiſtrationem, non uero excluſionẽ dominij in eo, cuius ipſa ſocietas eſt, & n. 7.*
8 *Actio omnis perimitur ex præſcriptione.*
9 *Præſcriptio dormit durante pupillari, & minorili ætate.*
10 *Reſtitutio in integrum ex capite minoris ætatis competit aduerſus præſcriptionem: ſicuti & ex capite probabilis ignorantiæ ſimus in hærede petente ipſam reſtitutionem. n. 11.*
12 *Solutionis præſumptio ex præſcriptione tollitur per contrarias præſumptiones.*
13 *Hæres unus poteſt totum creditum hæreditarium petere cohærede non adeunte.*

DECISIO IX.

Vigore promiſſionis factæ per Petrum Antonium Catalanum de reſtituendo pecunias ſibi conſignatas prioribus, & potioribus creditoribus Creſcentij, & ad omne mandatum Domini obtinuerunt Lauinia, & alij de Achillis, vti hæredes Camillæ matris pro illarum reſtitutione mandatum executiuum contra hæredem dicti Petri Antonij. Quod hodie dubio propoſito, dixerunt Domini eſſe exequendum. Etenim de credito non dubitatur propter inſtrumentum publicum ſocietatis officij, & ſuper anterioritate non cadit controuerſia cũ illa emanauerit de anno 1598. Alia verò ad fauorem Petri An-
1 tonij fuerit inita de anno 1601. Vndè, attenta obligatione Camerali, rectè fuit actum via executiua pro mandati relaxatione, vt notat Galleſ. de oblig. Cam. q 1. num. 18. & q. 2. n. 8. & 9. ibique Add. n. 4. Saluſt. in prax. lib. 1. q. 38. poſt princ. & q. 49. ſub n. 3. Rota coram Duran. deciſ. 404 num. 4. & poſt Zacch. de oblig. Cam. dec. 135. num. 1.

Maximè cum vltra obligationem prędictam adſit etiã clau-
2 ſula, *Et ad omne mandatũ Domini*, quæ operatur vt pecuniæ dicantur extare perindè, ac ſi nunquam conſignatæ fuiſſent,
3 & faciliorem præbet executionẽ, vt not. Marcheſ. de comm appell. ab obl. cam. par. 1. §. 1. n. 173. & ſeqq. & præſertim n. 177 fol. 709. Rot coram Seraph. dec. 1396. n. 1. & 2.
4 Nec refert, quod ſignatura reſcripſerit cum clauſula, *ſi quid exequendum*, quia illa non vulnerat obligationem Cameralem, ſed conſtito de validitate, & iuſtitia mandati proceditur ad vlteriorem executionem, vt dixit Rot. coram Mellin. dec. 362. n. 2. & 3. & in rec. dec. 607. n. 2. par. 4. to. 3. & poſt Zacch. de oblig. cam. dec. 12. n. 4. cum alijs adductis per Gratian. diſcept. forenſ. cap. 968. num. 2. & ſeqq.

Exceptiones verò ex aduerſo deductæ aliæ tolluntur ex facto; Aliæ verò non ſubſiſtunt in iure: Quod enim adſit citatio ad reſtituendum pecunias iuxta formam iurium, de quibus in actis, quodq. conſtet de legitimatione perſonarum iuramento calumniæ, necnõ de ſufficienti mandato procuræ, tam ex parte hæredum in perſonam Victorij, quàm ex parte Cataloni in perſonam Labentij apparet ex notula particulari data in reſ-
5 ponſione facti; Ita ut inuerecundum ſit opponere defectus huiuſmodi qui ceſſant ex viſione oculari, & ex lectura, & reuolutione proceſſus, Rota coram S. mem. Greg. dec. 94. ſub n. 5. et 6. coram Duran. dec. 321. n. 1. & in rec. dec. 261. n. 4. par. 2.

Quod autẽ ſocietas officij, cuius bonã fidẽ recognouit Creſcentius licet contracta ad fauorẽ Camillæ nihilominus ſpectaret ad virum, qui facultatem exigendi fructus, nominandi periculum vitæ, illamq. diſdicendi, & cedendi expreſsè ſibi reſeruauit iuxta dec. 771. n. 2. par. 2. rec. Tollitur ex lectura eiuſdem inſtrumenti ſocietatis, in quo apparet, pecunias prouenire ex pretio locorum montium quorum omnimoda diſpoſitio pertinebat ad Camillam vigore donationis ad ſui fauorẽ factę a Dominico de Achillis 18. Sept. 1593. pacto adiecto, quod in
6 caſum diſdictæ pecuniæ deberent reinueſtiri, iuxta formam præfatæ donationis. Vndè reſeruatio ad fauorẽ mariti importat tantũmodo nudam adminiſtrationem in perſonam ipſius, vt dixit Rot. coram Duran. dec. 197. n. 4. verſ. ſed placuit, & in Rom. ſeparationis bonorum 26. Apr. 1646. coram R. P. D. meo
7 Veroſpio. Non autem excludit quin dominium ſocietatis ſpectet ad Camillam vxorẽ, cuius nomine contracta fuit, cuiq. propterea plenè fuit acquiſita. iux. not. per DD. in l. maximũ intereſt C. ſi quis alt. vel ſibi, Rot. dec. 262. n. 1. & ſeqq. par. 1. rec. & in Rom. Domus 18. Dec. 1620. coram bo. me. Manzanedo.

Minus obſtat, quod ſiuè attendatur creditum Camillæ, ſiuè debitum, & obligatio Petri Antonij ſemper effluxerint plus
8 quam 30. anni. Et ſic non ſolum adſit præſcriptio ſtatutaria, ſed etiam iuris communis per quam perimitur omnis actio, *l. ſicut, & l. omnes C. de præſcript. 30. uel 40.* Siquidè præſcriptio iuris communis ceſſat attenta ætate hæredum, quorum primus mortua Camilla erat in decimo ſuæ ætatis anno conſtitutus; Alter in nono, tertius in ſeptimo, & vltimus in ſe-
9 cundo. Itaut præſcriptio contra eos non potuerit currere, cũ durante tempore pupillaris, & deindè minoris ætatis ſemper dormiat, & conquieſcat, prout in terminis de pupillo eſt *tex. in d. l. ſicut C. de præſcript. 30. uel 40. ann. & in l. cũ notiſſimi, ibique gloſ. uerbo excipiendo C. eod. gloſ. in cap. cum non liceat uerbo non obſtante uerſ. Item pupillo de præſcript. Abb. in cap. 1. n. 2. eod. tit. Rot. dec. 61. n. 13. par. 7. in rec.* Et de minore, *Rot. diuerſ. deciſ. 454. n. 2. par. 4. coram Millin. dec. 334. n. 4. & in recen. deciſ. 270. num. 2. par. 6.*
10 Et in omnem caſum competeret ijdem heredibus reſtitutio in integrum in actis petita tàm ex capite dictæ minoris ætatis ad *tex. in l. fin. C. quib. ex cauſ. reſt. in integ. non eſt neceſſ. Alex. conſ. 116. ſub n. 1. uerſ. poſt uerò pupillarem lib. 5. Odd. de reſtit. in integr. par. 2. q. 90. n. 3. & ſeqq. Rot. coram ſanct. mem. Greg. dec. 489. n. 14. in rec. dec. 372. n. 10. par. 4. tom. 2. & in Peruſ. reintegrationis 11. Ian. 1647. coram R. P. D. meo Royas*. Quàm
11 ex capite probabilis ignorãtiæ, quæ præſumitur in hæredibus per *tex. in l. qui in alterius ff. de reg. iur. Alex. conſ. 71. n. 2. & 3. lib. 1. & conſ. 89. n. 10. lib. 2. Rot. coram Buratt. dec. 457. n. 2. & in rec. deciſ. 315. n. 7. & ſeq. par. 4. & deciſ. 360. n. 1. & 6. par. 6. & poſt Zacch. de oblig. Cam. deciſ. 219. n. 10.* cum alijs quos cumulat *Cyriac. controu. 329. num. 77.*

Præſcriptio verò ſtatutaria fundata in præſumptione ſolutionis v'tra quod non comprehendit hæredes prædictos, qui ſemper fuerunt ſub patria poteſtate, *Auth. niſi triennale, ubi gloſſ. uerbo apparuerit C. de bon. matern. Abb. in cap. ex tranſmiſſa n. 9. de præſcript. & conſ. 32. in princ. & conſ. 101. n. 6. lib. 1. & conſ. 22. n. 2. lib. 2. Rot. coram Caual. deciſ. 346. num. 6. & in rec. deciſ. 425. n. 20. par. 5.* Ceſſat etiam in præſenti caſu, in quo ex forma donationis Dominici, & inſtrumento ſocietatis officij pecuniæ debebant reinueſtiri. Vndè non docto de dicto
12 inueſtimento non habet locum præſumptio huiuſmodi cum illa tollatur per contrarias præſumptiones, vt in verbis diſponit idem Statutum cap. 158. lib. 1. ibi, *Niſi contraria præſumptio præponderans, ac præualens adducatur. Gabr. conſ. 148. num. 10. & ſeqq. lib. 2. Mantic. dec. 151. n. 6. Duran. dec. 210. n. 15. & fuit dictum in Romana dotis coram Pirouano, poſt Ioan. add. ſtatutum dec. 157. à princ.*

Demùm non obſtat, quod dictum mandatum non potuerit relaxari niſi pro quatuor ex ſex partibus, ex quo aliæ duæ ſpectabant ad Bartholomæum, & Io. Antonium pariter filios d. Camillæ. Et ideò vti obtentum pro tota ſumma ſit exceſſiuũ,
13 & conſequenter non exequen. Nam cum ijdem Bartholomæus, & Io. Antonius obijerint antè matrem, de illis nulla eſt habenda ratio, vel quatenus viuerent, ſaltem negari nõ poſſet, quod ipſis non adeuntibus potuerint alij, qui hodie agunt totum petere per *tex. in l. 1. & ibi gloſ. verbo omittentibus C. quando non pet. partes, l. ſi ex pluribus vbi pariter gloſ. in uerbo non adeuntibus ff. ſi pars hæred. pet. l. ſi ponas §. ſi cum duo C. de inoff. teſtam. Surd. conſ. 359. n. 15. & ſeqq.*

Et ita deciſum &c.

R.P.D. Arguelles Romana executionis laudi.
Lunæ 17. Maij 1649.

ARGVMENTVM.

Apothecæ appellatione quid contineatur, & quando manſiones reputentur diſtinctæ, & ſeparatæ à domo.

SVMMARIVM.

1 *Apotheca nomine quid contineatur, & n. 7. & quomodo ipſa ueniat accipienda, n. 23.*
4 *Teſtatoris vſui eſt ſtandum.*
5 *Probatio optima eruitur ab oculari inſpectione.*
6 *A Domo quando manſiones dicantur diſtinctæ, & ſeparatæ, & ſub n. 8.*
7 *Habitatio domus legata non continetur apotheca, quæ non deſeruiebat pro habitatione.*
8 *Grattan. diſcept. 775. n. 4. declaratur.*
9 *Argumentum, ſi teſtator uoluiſſet expreſſiſſet, ſicuti quando uoluit expreſſit, eſt ualidum.*
10 *In legato pio latiſſima eſt facienda interpretatio. Declara n. 11.*

DECISIO X.

INformantes pro RR. Patribus Congregationis Oratorij S. Mariæ in Vallicella totam aciem conuertebant contra primam concluſionem, quod apothecæ, quæ ſeparatim à domo locantur, nec ad eam aditum habent non contineantur ſub legato domus, quam nec erat opus firmare, cum ſimus in longe clariori caſu, nec prima deciſio firmauit, vt patet ex §. *præterea quidquid ſit, &c.* Nec iuribus, rationibus, & auctoritatibus minus fulcita oſtenderetur, ſi de hoc foret diſputatio inſtituenda, vt iudicatum fuit in §. *re tamen &c.*

Sed quidquid ſit de hoc Domini perſiſtentes in d. deciſione coram me edita 14. Iunij 1647. iterùm cenſuerunt mandatũ per dictos Patres ab A. C. obtentum non eſſe exequendum ſuper penſionibus apothecarum, de quibus agitur, eo præcipuè fundamento, quia D. Tamira teſtatrix legauit, *le piggioni della caſa di mezzo ſituata nella piazza di S. Pietro, detrane però le Botteghe, che ſono ſotto la detta caſa uerſo la piazza di S. Pietro &c.* ex quibus verbis patet, quod nedum non comprehendidit ſub legato penſiones dictarum apothecarum, ſed imò quod eas manifeſtè excluſit, ideòq. Patres legatarij non poſſunt contra expreſſam voluntatem legantis eas prætendere, *ut fusè probatur in præterita deciſione §. re tamen benè perpenſa &c. & ſequen &c.*

Nec obſtat, quod ſub appellatione apothecæ non veniant remiſſæ, ſeu manſiones pro Rhedis reponendis. Quia apothe-
1 cæ nomine comprehendi remiſſas, manſiones, repoſitoria, aliaq. ſimilia loca idonea pro rebus ad tempus reponendis, probant *l. ſi quis intra 7. C. de bon. præſcript. l. quæſitum 12. §. inſtructo 34. ff. de fund. inſtruct. Gratian. Caluin. Calepin. & alij in deciſione allegati §. quod confirmatur &c.*

Nec Dominis placuit reſponſio data ab vno ex Aduocatis
2 Congregationis, quod nempè ſignificatio verbi *Bottegha* ſit ſumenda, à vocabulario Cruſchæ, non à Calepino, *ex Bald. in l. duodecim tabularum 14. n. 7. ad mediũ C. de legit. hered.*

Nam (vltra quod deciſionis fundamentum non ſtat in ſolo Calepino, ſed in alijs multis, quibus informantes pro Congregatione nihil reſpondent, quod releuet) Baldus nil tale dicit, ſed in fine dicti numeri 7. inquit ſolum quod ſermo prolatus
3 in vulgari interpretandus eſt ſecundum communem vſum loquendi. Nec maior auctoritas tribuenda eſt Cruſchæ, quam Calepino, qui in Dictionario verbo *apotheca*, lingua Italica poſuit *bottega*, & nec Cruſchæ, nec cruſtæ verborum inhæren-
4 dum, ſed vſui teſtatoris, vt multis iuribus, & auctoribus probatum eſt in prima §. *imò non ſolum &c.* ſi plura velis adde *Mantic. de coniect. lib. 3. tit. 8. n. 10. & tit. 9. n. 1. ſanct. mem. Gregor. XV. deciſ. 257. num. 1. Rot. deciſ. 239. n. 8. par. 7. rec.*

Corroborantur prædicta tum ex ferramentis ſuper earum portas infixis ad effectum appendendi tabulata, quæ non niſi apothecis artificum appendi ſolent, tum ex camino in vna fabricato, & ex quadam officina in alia, quæ demonſtrant clariſſimè non fuiſſe manſiones illas ad vſum remiſſarum (vt ita loquamur) conſtructas, ſed ad habitationem, vt ſolent in apothecis pauperum eſſe etiam habitationes, imò teſtes dicunt aliquando pauperibus ad habitandum locatas, vt etiam
5 conſtitit Dominis ex oculari aſpectu, *l. pediculis 34. §. primo, & §. Neratius 5. ff. de aur. & argen. leg. l. ſi quando 31. ff. eod.* Tum demum ex vſu vtendi eiuſdem teſtatricis, quæ aliquando eas locauit ad vſum apothecarum, *ut fusè firmatur in præterita §. additur etiam &c. & quatuor §§. ſequentibus.*

Vlterius ponderabant DD. non fuiſſe legatam domum, ſed illius penſiones, ideòq. dum domus habet remiſſas cõmodiores ex parte Ven. Archihoſpitalis S. Spiritus, quæ inſimul cũ ipſa domo erant ſolitæ locari, clarè reſultat, quod illæ, non au-
6 tem iſtæ in platea S. Petri cadunt ſub legato, quia iſtæ vti habentes ingreſſum non à domo, ſed à via, ſeu platea publica, diuerſis perſonis ſeparatim locari ſolitæ, & à corpore ipſius domus ſeiunctæ, reputantur manſiones diſtinctæ, & ſeparatæ à domo, vt ex *l. ſi quis duas 6. §. ſi quis partem ff. commun. præd. Borgnin. dec. 19. num. 52. & 54. lib. 2. Rota dec. 243. ſub n. 26. uerſic. attamen ex noua deſtinatione &c. par. 5. rec.* Et quan-
7 do habitatio domus legata eſt, non continetur apotheca, quæ non deſeruiebat pro habitatione, latè *Giouagn. citatus in prima deciſione conſ. 33. n. 4. lib. 1.* vbi loquitur de apotheca, quæ ſit ſub eodem tecto, & finibus cum aditu ad domum, eodemq. tempore, & pretio comparata (quod malè negatur ex adductio) & facit differentiam, an domus legata ſit, & tunc

com-

comprehendatur, an habitatio domus, & tunc non comprehendatur, & per duodecim caſus rem explicat.

8 Nec obſtat *Gratian.diſc.775.n.4.* Primò, quia nullũ adducit auctorẽ, præter *Gabr.* reprobatum à *Giouagnon.ſup.* Secundò, quia loquitur in caſu quo erat legata habitatio totius domus, & totam vim ponit in d.verbo *Totius*, vt latè à *n 5.* & nos ſumos, in clarioribus terminis, quia nemo dicet, quod penſiones apothecarum perſonis locatarum, ſint pẽſiones domus, & facit optimè, & in fortioribus terminis idẽ *Gratian. dec. Marchia 67.* vbi cum Dominus locaſſet cuidam domum, & apothecã, ſed ad diuerſa tempora, concedendo poſtea facultatẽ ſublocandi domum non cenſeri cõceſſam ad ſublocandũ apothecam, nec vis eſt in eo quod apotheca non ſit ſubtus domum, nam non minus eſt de pertinentijs domus apotheca contigua, quæ eodem pretio, & tempore empta, aditũ habet per domum, *Gabr. d. conſ 94. n.10. Giouagn. d. conſ. 33. n. 18.* ſed quia domus erat locata ad trienniũ, apotheca ad annum, & *Gabr. ſup.n.13.* fatetur quod ſi animũ habuit Dominus ſeparandi apothecam à domo, etiam ſi ſit ſub eodem tectn non cõtinetur in legato habitationis domus, & tunc animum colligi ſi muro aditum de apotheca ad domum clauſit, in fortioribus etiam *Rot. d. dec.243.* vbi manſiones, ſeu apothecæ erant in ipſa domo, & quia muro fuerunt diuiſæ, & aditus per aliã partem apertus non veniunt appellatione domus, *Bart. Socin. in l.plerique 18.n.59.ff.de in ius vocan.* loquitur de apotheca ſubtus domũ, & multi alij, & ſic etiam in fortioribus, quia hic nõ agimus an apotheca veniat ſub appellatione domus, ſed an pẽſiones apothecarum diuerſis perſonis, & ad diuerſa tempora locatarum veniant ſub appellatione penſionum domus, de quo dubitari quidem non poteſt, *iunctis tot alijs in præterita deciſione ponderatis.*

Non obſtat, quod teſtatrix diſcretiuè meminerit de apothecis, & de remiſſis eas ſingulariter nominando in prohibitione alienationis. Quia, dicebant Domini, hanc diſcretiuam mentionem, magis oſtendere enixam teſtatricis voluntatem prohibendi quamcumq. alienationem, tàm de domo, quàm de apothecis, quàm etiam de remiſſis, vndè ſe-
9 quitur, quod ſi has remiſſas voluiſſet in legato comprehendere expreſſiſſet, ſicut expreſſit quando voluit comprehendere in prohibitione alienationis, vt per *Cranett. conſ.214. n.14. & conſ. 234. n. 2. verſ. imò conſiderata conſuetudine, &c. & n.5. verſ. rurſus apotheca &c. lib.2. vulgar. text. in l. vnica §.ubi autẽ 11. verſic. ſin autem C.de edict. Diu. Adr. tollen. l.prima §.ſed hac actio verſ. ſed & ſi, ff. ſi manſ. falſ. med. diuer.* quod ſuadetur ex quo quando pro cenſu cõſtituit hypothecam teſtatrix non ſolum obligauit domũ, ſed etiam apothecas, quia non credebat ſub obligatione domus eas cõprehendi, & non fecit mentionem de remiſſis, quia ſatis ſibi viſum fuit eas cõprehendi ſub nomine apothecarũ, & ſic fecit etiam mentionem viridarij explicando omnia ea quæ ſibi videbantur indigere ſpeciali explicatione, vt *dictũ eſt in prima*, & ex quo in prohibitione alienationis nõ ſolũ nominauit domũ, ſed apothecas, & remiſſas, oritur idem, nempè prohibita domo eas non prohiberi cenſuiſſe.

10 Nec refert, quod agatur de legato pio, in quo latiſſima facienda eſt interpretatio ex *l. Titia 11. §. finali ff. de aur. & argen. legat.*

11 Quia regula procedit in dubio, ſecus autem quando apparet de clara, & indubitata volũtate teſtatricis excipiendi apothecas, ſeu remiſſas ab onere legati, tunc enim voluntas eſt ſeruanda, nec eſt locus interpretationi, *Mantic. de coniect. lib.3. tit.19. n. 10. in fin. Angel. conſ.328. n.5. verſic. nunc ad ſecundum &c.* clariſſima autem teſtatricis voluntas patet ex dictis verbis teſtamẽti, *Detratte però le botteghe che ſono ſotto la detta Caſa verſo la piazza di S. Pietro &c.* & ex alijs fusè deductis, & cõprobatis in præterita deciſione, quam hodie DD. confirmarunt, vtraq. parte audita &c.

R P D. Cerro Cathaceñ Hæreditatis. Veneris 28. Maij 1649.

ARGVMENTVM.

Variationem nominis non vitiare diſpoſitionem certam, maximè factam fauore piæ cauſæ, & inſpecto teſtatoris vſu loquendi, ampliſſimè deciditur.

SVMMARIVM.

1 *Immiſſio quando ſit concedenda hæredi.*

2 *In Sanctiſſimo Sacramento recolimus memoriam Dominicæ Paſſionis, & Redemptionis noſtræ, ac Dominum, & Redemptorem ipſum adoramus.*

3 *Nominis variatio non vitiat diſpoſitionem certam in ſubſtantia: præſertim vbi inter nomina intercedit modica difformitas, n.4.*

5 *Teſtatoris intẽtio cõuincitur ex duabus demõſtrationibus.*

6 *Affectio magna præbet non leue argumentum, quod fuerit intellectum de re erga quam ipſa affectio habetur.*

7 *Intentio diſponentis optimè declaratur ex antecedentibus, & ſubſequentibus.*

8 *Vſus particularis loquendi tollit omne dubium, & interpretatur diſpoſitionem teſtamentariam aliàs æquiuocam, & erroneam.*

9 *Teſtamentum ambiguum ſemper ſolet interpretari pro cauſa pia.*

10 *Fides etiam ſimplices, quando ſufficiant ad probandum.*

11 *Teſtati cauſa facit ceſſare cauſam inteſtati.*

12 *Immiſſio conceditur nedum hæredi ſcripto verbis expreſſis, ſed etiam hæredi, qui virtualiter inſtitutus cenſetur ex veriſimili mente teſtatoris.*

DECISIO XI.

DEcius Scoglio in teſtamento ſub quo deceſsit hæredem vniuerſalẽ ſibi ſcripſit Cõfraternitatem Redemptoris; Verùm quia in Ciuitate Cathaceñ nulla adeſt Confraternitas ſub huiuſmodi Inuocatione, ideò Confraternitas Sãctiſſimi Sacramenti ibidem exiſtens cum prætenderet hæreditatem illius inſtituit iudicium in Curia Epiſcopali, ibiq. fauorabilem ſententiam reportauit, ſed cauſa mihi deuoluta inſtantibus etiam Horatio, eiusq. Neptibus de Scoglio dubitaui An, & cui eſſet danda immiſſio in poſſeſſionem hæreditatis, & bonorum d. Decij, illamq. cõcedendã eſſe d. Confraternitati DD. exiſtimarunt, cũ exhibeat teſtamentũ
1 illius nõ abolitum, neq. cancellatum, nec in aliqua parte ſuſpectũ, *ex vulg. remedio l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.*

Nec obſtat, quod in eo inſtituta fuerit Confraternitas Redemptoris, non autem ipſa Confraternitas Sanctiſſimi Sacramenti.

Quia præter quod denominatio Confraternitatis Redemptoris, non exiſtente alia in eo loco ita ſpecialiter appellata, benè congruit Confraternitati Sanctiſs. Sacramẽ-
2 ti, in quo memoriam Dominicæ Paſſionis, & redemptionis noſtræ recolimus, ac Dominum, & Redemptorem ipſum adoramus, *iuxta Sacrum Euangelium D. Lucæ cap. 22. & diſpoſitionem c. iteretur quotidie de conſecr. diſtin.2. ac Sacri Conc. Trid. ſeſſ.13. c.5. de Sanctiſſ. Euch. Sacram.*
3 Cum aliundè conſtet Teſtatorem intellexiſſe de huiuſmodi Confraternitate Sanctiſs. Sacramenti, variatio nominis non vitiat diſpoſitionem certam in ſubſtantia, *l. ſi in nomine C. de teſtam. l. aſſe toto ff. de hæred. inſtit. l. verum §. cum quidam ff. de reb. dub. l. ſi me in vacuam in princ. verſic. niſi forte, & ibi DD. ff. de acquir. poſſeſſ. §. ſi quidem in nomine inſtit. de legat. Alex conſ. 108. n.2. verſ. in quo prætermiſſis non neceſſarijs lib.7. Pariſ. conſ. 15. n.8. verſ. tamen quando conſtet lib.4. Vital. de clauſul. clauſ. non errore ductus n.15. & ſect. nunc videamus nu. 1. inter tract. magn. tom 18. fol. mihi 403. à terg. & fol. 410. pariter à terg. Bertazzol. de clauſ. clauſ.3. gloſſ.1. n.3. Card. Mant. de coiect. vlt. volunt. lib.4. tit.6. n.1. Card. Seraph. dec.701. n.1. Rota in rec. dec. 319. n 1. par.4. & deciſ. 314. n.17. & 18. par. 8.* Idque præ-
4 ſertim cum inter Nomen Redemptoris, & Denominationem Sanctiſſimi Sacramenti nulla in effectu, vel ſaltem ad modum modica difformitas intercedat, vt poſt tex. *in l. librorum §. quod tamen Caſſius, ubi gloſſ. in verb. libros C. de legat.3. ponderant Imola in l. ſi quis in fundi vocabulo n. 2. ad medium ff. de legat.1. Vital. d. ſect. nunc videamus nu. 3. verſ. fallit propter, Gratian. diſc. foren. cap. 830. n 3.*

5 Intentio autem teſtatoris inſtituendi iſtam Confraternitatem ex pluribus apertè conuincitur, licèt duæ tantũ demonſtrationes regulariter ſufficiant, *ad trad. per Bart. in l. demonſtratio n.14. ff. de condit. & demonſtr. Caſtr. in d. l. ſi in nomine n.4. C. de teſtam. Alex. d. conſ. 108. num.3. lib.7. Rota in rec. d. deciſ. 319. n.5. par.4.*

Primò enim ex quo ipſe dum vixit fuit Confrater huius Confraternitatis ſpatio 40. annorũ, & vltra, eidemq. inſeruiuit occurrentibus neceſſitatibus, *vt ſum. n.2.* Vndè veriſimili-

6 ſimiliter præſumitur erga illam habuiſſe maximã affectionẽ
quæ proindè præbet non leue argumẽtum, quod intellexe-
rit ipſam relinquere hæredem vniuerſalem, l. ſi quis ad de-
clarandum §. ubi autem C. de Epiſc. & Cler. l. quæ conditio
§. ultimo ff. de cond. & demonſtr. gloſſ. ſingularis in c. ſi pater
uerb. pauperes de teſtam. in 6. Abb conſ. 99. ſub nu. 5. uerſ. &
his oĩbus par. 2. Ancharan. conſ. 214. nu. 12. uerſ. & eſt ratio
Specul. tit. de inſtrum. edit. §. nunc uerò aliquo n. 64. uerſ. &
idem ſi pecunia, cum alijs quos refert, & ſequitur Ricc. in
addit. ad Tiraquell de priuil. piæ cauſ. priuil. 56. §. primò.

Secundò ex depoſitionibus tam Archidiaconi Cathacẽ
aſſerentis teſtatorem ſibi pluries dixiſſe velle relinquere oĩa
ſua bona eidẽ Sanctiſs Sacramento d. ſumm. n. 4. Quã etiã
Petri Franciſci de Pace deponentis, quod interrogatus ipſe
teſtator de perſona hæredis ad effectum faciendi exequias,
reſpondit quod vocarentur Procuratores Sanctiſs. Redẽp-
toris, & ſignanter Ioan. Antonius de Paula eodem ſumm.
num. 5. qui Ioan. Antonius tunc temporis erat Prior San-
ctiſſimi Sacramenti, ideòque certius dicendum videtur
7 teſtatorem intellexiſſe de illius Confraternitate: ex antece-
dentibus enim & ſubſequentibus optimè declaratur diſpo-
nentis intentio, ex theoric. Bart. in l. 2. ſub num. 40. verſic.
quaro ex quibus cum ſeqq. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. Ruin.
conſ. 192 num 5. lib. 2. Caphal. conſ. 144. num. 29. verſic. &
ultra prædicta, Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt.
lib. 3. tit. 1. num. 4. & 5. Card. Seraphin. deciſ. 382. num. 5.
Rota in recent. dec. 293. num. 17. par. 5. & plenius coram
bon. mem. Buratto dec. 168 num. 17. & 18.

Tertiò ex altera depoſitione Parochi, qui paulò poſt
conditum teſtamentum, & illi ſubminiſtratum Sanctiſ-
ſimum Euchariſtiæ Sacramentum oſtendens Sacram
Pixidem eum interrogauit An vellet quidquam pro Ani-
ma relinquere, qui reſpondit ſe iam diſpoſuiſſe dicto ſumm.
num. 3. Hinc enim valdè congruit, quod in faciem dictæ
Sacræ Pixidis ita reſpondendo intellexerit de diſpoſitione
facta in teſtamento, quod proindè clariùs declarat eius in-
tentionem ad fauorem iſtius Confraternitatis.

Quartò denique comprobatur ex eius particulari vſu lo-
quendi probato per fidem plurium teſtium formiter repe-
ritorum aſſerentium ipſum conſueuiſſe Sanctiſſimum
Sacramentum vocare Redemptorem, ibi, Il q. Dottor Cle-
rico Decio Scoglio à tempo viueua quando paſſaua il San-
tiſſimo Sacramento ſempre diceua, & ſoleua dire paſſa il
Noſtro Redentore, facciamo riuerenza, & adoramo il No-
ſtro Redentore, &c. dicto ſumm. num. 6. Huiuſmodi enim
8 particularis loquendi vſus tollit omne dubium, & operatur
vt teſtamentaria diſpoſitio alias æquiuoca, & erronea iuxta
eius formam omnimodam recipiat interpretationem,
l. ſi ſeruus plurium §. final. ff. de legat. 1. l. cum alimenta ff.
de alimen. & cibar. legat. Alciat. in l. 1. num. 47. in fine ff.
de iuriſdict. omn. iudic. Corn. conſ. 243. n. 5 lib. 4. Socin. iun.
conſ. 81. num. 18. lib. 3. Pariſ. conſ. 50. num. 19. verſ. nam
ſemper in verbis par. 4. Vital. vbi ſup. d. sect. nunc uidea-
mus ſub num. 1. uerſic. vel niſi conſuetudo, & num. 3. uerſ.
fallit ſi ex communi, Card. Mantic. ubi ſup. d. lib. 3. tit. 9.
num. 3. uerſic. & quod ex conſuetudine, Rota in recent. dec.
391. num. 6. & dec. 697. num. 8. par. 1. & dec. 239. num 9.
par. 7. cum alijs plenè relatis in Bononien. fideicommiſſi de
Boatterijs 8. Apr. 1644. coram Reuerendiſſ. D. Salaman-
tino §. tum quia in hoc caſu.

Et prædicta tantò magis in propoſito admittenda eſſe
dixerunt Domini cum agatur de diſpoſitione facta ad fa-
9 uorem cauſæ piæ, quo caſu teſtamentum etiam ambiguũ
pro ipſa ſemper ſolet interpretari, l. ſunt perſonæ ff. de Reli-
gion. & ſumpt. funer. Imol. in cap. in præſentia de probat.
cum allegat. per Maſcard. eod. tract. concl. 1171. num. 2. &
num. 70. Tiraquell de priuil. piæ cauſæ priuil. 165. per tot.
ibiq. Thor. in addit. uerſic. hinc teſtamentum.

Nec refert, quod prædictæ teſtium depoſitiones ſint ſim-
plices fides, quodq. illorum repetitio facta fuerit poſt ſen-
tentiam de partibus, & interpoſitam appellationem.
10 Quia cum non deducantur ad probandum actum inſti-
tutionis, ſed ad declarandum, & interpretandam mentem
teſtatoris, vt ſcilicet dignoſci poſſit, quòd ipſe intellexerit
appellatione Confraternitatis Redemptoris, vtique ſuffi-
ciunt etiamſi ſint ſimplices fides, & patiantur aliquas exce-
ptiones circa repetitionem, cum ad illum effectum admit-
tantur teſtes etiam vnici, & ſingulares, Caſtr. conſ. 395. n.
1. lib. 2. Aym. conſ. 73. n. 3. Gabr. conſ. 51. num. 8. lib. 2. bon.
mem. Buratt. dec. 205. n. 2. quos ſequuta fuit Rota in Bono-
nien. fideicommiſſi 17. Martij 1640. coram R. P. D. meo
Bichio, & in Romana ſucceſſionis 21. Iunij 1641. coram
Reuerendiſſ. D. Salamantino, §. quoniam obiectum.
11 Indèq. ceſſat prætenſio Horatij, & Neptum ſuccedendi
ab inteſtato, quia cauſa teſtati regulariter facit ceſſare cau-
ſam inteſtati, l. quamdiu poteſt 39. ff. de acqu. hæredit. l. quã-
diu 90. ff. de regul. iur. l. antequam C. comm. de ſucceſſ. l. ex
teſtamento C. und. liber. nihil obſtante, quod ipſa Confra-
ternitas non legatur ſcripta hæres in teſtamento, ſed veniat
ex interpretata teſtatoris voluntate: Quia præter quod ſi
verba inſtitutionis intelligantur ſecundum particularem
vſum diſponentis (prout verè ſunt intelligenda) ipſa exiſti-
mari debet tanquam hæres propriè, & ſpecificè ſcripta:
12 Verior, & magis recepta eſt opinio, quod immiſſio conce-
datur non ſolum hæredi ſcripto verbis expreſſis, ſed etiam
hæredi, qui virtualiter inſtitutus cenſetur ex veriſimili mẽ-
te teſtatoris, per ea quæ tradunt in his terminis Menoch. de
adipiſc. remed. 4. num. 121. cum plurib. ſeqq. Modern. Bo-
nonien. de acquir. poſſeſſ. quæſt. 13. art. 4. n. 58. cum ſeqq. iun-
ctis numeris 75. & 76. cum alijs pluribus ſeqq.

Et ita vtraque &c.

Eminentiſs. & Reuerendiſs. Corrado Anconitana Mannæ.
Lunæ 21. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Multa, quæ inter ſocios mercatores, tum reſpectu admi-
niſtrationis, expenſarum, & computuum deſcriptio-
nem, tum quoad alia in Summario contenta, diſer-
tiſſimè de more Eminentiſſimi Auditoris explanantur.

SVMMARIVM.

1 Obligatio Cameralis habet executionem paratam.
2 Adminiſtrator non reddens rationem, poſtquam ad illam
reddendam fuit interpellatus ſubiacere debet relaxatio-
ni mandati executiui.
3 Clauſula quam, & quas quid operetur.
4 Mercium venditio, ſicuti affert ſecum impenſas, ita
certum pretium ob varias circumſtantias non prabet. n. 5.
6 Expenſæ quando ſint deducendæ ab eo, qui ad alia loca
tranſmiſit merces uendendas.
7 Contractus pars præcedens declarat partem ſubſequentẽ.
8 Fraudibus, & malitijs non eſt aperiendus aditus.
9 Iudex ſuper petitis opportunè prouidet.
10 Verba non ſufficiunt, ubi facto eſt opus.
11 Redditio rationis eſt indiuidua, in tantum, ut pro parte
ſatis non poſſit fieri.
12 Librorum exhibitio non eſt facienda, niſi conſtito eos fuiſ-
ſe penes illum, cui ipſa petitur.
13 Computus ſunt deſcribendi ab eo, qui adminiſtrat, non ab
eo, qui nihil gerit fidem adminiſtratoris ſequendo.
14 Inſtrumentum facit plenam probationem.
15 Emptio rei cenſetur facta proprio nomine, & pecunijs Em-
ptoris. Amplia in nn. ſeqq.
18 Præſumptio iuris legitimam probationem inducit: &
transfert onus probandi in aduerſarium. n. 19. 20.
21 Acceptatio rei pro cautione inducit præſumptionem, quod
res ſit ſufficiens ad ſatisfactionem crediti, donec aliud
appareat.
22 Intentio partium principaliter attendi, atq. ſeruari debet.
23 Compenſatio non admittitur contra creditum vallatum
obligatione camerali, & iuramento.
24 Veritas omnibus modis eſt inquirenda.
25 Solutio crediti liquidi, & iuſtificati non eſt retardanda.

DECISIO XII.

CVm Petrus de Petrobellis filius, ac hæres Pauli contra
quem fuerat ab A. C. relaxatum mandatum ad effe-
ctum reddendi rationes Mannæ per q. Marinum de Fanis
conſignatæ valoris ducat. 2172. monetæ Regni ex publico
Inſtrumento celebrato die 3. Decembris 1613. & in hac
parte cõfirmato die 28 Aprilis 1614. prætenderet eas reddi-
diſſe ex quibuſdam calculis, ſeu partitis, ac ſcripturis per eũ
exhibitis, fuit reſolutũ ſub die 5. Iunij 1648. nõ conſtare de
ſufficienti redditione ex adductis in deciſione tũc emanata
coram me. Hodie verò hæredibus d. Marini petentibus re-
laxari

Digitized by Google

laxari mandatum pro reſtitutione ſummæ prædictæ vigore præfati Inſtrumenti, & Commiſſionis Signaturæ S.D.N. nuper exhibitæ communicantis Rotæ facultates eiuſdem A. C. quatenus illis locus ſit. Dubitaui. An intrent huiuſmodi facultates, itaut ſit relaxandum mandatum, & pro qua ſumma. Et DD. reſponderunt illas intrare, mandatūq. relaxandum pro ſumma in deciſione exprimenda.

Nam credimm Actorum probatur ex publicis Inſtrumētis prædictis, quibus conſtat d. Marinum conſignaſſe hæredibus d. Pauli Petrobelli Mercatoribus Anconitanis libras nouem mille circiter mannæ conuenti valoris dd. ducat. 2172. ad effectum illam vendendi, ac ipſi ſoluendi pretium redigendum pro rata ſummæ ab eo impenſæ, vt in eis legi-
1 tur, quæ cum ſint Camerali obligatione munita executionem habent paratam, *Galleſ. de Cameral. obligat. quæſt. 2. ſub num. 8. uerſ. nempè cum ſeq. Theſaur. deciſ. 26 num. 11. uerſ. fallit quintò, Rot. penes Mohed. deciſ. 2. & 3. de except. Reuerendiſſ. Vrgellen deciſ. 112. n. 1. uerſ. quia promiſſio, & in recen. deciſ. 620. ſub n. 1. uerſ. ſatis enim par. 1. & deciſ. 224. n. 1 uerſ. quia actum fuit, & deciſ. 572. n. 1. uerſ. & quidem par. 4. tom. 2. & 3. & deciſ. 194. nu. 1. uerſ. quoniam Inſtrumentum par. 6. cum alijs relatis per Add. ad Galleſ. d. q. 2. n. 5. uerſ. omnis generis executio.* Et locus eſt facultatibus A C. competentibus vigore Bullæ ſanct. mem. Gregor. XIV. *apud Saluſt. in prax. fol. 516. & ſeqq. in §. 4. & 5. Galleſ. de Camer. oblig. q. 7. ſub n. 2. uerſ. uidetur ergo, & ſeqq. ubi Zacc. in Add. num. 14. in uerb. manum apponere, cum ſeqq. refert concord. Rot. penes Burat. deciſ. 752. n. 7. uerſ. nec hodie, ac in recent. deciſ. 415. ſub num. 10. uerſ. unde dubitari non poteſt par. 1.*

Nec obſtat, quod à præcedenti mandato A. C. pendeat appellatio mihi commiſſa cum clauſula, *ſi quid exequendū.* Quia cum fuerit iam cognita, & comprobata illius iuſtitia in alia deciſione ſub die 13. Maij 1644. coram me. Nec Petrobellus pluries citatus, atque interpellatus, & iuſſus in terminis prius aſſignatis, vel poſtea rationes legitimè reddiderit, vt iam fuit reſolutum d. die 5. Iunij 1648. Nihil
2 aliud ſupereſt, quam relaxare mandatum pro ſolutione mercium ei conſignatarum, vt concludit *Bald. in conſ. 493. incip. Multiloquium n. 3. verſ. ſequitur videre lib. 4.* cuius verba refert, & ſequitur *P. de Vbald. de duob. fratrib. par. 8. ſub num. 42. verſ. quadrageſimo primo quæro,* & latè probat *Socin. conſ. 24. ſub nu. 36. uerſ. modo hoc præſuppoſito, & plur. ſeqq. lib. 1. Rot. Genuen. diuerſ. deciſ. 148. ſub n. 2. uerſ. contrarium tamen, ac ſeq. & deciſ. 163. ſub n. 19. uerſ. ſed in caſu noſtro, Cathar. deciſ. 74. ſub n. 25. uerſ. contrarium tamen, Gurb. deciſ. 15. n. 10. uerſ. nam ſi interpellatus cum ſeq.* dicens in fine ita fuiſſe iudicatum. *Muñoz de ratiocin. cap. 21. ſub n. 24. & prædictam &c.* Quorum ſententia in his terminis quando ſcilicet Procurator, adminiſtrator, ſocius, vel alius rationes reddere obligatus, illas non reddidit, vel minus legitimè, maximè congruit iuſtitiæ, ac æquitati, & comprobatur ex trad. à *Rot. in deciſ. 540. ſub n. 5. uerſ. hoc enim caput, & ſeq. par. 1. & deciſ. 214. n. 18. uerſ. & nihilominus par. 6. rec.* Eoq. magis procedit ſtante prædicta eius obligatione, vt reſpondit *Rot. in Romana Donationis de Stellis coram bon. mem. Coccino 26. Nouemb. 1627. in §. fin. & 14. Martij 1631. ac 9. Nouembris eiuſdem anni per tot.*

3 Quod quidem Fanis inhærendo viæ executiuæ ipſis competenti, & ex præmiſſis antecedentibus actis, vt dictū eſt iuſtificatis non vulneratæ, iure petere licuit coram Rota ſubrogata in locum Aud. Cam ſeu vigore primę Commiſſionis cum expreſſa mentione Cameralis obligationis, & clauſula, *quam & quas &c.* vt fuit reſolutum *in Romana pecuniaria 10. Iunij 1646. coram me in §. 1.* & comprobat *Modern. Roman. diſcept 968. n. 3. verſ. cum commiſſio, & ſeq.* ſeu vigore ſecundæ nuper præſentatæ, vt pariter dictū fuit in *Romana vineæ de Pannolinis 26. Februarij 1623. coram Card. Millino deciſ. 375. à n. 1. verſ. non obſtat, & ſeq. par. 4. diuerſ. & d. deciſ. 752. ſub n. 7 penes Burat. ac deciſ. 415. ſub n. 10. adfin. par. 1. rec. & in alijs.*

Minus releuat obiecta illiquiditas crediti d. Fani ex eo deducta, quod non fuit ab hæredibus Petrobelli promiſſi ſimpliciter reſtitutio d. valoris mannæ ducat. 2172. ſed eius portio pro rata impenſæ per ipſum factæ, vt legitur in dicto Inſtrumento celebrato ſub die 3. Decembris 1613. cuius tamen impenſæ quantitas non fuit ab eo iuſtificata.

Quoniam eſt aduertendum duas eſſe illius Inſtrumenti partes negotium hoc mannæ concernentes. Alteram ſcilicet, quæ reſpicit quantitatem, & valorem illius per Marinum dd. hæredibus conſignatæ, & hæc liquida, ac certa omninò eſt, quantitas ſcilicet lib. 9000. & valor ducat. 2172. vt legitur in verſ. *In oltre li Signori Heredi confeſſano &c.* Alteram verò reſpicientem illius venditionem ab ipſis hæredibus fiendam, ac pretium ex ea redigendum, de qua partes infra immediatè loquuntur his verbis, *Et con patto eſpreſſo, che venduta, che ſarà detta manna, ò parte di eſſa da detti Signori Heredi, ò da altri per loro ſiano tenuti, & obligati conſignare ad Sig. Marino la ſua parte per rata del ſpeſo da lui, &c.* & in alio ſequenti Inſtrumento ſub d. die 28. Aprilis 1614. ibi, *Et venduta che ſia la mercantia della manna ciaſcuna delle parti habbia la ſua parte conforme l' Inſtromento in ciò fatto &c.* In hac autem poſte-
4 riori parte ideò non fuit expreſſa certa ſumma, quia pretij ex eius venditione redigendi quantitas, licet impenſa maior veriſimiliter futura eſſet, iuxta *text. in l. ſemper in Ciuitate,* ibi, *Negotiatio pro incremento facultatem exercenda eſt &c. ff. de iur. immun. Bero. conſ. 191. nu. 5. uerſ. & ex*
5 *negotiationibus lib. 1.* Tamen certò ſciri non poterat cum ex varijs oneribus, ac iuſto Mercatorum lucro, temporumque, ac locorum, & alijs circumſtantijs augumentum, ac diminutionem reciperet, *Sot. de iuſt. & iur. lib. 6. q. 2. art. 3. col. 2. verſ. ſecunda concluſio, Nauar. in Manual. cap. 23. ſub. 78. verſ. ſecundo, & ſeqq. P. Molin. de iuſt. & iur. tom. 2. de contract. diſp. 347. ſub n. 2. verſ. quadā aliud eſt &c. & diſp. 348. ſub n. 6. uerſ. ex dictis haſtenus.* Quod autem ex
6 ea redactum eſſet non totū erat Fano ſoluēdum, ſed deductis expenſis occaſione tranſmiſſionis ad alia loca, & venditionis fiendæ, ac lucri portione eiſdem Petrobellis ob ſuſceptum onus debiti iuxta ſtylum Mercatorum, ac ſolitum ipſarum partium ex eodem, & alijs Inſtrumentis inter eas celebratis apparentem. Nec pro ſola quantitate capitalis impenſi, ſed vnà cum augumento ſuperlucrato detractis prædictis, *iux. t. x. in l. ſi remunerandi in princ. ubi gloſſ. in uerb. Honori, & in l. idemque §. 1. & §. idem labeo ff. mand. Mantic. de tac. lib. 7. tit. 19. ſub n. 6. uerſ. quòd uerò dictum eſt cum ſeqq. Rot. Genuen. diuerſ. deciſ. 16. ſub n. 10. uerſic. circa aliam partitam, & ſeq. Rot. deciſ. 556. ſub n. 3. uerſ. hic autem contractus par. 2. rec.* Ideò ratione incertitudinis huiuſmodi pretij, non potuit certior circa eius diuiſionē fieri conuentio, quam quod Petrobelli facta venditione tenerentur conſignare Fano eius portionem pro rata pecuniæ ab eo impenſæ, ideſt erogatæ per ipſum in emptione mannæ, quæ certa erat in d. ſumma dd. ducat. 2172. de qua ſola
7 facta fuerat paulò antè mentio in d. præcedenti parte, vndè poſterior hęc de eodem negotio continuatiuè diſponens congruam vtique recipit interpretationem, *iux. reg. l. qui filiabus in princ. l. ſi ſeruus plurium in fin. ff. de leg. 1.* & in ſpecie benè probat *text. in l. cohæredi §. fin. ff. de uulg. & pup. & l. nomen 164. uerſ. portionis nomen,* ibi, *ſed prout adiectū eſt &c. ff. de uerb. ſignif. Bec. conſ. 41. num. 17. uerſ. & una pars Inſtrumenti, Rot. penes Buratt. deciſ. 272. num. 11. uerſ. & cum ſint appoſita &c. & in recent. deciſ. 540. num. 3. uerſ. ſecundo par. 2. & deciſ. 654. num. 41 uerſ. ſed ipſa uerba par. 4. tom. 3.* & ſpecialiter de interpretatione ſimilis verbi penes *Reuerendiſſ. Vrgellen. deciſ. 82. ſub num. 24. uerſ. quod etiam, ac ſeq.*

Quare cum Petrobellus ab eo tempore citra, atque poſt litem cæptam de anno 1632. ac plures iudiciales interpellationes proteſtationes, decreta, dilationes, & mandata vſque in præſentia non reddiderit ſufficientem rationem de pretio ex ea redacto, vt fuit latè probatum in prædicta deciſione ſub die 5. Iunij 1648. Non decet profectò, quod ex eius facto, & contumacia turbetur liquiditas valoris mannæ à Fano cōſignatæ, ac eo prætextu differatur vlterius
8 eius ſolutio, nam alias patens nimiū aditus aperiretur fraudibus, atque malitijs, quod fieri non debet, *l. cum ij § tranſactiones, uerſ. cum hi ff. de tranſact. l. in fundo, ubi gloſſ. in uerb. indulgendū ff. de rei uind.* & poſt *Bald. in d. conſ. 493. lib. 4. ac Socin. d. conſ. 24. ſub. 36 in fin. uerſ. alius caſus eſt, cū ſeqq. lib. 1. Rot. Genuen. diuerſ. deciſ. 118. ſub n. 2. adfin.*

verſ. minuſque etiam, & alios præcitatos DD probat Muñoz. de ratiocin. d. cap. 21. ſub num. 24. verſ. & prædictam ſententiam, & clarius Felic. de ſocietat. cap. 24. ſub nu. 31. verſ. quia ſi ex facto debitoris cum ſeqq.

Nec excuſari poteſt ex eo, quod ſub die 6. Auguſti 1648. librum quendam apud Cancellarium Epiſcopalem Anconæ exhibuerit, aſſerens in eo contineri diuerſa negotia importantia ſcut. 143. m. atque conſentiens illius tranſportationi ad Vrbem ſumptibus dd. Hæredum Fani, & data prius ab eis cautione idonea de illum tutè, ac fideliter tranſportando. Ac deinde die 12. eiuſdem menſis producta huiuſmodi exhibitionis fide nouam obtulerit coram Rota redditionem rationum exhibitis tamen à præfatis de Fanis totius negotiationis libris.

Quia nec illius libri exhibitio, neque ſequens oblatio præſertim tot cautelis, ac conditionibus parti fortè impoſſibilibus circumſeptæ illi prodeſſe poſſunt. Tum quia non vnicus ille eſt liber, ſed plures, in quibus rationes cum Fano cōſcriptæ ſunt nempè Giornales nuncupati I. & L. & Magiſtri D. & E. vt apparet ex partitis ab eodem Petrobello cōpulſatis coram D Vicario Reuerendiſſimi Epiſcopi Anconitani, & cum illo proceſſu coram Rota productis fol. 72. & ſeqq. Tum quia ſi quos verè habebat libros, vel ſcripturas ad negotium hoc conferentes tenebatur ipſe eas tranſportare ad Vrbem iuxta reſolutionem antea factam ſub die 31. Iunij 1647. præmiſſis hic coram Rota eius proteſtatio-
9 nibus, ac inſtantijs circa expenſas, ac pericula a parte ſubeunda ſuper quibus fuiſſet per Dominos opportunè prouiſum iuxt. l. Prætor ait §. & hoc eſt conſtitutum cum l. ſeq. vbi gloſſ. in verb. de ſcriptum, & Caſtr. ſub num 2. verſ. niſi petens ff. de eden. Simon. de Prat. conſ. 154 num. 2. verſ. &
10 quando, cum alijs in d. Deciſione relat. 3. Non autem verba dare, quæ vtique non ſufficiunt, vbi factis eſt opus, l. peculium la 1. in fin. princ. ibi, Re enim non verbis &c. ff. de pecul. gloſſ. fin in cap. Paſtoralie in verb. & nota &c. de offic. ordin. Bero. conſ. 196 n. 1. verſ quia vbi &c. lib. 1. Rota Genuen diuerſ. deciſ. 204. num. 5. verſ quia reſpondetur, & in rec. deciſ. 387. n. 16. verſ. & oblatio par. 4. tom. 2. & dec. 902.
11 ſub n. 5. verſ. non obſtat par. 5. Neque ſatis erat incipere aliquid facere niſi omnia complerentur ad perfectam redditionem ſpectantia, quæ dicitur indiuidua itaut pro parte ſatisfieri non poſſit, l. qui ſub conditione rationum reddendarum ff. de condit. & demonſtr l. ſi ſtatu libera § ra ionum autem ff. de ſtatu liber. Bald. in l. ſi plures ſub n. 17. verſic. item pone aliud exemplum, ac ſeq. C. de cond. inſert. & benè probat Soc. ſen. conſ 159. ſub num. 12 verſ. ſed in caſu noſtro lib. 2. Rot. Genuen diuerſ deciſ. 165. ſub num. 6. verſ. nec ſufficit, & Paul. Montan. de tutel. & cur. cap. 38. ſub nu. 93.
12 verſ. trigeſimoquinto. Heredes verò Fani non tenentur libros aliquos exhibere, quos non conſtat negotium hoc cōcernentes habuiſſe, nec habere, vt neceſſarium eſſet, l. 3. in princ. ibique gloſſ. in §. ſciendum in verb. ſummatim ff. ad exhibend. Rot. penes Card. Seraph. deciſ. 386. n. 1. verſ. reſpectu vero, & deciſ. 259. ſub n. 1. & ſeqq part. 1. recen. Nec eſt veriſimile, cum eiuſmodi onus ſpectaret ad heredes Petrobelli, qui Mannæ vendendæ curam ſuſceperant, ideòque computus, atque rationes eam concernentes ſuper eorum libris diligenter deſcribere, conſeruare, ac exhibere tene-
13 bantur; Non autem Fanus, qui nihil in ea geſſit, ſed eorū fidem ſecutus fuit, l. quædam in princip. ff. de edend. l. 2. ff. de neg. geſt. l 1. § officio ff. de tutel. & rat diſt. Soc. d conſ. 24. n. 37. verſ quia quilibet, & ſeq. lib. 1. Rot. Genuen. diuerſ. deciſ 77. num. 2. verſ & cum d. Iulianus, & deciſ. 116 per tot. ac d deciſ. 173. ſub num. 16. verſ. tenetur enim ſocius cū ſeq. & deciſ. 183 num. 5. verſ. hoc enim, Rot. deciſ. 707. ſub n. 5. verſ. vnde par. 1. diuerſ. & penes Card. Caualer. deciſ. 636 n. 4. verſ. & conſequenter, ac in recent. d. deciſ. 540. n. 4. verſ. & alias certum ſit par. 1. & deciſ. 256. n. 13. verſ. ad quam par. 6. cum alijs adductis in prima deciſione huius cauſæ die 13. Maij 1644. in §. non enim viſa fuit admittenda excuſatio, & in Romana pecuniaria 14. Decemb. 1646.
14 in §. iuſtitia verò coram me. Actoribus enim ſufficit publicum inſtrumentum prædictum, quod plenam facit probationem quantitatis, & valoris Mannæ conſignatæ, nec alijs indiget adminiculis l. cum precibus C. de probat. l. emancipatione C. de fid. inſtrum. cap. cum dilecti de donat. Bald. in l. intereſt num. 2. verſ. nota quod inſtrumentum C. de ſolut. Rot. Genuen. diuerſ. deciſ. 122. n. 1. verſ. vnde ſuccedit. Ceph. conſ. 109. ſub n. 6. verſ. cum enim, & ſeqq Rot. penes Card. Mant. deciſ. 26 nu. 1. verſ nam de ſorte, ac dec. 166. nu. 13. verſ. non obſtat, & ſa. me. Greg. deciſ. 195. n. 1. verſ. & licet, ac in recent. deciſ. 620. ſub n. 2. verſ. de credito par. 1. & deciſ. 550. n. 1. verſ. nam de credito par. 4. & deciſ. 207. ſub n. 1. verſ ratio fuit &c. ead. par. 4. tom. 2.

Præterea non ſubſiſtit, quod Fanus emerit d. Mannam ære dd. de Petrobellis tanquam eorum ſocius, ſiue adminiſtrator.

Hæc enim nullibi iuſtificantur, vt neceſſarium eſſet. Quinimò tam ex prædictis, quam ex alijs pluribus Inſtrumentis in Proceſſu productis, & ſignanter ex illo celebrato die 3. Aprilis 1613. in quo ſpecialiter conuentum fuit, quod Petrobelli tenerentur aſſecurare, vel aſſecurari facere quamcumq. mercium quantitatem tam ab eo tranſmiſſam, & penès ipſos exiſtentem ad d. effectum vendendi, quam in poſterum tranſmittendam, alias ſubiacerent ipſi periculis contingentibus, vt legitur in Extract. fol. 479 pag. 2. in fin. verſ. cum pacto etiam, & fol. 480. pag. 1. Et ex ipſiſmet partitis librorum ab eis exhibitis conſtat, quod Fanus propria agebat negotia, mercesque ab eis recipiebat, ac viciſſim tranſmittebat cum participatione lucrorum, prout inter amicos Mercatores fieri conſueuit. Repugnat autem Iuris præſumptio,
15 ſecundum quam emptio Mannæ facta cēſetur proprio nomine, atque pecunijs Fanis emptoris, ad l. ſi ita ſtipulatus fuero, §. Chriſogonus, ff. de verb. oblig. l. & maxis, ff. de ſolut. Bart. in l ſi patruus n. 4. verſ. tertio casu, C. comun. vtri. ſq. Iud. Alex. conſ. 134 Circa ea de quibus in ſuperiori themate n. 6. verſ. reſpondeo, & ſeqq. lib. 5. Bec. conſ. 113 ſub n. 27. verſ. & conſequenter. Menoch. præſum. pt. 46. ſub n. 1. & ſeqq. lib. 3. Mant. de tac lib. 6. tit. 17 n 1. Rot. penès C[illegible] deciſ. 352. ſub n. 1. verſ. & cum non conſtet, & in recen. deciſ. 679. n. 9. verſ. prout etiam par 4. tom. 3. & alij relati per Felic. de ſociet. cap. 14. n. 93 verſ. nouus, & [illegible] eſt cum ſeqq.
16 & in præcedenti deciſione. Quæ concluſio procedit etiam (fortioribus non repugnant b[illegible] fauore [illegible]) particularis l. 2. ibiq. Bart. ſub n. 2. verſ. ſecundo eſt [illegible] notandum, C. pro ſoc. Bec. d. conſ 113. n 28 Pereg. deciſ 90. ſub n 8 verſ.
17 confirmat etiam concluſionem. Atq. adminiſtratoris l Tutā, & Mauiam, §. Præfectus, ff de admin. tut. l. ſed [illegible], C. arb. tut. Crau. conſ. 129. n 3. verſ. altera, & alib. Et hæc qui-
18 dem iuris præſumptio legitimam probationem inducit l licet Imperator, ubi DD ff. de leg. 1. gloſ. [illegible] petens in verb. oſtenderit, C. de peric. tut. & curat. Menoch de præſ. lib. 1. q 36. n. 8. verſ. & propterea cum ſeq. Surd. deciſ. 170. n. 8. verſ. & quod dicitur Rot. deciſ. 342. num 5. verſ. præſumptio enim iuris, & deciſ. 756 ſub. n. 4. verſ. reſponderunt Domini
19 par. 2. recent. Quæ transfert onus iuſtificandi contrarium in aduerſarium l. generaliter in fin. princ. verſ. ſed cum ex præſumptione ff. de fideic. libert. Surd. conſ. 61. ſub n 21 verſ. quia hæc eſt præſumptionis natura. Rota penes Pen. deciſ 78. n 10 verſ. Vnde, & deciſ. 121. n. 5. verſ. Nam præterquam, & in recent. deciſ. 287. n. 15 verſ. quia iuris præſumptio par 5.
20 Et quidem plenè, ac concludenter l. fin. in princip. ff. de eo quod met. cauſ Menoch de præſumpt. lib. 1. quæſt. 32 num. 5. verſ. rurſus accedit, Surd. conſ. 151. num. 25. verſ ſed operatur Rota penes Reuerendiſſ. Vrgellen. deciſ. 28 num. 18. verſ. quæ libertatis præſumptio, & in recent. deciſ. 117. nu. 3. verſ. ſtantibus maximè præſumptionibus par. 3. & deciſ. 45 ſub n. 7. verſ. quia ultra quod par. 4.

Nec aduertantur Inſtrumenta, & aliæ ſcripturæ plures pecuniarum ſummas a dd. de Petrobellis diuerſis temporibus Fano ſolutas præſeferentes, quibus hæc Manna empta fuiſſe prætenditur.

Quia non reſultat ex eis talis probatio. Nam ex primo inſtrumento celebrato die 16. Octobris 1612. in extract. fol. 481. & ſeqq. in quo d Marinus Fanus ſe debitorem fatetur dd. hæredum de Petrobellis de ſcut. 120. de paulis, conſtat eiſdem conſignaſſe libras quingentas [illegible] ad effectum eam tranſmittendi Venetias vendendam, ac de pretio ſibi ſatisfaciendi, quod ipſi in calculo nuper exhibito fatentur aſcendiſſe ad ſcut. ſimiles 147. baioc. 11. d[illegible] ſummam debitam excedentes. Et ex alio celebrato d[illegible] Aprilis 1613. in Extract. fol. 477. & ſeqq. in quo idem Marinus fatetur ſe

debi-

Digitized by Google

debitorem de ſcut. 557. & baioc 34. Ac de alijs ſcut. 300. ſimilibus, conſtat eiſdem aſſignaſſe pro cautione libras quadringentas, & alias libras ſeptingentas mannæ ad effectum eam tranſmittendi ad eamdem Ciuitatem, ac ſibi ſatisfaciendi (vt præmiſſum eſt) ex qua licet tam in d. inſtrumento ſub die 28. Aprilis 1614. quam in d. calculo aſſerant Petrobelli retraxiſſe tantummodò ducat. 538 conſtituentes ſcut. 348 circiter de paulis. Nihilominus quia in eiſdem locis narrant d. ſummam (quatenus in cauſam d. inſtrumenti ſit referenda) fuiſſe retractam ex parte, & in computum d. mannæ, nec exhibeant rationes illius, prout tenentur, viget
21 contra eos præſumptio, quod cum illam acceptauerint pro ſui cautione fuerit ſufficiens ad ſatisfactionem eorum crediti donec aliud appareat *iuxta gloſſ in l. 2. in uerb. redigere C. de pignor. Neguſ. de pignor. in 2 memb. tertia part princip. n. 27. uerſ. adde tamen in prædictis, Surd. deciſ. 44. num. 16. uerſ. benè uerum eſt*. Aliud verò celebratum die 6. Iulij eiuſdem anni in Extract. fol. 75. & ſeqq. in quo Marinus cōfeſſus fuit ſe debitorem de ſcut. 1200. ſimilibus, quos promiſit erogare in emptionem olei, mannę, & aliarum mercium, eaſque tranſmittere ad creditores vendendas, vt ſibi ex pretio ſat ſiacerent, & quicquid lucri ſupereſſet ex æquo diuiderēt. Elicitur ex alio prædicto ſub die 28. Aprilis 1614. & ex eodem vltimo calculo, ex quibus conſtat illos poſtea recepiſſe oleum, & alias merces à debitore tranſmiſſas valoris ducat. 1581. ſiue 1841. maiorem ſummam nempè ſcut. 1675. 31 conſtituentium, vt habetur in d. calculo. Aliud autem ſub d. die 3. Decembris anni prędicti in Extract. fol. 3. & ſeqq. in quo Marinus confeſſus fuit recepiſſe à præfatis de Petrobellis ducat. 800. monetę Regni mediantibus litteris cambij directis Andreæ Bonello ad computum prędicti olei ad eos tranſmittendi, non habuit effectum, ſed concordi partium conſenſu fuit reuocatum, & ab eo receſſum per aliud ſequens ſub d. die 28 Aprilis 1614. celebratū, ac proindè litteræ cambij in eo conſignatæ Fano non fuerunt acceptatæ, neque ſolutæ, ſed reiectæ per dictum Andream Bonellum, vt apparet ex eius litteris ſub die 7. Martij 1614. relatis in ſumm. dd. de Fanis ſub num. 6 Cæteræ demum partitæ nempè ſcut. 637. ſub die 24 Auguſti, & ſcut. 637. ſub die 24. Auguſti, & ſcut 290. ſub die 11. Septembris, ac ſcut. 273. ſub die 14. eiuſdem menſis anni 1613. & ſcut. 220. ſub die 16 Februarij 1614. alias reſpiciunt cauſas. Ideoque relatæ fuerunt ad debitum eiuſdem Marini in alijs eius rationibus currentibus, vt apparet ex illis extractis à Libris dd. de Petrobellis, ac per eos productis vnà cum d. proceſſu compulſoriali coram Vicario Reuerendiſs. Epiſcopi Anconitan. d. fol. 72. & ſeqq ac etiam ex prædicto vl-
22 timo calculo; Quare ad hoc diuerſum negotium mannæ trahi non debent contra partium intentionem volentium illud a cæteris eorum computibus eſſe diſtinctum, ac ſeparatum, vt patet ex præcitatis partitis, ac inſtrumento 28. Aprilis 1614 quæ principaliter attendi, atque ſeruari debet *l. 1. l. iuriſgentium. § prætor ait ff. de pact. l. 1. ff. de conſtit. pecun. Cardin. Caualer. deciſ. 165 n. 2. verſ. conſtabat enim & ſuit actum in Roman. pecun. 18 Iuny 1646 coram me in §. quarta demum, & 31. Iuly 1648. in §. 1. verſ. non autem ad hanc referri poteſt, & in d. præcedenti deciſione in hac cauſa emanata ſub die 5. Iuny 1648. in §. quia non agitur in propoſito*.

Et hinc refellitur etiam exceptio compenſationis, ſeu retentionis oppoſita Quia repugnat eadem partium voluntas ex d. poſteriori inſtrumento reſultans, in quo facta mentione præcedentium computuum inter eas pēdentiū, ac debiti præfati Marini. Nihilominus conuenerunt, quod ſtatim ac manna vendita fuiſſet, Petrobelli tenerentur illi
23 ſoluere partem ſuam, cum obligatione Camerali, & iuramento, quo caſu regulariter non admittitur compenſatio, neq; retentio ex cauſis antecedentibus *Rot. deciſ. 708. in fin. uerſ. prætere a hoc creditum. par. 3. lib 3. diuerſ. & penes Reuerendiſs Vrgellen. deciſ. 157. n. 9. uerſ. quia ultra quod, & deciſ. 404 nu. 11. uerſ. ſecundo fuit reſponſum, ac in recent. deciſ. 532. ſub n. 1. uerſ. quia magis de plano procedunt par. 3. & deciſ. 703. n 6. uerſ præſertim par. 5. & in alys relatis in Roman litterar. camb. 13. Apr. 1646. coram Reuerendiſſ. D. meo Terracin. §. pen in fin uerſ. quando autem, & in ead. coram R. P. D. meo Otthebono 29. Iuny 1647. in §. hinc uero ceſſat obiectum*. Nec vlla ſubeſſe videtur æquitatis ratio pro Petrobello, qui cum ab initio huius cauſæ poſſet bonam fidem, vt tenebatur agnoſcere, omneſque libros ac ſcripturas palam exhibere, ex quibus calculus abſolutus datorum, & receptorum deſumi, ipſaq. rei veritas clarè percipi poſſet. Attamen longa, diſpendioſaq. lite per ſexdecim annos, & vltra partem fatigauit, modo allegando præſcriptionem modo exhibendo rationes imperfectas, non iuſtificatas, neque legitimas, vt latius deductum fuit in dictis præcedentibus deciſionibus ſub die 31. Iunij 1607. & 5. Iunij 1648.

Veruntamen quia partim ex relatis inſtrumentis (demptis primis duobus, in quibus particulares effectus fuerunt aſſignati, vt dictum eſt, pro cautione dd. de Petrobellis, cæterìſq. partitis non iuſtificatis) & partim ex alijs ſcripturis exhibitis conſtat d. Marinum ab eis recepiſſe ſummas prædictas ſcut. 1200. 637. 290. & 273 ac 220. necnon 110. quos in d. vltimo inſtrumento 28. Aprilis 1614. promiſit reſtituere per totum menſem Maij ſequentem, conſtituentes in totum ſcut. 2730. Neque adhuc ſatis videtur probatū fuiſſe ab illo tranſmiſſas merces, nec aliud quicquam traditum, vel ſolutum (præter partitam ducat. 538. de qua ſupra facta fuit mentio in §. *nec aduerſantur inſtrumenta &c.* quæ ſi opus erit iterum diſcutietur) vltra ſummam dd. ſcut. 1675. 31. ab ipſis in d. vltimo inſtrumento, & calculo confeſſatā. Ita quod ex hactenus deductis remaneret earum rationes debitor Fanus de ſcut. 1054. baioc. 69. conſtituentium ducat. circiter 1160. monetæ Regni (licet id negent actores plura opponentes) propterea vt ſit conſultum vtrique parti. Viſum fuit Dominis mandatum ab hæredibus d. Marini petitum eſſe concedendum, ac relaxandum, ſuſpenſa ta-
24 men pro nunc d. quantitate, donec rei veritas certior appareat, quæ vndique modis omnibus eſt inquirenda, *l. Iudices C. de ind. l fin. §. licentia C. de iur. deliber. c. fin 30. q. 5.* & ad rem confert *Put. deciſ. 284. lib. 2. in correct. Burat. deciſ. 277. num. 4. verſ. & admittitur aliquando &c.* Ita ta-
25 men, vt non retardetur interea ſolutio reſidui crediti præfati Marini, quod ex prædictis omninò liquidum, ac iuſtificatum dignoſcitur, *iux. l. ſtatuliber rationem ff. de ſtatulib. l. ſi reſiduum ubi no. DD. C. de diſtr. pign. Soccin. ſen. d. conſ. 24. ſub nu. 36. uerſ. ſed incertum lib. 1. cum alys relatis per Modern. Roman. diſcept. 728. n. 51. uerſ. cum ſufficiat, & ſeqq.*

Et ita fuit reſolutum vtraque parte informante &c.

Eminentiſs & Reuerendiſs Corrado Romana Legati.
Mercurij 22. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Confeſſionis tum extraiudicialis, tum in teſtamento emiſsæ, edocto etiam, quæ ad piam cauſam dicatur diſpoſitio ordinata, & hypotheca pro legato in cuius bonis competat, vires diligentiſſimè perpenduntur.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio facit probationem ad inſtar ſcripturæ, & depoſitionem teſtium.*
2 *Ad piam cauſam diſpoſitio quando dicatur ordinata, & n. 3.*
4 *Confeſſio auctoris non poteſt impugnari ab habentibus cauſam ab eo.*
5 *Confeſſio extraiudicialis quando ſit attendenda, & probet, & n. 6.*
7 *Confeſſio facta in teſtamento non ſufficit ad probationem debiti. Limita, & declara n. 8. 9. 10.*
11 *Confeſſio alias non probans attenditur vbi concurrit veriſimilitudo.*
12 *Sententia tutior, & anima fauorabilior eſt amplectenda.*
13 *Verba quando dicantur reſpicere executionem, non autem ſubſtantiam legati.*
14 *Hypotheca cōpetit pro legato tam in bonis legantis: quàm in bonis hæredis n. 15.*

DECISIO XIII.

IMmiſſionem pro parte Eccleſiæ, ac Hoſpitalis Immaculatæ Virginis de Horto nuncupatæ petitam pro ſatisfactione legati ſcutorum ducentorum à q. Leonello de Leonellis eidem facti cum onere perpetuo celebrari faciendi Diuina ſacrificia. Cenſuerunt Domini concedendam.

1 Nam illud probatur ex teſtamento Antonij eiuſdē Leonelli filij ac hæredis condito die 7. Februarij 1627. in quo id oretenùs à patre diſpoſitum fuiſſe fatetur, atque ipſe confirmat, quod ſufficit ad illius probationem, & executionē, non aliter ac ſi teſtium depoſitiones, vel ſcriptura exhiberetur *l. cum te C. de tranſ.* & ſpecialiter deciditur *in l. fin. C. de fideic. vbi Bart. n. 3. verſ. nota multum iſtam legē &c. Bald. n. 26. uerſ. adde huic legi &c. Caſtr. ſub n. 5. uerſ. & ſecundum hanc lecturam &c. Alberic. ſub nu. 3. in fin. uerſ. alij moderni &c. & n. 4. Iaſ. n. 14 uerſ. ſecundo nota &c. & in c. ex parte indicante, ibique gloſſ. & DD in uerb. nudis uerbis &c. de teſtamen. Ripa in l. nemo poteſt n. 30. uerſ. nota hanc ſolutionem ff. de leg. 1. Surd. deciſ. 10. n. 12. uerſ. ſecundo reſpondetur &c. cum ſeq. Rot. penes Mantic. deciſ. 57. ſub n. 9. uerſ. & ita vim habet ſcriptura &c. ac ſanct. mem. Gregor. deciſ. 434 n. 14. verſ. & clarū eſt &c. & in recent. deciſ. 157. ſub nu. 4. verſ. ac omnem denique ſupplicat &c. par. 4.*

2 Eoque magis cum huiuſmodi diſpoſitio ad piam cauſam ſit ordinata, Quia præfefert non ſolum ſuffragium animæ Leonelli, qui legauit Eccleſiæ, ac loco pio, ea etiam ad ſita lege vt ſacrificia Diuina perpetuò celebrentur *iux. tex. in cap. animæ Defun. lectum 13. quæſt. 2. Abb. conſ. 99. Videtur primo ſub n. 2. verſ. nam animabus Defunctorum &c. & ſeqq. per tot. lib. 2. Alex. conſ. 38 Viſo Themate ſub num. 3. verſ. poteſt tamen ad hoc reſponderi lib. 1. Nauar. in tract. de redditib. Eccleſiaſtic. quæſt. 1. monit. 26. ſub num. 2. verſ. verum conſideratis omnibus, & ſeqq.* Verùm etiam exone-
3 rationem conſcientiæ ipſius Antonij, qui diutius defecerat, atque diſtulerat illud ſoluere, ac adimplere, vt tenebatur *l. nulli C. de Epiſc. & Cler. l. 2.* ibi, *Cum non ex ſola ſcriptura, ſed ex conſcientia relicti fideicommiſſi defuncti voluntati ſatisfactum eſſe videatur &c. ac d. l. fin. in fin. C. de fideic. & in Auth. de hæred. & falcid. in §. his igitur à nobis præordinatis, & in d. cap. indicante, & cap. nos quidem, & cap. ſi hæredes de teſtam. Bald. in d. l. fin. ſub num. 26.* dicens, quod plus peccat ille, de quo plus confidit teſtator *C. de fideic. Franc. Aret. conſ. 93. Viſo legato ſub num. 1. uerſ. ita quando abſtinuit ſeu ſe ex lege conſcientiæ &c.* & comprobatur ex traditis per *Modern. Roman. diſcept. 83. num. 1. verſ. ideo talis recognitio eſt facienda &c.*

4 Neque in alterius præiudicium tendit, quam eiuſdem Antonij, ac eius ſucceſſorum, & cauſam habentium ab illo, qui huiuſmodi confeſſionem impugnare non poſſunt, *Bec. conſ. 21. ſub num. 19. verſ. nam reſpondetur lib. 2. Rot. penes Burat. deciſ. 243. n. 3. verſ. confeſſio autem &c. Coccin. deciſ. 152. num. 1. uerſ. & hæ confeſſiones, ac deciſ. 184. n. 1. uerſ. quæ aſſertiones &c. & in recent. deciſ. 119. ſub n. 1. uerſ. ſed etiam par. 2. & deciſ. 578. ſub num. 2. uerſ. quod autem &c. par. 4.*

5 Nec obſtat, quod confeſſio extraiudicialis ad fauorem abſentis, pro quo nemo fuit ſtipulatus, legitimam non inducat probationem.

Quoniam hoc non procedit ſecundum æquitatem canonicam, quæ in cauſis pijs ſeruari debet in vtroque foro, *Bart. in repet. l. 1. in fin. num. 83. uerſ. ex quibus concludo, C. de ſacroſ. ſanct. Eccleſ. & alij DD. relati per Tiraquell. de priuileg. piæ cauſ. priuileg. 163. Bec. conſ. 130 ſub n. 28. uerſ. & æquitas &c. Alex. Monet. de comut. vltim. volunt. cap. 20. ſub num. 150. uerſ. in quibus &c.* Nam illa attenta, hu-
6 iuſmodi etiam confeſſio plenam facit probationem. *Gabr. conſ. 71. n. 18. uerſ. hæc etiam confeſſio lib. 1. & conſ. 40 num. 57. uerſ. Verum in Terris Eccleſiæ &c. lib. 2. Put. deciſ. 12.* dicens *ſub n. 2.* quod Rota ſemper ſequuta fuit hanc opinionem, *& deciſ. 53. n. 1. uerſ. quia confeſſio &c. lib. 2. in correct. & ſanct. mem. Greg. deciſ. 408. num. 2. uerſ. quæ etiā ſi emanaſſet &c. ac in recent. deciſ. 158 ſub n. 11. uerſ. quod ſaltem procedit &c. par. 1. & dec. 404. n. 2. uerſ. quæ iuuantur &c. par. 2. & deciſ. 113. num. 9. uerſ. Vnde licet iſta confeſſio &c. & deciſ. 136. num. 4. uerſ. Satis eſt &c. ac deciſ. 256. num. 2. verſ. quæ confeſſio &c. par. 5.* & in terminis noſtris probant *Bald. in authen. ſimiliter ſub num. 1. verſ. reſponde &c. C. ad l. falcid. Felyn. in cap. ſi cautio ſub n. 27. uerſ. fallit ſecundo de fid. inſtrum. Corn. conſ. 215. ſub num. 5. uerſic. quinto &c. lib. 2. Marſil. ſing. 202. in ſcis regulam &c. ſub num. 2. poſt med. uerſic. eſt & alius caſus &c. Afflict. dec. 164. ſub num. 5 uerſic. & inter ſpecialitates &c. Tiraquel. in d. tract. priuileg. 116. Gabr. com. concluſ. lib. 1. tit. de confeſſ. concluſ. 1. num. 68. uerſ. decimo octauo limita. Maſcard. de probat. concl. 347. num. 99. verſ. decimo tertio limita &c. & concl. 1171. num. 62. uerſic. decimo fauore piæ cauſa cum ſeq. Franc. Viu. dec. 486. num. 1. ac ſeqq. & Caroc. dec. 90. num. 4. uerſic. contrarium uidetur verius &c. & ſeq.*

7 Minus obſtat, quod confeſſio in teſtamento facta regulariter non ſufficiat ad probationem debiti, ſed magis conferat ad petitionem legati, quando confitentis diſpoſitio concurrit, *iux. text. in l. Lucius Titius §. quiſquis ff. de leg. 2. l. Lucius Titius §. Sempronia mulieri meæ ff. de leg. 3. l. Aurelius §. fin. de lib. legat. Bart. in l. cum quis decedens §. codicillis ſub num. 3. uerſic. hæc faciunt cum ſeqq. ff. de leg. 3.* Ac proindè reuocari poſſit, vt factum fuit in alio poſteriori teſtamento ab eodem Antonio condito die 29. Iunij eiuſdem anni.

8 Quia non procedit obiectio in confeſſione facta ob exonerationem conſcientiæ, quæ attenta eadem æquitate canonica benè probat, Idcoque reuocari non poteſt, (niſi erronea probetur) perindè ac ſi fuiſſet iurata, vel ex tunc ab ipſis quorum intereſt acceptata, ſic namque magis conſulitur ſaluti animæ, cuius fauore facta cenſetur, & ſuſtineri debet omni meliori, ac efficaciori modo. Hoc enim quod *Bart. in d. §. codicillis ſub n. 5. uerſ. prædicta uera &c. & nu. 8. uerſ. fallit ſi interueniat iuramentum &c.* concedit fauori Religionis inſitæ iuramento; Ac præſcientiæ, & acceptationi partis, vel alterius pro ea; Pariter concedi debet fauori animæ, pro cuius ſalute, conſcientiæque exoneratione iuramentum ipſum relaxari, & moderari ſolet *cap. 1. & cap. debitores in ult. reſp. de iur. iurand.* Ac piæ diſpoſitioni, quæ finaliter ordinatur in Deum, ac illius acceptationem præfefert, vt inquit *Bald. in d. auth. ſimiliter ſub d. n. 1. C. ad l. falcid.* Atque in ſpecie probant idem *Bald. in l. generaliter n. 32. verſ. tamen de æquitate canonica &c. C. de non num. pecun. Angel. in d. l. cum quis decedens §. codicillis ff. de leg. 3.* quem ſequitur *Barbat. in repet. l. cum acutiſſimi, n. 283. verſ. & ideo ſingulariter dixit Angel. &c. C. de fideicom. Felyn. in d. cap. ſi cautio, ſub n. 27. in 2. fallent. ad fin. uerſ. & indubitanter &c. de fid. inſtrum. Socin. iun. conſ. 90. ſub n. 4. uerſ. cui confeſſioni &c. lib. 2. Pariſ. conſ. 10. ſub nu. 134. uerſ. & uerè ſine aliquo dubio &c. lib. 2. Guglielm. Benedict. in cap. Raynutius in verb. ſi abſque filijs, el primo ſub n. 26 uerſ. ad hoc facit &c. cum ſeq. & ſub n. 28. uerſ. ad prædicta facit &c. & ſeq. de teſtam. Cattel. Cotta in memorab. in uerb. abſenti poteſt acquiri &c. uerſ. confirmo etiam &c. & in uerb. apices iuris uerſ. ex his inferebat &c. Franc. Marc. deciſ. Delphin. 461. ſub num. 2. uerſ. tamen iſtud fallit &c. par. 1. Hercul. de prob. negat. ſub n. 197. uerſ. & ubi fit pro exoneratione conſcientiæ &c. Afflict. d. deciſ. 164. ſub n. 5. uerſ. item dicta confeſſio &c. Sebaſt. Med. in eius Opuſcul. 4. ſub n. 10. uerſ. tertio confeſſio facta &c. Durant. de arte teſtand. tit. de legat. cautel. 6. ſub n. 4. uerſ. & ignorandum non eſt &c. Tiraquel. de priuileg. piæ cauſ. priuileg. 117.* vbi idem comprobant *modern. in addit. Maſcard. de probat. d. concluſ. 347. ſub n. 101. verſ. & ratio poteſt eſſe, cum ſeq. ac n. 25. uerſ. quarto limitare poteris &c. & ſeq. & d. concluſ. 1171. n. 68. uerſ. ad hæc &c. Marant. in prax. par. 6. art. 5. de confeſſion. ſub nu. 16. uerſic. quarto limita &c. Ant. Fab. in eius Cod. lib. 4. tit. 24. de uſur. deffin. 36. uerſic. nec uoluntatis ſecundæ &c.* dicens nihil eſſe indecentius, quam proprijs auribus audire hæredes, qui ne defuncti conſcientiam exonerent propriam onerare non timent, & ſequuntur plures ex DD. recentioribus ſcribentibus.

9 Leges autem, & auctoritates pro contraria opinione relatæ, vel non loquuntur in his terminis, vel procedunt quando Teſtator confeſſus fuit debitum, quod verè non erat tale, vt in *d. l. Lucius Titius § quiſquis ff. de leg. 2. & in*

l. Lu-

Digitized by Google

le Lucius Titius §. *Sempronia*, ac ibi explicat *Cuiac. ff. de*
leg. 3. ac in d. l. Aurelius §. *fin. in fin. ff. de liber. legat.* vel in
liјs caſibus, in quibus ſiuè incidenter, ac inconſulto abſque
vlla cauſæ expreſſione ſiuè in fraudem legis, aut hominis
emiſſa præſumi poteſt, aut re ipſa redundat vt *in l. qui teſta-*
mentum ff. de Probat. l. cum quis decedens §. *pen. ff. de leg. 3 l.*
rationes cum Auth. quod obtinet. C. de Probat. & in Auth.
de ior. iuran. a morient. præſt. ubi gloſſ. & conſiderat. *Bart.*
in d. § *Codicillis num. 4. verſ. Præterea &c. & ib. Alberic.*
ſub num. 9. verſ. Adducunt etiam cum ſeq. & comprobat
Ion. Crot. conſ. 194. lib. 2 Quæ omnia ceſſant in hac facti ſpe-
cie, in qua de ſolo ipſius confitentis, ac eius ſucceſſorum
agebatur præiudicio, & ex propoſito, ac matura delibera-
tione emanauit cum expreſſione cauſæ, & qualitatis facti,
ac oneris iniuncti, & cum ſpecifica declaratione ſummæ,
quàm ipſemet Antonius legare voluit, vitra legatam à pa-
tre; Ex quibus omnibus redditur adeò veriſimilis huiuſmo-
di confeſſionis veritas, vt non videatur in dubium reuocan-
11 da, eſto quod in Inſtrumento, vel teſtamento nullo ſeù re-
uocato emanauerit. Id enim operatur veriſimilitudo, vt
confeſſio attendi debeat in illis etiam caſibus, in quibus a-
lias non probaret *Surd. deciſ. 325. a num. 5. verſ. quia veri-*
ſimilitudo &c. cum ſeq. Rot. penes Burat. deciſ. 100. ſub nu.
17. verſ. tanto magis ac in recent. deciſ. 209. num. 7. verſ.
quæ omnia &c. p. 6 & fuit in ſpecie conſideratum *in Roma-*
na fideic. de Capiceferreo 19. Februar. 1646. coram me, in §.
hæc autem viſa fuerunt Dominis, verſ. cum præſertim &c.
12 Et hæc quidem ſententia tamquam tutior, atque animæ fa-
uorabilior viſa fuit Dominis in propoſito caſu amplectenda
reiectis iuris apicibus *ad l. ſunt personæ. in fin. ff. de Relig.*
ſumpt. funer. Archidiac. in cap. ſcriptum n. 1. verſ. ſecundum
alios 6. quæſt. 3. & plures adducti per *Tiraquel. de priuileg.*
piæ cauſ. priuileg. 164. & Cott. in memorab. d. verb. apices iu-
ris, Vin. d. deciſ. 486. nu. 9. & ſeqq. & alij ſupra relati in verſ.
quoniam hoc non procedit &c.
13 Poſtremò non obſtat quod in prædicto teſtamento Anto-
nius iuſſerit dictum legatum ſolui ex pretio, ſeu penſionibus
cuiuſdam domus, vt in eo legitur, verſ. *li quali ſcudi ſeicen-*
te laſcio che ſi paghino, &c.

Quoniam verba illa non reſpiciunt ſubſtantiã legati priùs
ſimpliciter facti, ſed illius executionem per viam demon-
ſtrationis; non autem conditionis, vel taxationis, *l. quidam*
teſtamento vbi explicat *Bart. ſub princip. verſ. aliud enim eſt*
dicere &c. ff. de leg. 1. l. Lucius Titius ff. de alim. & cib. leg.
& Caſtr. conſ. 338. quia exceptiones ſub n 3. verſ. pro intelle-
ctu huius dubij &c. lib. 1. Bero. conſ. 17. num. 23. verſ. & adſic
concludendum lib 1. Laderch. conſ. 159. per tot. Mamic. de
coniect. lib. 9. tit. 3. ſub n. 20. verſ. ſciendum eſt etiam &c. Me
noch. conſ. 1162. ſub num. 15. verſ. reſpondetur &c. cum ſeq.
& cum alijs relatis per *modern. Roman. diſcept 256. ſub n. 1.*
& ſub num. 59. verſ. decimoquinto &c. & in ſpecie legati ad
pias cauſas facti probat *Tiraquel. de priuil. piæ cauſ. priuil.*
63. verſ. & hoc expreſſè &c. & ſequuta fuit *Rota deciſ. 652.*
ſub num. 2. verſ. his accedit &c. & priùs *à num. 1. & ſeq. p. 1.*
14 *diuerſ.* Quod certiùs firmandum eſt quoad ſummam à Leo-
nello legatam Hoſpitali, cum non poſſet Antonius præiudi-
care iuribus illi competentibus tàm in bonis legantis *iux l. 1.*
C. commun. de legat. Rot. penes Card. Seraphin. deciſ. 1394.
num. 3. verſ. unde cum pro huiuſmodi legato &c. Duran. de-
ciſ. 165. num. 4. verſ. hypothecariam autem &c. cum ſeqq.
Burat. dec. 286. num 14. verſ. cum ipſa &c. & in recent. dec.
15 *559. num. 1. & ſeqq. part. 1.* Quàm etiam ipſius hæredis iux-
ta terminos *l. Is cui.* §. *ſi heres, verſ. Imperator Antoninus.*
ff. vt in poſſeſſ. legat. & fideic. & l. certa eſt forma. C. eod. gloſ.
in d. l. 1. in verb. ipſius hæredis, & Bart. ſub n. 4. verſ. oppone
vltimo &c. C. commun. de legat. & alij.

Et ita fuit concluſum vtraque parte informante &c.

Eminentiſs. & Reuerendiſs. Corrado Leodieñ Dominiorum.
Veneris 25. Iunij 1649.

ARGVMENTVM.

Alienationis bonorum Eccleſiæ requiſita adducuntur, &
an in facto hic examinato interuenerint, multis, multiſ-
que theſibus allatis, ipſiſque ſolidiori trutinæ ſubmiſſis,
perualdè vtiliter negatiuè demonſtratur.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non proſequuta remanet deſerta, & ſententia præcedens conſtituit rem iudicatam.*
2 *Sententia tranſacta in rem iudicatam exequi debet, & num. 23.*
3 *Sententiæ iuſtificatio in Rota primitus inquiritur antequam ad executionem deueniatur.*
4 *Sententiæ validitas apparet ex proceſſu, in quo fuerunt ritè ſeruata omnia ſeruanda.*
5 *Confeſſio facta ad poſitiones plenè probat dominium.*
6 *Dominium probatur ex confeſſione, & ſuſtentatione litis.*
7 *Iudicium vindicationis quæ requiſita expoſcat.*
8 *Alienatio rerum Eccleſiæ requirit ad eius validitatem non tantùm ſolemnitatem, ſed iuſtam cauſam. Amplia 9. 17.*
10 *Breuia expedita à Summo Pontifice, quando ſint nullius roboris obeunte ipſo Pontifice.*
11 *Forma inducitur ab ablatiuis abſolutis.*
12 *Citatio illius, de cuius intereſſe principaliter agitur, eſt neceſſaria.*
13 *Probatio plena, & concludens narratorum expoſcitur, ſtante reſcripto cum ablatiuis abſolutis facto & n. 14. 15.*
16 *Forma præſcripta non ſeruata omnia corruunt.*
17 *Vtilitas euidens Eccleſiæ ex quibus debeat iuſtificari, & num. 18. 19.*
20 *Narratiua quando dicatur ſubreptitia.*
21 *Beneplacitum Apoſtolicum in forma commiſſaria conceſſum non operatur, vt dicatur euitatum damnum reſultans Eccleſiæ ab aliena de eius rebus facta.*
22 *Bona Eccleſiæ nulliter alienata debent reſtitui vnà cum fructibus perceptis.*
24 *Temporis curſus cum ſubſequuta obſeruantia requiſiti pro præſumenda validitate alienationis bonorum Eccleſiæ quomodo confici debeat: eſt ſublatus à Conſtitutione Vrbana, nu. 26.*
25 *Titulus melior, quem quis habet, cenſetur electus.*

DECISIO XIV.

PRo Decano, & Capitulo Eccleſiæ Collegiatæ Sancti
Pholiani Oppidi Foſſen. Diœceſ. Leodien. vindicantibus
Pagos, ſeù Loca nuncupata de Vaulx, & Borſet ad eorum,
ac menſæ Capitularis Dominium, & iuriſdictionem ſpe-
ctantia à Com. Franciſco Barbiano detenta, prolatæ fuerũt
in partibus duæ ſententiæ conformes altera die 16. Octob.
1640. & altera die 5. Nouemb. 1642. A qua licet pro parte
eiuſdem. Com Franciſci fuerit appellatum ad S.D.N. &
obtenta commiſſio R. P. D. meo Veroſpio. Tamen ab eo
tempore citrà nec cauſam fuit proſecutus, nec terminari
curauit; Cumque ideo præſentata per Actores alia com-
miſſione executoriali inſtaretur pro executione rei iudica-
tæ. Hodie ego vices præfati D. mei aduerſa valetudine
detenti iuſſu Dominorum in hac parte gerens, propoſui
dubium. An conſtet de re iudicata, quæ debeat execu-
tioni mandari. Eoque exactè diſcuſſo affirmatiuè fuit reſo-
lutum.

1 Quia cum per ſexenium, & vltra ab interpoſita, commiſ-
ſaque appellatione decurſum, non fuerit proſecuta, cenſetur
ex legis diſpoſitione deſerta, & ſententiæ præcedentes in
ſuo robore permanent, ac rem iudicatam conſtituunt,
perinde ac ſi non fuiſſet ab initio appellatum *cap. cum ſit*
Romana de appellat. Clem. ſicut, & Clem. ſi appellationem.
eod. tit. l. fin. §. *illud etiam ac ſeq. & auth. ei qui C. de temp.*
& reparat. appellat. Rot. penes Card. Caualer. dec. 281. n. 1.
verſ. unde. & dec. 282. n. 2. verſ. & ideo. ac in recent. dec 601
n. 1. verſ. certum eſt enim. ac ſeq. & dec. 665. n. 16. verſ. ta-
men p. 4. t. 3. & dec. 412 nu. 3. verſ. tamen p. 5. & ſæpè in alijs.
2 Ac propterea exequi debent *l. poſt rem iudicatam ff. de re*
iud l. 1. & 2. & l ſub ſpecie C. eod. tit. l. 2. & l. pen ac fin. C. de
execut. rei iud. Card. Mant. dec. 187. n. 4. verſ. nam poſt rem
iudicatam, & dec. 289. n. 6. verſ. quare. ac in recent d deciſ.
601. nu.

Digitized by Google

601. n. 2. verſ. & conſequenter & deciſ.666.num. 3.verſ. il-
lam vero.p.4.tom.3 & deciſ.229.nu.16.verſ.ideo p. 5. & de-
ciſ 69.n.3. venit exequenda.p.6. & dec.227.n. 2. verſ. eſtque
omnino executioni demandanda.par.7.recent. cum alijs re-
latis *in Peruſina bonorum 29. May 1648. coram me. §. 1.*
verſ. certum eſt.
3 Si quidem viſæ fuerunt Dominis plenè iuſtificatæ, (quod in
hoc Sacro Tribunali apprimè inquiritur antequam execu-
tioni demandentur *Put.deciſ.391.num.1. verſ. quia ſi fuiſſet*
tractatum.par.1.in correct.ſan.mem.Greg.deciſ.208 num.5.
verſ.adhuc tamen.Cardin.Caualer.deciſ.62.num.1.verſ.&
Domini.Burratt.deciſ.650.nu. 3. verſ. & notus eſt ſtilus hu-
4 *ius Tribunalis.*) Nam validitas apparet ex ipſis proceſſi-
bus in quibus fuerunt ritè ſeruata omnia ſeruanda *Rot.pe-*
nes ſan.mem.Gregor.deciſ.218.num.1.verſ.quia de validi-
tate. Buratt.deciſ.126.num.2.verſ. cum de validitate, & d.
deciſ 601.n.3.verſ. validitas autem ſententiæ.par. 4.tom 3.
recent. Iuſtitia vero ex probationibus in eis factis, quibus
conſtat hæc loca fuiſſe ſub dominio, ac iuriſdictione Deca-
ni, & Capituli, non ſolùm per teſtes examinatos, ac Inſtru-
menta locationem, & alienationum in auctores præfati
5 Comitis factarum, verùm ex repetitis confeſſionibus iudi-
cialibus Co. Io. Iacobi, (cui ille ſucceſſit) ad poſitiones acto-
rum. Vndè plena reſultat dominij probatio *l. generaliter.C.*
de non num.pecun.l.cum precum.C.de liberal.cauſ. cap. per
tuas. de prob. Maſcard. de prob.concl.545.Rot.dec.290.ſub
num 1.verſ.regulariter autem p.1. & deciſ.476.num 8.verſ.
confeſſio, & deciſ.597.ſub num.8. verſ. ex qua confeſſione
par. 4. tom. 3. & in his terminis fuit reſponſum *in deciſ.*
294 ſub num.4. verſ. primum vero extremum.par.7.recent.
6 Eademque tempore inſtituti huius iudicij à dicto Com. Io.
Iacobo fuiſſe detenta, ac ſucceſſiuè à dicto Com. Franciſco
eius hærede ex præmiſſis confeſſionibus, ac reſpectiuè litis
ſuſtentatione àb anno 1620. citrà, *Rot. penes Caſ. de Graſſ.*
dec.4. de reſt.ſpol.ſanct.mem.Gregor. deciſ. 200.ſub num.2.
verſ. probatur enim poſſeſſio. Burat.deciſ.693.nu.5. verſ. ex
quibus, & dec.728.n.3.verſ. ſecundum vere extremum &c.
& in recent.deciſ.186.num.4.verſ. nouiſſimam autem, & d.
7 *dec.294.num.3.verſ. & quantum attinet ac ſeqq.par. 7.* Quæ
ſunt requiſita ad obtinendum in propoſito vindicationis iu-
dicio neceſſaria *l. officium, & l.in rem.in prin.ff.de rei vind.*
Alex.conſ.182.viſo proceſſu ſub num.1.verſ. & primo. cum
ſeqq.l.1. & alij.

Nec obſtat quod anno 1582. 16. Maij fuerint (vt apparet
ex publico Inſtrumento) alienata titulo permutationis in
Epiſcopalem menſam Leodien. pro annua præſtatione
quadringentorum florenorum monetæ Barbantiæ prætio
ſimilium florenorum octomillium perpetuo redimibili cũ
reſeruatione beneplaciti Apoſtolici ſumptibus eiuſdem
menſæ obtinendi, quod deindè obtentum fuiſſe prætendi-
tur, ac demunt loca ipſa in d.Com.Ioan.Iacobum, & Com.
Franciſcum ſucceſſiuè tranſlata.
8 Quoniam alienatio illa nullius omnino fuit roboris, tam ex
defectu ſolemnitatis, quàm iuſtæ cauſæ, quæ tamen omninò
concurrere debebant pro eius validitate *cap. ſine exceptione*
12 q.2.c.1. de reb. Eccl. non alien. in 6. Clem. 1.eod.tit.latè
Rot.penes Card. Seraph. deciſ. 508.nu.1. & ſeqq. per tot. &
dec.1490. ſub nu.1. & ſeq.Card.Mant. dec.41.num 1. verſ.
nam in alienatione rei Eccleſiæ, & dec.300.num.1.verſ.cũ
enim, & dec.596.num.1.verſ. quia in alienatione, ac deciſ.
722.num.1.verſ. & tamen p.4.diuerſ.Card. Caualer. deciſ.
288.nu.1. & ſeq. Reuerendiſs.Vrgellen. deciſ. 250. num. 1.
verſ. ratio reſolutionis fuit, & num.4. verſ. quod Dominis,
& deciſ.459.nu.2.verſ. quæ tamen. ac ſeq. Coccin. dec. 445
num.1.verſ. & difficultatem faciebat, ac ſeq. & in recent.
deciſ.624.num.3.verſ.nam cum validitas alienationis, p 1.
& deciſ.430.nu.1. & ſub num.4.verſ.ſed alterius p.2. & de-
ciſ.261.num. & ſeq. ac num.14.verſ. ad effectum enim, p.4.
to.2. & dec.711.nu.4.verſ.conſtat etiam ead.p.4.tom.3. & de-
9 *ciſ.252 num 23 verſ.quæ utilitas p.7.* Quæ concluſio proce-
dit etiam ſi alienatio fiat in aliam Eccleſiam. *c. tua nuper de*
his quæ fiunt à Prælat. Zenzel. in Clem. 2. ibique Card. in §.
quod ſi Epiſcopus ſub num.5.verſ. dic quod & Vital. ſub nu.
16.verſ. nec obſtat quod non eſt alienatio de rebus Eccl. non
alien. Franch. in cap. 1. ſub num. 20 verſ. ſi vero bona ſint di-
uiſa, eodem tit. lib. 6. Rot. penes Cardin. Seraphin. de-
ciſ. 196 ſub numer. 2. verſ. & tanto magis, ac ſeq.

Solemnitas enim, (quæ Summi Pontificis auctoritate
ſuppletur) omninò deſideratur Nam licet fuerit in d. Inſtru-
mento, vt præmiſſum eſt, reſeruata ac deinde obtentum à
ſan.mem. Gregorio XIII. Breue Deputationis Executorum
ſiuè veriùs Delegationis Iudicum in partibus, quibus iniun-
ctum fuit,

quatenus. ſi, & poſtquam vocatis, qui fuerint vocandi, ac ſer-
uata forma præinſertarum litterarum (nempè Paul. II.) nec
non dominijs, locis, territorijs, diſtrictibus, Terris, & alijs
ſupradictis huiuſmodi, eorumque circumſtantijs vniuerſis
prius coram vobis ſpecificatis de præmiſſis, ac datione, &
conceſſione prædictis, ac quod illa in euidentem d. Capitula-
ris menſæ cedant vtilitatem, nobis coniunctim procedenti-
bus legitimè conſtiterit, eaſdem dationem, & conceſſionem
confirmare, & approbare, omneſque & ſingulos tam iuris,
quam facti defectus, ſi qui interuenerunt in eiſdem ſupplere
auctoritate noſtra cureiis &c. vt legitur in ipſis litteris Apo-
ſtolicis, Dat. Idibus Februarij 1584. Huiuſmodi tamen Bre-
ue non fuit præfatis Executoribus, ac Iudicibus præſentatũ
ante diem 29. Nouembris 1585. quo tempore cum San-
10 ctus ille Pontifex iam obijſſet menſe Aprilis præcedenti,
eiuſdem quoque Breuis vires euanuerant, atque extinctæ
fuerant, nulliuſque remanſerat roboris, quippè non conti-
nebat gratiam confirmationis d. contractus ſimplicem,
atque perfectam, cuius pura executio alteri demandata
eſſet *iux. tex. in cap. ſi ſuper gratia de offic. delegat. in 6.* ſed
mandatum, ſeù commiſſionem de confirmando ſub condi-
tionibus præuia cauſæ cognitione coram eis legitimè iuſti-
ficandis *iux. cap. licet de offic.delegat. & in cap. ſi cui. §. ſe-*
cus. ubi gloſſ. fin. & DD. de præbend. in 6. Ideoque nulla
prorſus eius vigore fuit illis eo tempore collata iuriſdictio,
qua validè potuerint procedere, ac pronunciare, vt fecerũt
ſub die 19. Maij 1586. prout legitur in eorum ſententia,
vt habetur *in dicto cap. licet, ubi gloſſ. & DD. de offic.deleg.*
Rota dec.12.eod. tit. in nou. & explicat Dec. in cap.relatum
num.22.verſ. & iſta concluſio intelligitur d. tit. Gabr. com.
concl.l.6.tit. de præb.concl 1.n.5. & 7. verſ. hinc dicunt DD.
Lud. Peguer deciſ.128.ſub n.2.verſ. his non obſtantibus, &
ſeqq. & in his terminis reſpondit *Rot.penes Card. Mantic.*
d.deciſ.41.à n. 2. verſ. neque obſtat & ſeq. & Reuerendiſs.
Vrgellen.dec.225.ſub n.7.verſ. & gratia non executa. ac la-
tiùs *in recent.deciſ.473.n.3.verſ. quod autem, & ſeqq.p.2. &*
dec.306.p.3. & alibi.

Deinde nec conſtat fuiſſe ſeruatam formam à Summo
Pontifice in eodem Breui præſcriptam tam in ea parte, in
qua iuſſit priùs ſpecificari dicta dominia, loca, & territoria
eorumque diſtrictus, terras, & alia iura in dicta permuta-
tione comprehenſa, ibi, *Prius coram vobis ſpecificatis &c.*
11 quæ verba formam præcisè obſeruandam præſeferunt, vt
in his terminis firmauit *Rot. in deciſ.189.ſub n.1. & ſeq.p.4.*
diuerſ. & dec.624.ſub n.2.verſ. aderat enim p.1.recent. & in
Aquilana bonorum 17. Iunij 1624. coram bon.mem.Remb.
apud modern. Peruſin. de manuten.deciſ.11.n.7.verſ. quare
fuit nulla, ac ſeqq. & comprobatur *in Bonon. fideicom. de*
Ramundinis 9 May 1636. coram Reuerendiſs. D. meo De-
cano, in recent.deciſ.131.num.6.verſ. dicta enim verba.p.7.
recent. & in ead. cauſa coram Reuerendiſs. D. meo Ter-
racin. 22. Martij 1638. in §. pariter cenſuerunt &c.
Quam in illa, in qua aſſerens, ſe non eſſe informatum, voluit
legitimè conſtare, vocatis vocandis, de veritate narratorũ,
& quod ille contractus in euidentem d. Capituli cederet
vtilitatem ibi, *quatenus ſi, & poſtquam vocatis, qui fuerint*
vocandi de præmiſſis, ac datione, & conceſſione prædictis, &
quod illa in euidentem d. Capitularis menſæ cedant vtilita-
tem nobis coniunctim procedentibus legitime conſtiterit
&c. quæ ſanè verba ſub expreſſis, & geminatis conditioni-
bus enixam demonſtrant Summi Pontificis intentionem,
ac ſolicitudinem quod in ea re omni adhibita diligentia ca-
12 nonicè procederetur. Atque ideo cum pro parte menſæ
Epiſcopalis peteretur confirmatio neceſſaria erat citatio e-
iuſdem Capituli, de cuius intereſſe principaliter agebatur
iux. reg. leg. de unoquoque ff. de re iud. d. cap. 1. ubi gloſſ. in
verbo defenſore. de reb. Eccleſ. non alien. in 6. Rot. dec. vnic.
eod. tit. in nou. & deciſ 624. num 4. verſ fuiſſe quoque nullam
et ſeqq. par. 1. recent. cùm alijs adductis *in Squillacen. di-*
ſmem-

ſmembration. 3. Iunij 1644. coram R.P.D. meo Otthobono
in §. in hoc autem caſu,& in Meleuitana Canonicat. 1. Iu-
lij 1648. coram eodem in §. nullitas ineuitabilis,& in Co-
men.diſmembr. 22. Iunij eiuſdem anni coram me. in §. præ-
13 *terea.* Et legitima iuſtificatio narratorum præcipuè verò e-
uidentis illius vtilitatis,& quidem ex plenis,ac concludenti-
bus probationibus *iux.no.in l. Lucius ff. de cond.& dem. Fe-*
lyn. in rubr. de prob. ſub num. 3. verſ. ſed aduerte, ibique Dec.
numer. 153 verſ. retenta prædicta concluſione, ac ſeq. idem.
Felyn. in cap. exhibita ſub num. 4. verſ. & nota. de iud. & in
cap. de cætero, ſub num. 10. verſ. quid de clauſula vocatis vo-
candis &c. de re iud. Rot. penes Aegid. dec. 68. & d. dec. 189
ſub num. 4. verſ. accedit etiam p. 4. diuerſ. ſan. mem. Gregor.
dec. 11. num. 2. verſ. & tamen, Burat. dec. 41. num. 1. verſ. &
erat probanda, ac in recent dec. 4. ſub num. 5 uerſ. quinto
quia. par. 4. & dec: 343. num. 14. uerſ. & cum in commiſſione
p. 6. Card. Caualer. dec. 288. nu. 2. uerſ unde cognitio. ac ſeq.
Reuerendiſs. Vrgellen. d. dec. 205. num. 5. uerſ. & narratiua,
cum ſeqq. & dec 250. ſub num. 8. uerſ. quod autem, & in
Leodien. præten. ſ. cenſ. 29. Ianuarij 1596. coram Orano, &
in alia Leodien. cenſ. 15. Ianuar. 1597. coram Cordub apud
modern. Peruſin. de cenſib. dec. 36. num. 2. uerſ. cum enim. &
ſeqq. & dec. 37. num. 4. uerſ. ſtante enim clauſula &c. & d.
dec. 11. ſub num. 4. uerſ. ſecundo &c. apud d. modern. de
manuten. & plenius d. deciſ. 94. ſub d. num. 42. uerſ. non rectè
ac ſeqq. per tot. n. 51. p. 7. recent. & in d. Meleuitana canon.
in d. §. ex eadem uero clauſula.
14 Adeout hoc caſu ſententia, quæ ex proceſſu nō iuſtificatur
extrinſecis præſumptionibus pro executoribus, temporis
curſu, ac obſeruantia adduci ſolitis, ſuſtineri non valeat, cū
extraindiciales informationes, ac proinde præſumptiones
ex eis deductæ non admittantur *per tex. in cap. quoniam*
contra ubi gloſs. in uerb. extraordinario, & in uerb præſu-
matur, de prob. & fuit reſponſum coram Reuerendiſs. Vr-
gellen. d. deciſ. 238. num. 6. uerſ. tamen in præſenti, & ſeq. &
15 *d. deciſ. 250. num. 7. uerſ. non obſtat, & ſeq.* Eoque minus
quando ex ipſo proceſſu apparent eius defectus *Pariſ. conſ.*
85. num. 41. uerſ. & quando cum ſeqq. lib. 3. Hor. dod. d. con-
ſil. 37. numer. 15. verſ. huic præſumptioni non eſt locus lib. 2.
& fuit dictum in Toletan. profeſſion. 27. Februarij 1595.
coram recol. memor. Card. Pamphil. apud Garz. de bene-
fic. par. 9. cap. 2. ſub num. 330. uerſ. & tanto magis, & in d. de-
ciſ. 94. num. 43. uerſ. unde ſententia, & plur ſeqq. par. 7. re-
cent.
16 Quare cum nō fuerit adimpleta forma in dicto Breui præ-
ſcripta proceſſus, & ſententia eius vigore prolata ex hoc e-
tiam defectu nullius fuerunt momenti *cap. cum dilecta, §.*
dictum in ſuper. de reſcr. cap. uenerabilis, §. porro de offic. de-
legat. Rot. penes Burat. deciſ. 854. num. 2. uerſ. ideoque, & de-
ciſ. 367. ſub num. 13. uerſ. quia cum beneplacitum, ac ſeqq. p.
5. recent. & in his terminis *in d. deciſ. 189. par. 4. diuerſ. &*
penès Card. Caualer. d. deciſ. 288. Reuerendiſs. Vrgellen. d.
deciſ. 205. num. 3. uerſ. deinde, & deciſ. 238. num. 1. & ſeqq.
ad deciſ. 250. num. 14. uerſ. quia cum beneplacitum, & in
recent. d. deciſ. 624. num. 1. & per tot. par. 1. & in d. deciſ. 94.
num. 42. uerſ. quia nullus eſt, & ſeq part. 7. & in d. Meleui-
tana canonicat. coram R.P.D. meo Otthobono. ac in alijs
præcitatis.
17 Præterea deficit iuſta cauſa, quæ potiſſimum attendi, ac
ſummo ſtudio inquiri debet ſcilicet neceſſitatis, vel vtilitatis
Eccleſiæ alienantis, & quidem notabilis, ac euidentis *iux.*
tex. in d. cap. ſine exceptione 12. q. 2. & in cap. 1. de reb. Eccl.
non alien. in 6. Card. Seraphin. d. deciſ. 508. num. 12 uerſ. &
eo magis, & deciſ. 463. num. 1. uerſ. res enim Eccleſiæ par. 1.
& deciſ. 65. num. 17 uerſ. & præmiſſa, & deciſ. 178. num. 10
verſ. & eo magis p. 2. diuerſ. ac in recent. dec. 430. ſub num. 4.
verſ. vtilitas vero, vbi dicitur *ſub num. 5. verſ. præterea &c.*
quod ex aſſignatione rei æqualis valoris non iuſtificatur e-
uidens Eccleſiæ vtilitas, qualis eſt neceſſaria pro validitate
alienationis *par. 2. idemque firmatur in deciſ. 261. num. 14.*
verſ. ad effectum enim, cum ſeq. par. 4. t. 2. & d. deciſ. 94. n. 51
verſ. iuſtitia quoque, cum ſeqq. & deciſ. 252. nu 23. verſ. quæ
18 *vtilitas par. 7.* Neque ex ſolo valore reddituum, ſed etiam
proprietatis eſt iuſtificanda, *Ioan. de Anan. in c. vt ſuper ſub*
num. 15. verſ. quæris ipſe de rebus Eccl. non alien. Card. Se-
raphin. deciſ. 480. num. 7. verſ. allegabatur quoque, & Coc-
cin. deciſ. 445. ſub numer. 4. verſ. & hæc euidens vtilitas.
Habitaque ratione iuriſdictionis annexæ, vt benè fuit re-
ſponſum *in d. deciſ. 94. num. 55. verſ. diciturque contractus*
p. 7. recent.
Si enim eiuſmodi iuſta cauſa deducitur ex eo, quod à Ba-
rone de Lu may viro potente iam dudum fuiſſet Capitulū
dictis bonis prorſus ſpoliatum, nulloſque fructus ex eis per-
ciperet, licet duram per vigintiquinque circiter annos litē
pro eorum recuperatione ſuſtinuiſſet, prout Summo Pon-
19 tifici fuit narratum. Hæc ſanè nullibi iuſtificatur, nec con-
ſtat, quod aliter Eccleſiæ conſuli minimè poſſet quam per
eiuſmodi alienationem, nam ſola partium aſſertione in hac
materia non probatur *Franch. in c. 1. ſub n. 4. verſ. quarto no-*
ta, & ſub num. 5. verſ. vnde dicebat, de reb. Eccleſ. non alien.
in 6. Pariſ. conſ. 36. ſub num. 11. verſ. ſimiliter lib. 4. Rot. de-
ciſ. 716. num. 2. verſ. tamen de ea debet conſtare. par. 1. diuer.
& in recent. deciſ. 261. num. 6. verſ. & cum in hoc caſu p. 4. t.
2. & d. deciſ. 711. nu. 10. verſ. cum in huiuſmodi terminis p.
4. tom. 3. & in d. deciſ. 94 num. 44. verſ. & ſuper vtilitate pa.
7. ac in d. Squillacen. diſmembrat. 3. Iunij 1644. coram
Reuerend. P.D. meo Otthobono in §. iuſta vero cauſa, & in
d. Comen. diſmembrat. 22. Iunij 1648. coram me in §. in pro-
poſito autem caſu. Nec erat fortè ſufficiens, ob quam iura
Eccleſiæ indefenſa relinqui, ac in perpetuum alienari debe-
rent, vt reſpondit *Rot. in d. deciſ. 596. num. 3. verſ. nec poten-*
tia aduerſariorum par. 4. diuerſ. Eoque minus, quia li-
cet fuerit narrata in ſupplicatione per Menſam Epiſcopa-
lem communi etiam Capituli nomine in executioni pacti
porrecta Summo Pontifici, nulla tamen de illa legitur facta
20 mentio in d. Inſtrumento permutationis; Quinimo ex alijs
Inſtrumentis præcedentium locationum, ac partitis Libro-
rum Capitulatium exhibitis apparet Capitulum ex dictis
locis fructus, ac penſiones annuas percipere conſueuiſſe,
vnde ſubreptitia potius dignoſcitur huiuſmodi narratiua
in hac parte, quæ maximè ſubſtantialis eſt *Rot. penes Card.*
Seraph. deciſ. 508. num. 10. verſ. nec obſtat, & ſeq. & in d.
deciſ. 94. num. 74. uerſ. maiorq. cum ſeq. par. 7. recent. & in
alijs ſupra relatis. Si vero deducitur ex redditibus: Prorſus
eliditur ex eiſdem libris Capitularibus, ac Inſtrumentis lo-
cationum, quorum alterum anno 1558. die 5. Maij ad annos
duodecim proximè venturos ſub annua penſione centum
ſexaginta modiorum ſpeltæ grani boni, & triginta quinque
florenorum bonæ monetæ Barbantiæ. Alterum anno 1569.
die 11. Martij ad annos nouem die prima eiuſdem menſis
anni 1570. inchoandos ſub annua penſione modiorum
centum ſeptuaginta duorum, & triginta florenorum ſimi-
lium, fuit celebratum, quæ attento communi valore dictæ
ſpeltæ in illis partibus in proceſſu pariter iuſtificato triplo,
& vltra excedunt annuam præſtationem florenorum qua-
dringentorum in dicto Inſtrumento permutationis Capi-
tulo promiſſam. Sin autem deducitur ex proprietate. Re-
ijcitur pariter ex depoſitionibus teſtium etiam peritorum
affirmantium dicta loca, & dominia fuiſſe æſtimata, ac eſſe
valoris triginta, ac etiam quadraginta millium florenorum
Barbantiæ, & tamen fuerunt alienata pro dicta annua præ-
ſtatione quadringentorum florenorum ſimilium prætio
octo millium perpetuò redimibili. Ex quibus ſanè quoquo
modo calculus ineatur clarè conſtat non ſolum euidentem
deficere Capituli vtilitatem, ſed euidens illius damnum,
21 ac præiudicium probari. Quod ſanè per Apoſtolicum
beneplacitum in forma commiſſaria conceſſum non euita-
tur, *Rot. penes Card. Seraph. d. deciſ. 508. num. 2. uerſ. & li-*
cet, Card. Caualer d. deciſ. 288. nu. 6. uerſ. huiuſmodi autem
defectus, Coccin. dicta deciſ 445. num. 2. uerſ. & licet, & d.
22 *deciſ. 367. num. 15. uerſ. quia licet &c. p. 5. recent* Quare ex
hoc etiam ſolo capite nulla dignoſcitur dicta alienatio, ac
loca ipſa eidem Capitulo ſunt reſtituenda vna cum fructi-
bus perceptis, prout fuit à præfatis Iudicibus de partibus iu-
dicatum *cap. ſi quis Presbyterorum, cap. ad noſtram, de reb.*
Eccleſ. alien. uel non cap. 1. eodem tit. in 6. ac in eiſdem locis
no DD. l. iubemus nulli §. ſanè C. de ſacr. ſanct. Eccl. Surd.
conſ. 115. num. 31. uerſ. uidemus etiam ac ſeqq. Rot. dec. 14.
num. 5. uerſ. ideo uidemus, & deciſ 278. par. 1. diuerſ. & pe-
nes Reuerendiſs. Vrgellen. deciſ. 256. num. 2. uerſ quia agi-
23 *tur de reſtitutione.* Ac proinde ſententiæ ſuper illorum
reſtitutione latæ, & iniudicatum tranſactæ ſunt exequendæ,
vt fuit

Digitized by Google

vt fuit concluſum *in Romana deuolut. dom. 11. Martij 1620 coram bon. mem. Coccin. in recent. d. deciſ. 71. part. 4. tam. 3.*

24 Neque ex lapſu temporis cum obſeruantia ſubſecota potelt hoc caſu Com. Franciſcus, ſeù præſcriptionem, ſeu validioris tituli præſumptionem deducete.

Nam ab anno 1582. quo facta fuit alienatio cum reſeruatione beneplaciti Apoſtolici vſque ad annum 1584. & 1585. quo fuit pro parte menſæ Epiſcopalis impetratum, & exhibitum d. Breue. Ac deinde anno ſequenti obtenta ſuper illius confirmatione ſententia prædicta, nulla potuit inchoari præſcriptio; Ab aono vero 1586. vſque ad annum 1622. quo fuit pro Capitulo de menſe Iulij iudicium introductũ, non eſt elapſum tempus ſufficiens *iux. tex. in cap. de quarta de præſcr. Rat. penes Card. Seraph. deciſ. 671. num. 8. verſ. & primo, ac deciſ. 16. num. 8. uerſ. aut certè, cum ſeq par. 7. recent.* Eoque minus ſubducto tempore vitæ Canonicorum, qui huiuſmodi alienationi perperam aſſenſerunt *iux. tex. in cap. ſi Sacerdotes 16. quæſt. 3. Coccin. d. deciſ. 445. numer. 8. verſ. tunc enim, & in recent. d. deciſ. 94. ſub num. 11. ver. non quidem, & ſeqq. ac deciſ. 294. num. 28. verſ. demum, & ſeqq. par. 7.*

25 Præſumptio aotem alterius, atque melioris tituli ex eo tollitur, quod ipſemet Com. Barbianus in iudicio produxit ad ſui præſidium dictum Inſtrumentum permutationis, ac Breue ſan. memor. Gregor. XIII. cum ſeorentia dd. Executorum, ac Iudicum, cenſetur enim meliorem, quàm haberet titulum elegiſſe, ideoque ceſſat alterius efficacioris præſumptio, *Rot. deciſ. 208. num. 2 verſ. ſecundo p. 4. diuerſ. & penes Card. Seraph. deciſ. 1235. verſ. nec obſtat, & Burat. d. deciſ. 792. num. 1. verſ. vnde reſultat.* & in his termiois *Reuerendiſs. Vrgellen. d. deciſ. 205. nu. 16. verſ. tum etiam quia &c. ac in recent. 430. ſub num. 3. verſ. quia cum Vicarius p. 2. & deciſ. 512. num. 16. verſ. ita vt producta vno titulo, p. 5. & d. dec. 94. ſub n. 38. verſ. at hodie, cum ſeq. p. 7.*

26 Præter quod oppoſitiones huiuſmodi reprobauit ſan. me. Vrbaous Octauus in eius Conſtitutione incip. Romanus Pontifex in ſancta Beati Petri ſede conſtitutus in §. Nec non reliqua omnia quotquot, & qualiacunque cum ſeqq. publicata die 5. Iunij 1641. vt fuit dictum *in Barchinon. exemption. 13. Iunij 1646. coram me. in §. tum quia repetita, verſ. & demum.*

Et ita fuit cooclusum Decano, & Capitulo ioformantibus, citato tamen pluries Com. Franciſco legiòmè per contradictas, iuxta ſtylum Curiæ &c:

Reuerendiſs. Patre D. Cerro Cathaceñ Hæreditatis. Veneris 24. Nouembris 1649.

ARGVMENTVM.

Variationem nominis non vitiare diſpoſitionem in ſubſtantia certam, multoque minus elicita ad hoc teſtantis voluntatem etiam ex adminiculis, & coniecturis ibidem perpenſis, deciditur.

SVMMARIVM.

1 *Nominis variatio non vitiat diſpoſitionem in ſubſtantia certam.*

2 *Sub Sacratiſſima Euchariſtia Sacramento memoria Dominica Paſſionis recolitur, & Redemptor ipſe adoratur.*
Voluntas teſtatoris certa ſatis probatur ex pluribus coniecturis.

3 *Teſtes unici, & ſingulares admittuntur ad declarandam teſtatoris intentionem.*

4 *Teſtis vnicus contra inducentem probat pluſquam ſemiplenè: & etiam plenè ſi adſint adminicula n. 5*

6 *Adminicula deſumuntur à teſtibus etiam nulliter examinatis.*

7 *Teſtatoris loquendi particularis uſus tollit omnem difficultatem.*

8 *Teſtati cauſa facit ceſſare cauſam inteſtati.*

9 *Incertitudo aperatur vt libertas uni ex pluribus relicta, nulli debeatur: quod declara, ut ibi.*

10 *Cauſa eſt ordinariè pertractanda in concurſu plurium prætendentium hæreditatem; ſed ſibi uide.*

11 *Denominatio aliàs applicabilis alicui, quando non debeat attendi.*

DECISIO XV.

CONtendentibus hodie non ſolum Horatio, & oeptibus de Scoglio vti ab inteſtato venientibus, ſed etiam Confraternitate Sanctiſſimi Saluatoris Cathaceñ; Domini iterum cenſuerunt dandam eſſe immiſſionem Confraternitati Sanctiſſimi Sacramenti, & ſic ſteterunt in deciſis 28. *Maij præteriti.*

1 Indubitata ſiquidem viſa fuit Iuris concluſio, quod variatio nominis non vitiat diſpoſitionem in ſubſtantia certam, quando ex coniecturata Teſtatoris voluntate congruenter apparet de perſona, quam ipſe veriſimiliter voluit ſub illa æquiuoca diſpoſitione compræheodere, vt præter allegatos in præterita Deciſione §. *quia præter quod &c. uerſ: cum aliunde &c. probat tex. in l. his verbis 48. §. fin. ff. de hæred. inſtit. Bart. in l. ſi quis in fundi. num. 5. ff. de legat. 1.* In caſu autem noſtro nedum ex congruentia denominationis, ex quo ſub Sacratiſsimo Euchariſtiæ Sacramento memoriam Do-
2 minicæ Paſſionis recolimus, & Redemptorem ipſum adoramus, ſed etiam ex pluribus, & peculiaribus coniecturis, in eadem Deciſione ponderatis, validè demonſtratur, Teſtatorem inſtituendo Confraternitatem Redemptoris de hac Sanctiſſimi Sacramenti intendiſſe, ex quibus vtique ſatis probatur eius certa voluntas, etiamſi apertiſſimis argumentis debeat apparere *ad text. in l. licet Imperator, ff. de legat. 1. & in ſpecie explicat Bald. in l. in tempus §. quoties num. 2. verſ. iſta enim apertiſſima. ibique Imol ſub. numer. 6. & verſ aduerte tamen. ff. de hæred. inſtit. Card. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib 6. tit. 1. num. 8.* quamuis duæ tantum demonſtrationes ſufficiaot, *vt probatur in dicta Deciſione §. intentio autem.*

Nec releuat, quod excepta prima coniectura, cæteræ omoes deſumantur ex depoſitionibus nonnullorum teſtium, qui nulliter examinati fuerunt coram Iudice incompetenti, & poſt interpoſitam appellationem.

3 Quia cum ferè omnes ſiot Sacerdotes bonæ famæ, & honeſtæ, qualitatis, illorumque depoſitiones non deducantur ad probandam hæredis inſtitutionem, ſed dumtaxat ad declarandam ipſius Teſtatoris intentionem, ſufficientes videntur, licet minus ritè fuerint examinati, cum ad iſtum effectum admittantur etiam Teſtes vnici, & ſingulares, *vt tradunt Caſtr. conſ. 395. num. 1 lib. 2. Aym. conſ. 73. num. 3. Gabr. conſ. 51. nu. 8. lib. 2. & dixit Rot. coram bon. me. Bur. dec. 205. n. 2. in Banonien. fideicomiſſi 17. Martij 1640. coram R. P. D. mea Bichio, & in Romana ſucceſſionis 21. Iun. 1641. coram R. D. Salamantino, § quoniam obiectum relat. in d. Deciſione ſub §. quia cum non deducantur.*

Ponderando præſertim, quod quarta cõiectura in eadem deciſione deſumpta ex particulari vſu loqueodi Teſtatoris, qui in vita conſueuerat Sanctiſſimum Sacramentũ denominare Redemptorem, noo ſolum comprobatur ex dictis Teſtibus pro hac Confraternitate deponentibus, ſed etiam à tertio Teſte ſuper dementia Teſtatoris ab ipſiſmet Horatio, & Neptibus inducto, ac ſer. ſer. examinato, qui iuxta decimumquintum interrogatorium per hæc verba depoſuit, ibi, *Il Signor Decio quando paſſaua il Santiſſimo Sacramento s'inginocchiaua, & diceua paſſa il Redentore &c.*

4 Huiuſmodi enim Teſtis, quamuis vnicus oedum inſeruit pro admiculandis cæterorũ depoſitionibus, ſed contra ipſos inducentes pluſquã ſemiplenam facit probationem, *Rom. conſ. 104. n. 6. cum alijs per Grattan. diſcept. foren. c. 552. n. 9* quinimò plenè probant concurrentibus adminiculis *Aym. conſ. 198. n. 5. Capitaque deciſ. 271. nu. 1. & 3. p. 3. Rot. in rec. deciſ. 87. n. 9. p. 6. & coram clar. mem. Coccino dec. 462. nu. 1.*

6 quæ rectè deſumuntur ex alijs ſupradictis Teſtibus, quamuis nulliter examinatis, *& reſpondit Rota deciſ. 277. nu. 14. dicta p. 6. & deciſ. 160. num. 9. par. 7. recent.*

7 Particularis autem Teſtatoris loquendi vſus remouet omnem difficultatem; cũ teſtamentaria diſpoſitio aliàs equiuoca, & erronea ab eo omnimodã recipiat interpretationẽ *vt probat text. in l. ſi ſeruus plurium, §. final. ff. de legat. & in l.*

cum

Digitized by Google

cum alimenta,ff.de alimen.& Cybar.legat.Alciat.in l.pri. ma n.47.in fin.ff.de iuriſ.omn.Iud.cũ cæteris alijs plenè adductis in d.dec.§.quarto deniq. Illiq. non obſtat, quod Decius in quodã Inſtrumento emptionis Cẽſus ab eo factæ ad fauorem ipſius Confraternitatis proprio eius nomine illam appellauerit;quia verba d. Inſtrumẽti nõ ſunt propria Decij ſed Notarij de illo rogati,quæ proinde immutare nõ valent peculiarẽ illius loquendi vsũ ad hunc effectum attẽdendũ.

8 Vndè prorſus eliditur prætenſio eorumdẽ de Scoglio ſuccedendi ab inteſtato;quia cauſa teſtati facit ceſſare cauſam inteſtati *ex probatis in eadem priori deciſ.§.indeq.ceſſat.* nec applicatur diſpoſitio *text.in l.ſi quis de pluribus,ff.de rebus*

9 *dub.* vbi habetur quod libertas vni ex pluribus relicta ratione incertitudinis nulli debetur, quia non procedit quando aliundè conſtat Teſtatorem de aliqua ſpecialiter ſenſiſſe,vt habetur *in l.in tempus.§.quoties in fine*, ibi, *niſi ex alijs apertiſſimis probationibus fuerit reuelatum,pro qua perſona Teſtator ſenſerit.ff.de hæred.inſtit.& in l.duo ſunt Titij 30.* ibi,*is datus eſt,quem dare ſe Teſtat.ſenſit.ff.de teſt.tutel.glo. in l.ſi ita fuerit 11.verb.ſed & ſi legatum,verſ.item hoc verum.ff.de reb.dub.& in l.ſi quis ſeruum.§.ſi inter duos verb. debere,verſ.ſed impediri,ibique Bart.n.1.& 2.ff.de legat.2.*

Et hinc etiam non releuat ceſſio à R.Fabrica S.Petri per illos reportata;quia nullum ius illi competit,quando ex cõiecturata & veriſimili mente Teſtatoris certitudinariè cõſtat de perſona hæredis ab eo vniuerſaliter inſtituti;vt patet ex multiplicatis Summorum Pontificum Conſtitutionibus ac Priuilegijs illi conceſſis.

10 Minuſuè obſtat, quod in concurſu plurium prætẽdentium cauſa ſit ordinariè pertractanda,quia cum Confraternitati Sanctiſſimi Sacramenti aſſiſtat lectura Teſtamenti tot alijs circumſtantijs, & coniecturis cõprobata, ſummaria cognitio, & remedium poſſeſſorium illi denegari non poteſt, *vt præter relatos in dicta deciſione §.final.faciunt deducta in recent.deciſ.36.n.50.p.1.*quicquid ſit de appellatione.

11 Et ex præfatis pariter remouetur prætenſio Confraternitatis SS.Saluatoris,quod ſcilicet ipſi magis,quam alteri cõueniat denominatio Redẽptoris; Quia licet huiuſmodi denominatio ſimpliciter ſumpta ipſi etiã generaliter valeat applicari; hoc tamen in propoſito fieri non poteſt, quo ex dictis cõiecturis de illa SS. Sacramenti non de iſta Teſtatorem ſenſiſſe cõuincitur;ideoq. merito non attenta aptiori nominis congruentia ipſi Confraternitati SS. Sacramẽti cõcedi debet immiſſio.*iux.reſponſum I.C. in l.falſa demonſtr.ff.de cond.& demonſtr.pluribus alijs adductis in altera deciſione approbatum.*

Et ita reſolutum fuit omnibus informantibus &c.

R. P. D. Bichio Vrbinateñ Prædij.
Veneris 3. Iunij 1650.

ARGVMENTVM.

Coniecturis,quarum non leuis numerus hic affertur,quæſtio alias acerrima,an filij in conditione poſiti cenſeantur diſpoſitiuè vocati,affirmatiuè reſoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Filij in conditione poſiti cenſentur diſpoſitiuè vocati ex concurſu plurium coniecturarum:quæ coniectura habentur in nn. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 9. 10.& in ſimul ſunt iungendæ n.11. maxime fauore deſcendentium n.12.*

8 *Fideicommiſſum,ex quibus verbis dicatur perpetuum.*

13 *Poſiti in conditione ſuccedunt etiam in portione patrni pertenta ad eorum patrem ex reciproca.*

14 *Filius familias non poteſt teſtari amplia,vt ibi;& declara num.15.*

16 *Teſtamentum inter liberos contentatur duabus teſtibus, & n.17.*

18 *Fideicommiſſum vt ſuſtineatur ſufficit quacunque teſtantis.*

19 *Teſtamentum confirmatum in codicillo affert ſecum explicitam repetitionem omnium in ipſo diſpoſitorum.*

DECISIO XVI.

COmitis Cæſaris de Odaſijs teſtamentum An contineat fideicommiſſariam ſubſtitutionem ad fauorem D. Comitis Iulij Cæſaris,filij Petri Antonij,alterius ex filijs Teſtatoris hæredibus inſtitutis,cum idem Comes Iulius Cęſar fue-

1 rit ſub collectiuo nomine filiorum in conditione poſitus; pendet à reſolutione alterius quæſtionis, An ſcilicet in caſu noſtro filij in conditione poſiti cẽſeantur vocati, qua hodie diſcuſſa,affirmatiuè fuit reſponſum,quia concurrunt plures coniecturæ id ſuadẽtes, ex quibus à negatiua ſententia *gloſ. in l. Lucius la 2.ff. de hæred. inſtit.* recedi ſolet *Peregr.conſ. 91.n.30.l.1.Surd.conſ. 434.n. 19. latiſſimè Fuſar.de ſubſt. q.437.n.16.Rot.deciſ.266.n.3.par.1.recent.*

2 Earum autem prima deducitur ex qualitate naturalis legitimitatis,ſub qua, & non aliter filij poſiti fuerunt in conditione: hæc enim qualitas cum cenſeatur adiecta ad excluſionem legitimatorum, quia vna cum legitimis ab inteſtato ſuccederent, plurimum vrget pro vocatione *Soccin.iun. conſ.110.num.25.& ſeqq.conſ.145.num.39.lib.3. Menoch. conſ.420 num.13.Fuſar.conſ.51.num. 4.& conſ. 145.num. 13.Rota coram ſan.mem.Greg.XV deciſ.329.num.6.deciſ. 422.num.4.par.4.tom.2.recent.& in Auximana fideicommiſſi 22. Martij 1638.§.prima deſumitur coram Reuerendiſs.D.meo Decano.* Ponderando præſertim clauſulam, *&*

3 *non aliter,* adiectam immediatè poſt conditionem, *ſi ſine filijs legitimis, & naturalibus,* quæ non aderat in caſu deciſionum ex aduerſo allegatarum;& plurimũ vrgere videtur, quia magis excludit legitimatos etiam qui alias cõprehenderẽtur *Leon.conſ.10.n.3.& ſeqq.& per tot.Peregr.de fideic. art.24.n.40.in fine,Theſ. in addit. ad deciſ.196.addit.1.*

4 Secunda ex reciproca inter proprios filios Teſtatoris hæredes inſtitutos,quam in terminis põderat *Ruſt.in tract.de liber.in cond.poſit.lib.8.c.1.n.1.Fuſar.q.437.n.87 Menoch. conſ.420.n.8 Giouagn conſ.79.n.8.lib.1.Rot.deciſ.355.n.3. par.5.dec.355.n.5.dec.389.n.6.p.4.t.2.recent.& in alijs relatis in Bonon fideicommiſſi 26.Nouemb.1638.§ quarta deducitur coram R.D.meo Decano,& in Terracin.fideicomm. 14.Decemb.1643.§.pluries coram R.P.D.meo Otthobono.*

5 Altera,& quidem potentiſſima ex alia inferiori parte teſtamenti in qua Teſtator præcipiendo modum, quo Caſtrum hæreditarium gubernari debeat,mandat onus gubernij ſẽper ſpectare ad maiorẽ natu,& poſt mortẽ eorum omnium ad primogenitum maſculum gradatim vt ſupra, quo loci certum eſt Teſtatorem diſpoſitiuè vocaſſe ad gubernium Caſtri primogenitum maſculum filiorum hæredum inſtitutorum,vt clarè demonſtrant verba illa,*poſt eorum mortem*; neq.hic intrat dubitatio, An à vocatione ad rẽ particularẽ, inferri poſſit ad fideicõmiſſũ vniuerſale, vt per *Burat.dec. 387.n.8.* quia ſubſequẽtia verba,*gradatim vt ſupra,*ſupponunt perneceſſe eumdẽ primogenitum fuiſſe in præcedenti vniuerſali fideicõmiſſo ſub cõditione,ſi ſine filijs,diſpoſitiuè vocatum;cum alias primogeniti ex filijs hæredibus inſtitutis,niſi ad eorum fauorẽ fuiſſet ſupra præordinatum fideicõmiſſum vniuerſale,ſub quo etiam Caſtrum cõprehendebatur,non potuiſſent gradatim vt ſupra in eius adminiſtratione ſuccedere. Quapropter,cum ex dictis verbis conſtet, Teſtatorem in hac parte teſtamenti ſuppoſuiſſe, quod primogeniti filiorum, quos ſupra collectiuè filiorum nomine in cõditione poſuerat, fuerint ad vniuerſale fideicõmiſſum uocati,euidẽs eſt quod uoluit in cõditiones poſitos diſpoſitiuè uocare, ut tradit *Menoch.præſumpt.76.nu.59.lib.4.Ciriac.contr.96.nu.70.Fuſar.de ſubſt.q.437.n.194. Rauden. dec.27.ſub n.94.in fin.verſ.præcipue facit,Decian.conſ.49. n.5.lib.3.alijque allegati ab Altograd.conſ.95.n.65.in fin. verſ.quod ſuppoſitum,& n.66.& 96,*

6 Quarta coniectura oritur ex oneribus annuis, ac perpetuis impoſitis per Teſtatorem ad pias cauſas,& quidem imperſonaliter, prout eſt legatum perpetuum fauore Eccleſiæ S. Mariæ Inſulæ Foſſariæ, & aliud Patribus Capuccinis relictum, quod pariter perpetuum cenſetur *l. annuum 6.ff.de ann.leg.Gratian.diſcept.104.n.49.Peregr.de fideic.ar.32.n. 70.Bellon.iun.conſ.2 n.66.* ut enim hæc onera perpetuo poſſint adimpleri, diſpoſitiua præſumitur uoluntas Teſtatoris etiã erga filios in conditione poſitos,*Ruſt.in tract.de lib. in cond.poſit.l.5.c.5.n.10.Sim.de Prat.de interpr.vlt.vol.lib.3. conſ.3.dub.2.ſolut.3.n.25.fol.302.Ciriac.contron.96.nu.71.*

C *Intri-*

Digitized by Google

Intrigliol. de ſubſt. cent. 3. q. 16. n. 144. Rota in Tiburtina fideicommiſſi 25. May 1646. §. & quando coram bon. mem. Arguelles, vbi allegantur concordan.
7 Quinta huic affinis habetur ex Codicillis, ibi, Ordina che ſempre, & in perpetuo, detti ſuoi heredi nominati in detto Teſtamenio ſiano obligati a tener il podere della ſoglia (de quo hodie agitur) al ſeruitio di S. A. S. d'Vrbino i ſuoi ſucceſſori della Caſa della Rouere, cioè nel paſſare che farà da quel luogo ſia detti ſuoi heredi ſeruito &c. Ex quibus verbis informantes pro reis conuentis admittunt ſuper hoc prædio conſtitutum eſſe particulare fideicommiſſum ad fauorē etiam nepotum Teſtatoris, & meritò, quia tractus ſucceſſiuus contēplatus in legatarijs, nēpè ſucceſſoribus Domus de Ruuere, quibus in tranſitu per hoc prædium eſt inſeruiendum, ineſſe videtur etiā perſonis, hoc eſt deſcendētibus Teſtatoris, à quibus præſtandū eſt dictis ſucceſſoribus ſeruitiū Peregr. de fideic. ar. 32. ſub n. 70. verſ. ſecundo ſublimita, cū alioquin voluntas Teſtatoris non poſſit adimpleri, vt per Cranet. conſ. 130. ſub n. 6. verſ. itaq. ut voluntas, Pariſ. conſ. 50. n. 22. & ſeqq. l. 2. Laderch. conſ. 169. n. 3. Surd. conſ. 96. n. 15. Coccin. deciſ. 493. n. 10. Rota in recent. deciſ. 315. n. 1. & 2 p. 1. non obſtante quod præceptum inſeruiendi directum ſit ad hæredes nominatos in teſtamento ibi, detti ſuoi heredi
8 nominati in detto teſtamento, quia propter verba perpetuitatis adiecta legatarijs, adhuc fideicommiſſum eſt perpetuum, Fuſar. verſ. 24. n. 65. & ſeqq. ubi allegat concordan.
9 Grauati itaq. fuerunt ad inſeruiendū legatarijs de Ruuere in tranſitu per hoc prædium etiam hæredum inſtitutorum filij; cumque eos teſtator nuncupauerit hæredes nominatos in teſtamento, in quo tamen ſolum in conditioni poſiti fuerant; ſequitur in neceſſarium antecedens, quod ipſam conditionem voluerit à principio habere vim diſpoſitiuæ nominationis Hier. Leo dec. Valent. 209. n. 43. ver rurſus lib. 2. quia alias non verificaretur, quod dicti filij eſſent hæredes nominati in teſtamento, neque hoc nomine eſſent grauati in Codicillis: & ipſum quoque grauamen præbet coniecturam teſtamentariæ vocationis poſitorū in cōditione, Ruin. cōſ. 139. n. 7. l. 3. Tob. Non. conſ. 31. n. 19. vbi quod hæc eſt magis communis opinio Decian. conſ. 44. n. 51. lib. 3. Gion. conſ. 79. n. 26. l. 1. Viu. dec. 262. n. 17. & 18. Barz. dec. 5. n. 6. & ſeq.
10 Sexta coniectura ſumitur à prohibitione alienationis extra familiā, nō reſtricta ad decēniū prout prohibitio diuiſionis immediatè præcedens, ſed indefinita per orationē independentem à priori, & ſub particulari verbo conceptam, ibi, ac etiam alienationem extra familiam prohibuit, quam coniecturam probant, Soccin. conſ. 25. n. 8. l. 1. Curt. iun. conſ. 43. n. 8. Decian. conſ. 41. n. 36. l. 1. Surd. cōſ. 539. n. 5. Hier. Leo dec. Valent. 209. n. 45. l. 2. Rota deciſ. 422. n. 5. par. 4. s. 2. recent.

Quare non applicantur deciſ. 387. Buratt & aliæ ex aduerſo allegatæ, in quibus aliquæ ex dictis coniecturis reijciūtur quia fortiores in caſu noſtro cōcurrūt: & eſto quod ſingulæ
11 nō prodeſſent ſimul iungendas eſſe monet in his terminis Hond. conſ. 54. n. 13. lib. 2. Rot. dec. 356. n. 11. dec. 422. n. 20. p. 4. t. 2. recen. dec. 330. n. 10. corā ſan. me. Greg. XV. & ſup. allegata Bonon. bonorū 26. Nou. 1638. § qua coniectura corā Rener. D. meo Decano, in Terrac. fideic. 14 Dec. 1643. § que cō
12 iectura corā R. P. D. meo Otthobono; Præſertim fauore deſcēdentiū Teſtatoris ad quorū vocationē inducendam leuiores coniecturæ ſufficiunt Corn. conſ. 97. n. 8. in fine l. 1. Surd. conſ. 344. n. 19. Rot. dec. 266. n. 6. p. 2. rec. dec. 422. n. 3. p. 4. t. 2. & in Auximana fideic. 22 Martij 1638. §. præſertim coram R. D. meo Decano.

Neq. hic cadit quæſtio, An Comes Iulius Cæſar dicatur vocatus dūtaxat ad portionem Petri Antonij patris, vel etiā
13 patruorū, quia cū omnes patrui prædeceſſerint Petro Antonio, iſq. vigore expreſſæ reciprocæ illis ſucceſſerit, iā non conſiderantur amplius portiones patruorū, ſed conſolidatas in perſona Petri Antonij, capit Comes Iulius Cæſar filius, vti portionem patris, Gabr. conſ. 115. n. 13. l. 1. Fuſar. cōſ. 144. n. 21. & ſeq. conſ. 145. n. 32. & ſeqq. Grat. diſcep. 351. nu. 12. & ſeqq. Rot. coram ſan. me. Gre. XV. deciſ. 337. n. 2. & ſeqq.
14 Nō obſtat quod teſtamentū Comitis Cæſaris, ex quo fideicōmiſsū educitur, ſit ipſo iure nullū, eò quod ille tunc eſſet filiusfamilias l. qui in poteſt. l. filiusfamil ff. teſt. Clar. in §. teſt. q. 18. Burat. dec. 639. n. 2. & 3. vbi quod hoc procedit etiā in peculio aduentitio, itaut nec cōualeſcat licet ſui iuris factus teſtator deceſſerit d. l. filiusfamil. in fin. inſtit. quib. nō eſt permiſſ. facer. teſtam. niſi durauerit in eadē volūtate l. 1. §. ſed ſi filiusfamil. verſ. videlicet ff. de leg. 3. quē textū intelligendū eſſe, non de ſimplici ducatione voluntatis, aut noua volūtate, ſed de iuſta, & ſolemni notat Picar. in d. §. 1. n. 97. verſ. ex noua inſt. quib. non eſt permiſſ. facere teſtam. in d. l. 1. §. ſed ſi filiusfamilias tradit Bart. n. 7. Caſtren. conſ. 93. n. 7. l. 1. Honded. conſ. 24. vbi quod requiritur præſentia ſeptē teſtium l. 1
15 Cū enim teſtator, patre defuncto, fecerit ſolemnes codicillos de anno 1591. in quibus omnia in teſtamento contēta in omnibus, & per omnia confirmauit, ſummario reſponſionis pro Com. Iulio Cæſare n. 1. Cōfirmatio hæc ſuffragatur, vel in vim ſolemnis durationis, ac declarationis voluntatis ſuſtinendi teſtamentū durante patria poteſtate, cōditū iuxta terminos text. in d. §. ſed ſi filiusfamil. Bart. ibid. n. 7. in fin. vbi quod ſi teſtator proferat verba diſpoſitiua confirmationis teſtamenti, teſtamentū prius confirmatur, quamuis coram quinq. teſtibus tatū emanauerint; quia agitur de teſtamento inter liberos, quod ſolemnitatē ſeptē teſtium non requirit, ſed duobus munitur l fin. C. famil. ercisc. Iaſ. in l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto n. 6. C. teſt. concl. 7. n. 1. & 7. Gom.
17 ad l. 3. Tauri n. 53. & 55. vbi addit quod diſpoſitio inter liberos corā duobus teſtibus non dicitur codicillus, ſed teſtamentū; & per conſequens, liberi ſuccedunt ex teſtamento Seraph. dec. 1302. n. 6. & in puncto cōfirmationis teſtamēti factæ à filiofamilias ſui iuris effecto in codicillis coram
18 quinque teſtibus, quod valeat tanquam nouum teſtamentū Caſtren. d. conſ. 93. n. 6. l. 1. Eo magis vt fideicommiſſum in teſtamento relictum debeatur; nam ad ſuſtinendum fideicommiſſum ſufficit quęcunque voluntas, vt in his terminis Picard. in d. §. 1. nu. 97. inſtit. quib. non eſt permiſſ. facer. teſt. Gomeſ. in l. 45. Tauri, ſub n. 41. circa med. verſ. ſecundo promiſſa, vbi ait, quod ſi quis in ſecundo teſtamento approbat primum, quod erat nullum, inducitur de nouo reſtitutio bonorum per fideicommiſſum ex text. in l. poſthumus §. ſi pagan. ff. in iuſt. rupt. irrit. teſtam. l. ſi quis priore ff. ad Trebell.
19 Vel in vim nouæ diſpoſitionis codicillaris, ac ſi primum teſtamentū eſſet pars ipſius codicilli, in quo confirmatur; operante huiuſmodi confirmatione explicitam repetitionem omnium in teſtamento diſpoſitorum l. 1. C. codicill. Natt. conſ. 483. n. 2. Cephal. conſ. 73. n. 25. & ſeq. Surd. conſ. 238. n. 9 & ſeq. aliq. relati ab Altograd. conſ. 78. n. 13. & ſeqq. & in puncto Caſtren. d. conſ. 93. n. 6. verſ. nam ſicut l. 1.

Cæterę exceptiones de valida alienatione huius prędij ex capite, aut æris alieni, aut detractionum, aut conſenſus à Comite Iulio Cæſare præſtiti, particulari dubio opportunè diſcutientur: cum hodiè ſtrictè quæſitum fuerit de vocatione dicti Comitis ad fideicommiſſum Aui.

Ad quod uocatū eſſe Rota cēſuit utraq. parte informāte.

R.P.D. Meltio Nucerina fideicommiſſi.
Veneris prima Iulij 1650.

ARGVMENTVM.

Agnationis conſeruatione neglecta, vocatio deſcendentium maſculorum complectitur maſculos ex fœminis: tranſmiſſioni fideicommiſſi quando ſit locus, & præſcriptionis refugium quando nullius ſit momenti.

SVMMARIVM.

1 *Verba clara non admittunt voluntatis quæſtionem.*
2 *Deſcendentium maſculorum nomine veniunt etiam maſculi ex fœmina quando non fuit contemplata agnatio; amplia n. 3.*
4 *Subſtitutio expreſſa excludit ius accreſcendi ex iudicio tacito teſtatoris proueniens.*
5 *Actio competens ex teſtamento tranſmittitur ad filios.*
6 *Fideicommiſſum facilius tranſmittitur, quam hereditas.*
7 *Tranſmiſsio inducitur ex coniecturis.*
8 *Fideicommiſſum aſcendentis que iure tranſmittatur.*
9 *Voluntas vbi eſt clara ceſſant interpretationes.*
10 *Præſcriptio hereditatis non inducitur niſi ſpatio 30. annor.*
11 *Præſcriptio interrumpitur per impetrationem commiſſionis cauſæ, etiam ſuper iactationibus.*
12 *Mala fides impedit currere præſcriptionem non cæptam,*

Digitized by Google

ceptam,& interrumpit ceptam.
13 *Mala fides inſurgit ex ſollicitudine conſcientiæ in obti-
nendo commiſſionem cauſæ ſuper iactationibus.*

DECISIO XVII.

IN Teſtamento ſub quo deceſſit Hieronyma inſtituti fuerũt
æqualiter hæredes Cecchus, & Ceccolinus eius filij legiti-
mi,& naturales, & Ceccho quandocumque decedenti ſub-
ſtituit Teſtatrix Ceccolinum, & eius filios deſcendentes
maſculos in ſtirpem,& in defectum maſculorum legitimo-
rum,ac ſpuriorum ſubſtituit filias fœminas;caſu autem quo
vterque ex dictis filijs decederet ſine prole ac deſcendenti-
bus tam maſculis,quàm fœminis vocauit proprias Teſtatri-
cis filias,ac earum deſcendentes prout ex Teſtamento rela-
to in Summ. illorum de Piſonibus *num.* 1 ſimiliter Cec-
chus, & ipſe teſtando inſtituit ſibi hæredem matrem, &
poſt eam Ceccolinum eius fratrem ſi viueret ſin minus e-
ius deſcendentes eo quia volebat bona ſua perpetuo in fa-
milia, & agnatione conſeruari, completa autem agnatione
vocauit filias fœminas, & illis deficientibus earum deſcen-
dentes maſculos. Defuncta primo loco Hieronyma,& poſt-
modum Ceccho filio, vtriuſque hæreditas conſolidata fuit
in perſona Ceccolini fratris qui cum obierit ſuperſtitibus
duabus filiabus fœminis, nempè Hieronyma à qua natus
fuit Bartholomæus Albericus, qui de præſenti omnia bona
occupat tanquam hæres ex Teſtamento Ceccolini, & Ca-
tharina à qua ortum habuerunt Marcus, Ioannes Felix, &
alij de Piſonibus Actores in præſenti iudicio; Iſti cum præ-
tenderent ſibi deberi immiſſionem in medietatem tàm hæ-
reditatis tam Hieronymæ eorum Proauiæ maternæ, quam
Cecchi Patruelis vigore fideicommiſſorum ab eis relictorũ
Dubitaui An conſtaret de dictis fideicommiſſis ad fauo-
rem illorum de Piſonibus, & ſub hac die fuit per DD. affir-
matiuè reſolutum.

Exiſtentia namque fideicommiſſi ad fauorẽm deſcendẽ-
tium maſculorum ex filiabus fœminis Ceccolini litteralis
viſa fuit in teſtamento præfatæ Hieronymæ, ibi, *Subſtituit
eidem Ceccolino filias fœminas ex eo per legitimum matri-
monium deſcendentes,& ſi dictus Ceccolinus decederet ſu-
perſtitibus ex eo deſcendentibus maſculis dictos deſcenden-
tes maſculos legitimos,& naturales vulgariter,& pupilla-
riter ſubſtituit,* Vnde cũ nõ cõuertatur quin dicti de Piſoni-
1 bus ſint maſculi deſcendentes ex Ceccolino eorum Auo ma
terno verba eorum vocationis ſunt clara, nullamque pro-
inde voluntatis quæſtionem admittunt *l.ille aut ille,& l.nõ
aliter,ff.de leg.3.l.continuus,§.cum ita.ff. de verb. obligat.
l.periculi.§.argento.ff.de aur.& argent.legat.*

Neq. viſũ fuit refragari quod quãuis præfati Marcus,&
Ioãnes Felix ſint maſculi ex quo nihilominus deſcendũt ex
fœmina nõ veniant ſub appellatione deſcendentium maſcu
2 lorum. Nam cũ vocatę ſint fœminæ,ſicq. non contemplata
fuerit agnatio nomine deſcendentium maſculorum veniũt
etiam maſculi ex fœmina *ad l. cognoſcere,& ibi gloſ. ff. de
verb ſignif. Pariſ.conſ.88.n.12.l.2.Fuſar.de ſubſt.q.325.n.3.*
3 *Rot.dec.89.n.16.p.6.recen.* idque procedit non ſolũ quando
primordialiter ſunt vocatæ fœminæ,& poſtea in cõditione,
vel diſpoſitioni poſiti ſunt filij,ſed etiam quando excluſa fę-
mina primordialiter vocati ſunt eius filij, & deſcendentes
maſculi *Bellon.iun.conſ.73.n.10.verſ.primo quia cũ teſtator
Mantic. de coniect. vlt. volunt.l.8.tit.11.n.8.verſ. ſimiliter
Ant.Faber.tit.de verb.ſignif.definit.1.Rot.in rec.dec.463.n.
4.cum ſeqq.p.1.deciſ.226 ſub n.3 p.2.coram ſan.mem.Greg.
XV.deciſ.38.n.3.& coram bon.mem.Duran.deciſ.254.n.3.*

Minuſq. refert quod cũ Catherina mater ad cuius fauo-
rẽ ipſa viuente purificatum fuit fideicõmiſſũ per prædeceſ-
ſum Ceccolini ſine filijs maſculis, eo nõ agnito deceſſerit,e-
xinde prætendatur illius portionẽ accreuiſſe Hieronymæ e-
ius ſorori, ac matri Bartholomæi, qui proinde illos de Piſo-
nibus excludere valeat: Nã omiſſo quod ex verbis teſtamẽti
conſtat deſcendentes maſculos fuiſſe expreſsè vocatos, quo
caſu negligentia matris in agnoſcẽdo fideicõmiſſo non po-
tuit præiudicare filijs in iure eis quæſito ex propria,& expli-
4 cita eorũ vocatione,& expreſſa ſubſtitutio facta de deſcen-
dentibus maſculis tanquã potentior excludit ius accreſcen-
di, quod deducitur ex tacito Teſtatoris iudicio *l.2.§.ſi duo
ff.de bon.poſſeſſ.ſecund.tabul. Authent.hoc amplius de fideic.
l.vno §.in primo,& §.pro ſecundo,& §.ſin autem ſub condi-
tione,verſ.quod in medio.C.de caduc.tollen. l. vlt. in princ.
cũ gloſ.de vulg.& pupill.ſubſt.* adhuc quatenus opus eſſe ha-
beret locũ tranſmiſſio,nã actio illa ex Teſtamẽto,quæ puri-
5 ficata ſubſtitutione cõpetebat Catharinæ pro conſecutione
bonorum in fideicommiſſo cõpræhenſorũ tranſmitti potuit
in eius filios *l.in Teſtat.ff.de cond.& demõſt l. apud Iulian.
§.vtrũ & l.cogi.§.Mecian ff.ad Trebell.vbi latè Iaſ.Rip.in
l.hæredes mei. § cum ita ff.eod.tit.Rot.in Bonon. fideicõmiſſi
de Boatter.17.Febr.1642.coram bon.me.Merlino,Pereg.de
fideic.ar.31.n.3.& 4.* vbi quod fideicõmiſſum facilius tran-
6 ſmittitur quàm hæreditas ex ea ratione quod hæres an-
te aditam hæreditatem nullum ius quæſitum habet tran-
ſmiſſibile in aliũ fideicommiſſario autẽ ſtatim ac fuit puri-
ficatum fideicommiſſũ cõpetit officium Iudicis nobile quo
hæres adire compellitur, & actio ex Teſtamẽto qua eãdem
hęreditatem compellitur reſtituere,quę actiones de earum
natura ſunt ad heredes deducibiles, vt benè etiam firmauit
*Rot.diuerſ.dec.282.n.20.p.1.Fuſ.de ſubſt.q.487.n.1.cũ ſeqq.
Cephal.conſ.132 n.7.& 8.l.1 verſ.ipſi enim* qui de magis cõ-
muni teſtatur tam in fideicommiſſo puro quã in purificato
per euentum conditionis quod facilius procedit nõ ſolum
7 quãdo prout hìc cõcurrunt pro trãſmiſſione plures conie-
cturæ, quæ ſolę etiam ad illam inducendã ſufficiunt *Rot.co-
ram Greg.XV.dec.551.n.6.& 7.& in Bonon.fideic.de For-*
8 *nazar.1.April.præteriti coram R.P.D.meo Veroſpio;* Verũ
etiam quando vt in propoſito caſu agitur de fideicommiſſo
aſcendentis, quod tranſmittitur ſi non iure ſuitatis ex quo
mulier non dicitur habere ſuos hæredes ex defectu patriæ
poteſtatis ſaltẽ ex iure,& potẽtia sãguinis *ad tex.in l. vnic.
C.de his qui ante apert.tab.Cyn.in l.2 n.3.C.ad S.Conſult.
Orfic.Natt.conſ.656.n.4.Neguſ.q.480.n.4.& 5.Cancer var.
reſol.l.3.c.21.n.6.& 7.Maron.deciſ.Florent.104.n.6.*

Quo vero ad Teſtamẽtũ Cecchi clarior in eo legitur vo-
catio maſculorum ex fœminis,ibi, *completa agnatione ſub-
ſtituit eidem Ceccolino filias fœminas legitimas,& natura-
les,& poſt earum mortem maſculos ex eis deſcendentes* ex
9 quibus cũ clarè conſtet de expreſſa Teſtatoris voluntate ceſ
ſare debent omnes interpretationes,quæ tantũ locũ habent
in dubia diſpoſitione *Bald cõſ.174.in fin.l.2.Soccin.iun.cõſ.
96.n.34.in fin.verſ.nouiſſimè l.1.Rot.corã Bura.dec.101.n.8*

Non obſtat obiecta præſcriptio: Nã illa incipere non po-
tuit niſi à die mortis Ceccolini ſecutæ de anno 1623. per
quam apertũ fuit fideicommiſſum ad fauorem eius filiorũ
10 ſcilicet Hieronymæ,& Catharinæ, à dicto autem tempore
non effluxerunt 30. anni prout requiritur in præſcriptione
hæreditatis *Menoch.conſ.47.n.12.& ſeqq.Pereqr.de fideic.*
11 *ar.1.n.14.Fuſar.de ſubſt.q.528.n.9.* Præterea dictam præ-
ſcriptionem ipſemet Bartholomæus ſibi interrupit dum im-
petrauit commiſſionem in remedio *leg.diffamari.* ex dicta
namq. commiſsione apparet eius animum fluctuaſſe circa
titulum poſſidẽdi cùm fortaſse dubitare potuerit quod pro
iniuſto haberetur,& hoc ſufficit vt ex tali timore vulnerata
dicatur eius conſcientia, ac ipſe conſtitutus fuerit in mala
12 fide, quæ præſcriptionem non ceptam impedit currere, &
iam cœptam interrumpit *ad text.in c.final.de præſcr.Bald.
in l.2.n.7.C.de ſeruit.& aqu.Riminald.iun.conſ.205.n.26.*
13 *Put.dec.285.nu.1.p.3.* & in terminis quod mala fides inſur-
gat ex ſollicitudine cõſcientiæ in cõmittendo,nempè cauſã
ſuper iactationibus fuit reſolutum *per Rot.dec.57.n.25. ver.
ſed plura vſq. ad 29.& dec.94.ſub n.19.cum ſeqq.p.7.rec.*

Et ita informantibus illis de Piſonibus tantum altera ta-
men Parte ſepiùs citata,& expectata;ſed ſemper informare
recuſante &c.

R.P.D. Bichio Bononien. Legati vſusfructus.
Lunæ 5. Decembris 1650.

ARGVMENTVM.

Legatario ante teſtatorem obeunte,euaneſcere legatum,
niſi modificationibus hìc allatis ſit locus deciditur; ſub-
ſtitutionis vulgaris diſcrimen à fideicommiſſaria affer-
tur,& quando hæres non teneatur de euictione rei le-
gatæ,oſtenditur.

SVMMARIVM.

1 *Legatum fit caducum per prædeceſſum legatarij ante teſtatorem: de ratione n. 2. 3. Limita n. 4. Declara n. 5. 6. Sublimita n. 7.*
2 *Inſtitutio hæredis pro eius validitate requirit ſuperuiuentiam ipſius.*
3 *Legatum, & ſi purum non tranſmittitur ad hæredes.*
5 *Subſtitutio vulgaris purificatur ſiuè primus uocatus nolit, ſiuè non poſſit eſſe hæres.*
6 *Fideicommiſſaria ſubſtitutio ſupponit emolumentum primo uocato fuiſſe quaſitum.*
8 *Per vulgarem ſubſtitutionem ſucceditur teſtatori, non primo vocato.*
9 *Finis dicit priuationem, ſeu deſinentiam rei iam quæſita.*
10 *Compendioſa eſt ſubſtitutio, ſi facta ſit ſub cõmemoratione mortis. Amplia n. 11. continet vulgarem, n. 12. Amplia n. 13.*
13 *Subſtitutio vulgaris poteſt fieri in legatis: & purificatur per prædeceſſum primi legatarij, n. 14.*
15 *Subſtitutus ſi ex voluntate teſtatoris debet admitti primo vocato ſuperuiuente, magis debet admitti ſi primo vocatus prædeceſſit teſtatori.*
16 *A teſtatore quando ſit neceſſarium, vt primo vocatus ſit rogatus proprio nomine expreſſo reſtituere alteri hæreditatem.*
17 *Verbum* acccreſcat *non ſupponit præuiam acquiſitionem.*
18 *Finiri dicitur ne dum quod incepit, ſed etiam quod incipere potuit, & n. 19.*
20 *De euictione legati in ſpecie non tenentur hæredes legantis; maximè, vt n. 21. 22.*
23 *Obligatio erronea corruit, & redditur inefficax.*
24 *Clauſula* niſi prout de iure *quid operetur.*
25 *Excuſſio debet fieri, quando quis promiſit in caſu, quo alius integrè non ſatisfaceret.*

DECISIO XVIII.

PEndente in vim antiqui fideicommiſſi euictione prædij
nuncupati de Lungaria cuius vſumfructum Sebaſtianus
de Palmerijs legauerat Ludouico, & fratribus de Sauigna-
nis, per hæc verba, *Laſcia al Sig. Ludouico Sauignano &c.
l'vſufrutto pieno, & intero degl'infraſcritti beni &c. e detto Sig. Teſtatore laſcia l'vſufrutto prima durante la vita
naturale del detto Sig. Ludouico, e morto detto Sig. Ludouico eſſo Sig. Teſtatore vole, e dichiara, che detto vſufrutto intiero s'accreſca nell'infraſcritto modo à tutti gl'altri
fratelli di detto Sig. Ludouico &c. e finito detto vſufrutto
per la morte di detti vſufruttuarij &c. tutti li ſudetti beni
&c. ſpettino à gl'infraſcritti heredi d'eſſo Sig. Teſtatore.*

Petrus Sauignanus d. Ludouici poſt conditum teſtamentum, ſed viuente adhuc Teſtatore defuncti frater, egit
tanquam legatarius pro liberatione à moleſtijs, & omnium
damnorum refectione contra Achillem, & Æmilium de
Palmerijs Sebaſtiani teſtatoris hæredes, & ſententiam fauorabilem reportauit. Quapropter Palmerij litem in ſe
ſuſceperunt, ac Petro indemnitatem promiſerunt per publicum inſtrumentum obligatione Camerali vallatum inſerta tamen proteſtatione in principio, medio, & fine ſemper habenda pro repetita, quod per huiuſmodi litis ſuſceptionem nullo modo dicta ſententia cenſeatur integraliter
approbata, nec obligatio, niſi prout de iure facta intelligatur. Ceſſerunt ſucceſſiuè eidem Petro pro ſua indemnitate iura contra Eliſabeth de Cenolis cum qua mediante
decreto Domini Vicelegati Bononiæ ille concordauit, vt
ſibi ſolueret libras 3000. & ad alias annuas libras 150. quæ
pro integra refectione damni paſſi ob euictionem vſusfructus legati deberi prætendebat condemnari obtinuit eoſdem Palmerios, quibus inſtantibus commiſſa mihi cauſa
appellationis, dubitaui hodie an dicto Sauignano competat actio contra Palmerios per conſequendis libris 150.
annuatim.

Eamque non competere informantes pro Palmerijs du-
1 plici ratione ſuadere curarunt. Primò, quia ob prædeceſſum Ludouici primi legatarij ante mortem teſtatoris legatum effectum fuiſſet caducum vel quaſi, ideòque non ad
alios legatarios, ſed ad Palmerios hæredes vniuerſales pleno iure bona legata ſpectarent non ſecus, ac ſpectat hæreditas ad hæredes ab inteſtato ſi hæres inſtitutus à ſuo teſtatore
decedat, vt ex text. in l. vnica §. & cum triplici, & §. pro ſecundo C. de cadu. tollen. vtrumque caſum æquiparat, Caſtr.
in l. ſi inter virum num 3. propè fin. & in l. quod pariter n. 4.
ff. de reb. dub. quem ſequitur Socin. ſen. in l. ſed & in illo
num. 2. verſic. tertiò noto, & num. 3. verſic. quartò noto ff.
2 eod. ea ratione, quia vtrobique eadem militat ratio, cum
tam ad validitatem, & confirmationem legati neceſſaria ſit
ſuper exiſtentia legatarij, quam ad validitatem, & confirmationem inſtitutionis opus eſt ſuperuiuentia hæredis, qui
adire poſſit ſic etiam Couarru. variar. reſolut. lib. 2. cap. 7.
num. 7. uerſic. tertiò principaliter, & num. 8. uerſic. quartò
deducitur, Boſſ. conſ. 80. num. 16. & ſeqq. Mantic. de coniectur. lib. 5. tit. 9. num. 12. & 13. Oſaſch. deciſ. 108 num. 5.
3 & ſeqq. qui omnes addunt legatum ad hæredes legatarij nõ
tranſmitti quamuis purum eſſet, vt voluit quoque Surd.
conſ. 463. num. 7. Cyriac. controu. 352. num. 11.

4 Et quamuis concluſio hæc limitetur, quando legatario
fuit datus ſubſtitutus; tunc enim voluntate teſtatoris ob
prædeceſſum legatarij purificatur ſubſtitutio, & ipſe ſubſtitutus admittitur, vt probatur ex dicta l. vnica §. uerſ. ſed &
ipſis, & § pro ſecundo, verſ. niſi Cod. de cadu. tollen. ac tradit Bald. conſ. 408 num. 1. lib. 2. conſ. 441. num. 1. lib. 4. conſ.
170. num. 3. lib. 5. Pariſ. conſ. 62. num. 10. & ſeqq. conſ. 64.
num. 15. lib. 2. Socin. iun. conſ. 42. num. 12. lib. 1.

5 Limitatio iſta cum intelligenda ſit de ſubſtituto per vulgarem, ſecus verò ſi per fideicommiſſariam, & ratio diuerſitatis eſt, quia prædeceſſus legatarij efficiens vt ille legatũ
acceptare non poſſit ſternit viam ſubſtitutioni vulgari, quæ
purificatur æquè ſiuè primo vocatus nolit, ſiuè non poſſit
ex quacunque cauſa, vt notat Bart. in l. 1. num. 13. ff. vulgar. Bald. in l. humanitatis num. 33 Cod. de impub. & alijs
ſubſt. Aym. conſ. 283. col. 2. uerſic. ſed in caſu, Surd. conſ.
347. num. 16. & deciſ. 37 num 10. & ſeqq. Pen. deciſ. 465.
6 num. 1. & ſeqq. Claudit verò fideicommiſſariæ, quæ ſupponit emolumentum fuiſſe primo vocato quæſitum, Natt.
conſ. 776. num. 28. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 237 num. 10. &
15. ubi allegat concordantes.

7 Non applicatur, quando ex verbis teſtatoris colligitur,
noluiſſe teſtatorem ſubſtitutos ſuccedere, niſi per fideicommiſſariam, & poſt acquiſitum legatum primo legatario,
quod vulgari repugnat, l. poſt aditam Cod. de impub. & alijs
ſubſt. Surd. conſ. 250. num. 38. & in terminis Alex. conſ. 1.
ſub num. 15. lib. 1. Natt. d. conſ. 776. num. 27. Hond. d. conſ.
48. num. 38. lib 2. Fuſar. conſ. 122. num. 15 Gabr. conſ. 95.
8 num. 1. lib. 1. Qui videtur caſus noſter ponderando, tum
quod ſubſtitutio facta fuit primo legatario, ergo poſtquam
ille acquiſiuiſſet, quia per vulgarem ſucceditur teſtatori, non
primo vocato, Bart. in l. 1. num. 38 ff. vulg. & pupill. Odd.
conſ. 68. num. 4. Fuſar. de ſubſt quæſt. 22. num. 1. & in terminis Alex. Natt. & alij mox allegati. Tum ſequentia verba,
ibi, *detto vſufrutto accreſca agli altri*, & infra ibi, *e finito
detto vſufrutto per la morte di detto vſufruttuario &c.* quæ
verificari non poſſunt in primo vſufructuario niſi poſtquã
9 vſumfructum acquiſiuerit, cum finis dicat priuationem,
ſeu deſinentiam rei iam quæſitæ, & deſinere non dicatur,
quod nuſquam incepit, vt in puncto legati vſusfructus eſt
tex. expreſſus in l. Titio uſuſfructus 96. ibi deſiiſſe non videtur, qui non incepit ff. de condit. & demonſtr. l. Sempronius 26. verſ. & ideo ff. uſu, & uſufruct. leg. l. non uidetur rẽ
amittere, l. non poteſt uideri ff. de reg. iur. Rolan. conſ. 57 n.
55. in fin. & n. 56. conſ. 58 num. 16. & ſeqq. lib. 3. Fuſar. conſ.
72 n. 11. & de ſubſt. quæſt. 251. n. 12. & 13.

10 Verùm hoc motiuum pleriqueex DD. reiecerunt animaduertentes nos verſari in ſubſtitutione facta ſub commemoratione mortis, ibi, *e morto detto Sig. Ludouico &c.*
quæ cum ſit compendioſa, vt notant omnes in l. centurio
ff. uulgar. & in l. precibus C. imp. & alijs ſubſt. Surd. conſ.
31. n. 1. & Dec. conſ. 333. n. 12. quamuis non fuerit adiectum
11 verbum quandocumque, vt l. in c. ſi pater uerb. abſq. deductione de teſtam. in 6. Alex. in d. l. centurio num. 27. Rota
12 deciſ. 656. num 2. part. 4. recen. continet etiam vulgarem,
vel tacitam, vel vt alij dicunt expreſſam verbis generalibus, Bart. in dicta l. centurio num. 32. Caſtren. in l. quamdiu

la

Digitized by Google

la 3.num.7.ff.aciqur.hared.Soccin.ſen.conſ.140.ſub nu.5.lib.1.
13 *Dec.conſ.416.n.6.*non obſtante quod facta ſit legato,nam
& in legatis vulgarem ſubſtitutionem fieri poſſe certum
eſt,*l.vnica,§.ſin autem aliquis,C.cadut.ſollen.l.ſi legatu 6.Cod.*
legat. l. vt heredib. 51. ff.legat.2.Peregrin.de fideicommiſſ.art.
14 *34. n.7. & 19.* eaque purificata fuit ob prædeceſſum pri-
mi legatarij, vt in puncto *Bellon. iun. conſil. 6. n. 1.& 4.&*
*ſeq.& ſub n.11.verſ.neque obſtant,*vbi reſpondendo contra-
rijs ait, quod dicto caſu ſubſtitutus vulgaris admittitur ſi
ſubſtitutio facta fuit ſimpliciter ſecus verò ſi ſub condi-
tione ſi primò vocatus deceſſerit ſine filijs,& ille cum fi-
lijs deceſſit non agnitio legato, quia tunc ſubſtitutio cen-
ſetur facta ſub duplici conditione ſi nempe primus non a-
gnouerit,& pręterea ſi deceſſerit ſine filijs *Fuſar.conſ.122.*
n.6.circ.fin. vbi quod Alexan. & alijs citati pro contraria o-
pinione loquuntur in caſu valde diuerſo *Surd. latiſſimè de-*
*ciſ.37.n.10.& ſeq.vbi ſignanter n.29.*ponderat quod ſi teſta-
15 tor voluit ſubſtitutum admitti primo vocato ſuperui-
uente, & ſuccedente ipſi teſtatori, quanto magis videbi-
tur voluiſſe ſubſtituere vbi morte præuentus non potuit
ſuccedere,quod prius ponderauerat *Dec.conſ.227.ſub n.12.*
*verſ.& in caſu,Soccin.iun.conſ.106.ſub n.20.*cum alijs relatis
à *Modern. Lucano conſ.45.n.83.& ſeq.*& fuit dictum *in Sa-*
bin.ſeu Farſen.fideicomm.14.Maij 1640.verſ.& præſumendum
coram me.

16 Neque contrarium teſtatoris voluntatem arguunt ex
aduerſo ponderata nullibi enim legitur ſubſtitutio facta
primo legatario,ſed indefinitè poſt eius morte,ibi,*e morto*
detto Sig.Lodouico.& ad effectum excludendi ex hoc capite
vulgarem ſubſtitutionem oportet, quod teſtator rogaue-
rit primo vocatum eius proprio nomine expreſſo,vt lega-
tum,ſeu hæreditatem alteri reſtituat,*Anton.de Amal.de re-*
ſolut. 40. n. 13. Peregrin.de fideicommiſſ.art.15.ſub n.26.verſ.
notabilis eſt,Rota deciſ.403.n.7.& ſeq.p. 2.recentior. & in di-
cta Sabinen. ſeu Farſen. fideicommiſſ. 2.Martij 1640.§.neque
coram me in Rauennaten. Bonorum 1. Februarij 1641. §. quo
ſanè.coram R.P.D.meo Borrado.

17 Verbum *accreſcat* non ſupponit præuiam acquiſitionem
in primo vocato,vt per *Bellon.de iure accreſc.c.5.q.43.n.33.*
alia verba finito vſufructu,non ſunt appoſita particulari-
ter reſpectu perſonæ Ludouici primo vocati, ſed genera-
liter reſpectu omnium ſubſtitutorum ad deſignandum
caſum quo vſusfructus cum proprietate penès hęredes in-
ſtitutos exiſtente conſolidari debeat, ideoque non exclu-
dunt vulgarem inter ipſos ſubſtitutos, vt in proximis ter-
minis aduertit *Rota in dicta Sabinen.ſeu Farſen.fideicommiſſi*
2.Martij 1640.§.ante penult.verſ.tum tertio,coram me, & ſa-
tis eſt quod in aliquo ex ſubſtitutis vſusfructus potuerit
18 incipere de iure,vel de facto, quia finiri,ſeu deſinere di-
citur nedum quod incipit, ſed etiam quod incidere potuit
*tex.eſt expreſſus in l.omnes,*ibi,*deſinere pertinere vſum fructum*
accipiemus.& ſi nec coperit pertinere,ff.de vſufruct.quemadmo-
19 *dum caueat*; Licet ſecus ſit ſecluſa etiam potentia inci-
piendi in quibus terminis loquuntur *textus in l. Titia vſuſ-*
fructus 95.ff.cond.& demonſtr, alijq; ex aduerſo allegati. quos
conditam l.omnes ita diſtinguendo conciliat,ibi gl.verb. quod nec
coperit Anton. Faber. ration.l.7.tit.9.f.744.ad §.deſinere col.2.
in princ.

Ex alio autem fundamento Rota cenſuit Sauignano
non competere actionem pro conſecutione annuarum li-
brarum 150.quia nimirum petuntur occaſione euictionis
20 ſecutæ in vno ex prædijs legatis,ad quam hæredes legan-
tis non tenentur pro certis bonis in ſpecie legatis quicquid
ſit in legato generis *l.ſi à ſubſtituto 47.§.1.l.ſi domus 74 §.2*
ff.legat. 1. l. cum pater 74.§.euictis,ff.de legat.2.Riminal.iun.
conſ. 823. n. 24. Peregrin.conſ.29.n.1.lib.4.Menoch.præſumpt.
*118.n.4.lib.3.Cancer.variar.reſol.par.3.cap.4.n.27,*præſertim
21 quia veriſimiliter noſter teſtator ignorauit prædium le-
gatum eſſe alienum, & fideicommiſſo ſuppoſitum cum
illud tanquam liberum acquiſiuiſſet,& poſſederit *Bart.in*
d. l. ſi domus, §. de euiction. n.3.verſ.quartum membrum,Me-
noch. præſump.116. n.4. lib.1.Cartar.deciſ.133.n.11.Manent.
deciſ.13.n.15.

22 Nec releuat, quod legatum factum fuerit coniunctæ
perſonæ, quando vt hic hæredes ſunt teſtatori magis con-
iuncti,tunc enim non pręſumitur,quod illos teſtator vol-
uerit teneri de euictione ad fauorem legatarij minus, cō-
iuncti,vt notat *Duren.de arte teſtan.tit. de legat.cautel.32.n.*
3.inter tractus. diuerſ. tom.8.p.1.fol.131.Borg-in.de vſufruct.
n.123. alijque relati à Modern.Piſtor.de euiction quæſt.63.nu.
25. vltra quod non conſtat legatarium eſſe coniunctum
teſtatori.

23 Atque hinc ſupramemorata obligatio hæredum de con-
ſeruando legatarium indemnem cum ſuppoſito, quod de
euictione tenerentur inefficax redditur ex capite erroris
l. cum putarent. ff. famil. erciſc.Ruin.in terminis aſſignationis
legati conſ. 29. n. 8.ad fin.li.2.Dec.conſ.600.per tot Rota deciſ.
373.n.4.11.& 12.coram Reuerendiſſ.Vrgellen. & in Bononien.
nullitatis concordia 12. Iunij 1645. coram R.P. D. meo Cerro.
Maxime quia non emanauit ſpontè, ſed in vim præceden-
tis decreti iuxta prædicta iniuſti cum expreſſa proteſta-
24 tione illud non approbandi, & quod plus eſt non obli-
gandi ſe, *niſi prout de iure,* quod efficit obligationem con-
ditionalem, itaut euaneſcat quatenus hæredes ad id de iu-
re non tenerentur *Matth.Brun.conſ.17. ſub num.7.Surd.conſ.*
379. num. 34. Barboſ. clauſ. 115. num. 12.Seraph.deciſ.530.
num.5.

25 Præter quod cum inter Palmeriam, & Sauignagum
conuentum fuerit, quod iſte contra eos non poſſit habere
regreſſum niſi quando non potuiſſet integrè ſatisfieri ab
Eliſabet nullatenus competit actio contra Palmerios do-
nec de diligentijs contra Eliſabet eiuſque bonorum diſ-
cuſſione doceatur *l. fin. in princip. ff. ſi cert.pet.Surd.conſ.3.*
n. 32. Burat. deciſ. 401. n. 15. & fuit dictum *in Cremen. ſeu*
Ianuen. pecuniaria 1. Iulij 1648. §. nec dicatur,coram R.P.D.
meo Rojas.

Et ita deciſum cauſa bis propoſita vna tantum parte
informante,alia tamen citata pluries,ac diu expectata.

R. P. D. Melzio Ceſarauguſtana Decimarum.
Lunæ 12. Decembris 1650.

ARGVMENTVM.

In cauſa decimarum qualiter procedatur: & earum exemptio ſicuti odioſa reputatur, ita ad hoc, vt inducta, & conceſſa dicatur, multa de quibus in hac deciſione requiruntur.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium eſt à iure regulandum: aliquid remittit de rigore iuris n. 2. non tribuit facultatem recedendi, à iuris diſpoſitione n. 3.*
4 *Pro decimis competit via executiua.*
Appellatio non datur à decretis condemnantibus ad ſolutionem decimarum, & n. 7.
5 *Appellationis commiſſio in cauſa decimarum quomodo detur.*
6 *Manutentio datur ei, qui eſt in poſſeſſione exigendi decimas.*
8 *Poſſeſſor priuari non debet iure ei competente lite pendente.*
9 *Exceptiones non claræ, & requirentes diſcuſſionem remittuntur ad petitorium: neque retardant manutentionem poſſeſſori, n. 10.*
11 *Poſſeſſio releuat, etiam ſi ſint contra iuris præſumptionem, immo contra ipſum ius, ſi ſit temporis conſiderabilis, velutè decennalis.*
12 *Decimarum ſpiritualium exemptio non comprehenditur ſub generalitate verborum: & non conceditur, niſi cum maxima difficultate, n. 18. ac eſt materia valdè odioſa, n. 19.*
13 *Priuilegium exemptionis decimarum eſt ſtrictè intelligendum.*
14 *Ad decimarum ſolutionem tenentur donati vxorati commorantes in proprijs domibus, & oblati Religionis Hieroſolymitanæ.*
15 *C. nuper de decim. requirit ſpecificatam derogationem.*
16 *De defectu voluntatis Papæ concedentis dari poteſt ſi conceſſione non adſit ſpecifica derogatio, quæ fieri debebat.*
17 *Decimarum exemptio qualiter competat Equitibus Hieroſolymitanis.*
20 *Rot. in Cæſar Auguſt. decimar.*
21 *Decimæ ſpirituales ſoluuntur ratione bonorum patrimonialium.*

DECISIO XIX.

COmmiſſa mihi hac cauſa in gradu appellationis cum
clauſula, Non retardata ſolutione arbitrio Rotæ,
1 propoſui dubium, An intraret arbitrinm ad effectum ſu-
perſedendi in ſolutione Decimarum, de quibus agitur,&
Domini illud non intrare cenſuerunt. Nam arbitrium à
iure regulandum eſt iuxta doctrinam Bart. in extrauag. ad
reprimen. ver. indebit. n. 8. Caſ. de Graſſ. deciſ. 7. n. 6. in fin. & nn.
ſeq. & deciſ. 8. n. 2. de re iud. Rot. in recent. deciſ. 365. n. 1. part. 1.
deciſ. 698. n. 1. part. 2. deciſ. 550. n. 1. & deciſ. 264. n. 1 part. 7. &
2 ſæpiſſimè in alijs, & licet arbitrium ſoleat aliquid remittere
de rigore Iuris Creſc. deciſ. 4. n. 3. de teſt. Seraph. deciſ. 1114. n.
3 1. non tamen tribuit facultatem recedendi ab illius diſpo-
4 ſitione Rot. dec. 312. n. 1. p. 4. rec. vnde cum agatur de deci-
mis pro quibus competit via executiua, atque à decretis
ad earum ſolutionem condemnantibus non admittatur
appellatio ſuſpenſiua, ad tex. in c. ex multiplici. & c. tua nobis
de decimis. Paſet. in prax. Epiſc. par. 2. c. 4. tit. de decim. n. 59. Io:
Franc. Leo in Theſ. for. Eccleſ. p. 2. c. 27. nn. 42. Scac. de appell. q.
17. limit. 18. n. 1. cum plur. alijs relatis per modern. Mediolan.
de decim. c. 8. n. 58. qui declarat etiam commiſſionem appel-
lationis in cauſa decimarum dari cum clauſula ſine retar-
5 datione ſolutionis, nam pendente etiam lite illæ ſunt ſol-
uendæ, vt teſtatur Marcheſan. de commiſſ. appell. à cauſ. deci-
marum §. 1. n. 43. & ſeq. n. 62. Ideo arbitrium intrare non po-
teſt pro retardanda executione ſolutionis, maximè ſtante
6 poſſeſſione Archiepiſcopi illas exigendi, qui in ea eſt ma-
nutenendus ex vulg. §. retinendæ inſtit. de inter. & in terminis
decimarum Rota deciſ. 402. n. 2. part. 2. rec. & fuit reſolutum
in Carpentoraten. decimarum 4. Iulij 1618. coram bon. mem.
Manzanedo. & in Hiſpalen. decim. 27. Iunij 1644. coram R. P.
D. meo Corrado, & in alia Hiſpalen. decim. de Baraona 12.
Ianuarij 1646. coram R. P. D. meo Cerro, nec non in alia ſimili
15. Februarij 1647. coram me, & coram R. P. D. meo Bichio die
25. Iunij 1649. Tolet. decim. 21. Iunij 1649. coram R. P. D. meo
Otthobono, & in alia Toletana decim. 28. Ianuarij præteriti co-
7 ram R. P. D. meo Roias, & præſertim quod non detur appel-
latio ſine retardatione ſolutionis decimarum quando illas
petens eſt in poſſeſſione exigendi tradit Gemeſ. in prax.
vtriuſq. Signat. n. 86. prout in puncto quod in his terminis
non intret arbitrium firmauit. Roi. deciſ. 211. n. 1. & ſeq. in-
8 ter impreſſ. apud Modern. de manuten. vbi aſſignatur ratio,
quæ eſt, vt neque de iure, neque de æquitate poſſeſſor pri-
uari debeat iure ei competente pendente lite gloſ. in c. 1. in
verbo deferre, vbi Abb. n. 4. vt lit. pend. Dec. conſ. 92. n. 1. Put.
dec. 497. n. 1. l. 2.

9 Non obſtant priuilegia S. Relig. Hieroſolymitanæ circa
exemptionem à ſolutione decimarum, quia illa impedire
nequeunt, vt Archiepiſcopus poſſeſſor in ſuam poſſeſſio-
nem continuando exigere poſſit à Debitoribus, dum non
ſunt clara, ſed aliquam requirunt diſcuſſionem, quæ pro-
inde remittenda ſunt ad petitorium Rota apud Modern. de
manuten. deciſ. 157. n. 5. & d. deciſ. 211. n. 5. & ſeq. ac in alijs
omnibus deciſionibus ſupra relatis, & ſignanter in Hiſpal. de-
cim. coram R. P. D. meo Corrado ſub §. Quia ſunt cum ſeq. &
Hiſpalen. decim. de Baraona coram R. P. D. meo Cerro, §. Nec
releuat cum ſeq. quæ loquitur in terminis priuilegiorum
10 Sacræ Relig. Hieroſolymitanæ, & interim vt retardari
non poſſit manutentio poſſeſſori donec, & quouſque illa
plenius fuerint diſcuſſa firmauit Rota in d. Hiſpalen. decim.
25. Februarij 1647. ſub §. Vnde. & in eadem 19. Iunij 1648. §.
Non obſtat coram me. poſſeſſio enim releuat, ac ſuum parit
effectum quotieſcunque eſt temporis conſiderabilis, vt in
iſto caſu etiam ſi eſſet nedum contra præſumptionem Iu-
ris, ſed etiam contra ius, quæ quidem Archiepiſcopi poſ-
ſeſſio per longum tempus probatur ex depoſitionibus
11 duorum teſtium, quæ dantur in eius Sum. num. 2. Imò ad
iſtum effectum declarat Mareſcott. var. reſ. lib. 1. cap. 11. num.
55. ſufficere poſſeſſionem decennalem Cancer. var. reſolut.
p. 3. cap. 14. n. 45. Rota in cauſa Mediolanen. nominis Capituli
10. Martij 1649. §. Quia reſpondetur coram me. & in Bona-
uentura emphiteuſis 1. Iulij præteriti §. Adeo quod coram R. P.
D. meo Bichio.

Quod autem dicta Priuilegia ſint valdè dubia patet,
Nam illud Sixti V. continet quidem communicationem
Priuilegiorum in genere, quod propterea non recipit ex-
tenſionem, vt compræhendere valeat exemptionem à ſo-
12 lutionem decimarum ſpiritualium, quæ tanquam exor-
bitans à iure communi, ac Tertio præiudicialis ſub gene-
ralitate verborum compræhendi non poterat, ſed ſpeciali
nota digna erat Tamburin. de iure Abb. tit. 1. diſp. 15. q. 18. nu.
34. & ſeq. Card. Caual. deciſ. 247. n. 10. verſ. Tandem Rota in
rec. deciſ. 215. n. 5. p. 2. deciſ. 40. n. 8. par. 4. & deciſ. 30. n. 5. ead.
par. 4. rec. tom. 2. & coram Coccino deciſ. 279. n. 3. vbi in his
præciſis terminis dicitur, quod in communicatione Priui-
legiorum ea non veniunt, quæ de facili concedi non ſo-
lent niſi de eis fiat ſpecialis mentio.

Minus applicatur Conſtit. 9 Pij IV. ſub §. 63. per quam
conceditur omnibus dependentibus ab Hoſpitale Hiero-
ſolymitano exemptio decimarum, ac aliorum onerum
collectarum, atque contributionum; Quia illa loquitur
tantum de Fratribus dictis Hoſpitalis, de Donatis, ac Ser-
uitoribus illius nec non de Vaſſallis, atque Colonis inſer-
uientibus, in Prioratibus, Bainliuatibus, Commendis, Do-
mibus, membris, aut alijs Prædijs, ſiue Grangijs, non au-
tem de iſtis Donatis Confratribus Hieroſolymitanis, qui
Confraternitatem erexerunt ſub inuocatione SS. Ioannis,
& Georgij in Eccleſia B. Mariæ del Temple Ciuitatis Cæ-
ſar auguſtanæ, qui in nihilo Religioni inſeruiunt, ſed vxo-
13 rati continuo remanent in proprijs Domibus; Vnde ad
illos extendi non poteſt Priuilegium exemptionis deci-
marum, quod ſtrictè intelligendum venit, vt per Coccin.
d. deciſ. 279. nu. 5. nec vltra in eo expreſſum quidquam
poteſt cap. per exempt. de priu. in 6. Rot. deciſ. 30. n. 4. par. 6.
recent.

14 Et quod Donati vxorati in proprijs domibus commo-
rantes tali priuilegio, ſeu exemptione gaudere non poſ-
ſunt, ſed teneantur ad iura Epiſcopalia perſoluenda tradit
Car. Zabarell. conſ. 21. in fin. ac declarauit Sacra Congregat.
Concilij terminis Oblatorum dictæ Religionis Hieroſo-
lymitanæ, quæ declarationes recenſentur à Barboſ. de iur.
Eccl. l. 1. c. 39. §. 2. n. 44. & ſeq. & firmauit etiam Rota in deciſ.
in hac cauſa emanata ſub die 10. Iunij 1643. §. Quia non ſo-
lum in fin. coram me, vbi habetur quod aliàs eſſet aperire
viam fraudandi decimas.

15 Valdè etiam dubitarunt Domini de validitate huiuſ-
modi priuilegij, eo quia in dicta Conſtitutione Pij IV.
non legitur expreſſa derogatio ad cap. nuper de decim. quod
vti conciliare ſpecificam illam requirebat Archidiac. in c.
1. v. 2. de conſtit. Coccin. deciſ. 376. n. 6. & deciſ. 341. n. 2. verſ.
tamen quia par. 1. recen. Card. Caualer. deciſ. 247. n 10. Rota
apud Modern. de manuten. deciſ. 157. num. 4. & fuit dictum in
Vercellen. decimarum 13. Nouembris 1645. §. Non obſtat. ac 15.
Ianuarij 1646. §. nec obſtare coram R. P. D. meo Cerro. cum
alijs copioſè relatis in d. Hiſpalen. decimar. 27. Iunij 1644.
coram R. P. D. corrado, & in Cæſar auguſtana decimarum 17.
Iunij 1611. coram S. D. N. & ceſſante hac ſpecifica deroga-
16 tione, vt dari poſſit de defectu voluntatis reſpectu Papæ
concedentis eſt text. in cap. ex parte de Capell. Monach. Felin.
in c. nonnullis n. 2. de reſcript. Oldrad. conſ. 326. in princ. Verall.
deciſ. 167. p. 1.

At ſuppoſito etiam quod de dictæ Planæ Conſtitutio-
nis validitate dubitari non contingeret; nihilominus illa
17 neque ſuffragari poſſet Donatis Confratribus Hieroſo-
lymitanis, nam concedit tantum Equitibus Hieroſolymi-
tanis exemptionem, quoad ſolutionem decimarum extra-
ordinarium temporalium, atque aliorum onerum ab ho-
mine impoſitorum, nempe Datiorum, Pedagiorum, Ta-
xarum, & ſimilium, quæ in pluribus locis ratione taxæ,
vel recognitionis ſolui ſolent Dominis locorum, non au-
tem quoad decimas ordinarias ſpirituales, & quæ iure di-
uino debentur, vt pluries firmauit Rota, & ſignanter coram
Seraph. deciſ. 1293. n. 6. verſ. Ideo illa verba Card. Caual. dicta
deciſ. 247. n. 11. Put. deciſ. 65. l. 3. & fuit dictum in d. Hiſpa-
len. decimarum coram R. P. D. meo Corrado. & §. Tam quia. &
in allegatis Vercellen. decimarum 13. Nouembris 1645. §. Hinc
enim, & 15. Ianuarij 1646. §. Qua reſponſia coram R. P. D.
meo Cerro, & in dicta Toletana decimarum 21. Iunij 1649.
coram Eminentiſſ. D. meo Otthobeno ſub §. imò priuilegium
18 ex quo enim verſamur in exemptione à decimis, quæ non
ſolet concedi, niſi cum maxima difficultate, vt fuit di-
ctum in Valentina decimarum 28. Nouembris 1603. coram
Card.

Digitized by Google

19 *Card. Lancelloto iuniore*; Imò habetur pro materia valdè odioſa propterea quantum fieri poteſt ſtrictè ea debet interpretari, *Rota deciſ. 271.n 6.par.4.rec.*

20 Demum non obſtat *deciſio in Cæſar auguſtana decimarum coram Penia*. dum in ea firmatur ſufficere productionem priuilegij abſque eo, quod in iudicio executiuo agatur de illius validitate: Quia in illo caſu Actor non reperiebatur in longa quaſi poſſeſſione exigendi decimas à Reis conuentis, prout hic clara eſt quaſi poſſeſſio Archiepiſcopi vltra ſpatium decem annorum exigendi à Confratribus Donatis, vt ſupra fuit oſtenſum. Et vlterius dicta deciſio fuit poſtea etiam declarata per aliam editam 17. *Iunij* 1611. *coram S.D.N.* ſcilicet, vt non procedat quando iam fuit detectum priuilegia non ſuffragari, quæ vt non ſuffragentur, in hoc caſu Donatis Confratribus Hieroſolymitanis optimè colligitur; Tum quia ipſi non ſunt comprehenſi in priuilegijs conceſſis Equitibus Hieroſolymitanis, ex iam deductis; Vndè dicere non poſſunt ſe priuilegiatos, nec viam executiuam impedire valent, etiam non obſtante clauſula ſublata, & decreto irritanti, quæ alioquin claudunt os Iudici, & parti; De reliquo autem nihil operantur in caſu non comprehenſo à priuilegiis, *Rota deciſ. 109.n.18. & ſeq.par.6.rec.* Tum quia priuilegia huiuſ-
21 modi nec ipſis Equitibus Hieroſolymitanis prodeſſe poſſunt, nam agitur de decimis ſpiritualibus, quæ ſoluuntur ratione bonorum patrimonialium, vt habetur in *Hiſpalen decimarum de Baraona 16. Martij 1646. coram R. P. D. meo Cerro §. Et in hanc ſententiam*, & in alia ſepiùs allegata *Hiſpalen. decimarum 27. Iunij 1644. coram Eminentiſſ. D. meo Corrado.*

Et ita concluſum fuit informante tantum Reuerendiſſimo D. Archiepiſcopo Cæſarauguſtano, ac eius Promotore Fiſcali &c.

Eminentiſſ. & Reuerendiſſ. Celſo Placentina, ſeu Abulen. Decimarum. Lunæ 12. Decembris 1650.

ARGVMENTVM.

Immemorabilis ne dum requiſita, ſed & prærogatiuæ in materia præſertim decimarum, edocto inſuper quando nam teſtium examen ſit nullum, pulcherrimè afferuntur.

SVMMARIVM.

1 *Immemorabilis quibus requiſitis concurrentibus deducatur, facit ceſſare iuris aſſiſtentiam, n. 2. habet vim veri, & legitimi tituli, inducit præſumptionem priuilegij Apoſtolici, & eſt melior titulus de mundo, n. 3. ſupponit negatiuam principij temporis, n. 5. declara, vt ibi, includit tempus infinitum, n. 6.*

4 *Pertinentia decimarum deducitur ex priuilegijs per ſententias canonizatis.*

7 *Iudicis recuſatio debet fieri ante litem conteſtatam: ab ea quando dicatur receſſum, n. 8.*

9 *Teſtium examinatorum ſine citatione partis ad videndum illos iurare, examen eſt nullum: & idem ſi ſint examinati in loco non notificato, n. 10.*

DECISIO XX.

1 Immemorabilis quaſi poſſeſſio Patrum, & Monaſterij Vallis Eccleſiæ percipiendi Decimas, & primitias in Territorio de Alarza apparet ſufficienter iuſtificata ex pluribus teſtibus formiter examinatis deponentibus ſe per annos 40. & vltra vidiſſe ſemper Patres exigentes præfatas decimas ſcientibus, & patientibus Canonicis Eccleſiæ Placentinæ, & Parocho de Paraleda, ſeu della Matta, & ita audiuiſſe à ſuis maioribus, qui ab eorum Antenatis idem audiuerant, quodque in contrarium, nihil vnquam auditum fuit coarctando negatiuam, quod aliter eſſe non poſſit, quin ipſi ſcirent, & atteſtando de publica voce, & fama iuxta requiſita *gloſ. in cap. 1. verbo memoria de præſcript. in 6.* quam ſequitur *Hoſt. in cap. quid per nouale col. 1. verſ. Nam & priuilegiatus*, inibique *Card. n. 3. vo verb. ſignifie. Couarr. in cap. poſſeſſor par. 2. §. 3. nu. 7. de reg. iur. in 6. Rot. coram Caualer. deciſ. 56. n. 1. & in recent. deciſ. 104. eodem nu. par. 4. & deciſ. 56. nu. 7. par. 7.* & fuit dictum in *Pampelonen. iuris nominandi Vicarium 14. Decembris 1648. coram Eminentiſſ. D. meo Ottobono.*

Vndè meritò reſponderunt Domini pro confirmatio-
2 ne ſententiæ Rotalis; Nam illa attenta ceſſat aſſiſtentia Iuris, quam prætendit Parochus ſuper decimarum exactione, eſto quod bona probarentur ſita intra limites ſuæ Parochiæ, *ad not. per gloſ. in cap in aliquibus, verſ. quia Clerici de decim. Rebuff. eodem tract. quæſt. 13. num. 63. Monet. cap. 5. num. 167. verſ. tertia concluſio. Mareſcott. variar. reſolut. lib. 1. cap. 12. num. 31. Rota poſt ſecundum volum. conſil. Farinac. deciſ. 303. num. 3. Creſc. tit. de decimis deciſ. 1. num. 2. & ſeq. Pen. deciſ. 137. num. 1. & 2. Caualer. deciſ. 666. num. 17. And. deciſ. 39. num. 5. Duran. deciſ. 21. num. 7. cum alijs adductis per Add. ad ſanct. mem. Gregor. deciſ. 352. num. 4. verſ. Item aſſiſtentia, & per Modern. de manuten. obſeru. 45. num. 22. & ſeq.*

3 Habet enim immemorabilis vim veri, & legitimi tituli, vt inquit *Gabr. de præſcriptio. concl. 1. num. 44. Gozzad. conſ. 8. ſub num. 37. verſ. & ratio eſt. Mandoſ. conſ. 28. num. 11. & conſ. 36. num. 10. Capaiaq. deciſ. 355. par. 2.* Et inducit præſumptionem diſpenſationis, & priuilegij Apoſtolici, ac recipit fomentum à lege, *gloſ. in cap. ſuper quibuſdam verbo non extat, de verb. ſignif. Felin. in cap. cum nobis num. 2. poſt med. verſ. præterea de præſcript. Dec. conſ. 85. num. 2. verſ. his tamen non obſtan. Rol. conſ. 66. num. 40. & ſeq. lib. 2. Rota coram Pen. deciſ. 103. num. 3. & ſeq.* Et poteſt vigore illius allegari melior titulus de mundo per *tex. in l. ſi quis diuturno ff. ſi ſeruit. vendic. Rot. in recent. deciſ. 614. ſub num. 1. verſ. & meritò par. 2. deciſ. 27. num. 8. par. 4. tom. 2. & deciſ. 150. num. 4. & ſeq. par. 5.*

Imò vltra immemorabilem habent Patres ampliſſima priuilegia Bonifacij VIIJ. Martini V. Sixti IV. & aliorum Pontificum ſæpius canonizata per deciſiones, & ſententias Rotales, in quibus conceditur ius percipiendi præfatas
4 decimas, Itaut de pertinentia illarum non valet dubitari, *cap. cum contingat in fine ibique gloſ. verbo rationabilis cauſa de decim. cap. dudum de priuil. Caſſad. deciſ. 1. eod. tit. & in rec. dec. 103. n. 3. & 4. & dec. 193. à n. 1. par. 7.*

5 Nec dicatur quod priuilegia prædicta excludant immemorabilem, quæ pro ſui ſubſtantia ſupponit negatiuam principij. Quia id benè procederet, ſi initium deſumeretur ex priuilegijs; ſecus verò cum fundamentum fiat in immemorabili, & priuilegia deducantur tantummodo ad corroborationem, & ad maiorem cautelam, *cap. cum perſona ibique gloſ. verbo munitos de priuil. in 6. Dec. conſ. 271. n. 19. Rot. in recen. deciſ. 27. n. 15. par. 4. tom. 2. in Conſtantien. Iuriſdictionis 16. Nouembris 1607. coram Cottembergo in Toletana decimarum 16. Martij 1648. coram me, & in Bononien. Archipresbyteratus 23. eiuſdem menſis, & anni coram Eminentiſſ. D. meo Corrado.*

6 Nam immemorabilis includit tempus infinitum, à quo licet dematur quodlibet tempus finitum ſemper remanet infinitum, ſiue præſcriptio immemorabilis, *Oldrad. conſ. 254. n. 18. & ſeq. Molin. de Hiſp. primog. lib. 2. cap. 6. n. 46. & 47. Rota coram Seraph. deciſ. 1367. n. 3. & 4. & coram Pen. deciſ. 141. eiſdem numeris.*

Non obſtat, quod teſtes deponentes de immemorabili fuerint examinati coram Iudice recuſato; Nam ceſſat ob-
7 iectum tum ex eo quod recuſatio non fuit facta ante litem conteſtatam, nec præceſſit examen, *l. apertiſſimi C. de iudic. gloſ. in cap. Paſtoralis verbo poteſtate de exceptio. Marant. de ord. Iudic. part. 6. verbo, & quandoque appellatur num. 26. Couarr. pract. quæſt. cap. 26. n. 2.* tum etiam quia per compa-
8 ritionem exaduerſo factam coram eodem Iudice, & inductionem aliorum teſtium, non repetita proteſtatione cenſetur à recuſatione receſſum, *cap. gratum de off. deleg. cap. ſollicitudinem de appell. Rot. diuerſ. deciſ. 563. n. 3. & 4. par. 1. coram Seraphin deciſ. 971. n. 2. & deciſ. 1057. n. 1. & ſeq. & in Tridentina decimarum 21. Iunij 1610. coram Sacrato penes Marcheſ. de comm. tom. 2. fol. 387. n. 5.*

E contra verò non obſtant teſtes pro Capitulo, & Pa-
9 rocho examinati; Quia quoad primum, & ſecundum examen nullitas eſt patens ex defectu citationis ad videndum illos iurare, *cap. 2. ibique DD. de teſtib. Cantaq. deciſ. 274. num. 3. part.*

Digitized by Google

part.3.ſanct. mem. Gregor.deciſ.268.n.2.& in recen, dec.254. n.20. part.7.

30 Vltimum factum fuit in loco Peraldæ, qui nec io citationibus, nec in prætenſis notificationibus legitur vllo modo expreſſus, prout neceſſarium erat ad hoc vt citati potuiſſent aſſiſtere examini, *Aad. deciſ.41.n.5.& Comitul. deciſ.105.n.11.Burat.deciſ.506.n.3.& in rec.deciſ. 686.n.2.in fin.par.1. & deciſ.655.n.3.par.2.*

Cætera benè tolluntur pro deciſiones in cauſa factas, ex quibus concluſum fuit pro confeſſione ſententiæ Rotalis, altera tantum parte informante &c.

R. P. D. Bichio Bononieñ fideicommiſſi de Bargellinis.
Veneris 24. Nouembris 1651.

A R G V M E N T V M.

Magiſtraliter edocemur be viribus connexitatis iuris Laici cumClero; & de reiectione opinionis Oldrad. in conſ.177. cum multis alijs materiam ſubſtitutionum compendioſæ, ac fideieommiſſariæ hic examinatum reſpicientidus, & de quibus in Summario.

S V M M A R I V M.

1 *Hadigiana Conſtitutio eſt Laicalis non comprehendens Clericos, neque etiam Laicos eorum litis conſortes.*
Dignus trahit ad ſe minus dignum.

2 *Laici, ob ius connexum cum Clericis non ſubiacent Iudici ſeculari.*

3 *Ius connexum Laici cum Clerico, ex quibus deducatur, & n. 4.*

5 *Iudex ſi coram eo plures conueniantur poteſt reſpectu vnius ſententiam ferre, & reſpectu alterius differre. Declara num. 6.*

7 *Sententia ex defectu citationis omnium poſſeſſorum eſt nulla, etiam quoad citatos.*

8 *Rota in Viterbien. fideic. ſeu attent. 3. Maij 1644.coram Cerro cum alijs deciſionibus declaratur.*

9 *Oldrad. conſ. 177. cum concordan. affertur, & reijcitur num. 10.*

11 *Subſtitutio facta poſthumo decedenti in pupillari ætate locum habet, etiam eo non nato.*

12 *Verba* nati, e da naſcere *quomodo intelligantur, & n.23.*

13 *Voluntas teſtatoris eſt elicienda ex toto contextu teſtamenti.*

14 *Fideicommiſſi antiquioris purificatio impedit effectum poſterioris fideicommiſſi.*

15 *Subſtitutio compendioſa continens vulgarem operatur, vt caducato per prædeceſſum gradu antecedenti, gradus ſequens in eius locum ſubintret.*

16 *Subſtitutio compendioſa non continet vulgarem, quando confertur, poſt acquiſitam hæreditatem gradui antecedenti.*

17 *Clauſula* in caſu prædicto *repetit omnes qualitates præcedentes.*

18 *Subſtitutio fideicommiſſaria cuius ſit natura.*

19 *Filiorum appellatione in fideicommiſſis non veniunt nepotes, maximè in fideicommiſſo tranſuerſali, n. 20. & quando fuit expreſſum nomen patris, ac aderant filij nati de tempore teſtamenti, nu. 21. fallit hæc concluſio ex concurſu coniecturarum, n. 22. cum ſeq.*

25 *Proximiores non cenſentur grauati, ob remotiores.*

26 *Rota deciſiones attenduntur in eo, quod principaliter firmant.*

27 *Exceptio iuris intricati non retardat immiſſionem.*

28 *Hiſtoria non probat, ſi illius auctor ſit ignotus, & non approbatus.*

29 *Deſcendentia, quando ex ſcriptura antiquiſſima probetur.*

DECISIO XXI.

PEr ſeparatas cedulas in Interdicto adipiſcendæ duas A.C. tulit ſententias pro D. Co: Odoardo de Bargellinis agente ex fideicommiſſo Horatij ad ſui fauorem purificato; alteram contra D. Petrum Cnoooicum in Eccleſia Metropolitana Bononiæ, alteram contra DD. Aſtorgium, Hermetem, Iacobum Philippum, & Albertum de Bargellinis bonorum fideicommiſſi detentores. A quibus ſeotentijs commiſſa mihi cauſa appellatioois cum clauſula conſtito quod ſit locus Ægidianæ, decidendum hodie propoſui. An ſit locus Ægidianæ, vel potius Co: Odoardo ſit danda immiſſio, & negatiuè quoad primam partem, affirmatiuè quoad ſecundam Rota cenſuit reſpondendum.

1 Ægidianam enim quia Cooſtitutio laicalis eſt cxeludit qualitas Clericalis Petri alterius ex reis conuentis etiam reſpectu aliorum litis conſortium, quamuis Laici ſint, ac diſtincta ſententia condemnati cum magis digous trahat ad ſe minus dignum, eique proprium priuilegium communicet quando omnium ius eſt connexum, *l. ſi communem ff. quemad. ſeruit. amitt. l. ſi is qui duos ff. liberat. legat. Hippol. de Marſil.ſing. 180. num. 1. & ſeq. Afflict.deciſ.213. num. 1. Rota in Viterbien. fideicommiſſi 19. Ianuarij 1605. coram clar.mem. Coccinio impreſſ.apud Marcheſ.de commiſſ.tom. 2. fol. 122. num. 6. & deciſ. 473. num.16.coram ſanct.mem. Greg.XV.*

2 Quale eſſe in caſu noſtro conſtat, tum ratione rei petitæ hoc eſt bonorum fideicommiſſi, quæ cum ab omoibus communiter, & pro indiuiſo poſſideantur, ſciſſionem reſpectu iuriſdictionis donec diuiſio fiat non admittunt; & ſicoti pro portione tangeote Clericum Conſtitutioni Laicali non ſubiacent eorumq; cognitio ad Iudicem Eccleſiaſticum ſpectat, ita & pro portioobus Laicorum, *Seraph. deciſ. 957. n. 11. Gratian. diſcept.641.n.1.2.& 7.& ſeq. vbi allegat concord. Afflict. deciſ. 213.in fin.Vrſill.ibid.n.2.Odd.de reſtit in integr. part. 1. quæſt 46.num.20.verſ.limitando.* & in puncto Ægidianæ *Rot. deciſ. 72. n.2.& 3.inter impreſſ.apud*
3 *Modern. Ferolmen. de pignor.* Tum ratione probationis, & indiuiduæ omnium defenſionis cum ex eodem iure omnes conueniantur, & eiſdem exceptionibus vtantur ad excluſionem actoris, vnde reſultare connexionem ad effectum vt omnibus competat facultas appellandi, & ſuffragetur appellatio quamuis condemnati fiot diuerſis ſententijs tradit *Bart. in l. ſi quis ſeparatim 10. infra med.princip. verſ. ſed pone de appellat.* quem in puncto Ægidianæ ſecuta eſt *Rota in Vrbeuetana ſucceſſionis 25. Iunij 1635. §. non obſtat in fin.coram bon. mem. Motmanno.* Tum ratiooe peti-
4 tionis, quia ſcilicet eodem monitorio, & ſub vnico Capitulo Clericus, & alij ſimul, & ſemel ad Iudicem vocati fuerunt quod in puncto noo obſtante, quod ſenteotia eſſet concepta per capitula ſeparata ponderauit *Rota in Romana Salniani 17. May 1649. §. nec refert coram Eminentiſſ. G. meo Otthobono.*

Neque vrget, quod in proſecutione iudicij Clericus, & Laici diſtinctis citationum ſchedulis citati fuerint,
5 quodque & ſi plures ſimul conueniaotur poſſit Iudex reſpectu vnius ſententiam ferre, & reſpectu alterius differre, *l. non ideircò in princ.* vbi notant omnes *§. Iudic. Dec. conſ. 195. num. 1. Rot. coram. ſanct. mem. Greg. XV. deciſ. 488. num. 7.*

6 Nam quicquid ſit quando vnus tantum ex reis cooueutis comparauit, in quibus terminis mox allegati loquuntur; ſanè quando omnes comparent, eademq; eſt quoad omnes ratio agendi, & excipiendi, quodq; plus eſt omnes pro indiuiſo bona petita poſſident cauſam vigore conoexionis vt ſupra probatæ appellabilem, inappellabilem, & ſummariam reddere nec potuit actor iudicium ſimul cœptum proſequendo ſeparatis citationibus, *Card. in clem. ſæpè num. 13. quæſt. 12. de verb. ſignif. Marant. in praxi par. 4. diſtinct. 9. n. 213. Rot. deciſ. 522. ſub num. 4. verſ. neque poſſunt par. 2. recent.* nec Iudex diſtinctas ſententias ferendo, vt benè in terminis Ægidianæ aduertit *Rot. in Bononien. fideicommiſſi de Rubeis 23. May 1644. §. quia ſatis coram Eminentiſſ. D. meo Corrado,* vbi ſubditur, quod alias adinuenta eſſet via qua tum æqualitatis, tum iuſtitiæ, & æquitatis ratio facillimè euerti, & colligantibus præiudicium inferri poſſet. Quin

in

in caſu noſtro ad euitandam nullitatem ſententiarum ad-
mittere neceſſe eſt, quod citationes Clerici, & laicorum
vtrique ſententiæ promiſcuè inſeruiant; nam alioquin
ſtante communione poſſeſſionis pro indiuiſo vnaquæque
7 ſententia ex defectu citationis cuiuslibet poſſeſſoris nulla
eſſet etiam quoad citatum iuxta *theor. Bald. in l. 1. num. 6.
verſ. aut continet C. error. calc.* quam in ſpecie ſecuta eſt
*Rota deciſ. 594 num. 2. par. 4. recent. deciſ. 37. num. 9. corã
bon mem. Vrgellen.* & in alijs relatis *ab add. ad Greg. XV.
deciſ. 319 ſub num. 7. & in Romana, ſeu Velsterna reſtitu-
tionis in integrũ 17. Decemb. 1646. § talis autẽ coram me.*
8 Ex his patet non applicari caſui noſtro deciſionis in *Vi-
terbien. fideicommiſſi, ſeu attentatorum 3. May 1644 co-
ram R. P. D. meo Cerro, in Romana ſucceſſionis de Ameris
16. Nouemb. 1646. coram me, in Ferrarien. de Pendaſijs
27. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Roſas*, & quotquot aliæ
ex aduerſo allegantur firmantes ſufficere diuiduitatem ſen-
tentiæ, vt Ægidianæ in portione non priuilegiata ſit locus,
quia neutra loquitur in caſu quo aliundè connexio iuris, &
iudicij ex alijs ſupra ponderatis, ac ſimul iunctis reſultaret.

Quo vero ad immiſſionem Comitis Odoardi ratio deci-
dendi fuit fideicommiſſi Horatij per publicum inſtrumen-
tum probati (ac de quo non dubitatur, prout nec de bono-
rum identitate) purificatio ad fauorem Comitis vocati in
caſum totalis extinctionis lineæ, ac deſcendentiæ Vincen-
tij, ac Scipionis, quarũ extinctionem contigiſſe eſt in con-
9 feſſo. Nec obſtat, quod præfati Vincentius, & Scipio de-
ceſſerint nullis ſuſceptis liberis, teſtator verò quippè qui
prius vocauerat vtriusque filios natos, & naſcituros, con-
templaſſe videatur initium, medium, & finem lineæ, &
propterea ſubſtituere noluiſſe cenſeatur, niſi filij nati fue-
rint, & poſtea deceſſerint, vt voluit *Oldrad. conſ. 177. num.
4. Pariſ. conſ. 74. num. 1. 2. & 3. lib 3. Alciat. conſ. 46. per
tot.* & ſignanter *num. 23 lib. 9. Ruin. conſ. 4. num. 1. cum
ſeqq lib. 3. cum alijs alleg. à Modern. Neapolitano de ſuc-
ceſſ. legal. par. 3. quæſt. 1. art. 2. num. 65.*
10 Quia opinio Oldradi, & ſequacium ſemper reiecta fuit,
niſi teſtator voluntatem ſuam per verba taxatiua declara-
uerit, aut illa ex coniecturis benè concludentibus deſumi
poſſit cum alioquin lineæ defectus ab eo contemplatus æ-
què verificetur, ſiuè filij non naſcantur, ſiuè nati decedant,
licet ex diuerſa cauſa proueniat, & vtroque caſu militet ra-
tio conſeruandi agnationem à teſtatore contemplata, *Rot.
coram Buratt. deciſ. 379. num. 1. & ſeqq.* vbi in fortioribus
11 terminis firmatur, quod ſubſtitutio facta poſthumo dece-
denti in pupillari ætate locum habet etiam eo non nato
deciſ. 222. num. 10. & ſeqq par. 5. recent. & plenè *in Ra-
uennaten. bonorum 1. February 1647. §. ea tamen, & § ſeq.
coram Emin. D. meo Corrado*, vbi quod hoc procedit ſiuè
verſemur in vulgari, ſiuè in fideicommiſſaria; nam ea quo-
que ex veriſimili mente teſtatoris iuſta ratione probata
extenditur quando opus eſt etiam de caſu ad caſum verbis
ipſis non comprehenſum, & allegantur innumeri concor-
dantes, quorum opinio recipienda libentius eſt in caſu no-
ſtro quo enixa voluntas conſeruandi bona in agnatione
apparet tam ex digreſſu ad plures gradus ſubſtitutionum,
quam ex prohibitione facta omnibus vocatis cuiuſcunque
detractionis, & clarius ex verbis expreſſis principaliter in
fine ſubſtitutionum adiectis, ibi, *Volendo che tutta la ſua
heredità ſi conſerui perpetuamento nelle ſopradette famiglie
de Bargellini*, vt in ſpecie ponderauit *Rota penes Buratt.
dec. 374. num. 3.*
12 Vt propterea vim non faciant verba *nati, e da naſcere*,
directa ad filios vocatos, quæ operari vt filiorum deficien-
tia intelligi debeat in propriu, & reali ſignificatu, ſcilicet
poſt actualem natiuitatem, & exiſtentiam, non autem
fictè, & extenſiuè in caſu videlicet non natiuitatis, ſenſit
*Menoch. conſ. 326. num. 4. 5. & 12. conſ. 864. num. 1. cum
ſeqq. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 435. num. 1.* quia ſemper mili-
13 tat identitas rationis expreſſæ, & veriſimilis voluntas in
omnem caſum deficientiæ elicita ex toto contextu teſta-
menti, vt debet *l. Mæuia 44. ff. manumiſſ. teſtam l. licet
Imperator 74. ff. legat. 3.* cum concordantibus penes *Mant.
de coniect. lib. 6. tit. 13. ſub num. 1. & ſeqq.*

Nec obſtat, quod deducta portione Alphonſi cætera alia
prædia ſuper quibus petitur immiſſio ſint ſubiecta anti-
quiori fideicommiſſo q. Pyrrhi de Bargellinis ad fauorem
14 Petri, & collitigantium, vt prætenditur purificato, quod
efficit ne detur immiſſio ex fideicommiſſo poſteriori Ho-
ratij, vt in puncto dixit *Rot deciſ. 249 num 18. & ſeqq. par.
6. recent.* Negant enim quod nihil remaneat demptis por-
tionibus Alphonſi, & Pyrrhi, quodque fideicommiſſum
Pyrrhi fuerit ad aduerſarios delatum. Primò, quia ſubſti-
tutio filiorum Vincentij Mariæ ſub qua ſe comprehenſos
prætendunt concepta in caſum quo Bartholomæus, & La-
ctantius patrui teſtatoris decederent ſine filijs caducata
fuit per eorumdem patruorum prædeceſſum viuente Ho-
ratio vno ex hæredibus grauatis cui fuerant ſubſtituti, cum
proindè defecerit eiuſdem ſubſtitutionis conditio: animad-
15 uertendo, quod non verſamur in compendioſa continente
vulgarem, cuius vigore caducato per prædeceſſum gradu
antecedenti, gradus ſequens in eius locum ſubintrat. non
ſecus, ac ſi hæredi grauato immediatè ſubſtitutus fuiſſet,
non attenta conditione ipſi gradui ſequenti adiecta, vt vo-
luit *Bart. in l. quamdiu ff. acquir. hæred.* quem communiter
ſequuntur *DD. allegat. in deciſ. 403. num. 11. & ſeq par. 2.
recen. deciſ. 339. num. 74. coram bon. mem. Vrgellenſi, & in
Sabinen. ſeu Farfen. fideicommiſſi 2. May 1640. coram
me, ac in ſupracitata Rauennaten. bonorum §. quare, &
ſeq. coram Eminentiſſ. D. meo Corrado.*
16 Nam vulgarem non continet compendioſa quando cõ-
fertur poſt acquiſitam hæreditatem gradui antecedenti, vt
ex *tex in l. poſt aditam, & l. precibus poſt princ. C. de impuber.
& alijs ſubſtit.* tradit *Alex. conſ. 1. num. 15. lib. 1. Honded.
conſ. 49. num. 37. & ſeqq. lib. 2. Peregr. conſ. 36. num. 20 &
ſeqq. lib. 3. Fuſar conſ. 26. ſub num. 10.* Qui eſt caſus noſter,
quia teſtator poſt ſubſtitutos patruos hæredibus grauatus
ſine filijs decedentibus ſubſtituit filios Vincentij Mariæ caſu
quo dicti eius patrui in caſu prædicto decederent ſine filijs,
ibi, *& caſu quo dicti eius patrui in caſu prædicto decede-
rent ſine filijs eiſdem, & vltimo morienti ſubſtituit &c.* cũ
enim teſtator filios Vincentij Mariæ non ſubſtituerit ſim-
pliciter in caſu quo patrui decederent ſine filijs, ſed vltro
adiecerit verba *in caſu prædicto*, eaque non ſint appoſita
ſubſtitutioni, in quibus terminis loquuntur in contrarium
allegati, ſed conditioni purificandæ antequam eueniat caſus
ſubſtitutionis de filijs Vincentij Mariæ, periudè eſt, ac ſi
filios Vincentij Mariæ ſubſtituiſſet patruis ſub conditione,
quod prius ad patruorum fauorem purificata fuiſſet præ-
cedens ſubſtitutio de illis facta hæredibus grauatis; hic na-
euentus habetur pro expreſſo per viam conditionis in ſe-
17 quenti ſubſtitutione vigore clauſulæ *in caſu prædicto*, quæ
repetit euentum, & qualitates omnes præcedentis ſubſti-
tutionis, *Natt. conſ. 204. num. 11. & 12. Pariſ. conſ. 21. num.
37. lib. 3. Surd. conſ. 546. num 9. Decian. conſ. 17. num. 10.
conſ. 51. num. 5 lib. 1. Rot. deciſ. 194. num. 7. par 2. recent.* &
ferè in puncto *Honded. d. conſ. 49. num. 20. & 21. lib. 2.* &
alioquin ceſſeat ſuperflua cum ſatis fuiſſet prima clauſula,
ibi, *& caſu quo &c.*
18 Vndè cum filij Vincentij Mariæ ſubſtituti fuerint patruis
per fideicommiſſariam tantum ſub conditione, quod prius
purificata fuiſſet ſubſtitutio ad fauorem patruorum, & cõ-
ditio hæc per eorum prædeceſſum defecerit, defecit pariter
ſubſtitutio filiorum; nam in fideicommiſſaria attenditur,
& impleri debet conditio ſub qua ſequens gradus eſt voca-
tus, & ratio diuerſitatis inter vulgarem, & fideicommiſſa-
riam eſt, quia in vulgari cogitauit teſtator, quod præcedens
gradus poſſet deficere ex capite voluntatis, aut impotentiæ,
ſed in fideicommiſſaria teſtator non intendit vocare vlti-
mum ſubſtitutum niſi ſub conditione ipſa appoſita, quia
cogitauit, quod præcedens gradus admitteretur cum non
grauetur reſtituere, qui prius non habuit, vt benè explicat
Rot. deciſ. 339. num. 74. & ſeqq coram bon. mem. Vrgellen.
ac tradit *Grattan. diſcept. 747. num. 22. & ſeqq.* vbi ita con-
ciliat deciſiones, ac doctrinas contrarias *Fuſar. conſ. 26. n.
26 Honded. d. conſ. 49 num. 35. & ſeq. Gabr. conſ. 95. ſub
num. 21. lib. 1. Aym. conſ. 283. num. 1. verſ. ſed dicet ali-
quis, Seſſe deciſ. Aragoniæ 50. num. 20.*
19 Secundò negatur fideicommiſſum Pyrrhi compreben-
dere aduerſarios, quia vocat filios Vincentij Mariæ, aduer-
ſarij verò ſunt nepotes, qui appellatione filiorum in fidei-
commiſſis non veniunt, *l. quod ſi nepotes ff. teſtamen. tutel.*

Alex.

Alex. Aym. Decian. Bellon. inn. & alij plures quos ſecuta
eſt *Rota in Romana fideicommiſſi de Incoronatis 27. Maij
1641. coram Reuerendiſſ. Terracinenſi in Interamnen. fi-
deicomm. 10. Februarij 1642. coram Reuerendiſſ. D. meo
Decano in Bonon fideicommiſſi de Sanctis 15. Maij 1647.*
20 *coram me*. Eò minus in fideicommiſſo tranſuerſali, *Ale-
xan. conſ. 1. num. 16. lib. 1. conſ. 26. num. 7. lib. 3. Corn. conſ.
199. num. 34. poſt med. lib. 4. Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 8.
num. 11. Surd. de alim. tit. 9. quæſt. 36. num. 28.* & quando
21 vt hic fuit à teſtatore expreſſum nomen patris, ac de tem-
pore teſtamenti aderant filij nati, *Paul. de Monte Pico conſ.
72. num. 2. alijque allegati à Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 321.
num. 27. & 51.*

Neque contrarium ſuadent coniecturæ exaduerſo ad-
22 ductæ. Primam enim deſumptam ex vocatione filiorum
in numero plurali reijcit *Socin. ſen. conſ. 104. num. 1. lib. 3.
Dec. conſ. 636. num. 4. Aym. conſ. 283. col. 1. circa med. verſ.
in quibus, Menoch. conſ. 215. num. 110. qui num. 108.* dixe-
rat facilius id procedere, ſi probata fuerit exiſtentia filio-
rum, & nepotum de tempore teſtamenti. Secundam ex
23 digreſſu ad plures gradus ſubſtitutionum, & vocatione
filiorum in infinitum non eſſe momenti niſi
aliæ coniecturæ, & quidem efficaces concurrant, dixit *Rot.
decis. 16. num. 12. & ſeqq. deciſ. 21. num. 5. & 6. par. 5. recen.
deciſ. 279. ſub num. 16. & 20.* vbi quod ad hunc effectum
non releuat, quod vocati fuerint filij maſculi *par. 6. recent.
& in d. Interamnen. fideicommiſſi §. tertia verò coram Re-
24 uerendiſſ. D. meo Decano*. Alteram ex quo vocati fuerint
etiam filij naſcituri non ſuffragari tranſuerſalibus, ſed de-
ſcendentibus, tradit alijs relatis *Mantic. d. tit. 8 num 16.
Surd. conſ. 403 num. 23. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 320. ſub nu.
27. verſ. declaratur ſecundò, Cyriac. controuerſ. 8. nu. 38.
& 69. & ſeqq & num. 94.* præſertim quia poſt hanc ſubſti-
tutionem filiorum Vincentij Mariæ teſtator ad alias ſubſti-
tiones progreſſus non eſt, nec protulit verbum denotans
voluntatem conſeruandi bona in vlterioribus agnatis, erga
25 quos cum debilior præſumatur illius dilectio, non mirum
ſi propter eos noluit grauare proximiores in præcedenti-
bus ſubſtitutionibus vocatos, vt benè in terminis ponderat
Gabr. conſ. 95. ſub num. 13. verſ. primò quia lib. 1.

Nec obſtat, quod *Rota in deciſ. 249. par. 6. recen.* dixerit
Pyrrhum feciſſe fideicommiſſum ad fauorem Vincentij,
quia hodie non agitur cum Vincentio, & Rota ibi inciden-
26 ter, ac perfunctoriè hoc dixit; deciſiones autem attendũ-
tur in eo quod principaliter firmant, non quod perfuncto-
riè, ac materia non examinata enunciant, *Rota penes Se-
raph. deciſ. 299. num. 13. deciſ. 17. num. 9. par. 7. recent. &
in Mutinen. Emphytheuſis 28. Maij 1638. coram Reue-
27 rendiſſ. D. meo Decano*. Negari que ſaltem non poteſt quin
allegata exceptio fideicommiſſi Pyrrhi ſit iuris dubij, & in-
tricati, ac idcò non ſecus, ac exceptio facti altiorem inda-
ginem requirens, apta non ſit ad retardandam immiſſio-
nem Comitis Odoardi ex fideicommiſſo Horatij ex addu-
ctis in *d. Bononien. fideicommiſſi de Sanctis 17. Maij 1647.
§. tandem coram me*.

Cui Comiti debetur etiam immiſſio ſuper portione
Palatij ex fideicommiſſo Virgilij tanquam illius proximio-
28 ri, qualem ſe probat ne dum ex libro hiſtoriæ Bononienſis
quo ſi author ignotus, & non approbatus ſit, deſcenden-
tiam non probari in proximis terminis dictum fuit *in Au-
ximana Sepoltura de Cimis 28. Maij 1646. coram bon.
29 mem. Arguelles*, ſed etiam ex antiquiſſimo inſtrumento
centum, & amplius annorum, quod adminiculatum dicto
libro Hiſtoriarum ſufficere dixit *Rot. coram Penia dec. 498.
per tot. & in Florentina de Barbadoris 23. Iunij 1640. co-
ram recol. mem. Coccino Sacræ Rotæ Decano*.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

R. P. D. Bichio Firmana Pecuniaria.
Lunæ 4. Decembris 1651.

ARGVMENTVM.

Excuſſionis materia pertractata, diſpoſitio *Auth. hoc niſi
de ſolut.* latè examinantur: & quando Ciuitatis offi-
ciales pro debito publico in carceribus detrudi poſ-
ſint, oſtenditur.

SVMMARIVM.

1 *Excuſſio non eſt facienda contra notoriè decoctum: &
quando ſufficienter dicatur facta ſub n. 12.*
2 *Obligatio ex vna cauſa non trahitur ad aliam.*
3 *Executoribus in re ad eorum officium pertinente creditur.*
4 *Subhaſtatio bonorum priuatorum debet fieri intra tempus
Iudicis arbitrarium.*
5 *Emptorem bonorum ſubhaſtatorum non reperiri proba-
tur, ex quo non adeſt oblator.*
6 *Creditor in pecunia non tenetur recipere bona debitoris in
ſolutum.*
7 Auth. hoc niſi C. de ſolut. *diſpoſitio affertur: non habet lo-
cum in debito iurato, & ſub obligatione camerali, n. 8.
11. quo caſu loquatur, n. 12. de eius requiſitis, n. 17. 18.
20. & 21.*
9 *Soluens Ciuitati pro alio, ſuccedit in eius iuribus etiam
ſine ceſſione.*
10 *Sententia mandans aliquid fieri intelligitur ſecundum
qualitatem, & naturam obligationis.*
13 *Obligatio legalis eſt fortior, & ſemper efficacior.*
14 *Aequitas non extenditur, vt aliquid fiat contra diſpoſitio-
nem legis ſcripta.*
19 *Subhaſtatio bonorum Ciuitatis non eſt facienda, ſi eius
redditus abſorbeantur ab oneribus publicis.*
22 *Ciuitas tenetur ad reſtitutionem pecuniarum habitarum
ab illius officialibus etiam temporalibus, ſi verſa ſint in
eius vtilitatem.*
23 *Ciuitatis officiales quibus in caſibus poſſint pro debito Ci-
uitatis carcerari, & n. 24.*

DECISIO XXII.

COnformiter Ciuitatem Firmi, illiusque officiales, & Ga-
ſparem Paccaronum ad reſtituendum Sauino ſcuta
1814. quæ Ciuitati indebitè ſoluit condemnarunt tres ſen-
tentiæ; duæ tamen poſteriores in ſolidum, prima verò no-
luit exequi mandatum poſſe contra Ciuitatem, niſi factis
prius diligentijs contra perſonas, & bona propria Paccaro-
ni, & aliorum obligatorum; Idcò opus fuit Sauino has di-
ligentias facere, & feciſſe prætendens petijt executionem
perſonalem contra Priores, & officiales Ciuitatis, de qua
executione relaxanda hodie particulariter cognito, Rota
cenſuit vt infra, nempè

Diligentias factas ſufficientes eſſe, quia in hæreditate
Leonardi Bentiuoli, qui principaliter eſt obligatus ex cauſa
annonæ frumentariæ ab eo cõductę de anno 1629 & 1630.
nihil reperiri retulerunt duo executores ad id deputati, vt
in Summariolo reſponſionis pro Sauino num. 1. & notoria
1 illius decoctio, quam omnes deciſiones clamant tollit ex-
cuſſionis neceſſitatem, vt notant *gloſ. & DD. in l. vltima
in princ. ff. ſi cert. pet. Neguſant. de pignor. part. 8. memb. 1.
num. 14.* alijque allegati à *Pacif. de Saluian. inſpect. 2. cap.
2. num. 27.* Hieronymus Bentiuolus Leonardi frater excuti
non debuit, quia in ſententijs nominatus non legitur, nec
2 Ciuitati obligatus apparet, & releuatio, quam promiſit Sa-
uino pro eo quod idē Sauinus vti fideiuſſor fratris ex cauſa
ſecundæ Depoſitariæ deberet Ciuitati, non trahitur ad hãc
ſummam indebitam ex ſecunda, & ſolum ex prima debi-
tam, *l. ſi vnus §. ante omnia ff. pact. l. Lucius la 2. §. Paulus,
ibique gloſſ. verb. teneri ff. adminiſtr. tut. Honded. conſ. 111.
num. 45. & ſeq. lib. 1. Rota in his terminis deciſ. 592. num.
1. par. 5. recens.*

3 Paccaroni verò perſonam fruſtrà perquiſitam fuiſſe, &
bona in executione capta emptorem non reperijſſe teſtan-
tur executores, qui tria bannimenta fecerunt Summ. Saui-
ni num. 2. & ſeqq. & tanquam de re pertinente ad eorum
officium merentur fidem, *Alex. in l. à Diuo Pio §. ſi ſuper
rebus num. 17. ff. de re iudic. Tiraq. de retract. conſang. §. 8.
gloſſ. 9 num. 22. Honded. conſ. 18. num. 56. lib. 1. cum alleg.
ab Adden. ad Buratt. deciſ. 789. his A. & à Moderno Pe-
ruſino de ſubhaſt. inſpect. 29. num. 111. & ſeqq.* aduertendo,
quod

Digitized by Google

quod tria bannimenta nedum fuerunt facta die 26. & 27.
Octobris, ſed rurſus die 27. Nouembris ſubſequentis, &
ſic per menſem, & amplius bona ſteterunt ſub haſta; Cum-
4 que diſtrahendis bonis priuatorum non ſit à iure determi-
natum certum tempus intra quod ſubhaſtatio fieri debeat,
ſed arbitrio Iudicis relinquatur, vt notat *Bald. in l. ordo nu.*
6. C. execut. rei iudic. Coler. de proceſſ. execut. part. 3. cap 9.
num. 75. Gratian. diſcept. 375. num. 15. Excobar de ratiocin.
cap. 16. num. 8. Rota deciſ. 146. num. 4 & 5. par. 2. diuerſ.
5 nec vſquam oblator aliquis adfuerit, ſatis probatum dicitur
non reperiri emptorem; maximè quia neque poſtea lapſo
termino bannimétorũ quiſquam obtulit, vt potuiſſet *Rota*
inter impreſſ. apud Modern. Peruſin. de ſubhaſt. deciſ. 40.
6 *num. 6. & ſeqq.* Emptore autem non reperto perindè eſt, ac
ſi bona non adeſſent, quia de cætero creditor in pecunia,
prout eſt Sauinus, non tenetur recipere in ſolutum bona
l. 2. §. mutui datio, vbi notant omnes ff. ſi cert. pet.
l. cum a quo C. ſolut. Surd. deciſ. 30. num. 9. Rota deciſ. 352.
num 2. coram ſanct. mem. Greg. XV.
7 Neque hic intrat beneficium *Auth. hoc niſi C. ſolut.* vbi
debitori in pecunia non babenti aliundè quomodo ſoluat,
datur facultas ſoluendi in bonis ſtabilibus pro pretio æſti-
mando; quod procedere etiam ad fauorem debitoris con-
demnati per ſententias in iudicatum lapſas, tradit *Honded.*
conſ. 34. num. 27. lib. 2. Coſt. de remed. ſubſid. remed. 3. ſub
num. 5. verſ. quandoquidem, Anchar. iun. quaeſt. 57. num. 4.
8 *lib. 3.* Tum quia locum non habet in debito vallato iura-
mento, & obligatione Camerali, *Gozzad. conſ. 27. num. 28.*
Rouit. conſ. 18. num. 10. & ſeq. lib. 1. Vinc. de Franc. deciſ.
8 t. per tot. Theſaur deciſ. 153. num. 14. Barz. deciſ. 40 nu.
5. Rota deciſ. 42. ſub num. 2. part. 1. recent. quale eſt debi-
9 tum Paccarori erga Ciuitatem, quæ gratis negat Paccaro-
num eſſe in forma Cameræ obligatum Sauino, quia Saui-
nus ſoluendo Ciuitati in eius iuribus ſucceſſit etiam abſque
alia ceſſione, *l. 2. C. de iur. Reip. lib. 11. Surd. deciſ. 444. nu.*
10. Rota deciſ. 592. num. 6. par. 5. recent. necnon quia cum
10 ſententia mandet fieri diligentias contra Paccaronum
tanquam obligatum intelligenda eſt de diligentijs ſecun-
dum qualitatem, ac naturam ipſius obligationis, *Bald. in l.*
à procuratore ſub num 2. infra med. verſ. nec obſtant verba
C. mand. Felin. in cap. ſedes ſub num. 1. verſ. nec obſtat de
reſcrip. Rot. deciſ. 398. num. 4. in fin. par. 1. recent. & ſicuti
11 Paccaronus met, quia in forma Cameræ eſt adſtrictus non
poteſt allegare, prout non allegat beneficium *Auth.* alle-
gare eo minus poteſt Ciuitas ad idem obligata, *Guttier.*
pract. quaeſt. lib 1. quaeſt. 148. num. 60. & 62. verſ. accedat,
vbi animaduertit, quod hoc beneficium eſt perſonale ipſius
debitoris, *& num. 63. & ſeqq.* vbi reſpondet contrarijs.
12 Tum quia Imperator ibi loquitur inter debitorem, &
creditorem indulgendo, ſcilicet debitori pulſato, vt ad eui-
tandam carcerationem poſſit bona propria in ſolutum da-
re, longè autem diuerſi ſunt termini excuſſionis debitoris
faciendæ ad effectum exequendi contra alium obligatum,
quo caſu *Authen.* hoc niſi nihil diſponit, & eo ipſo, quod
debitor non habet pecunias, eiuſque bona poſita ſub haſta
non reperiunt oblatorẽ, dicitur ſufficienter exceſſus, *Bart.*
in l. inter eos 52. §. creditor in princ. verſ. Dinus diſtinguit
ff. de fideiuſſor, ibique Caſtr. Hippol. de Marſil. in rubr. eod.
tit. num. 18. Gabr. eod. tit. concl. 1. nu. 125. Maur. de fideiuſſ.
par. 2. ſect. 6 cap. 2. num. 106. fol. 350. Henrig. de fideiuſſ.
cap. 27. par. 1. num. 241. Cyriac. controu. 327. num. 79. Rota
Ianuen. deciſ. 91. num. 30. deciſ. 156. num. 8. & 9. vbi ſubdit
eſſe, ac ſi non reperirentur bona, neque creditorem teneri
ea accipere in ſolutum.
13 Et licet mox citati DD. id firment, vt fideiuſſor conue-
niri valeat fortius admittendum eſt, vt conueniatur Ciui-
tas aduerſaria, quæ Sauino debitrix eſt principalis ob inde-
bitam exactionem, & hoc nomine condemnata fuit ad re-
ſtituendum addito ſolum ex quadam æquitate quod man-
datum contra illam relaxatum, non executioni mandetur
niſi factis diligentijs contra Paccaronum; hoc enim æqui-
tas in iure non ſcripta non debet ligare arctiùs, quam æqui-
tas, & obligatio legalis fauore fideiuſſionis, quæ ſemper eſt
efficacior, *Dec. conſ. 104. num. 5. Crauet. conſ. 11 t. num. 24.*
Menoch. de præſumpt. lib. 1. quaeſt. 46. num. 43 ant extendi,
14 vt contra diſpoſitionem legis ſcriptæ creditor pecuniæ co-
gatur recipere bona in ſolutum, *l. placuit, & ibi Iaſ. num. 3*
in 3. limit. C. iudic. & ad propoſitum *Coler de proceſſ. exe-*
cut. part. 3. cap. 9. ſub num. 31. verſ. & notum eſt fol. 672.
15 Imò nec ipſam *Auth. hoc niſi*, quia odioſa eſt creditori ex-
tendendam eſſe vltra caſum, de quo ſpecificè loquitur dixit
Rot. Auenion. apud Laurent. deciſ. 132. num. 3. verſ. loqua-
16 *murque.* Si ergo Ciuitas vult ſoluere de bonis Paccaroni,
vt poteſt, quia contra illum habet regreſſum iuxta theori-
cam *Bald. in Auth. quia in Prouincia num. 17. Cod. vbi de*
crim. agi opor. quam ſequitur ibidem *Caſtr. ſub n. 2. Felin.*
in cap. olim ſub num. 3. verſ. & per illum de accuſat. aliyque
relati in deciſ. Bononien. 92. num. 19. & 42. inter recolle-
ctas à Scayno, reperiat ipſa bonorum emptorem, & ſoluat
de pecunijs Paccaroni.
17 Tum tertiò, quia non concurrunt omnia requiſita *Au-*
then. hoc niſi, relata per Coſt. de remed. ſubſid. remed. 3. nu.
2. & ſeq, Parlad. rer. quotidian. lib. 2. cap. fin. par. 5. §. 17.
ſub num. 23. Rot. coram ſanct. mem. Greg. XV. deciſ. 352.
num. 3. & 4. & deciſ. 42. num. 2. & ſeqq. part. 1. recent. quæ
copulatiuè concurrere debent ex allegatis à *Modern. Lu-*
cano de dation. in ſolut. ſect. 2. quaeſt. 14. per tot. deeſt enim
18 inter cætera cautio de euict. quæ præſtanda eſt in actu ob-
lationis bonorum in ſolutum, *Roman. conſ. 163. ſub num.*
6. verſ. vltimo, Burſatt. conſ. 9. num. 51. cum alijs relatis à
Modern. Lucan d. ſect. 2. quaeſt. 11. num. 1. nec ſuppletur per
obligationem ipſius Ciuitatis de euictione dum alium fi-
deiuſſorem præſtare poteſt, quia bona Ciuitatis iam ſunt
ex alio capite obligata Sauino, & vt dicebam Ciuitas ipſa
eſt principalis debitrix.
19 Sufficientes pariter viſæ ſunt diligentiæ factæ ſuper bo-
nis Ciuitatis, cuius redditus cum abſorbeantur ab hypothe-
cis anterioribus, & oneribus publicis in Tabella deſcriptis
ſuperuacaneum eſt ad eorum ſubhaſtationem deuenire,
Gaill. lib. 2. obſeru. 27. num. 25. Neguſ. de pignor. 1. memb.
8. part. num. 44. Rot. Ianuen. deciſ. 91. num. 27 & duob. ſeqq.
20 *Cyriac. contr. 327. num. 77. & 78.* & ob eandem rationem
eſto, quod beneficium *Auth. hoc niſi*, ſuffragaretur Ciuita-
ti, ſeu Vniuerſitati, vt voluit *Coſt. remed. ſubſid. 3. num 5.*
relatus à Modern. Lucan. d. tract. ſect. 3. quaeſt. 12. negat ve-
rò *Hieron. Lauren. deciſ. Auenion. 132. num. 2. & ſeqq.* &
indeciſum reliquit *Barz. deciſ. Bonon. 40. ſub num. 6. verſ.*
21 *ac etiam*, cogi non poteſt Sauinus, vt bona huiuſmodi in
ſolutum recipiat, eo minus quia Ciuitas debitum negauit,
& adhuc negat, vt melius comprobat *Modern. Lucan. d.*
tract. ſect. 2. quaeſt. 25. per tot.
Hoc tamen non ſufficit vt relaxetur executio perſonalis
contra Priores, & officiales, quia & ſi pecuniæ à Sauino
22 ſolutæ Officialibus illius temporis verſæ fuerint in vtilita-
tem Ciuitatis, & ob id Ciuitas non attento, an dd. Officia-
les temporales eſſent, vel perpetui reſtituere teneatur, vt
probat *Gratian. diſcept. 196 num. 1. & ſeqq.* & declararunt
23 tres ſententiæ conformes; non ideò obligatæ ſunt perſonæ
ſucceſſorum in officio, qui nec pecunias in proprios vſus
verterunt, nec vſquam reſtituere promiſerunt niſi quate-
nus ſint in mora ſoluendi de bonis Ciuitatis, quæ contrahi-
tur, ſiuè quia bona Ciuitatis non exhibuerint, ſiuè quia
collectam ſingulis ciuibus quando Ciuitas eſt Inops impo-
nendam, *Bart. in l 4. §. actor n. 12. ff. re iudic. Barz. de inop.*
debit. cap. 13. num. 2. & duob. ſeqq. Felician. de cenſ. tom. 2.
lib. 2. cap. 3. n 8. circa finem, Gratian. diſcept. 196. num. 31.
& deciſ. March. 217. num. 1. indicere, aut exigere negle-
xerint, quibus tantum caſibus poſſunt in carcerem detrudi
tanquam repræſentantes corpus ipſius Ciuitatis, tum ob
moram in ſoluendo, tum vt Ciuitas, ac Populus rubore
ſubfuſus ſoluat, vt originaliter voluit *Bald. in l. etiam ſub*
num. 11. circa fin. verſ. dicendum eſt, C. execut. rei iudic.
quem ſequitur *Anton. Faber in ſuo Cod. lib. 4. tit. 7. diffin. 5.*
n. 4 vbi quod ſibi debet imputare cum fuerint negligentes,
24 *& lib. 7. tit. 20. diffin. 16. n. 3* vbi quod licet pro alieno de-
bito id fiat propria tamen Officialium culpa, & negligentia
punitur, qui totam diligentiam in hac re præſtare debent,
& tit. 33. diffin. 1. num. 5. & duob. ſeqq. Gutter. de Gabell.
quaeſt. 168. num. 19 & 20. Manſon. de cauſ. execut. ampliat.
3. num. 29. Bobadill. in ſua Politica par. 2. lib. 3. cap. 8. num.
77. Rota inter impreſſ. apud Modern. Peruſin. de manut.
deciſ. 276. n. 8. & per tot dec. 331. n. 18. 19. & 23.

Quapro-

Digitized by Google

Quapropter cum in caſu noſtro Officiales bona exhibuerint, eaque non ſint idonea ſolutioni Domini mandatunt imponi collectam adhibitis ſolemnitatibus ad id neceſſarijs, & vbi in hoc Officiales negligentes fuerint contra ipſos relaxati executionem perſonalem.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

Eminentiſs. & Reuerendiſs. Corrado Senogallien Succeſſionis. Lunæ 29. Ianuarij 1652.

ARGVMENTVM.

Qualiter Teſtamentum clauſum, & obſignatum, poſtmodumque à teſtante traditum Notario, deominentur, ſuſtineatur, in eoque aperiendo ſolemnia, quæ ſint ſeruanda, cum alijs, de quibus in Summario, magiſtraliter, & doctiſſimè enucleatur.

SVMMARIVM.

1 *Immiſſio conceditur hæredi ſcripto in teſtamento non abolito, nec cancellato.*

2 *Teſtamentum in ſcriptis vt valeat, debeat ſeruari forma à iure tradita nuncupatiuum debet continere hæredem nominatum palàm coram teſtibus, n. 3.*

4 *Teſtamentum nuncupatiuum implicitum quodnam dicatur, & n. 5. 6. 8. 10. 12.*

5 *Teſtandi modus per relationem ad ſcripturam certam eſt receptus.*

7 *Teſtamentum non poteſt eſſe ſine hæredis inſtitutione.*

9 *Teſtes affirmantes præferri debent teſtibus negantibus.*

10 *Teſtamentum dicitur ſecretum ſi quis claudat, & obſignet illud. Amplia, & declara, vt n. 11.*

13 *Teſtator tradens ſcripturam Notario, & dicens illam eſſe eius teſtamentum, approbat, confirmat, & diſponit omnia ibidem contenta: & tunc ſat eſt, quod Notarius apponat diem, & locum, & n. 14.*

15 *Identitas teſtamenti ex quibus verificetur.*

16 *Notarij fides, & legalitas omnem fraudis præſumptionem excludit.*

17 *Rogitus teſtium, & Notarij ſuper teſtamento, quomodo dicatur probatus.*

18 *Teſtator poteſt remittere ſolemnitatem citandi hæredes legitimos, ſeu ſuccedentes ab inteſtato in aperitione ſui teſtamenti.*

19 *Statutum loquens de teſtamento condito in ſcriptis coram teſtibus, non habet locum in teſtamento clauſo conſignato per teſtatorem Notario.*

20 *In aperitione teſtamenti clauſi, & per teſtatorem conſignati Notario, qui publicum ex tunc inſtrumentum confecit cum ſua ſubſcriptione, & teſtium præſentia, non requiritur citatio venientium ab inteſtato.*

21 *Teſtamentum ſi vt tale non ſuſtinetur, ſuſtinetur tamen vt alia vltima voluntas, ſi à teſtante hoc fuit expreſſum.*

22 *Appellatio ſuſpendit vigorem, & effectum ſententiæ.*

23 *Teſtamentum excludit venientes ab inteſtato.*

24 *Fideicommiſſi exceptio, quando non impediat immiſſionem hæredis.*

25 *Fideicommiſſarij poſſeſſio quando dicatur vitioſa, & nullius momenti.*

26 *Inuentarij omiſſio operatur præſumptam conſumptionem, vel illiquiditatem detractionum. Declara n. 27. 28.*

29 *Immiſſio hæredis quibus non præiudicet.*

30 *Pignus extinguitur ex legitima oblatione cum depoſito debitæ quantitatis.*

DECISIO XXIII.

1 IMmiſſionem in poſſeſſionem bonorum hæreditatis q. Franciſci Mariæ de Amatis cenſuerunt Domini concedendam eſſe Brunoto hæredi ſcripto in eius Teſtamento non abolito, nec cancellato iuxta diſpoſitionem *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollend. Menoch. de adipiſc. remed. 4. ſub num. 56. verſ. quaro ſeptimo*, & in his terminis reſpondit *Rota penes Duran. deciſ. 178. 180 & 206. confirmata corã Reuerendiſſ. D. meo Terracinen. in Narnien. Hæreditat ſub die 16. Nouembris 1629. & 11. Ianuarij 1630. & in Roman. hæreditat. 19. Nouembris 1635. & 7. Aprilis 1636. coram bo. mem. Coccin.*

2 Neque viſa fuit ſubſiſtens obiecta nullitatis eiuſdem Teſtamenti exceptio, ſiuè illud cenſeatur in ſcriptis, cum non fuerit ſeruata forma præſcripta in *l. hac conſultiſſima C. de* 3 *teſtam.* ſiuè nuncupatiuum, cum hæres non fuerit coram teſtibus palam nuncupatus, prout cauetur in eadem *l. in §. per nuncupationem* iuncta *l. in teſtamentis C. eod. tit.*

4 Nam eſt quidem nuncupatiuum, ſed implicitum, cum Teſtator conuocatis ſeptem Teſtibus, ac Notario illi ſchedulam conſignauerit, in qua d. Brunotus hæres fuit inſtitutus, dicens in ea ſcriptum eſſe eius vltimum nuncupatiuũ Teſtamentum, quod valere voluit iure Teſtamenti, Codicillorum, Donationis cauſa mortis, & alterius vltimæ voluntatis, vt conſtat ex ipſo publico Inſtrumento ſuperindè confecto per Camillum Spaccaloſſium publicum Notarium, cuius originale fuit ad Vrbem tranſmiſſum de man- 5 dato Dominorum. Qui ſanè teſtandi modus per relationem ad ſcripturam certam receptus, atque approbatus eſt, nec aliam expoſcit magis explicitam hæredis nominationẽ, quam ſcriptura relata demonſtret, *ad l. aſſe toto ff. de hæred. inſtit. l. inſtitutio talis in verbo cuius nomen ff. de condit. inſtit. l. nominatim ff. de manumiſſ. teſtam. Bart. in l. ſi ita ſcripſero ſub num. 1. verſ. ego dico ff. de condit. & demonſtr. & in l. qua hæredi ſub num. 1. verſ. ego determino ff. de reb. dub. Bald. in d. l. aſſe toto ſub num. 3. verſ. item eſt argumentum hæc lex &c. ff. de hæred. inſtit.* & pulchrè explicat *Caſtr. in l. hæredes palam ſub num. 2. verſ. in textu, & ſeq. ff. de teſtam. Alex. conſ. 176. Viſo proceſſu ſub nu. 6. verſ. nec ad hoc obſtat cum ſeq. lib. 5. Gozzadin. conſ. 3. per tot. Socin. conſ. 142. ſub num. 5. verſ. ex quibus omnibus cum ſeqq. lib. 1. Decian. conſ. 74. per tot. lib. 5. Craſſ. in §. Inſtitutio quæſt. 16. num. 3. verſ. ideoque &c. & ſeq. Clar. in §. Teſtamentum quæſt. 4. ſub num. 3. verſ. ſed maior eſt difficultas, & quæſt. 36. ſub num. 2. verſ. ſed quid ſi teſtator. Magdalen. de numer. teſtium in teſtam. requiſit. cap. 27. ſub num. 9. verſ. ex qua lectura cum plur. ſeqq. Mantic. de coniect. lib. 1. tit. 7. ſub nu. 7. verſ. quartus, & ultimus caſus eſt, Gutierez. pract. quæſt. lib. 2. quæſt. 41. ſub nu. 4. verſ. ex quibus infertur cum ſeqq. Rota penes Duran. d. deciſ. 206. per tot. & in rec. deciſ. 263. num. 6. verſ. & modus teſtandi, ac ſeqq. par. 4. tom. 2. & deciſ. 570. n. 5. verſ. neque viſum fuit obſtare cum ſeqq. ac deciſ. 581. num. 5. & ſeqq. ead. par. 4. tom. 3. & in d. Narnien. hæreditat. coram Reuerendiſſ. D. meo Terracin. 16. Nouemb. 1629. in §. nihil facit cum ſeqq. & 11. Ianuarij 1630. in §. ratio reſolutionis, & ſeq. & in d. Rom. hæreditat. coram bo. mem. Coccin. & Rom. in. Teſtamenti 14. Iunij 1649. coram Emin. D. meo Otthobono in §. 1. & ſeq. cũ alijs relatis per M. Ant. Thomat. deciſ. Rot. Maccrat. 82. num. 19. verſ. ita firmandum eſt, cum ſeqq.*

Nec eſt neceſſarium (vt nonnulli DD. exiſtimarunt) quod Teſtator in actu conſignationis illius ſchedulæ formaliter 6 exponat teſtibus, ac Notario hæredem in ea fuiſſe inſtitutũ, verum dixiſſe ſufficit, illud eſſe eius teſtamentum, cum 7 his verbis hæredis inſtitutio (ſine qua teſtamentum eſſe non poteſt, *l. 1. in fin. de vulg. & pupill. §. ante hæredis Inſt. de legat. Mantic. dec. 225. n. 5. verſ. & cum ſpecialiter lo-* 8 *quatur de teſtamento &c.*) comprehendatur, ac proindè implicitam præſeferant illius nuncupationem, *Caſtr. in d. l. hæredes palam ſub num. 2. verſic. Viſi coram ſeptem teſtibus ff. de teſtam.* & explicat *Alex. d. conſ. 176. num. 6. verſ. quia reſpondere poteſt lib. 5. Decian. d. conſ. 74. ſub num. 14. verſ. ſecundo, & infr. lib. 5. Sim. de Prat. de interpret. vlt. vol. fol. mihi 115. ſub num. 13. verſ. Vnde magis expeditum, & ſecurum eſt*, & ſenſit *Rot. in dd. deciſ. Narnien. Hæredit. coram Reuerendiſſ. D. meo Terracinen. & in d. Roman. Hæredit. coram bo. mem. Coccino 19. Nouembris 1635. in §. nec in iſtis terminis obſtat, & 7. Apr. 1636. in § neque obſtat, quod Modeſtinus verſ. quia ſufficit, quod Teſtator, & in d. Rom. Teſtament. coram Emin. D. meo Otthobono in §. contra et enim Teſtamentum &c. cum ſeqq.* atque alijs relatis probant *Mar. Med. dec. Rot. Sen. 97. ſub num. 24. verſic. Reſponſio enim eſt clara cum ſeqq. & M. Anton. Thomat. d. dec. Macerat. 82. n. 27. verſ. minus obſtat cum ſeqq.*

Verùm hoc etiam abundat in propoſito caſu, in quo tam ipſe

Digitized by Google

ipſe Notarius examinatus, quã tertius, & quartus teſtis teſtamentarij iuxta vigeſimumſecundum interrogatorium, & ſuper tertio articulo deponunt præfati hæredis nomen fuiſſe à Teſtatore palàm expreſſum, quod non ſatis excludunt alij teſtes pro Amatis inducti nempè P. N. Ordinis Min. Conu. iuxta primum interrogatorium additionale, ibi, *Et il Sig. Franceſco Maria quando diede il foglio al Notaro diſſe, queſto è il mio teſtamento, e voglio che ſia il mio ultimo teſtamento, & mia ultima uolontà, & non ſenty che diceſſe altro &c. & potrebbe eſſere, che il detto Sig. Franceſco Maria nel tempo che conſegnò il teſtamento diceſſe altre parole, che io non le ſentiſſi &c.* Et alius iuxta ſextum in fine, ibi, *Ma le ſenty dire le ſudette parole, & non altro, & parlaua più toſto con voce ſommeſſa, & baſſa, che alta &c.* Et iuxta primum additionale, ibi, *Et può eſſere che il Sig. Franceſco Maria prima del mio arriuo habbia detto altre parole, ma non lo sò per non eſſere ſtato preſente, ſe non à quanto hò detto di ſopra &c.* Et alter pariter iuxta ſextum, ibi, *Io non ſenty dir altro al Sig. Franceſco Maria, quando che conſegnò al Notaro il d. teſtamento, ſe non che li diſſe, tenete, queſta è la mia volontà, ò ultima volontà, ò altre parole ſimili &c.* & iuxta primum additionale, ibi, *Et può eſſere, che nel tempo auanti io andaſſi di ſopra, che ui erano preſenti detto Notaro, & altri teſtimony, il Sig. Franceſco Maria diceſſe altre parole, & anco non le diceſſe, perche di queſto io non ne ſono*
9 *informato &c.* poteſt enim eſſe, quod ea verba fuerint à Teſtatore prolata (vt alij prædicti atteſtantur) ipſis non aſtantibus, vel non audientibus, ſeu non aduertentibus, ideòque cæteri teſtes affirmantes præferri debent, *in tr. theor. Bart. in l. dicm proferre §. ſi plures ſub num. 3. verſ. aut teſtis deponit non cognitionem ff. de recept. arbitr. Eugen. conſ. 90. ſub num. 70. uerſ. Secundò reſpondetur lib. 1. Surd. conſ. 414. ſub num. 39. uerſ. ex quibus tollitur &c. & ſub num. 48. uerſ. Romagnus &c. ac num. 76. & ſeqq. Rot. deciſ. 335. ſub num. 1. in fin. uerſ. & quamuis duo dicant, & ſeq. par. 1. diuerſ. & penes ſanct. mem. Greg. dec. 449. num. 3. uerſ. primò quia,* & in his terminis fuit reſolutum in *Regien. hæredit. 24. Apr. 1637. corã bo. mem. Coccin. per tot. & in d. dec. 381. ſub n. 10. uerſ. Vltramontanus uerò cum ſeq. & ſub n. 32. uerſ. nec facit diſpoſitio cum ſeqq. par. 4. tom. 3. recen. ac in alijs.*
10 Minus repugnat, quod teſtator voluerit eius diſpoſitionem donec vitam ageret eſſe ſecretam, ideòque dictam ſchedulam claudi, ac teſtium ſigillis obſignari.

Quia non indè neceſſaria illatio deducitur, quod intenderit teſtari in ſcriptis, cum per nuncupationem implicitam mediante relatione ad certam ſchedulam idem facilius fieri potuerit, quod vt cautius aſſequeretur eam claudi, ac obſignari voluit vlus cautela, *Caſtr. in l. 1. ſub num. 9. uerſic. & ſi dicatur C. de teſtam. Fulgoſ. conſ. 56. ſub num. 2. uerſ. aduertendum tamen, & infra uerſ. & ne in dubium reuocetur &c. Durand. de art. teſtandi tit. 2. de teſtam. ordinand. cauſ. 1. nu. 3. verſ. remedium eſt &c. Clar. in §. Teſtamentum d. q. 4. ſub n. 3. uerſ. conſulo tamen &c. Mantic. de coniect. lib. 1. d. tit. 7. ſub n. 7. uerſ. Vnde etiam, Maſcard. de probat. d. concl. 1352. ſub n. 73. uerſ. Vbi tamen,* quam probauit *Rot. penes Duran. d. dec. 178. ſub n. 5. uerſ. minus releuat, & deciſ. 180. ſub n. 4. uerſ. & ulterius cum ſeqq. & penes Fenzon. ad Stat. Vrb. dec. 3. in §. eoque magis cum Notarius, ac in rec. d. dec. 581. num. 11. uerſ. quæ etiam diſpoſitiones par. 4. tom. 3. & in d. Roman. hæredit. coram bo mem. Coccin. 7. Aprilis 1636. in §. quantum attinet ad ſecundum cum ſeqq.* Neque
11 diſpoſitionis ſecretum excludit notitiam illorum, quibus ea fuit a Teſtatore inſinuata, ſed publicam extraneorum, & præſertim neceſſitatem eam regiſtrandi in Prothocollis ipſi Notario incumbentem ex diſpoſitione ſtatuti Terræ Corinalti *lib. 1. cap. 58. ſub Rubr. de Offic. Notar. publicorum &c.* vt probat *text. in l. ſcripturas,* ibi, *quæ ſæpè aſſolent in quibuſdã ſecretè fieri interuenientibus amicis &c. C. qui pot. in pign. hab. & in cap. 1.* ibi, *Non publico examine, ſed coram te, & aliquantis Reuerendiſſimis Presbyteris, & Diaconis tuæ Eccleſiæ ſecreto iuramento ſe purificet, & cap. 15. quæſt. 5. Bald. conſ. 447. Ad euidentiam num. 4. uerſ. nam ſecretum eſt &c lib. 5.*
12 Eo autem magis ceſſat huiuſmodi difficultas, dum ipſe teſtator declarauit expreſsè, quod intendebat teſtamentum condere nuncupatiuum, & non in ſcriptis, illudque valere iure teſtamenti codicillorum, Donationis cauſa mortis, & alterius cuiuſcumque vltimæ voluntatis vigore, quæ verba enixam demonſtrant eius voluntatem, & clauſulam, *omni meliori modo* præſeferunt ad *l. quoties la 2. ff. de reb. dub. & not. Bald in l. cum pater §. filius matrem uerſ. nota ex iſto §. & Imol. ſub nu. 9. uerſ. & ſic facit ff. de leg. 2. Alex. d. conſ. 176. nu. 5. uerſ. nam ubicumque quis fecit teſtamentum, & infr. lib. 5. Corn. conſ. 62 ſub n. 11. uerſ pro quo faciunt, & ſeqq. lib. 2. Gozzadin. d. conſ 3. ſub n. 11. uerſ. pro quo dico, quod ualebit &c. & ſeqq. Socin. ſen. d conſ. 142. ſub n. 3. uerſ. ſed tamen ex alio capite cum ſeqq. lib. 1. Afflict. dec 144. per tot. Sim. de Præt. de interpret. ult. uol. fol. 116. ſub n. 21. uerſ. confirmantur prædicta &c. & ſeqq. Rota penes Card. Seraph. dec. 749. nu. 13. uerſ. ſed & teſtatorem &c. Mantic. de coniect. lib. 1. d. tit. 7. ſub num. 6. uerſ. tertius eſt caſus &c.*

Præterea ex prædictis eliditur aliud obiectum, quod inſtitutio hæredis ſcripta legatur poſt ſubſcriptiones P. Camilli Borelli, qui teſtatoris iuſſu teſtamẽtum ſcripſit, ac ſubſcripſit, & R. Iulij Mirti, qui præſens fuit, pariterque ſubſcripſit, & abſque diei, ac loci expreſſione.
13 Quia teſtamentum nullum recipit à ſubſcriptionibus illis vigorem, ſed à voluntate ipſius Teſtatoris, qui tradendo, & conſignando ſchedulam prædictam Notario cum declaratione, quod erat eius Teſtamentum (vt teſtes omnes teſtamentarij conueniunt) omnia in eo ſcripta approbauit, confirmauit, atque diſpoſuit, *Rot. in d. Roman. hæreditat. corã bo. me. Card. Virili 23. Ianuarij 1627. apud Fenzon. ad Stat. Vrb. dec. 3. in § quia cum ipſemet Card. teſtator &c. & penes Duran. d dec. 178. num. 6. uerſ. minus releuat, & d. dec. 180. num. 3. uerſ. quia cum dictum teſtamentum, & in d. Narnien. Hæredit. coram Reuerendiſſ. Terracinen. 11. Ianuarij 1630. in §. non obſtant deciſiones, & in d. Roman. Teſtamẽti coram Emin. Card. Otthobono 14. Iunij 1649. in § nec ulla*
14 *prorſus dubitatio &c.* & ſufficit, quod dies, & locus in Inſtrumento per Notarium ſuper eo confecto fuerint appoſiti, *Craſſ. in §. Teſtamentum d. q. 10. alias 11. ſub num. 8. uers. Secundus caſus eſt &c.*

Non etiã conſiſtit obiecta incertitudo, ſeu non ſatis perſpicua identitas folij, quod cum fuerit circumcluſum ſeptẽ fibulis cartæ, ſeu nizis, quarum ſingulæ ſingulorum teſtium ſigillis ſuperimpreſſis, ac ſubſcriptione obſignatæ apparent, poterat iis amotis facilè mutari, atque aliud ſuppoſitum folium eiſdem includi, ac obſignari.

Tum quia nec illæ fibulæ abſq. earum, ſeu eiuſdem ſchedulæ laceratione, ac ipſius ſigilli læſione amoueri, nec amotæ cenſeri poſſunt, cum ex oculari earum inſpectione prima ſigilli impreſſio in ipſa ſchedula viuida adhuc appareat
15 & illæſa: Tum quia ſupereſt inconcuſſa certitudo ex characteribus P. Camilli, & Iulij Mirti, à quibus ſcriptum, ac reſpectiuè ſubſcriptum fuit, & ex depoſitionibus teſtium inſtitutionem Brunori conteſtantium, & ex rogitu ipſius Notarij à tergo eiuſdem folij propria manu conſcripto, vndè certior reſultat identitatis verificatio, vt benè probant *Caſtr. Fulgoſ. Clar. & alij ſupracitati in §. minus repugnat &c.* quibus addo *Decian. d. conſ. 74. ſub num. 20. verſ. & in terminis cum ſeqq. & ſub num. 23. verſ. quartò, quod ſit eadem ſcriptura cum ſeqq. lib. 5. Rota in d. Roman. hæredis coram Coccino 7. Aprilis 1636. in §. neque obſtat Modeſtinus*
16 *verſ. & prædicta corroborantur.* Tum quia publica Notarij fides, atque legalitas pluribus teſtibus comprobata omninò præualet excogitatæ huiuſmodi ſuppoſitionis, & fraudis poſſibilitati, ac eius præſumptionem excludit *Bart. in d. l. 2. ſub num. 1. verſ. ſi enim creditur Notario ff. quemadmod. teſtam. aperian.* & latè probat *Decian. d. conſ. 74. num. 18. verſ. tertiò probatur iſta identitas cum ſeqq. lib. 5.* & reſpondit *Rota in d. Roman. hæreditat. coram bon. mem. Cardin. Virili apud Fenzon. deciſ. 3 in §. nec obſtat, quod rogitus Notarij ſit ſcriptus cum ſeq. & penes Duran. d. deciſ. 180. ſub num. 6. verſ. identitas vero &c. & in recent. deciſ. 263. ſub num. 31. verſ. quibus accedat par. 4. tom 2. & d. deciſ. 581. num. 39. verſ. non obſtant ſuſpiciones cum ſeqq & num. 49. verſ. & demum, eadem par. 4. tom. 3. & in d. Narnien. hæreditatis coram Reuerendiſſ. D. nco Terracinen. 16. Nouembris 1629. in §. neque obſtat &c. & 11. Ianuarij 1630. in §. non obſtans deciſiones, & in d. Roman. hæreditatis coram Coccino 16. Nouembris 1635. in §. nec poteſt dubitari,*

tari, & 7. Aprilis 1636. in §. quantum attinet ad ſecundum, & ſeq. vſque in fin. & in d. Rom. teſtam. coram Eminen. Card. Otthobono in §. neque obſtat, quod rogitus Notarij cum ſeq.

Deindè non obſtat, quod Notarius non fuerit à Teſtatore rogatus, nec teſtes nominatim vocati, ac ſpecialiter rogati, vt diſponit Statutum prædictæ Terræ Corinalti *lib. 2. cap. 41. ſub rubr. de teſtam. & vltim. volunt.*

17 Quoniam contrarium apparet ex publico Inſtrumento à tergo dictæ ſchedulæ Teſtamenti deſcripto, in quo Notarij, ac teſtium rogitus ab ipſo Teſtatore factus legitur, ex quo plenè reſultat huius requiſiti probatio, *Innoc. in cap. 1. ſub num 7. verſ. item nota vtile eſſe de fid. instrum. Bald. in l. hac conſultiſſima num. 2. verſ. item Notarius C. de teſtamen. Specul. par. 2. in tit. de inſtrum. edition. ſub num. 13. uerſ. & nota, quod Tabellio, Mantic. de conιectur. lib. 2. tit. 12. ſub num. 4. uerſ. Vnde quæro, & num. 6. uerſ. Verùm hæc communis ſententia, Aldouin. conſ. 31. num. 20 uerſic. ſiquidem, & conſ. 69. nu. 26. uerſ. nimirum, Rot. penes Coccin. deciſ. 407. num 6. uerſ. creditur autem Notario, & dec. 262. num. 2. uerſ. & quando par. 4. diuerſ. & deciſ. 496. num. 10. uerſ. minus obſtat, cum ſeqq. par. 4. tom. 2. rec. & deciſ. 698. ſub num. 5. uerſ. non obſtat exceptio cum ſeqq. eadem par. 4 tom. 3. & in d. Roman. hæredit. 23. Ianuarij 1627. coram bo. mem. Card. Virili apud Fenzon. ad Stat. Vrb. d. deciſ. 3. in §. nec facit, quod Notarius.*

Eademq. ratione colliditur, quod in aperitione dicti Teſtamenti non fuerint citati hæredes Teſtatoris legitimi, ſiuè ab inteſtato ſuccedentes iuxta eiuſdem ſtatuti diſpoſitionẽ.

Quia ſolemnitas hæc, vt in eodem Inſtrumento legitur,
18 ſpecialiter fuit ab ipſo Teſtatore remiſſa, cui cum non fuerit à ſtatuentibus vetitum, liberum erat ita diſponere iuxta *text. in §. diſponat in auth. de nupt. l. 3. in uerb. nemo C. quemadmod. teſtam. aper. Angel. in l. teſtamenti num. 3. uerſ. vltimo habes C. eod. tit. Mantic. de coniect. lib. 1 tit. 6. in fin.* & in his terminis reſpondit *Rot. in d. Romana teſtamenti coram Emin. Card. Otthobono 14 Iunij 1649. in §. nec releuat, quod in aperitione teſtamenti &c. uerſ. præſertim cum Philippus Teſtator &c.*

19 Præter quod ſtatutum illud videtur diſponere de teſtamento coram teſtibus condito in ſcriptis, ac in publicam formam poſt mortem defuncti redigendo, vt conſtat ex illis verbis, *Nec per teſtes poſſint releuari niſi in continenti fiat examen citatis venientibus ab inteſtato, ne ipſi indebitè hæreditate priuentur &c. iuxta text. in cap. ſignificauit, & in cap. Albericus de teſtibus*, atq. ideò non videtur applicari, nec comprehendere hunc caſum, in quo Teſtamentum iuſſu Teſtatoris ſcriptum, & ab ipſo conſignatum fuit Notario, qui publicum ex tunc Inſtrumentum confecit, ac ſuper eo conſcripſit eiſdem teſtibus præſentibus, ſubſcribentibus, ac proprijs ſigillis roborantibus, quo caſu non requiri-
20 tur huiuſmodi teſtamenti publicatio, neque citatio venientium ab inteſtato in aperitione illius, quæ nemini intereſſe habenti negatur, *l. 1. vbi Bart. in princ.* vtrumque caſum benè diſtinguit, *& ſub num. 4. verſ. & ſi petatur tabula aperiri, & in §. ſi quis neget ſub num. 3. uerſ. pro declaratione materiæ. & Imol. ſub num. 3. uerſ. circa teſtium ff. quemadmod. teſtam. aperian.* & ruſſus idem *Bart. in l. publicati ſub num. 1. uerſ. quando aperitur, vbi Bald. ſub num. 10. uerſ. decimo quæro, & Iaſ. ſub num. 2. uerſ. & in iſta apertura, C. de teſtam.* & iterùm *Bald. in l. 2. ſub num. 4. uerſ. item quæro, C. quemadmod. teſtam. aperian. Roland. conſ. 36. ſub num. 6. uerſ. quo autem ad ſecundum articulum cum ſeqq. lib. 1.* & ita reſpondit *Gozzad. in d. conſ. 3. ſub num. 25. in fine, uerſ. & ita patet reſponſum ad ſecundum fundamentum, Lud. Lan. de teſtament. formul. in conſ. 1. ſub nu. 107. verſ. nec obſtat decimumquartum cum ſeqq.* & comprobat *Durand. de art. teſtand. tit. 2. c. 1. num. 3. uerſ. remedium eſt, Magdalen. de numer. teſt. in teſtam. requiſit. cap. 29. nu. 6. uerſ. & procedit, Sim. de Prat. de interpret. vltim. volunt. fol. mihi 115. ſub n. 13. in fin. verſ. & tale teſtamentum cum ſeq. Grattian. diſcept. 429. num. 3. uerſ. quare ad hoc, & ſeq. cum alijs relatis per Thomat. d. deciſ. 82. ſub n. 33. uerſ. præter non obſtat, ac ſeq. & fuit dictum coram bo. mem. Card. Virili in cit. Roman. hæredit. 23. Ian. 1627. apud Fenzon. ad Stat. Vrb. deciſ. 3. § nec facit, quod in aperitione teſtamenti, & in d. Roman. teſtam. coram Emin. Card. Otthobono in §. nec releuat, quod in aperitione teſtamenti &c.* Quinimmò forma prædicta non videtur à ſtatuentibus præſcripta in alijs vltimis voluntatibus, præter teſtamenta, vt colligitur ex ſequenti verſ. *In alia uerò quauis vltima uoluntate &c.* Quo
21 ſanè titulo ſuſtinetur præfata diſpoſitio, nam ita voluit, ac ſpecialiter declarauit Teſtator, vt ſupra dictum eſt in §. *Eo autem magis ceſſat huiuſmodi difficultas, &c.* & in ſpecie probat *Decian. d. conſ. 74. num. 3. uerſ. nam conſtat, ac ſeq. & ſub n. 12. uerſ. primò quia cum ſeq. lib. 5.*

Amplius impedire non valet immiſſionem hæredis ſententia diffinitiua in præcedenti inſtantia coram A. C. prola-
22 ta ſuper nullitate dicti teſtamenti. Quia pendente appellationis ab ea per Brunorum interpoſitæ cauſa ſuſpenſus remanet vigor, ac effectus illius, ideoque præiudicare non poteſt ſummario immiſſionis remedio eidem competenti, cuius beneficio interea priuari non debet, *l. 2. C. de edict. Diu. Adr. toll. l. 1. C. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul. l. 3. C. de appell. l. ſi quis filio §. hi autem omnes ff. de iniuſt. rupt. & irrito fact. teſtam. Rota penes Card. Seraph. deciſ. 616. ſub nu. 10. uerſ. quantum ad dilemma, Thomat. d. deciſ. 82. num. 10. uerſ. quamobrem dictum fuit, & ſeqq. Stauil de Saluian. interd. uiſpect. 1. cap. 4. num. 54. uerſ. tamen cogita, & ſeqq.*

Poſtremò non obſtant iura ſucceſſionis ab inteſtato, vel ex fideicommiſſo Mutij patris præfati Franciſci Mariæ Teſtatoris pro parte P. Leonis, & Iacobi de Amatis adducta.

23 Nam (prætermiſſis modo alijs) teſtamentum excludit venientes ab inteſtato, *l. quamdiu ff. de acquir. hæred. l. quamdiu ff. de reg. iur. l. antequam C. commun. de ſucceſſ. l. ex teſtamento C. Vndè liberi, Barz. deciſ. 89. n. 21. uerſ. & propterea*, & in ſpecie reſpondit *Gozzadin. d. conſ. 3 num. 10. uerſ. quibus tamen non obſtantibus cum ſeqq. Decian. d. conſ. 74. n. 6. uerſ. ſed ad primum, & ſeqq. lib. 5. Rota penes Cominel. deciſ. 45. ſub n. 7. uerſ. & minus prodeſt, & in recent. deciſ. 216 num 4 uerſ. quia teſtamento exiſtente par. 4. tom. 2. & in Ferrarien. de Pendas 7. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Royas*, cum alijs adductis per *Thomat. d. deciſ. 82. ſub num. 1.*

24 Fideicommiſſi verò exceptio impedire non poteſt immiſſionem hæredis, qui ex perſona eiuſdem Franciſci Mariæ legitimam, Trebellianicã, dotes maternas, expenſas funebres, & alia forſan detrahere poteſt, adeout fideicommiſſarij poſſeſſio poſt mortem grauati auctoritate propria, vel aliter nõ citato legitimè illius hærede, ſeu curatore hæreditatis iacen-
25 tis, cenſeatur vitioſa, & nullius momenti, nec cum conſtituat ad hunc effectum legitimum contradictorem, *a tl. 1. ff. quor. legat. Caſtr. in l. fin ſub num. 13. uerſ. certè ſi hæres C. de edict. Diu. Adr. toll. Menoch. de adipiſc. remed. 4. ſub num. 635. uerſ. declaratur hic caſus cum ſeqq. Surd. deciſ. 337. ſub num. 7. uerſ. ex aduerſo autem cum ſeq. Ioſeph Ludouic. deciſ. Peruſ. 47. num. 15. uerſ. ad hoc enim, late Peregrin. de fideicom. art. 47. ſub num. 64. uerſ. reſtat ut uideamus, & ſeqq. Rota deciſ. 520. par. 1. diuerſ. & penes Card. Seraph. deciſ. 271. & deciſ. 850. ſub num. 1. ac ſanct. mem. Greg. deciſ. 206. ſub num. 4. verſ. non obſtat, quod Laura poſſideat, & ſeq. & in recent. deciſ. 115. par. 1. & deciſ. 116. per tot. par. 3. & deciſ. 236. ſub num. 10. uerſ. quo uerò ad ſecundum cum ſeq. par. 5. & in Bonon. bonor. 31. Ianuar. 1646. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, & in alia Bononien. de Toſtin. 31. Maij 1649. coram R. P. D. meo Cerro in §. fin.* ac in his terminis penes *Duran. d. deciſ. 180. ſub num. 8. uerſic. quo uerò ad ſecundum &c. cum ſeq.*

26 Non enim releuat prætenſa detractionum conſumptio, vel illiquiditas ſtante inuentarij omiſſione, atque alienationibus à dicto Franciſco Maria factis.

27 Quoniam hæc maturius diſcuti debent poſt immiſſionem hæredis, qui contrarijs probationibus illas elidere, vel in diuerſas cauſas referre, atque alias etiam detractiones ipſi competentes deducere poterit. Ac proindè certa, & indu-
28 bitata interea dici non poteſt illarum incompetentia, vt hæredem inſtitutum ab immiſſione excludere valeat, prout reſpondit *Rot. in d. deciſ. 115. ſub num. 12. uerſ. non obſtat par. 1. & deciſ. 94. ſub num. 11. uerſ. nec obſtat cum ſeq. par. 5. recem.* & alijs relatis probat *Mareſcott. reſol. 1. ſub num. 33. uerſ. quinimò cum ſeq. lib. 1. Argel. de acquir. poſſeſſ. quæſt. 8. ſub num. 964. uerſ. quartò quia &c.*

Nec denium ſuffragatur ceſſio iurium lite pendente per

dd. de

Digitized by Google

dd.de Amatis obtenta à Cornelia d.Franciſci Mariæ vxo-
re poſſeſſionem, ſeu inſiſtentiam bonorum mariti ratione
dotalis crediti habente.

29 Quia non impedir immiſſionem hæredis, quæ credito-
ris iuribus, ac inſiſtentiæ nullum affert præiudicium, ſed cũ
ea benè conueñit diuerſis reſpectibus, atque concurrit, iu-
xta *l. 3. §. ex pluribus ff. de acquir. poſſeſſ.* & fuit reſolutum
in *Iannen. fideicom. 4. Maij* 1590. *coram bo. mem. Card.
Platto apud FenZon. ad Stat. Vrbis deciſ. 123. & in Roman.
bonor. de S. Cruce 6. Iunij 1610. coram bo. me. Card. Sacra-
to apud Statil. de Saluian. interdict. deciſ. 157. ſub nu. 1. &
ſeq. & in S. Seuerini bonor. 10. Decemb. eiuſdem anni corã
eodem in rec. deciſ 315. ſub n. 2. uerſ. & eſt regulare, ac inſr.
par. 3. & in Roman. ſeu Caſanaten. hæreditat 4. Iunij 1635.
coram bo. mem. Pirouan. deciſ. 48. ſub num. 16. verſ. quar-
to, & ultimo cum ſeqq. par. 7. Rot. & nuper in Roman. fi-
deicom. de Carpianis 5. Maij 1651. coram R. P. D. meo Ve
roſpio in §. hanc autẽ immiſſionem &c.* & comprobat *De-
cian. d. conſ. 74. nu. 8. uerſ. ad ſecundum uerò lib. 5.* Eoque
minus impedire poteſt facta reſtitutione, quam Brunorus
exhibuit, ſeu (quatenus recuſetur) legitima oblatione cũ
30 depoſito debitæ quantitatis. Nam hoc pacto extinguitur
pignus, ac proindè ceſſat poſſeſſio, & inſiſtentia creditorũ,
*l. pignoris cauſa C. de pignorat. act. l. cum tibi C. qui pot. in
pign. hab. l. fin. C. de luiton. pign. Caſtr. in l. 1. §. per for-
num ſub num. 2. uerſ. ratio ſecundi dicti eſt &c. ff. de acquir.
poſſeſſ. Rota penes Card. Caualer. deciſ. 652. n. 3. uerſ. Vndè
etiam cum ſeq. & in Peruſin. pecuniar. 1. Iulij 1623. coram
bon. mem. Merlin. in §. quandoquidem, uerſ. imò & ipſas
etiam ſorores &c.*

Cætera, quæ repetũtur, ac inculcantur pro illis de Ama-
tis viſa fuerunt Dominis leniora, minusque validis facti,
ſeu iuris medijs ſubnixa, & ex prædictis, ac alijs per infor-
mantes pro Brunoro deductis prorſus eliſa.

Et ita fuir reſolutum vtraq. parte informante &c.

R. R. P. Meltio Meleuitana Bonorum.
Veneris 10. Maij 1652.

ARGVMENTVM.

Tranſactionis allatis requiſitis, multa ad eiuſdem ſubſten-
tationem percurruntur, & in propoſita ſpecie, præſer-
tim circa obiectam læſionem, examinantur.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio quid ſit, & undè dicatur.*
2 *Tranſactionis requiſita neceſſaria, quæ ſint, & n. 3.*
4 *Dubietas materiæ requiſita ad ſubſtinendam tranſactio-
nem, ex quo colligatur, & n. 5.*
6 *Mala fides conuertitur in bonam fidem per ſententias fa-
uorabiles reportatas ab eo, qui erat in ipſa mala fide.*
7 *Valor, ubi deducitur pro habenda reſciſſione contractus
debet plenè, & concludenter probari: & quidem de tem-
pore contractus, n. 8.*
9 *Fructus legitimæ conſiſtentis in pecunia non debentur.*
10 *Læſio metienda eſt ex toto contractu, & omnibus in eo cõ-
tentis, an ſit enormiſſima pendet a Iudicis arbitrio, n. 11.
excluditur per præſentiã Magiſtratus, & Iudicis. n. 12.*
13 *Tranſactio admittit ponderationem dubij euentus litis.*
14 *Tranſactio ut ſuſtineatur omnis eſt capiẽda interpretatio.*
15 *Tutor, ex quo exercuit tutelam nequit dici debitor, niſi ex
redditione rationis appareat talis.*
16 *Hoſpitale dicitur laicale ſi gubernetur à laicis: quando
uerò è contra dicatur locus pius, n. 20.*
17 *Locus pius quomodo differat ab Eccleſiaſtico, & è contra.*
18 *Fides non facit gradum probationis.*
19 *Capellanus, ut poſſit adminiſtrare Sacramenta, debet
approbari ab Ordinario.*

DECISIO XXIV.

DOmini perſiſtendo in deciſis coram me ſub die 10. Fe-
bruarij 1651. iterùm reſponderunt litì, quam Vener.
Hoſpitale S. Spiritus Ciuitatis Melitæ renouare prætẽ-
debat contra illos de Caſſar obſtare tranſactionem aliàs
vſq. de anno 1580. inter dictum Hoſpitale, & Auctores
1 illorum de Caſſar initam; Quia tranſactio nil aliud eſt, quã
receſſus à lite, & actione mota, & mouenda, & ideò dici-
tur tranſactio quaſi tranſitus ab actione, ſecundum *Bart.
in l. ſine apud acta num. 22. C. de tranſact.* vel quaſi tran-
ſiens actio ſecundum *Bald. in l. 2. ff. de iureiur l. in ſumma,
& l eleganter ff. de condit. indeb. l. ſub prætextu C. de tran-
2 ſact. cap. 1. extr. eodem.* Neceſſaria autem tranſactionis re-
quiſita in eo conſiſtentia. vt nempè illa fiat ſuper re dubia
ac incerta, *l. 1. ff. de tranſact. Iaſ. in rubric. n. 15. ff. de tran-
ſact. Roman. in conſ. 517. num. 18. uerſ. non eſt autem du-
bium, Crauett. conſ. 153. num. 10. uerſ. breuiter iſta tranſa-
ctio, Rota in recent. deciſ. 447. num. 2. uerſ. nec uiſum eſt
obſtare, & in Bononien. nullitatis concordiæ 13. Iunij 1645.
coram R. P. D. meo Cerro §. ſecundò pro inefficacia;* Nec
3 non vt fiat cum mutua inter ipſos Tranſigentes compen-
ſatione aliquo hinc inde dato, vel remiſſo, *l. trãſactio nullo
dato, ubi DD. C. de tranſact. Rota in recen. deciſ. 231. nu.
2. part. 4. & deciſ. 271. num. 25. uerſ. qui dolus part. 6.* Satis
in propoſito caſu verificantur, quæ propterea iſtius tran-
ſactionis validitatem clarè demonſtrant.

4 Dubietas materiæ, ſuper qua inita fuit tranſactio ſatis
colligitur ex diuturnitate litis, & diuerſitate ſententiarum
hinc inde emanatarum, & tamen ad hunc effectum etiam
quæcumq. modica occaſio dubitandi ſufficeret, *l. 2. ubi gl.
in uerb. nulla, & ibi Bart. & Bald. num. 1. C. de tranſact.
Alex. conſ. 20. num. 3. uerſ. quia reſpondeo lib. 3.* & etiam
5 ſi lis adhuc in iudicio deducta non fuiſſet, ſolus illius timor
deſeruire poteſt pro iuſta cauſa tranſactionis, *Pariſ. conſ.
3. num. 24. uerſ. eſto quod lis in iudicio pari. 4. Rota in rec
deciſ. 263. n. 2. part. 3. & in Bononien. fideicommiſſi de Te-
ſtinis 5. Iunij 1648 coram R. P. D. meo Peutingero §. fin.*

Pariter dictam tranſactiunem fuiſſe ex vtraq. parte cor-
reſpectiuam patet ex eo quod Hoſpitale in recompenſam
iurium ab eo dimiſſorum, & ſignanter medietatis Terri-
torij Ameriæ ſpectantis ad hæreditatem q. Nicolai Anto-
nij Xerri, cui Hoſpitale vigore ſubſtitutionis in teſtamen-
to eiuſdem Xerri ordinatæ ſuccedebar, reportauit ab illis
de Caſſar ampliſſimam renunciationem omnium iurium,
quæ è contra illis competebant ſuper hæreditate, & bonis
eiuſdem Nicolai Antonij occaſione dotis Antonellæ eius
vxoris conſiſtentis in pecunia, mobilibus, alijsq. bonis vi-
liori pretio per eum diſtractis. Vndè cum appareт vberem,
& amplam fuiſſe recompenſationem ab Hoſpitali repor-
tatam, ex hoc capite iuſtè impugnari non poſſe videtur
huiuſmodi tranſactio.

Non obſtat obiectum iterùm excitatũ læſionis enormiſ-
ſimæ ex eo deductum, quod iura ab Hoſpitali renunciata
longè maiori æſtimatione excedant ea, quæ fuerunt in re-
compenſam remiſſa ab illis de Caſſar, nã etiam ſi attẽdatur
calculus ad id probãdum datus pro parte Hoſpitalis ab illo
minimè reſultat talis læſionis probatio, in eo enim iura re-
nunciata ab illis de Caſſar valutarunt in ſcutis 1020. & è
contra bona dimiſſa ab Hoſpitali æſtimantur in ſcutis 3589
prout in pluribus partitis in dicto calculo adnotatis, à qui-
bus tamen ſi demantur partitæ infra dicẽdæ prætenſa læſio
penitus ceſſabit. Primò namq. demenda venit partita ſcut.
796. occaſione fructuum à die motæ litis in dicta ſumma
per ſententias liquidatorum, quia cũ dictæ ſententiæ fue-
rint deindè reuocatæ, & conceſſa illis de Caſſar reintegra-
tio in bonis ad quæ Hoſpitale antea obtinuerat immiſſio-
nem, vtiq. tales fructus non ſunt amplius ponendi ad cre-
ditum Hoſpitalis, cum illi ſpectent ad Victorem, & mala
6 fides, quæ dici poſſet inducta ex originali conteſtatione li-
tis, purgata deinde remanſit, & conuerſa fuit in bonam fi-
dem per ſentẽtias fauorabiles reportatas à dictis de Caſſar
reis conuentis, *l. quæſitum in fin. ff. de acquir. rer. dom. Surd.
conſ. 115. n. 7. lib. 1. Menoch. de recuper. remed. 9. num. 592.
Peregr. de fideicomm. art. 49. nu. 110. Rota coram Buratt.
dec. 568. num. 3. uerſ. tertio reos conuentos.*

Viſa fuit pariter moderanda partita etiam ſcut. 900. pro
pretio medietatis dicti Territorij Ameriæ, quia ex Inſtru-
mento emptionis dicti Prædij factę à dicto Nicolao Anto-
nio Xerri, & Laurentio Caſſar de anno 1562. apparet illud
emptum fuiſſe in totum pro precio vnciarum 500. conſti-
tuentiũ de moneta ſcuta 1250. quorũ propterea medietas
non excedit ſcuta 625. & iſtud iuſtũ pretium præſumitur;

Digitized by Google

adeòut ſi Hoſpitale illud maioris valoris fuiſſe prætendat,
ipſi incumbat onus hoc probandi, maximè dum agit ad ef-
7 fectum reſcindendi tranſactionem; Vndè plenè, & con-
cludenter dictum valorem tenetur probare *Seraphin. de-
ciſ.638. num.4. & 5. & deciſ.1462.num. 1. in recent. deciſ.*
8 231.*num.* 1. *in fin. part.* 4. & quidem de tempore tranſa-
ctionis non autem antea, *iuxta gloſſ. & communiter DD.
in l.2. C. de reſcind. vendit. Rota coram Buratt. deciſ.538.
num.9. & fuit dictum in Romana pecuniaria de Ceulis 26.
Iunij eiuſdem anni §. fin. coram bo. mem. Coccino.*

Etiam ſexta partita ſcut.412. conſiſten. in fructibus le-
gitimæ debitæ Antonellæ ſpatio 35. annorum, nempè à die
illius obitus ſecuti de anno 1564. vſque ad diem tranſactio-
nis factæ de anno 1599. taxatis ad rationem ſcutorum 5.
pro centenario viſa fuit recipere diminutionem, quia dos
Antonellæ, ex qua venit detrahenda dicta legitima non
conſiſtebat in ſtabilibus, ſed eius maior pars conſtituta
fuerat in pecunia, iocalibus, & mobilibus, fructus autem
9 reſpectu illius partis legitimæ, quæ conſiſtit in pecunia, vt
minimè debeantur articulo maturè diſcuſſo, firmauit *Rota
in Romana Legitimæ del Nero 4. Iuly 1646. coram Emi-
nentiſſ. D. Card. Othobono.*

Huiuſmodi partitæ, quarum aliquæ vt ſupra dictum eſt
in totum ſunt expungendæ, aliæ autem in parte modetan-
dæ, cum conſtituant ſummam ſcutorum 1400. circiter,
ſequitur vt detracta hac ſumma iura ab Hoſpitali renun-
ciata etiam iuxta ſuum calculum remaneant in ſumma ſcu-
torum 2189. & ita apparet illa non excedere valorem iu-
tium ab illis de Caſſar remiſſorum niſi in ſcutis 1179. ap-
ptetiando tamen eorum valorem ad formam calculi Ho-
ſpitalis in ſcut. 1020. quibus tamen cum addi debeant in-
fraſcriptæ partitæ, quæ non ſunt in calculo deſcriptæ, & in
tranſactione continentur, nempè vnciæ decem annui red-
ditus debiti per iugales de Gueuara, vncia vna debita per
Simonem Sciclune; Item iura in duabus tertijs partibus
loci, & domorum vbi habitabat Hieronymus Xerri, & in
10 clauſura Terræ appellata Habelſalſon; Hinc fit, vt omni-
bus illis partitis cumulatis, prout ad hunc effectum requi-
ritur, quia læſio metienda eſt ex toto contractu, & ex om-
nibus in eo contentis, non autem ex defectu vnius, vel al-
terius, *DD. in l. ſi ex falſis C. de tranſact. Surd. conſ.* 217.
num 6. *lib.2. Rota in recent. deciſ.221. num.* 1. *in fin. part.*4.
11 Dubia admodum, & æquiuoca redditur prætenſa læſio,
adeòut Iudex à cuius potiſſimum arbitrio pendet ſtatuere
quænam læſio enormiſſima dicatur, vt poſt *Abb. Butr.* &
alios ibi allegatos tradit *Menoch. de arbitr. Iudic. lib.2. caſ.
74. num.4. Dec. conſ. 39. num. 7. Pariſ. conſ.12. num.8. &
conſ.89. num.93. volum* 1. *Rolan. conſ.7. num.* 54. *& ſeqq.
volum.*3. Arbitrari poſſit eam in propoſito caſu non adeſſe,
præſertim dum hæc tranſactio inita fuit cum præſentia
12 Magni Magiſtri, & Iuratorum Ciuitatis, quorum aucto-
ritas quamcumque læſionis præſumptionem excludit, vt
præter allegatos in alia deciſione firmauit etiam *Rota dec.
120. num.15. & 25. coram ſanct. mem. Greg. XV. deciſ.457.
num.1. part. 2. recen. deciſ 783. num. 14. coram Buratto,*
13 ponderando etiam dubium litis euentum, qui dedit cau-
ſam huic tranſactioni, ac illius per tam longi temporis ſpa-
cium obſeruantiam, *Crauett. conſ.707. n.30. Dec. conſ.28.*
14 *num.* 11. Vltra quod pro ſuſtinenda tranſactione capitur
ſemper omnis interpretatio, *Rota in Forolmien. bonorum
1. February 1641. coram Reuerendiſſ. Terracinen. & in
Bononien. Bonorum de Toſſinis 5. Iunij 1648. §. vltimo in
fin. coram R.P.D. meo Peutingero.*

Neque ſubſiſtere videtur prætenſio illa, quod inter alia
iura ab Hoſpitali remiſſa addi debeant alia ſcuta mille pro
alijs effectibus ad fideicommiſſum q. Nicolai Antonij ſpe-
ctan. & ſignanter pro liberatione à redditione rationis tu-
telæ à Laurentio Caſſar per plures annos exercitæ. Quia
alij effectus non iuſtificantur, & in ſententijs latis ad fauo-
rem Hoſpitalis nullibi legitur, quod ex cauſa dictæ admi-
15 niſtrationis ad aliquid condemnatus fuerit dictus Lauren-
tius, neque ex eo ſolum vt Tutelam exercuerit dici poteſt
debitor, niſi talis ex redditione rationis appareat, *Anchar.
conſ.* 235. *num.* 1. *ad fin. verſ. præterea propter incertam,
Alex. conſ.192. nu.2. ad fin. lib.7. Neguſant. de pignor. par.
5. memb. 1. num.* 37. *Cephal. conſ.* 768. *num.* 14. cum alijs
cumulatis *per Buratt. deciſ.123. num 6. verſ. imò, & deciſ.
443. num.2. & deciſ.295. num pariter* 2.

Non etiam refragari viſum fuit obiectum aliàs factum,
& denuò in hac diſputatione repertitum contra validitatē
huius tranſactionis ex defectu beneplaciti Apoſtolici, quia
Domini tranſierunt cum reſponſione iamdata in alia de-
ciſione ſub §. nō obſtat prætenſa nullitas trāſactionis, quod
16 cum dictum Hoſpitale à laicis gubernetur cenſeri debeat
laicale, etiam ſi in eo opera pietatis exerceantur, dum non
conſtat, quod illud auctoritate Ordinarij erectum fuerit,
vt præter adductos in dicta deciſione notat *gloſ. in cap. ad
hæc in fin. de relig. dom. Monet. de commut. vlt. vol. cap.*4.
17 *num* 25. *&* 26. aſſerens hanc diſtinctionem inter locum
pium, & Eccleſiaſticum, videlicet, vt reſpectu primi ſuffi-
ciat exercitium operum piorum, quo verò ad ſecundum
requiratur erectio facta auctoritate Ordinarij, vel Ponti-
ficis, *Ant. Gabr. commun. concluſ. lib.6. tit. de pia cauſ. con-
cluſ.* 1 *ſub num.* 1. *&* 7. *verſ. tenendo primam opinionem,
Hieron. Gabr. conſ.162. ſub num* 2. *verſ. primo quia, Ma-
ſtrill. deciſ.* 110. *num.16. Comitulo deciſ.94. n* 3. *verſ. cum
enim, & latius deciſ.* 117. *num.* 13. *verſ. Eccleſiaſtica ta-
men cum ſeqq. Coccin. deciſ.* 210. *n.* 1. *verſ. nam licet Con-
fraternitas*, idemq. pluribus alijs cumulatis firmauit *Rota
in Mediolanen. bonorum 31. May 1649 coram Eminen-
tiſſ. D. Card. Corrado §. ſiquidem obiectus.*

Neque habita fuerunt in conſideratione ſigna nouiter
ab informantibus pro parte Hoſpitalis ponderata ad effe-
ctum, vt dictum Hoſpitale dici debeat Eccleſiaſticum, ici-
licet exiſtentia Eccleſiæ, cum fonte baptiſmali, & ſepultu-
18 ris, quia hæc non probantur aliundè quam ex ſimplici fide,
quæ nullum probationis gradum conſtituit, *l.3. § Diuus ff.
de teſt. Authent. ſi quis in aliqua C. de eaden. Guidopap. de-
ciſ.19. num.2. Cephal. conſ.384. num.* 21. *Decian conſ.56.
num.*91. *cum vulg.* præſertim in concurſu Teſtium exa-
minatorum ad perpetuam rei memoriam ad inſtantiam il-
lorum de Caſſar, qui contrarium deponunt.

Demùm neque vllius relenantiæ viſa fuit prætenſa de-
putatio Rectoris, ſeu Capellani pro celebrandis Miſſis, &
ſepeliendis mortuis ſumm. Hoſpitalis *num* 15. Quia nec ex
illa valet inferri, quod locus ſit Eccleſiaſticus, dum dicta
19 deputatio apparet facta à laicis abſque vlla approbatione
Ordinarij, quæ omninò fuiſſet neceſſaria, vt dictus Re-
ctor, ſeu Capellanus ſic deputatus Sacramenta admini-
ſtrare potuiſſet, *Barboſ. in Collect. ad Concil. Trid. ſeſſ.24.
de Reform. cap.* 18. *num.* 158. quo verò ad doctrinam
Garz. de benefic. par.5. cap. 1. *num.* 602. *& ſeqq.* firmantis
Hoſpitale ad vſum pium fundatum poſt mortem fundato-
ris dici poſſe pium, & non antea licet hæc opinio admitti
poſſit ad effectum vt locus pius dicatur largo tamen modo
ſumptus, prout eſt quicumque alius opera pietatis exer-
cens, non tamen viſa fuit receptibilis, in caſu quo quæritur
an Hoſpitale dicatur Eccleſiaſticum, & an in contractibus
beneplacitum Apoſtolicum requiratur cum ad iſtum effe-
20 ctum omninò neceſſaria ſit erectio facta mediante aucto-
ritate ordinaria, vel Apoſtolica, & quod ea probetur, vel
expreſsè, vel mediantibus ſignis illam neceſſario conclu-
dentibus *Barboſ. de poteſt. Epiſc. alleg.75. num.25. & ſeqq.
Monet. de commut. vlt. vol. cap.4. num.25. & 26. Carol. de
Graſſ. de effect. Cleric. effect.1. num. 122. verſ. & quia cum
ſeqq. cum alijs congeſtis in dicta Mediolanen. bonorum
coram Emin. D. Card. Corrado.*

Et ita vtraque parte &c,

Eminentiſs. & Reuerendiſs. Celſo Bononieñ de Bologninis.
Veneris 2. Maij 1653.

ARGVMENTVM.

Detractionum Legitimæ, & Trebellianicæ materia, præ-
ſertim quo ad adoptatum; allata deindè probatione
ex inuentario, alijsque reſultante ad finem dignoſcen-
di bonorum identitatem ſtrictè quidem, ſed perdoctè
examinationi ſubijcitur.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Legitima ab adoptante non debetur adoptato: de ratio-
ne n. 2. 3.*
2 *Legitima non debetur ei, cui præterito ius impugnandi
teſtamentum non datur.*
3 *Adoptatus præteritus in teſtamento non habet ius illud
impugnandi. Declara n. 4.*
4 Rot. in rec. deciſ. 360. num. 21. pat. 5. *declaratur.*
5 *Trebellianica admittit imputationem fructuum perce-
ptorum ab extraneo.*
6 *Inuentarij omiſſio prabet præſumptionem, quod detractio-
nes fuerint facta, vel quod fuerint ſubtracta bona, &
quibus potuerint fieri.*
7 *Immiſſio non eſt retardanda ex prætenſione detractionum
turbidarum, & illiquidarum.*
8 *Fructus percepti ab hærede poſt purificationem fideicom-
miſſi reddunt detractiones turbidas.*
9 *Inuentarium probat, bona in eo deſcripta fuiſſe teſtatoris,
tam contra conficientem, & eius hæredes, quàm haben-
tes ab eo cauſam, n. 10.*
11 *Identitas bonorum ex diuiſione quando dicatur probata:
& quando ex adnotatione, & deſcriptitione eorum in
teſtamento, n. 12. & ex poſſeſſione illorum in eodem loco,
in quo poſſidebat teſtator, n. 14.*
13 *Poſſeſſio bonorum probatur per litis ſubſtentationem.*

DECISIO XXV.

THadæus de Bologninis, qui vnà cum Bartholomæo fra-
tre plures in partibus ſententias reportauit ſuper im-
miſſione in poſſeſſionem bonorum Bartholomæi, & Ioan.
Mariæ de Bologninis, & deuoluta cauſa per appellationem
ad Rotam obtinuit deciſiones fauorabiles ſuper exiſtentia
vtriuſque fideicommiſſi ſuper purificatione ad ipſius fa-
uorem etiam quoad portionem Horatij, & Valerij, necnon
eidem ſuffragari legitimationem Maximiliani Patris; Pro-
ſequendo diſputationem coram me in locum Eminentiſs.
D. Cardinali Otthoboni ſubrogato inſtetit diſputari du-
bium, An Palmerijs, & litis Conſortibus Aduerſarijs ali-
quæ ſuper iiſdem fideicommiſſis competerent detractio-
nes, & nullas competere reſponſum fuit.

Nam in bonis Bartholomæi fruſtrà petitur legitima ex
perſona Æmilij, dum ipſe non eſt deſcedens à Teſtatore,
1 ſed trauſuerſalis, & de tempore adoptionis habebàt Pa-
trem naturalem, à quo legitimam debebat conſequi, non
autem ab adoptante, *l. cum in adoptiuis §. ſed ne articulū,
ibique gloſ. verbo tātummodò C. de adopt. Decian. conſ. 34.
num. 13. lib. 1. & conſ. 126 num. 10. lib. 3. Gabr. conſ. 24. n. 6.
lib. 2 Tiraquell. in l. ſi vnquam verbo ſuſceperit liberos
num. 8. in fine C. de reuoc. donat. Peregrin. de fideicom. art.
36. num. 43. Marta de ſucceſſ. par. 4. quæſt. 3. art. 2. num 42.
verſ. Idcircò.*

2 Et regolare eſt, quod illi non debeatur legitima, cui præ-
terito querela, vel aliud ius impugnandi Teſtamentum
non datur, *l. cum quæritur, & l. omnimodò in fine Cod. de
inoffic. teſtam. Rota coram Gregor. deciſ. 135. num. 8.* proot
3 illum non competere adoptato, proaat *text. in §. ſed ea
Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. Ruſtic. in l. cum Auus
lib. 2. cap. 12. ſub num. 2. de condit. & demonſtr. Peregr. de
fideicomm. d. art. 36 num. 43. Mantic. de coniect. lib. 10. tit.
8. ſub num. 20. verſ. neque obſtat, Marta de ſucceſſ. part. 1.
quæſt. 19. art. 1. num. 2. in fine, & par. 4. quæſt. 5. art. 2. nu. 42.
verſ. ergo præteritus, & num. 45.*

4 Non obſtat *deciſ. 360. num. 21. par. 5. in recen.* quia lo-
quitur in adoptato ab aſcendente, non autem ab extra-
neo, prout ita explicat, & declarat *Aretin. in l. ex facto n.
12 in fin. ff. de uulgar. & pupillar. Bald. in d. l. cum in ado-
ptiuis ſub num. 5. C. de adopt. cum alijs per Modern. Vrbi
naten. de fratribus par. 1. cap. 33. num. 20.*

5 Trebellianica verò remanſit conſumpta ex perceptione
fructuum totius hæreditatis per ſpacium annorum 60. &
vltra, quos vti extraneus idem Æmilius in illā tenetur im-
putare, *l. in fideicommiſſariam 18. vbi Ripan. 25. & l. de-
ducta 58. §. ante diem ff. ad trebell. l. iubemus 6. C. eodem.
Peregr.* qui plures cumulat *de fideicomm. art. 49. num. 62.
Fuſar. conſ. 5. num. 36. & conſ 106. num. 12. Rota coram
Caualer. deciſ. 20. num. 4. & deciſ. 540. num. 6. in rec. deciſ.
152. num. 3. in fine par. 1. & deciſ. 88. n. 3. par. 5. & in Ro-
mana hæreditatis 14. Decembris 1646. coram bon. mem.
Arguelles.*

In bonis pariter Io. Mariæ nullæ competunt detractio-
6 nes, dum ipſe Æmilius hæres inſtitutus inuentarium non
confecit, & quamplura bona d. fideicommiſſi alienauit, nā
intrat præſumptio, vel quod illæ fuerint factæ, vel quod
fuerint ſubtracta bona, ex quibus potuerint fieri, vt millies
cenſuit Rota, & ſignanter in *deciſ 77. n. 3. & 4. par. 5. rec.
deciſ. 88. n. 23. & ſeqq. & deciſ. 726. nu. 28. 29. & 33. part. 7.
Duran. deciſ. 360. n. 1. & ſeq. Merlin. deciſ. 265. num. 9. &
deciſ. 383. n. 15. & 16. & fuit dictum in Auximana fideicō-
miſſ. 13. Ian. 1640. & 31. Ian. 1642. coram Reuerendiſſ. D.
meo Decano in Rom. fideicom. de Spiritibus 12. Ian. 1643.
coram R. P. D. meo Bichio, & in Bonon. fideicōmiſſi 5. Dec.
1650. corā me, vltra plures adductos per Gratian. diſcept.
7 forenſ. cap. 570. n. 19 & 20.* Vndè attentis prædictis nō po-
teſt Thadeo retardari immiſſio, cum prætenſio detractio-
num ſaltem remaneat turbida, & illiquida, *Rota deciſ. 301.
num. 18. par. 6. recent. & deciſ. 164 num. 9 par. 7. in Roma-
na fideicommiſſi de Pelatijs 28. Iunij eiuſdem anni coram
bo. me. Arguelles, & in Bonon. fideicom. de Pancaldis 23.
Ianuarij 1649. coram R. P. D. meo Peutingerio.*

8 Præſertim quia à die motæ litis ſemper Aduerſarij per-
ceperunt fructus aſcendentes ad quantitatem notabilē, ex
quibus dicta prætenſa credita magis redduntur turbida,
iuxta *gloſ fin. in aut. perpetua C. de Sacroſ. Eccleſ. Alciat.
conſ. 63. n. 14. lib. 9. Rota coram Merlin. dec. 312. n. 5. in rec.
dec. 391. n. 6. & dec. 411. n. 26. par. 5. in Rom. fideicōmiſſi de
Campagnolis 26. Iunij 1648. coram R. P. D. Peutingerio,
& in d. Bonon fideicom. 5. Dec. 1630. & 16. Iunij 1651. co-
ram me.*

Et ita deciſum altera tantum parte informante, altera
verò ſæpè ſæpius monita, & citata.

In eadem. Coràm eodem.

Veneris 4. Iulij 1653.

POſt reſolutionem vltimo loco captam, quod Palmerijs, &
litis Conſortibus nullæ competant detractiones in bonis
Bartholomæi, & Io. Mariæ de Bologninis. Placuit DD. ag-
gredi diſputationem ſuper illorum identitate, quam reſpe-
ctu fideicommiſſi Bartholomæi conſtare dixerunt ex In-
9 uentario ſolemniter confecto ab Æmilio primo hærede
inſtituto, quod rectè probat, bona in eo deſcripta, fuiſſe
Teſtatoris, iuxta *tex. in l. fin. C. arbitr. tut. Bald. conſ. 407.
n. 6. lib. 1 Peregr. de fideicom art. 44. num. 2. relats per Gra-
tian. diſcept for. cap 765. n. 59. & ſeqq. Rota coram Penia
dec. 392. n. 1. coram Greg. deciſ. 575. n. 3. ibique Add. litt. B.
in recen. deciſ. 442. num. 2. par. 3. in Bonon. bonorum, ſeu fi-
deicom. de Sanctis 17. Maij 1647. coram R. P. D. meo Bi-
chio, & in Rom. fideicom. de Zuccaris 4. Febr. 1650. coram
10 Reuerendiſſ. D. meo Decano.* Idque non ſolum contra cō-
ficientem, ſed etiam contra illius hæredes, & habentes ab
eo cauſam, quales ſunt Palmerij, & litis Conſortes Aduer-
ſarij. *Rota coram Caualer. deciſ. 578. num. 5. Merlin. dec.
736. num. 2. in recen. deciſ. 96. num. 2. & 3. par. 7. in Bitur-
tina fideicom. 20. Martij 1651. coram R. P. D. meo Al-
bergato, & in Bonon. fideicom. 28. Iunij eiuſdem anni co-
ram me.*

11 Reſpectu verò fideicōmiſſi Io. Mariæ ſufficienter iuſti-
ficatur identitas ex Inſtrumento diuiſionis ſequutæ vſque
de anno 1586. inter filios, & hæredes eiuſdem, in quo In-
ſtrumento ſigillatim exprimuntur bona cū ſuis qualitatibus,
cōfinibus, ſituationibus, & numero tornaturarū, vt benè in
propoſito ponderat *Natta conſ. 235. n. 15. Marzar. de fi-
deic. q. 58. in princ. Rota coram Coccin. deciſ. 120. ſub n. 1.
& 2. coram Merlin. deciſ. 244. ſub n. 12. deciſ. 262. n. 1. &
deciſ. 294. in princ. in recent deciſ. 417. num. 5. par. 4. tom. 2.
& deciſ. 518. num. 8. & 9. par. 4. tom. 3. deciſ. 84. num. 9*

Digitized by Google

par 5.& dictum fuit in Fanen.bonorum 19.Iunij coram bo. mem. Arguelles, & in Bonon. fideicom. 5. Decemb. 1650. coram me,

Et vlterius conſtat eadem bona fuiſſe adnotata, & deſcripta per Teſtatorem in eius Teſtamento, dum maiorem illorum partem particulari fideicommiſſo ſubiecit, & alie-
12 nari prohibuit. Ex huiuſmodi enim deſcriptione, & adnotatione probari identitatem bonorum, firmauit *Bald. conſ. 89.num.3.lib.1. Maſcard.de probat.concluſ.778. num.18. & 19. Rota deciſ. 312. num.2. par. 7. recen. & in Bonon. fideicom. de Amorinis 18. Maij 1648. coram Reuerendiſſ. Meltio in Bonon. fideic de Naſcentorijs 20. Iunij 1650. corã R.P.D. meo Peutingerio, & in Meleuitana fideicomm. 20. Iunij eiuſdem anni coram Eminentiſſ. Card. Otthobono.*
13 Quod autem bona prædicta exiſtant hodie penes Palmerios, & litis Conſortes, probatur non ſolum ex litis ſubſtentatione, & cautione præſtita pro eximendis bonis à ſequeſtris per Iudicem relaxatis, vt dixit *Rota coram Verallo deciſ. 360.par.2. in recen. deciſ.407.num.4.par.5.in Bonon. fideicom.7. Maij 1640. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano in Firmana fideicom.4. Maij 1648. coram Emin. Otthobo-*
14 *no, & paſſim in alijs.* Sed etiam ex eo quod ipſi poſſident in iiſdem locis, in quibus poſſidebant tam Bartholomæus, quàm Io. Maria fideicommittentes; Vndè reſultat validiſſimum argumentum identitatis bonorum, & quod ſint eadem quæ poſſidebant Teſtatores prædicti, dum exaduerſo non docetur de intermedijs acquiſitionibus, iuxta celebre *conſ. Fulgoſ.145. col.2. verſ. porrò ſi aliundè, Menoch.præſumpt.15 num.34.lib.6. Fuſar.de ſubſtit.quæſt.618.num.45. Peregrin.conſ.48.num.13.lib.1.& in tract. de fideicom.art. 44. num.22. Rota coram Gregor.deciſ. 575.num. 9. ibique Add.num.11. in recen.deciſ.131.num.5. par.1.in Firmana fideicom.4. Maij 1648. coram Emin. Card. Otthobono, in Bonon. fideicom. de Amorinis 4. Aprilis 1650. coram Reuerendiſſ. Meltio cum alijs in d. Bonon. fideicommiſſi 5. Decembris 1650. coram me*, & plures cumulat *Fuſar. de ſubſtit.d.quæſt.618.num.45.*

Et ita in contumaciam partis recuſantis comparere Thadeo tantùm informante reſolutum fuit.

R. P. D. Albergato Rauennaten. Pecuniaria.
Veneris 30. Iunij 1654.

ARGVMENTVM.

Emptionis, & venditionis perfectiones adducuntur, & reſeruationem iuris ad fauorem Domini directi, necnõ dominij ſuper re vendita vſque ad integralem pretij ſolutionem non reddere contractum prædictum conditionalem oſtẽditur; ac aliqua circa fructus recompenſatiuos adducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio ſolutionis cedit poſt lapſum termini aſſignati ad ſoluendum.*
2 *Ex interuenen. rei, & conſenſu, & pretij perficitur contractus emptionis, & n.11.*
3 *Periculum rei, ſicut & vtilitas pertinet ad emptorem, ſi ſuperueniat poſt perfectum contractum, & n.13.14.*
4 Tex.in l.neceſſario §. quod ſi pendente ff.de per. & com. rei vendit. *declaratur.*
5 *Clauſula,* ſaluo iure *nullum ius de nouo tribuit.*
6 *Clauſula,* ſaluis pactis *nullam præſefert conditionem, ubi de ratione.*
Quod non eſt in relato, deficit in referente.
7 *Pactum de obtinendo inueſtituram non ſuſpendit contractum, ſed ſolum præbet pro adimplemento actionem.*
8 *Bona emphyteutica in Ciuitate Rauennæ ſunt redacta ad inſtar allodialium.*
9 *Ex reſeruatione dominij fauorem venditorum, donec pretium ſolutum fuerit, non cenſetur tranſlatum dominium in emptorem; non inducit dicta reſeruatio conditionem, nec alteram naturam contractus emptionis, n. 10.*
12 *Dominij tranſlatio, uel rei traditio pertinet ad executionem, non ad ſubſtantiam contractus emptionis.*
14 *Conditionalis venditio dicitur odioſa.*
15 *Res, quæ perit, perit Domino. Declara vt ibi.*
16 *Fructus recompenſatiui debentur, & quo tempore.*

DECISIO XXVI.

1 FVit reſolutum, Andream Minellum teneri ad ſolutionem ſortis, & fructuum iuxta declarationem, de qua infra pro reſiduo pretij domus emptæ ab Alberto, & Clara Coniugibus de Oſijs, cum enim ſit lapſus terminus ei ad ſoluendum aſſignatus, ceſſit dies obligationis, & ex illa agi poteſt, *l. cedere diem ff. de verb. oblig. cum vulg. Rota*
2 *coram Durano deciſ. 388. num.2.* etiamſi medio tempore d. domus ruinam paſſa fuerit ob fluminis inundationem, quia cum perfectus eſſet contractus præuio interuentu rei, conſenſus, & pretij, iuxta *textum in l. quod ſæpè §. in ijs ff. de contr. empt. gloſ. in l. pacta conuenta verb. ex pretio ff.*
3 *eod. tit.* periculum ſuperueniens pertinet ad emptorem, ſicut eius vtilitati omne augumentum adſcribitur, *§ cum autem inſtit. de empt. & vend. l. prima, & l. neceſſario ff. de per. & com. rei vend. l. prima, & toto ferè titulo C. eod. tit. Gomez. var. reſolut. tom.2. cap.2. tit. de empt. & vend. num. 32. Alex. conſ.121. num.1. vol 5. Rolan. conſ.45. num.1. vol. 3. Molin. de contract. diſput. 366. Mangil. de euict. quæſt. 103. num.1. Gratian. diſcept. foren. contr. 358. nu. 27. Modern. Lucan. conſ.9. num.27. & 28. Leſſ. de iuſt. & iur. lib. 2. cap.21. diſp.12. num.96. verſ. idque meritò.*
4 Nec intrat limitatio, de qua in eadem *l. neceſſario §. quod ſi pendente*, nimirum prædicta procedere ſi venditio ſit pura, ſecus autem ſi conditionalis, qualis in præſenti fuiſſe dicitur venditio facta Minello, in qua ius DD. directi fuit reſeruatum cum alijs pactis inferius appoſitis, vt ibi *ſaluo iure DD. directi, ſaluiſque pactis, &c.*
5 Nam fuit reſponſum, quod de clauſula *ſaluo iure &c.* nullum ius confert de nouo, ſed ſolum id, quod competit D. Directo de tempore contractus illæſum ſeruat, vt tuetur *Alex. conſ.195. num.9. verſ. nec obligat lib. 6. Aymon. conſ.70. num.5. Barboſ. clauſ.139. num.3. Penia deciſ. 651. num.12.* Quare non poteſt dici conditionalis, ſed ſolum alieni iuris præſeruatiua, vt tenuit *Rota in Gerunden. Vineæ 3. Martij 1600. coram Penia relata per Barboſ. clauſ. 139. num.4.* Eo præſertim, quod etiam ſi non fuiſſet appoſita ſubintelligeretur ex mente legis, *Bald. in rubr. C. de contrah. empt. Oldrad. conſ.325. num. 5. Penia dec.651. n.9.*
6 Sic pariter alia clauſula, *ſaluiſque pactis*, nullam conditionem præſefert, quia de per ſe non diſponit, ſed ſimpliciter ſtat relatiuè ad pacta inferius appoſita, ne illis cenſeretur derogatum, *Ozaſch. deciſ.164. num.6. & 7. Rota dec. 169 num 4. par.1. rec.* Iſta verò, quia nihil continent, quod tangat ſubſtantiam contractus, vel eius perfectioni repugnet, ideò ſub dd. verbis nulla conditio conſiderari poteſt, quia ſi non eſt in relato, neque datur in referenti, *Socin. iun. conſ.181. num.64. lib.1. Honded. conſ.112. num.20. lib.*
7 *2. Grat. cap.937. num.13.* Pactum enim de obtinendo inueſtituram pro emptore ſumptibus venditorum, eſt prorſus accidentale, nec ſuſpendit contractum, ſed tantùm præbet actionem, ad implementum, *Bald. in l. in venden tis num.23. ff. de contrah. empt. Rot. deciſ.37. num.7. part.4. tom.2. recen.* de quo vlterius conſtare videtur reſpectu partis domus, quæ eſt ſub directo Dominio Epiſcopatus Ceruiæ ex datis in Summario venditor. n.7. vbi liquet de conceſſione inueſtituræ Minello facta, quæ licet ſubſecuta, ſit caſum inundationis, tamen ad effectum periculi retrotrahitur ad tempus celebrati contractus, cum in totum res nõ perierit, ſed ſupereſſet aliqua pars materiæ ſuper qua talis retrofictio fundari poſſet *d. l. neceſſario §. ſane ſi res extat, ibique Faber, & DD. communiter, Curt. iun. conſ. 82. per tot. Mangil. qui ſup. quæſt. 148. num.11.* Reſpectu verò al-
8 terius partis in Ciuitate Rauennæ huiuſmodi pactum parum viget, cum vigore concordiæ initæ inter Clerum, & Populum, iſta bona ſint redacta ad inſtar allodialium, & effecta alienabilia, *Ancharan. conſ.128. num.4. & conſ. 193. num. 2. Rota deciſ. 6. num. 3. par.4. tom. 2. recent.* Id quod etiam docuit obſeruantia, nam ipſe Minellus vendidit hortum de iuribus eiuſdem partis abſque aliqua contra-

Digitized by Google

tradictione ipſius Domini Directi, & reſiduum hucuſque-
poſſedit pacificè, vt deponunt teſtes relati in eodem Sum-
mario n. 8.
9 Aliud autem pactum continens reſeruationem dominij fa-
uore venditorum donec pretium ſolutum eſſet, cum proue-
niat ex natura contractus, in quo præciſſa, quauis partium
conuentione non prius cenſetur translatum dominium in
Emptorem, quam ab eo pretium ſit ſolutum §. *vendita in-
ſtit. de rer. diu. l. quod vendidi ff. de contrah. empt. Surd. dec.*
220. *nu.* 11. *Rota in Rom. Salu.* 30. *Ian.* 1645. §. *tum ex quo co-*
10 *ram R.P.D. meo Bichio*, Illum proinde non reddit condi-
tionalem, nam expræſſio eius, quod tacitè ineſt contractus
naturam non alterat, vt in ſpecie dixerunt *Didac. var. reſol.
lib. 3. cap. 11. n. 6. Grat. cap* 175 *n. 11. & c. 523. n. 23 cum alijs
congeſtis per Modern. Neapol. in addit. ad Surd deciſ.* 157.
nu. 5. Neque impedit quin dominium ſtatim transeat in
11 emptorem, cum ad hunc effectum ſufficiat venditionem
fuiſſe perfectam ex interuentu rei conſenſus, & pretij iux.
*Tex. expræſſum in d. §. cum autem inſtit. de empt. & vend. l.
ſerus, emptor, & d. l. neceſſario ff. de per. & com. rei vend. d. l.*
1. *C. eo tit.* Quæ loquuntur in for. terminis, nempè quando
nondum ſequuta fuit traditio eadem ratione, quia emptio,
ad effectum trasferendi periculum dicitur perfecta ex ſim-
plici obligatione, & conſenſu, vt proſeq. *Gloſ. in d. l. neceſſa-
rio vero periculum ibi tunc quando hæc concurrunt dicitur
perfecta ea perfectione de qua hic dicit, vt ſit periculo Em-
ptoris, & in d. l. 1. verſ. poſt perfectam, vbi poſtque dixit ven-
ditionem tribus modis perfici, ait alio, quoad periculum, &
ita hic 3. quando res traditur Faber. in d. l. Serui emptor
verſ. alia Dominij, & alia periculi Gomez. tit. de empt. &
vend. n.* 32. *Menoch. conſ* 866. *n. 2. Curt. Iun. d. conſ.* 82. *col* 2.
12 *Dec. conſ.* 312 *Grat. c.* 28. *cum alijs, quos cumulat Modern.
Lucan. d. conſ. 9. n.* 28. Ipſa enim translatio dominij, vel rei
traditio pertinet ad executionem non ad ſubſtantiam con-
tractus *l. ex empto, & toto ferè tit. ff. de act. empt. Alciat. in
tit. de verb. ſignif. per tex. in l. alienatum, ibi alienatum non
proprie dicitur, quod adhuc in dominio venditoris manet,
venditum tamen rectè dicetur. Faber in coniect. Iur. ciu. l.* 6.
c. 9. col. 1. & in d. l. neceſſario, vbi dictum alia ratione confir-
mat, nè ſcilicet ſit in poteſtate emptoris onerare venditorē,
nedùm infinita cuſtodia, ſed etiam perpetuo periculo.
13 Non obſtant DD. in contrarium adducti, nam *Grat. in c.*
206. *n.* 12. ſolum incidenter contrarium firmat, & cum ex
profeſſo materiam agit, periculum ad emptorem ſpectare
concludit *Borgnin. verò Ruger. & alij quos congerit Ciriac.
contr.* 164. *n.* 11. *& contr.* 425 *n.* 68. falſa ratione mouentur,
ſupponendo translationem dominij neceſſariam eſſe prò
perfectione contractus, quod ſupra improbatum fuit; nec
contrariatur *tex ab eis adductus in l ſi fundus ff locati*, quia
14 loquitur in caſu ſpeciali, nempè ſi facto venditoris ſequere-
tur interitus. Vndè patet, opinionem ipſi venditori fauora-
bilem, quotiès non eſt in culpa, veriorem eſſe, & commu-
niori DD. calculo receptam, ſicut in dubiu venditionem
puram eſſe, & perfectam iudicari debet, nam ſicut odioſæ
ſunt conditiones *l. pecuniam ff. de reb. cred.* ità venditio cō-
ditionalis odioſa reputatur, vt ad propoſitum diſcuſſit tex.
in *l. Si quis vina verſ. nunquam in dubio, & l. 2. ff. de peric. &
com. rei vend.*
15 . Nec reſiſtit vulgatum axioma, quod res pereat domino
ſuo, vt in *l. Creditor, & l. Pignus ff. de pignor. act.* Non enim
abſolutè procedit, ſed ſolum ſi res illa alteri non debeatur,
quod ſi alteri eſt debita, prout occurrit, quando contractus
perfectus eſt, tunc cedit periculo creditoris, licet rei domi-
nium non habeat *l. Si ſtichum, l. Si cert. ff. de verb. oblig. Man-
gil. d. q.* 103. *n.* 2. 3. *Grat. cap.* 105. *n.* 6. *Bonac. d. contr. diſput.* 3.
q. 2. punct. 8. *n.* 3. *prop.* 2. Quod eo fortiùs procedit in præſen-
ti, cum eſſet in facultate ipſius Emptoris acquirere domi-
nium, cum volet, ſoluendo pretium *Faber. in coniect. iur. l.*
12. *c* 7. *col.* 2. *verſ. Si dicimus.*

Præterea pōderabatur, quod pars domus collapſæ reedifi-
cata fuit ex antiquis cæmentis, & pecunijs habitis à Principe
in refectione huius modi *eod. ſum. n.* 5. 6. Quare nulla poteſt
amplius conſiderari deterioratio, quæ emptorem eximat à
ſolutione pretij *arg. tex in l. Si ſeruitutes, §. ſub lata ff. de
ſer. Vrb. præd. Caſtr. in l. Si fundus, num. 2. ff. locat. & faciunt
trad. per Lambert. de iure Patron. l. prima art* 4. *q.* 6. *princ.*
16 *par.* 1. Immò ex prædictis cenſuerunt DD. oriri ipſius obli-
gationem etiam reſpectu fructuum, cum repugnet æquita-
ti, quod vno, & eodem tempore, re, & pretio frueretur ad
tex. in l. Curabit. ff. de act. empt. Facta tamen illorum com-
putatione àdie, quo fuit in mora ſoluendi, nam aliàs duran-
te dilatione, vel cenſentur remiſſi, vel comprehenſi in pre-
tio *Gabr. conſ.* 57. *n.* 5. *l.* 1. *Rot. Cor. Cocc. dec.* 320. *num.* 3. *Cor.
Durano dec.* 34. *nu.* 22. *& in Rom. fruct. dot.* 10. *Iun.* 1648. §.
Iuſtitia vero coram R.P.D. meo Pentingerio. Sicuti poſt
caſum inundationis, ſolùm prò tempore, quo domus rea-
ptata fuit, cum in tantum hi fructus debeantur, quatenùs
emptor re frui potuerit, *Soccin. in l. de diuiſione num.* 13 *ff
ſol. matr. Alex. conſ.* 69. *num.* 34. *l.* 1. *Gabr. de empt. & vend.
concl.* 4. *num.* 16. *Grat. cap.* 939. *num* 26. *Rot. coram Greg. dec*
347. *n.* 5.

Et ita vtraque &c.

R.P.D. Bichio Bononien̄ Primogenituræ.
Mercurij 1. Iulij 1654.

ARGVMENTVM.

Proximioritas in primogenituris an veniat intelligenda reſpectu gradus, & lineæ diſſeritur ſubſtitutionis compendioſæ qualitates afferuntur, & vocatio proximiorum ad fidei commiſsum quandonam expiret in primo agnoſcente, vel poſt eum vlterius protrahatur, plenè diſcutitur.

SVMMARIVM.

1 *Proximioritas in primogenituris intelligitur reſpectu lineæ non gradus: vbi de ratione contra n.* 2.
2 *Obſeruantia dat robur, & fidem ſcripturis etiam informibus.*
4 *Appellatione conſanguineorum comprahenduntur, & conſanguinei per fæminas.*
5 *Subſtitutio complectens omne tempus dicitur compendioſa.*
6 *Subſtitutio compendioſa continet in ſe fideicommiſſariam ſubſtitutionem.*
7 *Fideicommiſſum relictum fauore proximioris expirat in eo, qui talis eſt tempore purificatæ conditionis.*
8 *Fideicommiſſum, in quo uocantur proximiores, eſt ſucceſſiuum de vno in alium, quoties teſtator voluit conſeruare inter eos perpetuò agnationem.*
9 *Ratio perpetuæ conſeruationis agnationis ex quibus eliciatur, & n.* 10. 11.
10 *Onus iniunctum aſſumendi nomen, & inſignia teſtatoris infert rationem conſeruationis agnationis.*
11 *Prohibitio alienationis facta inſtitutis, & ſubſtitutis, vt bona conſeruentur in agnatione quid importet.*
12 *Temporis ſucceſſiui tractus ex quibus verbis inducatur.*

DECISIO XXVII.

Viuente Barbara, & ſucceſſiuè Laura eius filia deſcendentibus à Camillo tertiogenito Alexandri fratris germani olim Cardinalis de Podijs ad primogenituram ab eodem Cardinali inſtitutam fauore proximioris conſanguinei an eſſet admittendæ dictæ fæminæ Teſtatori proximiores in gradu, an verò Ioannes Celleſius proximior in linea vti deſcendens à Semmidea filia Victoriæ filiæ Chriſtophori primogeniti ex dicto Alexandro Teſtatoris fratre, & primo loco cum tota eius Deſcendentia maſculina ad primogenituram vocati bis anceps fuit Rota diſcordibus hinc inde ſuffragijs ſub die 15. Iunij 1650. & die 6. Martij 1651.
1 Sed ſubſecuta vtriuſque familiæ collitigantis mors ſubſtulit
quæſtionem proximioritatis, quam in primogenituris vo-
cantibus proximiorem intelligendam eſſe non reſpectu
gradus, ſed lineæ, quia prædilecti cenſentur omnes
Deſcendentes à prædilecto, tuentur latiſsimè *Fontanell
deciſ.*

deciſ.34.num.4.& ſeqq.deciſ.35.num.20.& ſeq. deciſ.36.n.
12.& ſeqq. poſt Molin. de Primogen.lib.3.cap. 4.numer.14.
Mier. de Maiorat part.2.quaſt.8.nu.1. Antonin. de Ama-
to reſol.1.ſub num.89 idemque procedere, quamuis Teſta-
tor vocaſſet proximiorem ſibi, tradit Vaſq. de ſucceſſionum
progreſſu part.1.lib.3.§.26.ſub num.10. in fine, verſ. & licet
Gamma deciſ. Luſitan.7.ſub num.4.verſ iure igitur,& ibi-
dem in addit.verſ.ſextus caſus, quem refert, & ſequitur
Mieres dicta quaſt.8.ſub num.2.verſ.vbi ampliat, præſer-
tim quando, vt in caſu noſtro Teſtator vocauit ſibi proxi-
miorem iuxta iuris diſpoſitionem, & ſic non iuxta formam
inteſtatæ ſucceſſionis, ſed iuris primogenitalis, vt explicat
Amat.reſol.10 ſub num.91. quod diſponit ne primogenitu-
ra ingreſſa vnam lineam, donec aliquis ex ea extat, etiamſi
remotior tranſeat ad aliam, cap.1.de naturali ſucceſſione
feud.Tiraquell.de iure primogenitura q.10.ſub num.21.Ce-
phal.conſ.636.numer.48.& ſeqq.Carol.Tapia in proximis
terminis dec.Ital.ſecunda num.136.& num. 142. Addeba-
turque magni momenti eſſe ſubſequentia verba primoge-
nituræ ibi, ſeruatis ſemper prælatione inter lineas, & ſexus,
& primogenitura, & integritate perpetua ſua hæreditatis
cum enim teſtator prælationem inter lineas ſeruari volue-
rit nulla iacta mentione gradus aſſequimur eum ſenſiſſe ſo-
lum de primogenitura lineali, itaut illa metienda ſit à con-
ſtitutis in linea, quaſi non ſit in gradu qui non eſt in linea, &
gradus non attendatur niſi inter pares in linea Giurb. de
ſucceſſ feud.§.ſecundo gloſ.10. ſub numer.46. & ad conſuet.
Meſſan.cap.12.gloſ.3.par.1.n.9. Caſanat. conſ. 38.numer.
114. facilius accedentibus vlterius Dictionibus relatiuis ad
antecedentes ſubſtitutiones maſculorum non facientes trã-
ſitum ad ſecundam lineam, niſi prius euacuata penitus
priori.

a E conuersò autem informantes pro fæminis aſſerebant e-
tiam in primogenituris proximioritatem accipiendam eſſe
reſpectu gradus non lineæ, vbi ex aliquo verbo adiuncto,
vel aliter conſtat de voluntate Teſtatoris Decian. conſ. 98.
ſub num.19.lib.3.Guttier.pract.queſtion.lib.5.q.67.num.18.
Mier.ſupra cit.q.8.num.1.Gam.dicta dec.7.ſub num.4.Rot.
dec.627.n.5.p.2.recent. eamque deſumi ex vocatione proxi-
mioris teſtatori tradit Peregr.conſ.58.num.4.lib.4. & de fi-
deicommiſſis art.20.nu.9. Bero conſ.162.nu.67. in fine lib.2.
Fuſar.conſ.13.num.21. Marta de ſucceſſ. legal.par.4 q.22.
art.1.num.28.Buratt.dec.801.num.1.Rot.inter recent.dicta
dec. 627. nu. 6. Maximè quia in defectum lineæ maſculinæ
non fuerunt vocatæ fæminæ anteriorum linearum, ſed ma-
gis proximæ vltimo defuncto, ac tandem etiam lineis fæmi-
narum deficientibus vocatus proximior Teſtatori, inde e-
nim datur intelligi teſtatorem non prædilexiſſe fęminas, vel
proximos antecedentium linearum, ſed reſpexiſſe ad proxi-
mitatem gradus erga ſe ipſum, vt ad propoſitum pondera-
uit, Rot.in Vrbeuetana fideicommiſſi 9.Febr.1608. coram
Ortembergo in Rauennaten.fideicommiſſi 26. Mart. 1640.
coram bon.mem.Cardinali Panzirolo, & dicta dec. 627.n.
6.verſ.& tamen par.2.recent. adeoquod ſubſequens relatio
ad iuris diſpoſitionem, & prælatio lineæ, ac ſexus intelligẽ-
da ſit de diſpoſitione iuris circa ordinem inteſtatæ ſucceſ-
ſionis ipſius Teſtatoris Fuſar.conſ.12.num.1.& ſeqq.conſ.
84.num. 1 & ſeqq. Pariſ.conſ.83.num.10.lib.2. Ruin.conſ.
90 nu.6.lib.2. Rot.dec.635.ſub num.1.part.1.recent. & ſor-
tiatur effectum inter concurrentes vnius vel alterius lineæ
pares in gradu, cum alioquin repugnet, quod Teſtator
vocauerit proximiorem ſibi, & voluerit ſuccedere remotio-
rem alterius lineæ Ramon.conſ.100.ſub n.483.nu.497.in fin.
n 498.& 500. in fine.

Quicquid igitur ſit de prædictis cum nemo alius ex lineis
vocatis ſuperſit, quã Ioãnes Celleſius primo vocati primo-
geniti deſcendens ad eius fauorem conſtare de primogeni-
tura hodie deciſum fuit. Conſtat namque de primogenitura
ex publico Inſtrumento è rogitubus Buccamatij Notarij ro-
gati extracto per Notarium Commiſſarium ad hoc depu-
tatum à Correctore, & Conſulibus Societatis Notariorũ,
cui vigore Statuti Bononiæ de Inſtrumentis, & actis §. qui-
bus Teſtamentis ſol.188.lib.2.plena fides eſt adhibenda Pe-
3 na dec. 478. num. 1. accedente præſertim eiuſdem Inſtru-
menti obſeruantia per plures actus datos in Summar. Cel-
leſij num.1.& ſeqq. quæ etiam ſcripturis informibus robur,
& fidem præbet Aymon.conſ.101.n.4. Pena dicta dec.478
n.7.cum alijs alleg. in Bonon. fideicommiſſi Barthol.de Bo-
lognis 14. Maij 1645.§. quod interceſſerit coram Reuerend.
Epiſcopo Terracinen.& in Bononien. fideicommiſſi de A-
morinis 18. Maij 1648.§.non obſtant, & §. quia legalitas
coram R.P.D. meo Meltio.

Cumque poſt vocatos omnes ab Alexandro Teſtatoris
fratre Deſcendentes primum ex maſculis deinde ex fęminis
ipſis deficientibus vocetur conſanguineus, vel affinis teſta-
4 tori proximior dubitari non poteſt quin appellatione con-
ſanguinei, qui per fæminam, vt Celleſius conſanguineus
eſt, comprehendatur Tiraquell. de retract.lignag.§.1.gloſ.
9.nu 4.& ſeqq. Fuſar.de ſubſtit.q.364.num.3. Mier. de ma-
iorat.par.2.queſt 6.num.299. & ſeqq. Rot.apud Duran dec.
115.num.2.deciſ.152 n.1. maximè quia conſanguineo Te-
ſtator iniunxit onus aſſumendi arma, & familiam id quod
applicari non poteſt, niſi cognatis, cum agnati aſſumptione
huiuſmodi opus non habeant, vt notat Boer.deciſ.146.nu-
mer.6.

Quod autem proximior conſanguineus ſubſtitutus fue-
rit vltimo ex lineis vocatis nedum per vulgarem, ſed per fi-
deicommiſſariam colligitur, ex quo ſubſtitutio concepta eſt
in caſum deficientiæ omnium antea vocatorum ibi, deficiẽ-
tibus autem omnibus &c. quæ cum omne tempus deficien-
5 tiæ amplectatur, & ſic compendioſa ſit gloſ. in l.vnic.§.vbi
autem verb.deficiat C.de caduc.tollen. Caualer. dec.454 n.
8.Buratt.dec.689.n.1. cum alijs alleg. in Arimin. Caſtrorũ
14. Febr. 1642. §. eoque magis coram Reuerendiſs. D. meo
6 Decano, continet etiam fideicommiſſariam, cuius vigore
ſuccedit ſecundus ſubſtitutus poſt aditam hæreditatem
à primo Soccin.in l.ſolemnus nu.6.ff.de condit.& demonſtr.
Ruin.conſ.132.nu.5.lib.2. Menoch conſ.1017.nu.15.& 16.
Surd.conſ.110.n.10.Caſanat.conſ 4.n.105.& ſeqq. Buratt.
dicta dec.689.n.1.& 2.

7 Gratiſque dicitur vocationem proximioris expiraſſe in
Barbara, quæ fideicommiſſum agnouit, cum regulariter fi-
deicommiſſum relictum fauore proximioris expiret in eo,
qui talis eſt tempore purificatæ conditionis, & illud agno-
uit l.cum ita §.in fideicomm.ibique not. Cuman.numer.41.
Pero §.fratrem ff.de Legat.2.Seraph.dec.812.n.1. cum alijs
relat.in Bononien.fideicommiſſi de Naſcentorijs 13. Iunij
1640. coram Reuerend. D. Epiſcopo Terracinen. nam
præter quod ex deductis in principio dubium adhuc re-
manet. An in concurſu Barbara, vel Celleſius eſſet præ-
ferendus ceſſat omnis difficultas, & fideicommiſſum etiam
proximioris eſt ſucceſſiuum de vno in alium.

8 Quoties Teſtator inter eos quoque voluit perpetuò con-
ſeruari Agnationem Ancar.conſ.27 per tot. Aym conſ.161.
ſub n.9.Rolan.conſ.10 num.31.lib 3. Mant.de coniect.lib.6
tit.15.num.12.Rota dec.464 nu.20.coram ſanct. mem Greg.
XV.dec.266.n.16.par.1.recent. & in Tiburt. fideicommiſſi
25. Maij 1646.§.& licet vbi allegantur concordantes, & 14
Ianuarij 1647. §. & quicquid coram bon. mem. Arguelles,
vel adſunt verba tractum ſucceſſiuum habentia Decian.cõſ.
10 n.49.lib.3. Menoch.conſ.44.num.11 & conſ.1555. num.
26 Fuſar.de ſubſt.q.382.num.56.Peregr.dec.Patauina 111.
n.3.Rot.dec.125.n.9.dec.266.n.12.par.1.recent & in Peruſi-
na fideicommiſſi de Pontanis 20. April.1646.§.1.coram R.
P.D.meo Peutingero.

9 Vtrumque verò applicatum caſui noſtro, nam ratio per pe-
tuæ conſeruationis Agnationis inter proximiores elicitur,
tum ex dictione relatiua ad antecedẽtes ſubſtitutiones hanc
rationem in ventre continentes in hoc vltimo gradu ſub-
ſtitutionis appoſita ibi, prout ſupra in alijs caſibus ordinatũ
& diſpoſitum extitit, & quem ordinem debere ſeruari in
quocumque eius ſucceſſore, &c. quod in terminis pondera-
uit Rot. in Placent. Bonorum 18 Martij proximi præteriti,
§.in reliquis verſ. Dicto enim coram R.P.D. meo Zarate
in ſupra citata Peruſina fideicomm. de Pontanis §. penult.
coram R.P.D. meo Peutingero. Tum ex onere impoſito
10 proximiori aſſumendi nomen, & inſignia Teſtatoris, vt
pariter in puncto aduertit Molin. de Primogen. lib.1.cap.5.
num.44, Mier. de maiorat.par 2.queſt.2.n.67. Menoch.pre-
ſumpt.76.num.32.lib.4. Cabed deciſ Luſitan.133.numer.4.
par 1.Seraph. dec. 1329.n.3. Rot.in recent.dec.266.numer.
16.par.1.& in Bonon. fideicommiſſi de Blanchettis 12. Ia-
nu.r.

Digitized by Google

nuar.1632.coram bon.mem.Cardinali Hieronymo Veroſp.
11 Tum ex prohibitione alienationis inferius facta omnibus inſtitutis, & ſubſtitutis, vt bona conſeruentur in agnatione in puncto *Peregr.deciſ.Patauina 111.ſub n.2.verſ. inſuper Teſtator prohibuit Rota in Tiburtina fidcicommiſſi 25. Maij 1646. verſ.vnde non multum, & 14.Ianuar.1647 §. & quicquid ſit coram bon.mem.Arguell.*
12 Verba item ſucceſſiuum,ac perpetuum temporis tractum habentia leguntur oculariter,ibi, *ſeruatis ſemper prelatione &c.* & infra ibi integritate perpetua dictæ eius hæreditatis, eumdemque tractum importat mentio linearum ibi *inter lineas* vt explicat. *Alex.conſ.50. ſub num. 12.lib.6.Decian. conſ.28.num 17.lib.2. Rot.deciſ. 6. num. 21. & ſeqq p.5.rec. & in Bononien.fideicommiſſ: de Guidottis 24.Ianuar.1648. §.in hoc coram bona memoria Arguelles, & prius in dicta Tiburtina fideicommiſſi 14. Ianuarij 1647. §. addebat coram eodem.*
13 Quibus poſitis nihil veget quod proximior vocatus ſit in numero ſingulari,nam his concurrentibus,quæ claram voluntatem Teſtatoris præſeferunt, nullum eſt diſcrimen inter verba numeri ſingularis vel pluralis *Peregr.de fideicom. art. 19.n.17.& deciſ.111.n.2.poſt med.verſ.final.Fuſar. de ſubſt. q. 382.num.38.Berrett.conſ.118.numer.15. Rimmal. Iun.conſ.23.num.62.Azeued.conſ.18.numer.1.Rota in ſapè citata Tiburtina fideicommiſſi 25. Maij 1646. §. & licet in fine.*

Et ita deciſum vna tantum parte informante citatis tamen pluries D. Marchione Io. Baptiſta, & fratribus de Montecuculis Aduerſarijs &c.

R. P. D. Bichio Bononien Primogenituræ.
Veneris 25. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum extractum à Notario deputato, quibus concurrentibus plenam fidem mereatur, examinata præſertim vi illius obſeruantiæ,& productionis iudicialis plenè deducitur.

SVMMARIVM.

1 *Notario atteſtanti de ipſius deputatione creditur.*
2 *Inſtrumentum ab originali leuatum in publicam formam ſiue à Notario rogato,ſiue ab alio facultatem leuandi habente plenam fidem meretur,& n.3.*
4 *Inſtrumentum ſi ſemel fuit legitimè leuatum probat licet non conſtet ex matrice.*
5 *Notarij ſolent plures de inſtrumento conficere abbreniaturas.*
6 *Non eſt credendum Notarium ſumpſiſſe inſtrumentum ab originali vitioſè.*
7 *Inſtrumenti veritas reſultat ab approbatione,& obſeruantia facta a partibus.*
Productio iudicialis ſcripturarum includit efficaciorem approbationem veritatis earum vide n.10.
9 *Productum ſemel in actis facit perpetuam fidem.*
11 *Exemplo inſtrumenti longiſſimè obſeruato nullatenus eſt denegnada fides.*
12 *Recognitio manus Notarij non eſt neceſſaria in antiquis.*

DECISIO XXVIII.

Audientibus hodie informantibus pro Dominis de Montecucolis aduerſus deciſionem ſub die prima Iulij anni proximè antecedentis editam Coram Me, tandem Domini confirmarunt non obſtante obiecto, quod Inſtrumentum teſtamenti Clar. mem. Card. de Podijs ex quo petitur immiſſionem non ſit in forma probanti.

Quia Inſtrumentum exhibitum ex rogitibus Buccamatij de dicto teſtamento rogati extractum fuit per Notarium Burgognonum ad id à Correctore,& Conſulibus Societa-
1 tis Notariorum deputato,de qua deputatione cum non dubitetur,& ipſiuſmet Notarij atteſtatione probetur.*Capuaque dec.245.par.2.Mart.And.dec.14.n.8.Buratt.dec.667. num.4.dec.878 num.2. Rot.in Nouarien Bonorum 17. Decembris 1640.coram Clar.mem.Coccino.* Idem Inſtrumen-
2 tum plenam fidem, & exequutionem meretur tum vigore ſtatuti Bononiæ *lib.2.rubr.de Inſtr.& act.§.quibus teſtamētis fol* 188. vt ponderauit *Rot. apud Pen. dec. 478. num. 1.* tum ex diſpoſitione iuris comunis quo authenticum dicitur Inſtrumentum ob originale in publicam formam leuatum, ſine à Notario rogato *c. cum P. Tabellio cap.ſi Inſtantia de fid. Inſtrumentor Alex.in Auth.ſi quis in aliquo*
3 *n.5.in fin.C.de eden.* ſiue eo defuncto ab alio Notario leuandi facultatem habente,quia in locum Notarij rogati prædefuncti dicitur ſubrogatus *Menoch. de adipiſc.remed.4 nu. 665.Dec.in d.Authent ſi quis in aliquo num.26.verſ.9.fallit Rot.dec.503.n.9.& 10.par 4.tom.2.rec.dec.284.n. 10. & ſeq.par.7.in dicta Nouarien. Bonor. §. 1. in fin. coram bon. mem.Coccino.*
4 Quamuis originale,ſeù Matrix hodie non exhibeatur,quia ipſum exemplum vim originalis habet *Couar. pract. quaeſt. cap.19.ſub n.3. Rot.deciſ.26.num.9.par.4 tom.2.rec.* & fuit dictum in ſupracitata *Nouarien. Bonor.§.1.enim vbi alleg. concord.* nihil refragante,quod factis nuper diligentijs inter rogitus Buccamatij reperta non fuerit niſi quædam imbreuiatura informis, & mendoſa quia non eſt nouum, quod
5 Notarij plures imbreuiaturas conficere ſolent *Pariſ. conſ. 28.nu.21.lib.2. Ruin.conſ.144.n.7.lib.4. Rot.in Rom fideicomm.de Victorijs 20.Martij 1651.coram Eminentiſſ Domino Cardinale Otthobono*, & modernæ diligentiæ non conuincunt negatiuam exiſtentiæ alterius imbreuiaturæ de Anno 1589 quo fuit facta exemplatio, dum exemplans aſſeruit extraxiſſe ex rogitibus nec de aliquo vitio Matricis mentionem facit vt in his terminis reſpondet *Menoch. de adipiſc.remed.4.ſub nu.654.verſ.nec aduerſatur*, vbi dicit rationem, quia ex quo lex multum de Notarij fide confidit, non eſt credendum Notarium ſumpſiſſe authenticum ab originali vitioſo ipſius vitio ſupreſſo *Bero.conſ.139 ſub n. 9.lib.2.Rot.in d.Nouarien.Bonor §.quod autem.*

Eo magis quia vt infra dicetur Teſtamentum Card. à Buccamatio rogatum, & à Burgognono in publicam formam exemplatum partes, & ipſi met Aduerſariorum au-
7 thores approbarunt,obſeruarūtque, vndè reſultat eiuſdem rogitus, & exemplationis veritas itaut amplius impugnari non poſſit vt in terminis ad effectum immiſſionis ex *remed.l.fin.C.de edict. Diui Adr.toll.tradit.Pereg.conſ.64.n. 17,nu.19.& ſeq.lib.1.Rot. in Bonon fideicom. de Amorinis 18. Maij 1648. §. non obſtant coram R.P.D. meo Meltio, & in Romana, ſeu Ianuen. Cambij 27. Nouembris 1651 §. Quoad primum verſ.ſicut coram Me.*

Approbatio vero, & obſeruantia apparet quia hæredes Cardinalis in vim teſtamenti à Buccamatio de anno 1554 rogati hæreditate adiuerunt de Anno 1556. *Summ. Celleſij n.1.* Deinde Anno 1560. eodem hæreditario titulo, & in vim eiuſdem Teſtamenti concordiam inter ſe iniuerunt,in qua ſibi ad inuicem bona hæreditaria aſſignarunt, legata à Cardinali in dicto Teſtamento relicta ſoluerunt, & in ſpecie reſeruarunt iura primogenituræ de qua agitur, ibi, *ſalno tamen iure Primogenitura caſu quo &c. iuxta tenorem Teſtamenti dicti Cardinalis Teſtatoris dicto Summ.num. 2 litera D.& ſub littera G.ibi,de quo rogatus extitit D. Iacobus Boccamatia Notarius,& Cauſidius Bonon. de Anno 1554.& infra,ibi,ſaluo tamen iure Primogenitura &c.iuxta tenorem Teſtamenti praditti*, Inſuper ſumptum de cuius legalitate agitur extractum fuit de Anno 1589. ad Inſtantiam Ioannis de Podio, & productum Coram Vicario Archiepiſcopali qui ſucceſſiuè ſententiam producenti fauorabilem tulit eximendo quædam bona hæreditaria Cardinalis à fideicommiſſo ad effectum ex illorum prætio ſoluendi debita Cardinalis *dicto Summ. nu.3.* ſimiliſque productio facta fuit de Anno 1634. à Ioanne Podio Aduerſariorum Auditore coram Auditore Generali Bononiæ in Iudicio per Lucatellum contra ipſum moto ſuper caducitate à Palatio primogenituræ ſubiecto ob tractatus, & Inſtrumenta deiuper inita cum Marchione Franciſco de Montecuccolis contra præceptum Cardinalis Teſtatoris in quo Iudicio emanauit pariter ſententia fauorabilis cum reſeruatione iurium Primogenituræ ad fauorem Lucatelli in

caſum

caſum obitus, ibi, *ſaluo ſemper, & reſeruato iure eodem D.
Lucatello petendi d. Palatiū vigore teſtamenti q. Eminen-
tiſs.D.Cardinalis in caſū mortis dicti D.Ioannis d.Summ.
8 num. 4.* Cumque hæc productiones ſint iudiciales, & effe-
ctum ſortitæ fauore producentium efficaciorem includunt
approbationem, & confeſſionem veritatis Teſtamenti e-
iuſque exempli *Peregr.conſ.64.ſub n.20. verſ.ſed quia ſæpe
in Iudicijs lib.1. Maſtril. dec.43.ſub n.7. & 8.& nu.13.* vbi
9 quod ſemel productū in actis facit perpetuam fidem *Surd.
conſ.151.n.16. Rot.dec.671.n.4. in fine par. 1. diuerſ.& in
dicta Nouarien. Bonorum §. 1. ut ſuit*, vbi ſubditur quod
confeſſio ex huiuſmodi productionibus reſultans afficit e-
tiam ſucceſſores ad effectum iudicandi ſumptum productū
eſſe in forma probanti in eorum præiudicium.
10 Quapropter non vrget quod productio non det robur ſcri-
pturæ alioquin informi, quia procederet obiectum, ſi ve-
re conſtaret ſcripturam eſſe informem, & pateretur de-
fectus legales, quos producentis conſenſus ſupplere non
poſſet, ſecus in caſu noſtro, quo negatur informem eſſe
Matricem ex qua Inſtrumentum leuatum fuit, & produ-
cens vigore eiuſdem Inſtrumenti ſententias fauorabiles ob-
tinuit tunc enim illud eſſe in forma probanti negari nō po-
teſt etiam in alio Iudicio, vt in terminis fideicommiſſi *Rot.
dec.384.num.2.par.2.recent.& in Melenitana fideicom.13.
Martij 1652. coram Me.*

Eo minus concurrentibus vltrà enunciatiuis dicti teſta-
menti, & Primogenituræ emiſſis in Inſtrumento venditio-
nis lapidum *d. Summ. nu. 6.* & in alio concordiæ rogati de
Anno 1582. *Summ.ibidem num.* 5. nec non capitulis conu-
uentis de Anno 1626. inter Ioannem, & Ludouicum Po-
gium ex vna, & Comitem Franciſcum Montecuccolum
ex alia ſuper venditione Palatij controuerſi cum obligatio-
ne faciēdi multiplicū ad fauorem vocatorum in dicto teſta
mēto, & Primogenitura Cardinalis *Summ.n.7.* adeo quod
11 nullatenus hodiè negari valeat integra fides Teſtamento,
& exemplo ab ipſo ferè initio per longiſſimum tempus to-
ties approbato, & ſemper obſeruato vt in terminis exempli
*Seraph.dec.1192.num.2. Add. ad ſan. memor. Gregor. XV.
dec.469.ſub littera D.* vbi ampliat quamuis non conſtet de
obſeruantia ſcripturæ in omnibus ibi contentis *Rot. deciſ.
184.n.9.* vbi quod approbatio ſufficit ad effectum iudican-
di ſcripturam eſſe in forma probanti, *& numer. 32. & 33.
par.6 recent.deciſ.33.num.6.& 7. apud Comitol. & in ſa-
pe citata Nouarien. Bonorum §. 4. ac tandem coram clar.
mem.Coccino.*
12 Hinc neque obſtat quod recognita non fuerit manus No-
tarij Burgognoni, quia antiquitas temporis iuncta ſupra
deductis approbationibus, & obſeruantia non equiuoca,
vt in caſu *dec.154.num.28.par.4.tom.2.recent.* ſed ipſum
teſtamentum, & Primogenituram reſpiciente adimit re-
cognitionis neceſſitatem *Seraph.deciſ.1481.n.2. Rot. inter
recent. dec.693. num. 2. & 8. par. 3.* cum alijs allegatis ab
Add. ad Buratt. dec.667. num. 11. vbi quod ad hunc effe-
ctum ſufficit antiquitas 70. Annorum maximè quia
Aduerſariorum authores ſimili exemplo eiuſdem No-
tarij vſi vt ſuprà fuerunt *Rot.dec.671.numer.4 & 5.part.1.
diuerſ.*

Quo vero ad purificationem Primogenituræ fauore
Celſenij ſubſiſtunt fundamenta vix in hoc ex aduerſo impu-
gnata primæ deciſionis cui ſtandum eſſe reſolutum fuit v-
traque parte informante &c.

R. P. D. Beuilaqua Romana Dotis.
Lunæ 11. Februarij 1656.

ARGVMENTVM.

Confeſſio dotis receptæ ex quibus dicatur ſimulata, &
facta in fraudem donationis prohibitæ inter virum, &
vxorem, latiſſimè per plures examinatas præſumptio-
nes diſcutitur.

SVMMARIVM.

1 *Creditori non iuſtificato credito nullum ius, nullaque a-
ctio competit.*
2 *Non ſufficit pro dotis numeratione ſola confeſſio viri; ſed
realis traditio rei.*
3 *Solutio dotis, qua apparet per ſolam confeſſionem viri
præſumitur ſimulata, & in fraudem donationis, & nu.
ſeqq.*
*Stat Vrbis lib.1.cap.135. ſe extendit ad donationem
præſumptam.*
4 *Inſtrumentum dotale confectum non contracto matrimo-
nio, in illo non præſumitur fraus.*
5 *Coniectura, & præſumptiones mouere poſſunt Iudices ad
arguendam donationem viri erga ſponſam.*
6 *Numeratio vera ex quibus verbis deducatur.*
7 *Cancellatio verborum quid importet.*
8 *In inſtrumento non datur prius, nec poſterius.*
9 *Dotis conſtitutio non infert numerationem.*
10 *Vicinitas actuum, & temporis breuitas, quo plures
celebrantur actus, vnus poſt alium inducit ſimulatio-
nem.*
11 *Confeſſio dotis receptæ facta per maritum conſtante ma-
trimonio præcedente inſtrumento promiſſionis probat ve-
ram numerationem.*
12 *Confeſſio mariti conſtante matrimonio facta de dote re-
cepta, non valet: non præcedente dotis promiſſione ad fa-
uorem mariti præſumitur ſimulata, num.13. & ſimula-
tionis probatio deducitur etiam in n.n. 15. 17. 19.
20.21.*
14 *Inuentarium probat negatiuam exiſtentiam aliorum bo-
norum præter in eo deſcriptorum.*
16 *Conſenſus non requiritur in ijs, in quibus nullum intereſſe
habetur.*
17 *Aminiſtrator tenetur rationem reddere de omnibus ad
eius manus peruentis.*
18 *Omiſſio alicuius rei in rationis redditione computatur in
detrimentum adminiſtratoris.*
19 *Clauſula conſuetæ omiſſio inducit præſumptionem ſimula-
tionis.*
20 *Augumentum dotis factum per coniuges eſt prohibi-
ta.*
21 *Simulationis ſuſpicio comprobatur ex ſolitis, & moribus
perſonarum.*
22 *Præſumptiones, & coniectura vnita tendentes ad melio-
rem mulieris conditionem, benè probant ſimulatio-
nem.*
23 *Simulatio ante contractum matrimonium non præiudicat
marito, nec hæredibus:*
24 *Raſura, & alteratio diei cum diuerſo atramento in
inſtrumento poſita, reddit illud valde ſuſpectum.*
25 *Inſtrumentum facit rem claram, & habet executionem
paratam de ratione n.26.*
27 *Iuramentum detecta ſimulatione non probat.*
28 *Confeſſio dotis receptæ idem operatur, ac numeratio, ſi in
tempore non fuit oppoſitum de non numerata dote decla-
ra, vt num.29.*
29 *Simulata confeſſionis dotis exceptio eſt perpetua, & de ea
ſemper dari poteſt.*
30 *Stat. Vrbis lib.c.43. affertur, & declaratur.*
31 *Minor adſtringitur ad reſtitutionem dotis receptæ etiam
ſine ſolemnitatibus declara, n.32.33.*
34 *Pater quando teneatur ad reſtitutionem dotis habitæ à fi-
lio.*

DECISIO XXIX.

MOrtuo Franciſco, nec reſoluto dubio bis propoſito ſu-
per nullitate matrimonij inter ipſum, & Petronillam
contracti, Hæc dotem in Inſtrumento ſponſalium conſtitu-
tam, & à dicto Franciſco confeſſatam inſtabat ſibi reſtitui,
vnde ſupradicta die dubitatum fuit coram bon. mem. Bi-
chio, An conſtaret de credito dotali, & non conſtare
fuit per DD. reſolutum, mihi autem in eius locum
poſtea ſubrogato iniunctum, vt deciſionem extende-
rem.

1 Ratio, cui nitebantur, illa erat potiſſimum, quia pro parte
Petronillæ non fuit doctum de hoc ſuo credito dotali, ſine
cuius iuſtificatione nullum Ius, nullaque actio ei competit
agendi aduersùs hæredes mariti pro illius reſtitutione ma-
trimo-

Digitized by Google

trimonio ſoluto *l.aſſiduis 12.§. cum enim ibi. Si tamen res ipſa fuerit marito tradita C. qui pot.in pign. l.ſi ex cautione 3. & ibi gloſ.in verb.probare C. de non numer. pecun.l.1. vbi gloſ.in verb. Inſtrumentum C.de dotis caut.non numer. DD.in l. vbi adhuc 29. C.de Iur. dot. Nicol.Bell.conſ.4. in princ. Menoch.de præſumpt.lib.3.præſumpt.12.n.2.*

Nec dicatur, quod imò probatum extat per publicum Inſtrumentum, in quo Laurentius Petronillæ Auunculus dotem ſcut. 3000. monetæ de bonis hæreditarijs Pauli Patris, & aliorum mille auri de ſuis proprijs conſtituit, quæ Franciſcus medio iuramento habuiſſe, & recepiſſe confeſſus fuit, ſeque ſatisfactum, & contentum vocauit, ac de illis quietauit omni exceptioni non numeratæ pecuniæ, ac ſpei habendi renunciando cum obligatione in omnem euentum
2 reſtitutionis eam reddendi. Siquidem pro dotis numeratione non ſufficit ſola confeſſio viri de recepto emiſſa in Inſtrumento, ſed ex alijs exigitur, vt cum effectu conſtet de receptione; cum dos non quæ inaniter dotalium Inſtrumentorum tenore conſcribitur, ſed quam realiter quis tradidiſſe docuerit repræſentetur, ait *Text.in l.ſi quis poſt hac 9 & ibi gloſ.in verb. dotalium C.de bonis proſcript. DD. in l.per diuerſas 22. C. mand. Rota coram Card. Seraphino deciſ. 292. & 302.num.1. & 2. & in recent.deciſ.585.n.2.par.4. &*
3 *deciſ.55. & 335. vbique num 1.par.6.* In tantum, vt non conſtito de huiuſmodi effectiua ſolutione, illa, de qua non niſi per dictam nudam confeſſionem viri appatet, præſumitur ſimulata, & in fraudem donationis inter virum, & vxorem prohibitæ, tam de iure commoni, vt tuto *tit.de donat.inter vir.& vxor. Rom.conſ.445.nu.7 Purpurat.conſ.461.num 3. Cozad conſ.28.num.22. Menoch conſ.81.n.15. Rota coram ſan.mem.Greg.XV.dec.67.num.1. & a d.deciſ.55.num.13. & 14 par.6.& apud Merl.dec.419.num.3.* quam ex diſpoſitione Statuti Vrbis *lib.1.cap.135.* quod ſe extendit etiam ad donationem præſumptam, quæ reſultat ex confeſſione, ne alijs fraus inducatur, *Corn.conſ.185.numer.5.lib.2. & in ſpecie Gabr. conſ. 142. numer. 2. lib. 2. Gratian. diſcept. forenſ.cap.693.numer.8.Put.deciſ.55.numer.2.lib.3.in correct.*

4 Non obſtat, quod Inſtrumentum dotale fuerit confectum adhuc non contracto matrimonio, vnde non præſumitur aliqua fraus, nec donationis titulum erga vxorem præſefert confeſſio de dote recepta, ſed potius ſub ſpe futuræ numerationis facta creditur, adeout ſi deinde permittatur labi tempus opponendi exceptionem non numeratæ dotis præſtitutum in *l.fin.C.de dot.caut.non num.* cenſetur verè ſoluta & habet omnia dotis priuilegia in mariti confitentis, & aliorum præiudicium, vt tenent relati per *Menoch. de præſumpt.lib.3 præſumpt.13.num.14.*

5 Quoniam non procedit concluſio quotieſcumque vt in caſu præſenti ex inſpectione Inſtrumenti, vel aliundè vrgent coniecturæ, & præſumptiones tales, quibus animus Iudicis moueri poteſt ad arguendum de viri intentione fuiſſe dotem ſic confeſſatam ſponſæ donandi, tunc enim ſecundum eas cenſenda eſt illius mens, & facta confeſſio iuxtà notata per *gloſſ. & DD. in Auth. ſed iam neceſſe C. de donat.ant.nupt. Corn.conſ.520. ſub num. 6. lib. 3. Alex. conſ.86.n.1.lib.7. Mant.de tac. & ambig.l.11.tit.20.n. 19. Farin.de ſimul.& falſit.q.162.n.105. Rot.coram Penia dec. 201.n.3. & penes Buratt.dec.108.n.6. & in d.dec.419.n.4. coram bon.mem. Merlino.*

Hic antem ex his, quæ geſta apparent in actu ſtipolationis Capitulorum matrimonialium plures coniecturæ colligumtur, ex quibus ſuadetur, dotem tunc non fuiſſe Franciſco ſolutam, nec animum habuiſſe illam deinceps conſequendi, ſed voluntate donandi confeſſus fuit eam recepiſſe; quarum prima, & præcipua, quæ totum Inſtrumentum
6 inſpectum quoque reddit illa eſt, quæ deſumitur ex illius matrice, & originali Dominis oſtenſo, in cuius parte ſubſtantiali, vbi de receptione dotis agitur, legontur prius ſcripta manu d Laurentij verba hæc *quali ſcudi il ſudetto Sig. li tira à ſe in tanti giuly, e teſtoni, & oro ſtampe incontanti &c. e ſe li conſegna, e sborſa in contanti ſcudi mille ſimilmente,* quæ fuerunt poſtea à Not. rogato caſſa, & loco illorum adiecta ſimplex confeſſio de recepto, ex quibus verbis antea adaptatis à Laurentio deſumitur eius animus reportandi donationem ad fauorem neptis ſub colore factæ numerationis, cumque alioquin nulla poſſit adduci variationis cauſa, quinimò valdè probabile ſit, quod non fuiſſent prima deleta tanquam denotantia veram, & realem numerationem in maius ſponſæ bonum, *Bart.in l.ſi ſtipulatus 126.§.Chriſogonus n.23 ff.de verb.oblig. Grat.diſcep.forenſ. cap.365.n.36. Rot.dec.193.n.4.p.2.dec.33.n.5. & 6.p.4.tom.*
7 *2. & dec.160.nu 10.p.7.recent.* Efficax coniectura inſurgit tempore celebrationis pecuniam non fuiſſe ſolutam, & ſic ſtandum alijs verbis per eundem notarium ſcriptis, quæ pecuniarum interuentum pænitus excludunt, *Grat.c.767. n.24. Rota coram Burat.dec.512 n.9. bo. me. Merlino dec. 608.n.20. & dec.11.n.10. & 11.p.7.rec.*

Neque etiam dicatur, quod ſolutio potuit Franciſco fieri ante ſtipulata Capitula matrimonialia, & ideo confeſſio de recepto ibi ſubſequuta non dicitur facta animo donandi, ſed recognoſcendi dotis habitæ veritatem aduerſus quã non valet opponi non numeratæ dotis exceptio. Quia animaduerſum fuit alibi de dotis confeſſatæ promiſſione non conſtare, quam ex ipſiſmet Capitolis in Inſtrumento, in quibus habetur, quod Franciſcus Petronillam in vxorem ducere promittit, & dotem, quam Laurentius tunc ſibi de bonis hæreditarijs Pauli, & proprijs, vt ſuprà conſtituit, illi-
8 cò fatetur recepiſſe. Cumque in eodem Inſtrumento non detur prius, & poſterius, ſed omnia ſimul, & ſemel eodem momento vires ſuſcipiant, & perficiantur *l. contractus 17. & ibi Bart.n.4 C.de fid.Inſtr. & in l.Lecta 40.n.9 & 18. vbi etiã Cagnol.n.129 ff ſi cert.pet. Rota dec.756.n.8.p.1. diuerſ.*
9 neceſſariò ſequitur, quod ex ſola dotis conſtitutione ibi facta inferri non poſsit ad illius numerationem, *Rota dec.55.*
10 *n.3.p.6.rec* Sed oritur ſuſpicio confeſsionem dotis receptæ fuiſſe ſimulatam ad *Text.in l.ab Anaſtaſio 23. & ibi Bald. C.mand. Rom.in ſingul.26. Burſ.conſ.175.n.2. Farinac. de*
11 *ſimulat. & falſit.q.162.n.146.* Non enim ſofficit, vt dos cõfeatur ſoluta per confeſsionem de recepto, quod promiſsio fiat eodem tempore, quod intercedit confeſsio, & vnico contextu omnia ſequuntur, ſed opus eſt, vt promiſsio dotis confeſsionem receptionis præcedat, *l. In contractibus 14.§. ſed quoniam C.de non num.pecun. Gabr.conſ.146.nu.13. & 16.lib.2. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt.13.num.21. Gionagn.conſ.26.numer.fin. lib. 2. Fontanell. de pact.nupt. clauſ.14. & vlt.gloſ.vnic p.1.nu.31. Magon. dec. Florentin. 68.n.6. Grat.dec. Marchia 103.nu.12.cum tribus ſeqq. Rota dec.145 n.1.poſt Pacific.de Saluian. Interd.in Romana Dotis 21.Februarij 1650.§.neque releuat, confirmata 29. Nouembris eiuſdem anni coram Eminentiſs. Card. Corrado Adden.ad Buratt.dec.108. ſub littera* B.

12 Et vlterius, quod ſuſpicari non poſsit id, quod in confeſſione continetur, confitentem donare voluiſſe, quia lex huiuſmodi largitiones abhorret quamuis ſequutas ante contractum matrimonium inter ſponſos, cum ſemper illarum effectus conferatur in tempus initi matrimonij, ſicque illæ, & confeſsiones prorſus ſunt inualidæ, *l.1. & l.quod ſponſa 4. C.de donat.ante nupt. & ibi Ang.in princ. Iaſ.in l. ſi diuortio 21.ſub nu.8.verſ.ſubdit Bart.ff. de verb oblig. Menoch. de præſumpt.d.l.3. & præſumpt. 12.nu.1. Sanch.de matrim. lib.6.diſp.9.n.3. Molin.de contract.tract.2.diſp.439.ſub n.8 Anchar.in c.1.n.5.verſ.in gloſ.fin.de adult. Gabr.conſ.163 n.12.lib.2. Trentacinq.var.reſol.vol.1.lib.3.tit.de iur.dot. reſol.3.n.3. Surd.conſ.196.n.28.cum alijs adductis in d.Romana dotis §.Tum quia concluſio.*

13 Altera coniectura reſultat ex eo, quod Franciſcus ſtatim poſt conſtitutionem dotis, & confeſsionem de recepto renunciauit exceptioni non numeratæ pecuniæ, ac ſpei amplius habendi; Quæ renunciatio arguit fictam, & ſimulatã illam fuiſſe taliter, quod de d.confeſsione iudicandum ſit, ac de donatione inter virum, & vxorem, & excludi præſumptionem, quod putetur facta ſpe futuræ numerationis, cum hæc inuicem ſe elidant, quod quis confiteatur pecuniam fuiſſe numeratam, quam verè non habuit, & renunciet exceptioni de iure competenti talem aſſertionem impugnandi, *Gabr.conſ.142.num.6.lib.2. Alex.conſ.142.numer 5.lib. 5. Rom.conſ.44. Gozzad.conſ.28.n.21. Nat.conſ.147.nu.4. lib.1. Rota coram bon.mem. Buratt.deciſ.925.n.2. Penia dec.701.n.4. & 5.*

Tertio loco pro coniectura huiuſmodi fictę confeſsionis adducebatur inuериſimilitudo, quod Laurentius erogauerit

Fran

Franciſco pro dote Petronillæ hanc ingentem pecuniarum
ſummam,ne ante ſtipulatum Inſtrumentum matrimoniale
manualiter exburſauerit,nulla reportata quietantia, tam
attenta hæreditate Pauli,in qua pecuniæ non remanſerunt,
ex quibus talis numeratio ſperari poſſet,ſed domus,& quæ-
14 dam credita, vt conſtat ex Inuentario dato, quod probat
negatiuam exiſtentiæ aliorum bonorum præter ibi deſcri-
ptorum, *Decian.reſponſ.76 n.2.lib.3.Grat.diſcept.foren.cap.
720.n.6.7. & 8. Rota deciſ 510.n.2.p. 5. rec.* Quam dotibus
conſtitutis Potétianæ,& Annæ eius Sororibus,quarũ primę
ſolum ſcut.500. in contanti ſoluenda intrà certum tempus
fuerunt. Margherita matre promiſſa, Annæ verò fuerunt
aſſignata tot ſtabilia ad ſcut. 2000. aſcenden. cum quietan-
tia alterius totidem ſummæ fuerit declarata ſimulata, nul-
lamque eſſe illi fidem adhiben. Et ideò pecuniæ hæreditariæ
fuerunt iudicialiter conſignatæ poſterioribus Creditoribus
viri Annæ,ipſa citata.
15 Ex cuius pecuniæ hæreditariæ deficientia, ac inuериſimi-
litudine confeſſio redditur multum ſuſpecta, & animo do-
nandi facta *l.ſi extraneus 44.ff. de donat.inter vir. & vxor.
Becc.conſ.52.num.79.Lauren.deciſ.Auen.25 n.15.Rota pe-
nès Comitol deciſ.86.Buratt.d.deciſ.108.n.9.361 num.9.&
925.num.3.bon.mem.Merlin.dec.419.n.8.714.nu. 27.* Quæ
ſimulationis coniectura valde etiam augetur ex conſenſu,
quem Petronilla venditioni Domus hæreditariæ Pauli Pa-
tris de anno 1651. factæ præſtitit pro omni,& quocumque
ſuo Iure,& intereſſe dotali,quod tunc, & in poſterum poſ-
16 ſet ſuper ea habere,ex quo colligitur ipſam optimè ſciuiſſe,
dotem promiſſam non fuiſſe ſolutam, nam aliàs conſenſus
non requirebatur ad *Text. in l.1.§.denunciare.ff. de ventr.
inſpicien.gloſ.in l.de vnoquoque in princ.ff.de re iud.Rolan.
conſ.92.n.7.lib.4.*
Quarta coniectura multum conſiderabilis ex eo deſu-
mebatur, quod idem Laurentius Adminiſtrator hæredita-
tis dicti Pauli,dum de annis 1635. & 1640. rationem de ea
reddidit ad debitum illius poſuit dotem traditam Potentia-
næ, de hac autem conſtituta Petronillæ nullam fecit men-
17 tionem; Et tamen cum vti talis de omnibus rationem red-
dere teneretur, *l.2.ff.de neg.geſt.l.1.§. officio ff. de Tutel.l.
quadam ſunt perſonæ 9.ff.de aden.Greg.dec.30.n.4.* credibi-
18 le non eſt, quod computare omiſerit in ſui detrimentum,
quatenus verè, & realiter fuiſſet numerata, & hinc Indiciũ
euidens reſultat, Franciſcum blanditijs, & amore ductum
fuiſſe ad confiten. dotem non habitam pro ſoluta, *l.ex fa-
cto 17.§ ſi quis autem ff.ad Trebell.l.ob carmen 21.§.vltim.
ff.de Teſtib.Tiraq.in l.ſi vnquam in præfat.nu.37. C. de re-
uoc.donat. Magon.deciſ.Lucen.25.num.7. & 8. Rota penès
Merlin.d.dec.419.n.8.*
19 Quinta quæ etiam viget coniectura eſt, quod in prædi-
cto Conſtitutionis,& ſolutionis dotis Inſtrumẽto fuit præ-
termiſſum reinueſtimentum illius, quod ſemper fieri con-
ſueuit ad eam aſſecuran. quando cum effectu recepta eſt,&
fuit ſeruatum cum viris aliarum Sororum, ſed libera facta
fuit ſolutio Franciſco Iuueni minori, qui de facili poterat
conſumere. Et hæc quoque indicant ſimulatam eſſe dotis
numeratæ confeſſionem, *Bald.in l.1 C.de ſeru.fugit. Add.
ad Buratt.deciſ.925.in fin. Merlin.in mox citata dec.419.n.
9.& 10.in rec.dec.55.n.22.& 23.part.6.& in allegata Ro-
mana dotis coram Eminentiſs.Corrado 21.Februarij 1650
§.2.ex qualitate.*
Sexta coniectura in præſenti optimè concludens de-prõ-
pta fuit ex donatione ſcutor. 6000. quæ Franciſcus ad au-
20 gendam dotem vſque ad ſcuta 10.mil. de proprio promiſit,
quæ tam magna quantitas in hiſce coniugibus non medio-
cris diſparitatis, nobilitatis, & diuitiarum argumentum
præbet donationis ſcu.4000. in dotem aſſignatorum,*l.cre-
ditor 20.C.de donat.inter vir.& vxor l.1 vbi gloſ. in verb.
auxerit C.de donat.ante nupt.& in terminis aduertit Gabr.
d.conſ.142.num.24.& ſeq.lib 2.Buratt.in d.dec.925.ſub n.4
verſ.neque eſt facienda vis,& tenuit Rot.in d.Romana do-
tis §.Quoniam id procederet.*
Septimam denique coniecturam cenſebant Domini ex
qualitate perſonarum, nam ipſius Petronillæ mater, vbi
matrimonium cum Paulo Confalonerio contraxit, & do-
tem congruam non haberet, ab illo donationem pro ſe, &
ſororibus reportauit Et ex ſententia criminali ab A.C.pro-
mulgata per quam Laurentius,& Margherita eius vxor ip-
ſa Petronilla,& alij reperti culpabiles in eo,in quo erant in-
21 quiſiti,varijs pœnis fuerunt afflicti; In hac enim materia,
mores,& ſolitum perſonarum ſimilia gerendi attenduntur
& ex his magis ſimulationis ſuſpicio comprobatur, *Cepoll.
de ſimulat.contract.n.149.Farinacc.de ſimul.q.162.n.169.
169. Rota deciſ. 71. numer. 7. poſt primum vol. conſ. Fari-
nacc.*
22 Quæ præſumptiones, & coniecturæ tam & ſi ſingulæ
paterentur aliquam difficultatem, ſimul tamen vnitæ, &
omnes tendentes in meliorem mulieris conditionem, benè
probant ſimulationem,vt confeſſio importet donationem,
non autem dotis receptionem *l. 3.& tot.tit.ff. de donat. inter
vir. & vxor. Hond.conſ.46.n.26.lib.1. Rota deciſ.11.n.14.
par. 7. rec.* Quæ propterea nec ante contractum matrimo-
23 nium emanata,marito,& hæredibus præiudicat *l.2.C.de
dot.caut.non num.Soccin.ſen.in l.1.nu. 70.ff.ſolut. matrim.
Menoch. de præſumpt.lib.3.d.præſumpt.12.numer. 1.& 37.
Mantic.de tacit.& ambig.lib.11.tit.20.num. 27. verſ.nec
ipſi marito.Valaſc.conſult.5.num.4.Trentacinq.loco ſupra
citato Molin. de contract.d.tract.2.diſp. 439. ſub numer.8.*
&nihilominus Inſtrumentum ipſum matrimoniale valde
redditur reſpectum,quod matrimonio conſtante fuerit ce-
24 lebratum ob raſuram,& alterationem diei diuerſo caracte-
re, & atramento factam *Auth. de triente, & ſemiſſe, §. Et
quod ſæpè Natta conſ. 224. in fine, Rota coram bon.mem.
Coccino deciſ.* 101. *num.* 9. vt multò minus poſſit prædictis
viro, & hæredibus, nocere, *Buratt.dec.612.& 925. vbique
num.1.*
25 Hinc non obſtat, quod liquidò conſtet de credito dotali
Petronillæ ex Inſtrumento publico obligatione Camerali,
& iuramento vallato, quod facit rem claram, & executio-
nem paratam habet pro reſtitutione ibi promiſſa, *l. cenſus
ff.de prob.l.in donationibus 31.C.de donat.c.cum dilecti eo-
26 dem tit.l.ſcripta C.de fid.Inſtrum.* Quia iuſtificata ex iam
deductis ſimulatione confeſſionis, ea apta eſt infringere
vim obligationis Cameralis, omneſque clauſulæ ibi ap-
poſitæ ſunt inefficaces, ac ipſæ quoque ſimulatæ *l. Emptor
12.vbi glo.& Bart.ff de aqu.pluu.arcen.Soccin.ſen.cõſ 27.n.
30.lib.4. Rota deciſ.714.num.1.apud bon.mem.Merlin. &
27 deciſ 259.num.8.par.6. & d. deciſ.11.num.18.par.7.recent.*
nec iuramentum quicquam operatur detecta ſimulatione;
quia ea intentione, qua maritus confitetur ea ipſe iurat, &
deficit illius conſenſus,ità in iuramento, ficuti in contractu
ad notata per *gloſ.in cap.ſi diligenti 12.de foro compet.Za-
barell.in clem. de iur. iur.* §. Porrò num.10. *Ruin.conſ.130.
n.3.lib.1.Gozz.ad.conſ.28.n.25.Hond.d.conſ.46 n. 35. Rota
in ſæpe cit.dec.55.n.15.& dec.253.n.9 par.6.& coram Bu-
ratt.dec.612.n.6.*
28 Neque obeſſe viſum fuit,quod diuturnum tempus inter-
ceſſerit à die confeſſionis ad tempus diſſoluti matrimonij,
intrà quod non fuit oppoſita exceptio non numeratæ dotis,
ideò idem debet operari confeſſio, quod ipſamet numera-
tio *Aretin.conſ.86.Anchar.conſ* 307. quia vltrà quod pau-
lò poſt matrimonium fuit de eius,& Inſtrumenti matrimo-
nialis nullitate iudicialiter oppoſitum, vt patet ex monito-
29 rio, & proteſtationibus datis in *Summario* hæreditatis
Franciſci *num.5* etiamſi tempus eſſet elapſum, adhuc data
ſimulatione ſemper reſultat donatio pecuniæ,& dotis con-
feſſatæ,quo caſu poteſt quandocumque de exceptione dari,
quæ perpetua eſt, vt notat *Bart. & Bald. in l. ſi ſub ſpecie
3.C.de poſtul.Pariſ.cõſ.86.n.35.lib.3.Gozz.ad.d.conſ.28.n.
24. Rolan.a Valle conſ.74.num.5.lib.4.Gratian. diſcept. fo-
renſ.cap.693.num.fin.Fontanell. de pact.nupt.clauſ.14.gloſ.
vnic.par.1.n.77.ſan.me.Greg.XV.dec.67.n.6.Buratt. deciſ.
108.nu.17.*
Cuius Inſtrumenti executionem ex hoc etiam DD re-
tardandam eſſe putabant, Tum quia Notarius Subſtitutus
de illo rogatus non ſe ſubſcripſit,nec ſuum nomen, & co
gnomen appoſuit, vt mandat Conſtitutio ſan. mem Pauli
V. ſuper reformatione Tribunalium Vrbis, *tit. de not.Tri-
bunalium Vrbis §.qualibet Inſtrumenta*, Tum etiam quia
non probatur,ſeruatas fuiſſe ſolemnitates,quas exigit Con
ſtitutio Ægidiana in cap.25.lib.5. Franciſcus enim tempo-
30 re celebrationis illius erat minor 25.annis, & foreuſis.
Ideo non obſtante Statuto Vrbis lib.1.c.47. habilitante po-
ſiros

ſitos ſupra 20 annum ad contrahendum perinde ac ſi eſſent maiores 25. vti directum in perſonas ſubditas non comprehendit forenſes ſtatuentibus non ſubiectos, vt cenſuit *Rota in deciſ.260.num 3.& 4.& deciſ.294.num.1.& 2.par. 6.recent.in Romana,ſeu Perusina cenſus 12. Decemb. 1644.*
31 *poſt Zacch.de oblig.Camer.dec.162.num.6.* neceſſariæ e-
rant ſolemnitates per dictam Conſtitutionem requiſitæ in
contractibus minorum, quorum obligatio, licet ſubſtinea-
tur, vt ſint adſtricti ad dotis reſtitutionem tanquam funda-
ta in cauſa neceſſaria etiam non adhibitis ſolemnitatibus
dictæ Conſtitutionis, vt dixit *Rota in deciſ.511.num 2.par.*
2.recens.Card.Caual deciſ 397.num.5.bon. mem. Coccino
32 *deciſ.433.n.3.* locum tamen habet in caſu reſtitutionis do-
tis cum effectu recepta, ex qua oritur dicta obligatio neceſ-
ſaria reſtitutionis iuxta *tex. in l.ſi cum dotem 22.§.tranſgre-*
diamur, & ibi Bart.n.4 ff.ſoluto matrim Rota d.deciſ. 511.
33 *num.3.& ſeq.par.2.* Secus verò quando non apparet de
actuali ſolutione, ſed agitur vigore ſimplicis confeſſionis
de recepto, & ſic ex promiſſione voluntaria, quæ ſapit do-
nationem, *Gabr.conſ.20 numer.1.& ſeq.lib.1.& reſpondit*
Rota coram Verall.deciſ.199.par.3.& in rec.d.deciſ.55.n.
4.& ſeqq.par.6. in Rauennaten. dotis 11. Aprilis 1644.§.
nam id procedit coram Eminentiſſ. Card. Corrado, Ad-
den.ad deciſ.360.num.51.cum ſeq.par.4.tom.2.recent. Præ-
34 ſertim ad effectum agendi contra bona Nicolai Franciſci
Patris, qui non aſſenſit, vt filius matrimonium hoc contra-
beret, minuſque dotem, ſi realiter eſſet ſoluta, ipſe recepit,
aut eidem filio recipienti conſenſit, ſicuti requirebatur, vt
intret reſtitutionis obligatio ex diſpoſitione *dicta l.ſi cum*
dotem, & dicti §.Tranſgrediamur, ff ſolut.matrim.Curt.
iun.conſ.133.nu.5.lib.1. Maſtrill.dec.46.nu.3.par.1.Neguſ.
de pignor.par.2.memb.4.n.36.verſ. Intelligendo Rota deciſ.
644.num.2.par.4. recent.& plures relatis per modern. Nea-
pol.conſult.138.n.5.& 14.& deciſ.36.n.3.

Et ita vtraque &c.

R.P.D. Bichio Bononien. Primogenituræ.
Lunæ 14. Februarij 1650.

ARGVMENTVM.

Concordia ſemel mutuo partium conſenſu diſſoluta non reuiuiſcit ex vnius partis duntaxat voluntate. Et inita cum reſeruatione beneplaciti obtinendi infrà certum tempus, eo non obtenta, poteſt ab alterutra partium, neglecta etiam alterius interpellatione recedendo ab ipſa validè ſperni.

SVMMARIVM.

1 *A concordia cenſetur receſſum, quando vtraque pars eidem contrauenit.*

2 *Compromiſſum habet vim tranſactionis.*

Cenſetur receſſum à Compromiſſo ſi ambe partes reddeant ad Iudicem a quo.

3 *A tranſactione poſſunt partes mutuo conſenſu recedere etiam tacitè.*

Vna ex partibus non poteſt reuerti ad concordiam reſolutam concorditer inuita altera parte.

Confirmatio eſt nullius momenti, ſi non adſit materia confirmabilis.

4 *Retrotractio ad tempus contractus quando non detur.*

Princeps non cenſetur velle praeiudicare Iuri tertij.

5 *A concordia poteſt qualibet pars recedere non obtento beneplacito Apoſtolico reſeruato cum clauſula non alias aliter vt ampliа vt ibi.*

6 *Determinatio vna plura reſpiciens determinabilia, omniaque determinat, & qualificat.*

7 *Obſeruantia reſultat ex non facto non reus, ac ex facto; & declara quae fuerit mens contrahentium à principio n.8.*

DECISIO XXX.

DIuiſa ſemel atque iterum Dominorum ſuffragia ob ſuperuiuentiam Barbaræ, & Lauræ Coccapanæ ſuper articulo purificationis controuerſiæ primogenituræ prætenſe à Domino Ioanne Celleſio dederunt cauſam tranſactioni de anno 1653. inter eumdem Ioannem, & Dominos de Montecuccolis à Laura ius diriuantes initæ, in qua hic illis Palatium ſitum Bononiæ, illi huic bona Caſtelletti, & alia ceſſerunt cum pacto quod intra terminum octo menſium tenerentur deſuper impetrare beneplacitum Apoſtolicum.

Impetratum tamen in dicto termino, & longe maiori nō fuit, vndè ſecuta poſtmodum morte prædictæ Barbaræ, & Lauræ, quæ tanquam proximiores turbabant Celleſij petitionem, reaſſumpſit Celleſius diſputatione ſuper eodem bis propoſito, & indeciſo pendente dubio purificationis, & fauorabilem reſolutionē reportauit ſub die 1. Iulij anni 1654. quæ ad inſtantiam ipſorum de Montecuccolis ad trutinam euocata confirmata fuit ipſis quoque informantibus ſub die 25. Iunij proximè præteriti, & ſucceſſiuè Celleſius petijt ſibi immiſſionem in bonis Primogenituræ concedi per diffinitiuam ſententiam, quam Aduerſariorum Procurator proteſtatus iudicialiter fuit ferri nō poſſe eo quod hactenus diſputatum fuerat de ſola purificatione fideicommiſſi, non autem de immiſſione cui obiecit tùm defectù probationis identitatis bonorum, tum detractiones ſuis principalibus cōpetentes, & quatenus ſententia ferretur ab ea appellauit.

Hinc Rota mandauit mihi vt quatenus clara eſſet identitas, ac turbidæ detractiones cauſam expedirem parcendo partium expenſis in ſuperflua particularis dubij poſitione faciendis. Audiui ideò pluries vtramq. partem in contradictorio, & quoniam multa à Dominis Montecuccolis afferebantur contra identitatem, ac pro detractionibus, volui vt par erat conſulere deſuper Dominos, qui vtraque parte per memorialia, & oretenus informante reſcripſerūt quod per ſpeciale dubium diſcuteretur, an Domino Celleſio eſſet danda immiſſio quod propterea ſubſcripſi de menſe Octobris proximè preteriti, dumquè imminebat illius propoſitio Aduerſarij prætexuere ſemper varias dilationes, donec.

Poſt hæc omnia die 25. Ianuarij mox lapſi obtinuerunt beneplacitū Apoſtolicum ſuper memorata initio cōcordia, eoque in actis producto, non de immiſſione vt prius inſteteraot, ſed de obſtantia concordiæ diſceptandum aſſeruerunt vt proindè ſuſpenſa diſputatione dubij circa immiſſionem aliud ediderim an obſtet concordia quod hodie acerrimè hinc indè informantibus reſolutum fuit negatiuè.

Narrata enim ſeries facti, nempè longe poſt terminum
Montecuccolis obtinendo beneplacito in concordia præfi-
xum, reaſſumptio antiquæ diſputationis, illius geminata
proſecutio vtrinque informantibus, inſtantia Celleſij pro
expeditione cauſæ, Aduerſariorum præuentiua appellatio
à ſententia ferenda niſi prius cognoſceretur particulariter
de identitate, ac detractionibus, contradictoria coram Me
1 habita ſuper vtroque, ſubſcriptio tandem ad inſtantiā Do-
minorum de Montecuccolis dubij ſuper immiſſione, de-
moſtrant habuiſſe partes concordiam pro reſoluta, vel ab
illa recedere voluiſſe *Caſtren.conſil.70.numer.8.verſic.& ſi*
ita lib.1. Mantic.de tacit.lib.26.tit.8. ſub num. 9. verſic. &
quidem Aym. conſil. 949. numer. 16. Coccin.dec.204.nu.6.
præſertim quia nunquam de concordia fuit à Montecuc-
colis oppoſitum vt benè in terminis tranſactionis pondera-
uit *Rota apud Cardinalem Millinum deciſion. 396. in*
fin. Menter.deciſion. Aragon. 12. numer. 56. & in ſimili di-
2 cimos, quod à compromiſſo habente vim tranſactionis
Menoch. conſil. 618. numer. 7. conſ. 887. numer. 2. Burſatt.
conſil.207.numer.15. cenſetur receſſum ſi ambæ partes re-
deant coram Iudice à quo *l.litigatores ibique gloſſ prima*
ff. de recept. Arbitr. Ioannes Baptiſta à Sancto Blaſio de
Arbitr.part.2.quaeſtion.51. numer. 2. Blanc. de comprom.7.
quaeſt.princip.n.10.& 11. Lancellott.de atent.par.2.cap 15.
num.211.
3 Nec dubitari poteſt quin potuerit mutuo cōſēſu reſultāte
à reditu ad Iudicē recedi à tranſactione ſpōtè inita *leg.ſi di-*
uerſa Cod.de tranſ.ibi.leg. nihil tam naturale ff de reg. iur.
Caſtr.d.conſ.70.ſub n.8.verſ.nec eſt verum, vbi quod ſufficit

Digitized by Google

conſenſus tacitus vtriuſque partis *lib. 1. Mantic. de tacit. dicto tit. 8. nu. 1.* Adeo quod Montecuccolis licitum poſtea non fuerit reuerti ad concordiam, & inſcio, ac inuito Celleſio eius quoque nomine ſupplicare Papæ pro illius confirmatione *Ceph. conſil. 118 ſub num. 12. Afflict. deciſion. 286. num. 1. & 2. Ant. Capic. deciſ. 115. nu. 4.* quæ proinde nullius momenti eſt ex defectu ſubiecti, & præexiſtentis materiæ confirmabilis, vt fere in puncto *Cephal. dicto conſil. 118. numer. 21. à Ponte conſil. 5. num. 49. & ſeqq. Afflict. deciſ. 335. numer 12. & in tit. de Vaſall. qui contr. Conſt. Loth. imper. feud. alienar. cap. 1. numer. 23. Anton. Capic. deciſion. 100. num. 5. Capic. Latr. deciſ. 19 num. 2. & 3.* Secluſa retrotractione ad tempus contractus quam impedit medium im-
4 pertinens receſſus ab illo *Menoch. conſil. 946. numer. 34. & 35. Coſt. de retrotract. cap. 7. num. 3. & 4. Monter. deciſ. Aragon. 50. numer. 22.* & præiudicium iuris exindè Celleſio quæſiti *Dec. conſil. 147. numer. 3. Honded. conſil. 18. numer. 66. & ſeq. lib. 2. Tiraquell. de Conſtit. ampliat. 17. numer. 4. Buratt. deciſ. 952. numer. 6* cui nec Papa confirmando cenſetur voluiſſe præiudicare *l. nec vnus Cod. emancipat. liber. Cæſar. de Graſſ. deciſ. 6. num. 14. de cauſ. poſſeſſ. & propr.* & magis in terminis *Afflict. dicta dec. 286 n. 3. dec. 335 ſub n. 12. verſ. Item quoniam.*

5 Eo minus quia Papæ id narratum non fuit, & reſolutio concordiæ prouenit etiam ex ventre ipſius videlicet ex reſeruatione beneplaciti Apoſtolici à Montecuccolis impetrandi infra octo menſes, quibus lapſis licuit Celleſio à concordia recedere quia beneplacitũ fuit reſeruatũ cum clauſula non alias aliter, nec alio modo, quæ & ſi alias beneplacito opus non eſſet illius neceſſitatem induceit, & includit pactum reſolutiuum in caſum non obtenti beneplaciti infra terminum præfixum *Cephal. dicto conſ. 118. n. 9 & ſeqq. vbi ſignanter n. 17.* ait non requiri interpellationem *Rota corã Cardinali Millino dec. 137. n. 12. coram San. mem. Greg. ... deciſ. 192. num. 1. & ſeqq. coram Buratt. deciſ 374. n. 12. il eq. add. n. 17. alleg. concord. & inter recent. dec 290. n. 2 & 3. par. 4. tom. 2.*

Vndè nil refert quod in capitulo concordiæ incipiente *Item ad abundante cautela* partes reſeruauerint beneplacitum ad abundantiorem cautelam quia ſatis eſt quod ſine illo contrahere noluerint vt colligitur ex Inſtrumento cõcordiæ, tum in primo capitulo continente aſſignationem bonorum Caſtelleti, & Caſtri Podij quam Ioannes acceptare declarauit ſaluis infraſcriptis proteſtationibus, & reſeruationibus, & non alias, ibi, *e con le riſerue, e proteſte delle quali qui a baſſo* (inter quas adeſt reſeruatio beneplaciti) *e quelle ſempre ſtando ferme, & intatte à ſuo fauore, e non altrimente ne in altro modo detto Sig. Giouanni ſtipola, & accetta &c.* tum in proximo ſubſequenti, ibi, *ottenutone però il beneplacito Apoſtolico como piu a baſſo, ſe dira*, cum in 6. capitulo ibi, *tutte le ſopradette coſe proteſta, e dichiara fare detto Sig. Giouanni ottenendoſi il beneplacito Apoſtolico, e caſo che frà ſanto ſi poſſa fare ſenza incorſo di caducità alcuna, e non altrimente* ponderando quod hæc clauſula, *& non alias* cadens ſuper duplici determinabili copulatiuè concepto, nempè beneplacito, & non incurſu caducitatis,
6 vtrumque æquè determinat, & qualificat *l. iam hoc iure ff. de vulgar. & pupill. Buratt. dec. 621. n. 5. Rota in Romana Salarij 18 Febr. 1622. coram bo. mem. Pirouano, & in Arimin. fructuum. 27. Iunij 1655. coram me.*

Tum in penultimo in quo Domini de Montecuccolis poteſtati fuerunt quod quatenus beneplacitum nõ obtineatur, concordia habeatur pro caſſa, irrita, & nulla ac ſi facta non fuiſſet, ibi, *detti Signori Montecuccoli proteſtano, e dichiarano, che non ottenendoſi il beneplacito Apoſtolico &c. come ſe non foſſe ſtata fatta la preſente ſcrittura ma ſi habbia il tutto per caſſo, irrito, e nullo*, & in vltimo capitulo cõuenerunt quod non niſi poſt obtentũ beneplacitum fiat ſuper conuentis publicum, & ſolemne Inſtrumentum; adeo quod ex toto contextu cõcordię euidens ſit quod partes noluerunt contrahere niſi obtento beneplacito, in termino cõuento, & non aliter; remq. ponit magis in claris obſeruantia ſubſecuta quia dumtaxat poſt illud nouiſſimè obtentum Domini de Montecuccolis oppoſuerunt de concordia, antea autem nuſquam, etiamſi omnes alias exceptiones aptas retardare immiſſionem petitam à Domino Celleſio obiecerint diligentiſſimè; hæc inquam obſeruantia quæ ex non facto non ſecus ac ex facto reſultat *Rot. dec. 647. n. 3. par. 4. diuerſ. dec. 56 n. 7. par. 6. rec. & in Ceſenat. cenſus 3. Iunij 1644 cor. Eminent. D. Card. Corrado*, declarat quæ fuerit mens contrahentiũ a principio *Aym. conſ. 211. n. 8. Rot. dec. 261. n. 4. dec 301. n. 8. p. 1. recen. deciſ 85. n 4. coram Buratto.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

Reuerendiſs. D. Dunozet Decano Romana fideicommiſſi de Griffonibus, Mercurij 10. Maij 1656.

ARGVMENTVM.

Filiationis præſumptionibus adductis, deciditur, legitimatum venire appellatione filiorum legitimorum, & naturalium ad hoc, vt ad fideicommiſſum admittatur.

SVMMARIVM.

1 *Legitimati veniunt appellatione filiorum legitimorum, & naturalium.*
2 *Filiatio ex quibus coniecturis probetur, & n. 3.*
4 *Naturalis quiſnam dicatur.*
Legitimatio aufert impedimentum quod Pater fili naturalis fuerit vxoratus.
5 *Teſtator etſi Epiſcopus non videtur abhorere filios naturales legitimatos amplia vt ibi.*
6 *Bulla Pij V. prohibentis legitimatos ſuccedere in bonis Eccleſiaſticis, vel perſonis Eccleſiaſticis quomodo intelligatur.*
7 *Bona præſumuntur Patrimonialia niſi probentur Eccleſiaſtica.*
8 *Bulla Pij IV. reuocatoria legitimationis in præiudicium ſubſtitutorum quomodo procedat.*
9 *Deſcendentium appellatione, veniunt omnes in infinitum declar. vt num. 10.*
11 *Rota in Bononien. ſucceſs. 4. Maij 1646. coram Bicchio & in Nucer fideicomm. 1. Iunij 1650. coram Meltio declaratur.*

DECISIO XXXI.

MAtthæus inſtitutis hæredibus ſuis Antonio fratre, Franciſco ex Dario ſecundo fratre Nepote, & alio Franciſco, & Leonardo ex Pierotio tertio fratre nepotibus in ſtirpes, ordinauit quod in portione, quæ cuilibet ſtirpi obuenit ſuccedant filij maſculi legitimi, & naturales eiuſdem ſtirpis in infinitum, excluſis ſemper fœminis, & deficientibus maſculis legitimis, & naturalibus vnius, vel plurium dd. ſtirpium ſuccedant maſculi legitimi, & naturales ſtirpium, quæ ſuperextabunt, & deficientibus deſcendentibus maſculis legitimis, & naturalibus omnium trium ſtirpium, ſuccedant Deſcendentes maſculi legitimi, & naturales filiarum ipſorum fratrum Teſtatoris in ſtirpes, & non in capita, excluſis ſemper fœminis, vt ſuprà, ſubſtituendo in omnes, & ſingulos caſus prædictos eos, qui vt ſuprà vocantur, ſemper reciprocè in qualibet ſtirpe, & vna ſtirpem alteri, vt ſuprà in perpetuum, pupillariter, vulgariter, & per fideicommiſſum, prohibita omnibus detractione legitimæ, Trebellianicæ, & falcidiæ.

Et quia mortuo Franciſco filio Darij, & alio Franciſco, & Leonardo filijs Pierotij, ſucceſſit Carolus filius Antonij, qui ſuſcepit Ioannem Matthæum, à quo natus eſt Antonius Iunior viuens Pater Ioannis Matthæi Iunioris eius filij legitimati, qui fideicommiſſum poſt mortem Patris ad ſui fauorem purificandum eſſe prætendit; contrà verò Leonini, vti deſcendentes ex Margarita abnepte ex Antonio fratre Teſtatoris, & filia dicti Ioannis Matthei Senioris ex vna, & Bulgarinij tanquam Deſcendentes mediati à Locretia Seniore nepte ex Dario fratre fideicommittentis ex altera, contendunt ſe eſſe vocatos ad dictum fideicommiſſum per mortem dicti Antonij Iunioris purificandum; Propoſui dubium, *An, & ad cuius fauorem fideicommiſſum ſit purificandum*, quod Domini ad fauorem

tem dicti Ioannis Matthei Iunioris affirmatiuè reſolue-
sunt; hac moti ratione, quia dum verba fideicommiſſi
claré inuitant omnes filios maſculos legitimos, & natu-
rales, quorum appellatione veniunt etiam legitimati,
Giouagn.conſ.21.num.2.& ſeq.lib.1.Cyriac.contrwithout.21.nu.
81.Fuſar.de ſubſtit.quæſt.403.num.1.Rot.decif.388.num.8.
& 9.& decif.600.num.2.& 3.par.3.recent. dictus Ioannes
Mattheus Iunior probat ſe filium naturalem ex ſoluta, &
ſufficienter legitimatum.
2 Filiatio licèt reſpectu Patris ſit difficilis probationis; In
caſu tamen euincitur ex multis coniecturis cócludentibus,
quia non ſolùm concurrunt tractatus, & recognitiones
factæ ab vtroque Parente, ſed vlterius Teſtes deponunt
de commercio Antonij cum Hieronyma de tempore
conceptionis dicti Ioannis Matthei, vt in eius *Summ. nu.*
9. enarrãt negatiuam acceſſus alterius viri ad dictam
mulierem, omneſque deponunt per publicam vocem, &
famam, quæ in hac materia multum ſolent conſiderari
ad tradita per *Gozad.conſ.13.num.29.& 30.Rot. decif.347.*
num.2.decif.472.numer.8.par.2.recent. Immò ex cauſa
dicti commercij, & filiationis Victoria Antonij Iunioris
Vxor mouit Iudicium ſeparationis thori, vt affirmant Te-
3 ſtes *Summ. Ioannis Matthei nu.* 14. Quibus ſimul iunctis
ſatis probata remanet filiatio etiam ad effectum ſucceden-
di in fideicommiſſo vt per *Rot. decif.472.nu.8.par.1.& de-*
cif.430.nu.14.part.5. in Romana hereditatis de Gratianis
18.Maij 1649. cor.R.P.D. meo Cerro, & in Bonon. fidei-
comm. Bartholomei de Bologninis 5. Iunij 1651. coram E-
minentiſſimo D.Card.Otthobono.
4 Qualitas naturalitatis probatur ex quo Ioannes Mattheus
natus eſt ex ſoluta ad quam alij non poterant habere acceſ-
ſum, *Bald.conſ.438.num.3.lib 1.Aym.conſ.168. nu.* 1. Nec
refert, quod Antonius Pater tunc eſſet vxoratus, quia
hoc obſtaculum etiam ad effectum ſuccedendi in fideicom-
miſſo de medio ſubſtulit legitimato, *Rota dicta dec.388.nu.*
8.par.1.& decif.600.n.8.par.3.rec.
Ac demum qualitas legitimitatis colligitur ex ipſa legiti-
mation obtenta a Campeggijs ad id facultatem habenti-
5 bus; cui non obſtat, quod Teſtator eſſet Epiſcopus, quia non
ideo videtur abhorruiſſe filios naturales legitimatos *Gio-*
*uagn.d.conſ.21.num.40. Rot. Bonon.apud eundem num.*30.
Præcipuè tum quia non adſunt legitimè nati, in quibus
agnatio iuxtà eius præſcriptum perpetuò poſſit conſerua-
ri, *Giouagn.d.conſ.21.num.11.& Rota Bononien. ibidem*
num. 17. Tum quia Teſtator inuitans deſcendentes vnius
ex fratribus, qui erat in Sacris, & non niſi filios illegiti-
mos poterat ſuſcipere, videtur ſatis indicaſſe, ſe velle filios
legitimatos ad fideicommiſſum admitti *Menoch. præſump.*
79.num.19.lib.4.Fuſar.de ſubſtit. quæſt.408.num.60. Tum
demum quia fideicommittentes expreſsè profeſſus fuit ſe
teſtari vigore quoque Conſtitutionum Sixti IV. Leoni X.
Iulij III. & aliarum ſimilium (quæ tunc vigebant) admit-
tentium illegitimos; vnde conformando ſe cum dd. Bullis,
multò magis admitti cenſetur voluiſſe legitimatos, *Rolan.*
conſ.67.n.29.& ſeqq.lib.3. quem cum alijs refert, & ſequi-
tur *Lup de illegitim.comment.1.§.4.num.23.*
6 Minuſque obſtat, quod Bulla Pij V. prohibeat, ne legiti-
mati ſuccedant in bonis Eccleſiaſticis, vel Eccleſiaſticis per-
ſonis; quia Bulla procedit ſolum quoad ſucceſſiones com-
petentes de iure ſpeciali, non verò quoad eas, quæ de iure
communi deuoluuntur, vt latè comprobat *Giouagn.reſp.37*
num. 10.& ſeq.lib.2 Immò, dum non probatur, bona eſſe Ec-
7 cleſiaſtica in dubio præſumuntur eſſe Patrimonialia *Rom.*
conſ.159.nu.5.Menoch.de arbitr.caſ.195.num. 10. *Rota a-*
pud Pan.decif.1015.num.3.& ſeq.
8 Nec denique obſtat, quod Bulla Pij IV. ſit reuocatoria
legitimationum in præiudicium ſubſtitutorum, non ſolum
quia dicta Bulla non procedit, vbi legitimatio non
eſt contraria voluntati fideicommittentis, *Giouagn. d.*
reſponſ.21.num.14.Mareſcott.var.lib.3.cap.20.numer. 20.
& 87.& ſeq.Rot.d.decif.388.num.5.& ſeqq.par.1.& dicta
dec.600 n.13.par.3.rec. Verùm etiam quia nec Lennini, nec
Bulgarutij ſunt vocati; ſicque non agitur de præiudicio
ſubſtitutorum.
9 Quod autem non ſint vocati, patet; quia dum Teſtator,
deficientibus deſcendentibus maſculis omnium trium ſtir-
pium ſubſtituit Deſcendentes maſculos legitimos, & natu-
rales filiarum fratrum dicti Teſtatoris, quorum appellatio-
nes veniunt quidem Deſcendentes in infinitum, ſed tamen
non comprehenduntur Deſcendentes ex fœminis, quæ non
ſint filiæ dictorum fratrum, vt per *Alex.conſ.36.nu.3.lib.5.*
Cephal.conſ.330.num.39.Menoch.conſ.595.num.3.& ſeq.
Rota in Romana fideicommiſſi de Victorijs 20. Martij
1651.§. ad hoc oſtendendum, & 19. Ianuarij 1651.§. neque
releuat coram Eminentiſs.D.Card.Otthobono, Bulgarutij
non deſcendunt immediatè à Lucretia prima filia Darij
fratris Teſtatoris, nec à maſculis dictæ Lucretiæ primæ,
prout requireretur, ſed à Lucretia ſecunda ex dicto Dario
Teſtatoris fratris abnepte, cuius Deſcendentes in fideicom-
miſſo non compræhenduntur, cum vocatio maſculorum
10 deſcendentium a filiabus fratrum Teſtatoris intelligatur
de Deſcendentibus immediatè a dictis filiabus, non autem
de ijs, qui mediatè deſcendunt à nepte dictarum filiarum,
Fuſar. conſ. 70. num. 3.verſ.& hoc procedit, Menoch.conſ.
172.num.21.conſ.774.num.7.conſ.878.num.20.& ſeq. ac in
tract.de fideicom.art.26.num.19. [illegible]:
Leonini verò non ſunt deſcendentes alicuius filiæ
fratrum Teſtatoris, ſed Margaritæ ex Antonio [illegible]-
tre Teſtatoris abnepte, a fideicommiſſo conſequenter ex-
cluſi.
11 Nec applicantur Deciſiones *in Bononien. ſucceſſionis*
4.Maij 1646.coram R.P.D. *meo Bichio, & in Nucerina fi-*
deicommiſs.1.Iun.1650. coram R.P.D. *meo Melzio*, qui-
bus firmatur, quod appellatione Deſcendentium maſculo-
rum veniunt etiam maſculi deſcendentes ex fœminis; quia
non procedunt quãdo ſimpliciter vocatio eſt reſtricta ad
maſculos deſcendentes ex certis fœminis, & in earum de-
ſcendentia adeſt implicita excluſio deſcendentium ex vlte-
rioribus fœminis reſultans ab ipſarum fœminarum ex-
preſſa excluſione.
Et ità vtraque &c.

Reuerendiſs.P.D. Cerro Interamnen. Bonórum.
Lunæ 15. Maij 1656.

ARGVMENTVM.

Appellatione hæredum, & ſucceſſorum in conditioni-
bus, & ſubſtitutionibus veniunt ſolùm hæredes ſan-
guinis, quod fortius ſi iura ſanguinis fuerint conſi-
derata, deducitur. Et interim ſubſtitutionis vulga-
ris, compendioſæ, & fideicommiſſariæ, etiam ad
hoc, vt vocatus ad portionem patris admittatur
ad portionem quoque patrui, qualitates examinan-
tur.

SVMMARIVM.

1 *Heredum, & ſucceſſorum appellatione in conditionibus,*
& ſubſtitutionibus, veniunt ſolum heredes ſangui-
nis: tam maſculi, quam fœminæ numer.2.amplia vt nu-
mer.3.4.
5 *Sanguinis conſideratio operatur; vt in ſubſtitutione here-*
dum, & ſucceſſorum teſtator intellexerit de deſcendenti-
bus, & heredibus ſanguinis.
6 *Dictio* ſui *denotat ſuitatem, & ſi ſit dictum* ſui hæredes, &
ſucceſsores *intelligitur de heredibus ſanguinis ad exclu-*
ſionem extraneorum.
7 *Teſtator non præſumitur magis dilexiſſe heredes extra-*
neos ſubſtituti, quam inſtituti.
8 *Subſtitutio certæ perſonæ, & eius heredum dicitur vulga-*
ris limita n.9.
9 *Subſtitutio compendioſa dicitur facta, ſi adſit com-*
memoratio mortis etiam ſi non adſit dictio quan-
docunque: *continet vulgarem, & fideicommiſſariam*
num 10.
11 *Subſtitutio fideicommiſſaria dicitur, ſi ſit conſideratus tra-*
ctus futuri temporis ſucceſſiuus.

Digitized by Google

12 *Verbum reddeat importat fideicommiſſum.*
13 *Subſtitutio prima ſi ſit fideicommiſſaria ſecunda eidem coherens, eſt etiam talis.*
Heredum in vita nemo habere poteſt.
14 *Subſtitutio de filijs, eorumque hæredibus dicitur facta ordine ſucceſsiuo per fideicommiſſum.*
15 *Vocatus ad portionem Patris, quando non dicatur vocatus ad portionem Patrui, & quando ſecus, & num. 16. 17.*

DECISIO XXXII.

DEceſſit anno 1593. Io: Maria Filernus cũ Teſtamento, in quo inſtituit Angelam filiam in ſcutis 1500. & Ioannẽ Baptiſtam, Vincentium, & Bartholomeũ filios maſculos in ſcutis 300. pro quolibet cum reciproca ſubſtentatione inter eos hæredem verò vniuerſalem ſibi ſcripſit Syllam Vxorem cum prohibitione tranſeũdi ad ſecunda vota, vocando in Caſu contrario dd. eius filios maſculos, eorumque hæredes, & ſucceſſores, addita ſubſtitutione eorumdem poſt illius mortem per hæc verba, ibi, *Et voluit inſuper quod ad mortem ipſius D. Syllo dicta hæreditas redeat, & eſſe debeo dd. ſuorum filiorum, & eorum hæredum, & ſucceſſorum cum ſupradicta conditione, quod ſi quis deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus, vt ſupra ſuccedant vnus alteri, & alter alteri, ſuique hæredes, & ſucceſſores omni meliori modo &c.*

Defuncto Teſtatore, primo loco obijt Ioannes Baptiſtà ſine filijs, deindè Sylla, & poſtmodum Bartholomeus cum Teſtamento condito ante mortem Syllæ, in quo inſtituit Luciam eius filiam, aliaſque, ſi eas habuiſſet in ſcutis 2500. auctis in Codicillis ad alia 3500. hæredes verò vniuerſales ſcripſit filios maſculos ſi eos haberet, *ſin minus, vt euenit, aut eis poſtmodum quomodocunque ſine maſculis decedentibus vocauit Syllam matrem, & Vincentium fratrem, quibus decedentibus ſubſtituit dictam Luciam.* Cum autem vltimo loco obierit dictus Vincentius Inſtitutis ſibi hęredibus Ioſepho, & fratribus de Perottis ſuis ex ſorore nepotibus, & ſic apertum, prætenderetur ad fauorem dictæ Luciæ Bartholomæi filię vtrumque fideicommiſſum, tàm Auitum quàm paternum, commiſſa mihi cauſa in prima Inſtantia appellatione, remota, propoſui dubium, An conſtet de vocatione Luciæ tàm in Teſtamento Io. Mariæ, quàm in Teſtamento Bartolomei, & Domini quoad vtrumque affirmatiuè reſponderunt.

1 Reſpectu enim Auiti reſultat eius vocatio ex ſubſtitutione hæredum, & ſucceſſorum, quos Io: Maria Teſtator poſt mortem Sillæ ſubſtituit, atque denuo vocauit ſub reciproca eius filiorum ſubſtitutione vt patet ex verbis ſupra relatis, quorum appellatione (quicquid ſit in contractibus) tàm in conditionibus, quàm in ſubſtitutionibus veniunt ſolum hæredes ſanguinis *l. ex facto §. fin. ff. ad Trebell. Specul. lib. 4. partic. 3. tit. de Teſtam. §. 1. numer. 32. verſ. Item cum ſit mentio Fulgoſ. conſ. 17. numer. 2. verſ. in contrarium Aym. conſ. 155. numer. 6. Fuſar. conſ. 79. numer. 1. Peregrin. de fideicomm. artic. 32. numer. 31. Rot. deciſ. 170. numer. 3. part. 3. & deciſ. 290. numer. 6. part. 4. recent.* Vnde cum omnes prædeceſſerint, ſubſtitutio purificata remanſit ad fauorem Luciæ neptis Teſtatoris ex Bartholomeo filio, quamuis ſit fœmina, nam ſub dicta appellatione hæredum, & ſucceſſorum de iure veniunt tam
2 maſculi, quàm fœminæ *tot. tit. ff. de legitim. hæredtat. Auth. defuncto C. ad Tertull. & Auth. ex ſucceſsione C. de ſuis, & legitim. Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 14. ſub numer. 11. verſ. idemque ſi fuerit. Rot. in recentior. deciſ. 21. numer. 4. part. 1. coram Buratt. deciſ. 596. numer. 5. & coram bon. memor. Merlin. deciſ. 32. numer. 7.* Et quamuis non fuerit hæres effecti
3 ua omnium bonorum ſui Patris, ſiue quia ſatis inſtitutam fuiſſe in re certa, nempè in ſcutis 2500. auctis in Codicillis ad alia 3500. *vt optime firmat Specul. in d. titul. de Teſtamen. d. §. 1. numer. 31. quem communiter ſequuntur relati per Peregrin. dicto artic. 32. numer. 21: & per Fuſar. quaſt. 341. num. 9. & Guidopap. deciſ. 458. numer. 1. &*
4 *per tot.* Siue etiam quia ſufficit quod per ipſam non ſtetérit, quo minus fuerit hæres vniuerſalis, alioquin ſit in poteſtate grauati non ſubſtituendo hæredem ſanguinis, Eum a vocatione excludere contra voluntatem Teſtatoris, *vt bene firmat Ruin. conſ. 174. ſub numer. 12. verſ. quia ergo verba lib. 2. Fuſar. conſ. 78. numer. 9. & d. conſ. 79. num. 3. & de ſubſtit. q. 340. n. 1. & 2. alijque relati per Peregr. d. ar. 32 numer. 9. verſ. ſed contra tenuit.*

5 Comprobatur eius vocatio; Tum ex quo Teſtator inſtituit coniunctam perſonam nempè vxorem, eique ſubſtituit communes filios, eorumque hæredes, & ſucceſſores, ac propterea conſideraſſe cenſetur iura ſanguinis, quorum conſideratio operatur, vt de ſolis Deſcendentibus, & hæredibus ſanguinis intellexiſſe videatur, *vt docet Bald. conſ. 267 num. 2. lib. 5. Soccin. Iun. conſ. 158. numer. 10. cum ſeqq. Bero. conſ. 110. numer 49. verſ. accedat ad hæc lib. 2. Cardin. Mantic. vbi ſupra d. lib. 8. d. tit 14. numer. 13. cum alijs per Fuſar. d. quæſt. 339. numer. 63. Rot. deciſ. 216 num. 1. & deciſ. 269. numer. 4. par. 5. recent.* vbi quod ſub nomine hæredum adiecto poſt factam mentionem de filijs non veniunt niſi Nepotes, & Deſcendentes ſanguinis; Tum ex quo addidit dictionem
6 *ſui*, ibi, *ſuique hæredes, & ſucceſſores*, quæ cum denotet ſuitatem, demonſtrat etiam ſubſtitutionem intelligen. eſſe de hæredibus ſanguinis ad excluſionem extraneorum *Anton. de Butr. conſil. 23. numer. 2. Bero dicto conſil. 110. numer. 52. lib. 2. Menoch. conſil. 958. numer. 11. verſ. 8. ſuffragatur, Guidopap. deciſ. 306. num. 2.* Tum etiam ex quo in ipſamet inſtitutione Vxoris, vocauit etiam ſuos hæredes, & ſucceſſores, ibi, *In omnibus autem ſuis bonis &c. vniuerſalem hæredem inſtituit Syllam eius Vxorem ſuoſque hæredes, & ſucceſſores &c.* Vnde ſicut in hac parte ſinè dubio intellexit de filijs, & deſcendentibus, dum poſtmodum Vxori decedenti filios ſubſtituit, quorum ſubſtitutio impleri non potuiſſet, ſi in inſtitutione compræhenſi fuiſſent extranei, Ita pariter affirmandum eſt in ſubſequenti ſubſtitutione facta filijs de ſolis deſcendentibus, & hære-
7 dibus ſanguinis fuiſſe intellectum, cum præſumi nequeat Teſtatorem magis dilexiſſe hæredes extraneos ſubſtitui, quam inſtitui, *vt notant Soccin. Iun. d. conſ. 158. numer. 14. lib. 2. Aym. conſ. 38. numer. 3. Card. Mant. dicto lib. 8. dicto tit. 14. num. 7. Fuſar. d. q. 339. numer. 36.* qui allegant concordantes.

Nec ſubſiſtit quod dicta vocatio hæredum, & ſucceſsorũ intelligatur per ſolam vulgarem non autem per fideicommiſſariam.

8 Licet enim quando certa perſona, & eius hęredes ſunt inſtituti per vulgarem ſimpliciter hæredes cenſeantur vocati *iux. doctrinam Cuman. in l. gallus §. Quidem rectè numer. 7 in fine ff. de liber. & poſth.* in quibus terminis *loquitur Rota coram ſan. mem. Gregor deciſ. 207. numer. 1. cum ſeqq. & in Interamnen. fideicommiſſi 16. Maij 1625. coram bon. mem. Pirouano*; Secus tamen eſt quando, prout hic, ſunt ſubſtituti hęredes, & ſucceſſores, præſertim ſub
9 Commemoratione mortis, talis enim ſubſtitutio compendioſa eſt, quamuis non adſit dictio quandocumque *gloſſ. & DD. in cap. 1. de Teſtam. in 6. Gionagn. conſ. 74. numer. 26. & 27. lib. 1. Rot. deciſ. 656. num. 2. par. 4. deciſ. 157. numer. 1. par. 4. t. 7. & deciſ. 579. numer. 7. par. 4. tom. 3. & recent.* Quę propterea ſub ſe continet nedum vulgarem, ſed etiam fideicommiſſariam *DD. communiter in l. Centurio ff. de vulg. & pupill. Anchar. in cap ſi Pater num. 15. de Teſtam. Rot. deciſ. 97. ſub num. 7. par. 4. rec. & coram bon. me. Merlino deciſ. 269. n. 1. & 2. cum alijs in his terminis allegatis in Romana fideicommiſſi de Druſolinis 12. Iunij 1654. coram me §. quia cum in caſu cum ſeqq.*

11 Quod certius procedit in propoſito ſiue, ex quo verba directa ſunt in ipſam hęreditatem ibi, *d. hæreditas redeat, & eſſe debeat &c.* & vocati ſunt hęredes nondum nati, ex quo arguitur conſideratum fuiſse tractum temporis ſucceſſiuum quod fideicommiſſariam continet ſubſtitutionem, *vt declarat idem Cuman in l. cum ita §. in fideicommiſſo num. 4. ff. de legat. 2. Curt. Iun. conſil. 48. numer. 4. 5. & 6 Soccin. Iun. conſil. 136. numer. 18. lib. 3. Rot. in recen. deciſion. 320. numer. 1. par. 1. & in dicta Romana fideicommiſſi de Druſolinis ſub §. & licet,* ſiue ex quo vocatio cõcepta fuit per verbum *redeat* de ſui natura fideicõmiſſum im-

Digitized by Google

importans, vt in proximis terminis verbi *reuerratur* eſt *tex. in l. Lucius 78. §. ſi tres hæredes ff. ad Trebell. Caſtr. conſ. 341. poſt princ. lib. 1. Corn. conſ. 152. num. 19. lib. 2. Tiraquel. de reuoc. donat. verb. reuertatur num. 6. Bero. conſil. 66. nu. 18. lib. 2. Rota deciſ. 509. numer 2. ad med. part. 4. diuerſ. coram Card. Caualerio deciſ. 34. num. 3. in Romana Cenſus 15 Iunij 1654. coram R. P. D. meo Bichio ſub §. negabantque iidem, & prius in alia Romana Cenſus 30. Ianuarij e-*
13 *iuſdem anni coram me §. Informantes vero*, Siue etiam ex quo præfato vocatio hæredum, & ſucceſſorum cohæret etiam immediatè ſubſtitutioni reciprocæ inter primos ſubſtitutos factæ ibi, *ſuccedant vnus alteri, & alter alteri, ſuique hæredes, & ſucceſſores*. Ideoque fideicommiſſaria cenſenda eſt modo, & forma prout eſt vocatio primo ſubſtitutorum contenta in reciproca *Dec. in l. in Teſtamento la 1. num. 3. in fin. C. de Teſtam. & conſ. 318. num. 3. Angel. conſ. 207. num. 3. Roland conſ. 25. num. 10. lib. 1. Craſſ. in §. ſubſtitutio quæſt 54. num. 6. verſ. declara 3. Rot. deciſ. 370. numer. 13. par. 1. recent.* Siue demum ex quo cum nemo habe-
14 re poſſit hæredem in vita *l. 1. ff. de hæred. & act. vend.* eo ipſo quod Teſtator ſubſtituit proprios filios, & eorum hæredes, iſtos ſubſtituiſſe cenſetur poſt mortem, & ſic ordine ſucceſſiuo per fideicommiſſum *iux. Theoric. Bart. in l. gallus §. quidem rectè num. 7. ff. de liber. & poſth. quem ſequuntur Aym. conſ. 131. ſub n. 10. Soccin. ſen. conſ 12. num. 16. & 14. verſ. ſed præmiſſis non obſtantibus lib. 3. late Peregr. de fideicommiſ. art. 19. num. 18. 19. & 21.*

Minuſuè ſubſiſtit quod Lucia cenſeatur vocata ad ſolam portionem Bartholomei ſui Patris, non autem ad portionem Vincentij Patrui. Quia de hoc ſolum dubitari con-
15 tingit, quando filij Coheredis reciprocè ſubſtituti ſimpliciter ſunt poſiti in conditione, quo caſu niſi adſint vrgentes Coniecturæ nempè ratio maſculinitatis, contemplatio agnationis, digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum, & ſimiles nunquam inducitur fideicommiſſum in portione Patrui, *vt omiſſis antiquioribus reſpondit Rota in Romana fideicommiſſi de Ferratinis 19. Nouembris 1646: & 29. Martij 1647. coram R. P. D. meo Peutingerio, ac 15. Iunij 1648. coram R. P. D. meo Meltio §. minuſque*
16 *obſtat*: Non autem quando expreſsè, prout hic, ſunt ſubſtituti hoc enim caſu res caret omni dubitatione *vt conſuluis Peregr. conſil 151. numer. 6. lib. 5. quem refert, & ſequitur Fuſar. de ſubſtitut. quæſtion. 440. numer.* 18. ex-
17 preſſa enim, & diſpoſitiua vocatio hæredum, & ſucceſſorum poſita in reciproca ſubſtitutione filiorum verificari oon poteſt niſi in portione Patrui ſine filijs defuncti, cum reſpectu paternæ portionis concepta ſit ſub conditione ſi ſine filijs, & conſequenter Lucia nedum Patris, ſed etiam Patrui portionem capere debet, cui etiam fuit expræſſe reciprocè ſubſtituta *l. Lucius vbi Bart. cæterique ſcrib. ff. de vulg. & pupill. l. 2. C. de Impuber. & alijs ſubſtitution. Cardin. Caualer. deciſion. 167. numer. 3 & 4. cum alijs in puncto alleg. in dicta Romana fideicommiſſi de Druſolinis coram me §. Teſtator enim, & § atque ideo.*

Reſpectu verò Teſtamenti Paterni illius vocatio ab Informantibus pro Perottis non reuocabatur in dubium, ſed expræſsè admittebatur, quia litteralis eſt poſt obitum Sylliæ Matris, & Vincentij fratris hæredum Inſtitutorum.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. Bichio Bononien. Primogenituræ.
Veneris 26 Maij 1656.

ARGVMENTVM.

Ex quibus remedijs fideicommiſſario concedatur immiſſio, ex quibuſue probetur bonorum identitas, demonſtratur. De fideicommiſſo particulari non eſſe faciendas detractiones, deciditur. Melioramenta quando, ſint reficienda oſtenditur. Conſtitutiones prohibentes diſtractionem bonorum Status Eccleſiaſtici in forenſes qualiter intelligantur. Et reſtitutio in integrum, vnà cum moræ purgatione quando non competat diſcutitur.

SVMMARIVM.

1 *Immiſſio poſt purificatam conditionem fideicommiſſi ex quibus remedijs detur.*
2 *Identitas bonorum quomodo probetur, & n. 4.*
3 *Confeſſio probat contra confitentes, & habentes, ab eo cauſam.*
5 *Diſpoſitio teſtatoris reſtringitur ad eius propria bona; fallit, vt ibi, & n. 6.*
7 *Gerens negotium primogenituræ cenſetur acceptare pro ſe, & ſucceſſoribus fideicommiſſarijs.*
8 *Hæres tenetur habere ratum factum defuncti.*
9 *Ex fideicommiſſo particulari non ſunt facienda detractiones, dum adſunt alia bona.*
10 *Hæres ſine inuentario præſumitur ſatisfactus de detractionibus.*
11 *Refectio conſiſtens in reparationibus, & reaptationibus attendenda non eſt.*
12 *Antiquus rei ſtatus probari debet ad finem conſequendi melioramenta.*
13 *Melioramenta compenſantur cum fructibus a die motæ litis.*
14 *Conſtitutiones Sixti V. Clem. XIII. Pauli V. & Vrb. VIII. prohibentes diſtractionem bonorum Status Eccleſiaſtici in forenſes declarantur.*
15 *Minoribus competit reſtitutio in integrum pro reditu ad concordiam limita n. 16.*
17 *Reſtitutio in integrum non datur ſi res non ſit integra.*

DECISIO XXXIII.

DOmino Ioanni Celleſio Semideæ filio vti vocato ad Primogenitoram à bon. mem. Cardinali de Podijs conſtitutam, cenſuit hodie Rota in poſſeſſionem Palatij cum domunculis ei cõtiguis poſiti Bononiæ in Parrocchia Sanctæ Mariæ Magdalenæ in contrata Sancti Donati, nec non bonorum exiſtentium in loco nuncupato il Caſtellet-
1 to dandam eſſe immiſſionem, quæ docto de purificatione fideicommiſſi ad fauorem petentis, & bonorum identitate paſſim concedi ſolet, ſiue ex ædicto Diui Adriani, ſiue ex Saluiano interdicto *Gabr. conſ. 44. nu. 30. lib. 2.* alijque relati *in Fanen. Bonor. 19. Iunij 1648. coram bon. mem. Arguelles, in Interamnen. fideicom. 11. Martij 1654. coram R. P. D. meo Celſo.*

Purificatio enim primogenituræ ad fauorem Ioanois canonizata fuit per duas deciſiones ſub die 1. Iulij 1654. & 25.
2 Iunij 1655. coram me. Identitas verò quod nempè bona petita fuerint à Cardinali viuente poſſeſſa tempore obitus, & nunc à Dominis de Montecuccolis Aduerſarijs poſſideãtur, probatur tum ex aſſertione ipſius Teſtatoris in eius teſtamento, iuxta deducta per *Fuſar. de ſubſt. q. 618. nu. 30. & per tot. Rota dec 312. n. 2. par. 7. rec & in Bononien. fideicom. de Amorinis 18. May 1648. coram R. P. D. meo Meltio*; tum ex inſtrumento concordiæ inter Chriſtophorum primogenitum, & fratres hæredes à Cardinali inſtitutos inita de Anno 1560. in qua dd. fratres Chriſtophoro tamquam primogenito Palatium, ac domunculas vti hæreditaria Cardinalis ceſſerunt; magni namque momenti ſunt ad probandam identitatẽ ſimiles contractus inter hęredes celebrati *Rota coram Merlin. dec. 244. n. 12. dec. 299. in prin. & inter recent. dec. 125. n 2. & 3. par. 6. dec. 88 nu. 12. par. 7.*
3 Tum ex confeſſione Ioannis Pudij filij primogeniti d. Chriſtophori emiſſa in inſtrumento venditionis factæ Marchionni Franciſco aduerſariorum authori, quæ optimè probat contrà confitentes, & habẽtes ab eo cauſã *Ruin. conſ. 128. n. 16. lib. 2. Peregr. de fideic. art. 53 n. 36. Burati. dec. 243. n. 7 Rot. in Bonon. fideicom. 16. Iun. 1651. cor. R. P D. meo Celſo.*

Ex eodẽ ſupracitato teſtamento ex inſtrumẽto cõcordię, ac venditionis patet idẽtitas bonorũ Caſtelletti, iũcta locatione de illis facta ab ipſo Cardinali ſiue eius Procuratore Cũq. & Palatiũ, & bona Caſtelletti deuenerint in Chriſto-

Digitized by Google

phorum, deindè in Ioannem eius filium primogenitum, à
quo cauſam habet Marchio Franciſcus, cum DD. Aduerſa-
rij ſunt hæredes, præſumuntur eademmet olim poſſeſſa à
Teſtatore *Natt.conſ.235.n.17. Cardin. Mellin. dec.374.n.
23. Rota inter recent. dec.88.n.12. & 13. par.7.* præſertim
cum ſit in eodem loco vbi poſſidebat Teſtator exinde
ſiquidem reſultat præſumptio pro identitate, dum ex ad-
uerſo non docetur de particularibus acquiſitionibus *Pereg.
de fideic.art.44.nu.22. Rot.dec.129 num.2.par.5.recent. &
in Peruſina bonor.14. Iunij 1647. coram R.P.D.meo Cerro,
in Bononien. fideicommiſſi 5 Decemb. 1650. coram R P.D.
meo Celſo*, de quibus non docetur excepto quodam predio-
lo de quo hodie non agitur.

Nec dubitari poteſt quin integrum Palatium, & omnia
bona Caſtelletti cadant ſub primogenitura, & ſi pro aliqua
5 rata eſſent Communia Alexandro Card. fratri; reſtrictio
enim diſpoſitionis ad bona, quæ erant propria Teſtatoris,
præſertim, ſi ille vſus fuit verbo *ſuum, vel ſua*, iuxta text. *in
l. ſi cum qui meus erit ff. de leg.1. Bart. in l. ſerui electione §.
cum fundus num.3. eod.tit. Aldobr.conſ.25 numer.36. lib.1.
Rota in Bononien. bonorum 18. Martij 1652. coram Reue-
rend. D.meo Decano*, non habet locum, quando aliundè cō-
ſtat Teſtatorem voluiſſe diſponere etiā de re nō propria, ſed
ad hæredem ſpectante de qua potuit diſponere *l. vnū ex fa-
milia §. Sed & ſi fundum, l. Imperator §. ſi cētū l. cū Pater ff.
leg.2 Rot.dec.93. n 1. & 2. cor. Duran. dec.88 n.22. par.4. rec.*
6 Hęc autem voluntas euidens eſt in Caſu noſtro, quia Te-
ſtator hæredes Alexandri fratris prædefuncti à ſe quoque
inſtitutos abſoluit à reddenda ratione bonorum ad ſe ſpe-
ctantium, & à præfato Alexandro Adminiſtratorum ſub ex
preſſa conditione, quod Chriſtophoro ad primogenituram
vocato, aliiſque ſucceſſiuè primogenitis moleſtiam aliquam
ſuper bonis, inferre non poſſint aliqua ratione, vel cauſa, &
ſignanter, *quia forte prætenderent in dd. Bonis, vel aliqua
illorum parte eumdem q. Alexandrum habuiſſe aliquam
partem*, & ſic voluit etiam partem, quam deſuper Alexāder
prætendere poſſet eſſe ſubiectam primogenituręin recom-
penſum abſolutionis à redditione rationis, vt benè ponde-
rat *Natt.conſ 110 n.3. & ſeqq. Peregrin. de fideicom. art.35.
n 4. Fuſar. de ſubſt. q.648 n.8. & ſeqq.* quod etiam agnoue-
runt Alexandri hæredes, qui in executionem præcepti hu-
iuſmodi omnia bona Caſtelletti, & integrum Palatium in
ſupra memorata concordia Anni 1562. renunciarūt Chri-
ſtophoro Primogenito, ibi, *omnia & quæcunque iura & c. in
ſuprascriptis bonis omnibus del Caſtelletto, tam emptis per
dictumq. Illuſtriſſimum D. Cardinalem quam eorum com-
munē Patrem (videlicet Alexandrū) Palatioq magno & c.
7 cedere & c.* Cumq. Chriſtophorus in hac parte gereret ne-
gocium primogenituræ inherendo præcepto Teſtatoris,
cenſetur ceſſionem acceptaſſe pro ſe, & ſucceſſoribus Car-
dinalis fideicommittentis, quamuis pro ſe, & hæredibus ſti-
pulatus fuerit *Fuſar. q.627. num.27. Peregr. deciſ. Patauina
2. n.9. Rot. in Bonon. bonorum 21. Febr. 1642. coram R.P.D.
meo Cerro.* Nihil refragante quod de anno 1590. Ioannes,
& alij filij Chriſtofori bona Caſtelletti, tanquam bona olim
Alexandri eorum Aui Paterni voluerint inter ipſos eſſe cō-
munia, quia præiudicare non potuerunt iuri quæſito primo
genituræ ex teſtamento Cardinalis, & præcedenti concor-
dia de anno 1560. inita inter eorum authores, quorum hæ-
8 reditatem cum adiuerint ſimpliciter ratum habere tenen-
tur quicquid ab illis geſtum fuit *Socc.iun.conſ.107.n.56.lib.
3. Menoch.conſ.89.n.38. & ſeqq Rot.dec.169.nu.1. dec.265.
n.3 par.1. recent.*

Hinc ceſſat prætenſa detractio partium in dd. bonis olim
Alexandro competentium, pariterq. ceſſat detractio dotis
Ludouicæ in ſumma pro qua Cardinalis Teſtator, ſe obli-
gauit, nec non legatorum, & æris alieni Teſtatoris a Chri-
ſtophoro, vel eius hęredibus ſoluti, quia Chriſtophorus hoc
onus accollauerat in ſępè memorata concordia Anni 1560
per quam etiam alia bona hæreditatia Cardinalis vltra ea
primogenituræ ſubiecta acquiſiuerat, & cum verſemur in
9 fideicommiſſo particulari ex illo non ſunt facienię detra-
ctiones, dum alia bona adſunt *Natt.conſil.199.n.9. & ſeqq.
Peregr. de fideicomm. art.4. num.22. & 28. Buratt. deciſ.693.
n.10. cum alijs allegatis in Romana fideicommiſſi de Zuc-
charis 4. Febr. 1650. §. Tertia coram Reuerendiſs. D. meo
Decano.* Eo minus quia cum hæredes Cardinalis, & hære-
10 dum hæredes authores Dominorum de Montecuccolis
hæreditatem adiuerint ſine beneficio Inuentarij, & aliqua
bona hæreditaria alienauerint præſumuntur ſoluiſſe de bo-
nis hæreditarijs, & ſatisfeciſſe de omnibus detractationibus,
ex allegatis in *Peruſina fideicommiſſi de Cratianis 28. Iunij
1640. coram clar.mem. Ceccino, in Eſina fideicommiſſi 10.
Maij 1641. in Peruſina bonorum 14. Iunij 1647. coram
R.P.D. meo Cerro, in Bonon. fideicommiſſi 5. Decemb. 1650
coram R.P.D. meo Celſo*, teneneturque quatenus opus ſit le-
gata ſoluere de proprio *l. fin. §. ſi vero poſtquam Cod. Iur. de-
liber. Peregr. de fideicomm. art.40. n.29. Fuſar. q. 541. ſub n.
22. alijque relati in Bononien. fideicommiſſi, ſeu Domus 30.
Aprilis 1646. coram me.*
11 Idem reſpondetur ad aſſerta melioramenta facta in Pala-
tio, quorum pręterea pleraque cum conſiſtant potius in re-
parationibus, & reaptationibus reficienda non ſunt *Mare-
ſcot. var. reſ lib.2 c.109 n.18. & 19. Rot. deciſ.607. n.3. par.
1. diuerſ.* reſiſtente præſertim voluntate Teſtatoris, qui rea-
ptationes, & melioramenta mandauit fieri ex penſionibus
12 aliarum domorum. Vltra quod nec probatur ſtatus anti-
quus rei, & quid impenſum, aut melioratum, vt debet *Curt.
iun.conſ.165. numer.20. Seraphin. deciſ.952. numer.2. Bu-
ratt. deciſ. 839. numer. 11. Rota in Romana fidecom-
miſſi de Spiritibus 22. Maij 1643. §. & quamuis coram
13 me*, & in omnem euentum melioramenta compenſarentur
cum fructibus perceptis actori reſtituendis *l. ſumptus ff. rei
vindic. Rota deciſ.547. num 22 par.5. recent. & in Romana
fideicommiſſi de Campagnolis 26. Iun. 1648. coram R.P.D.
meo Peutingero. in d. Bononien. fideicommiſſi 5. Decembris
1650. coram R.P.D. Celſo.*
14 Non obſtant Conſtitut. fel. rec. Sixti V. Clem. VIII. Pauli
V. & Vrbani VIII. prohibentes diſtractionem bonorū Sta-
tus Eccleſiaſtici in forenſes qualis eſt Celleſius, nā illas tri-
buere facultatem teſtādi ad fauorem Conſanguineorum,
dummodo infrà biennium veniant ad habitandum in Sta-
tu Eccleſiaſtico deciſum fuit in *Ferrarien. de Pendaſijs 10.
Febr. 1648 coram Reuerendiſſ. Archiepiſcopo Terraconen-
ſi*, & cum editæ fuerint non in fauorem priuatorum, ſed
Cameræ Apoſtolicę, ſolus fiſcus poteſt de illis excipere
*Bald.conſ.480. num.4. lib.1. Cephal.conſ.706. nu.26. Rimin.
conſ.193. num.22. lib.1. Surd conſ 481. num 21. & conſ.93. n.
15:* vbi ait, quod contraria diſtinctio Alciati eſt verbalis, nō
autem fundamentalis *Peregr. conſ.19. num.25. & per tot. lib.
3. Ciriac. contros 205. num.170 & nu.195. Rota in Ferra-
rien. manutentionis 14. Iunij 1641. coram bo.me. Pironano*,
quicquid dicendum eſſet ſi forenſes inhabilitarentur prin-
cipaliter fauore aliorum Ciuium, in quibus terminis loqui-
tur *Menoch. conſ. 175. n. 17. & ſeq. Rimin. iun. conſ.363. n.
342. & ſeq.* Vel ſaltem quia Celleſius per ſpeciale indultum
Vrbani VIII. habilitatus fuit ad ſuccedendum in bonis, do-
nec diſcutiatur, an illud fuerit reuocatum per ſubſequen-
tem Conſtitutionem Innoc. X. ac dictis Conſtitutionibus
ligetur, non eſt interim retardanda immiſſio, vt fuit dictum
in *Fanen. ſeu Senogallien. bonorum ſuper immiſſione 14.
Maij 1646. coram R.P.D. meo Meltio.*

Tandem non obſtat cōcordia inter has partes alias inita
ſuper qua nuperrime obtenta fuit confirmatio Apoſtolica,
quia eam non obſtare deciſum fuit ſub die 14. Febr. proxi-
mi præteriti, ob non obtentum beneplacitum Apoſtolicum
in tēpore præfixo, & receſſum vtriuſq. partis ab illa: Et licet
15 inter Aduerſarios aliqui ſint minores, quibus pro reditu ad
Concordiam competere reſtitutionem in integrum, etiam
ſi poſt eam proſecuti fuiſſent litem, & ſuccubuerint voluit
*Bart. in l. ſi ex cauſa, §. nunc videndum n.2. ff. de minorib. quem
ſequitur Guglielm. de Benedictis in cap. Raynutius verbo
mortuo itaque il primo n.235. de teſtam. Neuizzan. conſ.17.
n.34. Rebuff. ad conſt. Reg. tom.2. tit. de reſtit. in integr. art.1.
gloſſ.3. n.20. Cont. de moment. poſſ. limit.5. n.16. Boer. dec.63
ſub num.6.*
16 Hoc tamen non procedit quando, vt in caſu noſtro, con-
cordia continet pactum reſolutiuum in caſū non obtenti
beneplaciti intra terminum pręfixum, tunc enim ſicuti
nō admittitur purgatio morę, ita nec reſtitutio in integrum
fauore minoris *Grat. diſcept.515. nu.27. Cyriac. contr.240.
numer, 14. & ſeqq.* vbi pluribus id comprobat *Antonin.
var.*

var. reſol. lib. 1. reſol. 61. ſub num. 18. Bardellon. conſ. 14 n. 17. Capnaq. deciſ. 236. num. 3. part. 2. Rota in Rauennaten. ſeu Ferrarien. decimarũ 5. Martij 1649. coram Reuerendiſſ. D. meo Meltio. Præſertim cũ medio tempore præceſſerit Laura, & Barbara, quarum ſuperuiuentia olì diſcordes Dominorum ſententias concordiæ cauſam dederat, & ſubſecuta mors Celleſio parauerit facilem victoriam, hæc enim variatio ſtatus cauſæ fauore Celleſij efficit ne
17 res ſit integra, & per conſequens excludit reſtitutionem in integrum non ſecus, ac purgationem moræ, *l. quod ſi minor §. non ſemper, verſ. Scæuola noſter ff. minor. Menoch. conſ. 100. num 253. & conſ. 714. num. 4. Bardellon. conſ 62. num. 21. Cyriac. d. controu. 240. num. 24. & ſeqq. ubi allegat concordantes.*

Et ita deciſum vtraque parte informante.

Eminentiſs. & Reuerendiſs. Celſu Beneuentana hæreditatis. Lunæ 19. Iunij 1656.

ARGVMENTVM.

Subſtitutio alicui facta ſine filijs deceſſerit, expirat decedente illo cum filijs. Filij in conditione poſiti ceſſantibus coniecturis non cenſentur vocati. Alienationis bonorum prohibitio quandonam ſit realis, vel perſonalis, & quando fideicommiſſum importet.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio facta alicui ſi ſine filijs deceſſerit, eo decedente cum filijs, euaneſcit.*
2 *Filij poſiti in conditione ceſſantibus coniecturis non cenſentur vocati. Amplia, vt ibi. Et vide coniecturas num. 3. & 4.*
5 *Prohibitio alienandi perſonalis non extenditur ad alios non nominatos. Amplia, ut n. 6.*
7 *Fideicommiſſum abſolutum, & ſimplex an inducatur per rationem generalem conſeruandi bona in familia, & n. 8. ubi latè.*
9 *Fideicommiſſum ex ſola prohibitione alienationis cenſetur inductũ tam in caſu alienationis, quàm in caſu mortis. Declara n. 10. & ſeqq. ubi plenè.*
15 *Prohibitio alienationis expirat eo modo, quo expirat ſubſtitutio.*
16 *In dubio eſt pronunciandum pro excluſione fideicommiſſi.*

DECISIO XXXIV.

Lucius Senior de Leonibus inſtituto hærede vniuerſali Camillo filio, illo ſine filijs decedente, voluit, quod in eius bonis ſuccederent filiæ ſuæ, earumque filij pro æquali portione.

Vndè licet ex Camillo nati fuerint quatuor filij, nempè Cæſar, & Lucius Iunior, qui obierunt; Magdalena nupta in Domo de Bilottis, & Beatrix Monialis profeſſa in Monaſterio S. Victorini. Nihilominus quia eadem Beatrix, ſiuè Monaſterium ex eius perſona, accepit poſſeſſionem prædij della Cancellaria, & ſententiam fauorabilem ſuper purificatione dicti fideicommiſſi ad ſui fauorem reportauit, reuocatam per Rotam in gradu appellationis, Dubitatum, an dicta ſententia reuocatoria, eſſet confirmanda, vel infirmanda, & DD. pro confirmatione reſponderunt.

1 Cum enim Camillus deceſſerit relictis filijs, defecit conditio, ſub qua hæres repetitur grauatus, & expirauit fideicommiſſum, *iuxta text. in l. Lucius 85. ff. de hæred. inſtit. Bart. in l. ſi cum dotem 23. num. 10. ff. ſolut. matrimon. & eſt celebre conſilium Olerad. 21. paſſim in Rota receptum, ut in deciſ. 486. num. 1. & ſeqq par. 1. recent. & deciſ. 632. num. 2. par. 4. tom. 2.*

2 Nec refert, quod Beatrix tanquam filia Camilli, fuerit poſita in conditione, quia ceſſantibus coniecturis, filij in conditione poſiti non cenſentur vocati, *iuxta gloſ. in d. l. Lucius ff. de hæred. inſtit. Rota in recen. deciſ. 389. num. 3. par 4. tom. 2.* cum alijs adductis per *Adden. ad Buratt. dec. 385. num. 10.* quam gloſſam procedere etiam in deſcendentibus firmatum fuit *coram eod. Buratt. deciſ. 387. num. 1. & 2. in recent. deciſ. 221. num 2. par. 5. & in Auenionen. fideicommiſſi 22. Aprilis 1652. coram me.*

3 Coniecturæ verò ex aduerſo deductæ, non videntur tales, vt à ſuperiori regula ſit recedendum, nam quod poſiti fuerint in conditione filij legitimi, & naturales ex ſuo corpore deſcendentes eſt valdè debilis, prout notat *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 24. num. 13. Theſaur. deciſ. 96. n. 26.* Illamque reiecit *Rota deciſ. 385. num. 8. coram Buratt.* cum concordantibus adductis *in d. Auenionen. fideicõmiſſi 22. Aprilis 1652. coram me.*

4 Prohibitio alienationis, & obligationis bonorum, non reperitur adiecta caſui vocationis, & obitus Camilli ſine filijs, ſed in oratione penitus diſtincta, & ſeparata, imò cũ in dictum caſum facta fuerit per Lucium expreſſa prouiſio, vocando ſcilicet filias ſuas, non poteſt ex huiuſmodi prohibitione alienationis prætendi inductum fideicommiſſum in caſum mortis, vt benè per *Zanch. in l. hæredes mei §. cum ita num. 675. & ſeqq. ff. ad Trebell. Honded. conſ. 78. num. 47. & ſeqq. lib. 1. & conſ. 69. num. 21. lib. 1. Card. Alban. conſ. 1. num. 13 Gabr conſ. 132. num. 68. lib. 1.* & plures cumulat *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 683. num. 104.* & dixit *Rota coram Gregor. deciſ. 433. num. 12. & in recent. deciſ. 8. num. 5. & 6. par. 7.*

5 Maximè quia dicta prohibitio eſt merè perſonalis, ibi, *prohibuit d. eius hæredi*, ideòque ex ratione quantumuis generali non poteſt extendi ad nepotes per *text. in l. pater filium 36. §. fundum Titianum ff. de legat. 3.* & docet *Ripa in l. filius familias §. Diuus n. 108. & 111. de legat. 1. Marta vot. deciſiuo 222. num. 33. & ſeqq. Caualcan. deciſ. 5. n. 90. par. 3. Grimel. deciſ. Dolan. 22. num. 33 & 34.* & vltra plures cumulatos per *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 437. num. 174. & quæſt. 673. num. 9. 17. & ſeqq.* firmauit *Rota in Bononien. fideicomm. de Pepulis 27 Iunij 1562. coram Oradino poſt Gionagnon. conſ. 97. num. 12. & ſeqq. lib. 1. in recent. deciſ. 316. num. 6 par. 1. & in Romana fideicommiſſi de Coronis 28. Ianuarij 1647. coram D. meo Cerro.*

Et verba immediatè appoſita, *Et ideò hoc fecit, ut omnia bona prædicta remaneant, & conſeruentur pro ipſo hærede,*
6 *eiusque familia, & ſucceſſoribus*, tanquam conſequutiua, & adiecta per viam rationis, & per modum cauſæ enunciatiuè prolatæ, non immutant qualitatem prohibitionis, nec inducunt nouam diſpoſitionem, aut extenſionem fideicõmiſſi *iuxta conſ. Dec. 636. num. 6. & ſeqq.* & eſt bonus *text. in auth. de reſtit. fideic. Peregr.* qui latè materiam tractat *art. 14. num. 11. & ſeqq.* & præſertim *num. 18. Fuſar. quæſt. 673. num. 9* vbi quod non obſtante d. ratione, adhuc prohibitio dicitur perſonalis, *Mareſcott. var. reſolut. lib. 2. cap 103. num 4. & ſeqq.* relati per *Altograd. conſ 60. num. 10. & ſeqq. lib. 1. Sen d. deciſ. 85. per tot.* & reprobata opinione *Petra de fideicom* firmauit *Rota coram Seraph. deciſ. 883. num. 4. & ſeq. & inter diuerſ. dec. 698. num. 16. & 17. par. 1. in Bononien. fideicom. de Elephantuccijs coram Bubalo penes Gionagnon. conſ. 39. num. 46. & ſeqq. lib. 1.* quæ loquitur in fortioribus terminis in *Peruſina fideicomm. de Fumaggiolis coram Litta apud eundem ubi ſup. num. 74. & ſeqq.* vbi quod talis prohibitio etiamſi ſit veſtita à cauſa dicitur ſtare ad maiorem fideicommiſſi corroborationem, in *d. Bonon. de Pepulis poſt d. Gionagnon. conſ. 97. num. 11. & ſeqq. & coram Coccin. deciſ 294. num 7.*

7 Et licet magna ſit diſſentio Doctorum numquid per rationem generalem inducatur ſimplex, & abſolutum fideicommiſſum, & illud locum habeat etiam non ſequuta alienatione, in qua quæſtione veteres, & recentiores valdè torquentur, adeòut quamplures etiam variauerint, teſte *Curt. iun. conſ. 43. num. 9. verſ. ſecundo principaliter, Mantic. de coniect. lib. 6. tit 14. num. 24. & ſeqq.* cum alijs pluribus adductis per *Franciſcum Redenaſc. conſ. 29. num. 16. & ſeqq.*

8 Attamen quando hæc ratio generalis ſubijcitur poſt nudam, & ſimplicem prohibitionem alienationis, quæ de per ſe nihil operaretur per *text. in l. filius fam. 118. §. Diui il a. & l. pater filium 36. §. Duobus, & §. Iulius de legat. 3.* Tunc talis ratio confirmat quidem prohibitionem antecedentẽ, ſed non inducit nouum fideicommiſſum, niſi caſu quo alienatio fuerit ſubſequuta, quicquid ſecus ſi prohibitio ipſa eſſet

Digitized by Google

eſſet veſtita, vel facta fauore certæ perſonæ, & eſſet valida, vt latè probant *Socin. ſen. conſ. 227. à num. 1.* & præſertim *ſub num. 3. uerſ. quibus tamen non obſtantibus, Dec. conſ. 117. ſub num. 13. & ſeqq. & conſ. 286. num. 11. uerſ. Vltimo non obſtat, & 422. per tot.* præſertim à *num. 7. Ruin. conſ. 89. num. 14. & ſeqq. uol. 2. Rolan. conſ. 34. num. 64. & ſeqq uol. 4. Pariſ. conſ. 75. num. 33. & ſeqq. lib. 2. Curt. iun. d. conſ. 43. num. 9. & conſ. 145. num. 10. uerſ. quartus principalis caſus*, & alios refert *Gabr. de fideicomm. concluſ. 9. num. 7. & 37. & ſeqq. ubi num. 41.* reddit rationem, & tradit *Mart. not. deciſione 222. num. 36. & ſeqq.*

Et hanc opinionem veriorem dicit *Alciat. in l. pater filium 36 §. fundum num. 6. de legat. 3.* & de communi teſtatur *Socin. iun. conſ. 97. num. 51. & 52. & conſ. 163. num. 8. lib. 2. Siluan. conſ. 6. num. 26 & 31* alijque plures relati per *Mart. conſ. 42. num. 24.* & per *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 688. num. 14. uerſ. ego certè*, vbi firmat hanc opinionem eſſe magis receptam, & veriorem, & ab ea in conſulendo, & iudicando non eſſe recedendum.

Illamque pluries amplexa fuit *Rota ut in deciſ. 568. num. 7. & 8. par. 1. diuerſ. in recent. deciſ. 300. num. 20. & ſeqq.* & præſertim *num. 27. par. 1.* vbi reſpondendo ad doctrinã *Bart. in l. pater filium §. fundum de legat. 3.* firmat, quod huiuſmodi verba non ſunt apta ad inducendam nouam diſpoſitionem, neque extenſionem fideicommiſſi de perſona ad perſonam *deciſ. 284. num. 8. & 9. par. 6. & deciſ. 15. num. 1. & ſeqq. par. 7. repetita inter deciſ. Merlin. dec. 669. num. 1.*

Et cum hac diſtinctione opiniones inter ſe diſcrepantes conciliat, & ad concordiam reducit, *Socin. in l. qui Roma §. coheredes col. 6. num. 15. & ſeqq ff. de uerb. oblig. Ripa in l. filius familias §. Diui num 122. & ſeq. de leg. 1. Decian. conſ. 94. num. 21. verſ. & poſtremò lib. 5. Honded. conſ. 78. num. 33. lib. 1. Curt. iun. d. conſ. 43. num. 9.* & pluribus comprobat *Mandell. conſ. 200. num 2. Menoch. conſ. 197. num. 29. verſ. ſecundus eſt caſus, Surd. deciſ. 125. num. 7.*

9 Non obſtat, quod ex ſola prohibitione alienationis, *ad hoc vt bona remaneant in familia*, cenſeatur inductum fideicommiſſum, tàm in caſu alienationis, quàm in caſu mortis, ex *Dec. conſ. 23. num. 4. verſ. ſexto moueor, Aretin. in l. qui Roma §. coheredes verſ. vbi autem de verb. oblig.*

10 Quia prædicti, & alij DD. loquuntur quando nullum præcedit fideicommiſſum, à quo prohibitio dependeat, tunc enim talis prohibitio tanquam indefinita, & nullo caſu coarctata, locum ſibi vendicat perpetuò, quandiu ſupereſt aliquis de familia, ſecus verò quando præcedit aliud fideicõmiſſum, nam tali caſu prohibitio recipit limitationem à caſibus in fideicommiſſu comprehenſis, vt benè reſpondet *Rota deciſ. 473. ſub num. 2. verſ. & ſic ceſſat par. 4. diuerſ.* & ita videtur ſentire *Dec. in allegat. conſ. 636. num. 12.* & diſtinguendo, ac enumerando plures caſus firmat *Bellon. iun conſ. 1. à num. 85. & præſertim ſub n. 92. & ſeqq.*

11 Nec applicatur *deciſ. in Peruſina fideicom. de Bigazzinis 14. Nouembris 1605. coram Lut. apud Gonzag. conſ. 75. num. 71. & ſeqq. lib. 1.* nam ibi prohibitio non erat perſonalis, aderat dictio in perpetuum; & ratio conſeruandi bona in agnatione ſtabat de per ſe, concepta per verba diſpoſitiua, & in caſu alienationis datus fuerat ſubſtitutus, vt reſpondendo dictæ deciſioni firmauit *Rota coram ſanct. mem. Gregor. deciſ. 433. num. 18.* cum adductis per *Alto-*

12 *grad. conſ. 79. num. 25. & 26. lib. 2.* Nam ſola pœna nullitatis in caſu alienationis non eſt ſufficiens ad veſtiendam prohibitionem, dum non adeſt ſubſtitutus, cuius fauore nullitas inducitur, vt in præſenti ex not. per *Rota dec. 284. num. 10. & ſeqq. par. 6. rec.*

13 Minus *deciſ. 481. coram Caualerio*, quia ibi pariter prohibitio erat realis, ſtabat de per ſe, & fuerat concepta per verba habentia tractum ad tempus futurum, & apta comprehendere etiam nepotes, & alios in infinitum, vt habetur *in d. deciſ. num. 7.*

14 Vndè cum nullæ concurrant coniecturæ, ſola prohibitio alienationis facta Camillo filio, vt ſupra dictum fuit, non egreditur perſonam illius, vt not. *Bald. conſ. 304. num. 1. vol. 5. Cagnol. in l. 2. num. 46. verſ. ſecundò principaliter C. de pact. inter empt. & vendit. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gloſ. 6. num. 25. Rolan. conſ. 59. num. 28. & 29. lib. 3. Surd. conſ. 448. num. 29. & deciſ. 125. num. 1. & 2.*

15 Imò eodem modo expirat, ſicut expirauit ſubſtitutio, vt aduertit *Alex. conſ. 99. num. 8. & 9. lib. 3. Dec. conſ. 136. nu. 11. & 12. & conſ. 635. num. 17. & 18. Ruin. conſ. 136. num. 16 lib. 3. & firmauit Rota coram Seraph. deciſ. 482. num. 3.* Dictamque opinionem latè comprobat *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 774. num. 15. ubi num. 16. & 17.* ampliat ſiuè ſubſtitutio præcedat, & prohibitio ſubſequatur, ſiuè econuersò, cum in eodem Teſtamento non detur prius, & poſterius per ea quæ tradit *Cephal. conſ. 282. num 32. & ſeqq.* alijque relati per *Altograd. conſ. 79. num 9. & ſeqq. vol. 2.* vbi quoduis non eſt in ordine, ſed in coniunctione, & correſpectiuitate prohibitionis, & ſubſtitutionum, ſemperque præualet ordo intellectus, ſecundum quem prius concipitur ſubſtitutio, quam prohibitio, adeòut prohibitio cenſeatur facta propter ſubſtitutiones ſubſequentes, non autem ſubſtitutiones propter prohibitionem, & benè firmauit *Rota coram Seraph. deciſ. 883. num. 2. & ſeqq. & præſertim num. 5. & 6.*

Ex quibus cauſa bis propoſita, & vtraque parte acerrimè informante, cenſuerunt Domini ſententiam Rotalem eſſe confirmandam. Nec eſſe opus ingredi articulum renunciationis factæ à Beatrice occaſione ingreſſus in reli-

16 gionem, cum ex ſupradictis conſtet non adeſſe fideicommiſſum, pro cuius excluſione in dubio pronunciandum eſſe firmauit *Rot. deciſ. 279. num. 31. par. 6. recen. & in Aucnion. fideicomm. 22. Aprilis 1652. coram me.*

R. P. D. Albergato Cæſenaten. ſeu Sarſinaten. Laudemiorum. Lunæ 19. Iunij 1656.

ARGVMENTVM.

Priuilegium quando dicatur reale, & quos effectus operetur. Conſuetudo quando introduci nequeat aduerſus indultum.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium ſi ſit reale operatur, ut bona ad quaſcunque manus, & perſonas peruenerint, ſecum afferant priuilegij qualitatem, & n. 2.*

3 *Cauſa finalis eſt potiſſimè attendenda ad cognoſcendam priuilegij naturam.*

4 *Priuilegium extenditur ad omnes, in quibus cauſa illius certa concurrit; & tunc cenſetur reale, ibid.*

5 *Priuilegium eſt reale ſi reſpiciat res, earumque uſum, licet ſecundariò dirigatur in perſonas poſſidentes, & num. 14. & 17.*

6 *Priuilegij uerba in dubio ſunt ponderanda ad finem cognoſcendi an ſit reale, & n. 11. Declara n. 12. 13.*

7 *Priuilegium in dubio reale præſumitur: & ſic etiam ſi ſit conceſſum à ſupremo Principe, n. 8. & fuerit impartitum Vniuerſitati, n. 9. & 15.*

10 *Ciuium appellatione in priuilegijs realibus, & materijs fauorabilibus ueniunt comitatini.*

Priuilegium latè interpretatur contra concedentem, ſed ſtrictiſſimè in præiudicium tertij. Limita n. 19.

18 *Ratio ubi æqualiter conuenit, operatur, ut illi, quibus adaptatur ueniant per modum comprehenſionis, non per modum extenſionis.*

20 *Cõſuetudo, & uſus quando ſint ſublata à uerbis priuilegij.*

21 *Conſuetudo non inducitur per actos extortiuos.*

22 *Clauſula* ſublata, & decreti irritan. *obſtat principio conſuetudinis.*

23 *Priuilegio conceſſo Communitati particulares perſonæ non poſſunt renunciare.*

24 *Res inter alios geſta tertio præiudicare non poteſt.*

25 *Rotæ deciſiones incidenter non reuocantur.*

DECISIO XXXV.

FOrenſibus, & Comitatinis bona in Territorio Montis Iuſti poſſidentibus, Summorum Pontificum Priuilegia certam Laudemij ſolutionem præſcribentia ſuffragari reſolutiu Rotalis ſub die 30. Aprilis 1646. coram Reuerendiſſ.

Terra-

Digitized by Google

Terracinen. capta declarauit, quam hodie Domini auditis
iterùm partibus in deciſis perſiſtendo confirmarunt. Quia
ponderata conceſſionis cauſa, & mente concedentium,
perpenſisque ipſorum priuilegiorum verbis, & iuris atten-
1 ta præſumptione, viſum eſt priuilegia adeò fuiſſe realia, vt
ad quaſcumque manus, & perſonas bona peruenerint in-
trinſecam priuilegij qualitatem ſecum attulerint, vt præter
adductos in deciſione firmat Bart. in l. 1. ſub num. 2. verſ.
aut conceditur ff. de Conſtit. Princip. Natt. conſ. 627. num.
12 & conſ. 649. num. 76. verſ. Vndè tranſit ad quemcumque,
Surd. conſ. 525. num. 26. verſ. ſecus quando eſt realis lib. 4.
cum pluribus per Cyriacum controu. 141. num. 26. lib. 1. &
2 controu. 297. num. 5. 20. & ſeqq. lib. 2. Atque ideò Comi-
tatinis, & forenſibus ſuffragari potuerint, vt de iſtis notat
Bart. in l. 1. num. 24. verſ. mihi autem videtur dic ad um C.
de ſumma Trinit. Roman. conſ. 224. num 1. Tiraquell. de
iur. primog. quæſt. 46. num. 4. vbi quod quando Conſtitutio
eſt realis res ipſas afficit à quocumque poſſideantur, ſiuè à
Ciue, ſiuè ab Extero, Barboſ. in l quia tale 14. num. 40. in
fin. verſ. ea igitur ff. ſolut. matrim. P. Layman Theol. mo-
ral. lib 1. tract. 4. cap. 23. nu. 4. verſ. hoc caſu exteri quoque.
3 Et primò quidem cauſa finalis conceſſionis, & Pontifi-
cum mens, quæ ad cognoſcendam priuilegij naturam po-
tiſſimè attendenda ſunt, iuxta text. in l. omnibus 69. ff. de
reg. iur. Barboſ. vbi ſup. num. 2. apertè demonſtrant con-
ceſſionem fuiſſe realem, quia fęlic. record. Pius IV. qui pri-
mus priuilegium indulſit præmiſſa narratiua qualitatis bo-
norum, quod ſcilicet fere omnia bona emphyteutica exi-
ſtant, reſpectum habuit non ad ipſos Ciues Cæſenaten. ſed
ad poſſeſſores bonorum emphyteuticorum in diſtrictu Ce-
ſenæ exiſten. motusque eſt primario, & principaliter ad ita
diſponendum, ne emphyteutæ maius ſoluant laudemium,
quam iuris communis cenſura præſcribat, & ne Domino-
rum auaritia indebitè vexentur, quæ quidem cauſa imme-
diata exonerandi emphyteutas, tollendique abuſus corru-
ptelas, & grauamina, quæ in hac materia irrepſerant, ſicu-
ti æquè benè, Comitatinis, & forenſibus bona poſſidenti-
bus adaptatur, ac Ciuibus ipſis; ita pariter eos comprehen-
dere debet, cum æquitatis, & iuſtitiæ ratio poſtulet, quod
nemo indebitè maioris ſolutionis, quàm par ſit onere præ-
4 grauetur, atque ideò quoties ad certam cauſam mens in-
dulta concedentis habuit reſpectum, tale priuilegium ſem-
per ad omnes extenditur, in quibus cauſa illa concurrit, &
reale cenſetur, Bald. in l. 2. num. 7. verſ. ſi autem ratio pri-
uilegij C. de Epiſc. & Cleric. Caſtren. in l. maritum 13. nu.
4. verſ. non extenduntur ad omnes ff. ſolut. matrim. Decius
in l. in omnibus 69. num. 14. ff. de reg. iur. Natt. conſ. 340. n.
18. verſ. modo iſta ratio, & num. 19. Bero. conſ. 105. num.
11. lib. 1. Marc. Ant. Eugen. conſ. 92. num. 19. verſ. quam
quidem ſententiam, & ſeqq. & nu. 23. lib. 1. Menoch. præ-
ſumpt. 103. num. 27. & 28. lib. 2. Azor. Inſtit. moral. part. 1.
cap. 22. col. 1. litt D. verſ. quando verò priuilegium. Et dū
idem Pontifex ſub excommunicationis pœna Dominis di-
rectis prohibuit, ne pro renouationibus, & inueſtituris bo-
norū ab emphyteutis maius laudemium exigant, quam de
iure communi debeatur, non conſiderauit ſolos Ciues Cę-
ſenaten. ſinguli quorum non poſſe inueſtituras, & renoua-
5 tiones petere, pluſquam notum eſt; ſed reſpexit omnes em-
phyteutas, qui ratione qualitatis bonorum renouationes,
& inueſtituras petere tenentur, & ſic finis priuilegij reſpicit
res, earum vſum, & in eas dirigitur, proindèque bonis im-
mediatè priuilegium cohæret, & in perſonas illa poſſiden-
tes ſecundariò, & per accidens redundat, & priuilegium
reale reſultat, P. Layman d. cap. 23. num. 2. verſ. priuilegiū
reale, Barboſ. in d. l. quia tale 14. num. 3. in fin. verſ. ac ita
dicendum, & num. 4. verſ. & in prædictis terminis ff. ſolut.
matrim. Eman. Roderic. quæſt. regular. tom. 1. quæſt. 7. art.
2 in princ. verſ. quando autem priuilegium datur ratione
alicuius rei, Menoch conſ. 276. ſub num. 12. verſ. illud pro-
nomen &c. & num. 14. & 16. lib. 3.
6 Verba pariter eiuſdem priuilegij, quæ etiam in dubio ad
hunc effectum ponderanda eſſe voluit, Angel. Aretin. conſ.
54. num. 11. & 12. verſ. ad cognoſcendum, Bellon. conſ. 20.
ſub num. 9. Rot. coram Penia deciſ. 93. num. 9. tanquam ad
res ipſas directa, & ad bona relationem habentia, ibi, Cum
omnes ferè poſſeſſiones, & bona immobilia Ciuitatis Cæſe-
naten. & illius diſtrictus emphyteutica exiſtant &c. & in-
fra, In eiſdem poſſeſſionibus, & bonis directum Dominium
habentes, & deindè, Emphyteutas poſſeſſionum, & bonorum
eorumdem &c. dicti priuilegij realitatem oſtendunt Ruin.
conſ. 217. num. 18. verſ. qua verba lib. 1. Dec. conſ. 262. num.
2. verſ. primò quia ad hoc reſpondeo, Menoch. d. præſumpt.
103. num. 26. lib. 3. Cyriac. d. controu. 297. num. 3. & 4. Et
7 præſumptio etiam iuris pro eiuſdem Indulti realitate con-
currit, Tum quia in dubio tale præſumitur priuilegium,
Alex. conſ. 193. num. 3. verſ. quinimò d. conceſſio lib. 2 An-
char. conſ. 327. num. 2. in fin. verſ. quartò magni Doctores,
8 Menoch. conſ 905. num. 5. Tum quia à Supremo Principe
conceſſum, Bart. in l. fin. num. 14. verſ. & iſto caſu ff. de ſer-
uit. legat. Iaſ. in l. idem Iulianus 41. §. ſi quis alicui num. 9.
verſ. ſed ſi nullum ff. de legat. 1. Tiraquell. de nobilit. cap.
37. num. 59. verſ. tamen ſi conceſſio, Menoch. d. præſumpt.
113. n. 31. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 4. cap. 10. num. 38.
9 Tum deniquè quia impartitum fuit Vniuerſitati, quæ cum
numquam mori dicatur priuilegium eiuſdem naturæ rea-
le, & perpetuum præſumitur, ad text. in l. forma 4. §. quan-
quam ff. de cenſibus, Natt. conſ. 163. num. 16. verſic. ſecus ſi
concedatur, Menoch. conſ. 1193. num. 12. lib. 12. Burſatt.
conſ. 258 num. 44. verſ. quia tunc lib. 3. Valenzuel. Velaſq.
conſ. 79. num. 21. 22. & 23. vbi quod in talibus priuilegijs
conſiſtit verum Patrimonium Ciuitatis, & conſ. 81. num.
11. tom. 1.
10 Quod ſine vlla prorſus difficultate procedit quoad Co-
mitatinos, qui in huiuſmodi priuilegijs, & fauorabilibus
materijs appellatione Ciuium continentur, & tanquam
membra Ciuitatis conſiderantur, vt tradit Iacobus de Bel-
uis in celebri quæſtione, quam ſe Bononiæ habuiſſe refert
in repetitione §. illud tamen in aut. quib. mod. lib. effic. ſui,
Alex. in rubr. num. 14. ff. ſolut. matrim. Felin. in cap. cau-
ſam quæ 18. ſub num. 13. verſ ſimiliter dicit, Imola de re-
ſcript. Caſtrenſ. conſ. 307 num. 2. lib. 2. Galeott. controu. iur.
lib. 2. controu. 20. num. 38. plenè Valaſc. conſult. 79. num. 3.
& ſeqq. Iacob. Ant. Maur. allegat. 36. ſub num. 1. vbi in
puncto loquitur de priuilegio Ciuitati propter hominum
fidelitatem conceſſo, Valenzuel. Velaſquez d. conſ. 79. per
tot. & ſub num. 67. verſ. & dicit, quod hoc, & ſeqq. uſque
ad num. 86.
11 Neque fundamenta hæc debilitantur ex alijs eiuſdem
indulti verbis, quæ ad Ciues ipſos Cæſenaten. directa, plu-
riesque ad ipſos relata, & præciſam perſonalitatem impor-
tantia probare videntur perſonas ipſorum Ciuium, Fina-
lem, & immediatam priuilegij cauſam fuiſſe, vt diſtinguen-
do relationem verborum ad res, vel perſonas, tradit Cra-
uett. conſ. 230. ſub num. 3. Capyc. Galeott. controu. 51. num.
5. & ſeq. lib. 2. & alij relati in deciſione, quæ hodie confir-
12 mata fuit ſub §. non obſtat. Quia conſtito aliundè de vo-
luntate Principis (vt egregiè ibi dictum fuit) quod volue-
rit priuilegium bonis attribuere, expreſſiones illæ perſona-
litatem redolentes non mutant naturam priuilegij; non ſo-
lum quia cenſentur potius ſtare demonſtratiuè, ad oſten-
dendam ſcilicet cauſam impulſiuam, & ſecundariā, quàm
taxatiuè, vt in terminis diſtinguit Barboſ. in d. l. quia tale
14. ſub num. 25. verſ. non obſtat tertia ratio ff. ſolut. matrim.
Ancharan d. conſ. 327. ſub num. 4. verſ. ſecundò non obſtat,
Socin. ſen. conſ. 84. num. 17. verſ. quoniam illa verba fuerūt
adiecta lib 3 & poſt Bald. conſ. 354. in princ. verſ nam hæc
dictio lib. 1. Dec. d. conſ. 262. num. 6. verſ. ſecundò non obſtat
illud lib. 1. Gratian. diſcept. 276. ſub num. 68. verſic. nam
alias Priuilegium; Verùm etiam quia expreſſio perſona-
rum facta fuit per accidens, nam cum Communitas, & ho-
mines Cæſenæ ſupplicationem porrexerint pro exonera-
tione grauaminis ratione bonorum illis illati, ipſis ſaltem
demonſtratiuè dirigenda erat Indulti, atque exemptionis
13 oratio, cum plerumque perſona inſeratur, non vt perſona-
lis fiat conceſſio, ſed vt demonſtretur cum quo Indultum
factum eſt, vt in terminis declarat Petr. de Pod. inter con-
ſilia Federic. de Sen. conſ. 68. num. 2. verſ. & tunc ſi nomen
& per text. in l. iuris gentium 7. §. pactorum ff. de pact. ratio-
cinatur Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 1. cap. 7. ſub
num. 3. verſ. ſed id, & num. 4. Rot. in Roſſanen Exemptio
nis 22. Iunij 1640. §. At tamen, verſ. licet concurrat coram
Reuerendiſſ. Compoſtellano, vbi quod quando adſint verba
apta

Digitized by Google

apta ad inducendam realitatem non tollitur qualitas ipſius
realitatis per expreſſionem perſonarum. Proindéque cum
14 ſubſtantia, & effectus Induſti reſpiciant principaliter bo-
na, & poſſeſſiones dicitur ſine dubio reale, *Rum.conſ. 157.
num. 8. in fin. verſ. ſed ſi habeatur relatio lib. 3. Gutierez
conſ. 5. num. 14. cum alijs per Rotam deciſ. 23. num. 6. par. 2.
diuerſ.* quam ſequitur *Leon. Theſaur. forenſ. Eccleſ. cap.
27. de decim ſub num. 61. verſ. quia ſi priuilegium reſpicit
Terras, & num. 62. & ſeqq.* vbi etiam citat *Rot. in Cartha-
ginen. Decimarum 10. Decembris 1578. in principio co-
ram Bubalo.*

15 Præterea ad effectum, de quo agitur valdè intereſſe re-
ſponſum fuit, An indultum conceſſum fuerit certis parti-
cularibus perſonis ſpecificatiuè, vt tales perſonæ indiuiduæ
ſunt Petrus Andreas &c. An verò datum fuerit ſingolis de
tali corpore ob qualitatem Communem cum alijs, & ratio-
ne tantùs reduplicatiuè, vt partes, & membra talis corporis
exiſtunt, & hoc caſu, qui caſus eſt noſter, cum conceſſio
facta fuerit Ciuibus, vt partibus integralibus Communi-
tatis, non quia perſonæ ſint ſingulares, priuilegium reale
eſt, quamuis ad perſonas particulares directum fuerit, vt
in puncto de indultis Communitati conceſſis declarat *Ca-
ſtropal. oper. moral. tom. 1. tract. 3. diſp. 4. de priuilegijs punct.
a. §. 1. num. 2. Azor. inſtit. moral. lib. 5. cap. 22. quæſt. 2. circa
fin. verſic. ſic etiam multa tom. 1. Suarez de legib. lib. 8. cap.
3. ſub num. 4. verſic. ſi ergo, Emanuel Roderic. quæſt. regu-
lar. 61. art. 14. col. 2. verſ. ſecundo eſt notandum, & verſic.
ex quibus infertur tom. 1.* & in materia priuilegij ita diſtin-
guit etiam *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſ. 10. par.
2. ſub num. 62. verſ. aliud verò eſſe, & ſeq. fol. mihi 268.
tom. 1. Cancer. var. reſol. par. 3. cap. 3. de priuilegijs num. 27.
& Surd conſ. 262. ſub num. 43. uerſ. præcipuè quia*, inquit,
quod immunitas conceſſa potius ratione ordinis, quàm
quod acquirens ſit Andreas, vel Ioannes dicitur realis.

Nec obſtare viſa eſt alia ratio pro Epiſcopo adducta,
quod nempè contra ipſum tanquam tertium non poſſit ex-
16 tenſio indultorum ad forenſes, & Comitatinos admitti, ex
quo Principum priuilegia latè quidem contra ipſum con-
cedent. interpretantur, in præiudicium autem tertij ſtrictiſ-
ſimè iuxta diſtinctionem, quam poſt alios ponit *Ancha-
ran. Regien. quæſt. familiar. 57. nu. 1. lib. 2. Surd. conſ. 140.
num. 73. & 74. Giurb deciſ. Sicil. 23. ſub num. 7. uerſ. ma-
ximè in tertij præiudicium, & ſub num. 8. Sanchez de ma-
trim. lib. 8. diſput. 1. ſub num. 4. verſ. inſuper quando*, &
admiſit etiam *Rota in Ferrarien. Decimarum 26. Maij
huius anni 1656. ſub §. non obſtat quod in fine coram me.*

17 Nam placuit reſponſio, quod conſiderato toto priuile-
gij tenore apparet conceſſionem fuiſſe factam ad fauorem
poſſidentium bona emphyteutica nulla habita per Pontifi-
cem diſtinctione qualitatis, an poſſeſſores eſſent exteri, vel
Ciues, ibi, *Nos igitur cupientes eorumdem emphyteuta-
rum indemnitati conſulere &c.* ſemperque oſtendit enixã
voluntatem eximendi ſoluentes laudemia, & petentes re-
nouationes inueſtiturarum ab illis grauaminibus, quæ illis
per Dominos directos inferri intellexerat, ibi, *Nihilomi-
nus cum nonnulli auaritia ducti emphyteutas poſſeſſionum,
bonorum eorumdem varijs modis vexare &c.* & ideò cum
hæc ratio, vt dictum eſt conueniat æqualiter non ſolum
18 Ciuibus, ſed etiam Comitatinis, & Forenſibus iſti dicun-
tur, ſub indulto venire, non per viam extenſionis, ſed per
modum comprehenſionis, & veri intellectus Conſtitutio-
nis, *Abb. in cap. at ſi Clerici 4. § de adulterijs ſub num. 8.
uerſ. quia tunc non fit extenſio de iudic.* plenè *Surd. conſ.
377. num. 27. lib. 2. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 1. cap. 26. ſub
num. 39. Gratian. diſcept. 920 num. 3. Rota deciſ. 575. nu.
4. par. 1. diuerſ. & coram Merlin. deciſ. 437. num. 16.* Ex-
cluditurque prætenſa hæc extenſio ex eo quod ipſorũ Ci-
uium intereſſe principaliter expoſcit Comitatinos, & fo-
renſes ſub eodem indulto comprehendi, quia quando in
eos bona alienari contigerit, longè meliorem inuenient
conditionem, ſi de cætero Emptores ad ſolutionem Lau-
demij extraordinariam non tenebuntur, prout è contra
onus huiuſmodi in ipſoſmet Ciues redundaret, & quia
tantò minus, pro pretio bonorum reciperent, quantum eſ-
ſet onus ſupradictæ ſolutionis, vt in ſubiecta materia ad-
uertit *Dec. conſ. 48. num. 5. uerſ. quarto iſta concluſio lib. 1.
& per text. in l. ſi venditor 6. ff. de ſerui. expoſt. Bald. conſ. 31.
ſub nu. 2. verſ. 1. Caſu non videtur lib. 1. Burſatt. conſ. 452.
num. 16. lib. 4. Menoch. conſ. 136. num. 13. lib. 2.* Et in om-
nem euentum etiamſi poſſet extenſiua hæc interpretatio
appellari adhuc contra Epiſcopum eſſet admittenda, quia
19 quando priuilegium conceſſum eſt contra decretum, vel
conſuetudinem iuri Communi contrariam, & per illud ad
ius commune reducimur latiſſima etiam contra tertium fit
interpretatio *gloſ.* eſt ſingularis *in cap. ſtatutum 3. in uerbo
numerandum de præben. in 6. Dec. in cap. cum ordinem 6.
nu. 13. uerſ. ſecus ſi deroget de reſcript. Felin. in d. cap. cau-
ſamque 18. ſub num. 11. uerſ. prima declaratio eodem titu-
lo*, & egregiè *conſ. 6 num. 8. & 9. Syluan. conſ 66. num. 19.
Mandell. Alb. conſ. 183. num. 9 uerſic. & multo magis,
Puteal. conſ. 2. num. 19. Menoch. conſ. 540. num. 18. lib. 6.
Gutier. Canon. quæſt. cap. 21. num. 124 uerſ. quod quidem
priuilegium lib. 2.* cum alijs per *Modern. Monach. Val-
lumbroſ. de iur. Abbat. diſp. 16. quæſt. 5. num. 7.*

Minus ſuffragatur Epiſcopo iterùm obiecta conſuetudo
ſoluendi maius laudemium, quam fuerit à iure communi
definitum. Quia ante indultũ Pij IV. de anno 1564. ema-
natũ nullo modo probata fuit, cũ exhibitæ ſolummodo fue-
rint exactiones quædam per viginti annos circiter cõſiqua-
20 tæ, quæ quidem, & omnis alius contrarius vſus per verba
ampliſſima indulti cenſentur ſublatæ, vt in hac cauſa *Ca-
ſenaten. Indultorum* aduertit *Rota coram Buratt. dec. 831.
num. 7. & 8.* vbi quod ad hunc effectum immemorabilis re-
quireretur *deciſ. 31. num. 2. & deciſ. 66. num. 8. & 13. par 7.
21 rec.* Tempore verò ſequenti nec pariter probata fuit, cum
ſolutiones fuerint extortæ, & peractus huiuſmodi extorti-
uos nullo modo induci poteſt conſuetudo *Abb. conſ. 96. ſub
num. 2. in fin par. 2. Caſtrenſ. conſ. 402. ſub num. 4. uerſ. non
enim potuit introduci lib. 1. Gratian. diſcept. 210. num. 25.
22 lib. 2.* nec probari potuit obſtan. clauſula *ſublata, & decre-
to irritanti*, quæ omnem conſuetudinem adeò inficiunt, &
illius principijs obſtant, vt nec naſci quidem, aut vllo mo-
do incipere potuerit *Gonzalez ad reg. 8. gloſ. 7. nu. 12. Rot.
deciſ. 373. nu. 8. par. 5. recen. & in Aretina vnionis 8. Mar-
tij 1652. ſub §. 1. uerſ. ſed adempta coram R. P. D. meo Ve-
23 roſpio.* Et ſolutiones per aliquos particulares factæ nihil
releuant, cum huiuſmodi indulto fauore Communitatis
introducto particulares perſonæ renunciare, aut præiudi-
care non poſſint in terminis *Buratt. ubi ſup. num. 1. Rota
deciſ. 319. num. 19. par. 6. recen. & apud Modern. Peruſin.
de manut. deciſ. 321. num. 39.*

Nec releuat denique quod indultum, de quo agitur non
deroget pactis ſicque obſeruanda ſit conuentio inter Epi-
ſcopum Sarſinæ, & conſilium Generale Comitatus Bobij
inita de ſoluendis in certa maiori quantitate laudemijs,
quia nunquam iuſtificatum fuit, quod Terra Montis Iuſti
de cuius comprehenſione ſub priuilegijs diſputatur ſit me-
24 brum Comitatus Bobij, & propterea conuentio illa tam-
quam res inter alios geſta, tertio præiudicare non poteſt,
*Rota in Licien. Bonorum 15. Ianuarij 1652. §. minuſque
coram Eminentiſſ. Card. Otthobono.* Immò contrarium
apparet ex deciſionibus in hac cauſa editis ſub *die 10. Iunij
1642. & 23. Iunij 1643. coram eodem Reuerendiſſ. Terra-
cinen.* in quibus reſponſum fuit omnibus rationibus in
contrarium adductis, quæ propterea, iuxta ſtylum huius
25 Sacri Tribunalis incidenter reuocandæ non ſunt, & maxi-
mè poſtquam ſententia earum vigore lata tranſitum fecit
in iudicatum, ſed in diſputatione dubij diuerſi ſupponendæ
veniunt, vt tradit *Rota coram Buratt. deciſ. 596. num. 1. &
in Bonon. Dotis, ſeu pecuniaria 17. Iunij 1647. coram Reue-
rendiſſ. D. meo Decano impreſſa in addition. ad Modern.
Peruſin. de ſubhaſt. deciſ. 209. num. 1. & in Caſenaten. Bo-
norum 28. Aprilis 1653. §. eſto quod coram me.*

Et ita in deciſis vtraque &c.

Reuerendiſs. D. Dunozet Decano Romana fideicommiſſi de
Cæſijs. Mercurij 14. Martij 1657.

ARGVMENTVM.

Manutentionis iudicium, quibus contentetur probatio-
nibus. Conſtituti clauſula quando ſuos amittat effectu.
Poſſe-

Poſseſsio ex quibus dignoſcatur anterior, & animus non dimittendi poſseſsionem, ex quibus eliciatur.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio competit ex poſſeſſione translata per clauſulam Conſtituti.*

2 *In iudicio manutentionis ſufficit probatio facta per vnicum teſtem, vel per præſumptiones, & famam num. 3. neque admittuntur exceptiones contra teſtes. numer. 4. nec attenduntur, teſtes eſſe ſingulares, num. 5. 6. nec attenduntur ea, quæ expoſcunt altiorem indaginem. numer. 9. 29.*

6 *Teſtes domeſtici quando plenè probent.*

7 *Scientia præſumpta deducitur ex conſanguinitate, & cohabitatione.*

8 *Ratificatio poſſeſſionis translatæ, quando ſufficiat ad acquiſitionem illius.*

10 *Petitorij ſuſpenſio quid operetur.*

12 *Repetitio non inducitur in diſpoſitionibus ſeparatis habentibus de per ſe orationem perfectam.*

13 *Conſtitutum quando poſſit operari translationem detentationis in alium.*

14 *Actus cenſetur factus in vtilitatem facientis non in fraudem alterius.*

15 *Clauſula conſtituti quando expiret, & n. 16.*

16 *Donans quando nequeat conſtituere ſe poſsidere nomine donatarij.*

17 *Poſſeſsio, quæ fuit penès conſtitutarium ſuffragatur illius hæredi.*

18 *Rota cor. Greg. dec. 437. n. 1. cum concordan. declaratur, & n. 19.*

20 *Cutel. de donat. tr. 2. diſp. 1. ſpec. 17. num. 52. quomodo procedat.*

21 *Poſſeſsio vnior. alio in poſſeſsione exiſtente eſt improbata à lege.*

22 *Poſſeſsio non eſt manutenibilis ſi fuit capta, cum non eſſet vacans, & in mandato adeſſet clauſula* dummodo poſſeſſio ſit vacans.

23 *Horæ certæ appoſitio in adeptione poſseſsionis facit præſumere, ipſam poſſeſsionem eſſe anteriorem.*

24 *Facultas capiendi poſſeſsionem propria auctoritate non intrat, ſi alius in poſſeſsione reperiatur, & numer. 25.*

26 *Ad effectum manutenendi hæredem contra fideicommiſſarium inuadentem bonorum poſſeſſionem quæ ſufficiant, & præſumantur.*

27 *Hæres non tenetur accipere bona de manu fideicommiſſarij.*

28 *Donatio diuerſa quæ dicatur.*

30 *Lis vbi eſt mota non poteſt conſiderari acquieſcentia.*

31 *Animus non dimittendi poſſeſſionem, ex quibus arguatur, & num. 32.*

DECISIO XXXVI.

CVm defuncto bon. mem. Cardinale Petro Donato Ceſio Iuniore, inter Dominum Ducem Ceræ prætendentem, ſe vocatum ad fideicommiſſa Card. Petri Donati Senioris, & Angeli Epiſcopi Tudertini germanorum fratrum de Cæſijs, & D. Domitillam Cæſiam dicti Cardinalis Iunioris germanam Sororem, & ex teſtamento hæredem orta eſſet controuerſia ſuper poſſeſſione Caſtrorum, aliorumque bonorum per annum, & vltra poſt obitum bo. me. Marchionis Iordani, dicti Card. Iunioris, & D. Domitillæ communis fratris poſſeſſorum, fuit ab A.C. ad fauorem dictæ D. Domitillæ relaxatum mandatum de manutenendo in poſſeſſione dictorum bonorum, a quò interpoſita appellatione per D. Ducem, cauſaque mihi commiſſa, cum facultate manutenendi quem de iure; Propoſui dubium, cui danda eſſet manutentio, & Domini illam dandam eſſe D. Domitillæ, etiam ſuper bonis fideicommiſſo ſubiectis, reſoluerũt, Quia, cum D. Cardinalis, Iunior poſt obitum dicti D. Marchionis dicta Caſtra, cœteraque bona pacificè poſſediſſet

1 eandemque poſſeſſionem, mediante clauſula Conſtituti
appoſita in ſuis Codicillis factis ſub die 25 Ianuarij 1656
ex tunc in dictam D. Domitillam, ab eo in Teſtamento vniuerſalem hæredem inſtitutam transtuliſſet, illius vigore eidem competit manutentio. *Marta de clauſ. par. 1. clauſ. 20. ſub num. 8. verſ. ſed Rota, & numer. ſeq. Rota deciſ. 549. num. 3. par. 1. diuerſ. Poſtius obſeruat. 20. num. 7. & 18. & in te minus fuit reſolutum in Romana hæreditatis 19. Iun. 1645 cor. R.P.D. meo Meltio.*

Non obſtat, quod Teſtes deponentes de poſſeſſione dicti
D. Cardinalis ſint familiares dictæ D. Domitillæ, nàm, cũ in
2 hoc poſſeſſorio ſummariſſimo, in quo ſufficit probatio facta per vnicum Teſtem, *Seraph. dec. 624. in fin. ſan. mem. Greg. XV. dec. 160. & ibi Adden. nu. 3. & dec. 438. num. 2.*
3 Et etiam per præſumptiones, & per famam, *Boccac. de interdict. vti poſſidet. cap. 14. num. 24. Giouagnon. conſ. 14. nu.*
4 *72. lib. 1* non admittantur exceptiones contra teſtes. *Rota coram Seraph deciſ. 392. num. 2.* cum alijs relatis *in dicta*
5 *Romana hæreditatis coram R.P.D. meo Meltio*, nec attendatur, quod ſint ſingulares, ſeù de actibus ſingularibus deponant, *Caualer. dec. 379. n. 3.* et in alijs allegatis per *Po-*
6 *ſtium obſeruat. 28. n. 24. & ſeq.* Multò minus admitti debent exceptiones familiaritatis & ſingularitatis in hoc caſu, in quò depoſitiones Teſtium verſantur etiam circa factum proprium, & ſunt veriſimiles, cum non appareat, d. Caſtra, aliaque bona poſt obitum Marchionis ab alio fuiſſe poſſeſſa & comprobentur ex inſtrumentis, & diuerſis exactionibus tam a D. Cardinale, quam ab eius Miniſtris, factis à diuerſis perſonis, & etiam per medium publicorum Bancorum, & ex Epiſtolis, & Libro Computiſtariæ, quibus concurrentibus, Teſtes domeſtici plenè probant; *Rota dec. 323. ſub num. 2 poſt ſecundum vol. conſ. Farinacc. & deciſ. 122. num. 7 par. 1. recent.* cum alijs relatis per *Poſtium dicta obſeruat. 38. n. 22.*

Prout viſũ fuit nõ obſtare allegatus defectus ſciẽtiæ dictæ
D. Domitillæ Conſtitutariæ, & acceptationis poſſeſſionis
7 in eam translatæ, nàm vltra ſcientiam præſumptam, deductam ex conſanguinitate, & cohabitatione cum fratre, quã admiſit *Rota in dicta Romana hæreditatis 19. Iuny 1645. coram R.P.D. meo Meltio*, conſtat etiam de illius ſcientia, & acceptatione expreſſa, dum 30. Ianuarij, ſtatim Domino Cardinale defuncto, antè horam vigeſimam primam cum
8 tribus quartis ipſa ratam habuerit poſſeſſionem per Cardinalem in eam translatam in Codicillis, quod ſufficit ad acquiſitionem poſſeſſionis, dum nec D. Dux, nec alius, poſt obitum D. Cardinalis, dictorum bonorum poſſeſſionem adhuc acceperat. *Barboſ. de clauſ. clauſ. 14. numer. 2. Rota deciſ. 549. num. 10. par. 1. diuerſ. Seraph. deciſ. 801. nu. 4. cum alijs allegatis per Poſth. obſeru. 20. nu. 21. & per Gratian. diſcept. 910. n. 24. cum ſeqq.*

Nec allegata excluſio Clericorum à ſucceſſione bonorum fideicommiſſo ſubiectorum potuit impedire, quominus D. Cardinalis dictam poſſeſſionem, mediante conſtituto, in D. Domitillam validè transferret. Quia, omiſſo, quod in fideicommiſſo factu à dicto Angelo Epiſcopo Tudertino in donatione rogata 12. Decembris 1590. ad fauorem filij ſecundogeniti Federici Patris D. Domitillæ, & in teſtamento eiuſdem, Clerici à ſucceſſione non fuerunt excluſi, & prætermiſſo etiam, an excluſio Clericorum ordinata in alia donatione Caſtra Reſchij facta ab eodem Epiſcopo Comiti Chiappino fratri D. Cardinalis Iunioris, & in donatione facta à Cardinale Seniore dicto Federico 8. Ianuarij 1583. & in teſtamento eiuſdem intelligenda ſit in concurſu aliorum ſæcularium eiuſdem lineæ maſculinæ Federici, dum excluſionem fecerunt ad fauorem laici natu maioris, & proximioris Clerico excluſo, non autem, quando per obitum omnium Laicorum eiuſdem lineæ ſucceſſio deferenda eſt ad aliam lineam non deſcendentem ab iſta Federici, quo caſu in omnibus iſtis diſpoſitionibus Clerici tunc extantes fuerunt expreſsè vocati. Reſponderunt Domini, quod cũ iſta exceptio incapacitatis ſuccedendi, ex qua D. Dux deſumit defectum poſſeſſionis Cardinalis Iunioris, dependeat ab interpretatione prædictarum diſpoſitionum, quæ non ſunt adeò claræ, vt non poſſint in dubium proba-
9 biliter reuocari, ſed altiorem indaginem requirant, & expo-

ſcant

Digitized by Google

ſcant maiorem diſcuſſionem, illa reijcienda eſt ad petito-
rium, nec attendi debet in hoc iudicio ſummariſſimo ma-
nutentionis. *Rota coram Penia deciſ.365.num.11.* & in ſi-
milibus terminis fuit dictum in *Piſaurien. Adminiſtratio-
nis Montis 27. Iunij 1650. coram R. P. D. meo Cerro, im-
preſſ. poſt Salgad. in laber. credit. deciſ.81.n.6. & ſeqq.* & in
terminis manutentionis conceſſæ Religioſo, qui prætende-
batur incapax fideicommiſſi, fuit dictum in *Leodien. Hære-
ditatis 16. Maij 1655. coram me, & in Romana fideicom-
miſſi de Cuppis 2. Martij 1654. coram R. P. D. meo Mel-
tio.*

Quod facilius admiſerunt Domini in præſenti caſu, in
quo pro parte D. Domitillæ fuerat ſuſpenſum petitorium,
10 quæ ſuſpenſio operatur, vt dici non poſſit conſtare de non
iure Cardinalis in ſummariſſimo poſſeſſorio, *Giouagnon.
conſ.8.n.85. & conſ.10.n.74. lib.1. Rota coram Puteo deciſ.
276 n.4 & ſeqq. lib.2. & deciſ.64.n.5. par.2. diuerſ.* Vltra
11 quod, etiamſi D. Cardinalis, tanquam Clericus clarè fuiſſet
redditus incapax ſucceſſionis, non ob id dici poterat inca-
pax poſſeſsionis. *Natt. conſ.473. num.7. verſ. poteſt enim &
ſeqq. Rota coram Verall. deciſ.345.n.6. par.2. & deciſ.524.n.
15. par.4. tom.3. recent.*

Nec iſta incapacitas poſsidendi deſumi poteſt ex confe-
ctione Inuentarij bonorum fideicommiſſariorum Cardi-
nalis ſenioris a Cardinale iuniore neglecta, quod Infor-
mantes pro D. Duce ex diſpoſitione eiuſdem fideicommit-
tentis contendebant, confici debuiſſe à quolibet vocato,
antequam bonorum fideicommiſſariorum poſſeſsionem
acciperet. Quia obiectum facilè diluitur ponderando, quod
Cardinalis ſenior in duabus Orationibus ſeparatis rectis à
duobus verbis duo præcepit. In prima enim mandauit, vt
quilibet vocatus teneatur præſtare iuramentum de obſer-
uando contenta in ſuis diſpoſitionibus, antè quam bono-
rum fideicommiſſariorum poſſeſsionem accipiat ſub pœna
caducitatis. In ſecunda vero Oratione inuentarium bo-
norum ſimpliciter, & abſque repetitione pœnæ confici mã-
12 dauit. Ideoque, dum in ea non fuit dictum, vt inuenta-
rium confici deberet ante poſſeſsionis adeptionem, iſta qua-
litas dici non poteſt tacitè repetita, *Giouagn. conſ.26.nu.10.
lib.1. Grat. diſcept.937.n 11. San. me. Gregor. XV. deciſ.225.
n 9. Caualer. deciſ.365.n.4.* Sed potitis cenſetur conſultò o-
miſſa, *Surd. conſ.200. in fine Giouagn. conſ.82. ſub nu. 128.
lib.1. Rota deciſ.299.n.5 par.3 recent.*

Cæterum, quatenus etiam D. Cardinalis iunior habuiſ-
ſet ſolam dictorum bonorum fideicommiſſariorum deten-
tationem, adhuc illam validè transferre potuiſſet in D. Do-
mitillam per Conſtitutum, quia concluſio allegata pro D.
13 Duce, quod ſcilicet ſola detentatio non poſsit transferri in
alium per Conſtitutum, procedit in præiudicium veri poſ-
ſeſſoris à Detentore in Dominum recogniti, vt ſunt Con-
ductores, & ſimiles; In præiudicium autem alterius, qui nõ
poſsidet nec pro poſſeſſore fuit recognitus, pro D. Dux,
quem D. Cardinalis nunquam in poſſeſſorem recognouit,
non impeditur Detentor transferre poſſeſsionem per Con-
ſtitutum, vt docuerunt *Tiraq. de Conſtit. par.3. limit.1. n.
26. & limit. 14. n 3. & ſeq. Pontan. de ſpol. lib.2. n.109. poſt
med Verall. deciſ.202. incipien. præſentis cauſa Romana lib.
1. in manuſcriptis.*

Nec ex eo quod Cardinalis dictam poſſeſsionem tran-
ſtulit per diem ante obitum, cenſeri debet id feciſse in frau-
dem Fideicommiſſarij, nam cum ipſe in teſtamento reſtitu-
tionem bonorum fideicommiſſariorum fieri mandaſset, fa-
ctis tamen prius omnibus detractionibus in beneficium
ſuæ hæredis; ſi poſteà, comperto quod D. Dux poſseſsionem
bonorum fideicommiſſariorum, & liberorum cæperat in-
uadere, codicillos fecit, & in illis in D. Domitillam bono-
14 rum per eum poſseſsorum poſseſsionem tranſtulit per
Conſtitutum, cenſetur id feciſſe, non vt D. Ducem frauda-
ret, ſed vt iura ſua, ſuæque hæredia circa detractiones ſibi
competentes conſeruaret. *Carlin. controuerſ.193. n.14. &
ſeq. lib.2. Giouagn conſ.45. n.33. verſ. ſi verò actus lib.2. Can-
cer. var. reſol. cap.11. nu.246. & 247. lib.3. Surd. conſ. 300. à
num 17. vſque ad finem lib.2.*

Huic poſseſsioni D. Domitillæ, non obſtare, dixerunt
Domini, anteriorem poſseſsionem D. Ducis deſumptam
ex clauſula Conſtituti appoſita in fideicommiſsis ab eo
prætenſis in fauorem omnium vocatorum; Quia in fidei-
commiſso facto in donatione Angeli Epiſcopi 12. Decem-
bris 1590. Secundogenito dicti Federici, & in Teſtamento
eiuſdem talis clauſula non legitur, & ſic motiuum tollitur
ex facto. In donatione verò Caſtri Reſchi ab eodem Epi-
ſcopo facta Comiti Chiappino, & in donatione Cardinalis
ſenioris facta 8. Ianuarij 1583. ac in Teſtamento eiuſdem
ad fauorem dicti Federici, in quibus legitur appoſita dicta
clauſula in beneficium omnium vocatorum, illam D. Duci
ſuffragari non poſſe, cenſuerunt Domini, ad effectum, de
quo agitur, cum illius virtus expirauerit per poſseſsionem
15 adeptam per Chiappinum, & Federicum primos Donata-
rios, & hæredes, reſpectiuè, *Guidopap. deciſ.512. per totam
Bertrand. in conſ.276. numer.4. verſ. tum etiam quia lib.1.
par.1. Aret. in l. quod meo num.11. ff. de acq. poſſeſſ. & ibidem
Seiſell. ad finem verſ. vltim. refert, Corneus conſ.173. num.
26. verſ. nec etiam hodie lib.2. Siluan. conſ.55 num.19 verſ.
nec dicatur Natta conſ.398 num.33. in fine verſ. reſponde-
tur, Alciat. conſ.3. num.3. & ſeq. lib.8 Tiraquell. de Conſtit.
par.1. ampliat.5. n.2. & 3. Franc. Veg. conſ.51. num.16. verſ.
& ex abundanti, & num.21. Ger. Spin. conſ.52. numer.2. &
ſeq. Cabal. conſ.142 num.123. & ſeq. lib.1. Giouagn. conſ.34.
n.35. ad medium lib.2. Faber. lib.7. definit.14. gloſ. 5. Bar-
bat. de aſſiſtentia gloſ.7. num.90, Rota coram Card. Caua-
naler. deciſ.5. n.4. & in Ariminen. domus 22. Iunij 1640. co-
ram bon. me. Card. Panzirolo, & in Romana Palatij 3. De-
cemb. 1646. coram R. P. D. meo Cerro impreſſa penes Mer-
lin. de Pignor. dec.134. n.4:*

16 Quæ concluſio probatur etiam euidenti ratione, quan-
do enim per Conſtitutum acquiritur poſseſsio Donatario,
poſsidet Donans, & ſic poteſt conſtituere ſe poſsidere ad
illius fauorem; Quando verò poſseſsio tranſire debet à pri-
mo Donatario in ſecundum, vel vlteriorem vocatum, &
tunc cum Donans amplius non poſsideat, ſed poſsideat pri-
mus Donatarius, Donans non poteſt amplius conſtituere
ſe tenere, & poſsidere illa bona, quæ per poſseſsionem na-
turalem à primo Donatario apprehenſam, deſierat natura-
liter, & ciuiliter poſsidere, vt inquit *Guidop. d. deciſ.512. nu.
1. verſ. tum etiam quia, & per totam, & etiam aduerterunt
Bertrand. in d. conſ.276. num. 4. poſt med. verſ. tum etiam
quia lib.1. par.1. Alciat. d. conſ.3. n.3. & ſequen. lib.8. Franc.
Veg. d. conſ.51. num.16. verſ. & ex abundanti & nu.21. Ger.
Spin. d. conſ.51. num.6. verſ. Bertrand. pariter.* Ideoque in
caſu iſto ad hoc, vt poſseſsio tranſire poſsit in ſecundum
Donatarium, vel Fideicommiſsarium, opus eſt, vt primus
poſtquam poſseſsionem acquiſiuit, ſe conſtituat poſsidere
nomine ſecundi, vt aduertit *Giouagn. d. conſ.31. verſ. adda-
tur prædictis in fine lib.2.*
17 Non obſtant Doctores, & deciſiones ad probandum
contrarium allegati, nam *Tiraq. de Conſtitut. ampliat. 12.
Menoch. conſ.139. n.8. & 30. Poſth. obſeruat. 11. n.10 & Ro-
ta deciſ.445. n.1. par.4. recent.* firmant dumtaxat, quod poſ-
ſeſsio, quæ fuit penes Conſtitutatum, ſuffragatur etiam
illius hæredi, quod nihil commune habet cum caſu, de quo
agitur.
18 *Deciſiones verò 437. num.1. coram Greg. XV. & in Ro-
mana Horti 18. Februarij 1630. coram bon. mem. Pirouano
& in Fanen. ſeu Senogallien. bonorum ſuper immiſſione 14.
Martij 1646. coram R. P. D. meo Meltio §. Sereniſſimæ, in
fine,* loquuntur in materia inueſtiturarum feudalium,
& emphiteuticarum, in quibus concurrit diuerſa ratio, cum
Dominus Directus ſemper retineat penes ſe poſseſsionem
Ciuilem, quæ, Emphyteuta, vel Feudatario defuncto, ipſo
iure ad ſe trahit naturalem; Vnde non mirum, ſi Conſtitutũ
appoſitum in inueſtitura obligans omnes ſucceſsores Do-
mini Directi, operatur ſuum effectum ad fauorem omniũ
compræhenſorum in illa, cum id fiat virtute veræ poſseſsio-
nis ad Dominum Directum reuerſæ ipſo iure per obitum
Emphyteutæ vel Vaſſalli in inueſtitura comprehenſi, quod
non contingit vigore Conſtituti appoſiti in donatione, vel
teſtamento, cuius vigore poſt obitum Donatarij, vel hæ-
redis poſseſsio non reuertitur ad Teſtatorem iam defun-
ctum, vel Donantem, vt bene diuerſitatem hanc conſidera-
tuit *Ger. Spin. conſ.49. num.34. & d. conſ.52. num. 7. verſ. re-
ſpondetur primo.*
19 Eadem ratione patet, non benè applicari in propoſito ca-
ſu de-

Digitized by Google

ſu deciſionem in *Mediolanen.de Porris 12.Februar.1598.*
coram Orano; quia cum in illo caſu Donans ſibi præſer-
uaſſet poſſeſſionem naturalem,& vſumfructum,& Dona-
tarius, viuente Donante deceſſiſſet,clauſula Conſtituti be-
ne potuit ſuffragari Subſtituto, dum tempore obitus primi
Donatarij poſſeſſio adhuc reſidebat penes Donantem, nec
vſque tunc in aliam perſonam fuerat tranſlata,prout trans-
lata fuerat in caſu,de quo agitur; Vnde ſecundus Donata-
rius ob prædeceſſum primi dici poterat Primus, dum in eo
Conſtitutum adhuc non effectuatum prima vice ſuum ef-
fectum habebat,vt ſenſit *Corn. d.conſ.173. ſub n.26.ante fi-*
nem verſ.quod d.Rector lib.2.
20 Hinc patet non poſſe fieri fundamentum in authoritate
*Cutelli de donat.tract.2.diſcept.1.ſpec.17.num.52.*cum ip-
ſe ſe fundet in ſola Donantis, vel diſponentis voluntate, &
quæſtio, de qua agitur, tota pendet à poteſtate. Poſtquam
enim Donans poſt adeptam poſſeſſionem per primum Do-
natarium amiſerat poſſeſſionem ciuilem,& naturalem,im-
poſſibile eſt, illam verè, vel fictè potuiſſe transferre in ſe-
cundum, vt benè admonet *Guidopap.d.deciſ.512. verſ.re-*
ſtat videre, vſque ad finem; quem ſecuti fuerunt alij ſupe-
rius allegati.
Nec anteriorem poſſeſſionem D. Ducem acquiſiuiſſe,
cenſuerunt Domini de bonis, quorum poſſeſſionem acce-
pit dicto D.Cardinale iuniore viuente, & poſſidente,ſcili-
21 cet 28.Ian. Tum quia talis poſſeſſio eſt improbata à lege
l.meminerint,& l.ſi quis C.vnde vi, Rota deciſ.106.nu.2.
par.1.rec.cum alijs cumulatis per Gratian.diſcept.571.n.1.
cum ſeqnen.& diſcept.899.num.2.& ſeq. Tum etiam quia
mandatum, cuius vigore illam apprehenderat, erat condi-
tionale,videlicet,cum clauſula, *Dumodo poſſeſſio ſit vacans*
ſine præiudicio poſſidentium,& habentium meliora,& po-
22 *tiora iura,& non alias &c.*Quæ cum non eſſet vacans,ſed
plena apud D.Cardinalem,illius vigore D.Duci nulla poſ-
ſeſſio manutenibilis fuit acquiſita, *Rota deciſ.513.n.3.p.1.*
rec.Greg.XV.deciſ.332.n.4.& 5.& ibi Adden.n.6.& de-
ciſ.144.n.5.apud Zacch.de oblig.cam.Cavaler.deciſ.629.
n.9.cum alijs relatis per Poſthium obſ.50.n.3.
Eiſdemque rationibus ſuffragari non potuit poſſeſſio
per eundem adepta poſt eiuſdem Cardinalis Iunioris mor-
tem vigore mandatorum cum eiſdem clauſulis obtentorũ;
nam illa de maiori parte bonorumq; adepta ſub diebus 31.Ia-
nuarij,ac prima,tertia,& quinta Febr.fuit poſterior poſſeſ-
ſione acquiſita D. Domitillæ ante horam vigeſimam pri-
mam cum tribus quartis diei 30. Ianuarij, & ſic tunc tem-
poris poſſeſſio non erat vacans, Alia verò capta eadem die
30 Ianuarij de Vinea, Palatio, Domibus, & Hoſpitijs ad
Sanctam Mariam Maiorem,& de Caſalibus,cum Anima-
libus in illis exiſtentibus ſitis extra Portam Flaminiam, ac
de bonis Narniæ ſimiliter erat plena, & apud eandem D.
23 Domitillam, quod patet, tam ex appoſitione certi tempo-
ris, quò illa fuit acquiſita videlicet ante horam vigeſimam
primam cum tribus quartis,quod facit præſumi illam fuiſſe
anteriorem poſſeſſione D. Ducis carente hora. *Rota deciſ.*
49.n.2.impreſſa poſt tract.de manutent. & coram Merlino
*deciſ.14.n.3.*Quam etiam ex tempore, quo D.Dux notitiã
habuit obitus D.Cardinalis Iunioris,ſcilicet hora vigeſima
ſecunda circiter, vt probant Teſtes pro eo examinati; Et
cum poſt ſcientiam obitus in dicta hora interceſſerit aliud
tempus, ſcilicet examinis iſtorum, & aliorum Teſtium e-
xaminatorum ſuper legitimatione ſuæ perſonæ, & purifi-
catione conditionum fideicommiſſorum, petitionis man-
datorum, illorumque confectionis, & expeditionis, ac iti-
neris ab officijs Banchorum,ad S.Mariam Maiorem,ad di-
cta Caſalia exiſtentia vltra Primam Portam, & Ciuitatem
Narniæ, impoſſibile redditur poſſeſſionem D. Ducis ade-
ptam de dictis bonis poſt Cardinalis obitum,præceſſiſſe ac-
quiſitionem poſſeſſionis D.Domitillæ.
Nec poſſeſſio capta per D.Ducem ſuſtineri valet in vim
facultatis capiendi bona fideicommiſſaria propria auctori-
tate,quia in Teſtamento, & Donatione factis à dicto Epi-
ſcopo ad fauorem Federici, & Secundo geniti illius reſpe-
ctiuè talis facultas non legitur; illa verò in alijs donationi-
24 bus conceſſa D.Dux vti non potuit; Tum quia D.Domi-
tilla hæres grauati iam adiuerat, & in poſſeſſione reperie-
batur, *Mareſcot: variar.reſolut. cap.1 num.29.lib.1.Rota*
deciſ.276. num.5.par.2.recent. & coram Penia deciſ.800.
nu.4.& deciſ.801.n.3.
Tum etiã quia cũ ex ſola lectura Donationum,& Teſta-
mẽtorum non reſultaret probatio notoria, circa legitima-
tionem perſonæ D.Ducis, & euentum conditionis fidei-
commiſſi ad ſui fauorem, ſed egeret probatione extrinſeca
ab illis,talis probatio facienda erat, citata D.Domitilla hæ-
25 rede,& poſſeditrice, non obſtante dicta facultate conceſſa
vocatis *Aretin.conſ.32.n.1.& 2.cum alijs allegat.per bon.*
mem.Argelum de legitim.contradict.q.2.ar. 10.num.246.
& 267.
26 Tum demum,quia D.Dux non probauit negatiuã,quod
ſcilicet D. Domitilla nullum alium titulum haberet in di-
ctis bonis,nullæq;illi competerent detractiones,ſaltem oc-
caſione impenſarum, ſeu melioramentorum, ſolutionis
æris alieni fideicommittentium,impenſarum funerum, &
ſimilium,quæ ad effectum manutenendi hæredem grauati
contra fideicommiſſarium,qui,eo non citato,poſſeſſionem
inuaſit, competere, præſumuntur *Rot.dec.520.num 15 &*
16.par.1.diuerſ.Greg.deciſ.105.nu.12. Mareſcott. variar.
reſolut.dicto cap.1.num.33 & ſeqnen.lib.1.Hodiern.ad de-
ciſ.Surd.333.num.8.in fine.
Quinimmò,cum ex pluribus Inſtrumentis,& ex alijs iu-
ribus oſtenſis pro D.Domitilla,datus fuerit magnus fumus
de ſolutionibus æris alieni factis per Federicum hæredem
grauatum in ſumma notabili,de melioramentis,de emptio-
nibus ſtabilium,propè bona, quæ prætenduntur fideicom-
miſſaria,de exiſtentia,& introductionibus animalium om-
nium ſpecierum,& mobilium,& ſuppellectilium in Caſtris
Tenutis,& Prædijs, de quibus agitur, factis pro tempore à
Grauatis, à quibus D Domitilla cauſam habet,per D. Du-
cem occupatis,iuſtum,& æquum non eſt, quod D. Domi-
27 tilla hæres illorum teneatur, illa accipere de manu fidei-
commiſſarij,*Pariſ.conſ.54.n.50.lib.3.Roland.conſ.78.n.20.*
verſ.& eo magis lib.2. Surd. deciſ.333.ſub num. 19. verſ.
oblatio item.
Et vlterius oſtenſa quoq; fuit anterior obligatio Cardi-
nalis Senioris,de donando liberè D.Federico Patri D.Do-
mitillæ,contẽplatione matrimonij celebrãdi cũ D.Pulche-
ria Vrſina,Caſtrũ iuriſdictionale,& tot alia bona,libera ab
omni onere,quę redderent annua ſcut.3000.& non minus,
quæ obligatio, licet pro parte D. Ducis dicatur adimpleta,
mediante donatione Caſalium ſitorũ extra Portam Flami-
niam ab eodem Card. Seniore poſtea facta eidẽ Federico,
28 nihilominus,cum valdè dubitari poſſit,an d.donatio poſtea
facta,ex aduerſa cauſa de rebus diuerſis,cum onere perpe-
tui fideicommiſſi tranſitorij etiam ad extraneos,& abſq; vl-
la mentione præcedentis promiſſionis de donãdo, dici poſ-
ſit facta in adimplementum dictæ obligationis de donando
liberè,vel fuerit noua donatio,ex deductis *in dec.262.n.1.et*
2.in fin.par.2.diuerſ & in Rom Legati ſcut.50.mil.16.Ian.
1640.§.tertia oritur,coram me, interim poſſeſſio bonorum
per D.Cardin. Seniorem obligatorum,à D.Domitilla non
citata auferri non poterat, *Greg.XV.dec.185.nu.1.Mant.*
dec.194.n.6.Mariſcott.var.reſol c.1.n.35.lib.1.
Nec releuat, quod iura pro iuſtificatione dictarum de-
tractionum non fuerint producta in actis,illæq; prætendã-
tur conſumpta,vel illiquidæ,ſtantibus præſertim omiſſione
Inuentarij,& alienationibus allegatis pro parte D.Ducis.
Quoniam ſatis eſſe, reſponderunt Domini, quod poſt
purgatũ ſpolium dicta iura poſſint produci,& de inuenta-
rio doceri, aſſertaq; conſumptio contrarijs probationibus
elidi, vt propterea detractionum incompetentia dici non
29 valeat indubitata,ſed vti altiorem requirens indaginẽ,poſt
manutentionem diſcuti debeat, vt dictum fuit *in Roma.fi-*
deicom. de Capizuchis 10. Aprilis 1606. coram Cardin.
Lancelloto, impreſſa inter recent.dec.115. ſub num.12.par.
1.& in eadem coram eodem, 5.Iunij eiuſdem anni impreſſ.
poſt controuerſ. Ciriac.12.nu.2. & in Senogallien. Succeſ-
ſionis 29.Ianuar.1652.§.penult.coram Emin.D meo Card.
Corrado,& in Bonon.fideicom. de Barbettis 19.Iunij 1654.
§.finali coram bo.me.Bichio.
Denique Dominis non viſum fuit, ſubſiſtere, quod D.
Domitilla ſe habuerit pro ſpoliata, ex quo, per menſem di-
ſtulit recuperare poſſeſſionem naturalem Bonorum, quæ
30 à D. Duce fuerunt occupata, Tũ quia,ſtante lite contra eã

Incontinenti mota, non poteſt acquieſcentia conſiderari,
*Rot.dec.78.n.10.in fin.par.6.recent.& in Romana Domus
6.Februar.& 14.Iunij 1640 coram Card.Panzirolo*, Tùm
etiam quia dum D.Domitilla, poſt Monitorium ab eodem
D.Duce obtentum, & contra eam executum fuerat prohi-
bita, nè ipſum in dicta poſſeſſione moleſtaret; ob reueren-
tiam, quam erga Iudicis præceptum habuit, donec, eo adi-
to, manutentionem obtinuit, de negligentia redargui non
debet. Maximè, cum dicti Monitorij ſpretus de vitio ſpolij
notari forſan potuiſſet à D.Duce, vt dixit *Rota coram Pu-
teo dec.8. vt lite pendente, incipien. poſt monitorium &c. in
manuſcriptis, Lancellott. de attentat.lit.penden.par.2.cap.
4.nu.150.in præfationibus.*

31 Vltrà quod cum ſola opinio, quam quis habet de maiori
potentia ſui Aduerſarij, excludat animum dimittendi poſ-
ſeſſionem ex ſilentio per aliquod temporis ſpatium præſū-
ptum, *vt ex Innocent.in cap.querelam num.4.de election.*&
alijs dixit *Rota in Ciuitatis Plebis Penſionis, 5.May 1645.
coram bon.me: Bichio, & in Sipontina Penſionis 8. Aprilis
1647.§.non obſtat, circa finem coram bo.me.Peutingero.* Si
Domina Domicilla Vidua, orbata fratribus videns, à pro-
ximiori, & ditiori Conſanguineo ſe turbari, maiora damna
timens, vias beneuolas Magnatum opera (vt etiam Domi-
nis innotuit) pertractatas in dicti temporis interuallo fuit
amplexa, non ex hoc dici poteſt, geſtis per D.Ducem in ſui
præiudicium acquieuiſſe; cum non dicatur acquieſcere, qui
cupiens lites euitare, Amicorum, vel Magnatum auctori-
tate, quod ſuum eſt, vel ſibi debetur, abſque lite curat obti-
nere, quinimò potius ex his arguitur animus non dimitten-
32 di, ſeu renunciandi, qui nè dum ex quolibet actu, ſed ex ſo-
la opinione, licet à veritate aliena, elicitur, vt dictum fuit *in
d.Sipontina Penſionis §. non obſtat, in fine coram bo.mem.
Peutingero.*

Et ità vtraque &c.

R.P.D. Veroſpio Romana prætenſæ Filiationis.
Veneris 22. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

Probationes pro filiatione iuſtificanda quæ requirantur, & ex adductis hic quænam reſpuantur. Senex quando poſſibilitatem generandi haud retineat.

SVMMARIVM.

1 *Filij vulgo concepti nequeunt aliquem certum in patrem aſſumere.*
2 *Senex ſexagenarius procreare non præſumitur, & num.5. contra n.11.*
3 *Filius adſcribitur potius Iuueni, & amaſio, quàm ſeni, & num. 13.*
4 *Filiationis quaſi poſſeſſio ex quibus requiratur, & contra quem, & quando non ſuffragetur n.7.8.9.*
10 *Filiationis coniectura deſumpta à libri baptiſmatis deſcriptione non iuuat, niſi probetur, deſcriptionem fuiſſe factam de iuſſu prætenſi patris.*
12 *In iudicijs accidentia ſecundum natura curſum inſpici ſolent.*
14 *Filiatio quando vrgentibus probationibus debeat probari.*
15 *Paupertas pro conſequendis alimentis in lite eſt probanda.*

DECISIO XXXVII.

Lite in hoc Sac. Auditorio inſtituta, atque vertente inter
Mattheum, & Eugeniam agentes pro alimentorum
præſtatione in bonis q. Io: Baptiſtæ Veralli Marchionis Ca-
ſtri Viſcardi prætenſi eorum Patris naturalis aduerſus Do-
minam Marchioniſſam Mariam eiuſdem Io: Baptiſtæ filiā
legitimam, & naturalem necnon beneficiatam ab inteſtato
hæredem, poſt habitas plures hinc inde probationes dubita-
ui, an filiatio Mathei, & Eugeniæ ſufficienti probationum
genere concludatur, & in negatiuam poſt cauſam bis pro-
poſitam hodie DD. iuere ſententiam: ſiquidem conſtat ex
Teſtibus pro parte Marchioniſſæ productis, Angelam Mat-
thei, & Eugeniæ matrem Io: Iacobo Ferrario, florida tunc
fruenti ætate, ac publico quæſtui expoſitam, extitiſſe; Hinc
1 enim filij ex Angela progeniti vulgo concepti cenſentur,
neque ratione incertitudinis Marchionem Io: Baptiſtam
potuerunt, proinde in patrem aſſumere *tex. ex. in l.vulgo
concepti, ff.de ſtat.homin.§.ſi aduerſus inſt.de nupt. §.vulgo
quæſitos inſtit.de ſucceſſione cognat. not. DD. in l.filium, ff.
de his, qui ſunt ſui, vel alien.iur. & ibi Bald. num.11. Al-
ber.num.13. Alex conſ 157.num.1. & 2.lib.2. Natt.conſ.
205.num.2. & 3. Rota coram Mantic.deciſion.149.numer.
10. & 11. & deciſ.289. num 2. cum ſeqq.par.1. recent. & in
Romana Filiationis 1.July 1639.§.& quidem prima coram
Reuerendiſſimo Salamantino, & in Farſen.Bonorum 23.Ia-
nuarij 1647. in §.eo magis coram Eminentiſſimo Domino
meo Cardinali Corrado*, licet eundem Ioannem Bapti-
ſtam comercium carnale cum Angela exercuiſſe probetur.
2 Dum enim pro creationis præſumptio in ſene ſexagenario
ex diſpoſitione iuris excluditur de qua in *l.ſi pater familias
§.vltimo ff.de adopt. Menoch.de arbit.caſ.89.num.58.cum
ſeqq Maſcard.de probat.concl.788.numer.43. & 45.* habi-
3 ta prolis ſuſceptio non quidem Marchioni ſeptuageſimum
tertium ætatis annum agenti, ſed potius Io: Iacobo Ferrario
valdè formoſo, ac in ætate iuuenili tunc conſtituto, necnon
Angelæ, cum qua ſimul viuebat, prædilecto adſcribitur, vt
in terminis notat *Fulgoſ.conſ.212.num.4. Soccin.ſen.conſ.
65.num.2.lib.3.Giouag.conſ.6.nu.42.cum ſeqq.lib.1.Surd.
deciſ 83.num.17.verſ.demum.*
4 Hinc vrgere non poterit quod Marchio, Mattheum, &
Eugeniam in filios, vt prætenditur agnouerit, necnon eos
in pluribus Epiſtolis filiorum nomine appellauerit, ac ipſis
alimenta præſtiterit; præterquam enim quod Epiſtolæ ne-
gantur ex aduerſo recognitæ: Hi actus licet quaſi poſſeſ-
ſionem filiationis aduerſus agnoſcentem in filios, atque
eiuſdem hæredes regulariter inducere conſueuerint, vt
aduertit *Menoch. de præſumpt.lib.6. præſumpt.53. num.23.
Gratian.diſcept.forenſ.653. num. 72.* & alijs relatis iuribus
reſponſum fuit in *Viterbien.fideicommiſſi 2.May 1653.co-
ram me*, in propoſito tamen caſu Inefficaces exinde cen-
ſentur quod Marchio blanditijs ſagacis Mulieris, cum alijs
5 pariter ſe carnaliter commiſcentis, deceptus conuincitur,
poſtquam is in ſenili ætate conſtitutus, nec non mala vale-
tudine correptus, pro ſuſcipienda prole inhabilis extitiſſe
præſumitur, vt aduertit *Fulgoſ.conſ.212.num.1. Parij.conſ.
29.num.76.cum ſeqq.lib.2 Menoch.conſ.81.nu.2.Giouagn.
conſ.6.num.50.lib.1.Surd.deciſ.83.nu.21.* Accedente præ-
6 ſertim iterata confeſſione Ferrarij quod ijdem met filij fue-
rint ex ipſo progeniti, vt ponderat *Alex.in conſ.157.nu-
mer.1.lib.5.Surd.in adducta deciſion.83.nu.6. verſ.pro ad-
uerſa autem parte.*
7 Præterea filiationis quaſi poſſeſſio ex tractatu, ſeu deno-
minatione elicita in hoc deciſorio filiationis Iudicio nulla-
tenus poſſet ſuffragari, vt notat *Couar.de ſponſ par.2.cap.8.
in 3.§.num.6.Rot.coram Mantic.deciſ.149.nu.8. & in de-
ciſ.289.num.2. cum ſeqq.par.1.recent.& in Romana filia-
tionis prima Iuly 1639. in §.ea motiratione verſ. quando
verò coram Reuerendiſs.Compoſtellano, & in Farſen.Bo-
norum 23.Ian.1647.in §.Hæ tamen coram Emin.D.Card.
8 Corrado*; Vrgentibus potiſſimè coniecturis in contrarium
in propoſito caſu, vt aduertit *Surd.deciſ.83.n.21.* quicquid
9 dicen. foret in alimentis lite ſuper principali negotio pen-
dente petitis, tunc enim probationes leuiores admitti ſolēt,
vt dixit *Rot.in adducta deciſ.289.nu.1.par.1.rec. & in Ro-
mana filiationis 1.July 1639. coram Reuer.Salamantino.*
Hinc pariter altera filiationis præſumptio ex deſcriptio-
ne in libro Baptiſmi, ſub cognomento Veralli deſumpta
penitus arcetur: Quinimo nec ipſa deſcriptio, dum iuſſu
10 prætenſi Patris non probatur expleta, pro coniectura fi-
liationis poterit deſeruire, vt aduertit *Lancellott. Gallia
conſ.15.nu.105.verſ. Præterea Capic.latr.dec.166.nu.52.
Rot.in Romana de Boncllis 29. Nouembris 1614. coram
Vbaldo.*
11 Non etiam videtur vrgere, quod ſenes ſeptuageſimū li-
cet annū explentes prolem aliquādo ſuſceperint, vt teſtatur
*Menoch.de arb.caſ.89.n.57.cū ſeqq. Roſa deciſ.20.n.25.&
26.p.5.rec.* Poſtquam enim inter caſus rarò contigentes ſo-
let hic recenſeri poſſibilitas generandi, perſpecta diſpoſitio-
ne iuris contrarium præſumentis, inefficax propemodum
tepu-

Digitized by Google

rèputatur niſi claris, ac euidentibus probationibus eadem
12 concludatur; In Iudicijs quippe accidentia ſecundum naturæ
curſum inſpici ſolent, non autem quæ raro ex poſſibilitate
contingunt, vt aduertit *Menoch. in contrarium ex
aduerſo adductus d.caſu 89.numer.58.Soccin.ſen.conſ.65.
num.2.lib.3.Pariſ.conſ.29.num.50.vol.2. Purpur.conſ.302.
in fine Giouagn. conſ 6.num.53.lib.1. Surd.deciſ.53 nu.21.
in fin.& 22.* Quinimo ex libero omnium, ac Io:Iacobi Ferrarij
præſertim, ad Angelam acceſſu, pænitus remouetur
13 obiectio. Ex ipſo namque in ætate florenti tunc conſtituto
filij concepti præſumuntur, vt in ſpecie ponderat *Giouag.
in dicto conſ.6.* cæterique ſupra relati, quicquid dicendum
foret ſi Angela ſub ſchemate concubinatus, excluſu cæterorum
acceſſu, à Marchione retenta fuiſſet.

In hanc prætęrea ſententiam DD. facilius inclinarunt ex
maximo inueriſimilitudinis concurſu, quod Marchio Senio
penè confectus tribus continuis in annis prolem ſuſceperit,
cum tamen Angela antecedenter ab ipſomet Marchione
ſub ſchemate concubinatus per diuerſa tempora in
Caſtro retenta, nunquam ibidem concepiſſe probetur.
14 Dum itaque gignendi potentia tum ex naturali ratione,
tum ex præſumptione Iuris in ſene, vt plurimum excludatur,
vrgentibus proinde probationibus, filiatio hæc debet
omnino probari, vt notat *Menoch de arbit. d.caſ.89 num.
64.Surd.deciſ.83. num.27.&c.*

Et ita pro excluſione filiationis, necnon alimentorum
15 denegatione fuit hodie reſponſum, cum maximè paupertas
ex aduerſo non probetur, vt notat *Gratian. diſcept. forenſ.cap.552.
num.12.& reſpondit Rota coram Andr. deciſ.84.num.1.& 5.* cum alijs relatis in *Toletana matrimonij
1.Februarij 1649 in 1.§.coram Eminentiſſimo D.Card.
Corrado*, vtraque &c.

R.P.D.Albergato Ferrarieñ. Decimarum.
Veneris 11.Ianuarij 1658.

ARGVMENTVM.

Decimæ ſpirituales quomodo diſtinguantur à decimationibus
temporalibus; & ex quibus priuilegis verbis cenſeatur
illis derogatum, adeò vt exemptio ab iiſdem, vnà cum derogatione
c.nuper de decim. inſurgat.

SVMMARIVM.

1 *Pontifex poteſt eximere perſonas particulares à ſolutione decimarum.*
2 *Decima ſecundum germanam ſignificationem importat decimam ſpiritualem. declara ve n.4.11.12.14.*
3 *Verba ſemper ſunt accipienda, & intelligenda ſecundum ſuam propriam ſignificationem.*
5 *Decimæ omnes comprehenduntur ſub verbis vniuerſalibus.*
6 *Decimarum exiſtentia quomodo probetur.*
7 *Obſeruantia remouet omnem difficultatem: & ſi ſit proxima conceſſioni oſtendit, qualis fuerit intentio concedentis, & quid in conceſſione fuerit comprehenſum nu.8.*
9 *Interpretatio non eſt ita reſtringenda, vt à propria verborum ſignificatione recedatur declara n. 10.*
13 *Conceſſio ob benemerita non eſt reſtringenda, ſed eius verba intelliguntur ſecundum propriam eorum ſignificationem.*
15 *Epiſcopo debetur quarta, & decima Parochis.*
16 *Decimæ, quæ exiguntur in quota dicuntur ſpirituales; quæ autem in certa quantitate a..untur laicales.*
17 *C. nuper de decim. derogatio quando non ſit neceſſaria.*

DECISIO XXXVIII.

EX duplici potiſſimum capite reſolutum fuerat *ſub die
26.Maij 1656.coram me* Decimas deberi Eminentiſſimo
Cardinali Pio Ferrariæ Epiſcopo, & Parochis cum ipſo
informantibus, quia ſcilicet derogatum non fuerat. *cap.
nuper*, & quia exemptio poterat intelligi de decimis temporalibus,
& prophanis: Verùm hodiè exhibito per Dominos
de Bentiuolis toto contextu exemptionis, Domini re-
1 ceſſerunt à deciſis, exiſtimantes priuilegium ſuffragari,
quia cum de poteſtate Pontificis eximendi particulares
perſonas à ſolutione Decimarum dubitari non poſſit. *Henric.Boich.in
cap.peruenit 5.n.13. de decim. Menoch. conſ.
276.numer.1.Couar.variar.reſolut.lib.1 cap.17. numer.9*
& admiſit paſſim *Rota in deciſionibus* recenſitis *in Cracouien.Decimarum
21. Maij, & 4. Iulij 1640. coram Reuerendiſſ.Dom.meo
Decano.*

Eiuſdem voluntas in præſenti deſumi viſa eſt ex lectura
priuilegij, in quo Marchio Entius, & ab eo cauſam habentes,
abſolutè, & ſimpliciter à ſolutione decimarum eximuntur,
& ſic à Decimis ſpiritualibus, cum verborum *De-*
2 *cimæ*, ſecundum germanam, & propriam vocis ſignificationem
decimas ſpirituales importet, vt in his terminis tradit.
*Add.ad ſan.mem. Gregorium deciſ.404. ſub littera B.
verſ propriè tamen loquendo. Rota in Ferrarien. Decimarum*,
quæ eſt *deciſ.684.numer.2.part.2.deciſ. 128. num.7.
& deciſ 180 num.17. par.7.recent. Mediolanen.reſciſſionis
permutationis 21 Maij 1591.coram bo.mem.Cardinali
Pamphilio, & in Albigauen.Decimarum 25.Iunij 1627.
§.quia ſuit, verſ. Ex proprietate enim verbi Decimarum
coram bon.mem Cardinali Virili*: Ad differentiam laicalium,
quæ verè non ſunt Decimæ, ſed decimationes propriè
appellari debent, vt aduertit. *Bald.conſ.419.ſub nu.1.
verſ.Sed ſi deſcendum lib.1.Bertazzol.conſ.ciuil.17.num.
16 & ſeqq.Barboſ.de offic.& poteſt. Epiſc.part.3.alleg.121.
num.3.Rota dicta deciſ. 684. num.2 & in Toletana Decimarum
de Capilla 2.Martij 1648.§ Vtrumq; enim coram*
3 *R.P.D. meo Veroſpio.* Et verba ſemper quando congruè
fieri poteſt in proprio ſignificatu ſunt accipienda ad *Text.
in l.cum lege 26.ubi notat Aretin.ff. de teſtam. Abb.in cap.
ex parte 27.numer.3. & 4 de decimis, Pariſ conſ.22.num.
6.volum.4.Couar uariar.reſol.lib.3. cap.5. ſub num.8. in fine
uerſ. ſed tamen etiam in his Rota coram Buratto deciſ.
279. num.11.*

Concurrente præcipuè verborum generalitate prægnan-
tia, & geminatione, vt in indulto ibi. *A cuiuſuis Canonis,
Cenſus, Liuelli, uſus taxati, quã nõ taxati, aut cuiuſuis repoſitionis,
recognitionis, ac media quarta Decimæ, aut alterius
cuiuſuis fructuum partis ſolutione, præſtatione, & contributione,
ſeu alijs quibuſcumque, & quacumque etiam authoritate
Apoſtolica, &c. etiam motu, ſcientia, & poteſtate paribus,
& cum quibuſuis clauſulis, & decretis etiam irritantibus,
& derogatoriarum derogatorijs, ſeu alias quomodolibet,
& quauis cauſa etiam quantumuis pia, iuſta, & rationabilis
factis, &c. penitus eximentes, & liberantes &c.*
4 quæ ſine dubio decimas ſpirituales comprehendunt *iuxta
conſ. Deci.113.num.3.4.& per tot. Io:Baptiſta Ferrett. conſ.
102.num.10.& ſeqq Surd.conſ.140. num.66.lib.1. Guttier.
Canonic.quæſt.lib.2.cap.21. num.126. & conſ.5:num.15.&
per tot. Rota in Cartaginen. Decimarum apud Leon. Theſ.*
5 *for.Eccleſ.par.2. cap.27. ſub numer. 71.* & quod ſub verbis
vniuerſalibus omnes decimę comprehendantur *in Lodien.
Decimarum 22. Aprilis 1652. §.non obſtat quod Capitulum
coram R.P.D.meo Meltio.*

Hæcque interpretatio tanto facilius fuit admiſſa, quia
licet in diſtrictu Ferrariæ Decimas temporales exiſtere
6 probauerit Eminentiſſimus Cardinalis Pius, non conſtat
tamen quod in terris bonificatis tales Decimæ reperirentur;
Vnde priuilegium perneceſſe debet in ſpiritualibus verificari,
vt aduertit *Menoch.conſ.402.num.18.uerſ. & Canonicè
nullas alias, in puncto poſt Alciat.conſ.32.ſub num.
3.uerſ.ſecundo quia lib.1. Rota dicta deciſ.684. ſub num.1.*
7 *uerſ cum de tempore contractus par.1.recent.* Et obſeruantia
ſubſequuta omnem remouet difficultatem, cum enim à
tempore priuilegij nullæ fuerint exactæ decimæ in portione
DD.de Bentiuolis, ſed ſolum in alia parte; quę prioribus
8 Dominis fuit aſſignata, ex tali obſeruantia cõceſſioni proxima,
benè deducitur, qualis fuerit intentio concedentis, &
quid in priuilegio exemptionis fuerit comprehenſum, vt in
terminis decimarum poſt alios *Menoch.conſ.276.num.19.
Cancer uar.reſol.lib.1.cap.23.de decimis ſub n.34.uerſ.uerum
quicquid, Rota in Sancta Seuerina Decimarũ 28.Iun
1647.§.nihil obſtat, & 14.Ian.1650.§. Demum, verſ.prout
ſubſequuta coram Reu.D.Tarraconen.& in Rauennat.ſeu*

Digitized by Google

Ferrarien. Decimarum 5. Martij 1649. coram R.P.D. meo Melzo §. Accedit etiam.

Hinc euitatur ratio præteritæ reſolutionis, quod exemptio tanquam odioſa ſtrictè de ſolis temporalibus decimis ſit intelligenda, quia vltra quod non ità reſtringenda eſt in-
9 terpretatio, vt à propria verborum ſignificatione recedatur. *Dec. dict. conſ. 113. nu. 6. & 7 Surd. dicto conſ. 140. num. 65. verſ. & ideo dico, Ferdin. à Caſtropalao oper. moral. par. 2. tract. 10. diſput. 11. de decim. punct. 12. ſub num. 5. ad med. verſ. neque argumenta*, vbi quod licet priuilegium ſit interpretandum ſtrictè, tamen verba priuilegij in rigore ſaluari debent, & explicari ſecundum ſuam ſignificationem
10 rigoroſam. Reſponſum fuit id ſolum poſſe procedere in exemptionibus gratioſis, & generalibus ſuper acquiſitione omnium bonorum: Secus autem in oneroſis ad certa bona reſtrictis, & pro publica vtilitate conceſſis, & in noualibus, in quibus priuilegium facilè conceditur, cum nulli præiudicium inferatur, vt diſtinguit *Abb. in cap. dudum* 31. *ſub num. 1. de priuilegijs*, vbi in ſpecie ponderando exemptionem pro Terris non adhuc ad culturam redactis inquit Papam de facili concedere tale priuilegium, quia non tendit in graue præiudicium. *Rebuff. de decimis quæſt. 14. ſub nu. 31. in fine verſ. ſecus in nonalibus nondum factis Cancer. var. reſol. d. cap. 13. ſub n. 15. verſ. Eſtque ratio, Rota apud Caſſador. deciſ. 1. ſub num. 2. de priuilegijs.*

Ex facto etiam fundamentum illud remouetur cum expreſsè indultum fuerit quod verba non poſſint cõtra Marchionem Entium interpretari, ſed quatenus dubia eſſent in ſenſu fauorabili ſemper accipi debent ibi: *Che li preſenti Capitoli non ſi poſſino gloſare contro li Bonificatori, ma s'intendino liberamente, come ſi leggono, & ne' caſi dubij, s'intendano ſempre à ſuo fauore, &c.* Hinc enim ſequitur De-
11 cimas propriè de ſpiritualibus ad fauorem Bonificatorum eſſe intelligendas, non autem impropriè de prophanis per ea quæ tradunt in ſimilibus. *Alex. conſ. 45. num. 2. & ſeq. lib. 7. Rol. à Val. conſ. 43. num. 47. & 48. lib. 4.* & in proximis terminis de clauſulis contrarium iudicari prohibentibus. *Gonzal. ad reg. 8 gloſ. 66 num. 35. & ſeqq. Valenz. conſ. 151. nu. 12. lib 2. Rot. in Bononien. Archipresbyteratus 23. Martij 1648. Coram Eminentiſſimo D. Cardinali Corrado §. præſertim verò.*

Supradictis accedit cauſa exemptionis, quæ titulo valdè oneroſo conceſſa fuit in recompenſationem bonificationis publicam vtilitatem præſeferentis, pro qua ad finem deducenda, Domini de Bentiuolis ingentes expenſas, & maximum æs alienum contraxerunt cum onere montis Sixti,
12 quorum fructus ſoluere ipſi tenentur; præcedente autem titulo oneroſo priuilegium de decimis ſpiritualibus iure communi debitis interpretari debet *Rota coram Cardinali Seraphino deciſ. 1293. ſub num 1. & 5. verſ. verum decimæ, & in Ortolen. decimarum 16. Martij 1588. coram Orano.* Alias ſequi poſſet inconueniens, quod plus diſpendij, quam vtilitatis ex huiuſmodi bonis conſequerentur, vt conſiderat. *Text. in cap. conſultationi 33. in fine de priuilegijs, vbi Gloſ. verb. indulg.* exemplificat, dicens puta propter magnas expenſas, quas fecerunt, reducendo terram illam inutilem ad culturam, *& aduertit ibi Abb. ſub nu. 1. verſ. in gloſ. fin. Rebuff. de decimis quæſt. 14. ſub numer. 28. verſ. ac quæris.* Nam hoc idem operari debet oneroſitas
13 tituli, vt verba conceſſionis iuxtà propriam ſignificationem intelligantur, nec ſint reſtringenda, vt in conceſſione propter benemerita. *Surd. conſ. 140. num. 34 & ſeqq. lib. 1. Rota in Sarſinaten. feudi 22. Iunij §. præterea in hoc feudo in fine, & 18. Decembris 1645. §. ex quibus verbis coram bo: me: Dunozetto.*

Non obſtat quod verbum illud Decimæ tanquam poſitum inter alia onera merè temporalia debeat à præcedentibus, & ſubſequentibus declarari, vt in *præcedenti deciſione §. hacque exemptionis.*

14 Nam apparet ex ſupraſcriptis verbis priuilegij, quod imò decimæ fuerant inſertæ cum alijs verbis ſpiritualitatem denotantibus, ibi *ac media quarta decima, vel alterius cuiuſuis fructuum partis ſolutione*, quæ ſunt verba canonica, vt aduertit *Auguſtinus Bero. in cap. Raynutius 16. num. 162. & 168. verſ. decimoſeptimo iure canonum de teſtam.* & onera ſpiritualia, vt per *Lap. de Canonic. portion. cap. 2. n. 1. & num. 64. inter tract. magn. tom. 15. par. 2. fol.*
15 *mihi* 195. Nam quarta debetur Epiſcopo, & decima Parochis iuxta diſpoſitionem, *Text. in cap. conquerente 16. de offic. ordin. cap. de quarta 4. de præſcript. Ferrett. d. conſ. 102. num. 3. Mart. conſ. 12. num. 1. & 2. Menoch. d. conſ. 402. num. 21. & 22. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 86. num. 33. & ſeqq. par. 3. Rota coram Cardinali Caualerio deciſ. 648. num. 1. & in Beneuentana quartæ 24. Ianuarij 1650. coram bo. mem. Dunozetto in princ.* Et deſignant
16 quotam, & ſic propriè ſpiritualibus decimis conueniunt, quæ in quota ſoluuntur ad excluſionem laicalium, quæ in certa quantitate præſtari debent. *Curt. Iun. conſ. 177. nu. 6. Monet. de decim. cap. 2. num. 1. & ſeqq. Rota dicta deciſ. 684. num 2. par. 1. & deciſ. 128. num. 7. par. 7. recent.*
17 Et denique cum antè tempora priuilegij nullæ ex his bonis decimæ exigerentur, vtiquè neceſſaria non fuit derogatio *cap. nuper 34. de decim.* cum illius diſpoſitio habet locum in bonis decimari ſolitis, vt litteraliter apparet ibi. *Decimas perſoluant Eccleſijs, quibus ratione prædiorum anteà ſoluebantur*, & declarat *ibidem Hoſtienſ. num. 1. ante fin. verſ. ſoluebantur*, & contrarium nullo modo probatum fuit ex datis in Summario Eminentiſſimi Domini Cardinalis, Cumque in præſenti agatur de exemptione reſtricta ad certas perſonas, & bona ſpecialitèr expreſſa, ratione cuius tantum abeſt, quod Eccleſiæ Parochiales læſæ fuerint, & grauamen receperint, vt in eodem *Text.* dicitur ibi, *ne occaſione Priuilegiorum ſuorum Eccleſiæ vlterius prægrauentur*, quod imò ex ingentibus expenſis, ac immenſo labore DD. de Bentiuolis locupletatæ pingues decimas ex ea parte bonorum bonificatorum, quæ prioribus Dominis fuerunt reſeruata, perceperunt, & nunc etiam percipiunt, etiam ex hoc capite non viſa eſt applicabilis diſpoſitio *d. cap. nuper*, quia in Conc. generali de quo ibidem fit mentio ſtatutum fuit priuilegium Ciſterciensium, & Templariorum non habere locum pro bonis in poſterum acquirendis ibi: *Ne de cætero emant poſſeſſiones, de quibus decimæ debeantur Eccleſijs*, quia cognouit Concilium, quod multas acquirebant poſſeſſiones, & bona, & ob id grauiſſimum Eccleſijs Parochialibus præiudicium imminebat, vnde priuilegium reſtrictum fuit ad poſſeſſiones, quas tempore Concilij poſſidebant, vt declarat *ibi gloſ. & Rebuff. de decim. d. quæſt. 14 num. 42. Emanuel. Roderic. quæſt. regular. tom. 2. quæſt. 44. art. 4. ſub verſ. tertium vero tempus.*

Ex quibus priuilegium vti iuſtum, æquum, & rationabile infringendum non eſſe, ſed interpretandum vt comprehendat decimas ſpirituales, cum tam litera, quam ratio ibidem expreſſa huic caſui non applicentur, vt ſupra, reſolutum fuit, & recedendum à deciſis vtraque parte acerrimè informante.

R. P. D. Albergato Piſcien. Iuriſconferendi,
Lunæ 14 Ianuarij 1658.

ARGVMENTVM.

Beneficiorum collatio ſimultanea ex quibus excludatur. Et quando Prælatus diſtinguatur à Capitulo, vel illius membrum exiſtimetur.

SVMMARIVM.

1 *Verba* habeant, & pertineant *tribuunt proprietatem.*
2 *Collatio ſimultanea quando non competat.*
Prælatus non conſtituit, nec facit capitulum.
3 *Collatio ſimultanea non datur ei cui vna tantum vox competit.*
4 *Voces concurrentium quando computentur in capita*
5 *Nominatio ſpecialis quando cenſeatur facta ratione dignitatis, & præminentiæ.*
6 *Collatio ſimultanea ex quibus deſtruatur, & n. 7. 8.*
Confeſſio probat contra confitentem.
9 *Prælatus in Collatione beneficiorum non cenſetur ſibi, & ſucceſſoribus præiudicare velle.*
10 *Obſeruantia declarat, an collatio beneficiorum ſit ſimultanea, vel ſimplex.*

11 *Li-*

Digitized by Google

11 *Librorum partita non probant præſcribente; declara numer. 13.*
12 *Præſcriptio requiritur non autem conſuetudo ſufficit ad firmandum modum votandi contra Prælatum, & n. 14.*
15 *Obſeruantia interpretatiua attenditur etiam in declarandis conſtitutionibus, & litteris Apoſtolicis dubijs. amplia num. 16.*
16 *Obſeruantia interpretatiua, eſt attendenda etiam quamuis intellectus contrarius videatur de iure verior: etiamſi non ſit præſcripta.*
17 *Ordinario competit ius conferendi omnia beneficia in eius territorio exiſtentia, declara n. 18.*
19 *Iuris aſſiſtentia quo ad collationem beneficiorum quando non ſuffragetur.*
20 *Manutentio eſt danda ad terminos Poſſeſſionis in qua quis reperitur.*

DECISIO XXXIX.

DE bono Iure Capituli, & Canonicorum Eccleſiæ Collegiatæ Terræ Piſciæ conſtare dixerunt Domini (poſtquã prima vice in ſummariſſimo poſſeſſorio reſolutio capi nõ potuit) etiam ad effectum manutentionis in quaſi poſſeſſione conferendi omnia Beneficia illius Territorij, quod eſt nullius Diœceſis contra Præpoſitum eiuſdem Eccleſiæ, qui ad ſe dictum Ius ſpectare contendebat. Quia Ius, Capitulo competens, fuit à Pontifice extenſum ad omnia, & quæcũque Beneficia Territorij Piſcieñ, vt in Bulla, de qua mox, ibi, *Præpoſitus vna cum Capitulo, &c. prouiſionem, præſentationem & collationem, & ſingularum Eccleſiarum dicti Oppidi, & illius Comitatus &c. perpetuo habeant, ac illa ad illos pertineant*: quæ verba (cum Præpoſitus ſit vnus de Capitulo, vt infra demonſtrabitur) ſubſtantiam, & proprietatem Iuris conferendi Capitulo attribuunt, vt de his ver-
1 bis *habeant, & pertineant Rebuff. in l. verbum illud 181. in princ. ff. de verb. ſignific. Gratian. diſcept. 157. num. 20. Rota in Elboren. iuris conferendis 5. Decembris 1640. coram bo. me. Card. PanZirolo, & in Montiſalti beneficij 15. Decembris 1645. coram bo. mem. Bichio, §. nam quicquid.*
2 Nec Præpoſito (cui ſimultaneam cum Capitulo competere iure cautum non reperitur *Rota coram Pen. dec. 993. n. 5. & ſeqq.* ſimultaneæ collationis facultas attributa fuit ex verbis illis, *Præpoſitus vna cum Capitulo collationem habeant &c.* quia cum ſpeciali Bulla hanc Eccleſiam, & eius Territorium ab Epiſcopatu Luceñ diſmembrando Leo fel. rec. Papa X. in Collegiatam reduxerit, certumq. Canonicorum numerum, Archidiaconatum, Archipresbyteratum, & alias Dignitates ibi erigendo, diſpoſuerit, quod illæ *vna cum Præpoſito, & Canonicis præfatis inibi Capitulum faciant, & in eadem Eccleſia reſidere, & Diuinis intereſſe teneantur &c. Sum. vlt. Capituli n. 1.* manifeſtè patet Præpoſitum vnum ex Capitularibus fuiſſe conſtitutum, nec Superioris, aut Prælati in Capitulo perſonam repreſentare, ſed tãquam pars homogenea, & eiuſdem ſpeciei vnum corpus cum alijs perſonis Capituli conſtituere, alias vti Prælatus Capitulum inibi intrinſecè non feciſſet, iuxta *gloſ. in clement. 2. & ij, verbo in eiſdem, ibique Card. n. 13. de ætat. & qualit. Abb. in c. poſtulaſtis 15. n. 4. verſ. & hoc quando Prælatus, & n. 10. de conceſſ. præb. GonZ. ad reg. 8 Cancell. gloſ. 45. ſub n. 53. & ſeq. Azor. inſtit. moral. par. 2. lib. 3. c. 11. q. 17 fol. mihi 170. lit. B. Rot coram Put. dec. 116. in correct. lib. 3. Verall. dec. 153 nu. 3. lib. 1.* & in proximis terminis *in Ciuitaten. Presbyt. 3. Iul. 1645. § minus obſtat in fin. cor. Reuerend. D. meo Decano.*
3 Et proinde non poteſt idem Præpoſitus hodiè ſimultaneã prætendere cum Capitulo, cum ipſi vna tantum vox prout alijs in Capitulo interuenientibus competat *Abb. in d. c. poſtulaſtis 15. ſub n. 4. vbi Imol. n. 12. verſ. nam quando, & n. 15. verſ. Hoſtienſis dicit de conceſſ. præb. Lotter. de re benefic. lib. 1. q. 15. n. 37. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc p. 3. alleg. 73. ſub num. 18. ad med. Rota coram Baratto dec. 809. nu. 3. Cæſar auguſtana Canonicatus 16. Iunij 1653. ſub §. non obſtat duplex ſubreptio coram me, & 4. Febr. 1654. §. his tamen non obſtantibus coram bon. mem. Bichio, Maioricen. Canonicatus 27. Martij 1656. §. præterea, & 25. Iunij 1657*
4 *§. etenim coram R. P. D. meo Meltio*; quia, quando plures coniunguntur in vnum, non vt diuerſi, ſed vt vnum corpus, voces concurrentium computantur in capita *Felin. in cap. paſtoralis 14. ſub nu. 9. verſ. adde etiam textum, ibique Dec. n. 26. de reſcript. Rot. deciſ. 82. n. 9. par. 7. rec. & in Aquilana iuriſpatronatus 4. Iunij 1646. ſub §. tum quia argumentum coram Eminentiſſ. D. Card. Corrado.*
5 Hinc parum refert, quod Præpoſitus ſpecificè nominatus fuerit, quia ſpecialis nominatio facta cenſetur ratione dignitatis, & præheminentiæ, non autem ad effectum contradiſtinguendi, aut illum ſegregandi à Capitulo, in quo antecedenter fuerat incluſus, iuxta doctr. *Bart. in l. ſi ſeruus communis 37. num. 4. ff. de ſtipulat. ſeruor.* quam ſecutus eſt *Dec. in d. c. Paſtoralis 14. n. 28 de reſcript.* in puncto *Rot. in d. Montiſalti Beneficij 28 Iunij §. verum Domini, & 15. Decembris 1645. §. ſecundo quia coram bon. mem. Bichio, & in Meleuitana Parrochialis 4. Maij 1650 §. hinc obeſſe coram R. P. D. meo Veroſpio.* Quinimò, cum vti Prælatus diuinis intereſſe non debuiſſet, impoſita ſuper hoc neceſſitas ſatis demonſtrat, quod Capitulo interuenit tanquam Canonicus, punctatur ob abſentiam, mulctatur *Summ. hodierno Capituli n. 7.* & æqualiter cum cæteris officia Canonicorum exercet, vt in terminis ad hunc effectum ponderat *Rota coram Seraph dec. 474. ſub n 2. verſ. vltimò probatur. Modern. Aueniomen. reſol. beneſ. par. 2 c. 3. §. 11. nu. 3. verſ. Rota coram Seraph.*
6 Et hanc pertinentiam Iuris conferendi aliundè comprobari etiam Domini aduertebant, concurrunt enim collationes, factæ à Capitulo, abſente Præpoſito, & effectum ſuum ſortitæ, *eod. Summ. n. 9.* ex quibus deſtruitur ſimultanea, & totale Ius Capituli confirmatur *Abb. in d. cap. poſtulaſtis 15. n. 8. verſ. dic primo, & num. 14 de conceſſ. præb. Rot. in Caſalen. iuris conferendi dec. 124 ſub n. 2. verſ. ſed etiam quãplures Collationes part. 3. rec. coram Eminentiſſ. D. Card. Otthobono dec. 125. num. 4. & 5. dicta Elboren. iuris conferendi 1. Iunij 1640 §. non obſtat coram Reuerendiſſ. Compoſtellano, Imolen. Decanatus 1. Decembris 1651. coram R. P. D. meo Veroſpio § ſiquidem decanatum*; atque aliæ in præſentia Præpoſiti emanatæ, in quibus expreſſum fuit, omnimodam collationem Beneficiorum ſpectare ad Capitulũ,
7 *vt in eius Summ. num. 18. & ſeq.* quæ ſicuti plenum ius conferentis demonſtrant, ita ſimultaneam, & alterius perſonæ concurſum penitùs excludunt *gloſ. in clem. 1 in verbo omnimodam de for. compet. Socc. conſ. 43. n. 12. lib. 4 Rota dec. 39 n. 5. verſ. vnde ceſſat obiectum par. 3. rec. dicta Lucana Capellania 1. Iulij 1650. §. nec urget, & in Cracouien. iuris reſpondendi 23. Ianuar 1651. §. eo minus cor. bo. me. Bichio.*
8 Nihil obſtante, quod factæ præſumantur à Capitulo non priuatiuè, ſed animo ius ſuum Præpoſito conſeruandi; hoc enim procedere poſſet, niſi concurrerent illæ expreſſiones de totali pertinẽtia Capituli, de quibus ſupra *Moder. Peruſ. de manut. obſer. 73. n. 36. in fin. verſ. uel ſi haberet clauſulam* & quatenus collationes à Prælato factæ fuiſſent, ſecus autẽ quando à Capitulo fiunt; tunc enim, eo ipſo quod confert abſente Prælato, priuatiuè, non autem conſeruatiuè, dicitur conferre *Lotter. de re benefic. lib. 2. q. 21. n. 36.* Vel demum quando Præpoſitus fuiſſet in quaſi poſſeſſione conferendi ſimultaneè, aliàs ea circũſcripta, collatio Capituli nihil illi præſeruat vti Prælato, ſed totũ ius conferenti fuit acquiſitũ *Rot. in Oſcen. Archidiac. 10. Martij 1647. §. nec iuuat corã bo. me. Peuting. & 17. Maij 1649. §. quia cor. R. P. D. meo Veroſpio.*

Præterea, pro adminiculo iuris cõferẽdi excluſiuè quoad Præpoſitum ponderatæ fuerunt confeſſiones Prædeceſſorũ & ipſius met hodiè litigantis, qui apertè confeſſus eſt Capitulum eſſe ordinarium Collatorem, ſeque vnum de Capitulo, *eodem Summ. n. 18.* quæ confeſſio optimè probat contra
9 illum, cum alias non ſit veriſimile quod ſibi, & ſucceſſoribus præiudicare voluiſſet *Rot. deciſ. 665. num. 1. in fin. par. 4. rec & coram Eminentiſſimo Otthobono d. deciſ. 125. nu. 8. dicta Elboren. iuris cõferendis 5. Decembr. 1640. cor. bo. me. Card. PanZirolo, Comen. Capellania 27. Iunij 1648. coram bo. me. DunoZetto,* & inſuper Præpoſitũ à Capitulo mulctari vt ſupra, & nullam habere in illud iuriſdictionem (quidquid ſit in Canonicos vti ſingulos extra Capitulum) *vt in Sum. hodierna poſitiones Capituli n. 3.* Vnde patet quod Præpoſitus, vt Prælatus in Capitulo interuenit, cũ vti talis non poſſet adeſſe, niſi tãquam dicens relationem ad mẽbra ſibi ſubiecta, in quæ Iuriſdictionem exercere poſſet *Abb. in*

c decernimus 2.n.16.de iudic Lotter. de beneſic lib.1.q.14.n.
76.& ſeq.& q.16.n.10.
10 Confirmantur furtiùs præmiſſa ex obſeruantia ſubſecuta
tam Bullæ proxima, quam remota cum ſpacio 130. & am-
plius annorum in omnibus actibus Capitularibus,& in ſpe-
cie in Collationibus Beneficiorum ſemper votum ſuum
dedit tanquam Canonicus.Ex modo enim votandi per tan-
tum tempus obſeruato per buſſulam, & fabas interuenien-
tibus Præpoſito,& alijs dignitaribus abſque vllo diſcrimine
ſuffragiorum,& ſine vlla differentia inter votum Præpoſiti,
& aliorum Canonicorum cum reſolutione ſemper capta
pro maiori parte numericè conſiderata *Summ. eodem n. 9.*
ſicuti optimè deducitur quod congregati per capita, præ-
ſtant ſuffragium, vt per *Felin.in d.c. Paſtoralis 14.ſub nu.
9.verſ.adde etiam de reſcript. Caccialup. in l.omnes popu-
li 9.num.141.& ſeq.ff.de iuſt.& iur.Silu.de beneſ.par.2. qu.
17.ſub num.2.verſ. & ex varijs. Lotter.de re beneſic.lib.1.
q.14.nu.68. Rota coram Buratt.deciſ.809.ſub num.7. verſ.
quod clara apparet d.deciſ.82.num.5.6.& 8 par.7.rec.Flo-
rentina iurisſpatronatus de Ricaſolis 11. Februarij 1604.§.
præterea allegantur coram bon.mem.Card.Lancelloto*, vbi
conſideratur præſentatio facta ſimul *alla rinfuſa*. Ita e-
tiam cognoſcitur quod Præpoſitus concurrit tanquam
membrum Capituli non autem vt corpus de per ſe,& ſepa-
ratum *Felin.in c.cum omnes 6.ſub num 18.in 8.limit. in fi-
ne verſ ſecus de conſtit. Rot.apud Cæſar.de Graſſ.deciſ.1.nu.
3.& 4.de his quæ fiunt à maiori parte Capituli; & in rec.
dicta deciſ.82.n.5.& 6. Pampilonen. Beneficiorum 27. Iu-
lij 1620.coram bon. mem. Selencien.dicta Aquilana Iuriſ-
patronatus 4. Iunij 1646.§. tum quia argumentum coram
Eminentiſſimo D.Card.Corrado, & in Peruſina ſuffragio
rum 13.Iunij 1650 coram bon.mem.Bichio §.ſic enim ſerua
tum fuiſse.*
11 Gratis verò dicitur, quod obſeruantia iſta ex partitis li-
brorum Capitularium non fuit iuſtificata,quæ pro Capitu-
12 lo ſcribente non probant, & quod probata non releuaret,
eo quia ad firmandum modum votandi contra Prelatum,
conſuetudo,aut obſeruantia non ſufficit, ſed formalis præ-
ſcriptio requiritur, vt fuit reſolutum *coram Penia deciſ.
754.862.& 1145. ſecundum impreſ.Lugdunen.*
13 Nam reſpectu probationis placuit Dominis reſponſio,
quod cum liber Capitularis ſit à Secretario conſcriptus,qui
eſt etiam Notarius,& partitæ ſint ex eorum pluralitate
adminiculatæ ſatis probant *Rota dec 470.num.5.part.4.de-
ciſ 241.numer.4 par.5.recent.Ciuitatis Caſtelli bonorum 8.
Nouembris 1589.& 12 Februarij 1590.coram Lancellot-
to Senior.& in Elnen.Iuriſdictionis 19. Iunij 1647.§.non
obſtat coram bo.me. Dunozetto.* Et multo magis contra eos,
qui ſunt de gremio Capituli,vt in præſenti caſu Præpoſitus
ex traditis per *Crauet, de antiq. tempor. in 7 partic. 1. part.
princ.n.6.,Menoch.conſ.512.n.11.verſ ills autem libro: Rot.
dec.491.n.9.par.4.recen.to.2.& in Romana Iurium Parro-
chialium 4. Decembris 1651 §. maximè cum aliorum co-
ram R.P.D.meo Celſo.*
14 Quod autem non eſſet neceſſaria præſcriptio,nõ fuit per
Dominos admiſſum,conſiderando,quod in terminis *deciſ.
Pen.* agebatur de re clara penitus,& indubitata,quod Epiſ-
copo ſimoltanea competebat,& in Capitulo interueniebat
tanquam Prælatus,nec erat vnus de Capitulo, & ideo quia
agebatur de illo in totum excludendo, præſcriptione opus
erat.Hic autem etiam ſecundum ſenſum Partis diuerſæ ne-
gari non poſſet, verba Bullæ, attribuentia Collationem
Præpoſito *vna cum* Capitulo, eſſe dubia; tum quia in parte
antecedenti Pontifex creauerat Præpoſitum de corpore
Capituli, tum etiam quia iiſdem verbis *Vna cum* vſus fue-
rat, nominando Dignitates, quibus, in confeſſio eſt, vnam
tantum vocem Capitularem fuiſſe attributam,& proinde
15 ad obſeruantiam interpræratiuam recurrendum eſt, per
quam Conſtitutiones, & litteræ Apoſtolicæ,quatenus du-
biæ ſint,germanam recipiunt interpræstationem,vt tradunt
*Bald.conſ.245.n.2.lib.3. Rot.d.deo,665.n.2.par.4.rec. Nul-
lius ſeu Burgen.Iuriſuſitandi 14. Iunij 1647.§ nihil facit
littera Apoſtolica coram Reuerendiſs.Terraconen.Barchi.
non.Alimentorum 31.Maij 1655.§.quæ omnia coram bon.*
16 *me. DunoZetto*,vbi quod obſeruantia facit intelligi litteras
Apoſtolicas,eo modo quo fuerunt obſeruatæ, quamuis in-
tellectus contrarius videretur de Iure verior;Etiam ſi præ-
ſcripta non fuerit, quia non agitur hic de auſerenda ſimul-
tanea Prælato,cui certum ſit illam competere,ſed de inter-
prætanda ſimpliciter voluntate Pontificis *Caſtren.conſ 347
ſub n.4.lib 1.Surd.conſ.140.nu.45.lib.1.ValenZuel.conſ.53.
n.10 lib.1 Rot.in recen.dec.136.n.36.par.1.coram Eminen-
tiſs Otthobono dicta deciſ.175.n.11 & in Dertuſen. Augu-
menti 24. Maij 1647.coram R.P.D. meo Veroſpio §. arguit
quoque in fine.*
His non obſtat, quod Præpoſitus habeat intentionem
fundatam non ſolum in Bulla Leonis,quia mediante omnis
authoritas, quæ ante diſmembrationem penes Epiſcopum
Lucanum reperiebatur, in ipſum transfuſa fuit; ſed etiam
in iure communi,iuxtà cuius diſpoſitionem illi tanquam
17 Ordinario competit Ius conferendi omnia beneficia in
eius Territorio exiſtentia, vt ad fauorem huius Præpoſiti
reſolutum fuit in *Piſcien. Iuriſdictionis 24. Martij 1651.
coram Eminentiſsimo D. Card. Corrado, & 4. Iulij 1653.
coram R.P.D.meo Meltio.*
18 In ordine enim ad Bullam Pontificis Iuriſdictio,attribu-
ta Præpoſita,reſtricta fuit ad cauſas Ciuiles,& Criminales.
Et in alia parte eiuſdem Bullæ fuerit ſpecialiter prouiſum
circa pertinentiam Iuriſconferendi, ex conceſſione ſupra-
dictæ Iuriſdictionis, non valet illatio ad facultatem confe-
rendi,vt aduertit *Burr.in c.noſti 9.num. 3. in 2. Notab.de e-
lect. Rot.coram Buratto deciſ. 590. & coram Merlino de-
ciſ.140.vtrobique n.4.* Immo cum idem Capitulum ab alijs
exemptum Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectum fuerit,&
ſub protectione Diui Petri ſusceptũ hodierno eius *Summ.
n.2.* Hinc etiam conſtat, Præpoſitum reſpectu illius Capi-
tuli loco ordinatij non ſuccedere. *Abb in c.ſignificaſti 18.
num. 8.& 9. de foro compet. Felyn. in c.cum acceſſiſſent 8.
num.6.de conſtit. Marc' Anton.var.reſolut.lib. 3.reſol.4 n.
1.cum cæteris allegatis in Gandauen.exemptionis 10.Maij
1647. in princip.coram R.P.D.meo Celſo.*
19 Aſſiſtentia verò Iuris quo ad collationem Beneficiorum
non ſuffragatur Præpoſito, quia ex prædictis clarè conſtat
Ius conferendi ad alium pertinere *Mareſcott. var.reſol. c.
55.n.66.lib.1.Adden.ad Buratt.deciſ.776.n.15.& 16. Rot.
coram Eminentiſſimo D.Card.Otthobono dicta deciſ. 125.
num. 11.& in dicta Lucana Capellania 1. Iulij 1650. §.ita
vt non releuet coram coram bon.mem. Bichio*, atque etiam
quia reſolutiones in dicta Cauſa *Piſcien.* factæ fuerunt cũ
præſuppoſito,quod ipſe eſſet ordinarius etiam quoad col-
lationem Beneficiorum,quod hodie non ſubſiſtere demon-
ſtratum fuit.
Quodque omnem difficultatem remouet, enunciatæ
collationes Beneficiorum, in quibus ſe fundat *deciſio Emi-
nentiſſimi D. Card. Corradi*, ſunt factæ à toto Capitulo,
cum interuentu Præpoſiti, & vltima de anno 1643.ab ipſo
ſolo tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegato (prout cæteræ
collationes ab ipſo deductæ) & proindè clarum eſt, non
fuiſſe firmatum pertinentiam Iuris conferendi in præiudi-
20 cium Capituli,ſed manutentio illi attributa,non poteſt in-
telligi niſi ad formam actuum,in quibus ſe fundant reſolu-
tiones,& ad terminos poſseſsionis (nempe conferendi tan-
quam Vnus de Capitulo) in qua reperiebatur Præpoſitus,
vt tradunt adducti per *Modern.Peruſ.de Manuten. obſer
uat.73 num.6.28.& per tot.Rot.coram ſanct.mem.Gregor.
deciſ 569.num.1.vbi Adden.num.6.Caualer. deciſ. 510.n.
4.Cæſarauguſtana Præheminentiarum 9. Maij 1633.corã
bon mem.Coccino §.nec ad effectum, & in Gerunden.Ca-
pellaniæ 4.Iulij 1646.coram bon.me.Bichio. §. altera colla-
tio Cathacen.hæreditatis 11. Decembris 1648.ſub §. 1.co-
ram Reuerendiſſ.D. meo Decano.*
Et ita vtraque parte acerrimè bis informante reſolutum
fuit &c.

Reuerendiſs.D Cerro Decano Maioricen̄ Canonicatus.
Mercurij 23. Ianuarij 1658.

ARGVMENTVM.

Conſuetudo vt inducatur, & ſuffragetur quid neceſſariò
requiratur.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Apoſtolicæ iuſtificatæ ſunt exequendæ.*
2 *Collatio beneficij facta in paritate votorum eſt inualida.*
3 *Conſuetudo eſt probanda in indiuiduo caſus, de quo agitur; ſolum attenditur in caſu, in quo fuit ſeruata num. 4. 7. non extenditur de loco ad locum. num. 5. vt inducatur requiritur frequentia actuum cum diuturnitate temporis n. 10. 11. 12.*
6 *Teſtes deponentes de eorum iudicio non probant.*
8 *Preſcriptum tantum dicitur, quantum poſſeſſum ſi ius non aſſiſtat.*
9 *Rota coram Buratt dec. 809. declaratur.*

DECISIO XL.

CVm clauſula, *Parito litteris arbitrio Rotæ*, commiſſa. Mihi fuit cauſa appellationis interpoſitæ à ſentẽtia Rotali declarante litteras Apoſtolicas Ioannis de Togores vti iuſtificatas eſſe exequendas, & propoſito hodie dubio reſponſum fuit non intrare arbitrium pro retardatione, quia
1 litteræ Apoſtolicæ ſunt exequendæ ſi probentur iuſtificatæ, *vt in his terminis dictum fuit in Sorana Beneficij 26. Iunij 1651. coram Eminentiſs. D. Card. Otthobono inter eius impreſſas dec. 262. n. 1. & 2 & in Diennen. Prioratus 22. Maij 1656. coram R. P. D. meo Veroſpio §. 1.*

Omiſſis enim alijs, quæ non reuocantur in dubium, iuſtificata omnino iterum viſa fuit narratiua vacationis ob inualiditatem electionis, & collationis factæ ad fauorem Didaci Deſclapes in concurſu Franciſci Olezæ, ex quo Franciſcus electus fuerat à maiori parte, aut ſaltem à medietate, Didacus verò à medietate tantum, aut à minori parte; Cum enim ex decem, & nouem Votis, decem fuerint ad fauorem Franciſci, alia verò nouem pro Didaco, Franciſcus à maiori parte apparet electus, & quatenus ex dictis decem deleri debeat votum Canonici Gabrielis Coll. ob non ſeruatam formam *cap. penult. §. final. de electione in 6.* Vota re-
2 manent paria, atque vterque electus à medietate, & ſic collatio facta fauore Didaci in paritate Votorum eſt inualida (vt Ioannes Papæ narrauit) *cap. Cumana, cap. in Geneſi, & cap. Eccleſia veſtra de elect. vbi Abb. num. 13. poſt medium verſ. Si autem omnia.*

Non obſtat, quod inter vota Didaci adeſſet illud Epiſcopi, quod ex conſuetudine tam huius Eccleſię, quam aliarum Regni Hiſpaniarum, qualificatum eſt, & ponderoſius, cæteriſque in paritate præualet.

Quia Teſtes ad hunc effectum examinati licet ſpecificẽt nonnullos alios actus electionis Officialium, & Miniſtrorum Capituli, omnes tamen vnoore ingenuè fatentur in Eccleſia Maioricen̄ nunquā eueniſſe caſum electionis Canonici in paritate votorum præter cõtrouerſum *ſum. Ioan-*
3 *nis n. 1.* Ideò non concludunt conſuetudinem, quæ ſuffragetur, cum in indiuiduo caſus, de quo agitur, probari debeat, præſertim concurrente diuerſitate rationis de vno caſu ad alium, *vt optimè pluribus allegatis firmatur in ſecunda deciſione huius cauſæ coram R. P. D. meo Melzio 25. Iun. prædicti §. Deficiunt in propoſito cum duob. ſeq. quibus addi poſſunt dec. 799. n. 3. par. prima diuerſ. & coram Card. Caual.*
4 *dec. 172 n. 5. & dec. 205. nu. 8.* Conſuetudo enim tamquam ſtricti Iuris attenditur ſolum in caſu in quo ſeruata fuit *l. quod non ratione ff. de leg. Natt. conſ. 46. n. 2. Socc. Iun. conſ. 101. n. 13 lib. 2. Card. Azzat. dec. 56. n. 7. & 8. Card. Seraph. dec. 326. n. 2. Rota in Meſſanen. Decanatus 27. Maij 1641. coram bo. me. Dunozetto §. nec releuant optiones*; Neque
5 extenditur de loco ad locum (eſto quod probaretur in alijs Eccleſijs ſimilem conſuetudinem vigere) *Card. Seraph. deciſ. 1159. n. Rota in rec. dec. 214. n. 20. par. 7.*

Et quamuis nonnulli ex dictis Teſtibus ſubdant ab eis habitum fuiſſe pro certo, & indubitato aſſertam conſuetudinem huius Eccleſiæ procedere quoque in electionibus Ca-
6 nonicorum; Attamen cum id ſimpliciter dicant de proprio ipſorum Iudicio, & credulitate, nullum gradum probationis faciũt etiam ſi affirment illud habere pro certo *Iaſ. in rubr. ff. de Iur. I. 2 an. n. 2. Caſ. de Graſſ. dec. 76. alias 7. n. 2. de Teſtib. Buratt. deciſ. 599. num. 12. Rota in rec. deciſ. 695. num. 2 par 8.*

Nec releuat quod per verba vniuerſalia generaliter deponant de actibus Capitularibus, & propterea ſub huiuſmodi cauſa vniuerſali omnes caſus includantur.

7 Quia præter quod in materia conſuetudinis requiritur ſpecialis, & indiuidua probatio eiuſdem caſus, nec admittitur generalis, *vt dixit Rota dicta deciſ. 799. n. 3. par. 1. diuerſ. coram Card. Caual. dicta deciſ. 172. num. 5. & in recent. de-*
8 *ciſ. 422. n. 13. par. 1.* Tunc demum cauſa vniuerſalis ſuffragatur, quando deſuper concurrit iuris aſſiſtentia, ſecus autem ſi ius non aſſiſtat, vel faueat alteri, tunc enim, quaſi poſſeſſio non extenditur de caſu ad caſum, & tantum dicitur præſcriptum quantum poſſeſſum, *vt notat Abb. in cap. 1. ſub num. 3. verſ. dicit enim de Religioſ. domib. Gabr. de præſcript. concl. 2. n. 22. Mareſcott. var. reſolut. lib 1. cap. 11. nu. 22. Poſth. de manut. obſeruat. 73. num. 178. Put. deciſ. 30. n. 11 lib. 2. in correct. Rota in rec. deciſ. 416. nu. 2. verſ. quia cum Rector: p. 2. & coram bon. mem. Coccin. deciſ. 497. nu. 1. & a. cum alijs pra Adden. ad Greg. deciſ. 557. n. 12. verſ. Secun-*
9 *do non procedit*; Nec contradicit *deciſ. 809. bon. mem. Buratt.* nam in ſuo caſu ius aſſiſtabat Priori ob particularia Statuta illius Eccleſię, in quibus clariſſimè cauebatur quod in quocumque negocio capitulari ſi vota eſſent paria, præualere deberent illa, in quibus votauit Prior, *vt habetur ſub n. 3. & per totam*; In propoſito autem non extantibus huiuſmodi Statutis in rebus pertinentibus ad Capitulum Epiſcopus tamquam Prælatus nullum habet votum deciſiuum, cõſideratus verò tamquam Canonicus de iure vnius dumtaxat vocis ſuffragium (prout quilibet ex canonicis) obtinet, *vt latè probatur in prima dec. 27. Maij 1656. §. Præterea, & in 2. §. etenim de iure.*

10 Indeque deficit etiam aliud requiſitum pro inducenda conſuetudine neceſſarium, nempè frequentia actus cum temporis diuturnitate, nam aut requiritur quadragenaria, ex quo eius vigore adimitur ius Capitulo, & datur Epiſcopo, *vt firmatur in deciſionibus, & tradunt Garz. de benef. par. 5. cap. 4 num. 89. cum ſeqq. & Lotter. de re benef. lib. 2.*
11 *quæſt. 21. num. 46.* Aut ſaltem decennalis, vt contendebant informantes pro Didaco, *& dixit Rota in Mediolanen. ſubſtentationis libri 26. Ianuarij 1647. coram Reuerendiſs. D. Terracinen. §. Cum ſtatuto*; Certum eſt quod nec quadragennaria, nec decennalis iuſtificatur in ſpecie caſus controuerſi, dum teſtes non deponunt de actu electionis Canonicorum in paritate votorum cum prælatione illius, cuius fauore Epiſcopus dedit ſuffragium, & tamen neceſſaria eſt iuſtificatio plurium a-
12 ctuum effectuatorum ad effectum inducendi conſuetudinem cum vnicus nõ ſufficiat, *vt dictum fuit in Interamnen. Mercedis 15. Maij 1645. coram bon. mem. Pentingerio §. Neque alia conſuetudo verſ. neque exemplum.*

Et ita vtraque &c.

Reuerend. D. Cerro Decano in Cauſa Ceſaraugustana fundationis Conuentus. Lunæ 4. Februarij 1658.

ARGVMENTVM.

Noui Conuentis erectio, vt legitimè fieri poſſit, quæ requirantur.

SVMMARIVM.

1 *Fundatio alicuius conuentus facta abſque neceſſarijs requiſitis non ſuſtinetur.*
2 *Quilibet defectus requiſitorum ſufficit pro inualiditate fundationis noui Conuentus.*

DECISIO XLI.

HOdie in Tertia Inſtantia Rotali iterum dixerunt Domini, non licuiſse, neque licere Patribus Cappuccinis Prouinciæ Aragoniæ nouum Conuentum erigere in Oppido
1 Cariñenæ, & fundationem iam inceptam non ſubſtineri, quia deſiderantur feræ omnia requiſita neceſsaria pro illius validitate.

De-

Digitized by Google

Deficit enim Beneplacitum Apoſtolicum requiſitum *ex cap. primo de exceſſib. Prælator. in 6. innouato in clem. cupientes 3. in princip. de pæn. & in cap. vnico §. confirmatos de Religioſ. Domib. pariter in 6.* Licentia Ordinarij Cæſar auguſtani *ex Sacro Concilio Tridentino ſeſſ. 25. cap. 3. de Regular.* quam copulatiuè requiri cum Beneplacito Apoſtolico ex declarationibus Sacræ Congregationis Eminentiſſimorum Dominorum Cardinalium eiuſdem Sacri Concilij Tridentini interpretum reſpondendo *ad dec. 745. par. 2. & deciſ. 115. n. 7. par. 5. recent. dictum fuit in Craconien. fundationis Monaſterij 19. Aprilis 1649. coram R. P. D. meo Celſo §. primo cum tribus ſeqq. & in Toletana manutentionis 7. Februarij 1656. coram R. P. D. meo Meltio §. non etiam.* Conſenſus Incolarum, & loci habitantium quē expoſcit *Conſtitutio trigeſima prima ſan. mem. Gregor. XV. ſub § 3. in fine, innouata per Conſtitutionem vigeſimam quintam fel. record. Vrbani Octaui ſub §. 2. Bullar. tom. 3 & 4.* Quin imò probatus fuit expreſſus totius populi diſſenſus; Deficitque aſſenſus tum Parochi eiuſdem Oppidi Cariñenæ, cui licet contradicere, & conſtructionem noui Conuentus intra fines ſuæ Parrochiæ impedire ob timorem futuri præiudicij ratione oblationum, aliarumque obuentionum ſibi debitarum *ad notata in cap. dilectus 2. de Cappell. Monachor. & in c. Paſtoralis 9. de his, quæ fiunt à Prælat. ſin. conſenſu Capitul.* Tum Patrum Minorum Sancti Franciſci de Obſeruantia, qui intra ſpatium quatuor milliarum à dicto Oppido, vt nuper iuſtificatum fuit, alium Conuentum iam conſtructum poſſident, in quorum propterea præiudicium tanto certiùs permitti non debet alterius noui Conuentus conſtructio, *vt diſponitur in dicta Grigoriana Conſtitutione dicto §. 3.*

2 Hi itaque defectus, quorum quilibet etiam ſolus ſufficeret pro dictæ fundationis inualiditate *ad text. in l. ſi hæredi plures ff. de condition. inſtitution. & in l. ſi is qui ducenta §. virum ff. de reb. dub.* cum latiſsimè comprobentur *in deciſionibus emanatis in alijs inſtantijs 18. Maij 1657. coram R. P. D. meo Beuilaqua, & 12. Nouembri præteriti coram R. P. D. meo Meltio,* neque à Patribus Cappuccinis ampliùs reuocentur in dubium, iuſtificant Iuſtitiam Sententiæ Rotalis.

Ideo pro illius pro confirmatione reſponſum fuit, vnica tantum &c.

Reuerendiſs D. Cerro Decano Auenionen. Iuriſdictionis.
Lunæ 11. Martij 1658.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria quando ſine aliqua difficultate veniat concedenda.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria in prima inſtantia cauſa profanæ denegari nunquam ſolet ſine quoque fumo, ſi articulorum concurrat releuantia, & iam dubitatiuè num. 2. & maximè ſi fumus in illis rebus, ſuper quibus non ſolent fieri ſcripturæ n. 4.*

3 *Principis iura habens poteſt prohibere ſubditis ne ad alia molendina, vel furna accendere poſſint, minuſue aquas diuertere.*

DECISIO XLII.

CVm prætenderet Dominus de Montreal tam exemptionē à ſolutione annuæ recognitionis pro aliquibus bonis de directo dominio Eccleſię Archiepiſcopalis Auenionen. ab ipſo poſſeſſis, & ſolitæ recognitionis pro frumento, & pane molendo, & reſpectiuè coquendo in Molendinis, & furnis ad eandem Eccleſiam ſpectantibus, quam etiam facultatē diuertendi aquas è fluminibus ad effectum irrigandi propria Prata; ideò modernus Reuerendiſſimus D. Archiepiſcopus Auen. ſummopere inuigilans conſeruationi, & recuperationi Iurium ſuæ Eccleſiæ contra illum in prima inſtantia introduxit cauſam in Curia, & ad effectum fundandi ſuam intentionem exhibuit in actis ſex articulos pro examinandis teſtibus tam in Curia, quam in partibus; pro-
1 poſitoque hodie ſuper hoc particulari dubio reſponſum fuit dandam eſse Remiſſoriam ex regulis ſatis vulgaribus, quod parti actrici in prima inſtantia cauſæ profanæ cōcurrente articulorum releuantia etiam ſine fumo nunquam denegari ſolet facultas faciendi ſuas probationes, vt reſpondit *Rota coram ſan. me. Greg. dec. 403. n. 1. 2. 3. & 4. & coram Buratt. deciſ. 821. n. 2. & 3.* in quibus ſubditur, quod eſſet nimis durum, & abſurdum, ſi cauſa primæ inſtantiæ diſcuteretur in Curia, & tolleretur facultas probandi in partibus.

Releuantia enim concurrit, nam in primis tribus articulis ponitur, quod Menſa Archiepiſcopalis Auenionen eiuſque Archiepiſcopi pro tempore vti Domini etiam in temporalibus inter cætera Loci Biturritarum in eo, ſeù illius Territorio poſſederunt, & poſſident molendina, & furna priuatiuè quoad alios quoſcunque, quodque omnes inibi inhabitantes, & bona poſſidentes in illis ſemper frumentum, & panem molerunt, & coxerunt reſpectiuè ſoluta conſueta recognitione abſque eo, quod aliibi eorum frumentum molerint, ſiuè panem coxerint; Nec non etiam quod nemo vnquam diuertit aquas ſine licentia DD. Archiepiſcoporum, quodque poſſeſſores bonorum de directo dominio Eccleſiæ ſoluerint ſolitum Canonem, reſponſionem, ſiue liuellum, & loco, & tempore laudemium.

In alijs verù tribus articulatur, quod collitigans in Territorio Biturritarum poſſidet multa bona ſtabilia, culta, & inculta, Prata, Vineas, & Domos, in quibus etiam fuit ſolitus inhabitare, cum ingenti familia, quodque ab annis 30. ſummopere ibi augumentauit ſuum Patrimonium, & ad effectum irrigandi eius Viridarium, & Prata conſtructis ſuper terram nonnullis Aquæductibus incæpit diuertere aquas inſeruiendis molendinis Menſæ Archiepiſcopalis.

2 Releuans enim Dominis viſa fuit hæc materia pro concedenda remiſſoria ad quem effectum ſufficit etiam dubitare de releuantia, vt dixit *Rota coram Buratt. deciſ. 28. nu. 3. & coram Coccin. deciſ. 20. num. 4.* Nam concludentior illius diſcuſſio ad definitionem cauſæ poſt factas probationes refertur, vt dictum fuit in *Toletana Decimarum 16. Martij 1648. coram R. P. D. meo Celſo, §. Cum igitur cum ſequenti, in Mantuana Bonorum 17. Febr. 1653. coram me, §. quia generaliter, & in Toletana decimarum de Capilla 12. Iunij 1654 coram R. P. D. meo Veroſpio, §. neque vrget in contrarium.*

3 Accedente præterea veritatis fumo ex antiquiſſima Donatione huic Eccleſiæ facta ab Imperatore, & a Sede Apoſtolica confirmata de Caſtris controuerſis cum Vineis, Pratis, Aquis, Molendinis, cæteriſque regalibus *Summ. numer. 1.* cuius vigore præcipuè prætenditur Dominis Archiepiſcopis competere Ius prohibendi ſubditis nè ad alia molendina, vel furna accedere poſſint, minuſuè aquas diuertere ex *Surd. conſil. 315. numer. 102. verſ. Item ſi habent, & alijs pro D. Informante allegatis.*

Nec dicatur quod ex ſcripturis ad Vrbem tranſmittendis forſan elidi poſsit materia articulata; Quia præter quod impediri non debet probatio actoris ex futuris,
4 & incertis fundamentis rei conuenti adhùc ſpeciem non deductis, neque in actis iuſtificatis, cum materia articulata ex ipſius lectura præſeferat etiam ea, ſuper quibus non ſolent fieri ſcripturæ, hoc prorſus ſufficit, vt ſuper omnibus Remiſſoria concedatur, vt dixit *Rota in recentior deciſion. 196. numer. 9. part. 6. & in dicta Toletana decimarum de Capilla coram R. P. D. meo Veroſpio, §. & licet.*

Et ita vnica tantum &c.

R. P. D. Albergato Romana Hæreditatis.
Lunæ 1. Aprilis 1658.

ARGVMENTVM.

Defuncti vltimam voluntatem, non præparationem diſpo-

diſpoſitionis eſse ſpectandam ſi quoquè de cauſa pia, tractetur,& teſtes deponentes ſuper teſtamento, cuius ſcriptura non apparet qualiter deponere debeant, hic pulchrè oſtenditur.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa deſertione inducatur ſufficit, vt qualis qualis diligentia appellantis pro commiſsione facienda interueniat.*
2 *Sententia iniuſta numquam tranſit in iudicatum.*
3 *Ad probandam vltimam voluntatem debent eſſe teſtes idonei,& omni exceptione maiores.*
4 *Verbum volo iniunctum verbo infinitiui temporis non inducit diſpoſitionem, ſed præparationem actus in futurum faciendi.*
5 *Agens ex teſtamento debet probare, quod teſtatoris voluntas in veram diſpoſitionem tranſiuerit.*
6 *Teſtamenti præparatio ſuſtineri non poteſt, etiamſi de fauore piæ cauſa ageretur.*
7 *Teſtis affinis,& conſanguineus non probat.*
8 *Teſtes ſingulares, & contrarij inter ſe nihil probant.*
9 *Teſtes deponentes de teſtamento, cuius non apparet ſcriptura ſpecialis deponere debent.*
10 *Paupertas eſt concludenter, & plenè probanda, ſi ad certum effectum allegetur,*
11 *Teſtator præſumitur motus ad diſpoſitionem potiùs ex cauſa cognationis,& amicitiæ, quàm pietatis.*
12 Cap. *cum eſſes,& c. relatum de teſtam. in quibus terminis procedant n.*13.

DECISIO XLII.

SEntentiam ſub die 15. Decembris 1657. latam ad fauorem Laurentij Ràconi,& Caroli eius filij ſuper immiſſione,& manutentione reſpectiuè in bonis hæreditarijs Caroli Balthaſſaris Boiſſon (ictu fortuitu in venatione interfecti) in iudicatum traſiuiſſe idem Laurentius prætendebat, ſed dubio propoſito reſponſum hodie fuit non de re iudicata, ſed potius de cauſis reſtitutionis in integrum conſtare; quia licet Iacobus Ferrus appellans poſt datos à Iudice Apoſtolos reuerentiales in forma cauſam committi non obtinuerit intrà decem dies, vt neceſſarium apparet, tamen in eius *ſum, n.*3. cum duobus ſeqq. Appellationem eadem die latæ ſententiæ fuiſse interpoſitam,& ſucceſsiuè Partem Aduerſam coram Eminentiſſimo Signaturæ Iuſtitiæ Præfecto fuiſse citatam pro obtinenda ſuperſeſsoria ad effectum adeundi Signaturam, que ſuperſeſsoria pendente ſuperuenit Com-
1 miſsio mihi directa, quę ad euitandam cauſæ deſertionem ſatis eſse viſa ſunt, cum ad hunc effectum qualis qualis diligentia appellantis ſufficiat, *Veſtr. in prax lib. 7. c. vlt. num. 5 Scacc. de appellat. q. 14. n. 33. Rota dec. 517. n. 4. & ſeqq. p. 4. rec. tom. 3. & in Lucana Penſionis 5. Decembris 1653 corã R.P.D. meo Beulaqua ſub § quia licet.*

Et vlterius ſententia concedit immiſsionem, vt ſupra, & nihilominus neque de Teſtamento Caroli, nec de alia diſpoſitione ad fauorem Laurentij legitima probatio exhibi-
2 ta fuit. Vndè concurrere viſa eſt iniuſtitia ſententiæ, quæ operatur, vt in rem iudicatam tranſire non potuerit, Rota coram Eminentiſs. D. Cardinali Ottobono *deciſ.* 161. *n.* 1. & paſsim in alijs.

3 Defectus probationis in eo conſiſtit, quod teſtes ſuper vltima voluntate Caroli morientis ex vulnere examinati, ſunt ſingulares, contrarij, & plures exceptiones patiuntur, & nihilominus ad effectum, de quo agitur, debent eſſe teſtes idonei,& omni exceptione maiores, vt in puncto *c. cum eſset* 10. *de teſtam. Alexander conſ.* 70. *num.* 14. *& conſ.* 177 *num.* 2. *lib.* 2. *Honded. conſ.* 51. *num.* 83. *vol.* 2. *Socc. Iun. conſ.* 89. *num.* 10. *& ſeqq. lib.* 1. *Non. conſ.* 25 *num.* 5. *&* 6. *Clar. in §. Teſtamentum quæſt.* 57. *num.* 2. *in fin. verſ. benè verum eſt Ioſeph. Ludouic. deciſ. Lucen.* 53. *n.* 25. *Reuerendiſsimus Eugubinus dec. for. Eccleſ.* 81. *n.* 4. *lib. & de teſtam. ad pias cauſas Bald. conſ.* 167. *in fin. lib.* 2. *cum alijs per Mantic. de coniect. lib.* 6. *tit.* 3. *n.* 6.

Primus enim, qui fuit idem met interfector formiter examinatus non dicit, quod Carolus bona ſua reliquerit Laurentio eius Compatri, ſed quod ordinauit Laurentium vocari, quia illi omnia ſua relinquere volebat Sumario Iacobi *num.* 6. Ibi: *Mi diſſe che chiamaſſe Lorenzo ſuo Compare, che veniſſe preſto, che li volena laſciare quante ci era*: Ex
4 quibus verbis non colligitur diſpoſitio perfecta, cum verbũ volo iniunctum verbo infinitiui temporis diſpotionem non inducat, ſed præparationem actus in futurum faciendi *gloſ. in l. ſerui electione* 5. *verb. poſtumus ff. de leg.* 1. *in termin. Soccin. Iun. conſ.* 179. *ex nu* 57. *& ſeqq. lib.* 1. *Gratian. diſcept.* 550. *n.* 14. *Capic. Latr. deciſ.* 140. *nu.* 23. *lib.* 2. *Rota*
5 *coram Buratt. deciſ.* 199. *n.* 5 & tamen in his terminis agẽti ex teſtamento non ſufficit probare quod teſtator volebat hoc vel illud relinquere ſed neceſſario probandum eſſet, quod eius voluntas in veram diſpoſitionem tranſiuerit, *Rota in Benogallien. bonor.* 30. *Maij* 1644. *§. nec obſtat, &* 15. *Maij* 1645. *ſub §. Iuſtitia vero coram Reuerendiſsimo*
6 *D. meo Decano.* Alias hæc ſimplex præparatio teſtamenti tanquam imperfecta ratione voluntatis, etiamſi de fauore piæ cauſæ ageretur (de quo infra) nunquam ſuſtineri poſſet, *Oldr. conſ.* 119. *Caſtrenſ. conſ.* 101. *n.* 3. *vol.* 2. *Cancer. var. reſol. c.* 20. *n.* 406. *lib.* 3. *Hodier ad Surd. deciſ.* 292. *nu.* 7. *plerè Rota dec.* 108. *n.* 4. *par.* 7. *rec.*

Et quamuis iuxta ſeptimum interrogatorium in *ſumm. Laurent. n.* 3. idem teſtis addat Carolum alia verba non dixiſse niſi hæc: *rinoco un'altro teſtamento, e laſcio ogni coſa al mio compare*: tamen alijs teſtibus contrariantur & excludit ea, quæ ab ipſis deponuntur, & vlterius tanquam
7 affinis, & eiuſdem Laurentij conſanguineus à teſtimonio ferendo repellitur, nec ad eius fauorem quidquam probat DD. *in l. etiam* 2. *C. de teſtibus, & in teſte genero hæredis Honded. conſ.* 77. *nu.* 7. *lib.* 1. *Rota poſt* 2. *vol. conſ. Farin. dec.* 125. *n.* 1. *Fauentina legat.* 28. *April.* 1653. *coram R. P. D. meo Celſo §. nec obſtat, & de teſte Compatre illius pro quo deponit in Anconitana pecuniaria* 9. *Iun.* 1655. *coram R.P.D. meo Zarate, §. nec ex tertio.*

Alij duo teſtes in eodem *ſumm. Laurent. n.* 7. non probant: Secundus enim nihil aliud deponit, niſi quod Carolus dixit. *Chiamatemi il Compare, che voglio aggiuſtare le coſe mie, diſſe anche gli laſcio la robba mia.* Tertius vero eumdem Carolum dixiſſe, *andatemi a chiamare il Compare, perche io gli laſcio tutto il mio al mio figliano, acciò*
8 *preghino Iddio per me, &c.* ex quibus verbis manifeſtè patet teſtes eſſe contrarios,& ſingulares non ſolum circa ſubſtantiam aſſerti teſtamenti verum etiam reſpectu qualitatis cauſam piam reſpicientis,& ideò eorum depoſitiones nullo modo ſunt attendendæ *Dec. conſ.* 120. *nu.* 3. *verſ. ſed maior. Gabr. tit. de teſt. concl.* 2. *num.* 12. *Menoch. præſumpt.* 23. *n.* 1. *& ſeqq. lib.* 5. *Farinac. de teſtib. quæſt.* 6. *n.* 2. *Reuerend. Eugubin d. dec.* 81. *n.* 7, vbi loquitur in terminis legati ad
9 pias cauſas, *Rota coram Burat. dec.* 616. *n.* 5. *&* 6. Quia vbi agitur de teſtamẽto, de quo ſcriptura non fuit confecta, ſed illud ſolum probatur ex teſtibus neceſſarium eſt, quod teſtes deponant de toto tenore teſtamenti, & in nihilo penitus diſcordent, *Capra conſ.* 75. *n.* 1. *&* 19. *Cancer. var. reſol.* 1. *p. c.* 4. *de teſtam. n.* 85. *& ſeqq. Ioſeph. Ludou. d. dec.* 53. *n.* 25. *& ſeqq. Rota dec.* 588. *nu.* 16. *par.* 5. *rec. tom.* 2. *& in Fauent. teſtam.* 15. Maij 1620. *§. vlt. verſ. & tamen quando tractatur coram bo. me. Vbalde.*

Vlterius nec etiam probata fuit qualitas, quod diſpoſitio facta ſit ad fauorem piæ cauſæ. Nam reſpectu perſonæ hæredis inſtituti licet ipſe pauper dicatur, & regulariter diſpo-
10 ſitio ad fauorem pauperis ſit pia: Ipſius tamen Ranconij paupertas plenè, & concludenter probata non fuit, prout neceſsarium eſt, quando vt in præſenti ad certum, & determinatum effectum paupertas allegatur: *Barth. in l. ex diuerſo* 8. *§. vlt. ſub n.* 9. *ff. ſolut. matrim. Rota dec.* 170. *n.* 3. *p.* 4. *rec.* in puncto teſtamenti ad pias cauſas in *Fanen. hæred.* 17. *Iun.* 1641. *coram Reuer. Terracinen. §. & quamuis DD. cum alijs in Bonon. alimentorum* 23. *Ianuar. proximi præteriti coram me §. fin.*

Nec pietas cauſæ deduci poteſt ex eo, quod bona huiuſmodi aſſerantur relicta ad effectum, vt hæredes orarent Deum pro teſtatore, quia vltra quod hæc verba referuntur à tertio teſte tantum qui in hoc tamquam ſingularis nullum

gradum

Digitized by Google

gradum probationis facit, talia verba potius monitionem,
quam onus præſeferunt, quia etiam ſi hæres Deum pro
teſtatore non oraret, quando diſpoſitio eſſet perfecta, bo-
11 na hæreditaria conſequeretur. Et quod magis eſt, cum
inter Carolum defunctum & Raoconium amicitia inter-
cederet, & ſpiritualis cognatio, præſumendum eſt teſta-
torem motum potius fuiſſe ad diſpoſitionem, ex cauſa
cognationis, & amicitiæ quam pietatis iuxta. *Text. in
c. requiſiniſti 15. de teſtam. Honded. conſ. 47. n. 11. lib.
1. Mantic. de coniect. dicto lib. 6. tit. 3 n. 25. verſ. in du-
bio autem Rota coram Seraph. deciſ. 1149. n. 10. & ſeq.
Caual. deciſ. 212. & deciſ. 377. vtrobique n. 6. & in ter-
minis in dicta Fanen. ſub §. hoc tamen verſ. & propterea
non poteſt dici.*
Vndè cum teſtamentum huiuſmodi non gaudeat priuilegijs
piæ cauſæ in vim illius non poterat concedi immiſſio,
contra Iacobum Ferrum in alio teſtamento hæredem in-
ſtitutum, quia hoc poſtremum tanquam carens ſolemni-
tatibus à iure requiſitis nullo modo ſuſtineri poteſt, non
12. in terminis dicti *c. cum eſſes. 20. de teſtam.* quià hic
non interuenit Parochus Caroli teſtatoris, vel ſaltem
duo alij teſtes loco illius, vt neceſſarium eſſet itadunt
DD. *in d. c. cum eſſes vbi modern. Luſitan. n. 1. & 7. Ro-
ta coram Caual. deciſ. 497. n. 3. & coram Eminentiſſ.
D. Cardinali Otthobono deciſ. 145. n. 7. & ſeq. Nec in
13. terminis cap. relatum. 11. eodem tit. quia deficit funda-
mentum pietatis Bec. conſ. 86. n. 8. lib. 1. Surd. conſ. 129.
num. 23. Rota deciſ. 356. num. 2. p. 6. rec. & in dicta Fa-
nen. hæreditatis 17. Iunij 1641. coram Reuerendiſſimo
Terracin. u. per tot. & §. vltimo, & 27. Maij 1652. §. in-
ſtitutæ vero, & § fin. coram R. P. D. meo Zarate.*
Et ita vtraq; &c.

R. P. D. Albergato Placentina Archidiaconatus.
Veneris 5. Aprilis 1658.

A R G V M E N T V M.

Subrogationis gratioſæ effectus percurruntur. Et ſtatum
vltimum beneficij pro eius qualitate dignoſcenda fore
attendendum, deciditur.

S V M M A R I V M.

1 *Subrogatio gratioſa eſt in omnibus iuſtificanda.*
2 *Narratiua, quæ præſefert effectum regul. 4. Cancell. de-
bet plenè, & concludenter probari.*
3. *Clauſula* ſublata; & decreti irritantis *claudit os Iudicis.*
4 *Beneficij qualitas, & vltimus ſtatus ex prouiſionibus
antea factis probatur.*
5 *Beneficij vltimus ſtatus attendendus eſt prò cognoſcen-
da qualitate illius: & ad effectum ibidem.*
6 *Subrogatus nequit controuertere ea, quæ fuerunt appro-
bata ab illo, in cuius locum fuit ſubrogatus.*
7 *Regula. 4. Cancell. præcipuus effectus eſt ligare manus
inferiorum circa diſpoſitionem reſeruatorum.*
8 *Rota recipit cum riuerentia reſolutiones ſacr. Congr.
Concilij.*
9 *Aequalitas circa dignitates quando locum habeat.*
10 *Narratiua, in qua Papa nullum fecit fundamentum
non eſt attendenda.*
11 *Conſuetudo Eccleſiarum iuxtà ſubiectam materiam
præualet poſitiuæ diſpoſitioni iuris communis.*
12 *Scripturis potius eſt ſtandum, quam teſtibus.*
13 *Qualitates recenſitæ ſufficiunt, ſi in ſubſtantialibus
verificentur.*
14 *Decretum irritans inficit omnem obſeruantiam in con-
trarium, etiam in futurum.*

D E C I S I O XLIV.

VAcante per obitum Io: Baptiſtæ Aſinelli Archidiaco-
natu Placentino, duæ emanarunt collationes, Prima
à Sede Apoſtolica ad fauorem Comitis Landi cum ſubro-
gatione gratioſa in ius, & Poſſeſſionem defuncti, ab Or-
dinario Placentiæ, altera ad fauorem Calicis cum poſ-
ſeſſione ſubſecuta eius *Summ. nu. 2.* cumque hodie du-
bitauerim, An præfato Comiti Lando in vim ſubroga-
tionis gratioſæ danda eſſet immiſſio, fuit per Dominos
1 negatiuè reſponſum, quia in omnibus gratioſa ſubro-
gatio iuſtificata non fuit *Rota coram ſan. mem. Greg.
dec. 58. nu. 1. deciſ. 143. num. 1. par. 7. rec. & in Gerun-
den. Canonicatus 20. Februarij 1647. coram Reueren-
diſſ. Terracinen. in princ. & per tot.*
Iuſtificatio in ea parte deficere viſa eſt, in qua narra-
tum fuit Pontifici quod Archidiaconatus eſt prima Di-
gnitas poſt Pontificalem, vel ſaltem altera ex duabus
æqualiter maioribus *dicto Summ. Calicis num. 2.* quod
2 plenè, & concludenter, & per exactas probationes de-
monſtrandum erat, cum agatur de prima dignitate ad
effectum regulæ quartæ Cancellariæ reſſeruantis primam
poſt Pontificalem *Add. ad ſa. me. Greg. deciſ. 421. ſub
nu. 5. in fin. verſ. aduerten. eſt Rota deciſ. 70. num. 11.
par. 1. diuerſ. Caualer. dec. 266. nu. 6. Ianuen. Canoni-
catus 31. Maij 1647. ſub §. 1. verſ. talis autem iuſtifica
tio coram Reuerendiſſ. Terracinen. & in Neapolitana
Cimiliarcatus 26. Iunij eiuſdem anni coram bon. mem.
Bichio §. quia regula 4.*
Quinimo non ſolum deficit talis probatio, ſed in
contrarium pro parte Calicis exhibitus fuit motus pro-
prius ſa. me. Pij. V. anno 1571. æditus in quo inſerta ap-
paret, & ſpecialiter approbata ſententia ab Ordinario
Placentino lata ſuper controuerſijs inter Præpoſitum, &
Archidiaconum vertentibus vbi dicitur, *attentis, & con-
ſideratis teſtium dictis aſſerentium ex communi opinione,
& fama Præpoſituram reputari, & reputatam eſſe ma-
iorem dignitatem viſis, & bene conſideratis quampluribus
Bullis Apoſtolicis antiquis ſupra centum annos & mo-
dernis &c. alijſque autenticis documentis, in quibus aſ-
ſerebatur, & enunciabatur Præpoſituram eſſe in Eccleſia
Placentina maiorem Dignitatem poſt Pontificalem Ar-
chidiaconatum vero Dignitatem non tamen maiorem ex
his &c. ſententiauit, decreuit, & declarauit Præpoſitu-
ram intelligi, & eſſe debere maiorem Dignitatem &c:*
3 & poſt confirmationem adeſt clauſula ſublata, & decre-
tum irritans *Sum. Calicis nu. 3.* quibus ſtantibus non
poteſt huiuſmodi primatus amplius in controuerſiam de-
duci nec Iudex contra motum proprium iudicare *Gabr.
conſ. 83. nu. 18. lib. 2. Rot. cor. Caual. dec. 423. num. 2.
Vicen. Canonicatuum 25. Iunij 1638. cor. Reuerendiſſ.
Terracinen. Bonon. Archipresbyteratus 23. Martij 1648.
§. Præſertim vero, & in Ianuen. priuilegiorum 28. Iunij
1649. §. 2. quia cor Eminentiſſ. D. Card. Corrado.*
Præterea ponderatæ fuerunt per DD. pro maioritate
Præpoſiti ſex collationes Sede Apoſtolica ab anno 1549.
ſpacio centum annorum continuatæ in quibus omnibus
expreſſum fuit, quod Præpoſitura poſt Pontificalem eſt
prima Dignitas eodem *Sum. nu. 6.* vt in his collationibus
cum ſimili expreſſione ſe fundat *Rot. cor. Buratt. dec. 473.
4 n. 6. & dec. 465. nu. 3. p. 4. rec. tom. 2* & quod magis
eſt ex quinque prouiſionibus Apoſtolicis excluditur quod
Archidiaconatus ſit talis, vel coæqualis maiori dum
emanarunt cum expreſſione quod Archidiaconatus eſt
Dignitas non tamen maior poſt Pontificalem *d. Sum.
Calicis n. 7.* ex quibus probatur qualitas Beneficij, &
vltimus ſtatus *Areum. conſ. 63. ſub n. 5. verſ. ſed tamen,
Rota Dec. 57. nu. 9. & ſeqq. par. 7. rec. & in Placentina
Beneficij 15. Iunij 1648. cor. R. P. D. meo Celſo §. & ex
5 collationibus*, qui omnino attendendus eſt pro cognoſcen-
da qualitate Beneficij, ad effectum vt intret, vel non re-
gula 4. Cancellariæ *Dec. conſ. 126. nu. 1.* in puncto *Rot.
deciſ. 633 nu. 4. par. 4. rec. tom. 3. d. Neapolitana Cimi-
liarcatus vbi ſupra, & in Placentina Beneficij 9. Iun.
1645. cor. bon. mem. Dunozetto. §. quæ intentio Gerunden.
Prioratus 9. Ian. 1646 cor. bon me. Bichio,* vbi quod vl-
6 timus ſtatus ſufficeret pro excluſione retentionis, Præci-
puè quia vltima illarum emanauit ad fauorem Aſinelli ex
cuius perſona cum veniat Comes Landus, vt in iuribus,
& poſſeſſione ipſius ſubrogatus, hanc veritatem amplius
controuertere non poteſt *Rot. cor. Buratt. vbi ſupra nu.
7 deciſ. 311. ſub num. 2. par. 3. rec. & in dicta Neapo-
litana Cimiliarcatus 26. Iunij 1647. coram bo. mem.*

Bichio

Bichio §. quarto dirimit in fine.
Quibus accedunt atteſtatio iurata trium Canonicorũ,&
Primicerij Cathedralis Placentinę,& Depoſitiones teſtiũ
Calicis atteſtantium de conuocatione Capituli fieri ſolita
à Præpoſito negociorum propoſitione de ſeſſione in primo
loco ſubſcriptione in eodem Capitulo, oblatione Aſper-
ſorij Principibus, & delatione Sanctiſſ. Sacramenti Eu-
chatiſtiæ, & alijs actibus primatum Præpoſiti, & maio-
ritatem Dignitatis importantibus, de quibus in *Sum.
Calicis nu.* 5. Nec non collatio Archidiaconatus anno
1559. ab Ordinario facta ſtante vacatione in ipſius men-
ſe ſecuta eodem *Sum. nu.* 8 quam facere non potuiſſet
7 reſiſtente regula 4. Canc. cuius præcipuus effectus eſt li-
gare manus inferiorum circa diſpoſitionem reſeruato-
rum *Rot. dec. 141. ſub nu. 4. par. 1. rec. d. Gerunden.
Canonicatus §. nec facit in fin. & in Materaten. Ar-
chipresbyteratus* 31. *Ian.* 1648. *coram Eminentiſſ. D.
Card. Corrado §. accedit demum collatio*, Quæ omnia
ſatis demonſtrant primam Dignitatem eſſe præpoſituram
ad excluſionem æqualitatis Archidiaconatus, & tradit
*Lotter. de re benef. lib. 2. quaſt. 33. numer. 45. Barbos. de
off. & poteſt. Epiſc. par. 3 alleg. 57. ſub num. 97. Rota
decif. 518. num. 2. & 3. par. 1. diu. & in d. Neapolitana
§. ſecundo, & §. tertio accedit.*
His non obſtat prouiſio Archidiaconatus facta de anno
1567. in perſona Romignani cum expreſſa aſſertione
quod eſſet prima Dignitas *Sum. Comitis. nu.* 20. Quia
ex decreto Vicarij executoris Apoſtolici remouetur dif-
ficultas in quo ipſe declarauit dicta verba præpoſito nul-
lum Præiudicium inferre, & pro non appoſitis haberi *Sum.
Calicis nu.* 9. & fundamentum in ea fieri non poteſt,
cum ſubſequenter de anno 1571. ſublata fuerit de medio
per ſententiam diffinitiuam, & motum proprium Pij V.
de quibus ſupra qui motus proprius fuit obſeruatus, vt
conſtat ex litteris Sacr. Congregationis Concilij, in qui-
bus hoc expreſſè præcipitur eodem *Sum. Calicis num.* 4.
8 Cuius reſolutiones Rota cum omni reuerentia recipere
ſolet, & citra controuerſiam obſeruare *Rot. coram Emin.
D. Card. Ottobono decif. 46. numer. 16. & in Maioricen.
Parochialis* 13. *Iunij* 1646. *coram R. P. D. meo Celſo.*
Vnio autem Canonicatus facta Archidiaconatui ab
eodem Pontifice duobus menſibus poſt motum proprium
cum narratiua quod eſſet altera ex Dignitatibus maiori-
bus, & in contradictorio iudicio exequutioni contra Præ-
poſitum demandata *Sum. Comitis nu.* 32. non viſa eſt
DD. releuare: ſiuè quia huiuſmodi maioritas intelligi
poteſt in ordine ad Dignitates inferiores quæ in eadem
Eccleſia exiſtunt non autem reſpectu præpoſiti, qui decla-
ratus iam fuerat maior, cum ſimul ſtare poſſint quod *Ar-
chidiaconatus* ſit altera ex Dignitatibus maioribus, ſed
non tamen æqualis, cum in maioritate detur magis, &
minus: & tunc demum æqualitas locum habere poſſet
9 quàndo impoſſibile eſſet cognoſcere quæ nam ex duabus
Dignitatibus ſit abſolutè maior *Io. Andr. in c. delibera-
tione 4. num. 2. poſt med. ibique Gemin. num. 7. de offic.
leg. in 6.* Siue etiam quia fuit narratiua partis nempè præ-
10 dicti Romagnani, in qua cum Pontifex nullum funda-
mentum fecerit, non venit attendenda *Franc. Arm. conſ.
23. nu. 8. & 9. Grammatic. decif. 64. ſub nu. 11. & ſeqq.
Lotter. de re benef. lib. 1. quaſt. 39. nu. 65. Rot. decif. 482.
num 1. par. 2. rec. & in dicta Materaten. Archipresbyte-
ratus 31. Ianuarij 1648. coram Eminentiſſ. D. Card.
Corrado §. quia ſunt recent.*
Hinc corruit iuris præſumptio pro Archidiaconi Pri-
matu militans, & teſtes pro Comite inducti ad proban.
æqualitatem Archidiaconatus cum Præpoſitura eius *Sum.*
11 *nu. 5 & ſeqq.* Nam in ſubiecta materia magis attenditur
conſuetudo Eccleſiarum, quam poſitiua iuris diſpoſitio, vt
per *Gramat. dicta decif. 64. num. 16. & 17. Boer. decif.*
286. *nu.* 8. & alios per *Modern. Auenion.* qui in ſpecie
loquitur in præpoſitum, & Archidiaconum *reſol. benef.
par. 2. c. 3. §. vndecimo num.* 10. *Rot. coram ſa. me. Greg.
decif. 482. nu.* 3. & teſtes prædicti, vel ab alijs pro Calice
deponentibus excluduntur, & dubia redditur eorum pro-
batio quia iſti à Motu proprio, & ab vltimo ſtatu ſunt
adminiculati, vt ad effectum excludendi reſeruationem
ponderauit *Rot. coram Caual. decif. 266. ſub num. 5. d.
decif. 143. num. 20. par. 7. recent. & d. Materaten. ſub. §.
præterea excluditur*, Vel cum nonnullas exceptiones pa-
tiantur contra formam, & expreſſum tenorem Motus
12 proprij deponant, & tot prouiſiones Apoſtolicę in contra
rium fuerint exhibitæ, ſcripturis potius ſtandum eſt quàm
ipſorum depoſitionibus *l. cenſus 10. ff. de probat. Rot. decif.
582. num. 6 par. 1. decif. 64. num. 17. par. 5. rec. dicta
Neapolitana Cimiliarcatus 26. Iunij 1647. coram bon.
me. Bichio §. teſtes deponentes, & in Placentina Beneficij
9. Maij 1648. coram R. P. D. meo Celſo §. maior enim.*
Qualitates tandem Archidiaconi, & eius Prærogatiuæ
latè in *Summ. Comitis à num.* 5. recenſitæ nihil conclu-
dunt, quia viſæ non ſunt DD. incompatibiles cum maio-
ritate Præpoſiti, ad quam ſuſtinendam non eſt neceſſa-
13 rium quod Præpoſitus in omnibus Archidiacono, dum-
modo in ſubſtantialibus prævaleat *Cochier, ad reg. 3. nu.
19. Gonzal. ad reg. 8. glo. 51. num. 56. Rot. decif. 867.
in fin. par. 4. diu. & in dicta Neapolitana §. tandem*, &
in omnem euentum cum ſint illæ eædem qualitates Archi-
diacono reſſeruatæ, quibus non obſtantibus pronuncia-
tum fuit Præpoſituram eſſe maiorem Dignitatem, Ar-
chidiaconatum vero Dignitatem non tamen maiorem,
& ſententia motu proprio confirmata non eſt amplius
ſuper illis inſiſten. ſtante præcipuè decreto irritanti, quod
14 inficit omnem obſeruantiam, etiam futuram in contra-
rium *Barbos. clauſ. 40. per tot. Rota coram Eminentiſſ.
Cardinali Otthobono decif. 39. num.* 14.
Et ità vtraque &c.

Reuerendiſſ. D. Cerro Decano Bononieñ Iuriſpatronatus.
Lunæ 13. Maij 1658.

ARGVMENTVM.

Iuriſpatronatus iuſtificatio tam ex dotatione, quàm ex fundatione probatur ex centenaria, vel quadragenaria cum fama, vbi verſamur in perſonis, in quibus non intrat vſurpationis præſumptio; quod quando ſit verum hic pulchrè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula verificato prius, expoſcit concludentem iuſtificationem, & n. 13.*
2 *Iuriſpatronatus iuſtificatio ex quibus deducatur, ſi ſimus in perſonis, in quibus non intrat præſumptio vſurpationis. & n. 3.*
4 *Iuſpatronatus de iure pertinet ex dotatione, vel fundatione.*
5 *Dictio taxatiua excludit omnem alium titulum.*
6 *Verba enunciatiua contenta in re producta cenſentur approbata, & acceptata à producente, amplia vt n. 7.*
7 *Productio per compulſum quid differat à productione facta ſimpliciter; remiſſiuè.*
8 *Concil. Tridentinum ſeſſ. 25. cap. 9. de reformat. quid diſponat.*
9 *Prouiſiones Apoſtolicæ regulariter non immutant ſtatum beneficij, ſed illum declarant, & oſtendunt qualis fuerit de præterito.*
10 *Enunciatiua vnica in materia iuriſpatronatus probat etiamſi ſit Ordinarij.*
11 *Enunciatiua non probant quando principaliter diſputatur de enunciato.*
12 *Pauperes mendicos dotaſſe, & fundaſſe Iuſpatronatus eſt inuerisimile.*
13 *Ex ſola poſſibilitate non deducitur plena, & concludens probatio*

DECISIO XLV.

CVm Pauperes Leproſi Hoſpitalis Sancti Lazari extrà Mænia Bononiæ donauerint anno 1605. Io. Antonio Petramelatio pro ſe, ſuiſque filijs, & deſcendentibus ius præſentandi Rectorem dicti Hoſpitalis, & pro huiuſmodi dona-

Digitized by Google

donarionis confirmatione idem Petramelarius ſupplica-
uerit ſan. mem. Gregorium XV. demandauit ipſe Anno
1621. Vicario Epiſcopi Bononien. vt præfatam donatio-
nem Apoſtolica auctoritate approbaret, verificato tamen
priùs quòd dictum Iuſpatronatus, ſeù præſentandi ex fun-
datione, vel dotatione exiſteret; Verùm quia Rector tunc
temporis Hoſpitalis ab eodem Pontifice obtinuerat com-
mitti cauſam in Rota præuia auocatione à Vicario, Ideò
dubium propoſui; An conſtet de Iure patronatus, hodiè
negatiuè reſolutum. Quia dicta clauſula per ablatiuum
1 abſolutum concepta, ibi, *Verificato prius, quod dictum
Iuſpatronatus præſentandi ex fundatione, vel dotatione
exiſteret*, Gratiam reddit conditionalem, ac proindè præ-
ciſam, & concludentem iuſtificationem expoſcit, *vt in
terminis dixit Rota coram Buratt. deciſ. 178. num. 1.
repetita in recent. deciſ. 276. numer. 2. part. 4. coram Du-
raño deciſ. 87. numer. 18. & 19. in Piſtorien. ſeu nullius
Beneficij 8. Decembris 1634. coram bon. memor. Duno-
Zetto in recent. deciſion. 569. numer. 29. 30. & 31. part. 5.
in Lucana Beneficij 16. Iunij 1651. coram me § corruit
etiam, & in Aquilana Cappellaniæ 26. Maij 1656. coram
R. P. D. meo Priolo §. Nullitas poſſeſſionis*.

Non obſtat centenaria quaſi poſſeſſio præſentandi edu-
cta ex præſentationibus relatis *in Sum. Petramelarij nu.
2. cum ſeqq.*

2 Licet enim verſemur in perſonis, in quibus non intra-
re præſumptionem vſurpationis *declarauit de anno 1617.
Sacr. Congregatio Eminentiſſimorum DD. Cardinalium
S. Concilij Tridentini interpretum dicto Sum. num. 1.* &
propterea ſufficiat centenaria, vel quadragenaria cum
fama *iuxta conſ. Federic. de Senis 234. num. 3. verſ. ſic ad
propoſitum ſæpius à Rota comprobatum, & ſignanter in de-*
3 *ciſionibus allegatis in Aretina Plebaniæ 16. Februarij
1654. coram me. § Præmiſſo enim*, Etiam ad effectum iu-
ſtificandi Iuſpatronatus ex dotatione, & fundatione, *vt
reſpondit Rota coram Card. Puteo deciſ. 199. num. 1. verſ.
ſed ſi eſſemus lib. 1. in corr. deciſ. 254. ſub. num. 10. verſ.
& propterea lib. 3. par. 3. diuerſ. in recent. deciſ. 312. num.
4. part. 1. Comitul. deciſ. 60. num. 11. Card. Caualer. de-
ciſ. 547. num. 1. & Buratt. deciſ. 172. nu. 1. & deciſ. 875.
num. 1. & 2.* Præſertim cum in dictis præſentationibus
enuncietur ad Pauperes leproſos electionem, & præſenta-
tionem Rectoris pertinere de iure, & ex conſuetudine, de
4 iure autem Iuſpatronatus pertinere dicitur ex fundatione,
vel dotatione *iuxtà deciſ. 7. Acchill. num. 2. de Iurepatr.
Comitul. dicta deciſion. 60. num. 14.*

Nihilominus quicquid ſit, an adducta centenaria legiti-
mè completa iuſtificetur. ex ſcripturis dd. præſentationum
ad id exhibitis. Ex ſequentibus exiſtimarunt Domini titu-
lum fundationis vel dotationis valdè turbidum reddi. Et
primo ex quo Clemens VII. fæl. rec. anno 1526. eligen-
do in Rectorem Hieronymum de Apoſa explicitè aſſeruit
Iuſpatronatus ex conſuetudine dumtaxat exiſtere *Sum. D.*
5 *Marchionis Vera num.* 1. Huiuſmodi enim dictio taxa-
tiua cum taxat omnem alium titulum prorſus excludit
*Bart. in l. vinc. num. 1. ff. ſi quis ius dicent. non obtemper.
Card. in Clem. 1. verſ. Nos igitur de ſumma Trinit. &
fid. Cathol. Rota apud Pacific. de Saluian. deciſ. 58 num.
4. in Toletana Canonicatus Pænitentiariæ 4 Maij 1644.
§. Idque non ſolum, & in Romana fideicommiſſi de Maxi-
mis 11. Ianuarij 1649. §. Quia præter quod coram me.*
Quæ quidem Summi Pontificis aſſertio Pauperibus, &
Petramelario videtur obſtare, ſine gratia dictæ electionis
effectum habuit, & electus admiſſus fuit ab ipſiſmet Pau-
peribus, exindè enim tacitus eorumdem conſenſus in ip-
ſorum præiudicium elicitur, vt in ſimilibus terminis reſpō-
dit *Rota apud Verall. deciſ. 81. num. 4. par. 3.* ſiuè etiam
quia à dicto Petramelario iudicialitèr in partibus ſimplici-
ter producta fuit; Vndè omnia ibi enunciata ab ipſo acce-
6 ptata, & approbata cenſentur *cap. Venerabilis vbi ſcri-
bentes de except. cap. cum olim de Cenſ. Aym. conſ. 134.
numer. 8. cum concordantibus allegatis in Leodien. ſuc-
ceſſionis 1. Iulij 1654. coram me §. vltimo.* Quamuis in vl-
terioribus productionibus deindè factis in Curia addita
7 fuerit clauſula per compulſum, quia exindè non remoue-
tur cōſenſus reſultans ex antecedenti productione in par-
tibus ſimplicitèr facta, *Buratt. deciſ. 551. nu. 1. & 2.*

Secundo ex quo aſſertæ præſentationes iuxtà prætenſio-
nem ipſiuſmet Petramelarij incipiunt ab anno 1359. &
vltima emanauit anno 1562. abindè verò citrà nulla vlte-
rior datur præſentatio à dictis Pauperibus peracta, ſed
vſquè nunc à Sede Apoſtolica Rectores electi, & depu-
tati fuerunt; Cum autem Sacrum Concilium Tridenti-
num, quod poſt vltimam præſentationem anno 1462. fa-
ctam publicatum fuit, *ſeſſ. 25. cap. 9. de reformat.* expreſſè
abrogauerit quodcumque Iuſpatronatus ex priuilegio,
8 Conſtitutione, & conſuetudine etiam immemorabili com-
petens, indè ſatis apertè conuincitur, quod Iuſpatronatus
à Pauperibus prætenſum, & ab eis vſque tunc poſſeſſum
ex ſola conſuetudine ad illos pertinebat, & quod proindè
ipſimet Pauperes agnouerint omne ipſorum ius tanquam
in ſola conſuetudine vere conſiſtens à Sac. Concilio re-
manſiſſe ſublatum, quod etiam demonſtrant ſubſequentes
9 prouiſiones Apoſtolicæ effectum ſortitæ, quæ licet regu-
lariter non immutent ſtatum beneficij, illum tamen decla-
rant, & oſtendunt qualis fuerit de præterito, *San. mem.
Greg. dec. 482. nu. 1. Card. Caualer. deciſ. 252. nu. 3. in
recent. deciſ. 315. nu. 1. par. 3. Merlin. deciſ. 521. nu. 4.
& 5. & in Spoletana Iuriſpatronatus 24. Nou. 1655. co-
ram me §. vltimo*; Simplex autem enunciatiua Ordinarij
de anno 1606. quod de Iurepatronatus Pauperum legiti-
mè, & ſecundum formam traditam à Concilio conſtaret
10 *d. Sum. Petramelarij n. 11. in fine* tanquam vnica, nul-
lius eſt releuantiæ, *Aret. in cap. cum cauſ. nu. 22. in fine
de probat. Buratt. deciſ. 178. nu. 13.* præſertim dùm hodie,
quo principaliter contingit dubitari de enunciato, nulla
11 prorſus concludenti iuſtificatione fulcitur *Felin. in cap.
per tuas nu. 12. de probat. Rot. deciſ. 552. numer. 13. par.
4. tom. 3. recent.*

12 Tertiò demùm quia inueriſimile admodum eſt, quod
Pauperes leproſi, qui prorſus mendici ſunt, controuerſum
Iuſpatronatus dotare, & fundare potuerint, *vt in ſimilibus
terminis ponderauit Rota apud Creſcent. deciſ. 1. alias 13.
num. 2. de Iurepatron. in recent. deciſ. 23 ſub nu. 5. par. 2. a-
pud Viuian. de Iurepatron. deciſ. 28 nu. 1. & in Lucana Iu-
riſpatronatus 1645. § nam reſpectu, & 3. Decembris 1646
§. Ratio cum duob. ſeqq. coram. Reuerendiſſ. D. Terra-
cinen.*

Dùm itaquè ex præfatis ſaltem per poſſibile educi valet
quod controuerſum Iuſpatronatus non ſit ex fundatione,
vel dotatione, ſed ex ſola conſuetudine, indè reſultat quod
13 ex hac ſolum poſſibilitate probatio pro Petramelario de-
ducta non ſit plena, & concludens, vt ex prædicta clauſula
de neceſſitate requiritur, *ex notatis per Caſtrens in l. ſi per
alſam §. Docere nu. 4. ff. ne quis eum, qui in ius vocat eſt vi
eximat Dec. conſ. 37. nu. 9. circa med. Rot. deciſ. 216. n.
13. par 6. recent. & alijs allegat. in Aſten. Coadiutoria 14.
Februarij 1653. coram R P. D. meo Celſo §. probatio vero.*
Quapropter Domini exiſtimarunt, ad effectum de quo
agitur non conſtare de Iurepatronatus vtraque &c.

R.P.D. Beuilaqua Eugubina Diuiſionis.
Lunæ 13. Maij 1658.

ARGVMENTVM.

Dos quandonam vigore ſtatuti ſuccedat loco legitimæ,
ad ornatum ſtat. Eugub. lib. 2. Rub. 62. plenè edo-
cetur.

SVMMARIVM.

*Diuiſio eſt facienda iuſta formam præſcriptam à parti-
bus, quando reſcindatur ex læſione, vel errore. n. 2.*
3 *Hæreditas Patris defuncti æqualiter eſt diuidenda inter
fratres, & ſorores excluſa omni ſexus differentia de iure
communi.*
4 *Statutum Eugubinum ſub Rub. 62. lib. 2. aſſeritur. Portio
fæminarum à ſtatuto excluſarum accreſcit maſculis in-
tegrè.*
5 *Statutum quando dicatur confirmatum in forma ſpecifi-
ca; & quando non ſit opus, vt taliter ſit confirmatū. n. 6.*

7 Dot-

Digitized by Google

7 *Dos vigore ſtatuti quando ſuccedat loco legitimæ,8.9.10.*
11 *Statutum excludens dotatam intelligitur, vt excludat ſola dotantis hæreditate, declara n.12.13.*
14 *Dec.conſ.261.& Ruin.conſ.74.lib.2.declarantur.*
15 *Teſtes examinati ſine citatione partis non attenduntur.*
16 *Teſtes deponentes de poſſeſſione quando deponere intelligantur ſolum de poſſeſſione iure familiaritatis.*
17 *Poſſeſſio iure familiaritatis non eſt habenda in conſideratione.*

DECISIO XLVI.

SVper modo diuidendi bona, quæ indiuiſa relicta erant,
fratres de Grottis Apocam confecerunt iuxta cuius for-
mam illorum diuiſionem faciendam eſſe Rota cenſuit,
1 quia vbicunque res ſunt diuiſæ, aut diuiſionis eſt forma
præſcripta, non ſunt amplius, vel aliter quam in ea conti-
netur diuidendæ *l.filiæ 20.§.familiæ ff. fam Erc.l.ſi inter 8.*
cum ſeq.C.com.vtr.Iudic.l.ſi maior 4.C.com.diuid.gloſ.fin.
in fin.in l.ſoror tua 8.C.de collat.Menoch.conſ.91.num.28.
2 Etiam ſi velit diuiſio ſub prætextu læſionis, vel erroris re-
tractari, niſi vltra dimidiam læſio probetur, & error mani-
feſtè detegatur, vt de læſiua eſt *gloſſ. in l 3.verb.vel perpe-*
ram C.com.vtr.Iudic.Gratian.diſcept.foren.cap.788 nu.1.
Cyriac.contr.325.n.28. & de erronea *l. cum putarem 37.ff.*
fam. Erciſ.l.poſt diuiſionem ff. de iur.& fact.ignor.& d l.3.
C.com.vtr.Iud. Menoch.conſ.91. nu.26. Rota dec.600.n.1.
cum ſeq par.5.rec.
Non obſtat, quod in dicta apoca non ſit nominata Mag-
dalena Franciſci, & Aloyſij fratrum germana ſoror, quæ
debuit omninò comprehendi, ac fieri diuiſio in tres viriles
partes, eam pro ſua rata bonorũ admittendo ex iuris diſpo-
3 ſitione debita, ſecundũ quã hereditas Patris defuncti æqua-
liter diuiditur inter fratres, & ſorores, excluſa omni ſexus
differentia *l.maximum vitium 4.C.de lib præter Auth. in*
ſucceſſione C.de ſuis, & legit.lib.Auth.defuncto verſ.ſed ſi
cum parentib.C.ad ſen.conſul.Tert. Quoniam obſtat ei ſta-
tutum Eugubinũ *ſub rub.62.lib.2.* excludens fęminas à ſuc-
4 ceſſione, maſculis extantib. ad quos proinde integræ, & ple-
nariæ portiones etiam pro rata dictæ Magdalenæ in iure
debita pertinent *Roman.in l.vnic.nu.63.C.quando non pet.*
par.pet. accreſc. Socc.ſen.conſ.5. num.5. & ſeq.lib.1. Hon-
ded.conſ.1.num.74.cum ſeq.lib.2.
5 Non afficit, quod ſtatutum non appareat in forma ſpeci-
fica confirmatum, quia præter quod de confirmatione cõ-
ſtat ex decreto per Ducẽ Vrbini ædito, vbi omnia particu-
laria ſtatuta locorũ ſeruari mandauit, & inter Ciues potiſ-
ſimum attenduntur, vt refert *Honded. conſ.9.n.7.cum ſeq.*
& n.24. referens verba decreti *lib.2.Gab.conſ.18.* in figura-
tione caſus *verſ.alterum Guidob.lib.2. Tob. Non.conſ 10.*
6 *n.3.* cum huiuſmodi ſtatuta ſint fauorabilia, vel ſaltem non
odioſa odio irrationabili attento fauore agnationis, qui in-
ſpici debet, & plura per vniuerſum Orbem reperiantur, ac
ferè in omnibus Italiæ Ciuitatibus exiſtunt, vt teſtantur
plures Doctores, quos Rota refert in *dec.405.nu.31.par.5.*
rec. non requiritur ad illorum validitatem ſpecialis, & indi-
uidua confirmatio, ſed in forma communi facta ſufficiens
iudicatur, vt reſpondit *Rota in Bononien.ſucceſſionis 9.De-*
cemb.1622.coram Vbaldo in rec.deciſ.438.num.47.& 48.
par.4.to.2.bo.me. Merlin.dec.698.n.7.
Non ſubſiſtit, quòd ex bonis paternis inter fratres ad for-
mã apocæ diuidendis, ſit prius detrahenda dos d.Magdale-
næ adhuc innuptæ, quo loco legitimæ debetur, ex quo ſta-
tutum non niſi fęminas dotatas excludit, eaſq. dotari man-
7 dat, ſi dotatæ non ſint. Quoniam tunc demum dos vigore
ſtatuti loco legitimæ ſuccedit, quando illius diſpoſitio eſt
directa ad excluſionẽ fœminarum, ſi fuerint dotatæ, tunc
etiam ad illas excludendas, ne concurrãt ad ſucceſſionem,
vera, & formalis dotatio exigitur, tempore quo ſucceſſio
ei impediri prætenditur, quamuis matrimonio non fuerint
collocatæ, vtpotè illa ſit cauſa finalis excluſionis, ſecus verò
vbi ſtatutum fęminas excludit propter maſculos, & ipſas do-
tari mandat, ſi dotatæ non fuerint, & hoc caſu dos non ſuc-
cedit loco legitimæ, quia non ipſa dos, ſed ſolus fauor ma-
ſculorum, & agnationis conſeruatio eſt excluſionis cauſa,
ſicq; non eſt neceſſaria dotatio, niſi nuptiæ actualiter con-
trahantur, ita magiſtraliter diſtinguendo tradit *Caſtr. in l.*
Titio centum 70 §.Titio genero ſub n.8 verſ.ego pluries ff.
de condit.& dem.& in conſ.vlt.n.4.verſ.ſuper 3.lib.2.Socc.
ſen.conſ.75.n.8.vſq. ad fin.lib.3. Menoch.conſ.81.n.4.Hon-
ded.conſ.16.n.54.& 55.lib.1.Gionag.conſ.42.n.77.lib.1 Rot.
dec.538.& 540.n.1.cum ſeqq.par.1.diu.in Peruſina fideic de
Alphanis cor.bo.me.Coccino dec.106 n.5.6.& 7.poſt tract.
de legit.in Tiburtina hereditatis 13.Febr.1624.cor.bo me,
Cardin.Hieronymo Veroſpio poſt Fenzon.ad ſtat.Vrb.dec.
113.ſub §.& licet,& in rec.dec.399.n.32 & ſeq.& dec.405.
n.23.cum ſeq. p.5.& in Interamnen. vſusfructus 10. Iunij
1649.coram Reuer.D.meo Decano, §.idemq; etiam.
8 Quam diſtinctionẽ communiter approbatam retinendo
exiſtimarunt Domini ſecundũ caput illius applicari prępo-
ſitæ quæſtioni ponderantes in primis verba rubricæ ſtatuti,
quæ inducunt ſimpliciter excluſionem fęminarum in caſu
exiſtentiæ maſculorum, ibi, *quod ſtantib. maſculis fęmina*
non ſuccedant, ex quibus verbis apertè colligitur, quod ob
ſolam exiſtentiam maſculorum, non autem ex cauſa dotis,
9 cuius ibi nulla fit mentio, ſtatuentes voluerint excludere
fęminas, ſunt enim verba d. rubricę generalia habẽtia per-
fectam orationem, ideò ad cauſæ deciſionem allegari poſ-
ſunt, licet per nigrum ſtrictiùs loquens illius diſpoſitio re-
ſtringatur *gloſſ in l.1. C.de cap. ciu lib.11. Caſt.conſ.40.&*
conſ.83.n.4.lib.2. Rota dec.548.n.1.in fin.par.1.& dec.31.n.
1.pariter in fin.par.2.rec.& in Fanen. nullitatis apocæ 13.
Martij 1648. §.vlterius coram Reuer. Tarraconen.
10 Secundò aduertebatur, quod ſtatutũ in nigro excludit fę-
minas dotatas, iniungitq; onus Patruo, & alijs ibi expreſſis,
illas, quæ dotatæ non ſunt, congruè dotandi, inſpecta quali-
tate perſonarũ patrimonij, & conſuetudine earum domus,
quo fit, vt per maſculorum exiſtentiã, abſq. dotatione dicã-
tur excluſæ, non autem habita ratione dotis, quæ ſecunda-
rio fuit à ſtatuentibus conſiderata ad moderandum rigorẽ
ſtatuti, & quaſi in recompenſam excluſionis ordinata, & in
conſequens dicta dos non habetur loco legitimæ, nec tan-
quam purè debita tranſmittitur, ſed conditionaliter, ideſt ſi
nubent, & ſic adueniente die nuptiarum *Soc.Sen.conſ.278.*
ſub n.27.lib.2.Gabr.conſ.11.nu.5.lib.1.& conſ.139.n.15.&
ſeq.lib.2. Menoc.d.conſ.81.n.4.& conſ.327.n.127.Cephal.
conſ.245.nu.28.lib.2. Honded conſ.16.nu.54.lib.1. Rota in
dd.deciſionib.540.n.1.verſ.diſtinctio par.1.diu.& dec.405.
n.25.& ſeq.par 5.rec. coram Card.Millino, dec.317.nu.4.
& 5.poſt Merlin.de legit.dec.74.n.2. & dec.106.n.7.
Pariter fuiſſe contemplatum maſculorũ fauorem dedu-
cebatur ex eo, quod ſtatutũ diſponit, quod fęminæ ab vno
tantũ dotatæ, ab aliorum omnium ſucceſſione cenſeantur
excluſæ, ibi, *ita quod ab vno tantum ipſorũ, vel ipſarum do-*
tata, ab omnium ſupranominatorum hæreditate excluſa cen-
11 *ſeantur, &c.* licet enim certiſſimum ſit iuris axioma, quod
vbicũq; ſtatutum excludit fęminã dotatam, intelligi debeat
excluſa à ſola hæreditate dotantis, non autem aliorum, qui
non dotarunt *Bald.in l.1.n.4. C.de legit.hæred. Surd.conſ.*
535.n.13. Menoch.conſ.3.n.17.verſ.nono, ac vltimo. Atta-
12 men concluſio cõmuniter limitatur, quando illud vlterius
progreditur, enumerãdo perſonas, à quarũ ſucceſſione in-
tendit fęminas excludere, vt hic, nam huiuſmodi expreſſio
demonſtrat, ſtatuentes principaliter conſideraſſe fauorem
maſculi excludentis, non verò excluſionem eſſe conſequu-
tiuam ad dotem, quæ aliàs cum eſſet vnica, vices plurium
dotantium expleret, quod fieri non poſſet habita ratione ad
ipſam dotem, ſecus inſpecto fauore illorum, quibus hære-
ditates deferuntur, excluſis fœminis vnica dotatione iuxta
ſtatuentium intentionẽ, vt in terminis ſimilis ſtatuti arguit
Caſtr.conſ.91.n.2.verſ.nam reſpondetur lib.2.Cephal.conſ.
5.n.70.Rot.dicta dec.405.n.28.& 29.par.5 rec.& coram bo.
me. Merlino dec.390.n.10.& dec.429.n.1.& 2.
13 Nec prædictis obeſſe viſum fuit, quod ſtatutum in nigro
incipiat à dotatione, & deinde procedat ad excluſionẽ, quo-
niã reſponſum fuit, quod tam & ſi in prima parte ſtatutum
loquatur de dotatis, dum in altera parte ſubdit, quod ſi do-
tatæ non fuerint, dotari debeant, inde aſſequitur vim, &
efficaciam ſtatuti non conſiſtere in dotatione, ſed in ratio-
ne, ob quam fœminæ excluduntur, videlicet propter ma-
ſculos, qui debent integraliter in omnibus bonis ſuccedere,
habentq; dũtaxat neceſſitatem dotem fœminis conſtituẽdi,

Digitized by Google

quam tamen illę antequam maritentur, petere non poſ-
ſunt, ſed ſat eſt, quòd fratres ſint cum effectu parati dota-
re de paragio, adueniente die nuptiarũ, non antea, vt de
ſtat. Vrb. lib. 1. cap. 145. quod etiam à dotatione incipit, ibi,
*ſi quis deceſſerit &c. ſuperſtitibus filiabus fœminis, vna, vel
plurib. maritatis, & dotatis ipſa fœmina in aliquo nõ ſucce-
dant, Gab. conſ. 139. nu. 15. cum ſeq. lib. 2. Grat. diſc. for. cap.
579. n. 31. & 32. Rot. cor. Card. Seraph. dec. 112. per tot. & d.
dec. 538. n. 1. p. 1. diu.* Nihil obſtãte, quod admiſſa hac inter-
petratione mulier excluſa nihil haberet, ſi ante nuptias mo-
reretur, quia ſufficit ad effectum vt locus ſit ſtatuto, quod
interim donec nubat, vel moriatur, alimenta conſequatur,
vt poſt *Bald. in l. non ſine 5. C. de bon. quæ liber. tradit Cu-
man. conſ. 40. col. fin. Socc. Sen. d. conſ. 278. ſub n. 27. verſ.
preterea lib. 2. Gabr. vbi ſupra nu. 29. Grat. d. cap. 579. n. 31.*
14 Neque applicantur tradita per *Dec. in conſ. 261. & Ruin.
conſ. 74. lib. 2.* quia loquuntur in caſu ſtatuti excludentis
fœminas cum conditione, ſi dotentur, & ſic propter doté
principaliter, de hoc autem aliter dicendum eſt, quia lo-
quitur mor aliter, vt dotentur, ſi dotatæ non ſint, & ob id
dos dicitur cauſa ſecundaria, prout prædicta conſilia refe-
rentes explicant idem *Gabr. in d. conſ. 139. nu. 2. Rota in ea-
dem dec. 540. ſub n. 6. verſ. auctoritates allegata par. 1. diu.*
Non obſtant Teſtes doponentes de poſſeſſione Magda-
lenæ bonorum controuerſorum vna cum fratribus, nam
viſum fuit, non eſſe attendendos, ne dum quia ſunt exa-
15 minati ad perpetuam rei memoriam, ſine partis citatio
ne, requiſita ad finem, vt fidem faciant *Rot. dec. 128. nu. 1.
& dec. 259. nu. 2. par. 1. rec. & dec. 182. n. 1. cor. bo. me. Coc-
cino,* Cum aliunde non conſtet illam fuiſſe admiſſam a fra-
tribus ad ſucceſſionem, imò liquet de contraria eorumdem
mente ex dicta apoca diuidendi bona inter ipſos, nulla de
ſorore habita ratione, conſequẽter nullo alio titulo, quàm
16 familiaritatis ea poſſidere potuit, & de huiuſmodi poſſeſ-
ſione intelligenda ſunt Teſtium depoſitiones *Angel. in l.
aſsiduis 12. nu. 1. C. qui pot. in pign. hab. Ruin conſ. 34. n.
13. lib. 1. Rot. cor. bo. me. Coccino dec. 239. n. 4. & dec. 298.
n. 6. par. 6. rec. & in Neapolitana bonor. 7. Febr. 1642. cor.
bo. me. Dunozetto §. Non obſtant.* Nec eſt habenda in con-
17 ſideratione ex allegatis per *Moder. de manut. obſ. 54. n. 2.*
Et ita vtraque &c.

R. P. D. Priolo Romana, ſeu Ianuen. locorum Montium.
Veneris 17. Maij 1658.

ARGVMENTVM.

Hæres quando poſſit pulſari in proprijs bonis à credito-
ribus defuncti vigore hypothecæ pro illis vigentis, iam
ab ipſo defuncto in proprijs obligationibus conſtitutę.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca, & obligatio defuncti non cadit ſuper bonis
heredis.*
2 *Defunctus poteſt diſponere in ſua vltima voluntate de
bonis heredis.*
3 *Hypotheca ad fauorem creditorum defuncti, quando af-
ficiat bona heredis.*
4 *Obligatio cameralis includit quoquè bona heredis.*
5 *Heres ſimpliciter adeundo quaſi contrahit cum credito-
ribus heredìtarijs. declara n. 6. ratio declarationis n. 7.*
8 *Heres conuenitur actione perſonali; quia repræſentat de-
functum.*
9 *Debitor, quando cenſeatur obligaſſe bona ſua tantum,
& non eius heredis.*
10 *Heres ſine inuentario non tenetur in bonis proprijs actio-
ne hypothecaria, ſed ſolùm perſonali.*
11 *Adminiſtrator doloſus tenetur hypothecaria. Hypotheca
nũquàm cenſetur inducta, niſi in caſibus à iure expreſſis.*
12 *Prorogatio operatur, vt tempus prorogatum cenſeatur v-
nũ cum primo quãdo poſſit fieri ſine citatione partis, n. 14.*
13 *Prorogationis terminus quando incipiat currere.*
15 *Eccleſiaſtici poſſunt vti Statuto laicali fauorabili per
modum priuilegij.*
16 *Omiſſio deſcriptionis bonorum in inuentario, quod fuerit
doloſa debet ab allegante probari.*
17 *Heres omittens deſcribere aliqua bona in inuentario non
amittit beneficium inuentarij, ſed ſolùm punitur in
duplum.*
18 *Debitor mandans ſolui debita de ſuis bonis, cenſetur iſta
hypothecaſſe. & n. 19.*
20 *Hypotheca, qua tenebatur defunctus non transfertur
ſuper bonis acquiſitis ab herede ex pecunia, vel rebus
hereditarijs.*

DECISIO XLVII.

EX defectu hypothecæ, quæ eſt vnum de extremis in Iu-
dicio Saluiani requiſitis receſſit hodie Rota à deciſis co-
ram me ſub die 31. Ianuarij 1656. pro confirmatione ſen-
tentiæ A. C. concedentis immiſſionem Coniugibus de Le-
uizarijs ſuper locis Montium, de quibus agitur.
Quia non controuertitur, & admittit etiam contraria
deciſio, quod hæc loca montium non ſunt propria Ioan-
nis Auguſtini debitoris, nec ab ipſo vnquam fuerunt poſ-
ſeſſa, ſed ſpectabant ad Patrem Marinum illius hæredem
1 ſuper quibus proindè non cadit obligatio, nec hypotheca
defuncti, iuxta textum in *l. Paulus, 29. ff. de pignor. gloſ.
in l. aſſiduis verb. licet. verſ. Item an bona. C. qui potior. in
pign. hab. Loffred. conſ. 32. n. 15. Franc. deciſ. 53. n. 6. Surd.
dec. 315. n. 6. in fin. cũ ſeqq. Merl. de pign. lib. 2. tit. 1. q. 15. n. 1.*
2 Quamuis enim defunctus poſſit de bonis hæredis diſpo-
nere, ſicut de proprijs, ſiuè in vltima voluntate, ſiuè inter
viuos *l. vnum ex familia 69. §. ſi rem ff. de legat. ſecundo.
l. 1. in princip. ff. de except rei vendit.* & tradit *Capic. deciſ.
175. num. 15. Ciriac. controu. 160. num. 82. Gratian. diſce-
pt. 225. nu. 77. Rot. deciſ. 19. num. 1. & deciſ. 89. num. 2. par.
5. rec.* Tamen ad effectum, vt in illis intret hypotheca ad
3 fauorem Creditorum ipſius defuncti, neceſſe eſt, quod
defunctus obliget etiam bona hæredis expreſsè, vel per
clauſulas id importantes, quodque hæres adeat eius hære-
ditatem ſine beneficio legis, & inuentarij, ſic enim conſtat
de animo defuncti vtendi poteſtate, quam habet ea obli-
gandi, ac de voluntate hæredis ratificandi factum defuncti
mediante ſimplici aditione, prout copulatiuè requiritur, vt
conciliando pugnantes Doctorum opiniones, reſoluit
Conſilium Neapolitanum apud *Afflict. deciſ. 111. num.
15. cum ſeqq.* & melius *deciſ. 200. per tot.* quem in puncto
ſequitur *Franc. deciſ. 53. num. 7. & ſeq. Pacific. de Saluia-
no interdicto inſpect. 3. cap. 2. num. 289. iunctis numeris præ-
cedentibus. Mantic. de tacitis lib. 11. tit. 17. nu. 9.* & vide-
tur ſenſiſſe *Rot. in Viterbien. Caſtrorum 12. Iunij 1623. co-
ram bo. mem. Coccino in recent. deciſ. 438. par. 5.* vbi de-
functus iure legati diſpoſuerat de certis bonis hæredi debi-
tis vigore fideicommiſſi. & Rota reſoluit, quod ſtante hac
expreſſa diſpoſitione, & acceptatione hæreditatis ſine be-
neficio legis, & Inuentarij hæres cenſebatur illius diſpoſi-
tionem approbaſſe, & noluiſſe ſuccedere in eiſdem bonis
vigore ſubſtitutionis fideicommiſſariæ, vt benè declarat
deciſ. ſub num. 31, & 32. & clariùs in *Romana Saluiani,
ſeu Domus 27. Nouembris 1634. coram bon. mem. Bucca-
bella, apud Zacch de obligat. camer. deciſ. 239. num. 7. &* 8.
vbi copulatiuè conſideratur tam expreſſa obligatio bo-
norum hæredis, quam illius aditio non docto de inuenta-
rio, & rurſus in *Sancti Seuerini Dotis, ſeu Saluiani 4.
Maij* 1640. *coram bo. mem. Dunozetto, apud eundem Zac-
ch. deciſ. 187. vbi num. 25. & ſeq.* non ſolum conſideratur
4 aditio ſine beneficio legis, & Inuentarij, ſed etiam princi-
paliter deducitur obligatio bonorum hæredis tùm ex am-
plitudine verborum, & clauſularum, quæ aderant in In-
ſtrumento, de quo ibi agebatur, & in caſu iſto deſunt. Tùm
quia Inſtrumentum continebat obligationem Cameralẽ,
quæ vt probat idem *Zacch poſt Galleſ. q. 4. num. 7.* includit
quoque bona hæredis, ac demum firmatum fuit in *Roma-
na Cenſus, ſeu Saluiani 5. Maij 1655. coram Reuerendiſ-
ſimo D. meo Decano, §. primo,* vbi ad affectum hypothe-
cæ copulatiuè conſideratur expreſſa obligatio bonorum
hæredis, & eius aditio ſine beneficio legis, & Inuentarij.
5 Non obſtat quod hæres ſimpliciter adeundo quaſi con-
trahat cum Creditoribus hæreditarijs, indeque teneatur
actione perſonali, cui accedit hypothecaria, vt dicitur in
dicta Viterbien. Caſtrorum dec. 438. nu. 7. & ſeq. par. 5. rec.

6 Quia

Digitized by Google

6 Quia concluſio, vel procedit in legatis, ſeù fideicommiſſis iuxtà textum in *l. final. in fine, C. commun. de legat.* in quibus terminis loquitur *dicta deciſio*, vel quatenus extenditur ad Contractus per *l. primam pariter in fine, ff. de pignor. act.* intelligi debet, concurrente præcedenti obligatione bonorum hæredis, vt declarandu dictum textum firmat *Afflict. dicta deciſion. 111. numer. 17. Pacific. d. cap. 2. numer. 290.* benè *Franc. dicta deciſ. 53. num. 7. & ſeq.*

7 Quod & ratione comprobatur, nam quaſi contractus, ex quo oritur actio perſonalis non cauſatur per aditionem hæredis, ſed per contractum celebratum à defuncto, iuxta tradita per *Bart. in l. de eo in princip. verſ. ſed certè, ff. de iudic. Surd. conſil. 112. num. 68. cum ſeq. & conſ. 425. num. 28. & ſeq. Gratian. diſceptat. 981. numer. 17. cum alijs relatis per modern. Hiſpan. in laberint. Credit. par. 2 cap. 1. n. 8.* Si ergò obligatio defuncti eſt reſtricta ad bona propria, vtique per aditionem extendi non poteſt ad bona hæredis nè alioquin plus contineat, & operetur quaſi Contractus, quàm ipſe Contractus, vt ponderat *Franc. d. deciſ. 53. nu. 8. verſ. nihilominus.*

Nec ex eo, quod hæres teneatur actione perſonali rectè infertur ad hypothecariam.

8 Quia ideò hæres conuenitur actione perſonali, quia repræſentat perſonam defuncti, ſed bona hæredis non poſſunt dici bona eiuſdem defuncti, vt aduertit *Aretin. in l. ſi hæredis ſeruus in princ. verſ. Sed ad hoc. ff. de legat. 1. Surd. deciſ. 315. n. 6. & ſeq.*

Cum itaque Ioannes Auguſtinus Debitor in obligatio-
9 ne nullam fecerit mentionem de bonis hæredis, deficit
eius voluntas illa obligandi, & bona tantum propria hy-
pothecaſſe cenſetur *d. l. Paulus in princip. ff. de pign. Al-
ciat. in l. 1. num. 29. verſ. ſed an contra, ff. de legat. 1. Man-
tic. de tacit. d. lib. 11. tit. 17. ſub numer. 9. verſ. verum planè.
Pacific. de Saluian. d. cap. 2. n. 284. verſ. & quod in genera-
li,* plenè *Surd. dec. 315. n. 4. cum ſeq.*

Hinc parum refert an Pater Marinus adiuerit abſque beneficio legis, & Inuentarij, & exindè dicatur hæres doloſus.

10 Quia non propterea tenetur in bonis proprijs actione hypothecaria, ſed ſolum actione perſonali pro implenda voluntate defuncti, quæ non eſt leuis pœna pro dolo præſumpto *Phanuc. de Inuent. quæſt. 244. num. 72. 143. & 146. Franc. dicta deciſ. 53. nu. 8 & ſeq.* vbi quod hæres adeundo ſimpliciter obligatur quidem, ſed tantum ad id in quo defunctus ſe obligauit *Cardinalis Tuſcus verb. Hæres concl. 51. n. 23. & concl. 58. num. 29. Merlin. de pignor. lib. 2. tit. 1. q. 15. n. 13. & ſeq.*

11 Nec applicatur exemplum adminiſtratoris doloſi, qui tenetur actione hypothecaria.

Quia hoc eſt ſpecialiter à lege cautum fauore pupilli in *l. pro officio 20. C. de adminiſtr. Tutor.* De cætero autem hypotheca nunquam cenſetur inducta niſi in caſibus à Iure expreſſis *gloſſ. fin. in fin. in l. 2. ff. de priuileg. credit. Rip. in l. dabimus 4. §. 1. numer. 2. ff. eodem. Cravett. conſ. 692. numer. 2. Surd. deciſ. 31. numer. 9. & deciſ. 271. num. 10.*

Sed ceſſat difficultas, quia Pater Marinus non adiuit
ſimpliciter, ſed fecit Inuentarium, quod gratis prætendi-
tur non fuiſſe confectum infra tempus legitimum, quia
contrarium conuincitur ex prorogationibus obtentis à
12 Magiſtratu Ianuenſi ad illud perficiendum, quæ operan-
tur, vt tempus prorogatum cenſeatur vnum, & idem cum
primo termino *l. ſed & ſi manente ff. de precario. Bart. in
l. final. in fine ff. de damn. infect. Berous conſil. 156. num. 1.
lib. 3. Maſtrill. deciſ. 25. num. 2. par. 1. Rota deciſ. 505. n. 1. in
fine par. 3. rec.*

Nec ſubſiſtit, quod tertia prorogatio fuerit conceſſa poſt expiratam ſecundam.

Quia ſecunda ad ſex menſes duratura, quamuis conceſ-
ſa die 5. Decembris 1642. non expirabat die 5. Iulij ſequen-
tis cum de tempore illius conceſſionis duraret adhuc pri-
ma, vſque & per totam diem 14. Ian. 1643. *Summ. Patris
13 Marini num. 4.* Terminus enim prorogationis non inci-
pit currere à die qua illa præuentiuè conceditur, ſed à die
qua expirat terminus prorogatus, cum quo coniungitur
*Mandoſ. in Commiſſ. prorog. fatal. 24. verb. lite, & cauſa,
verſ. & ſic pro qualibet vice fol. mihi 57. Scac. de appell.
lib. 2. cap. 2. q. 15. n. 235.*

Minus refert quod prorogationes fuerint conceſſæ non
citatis Creditoribus. Nam quando prout hic, petuntur,
14 & obtinentur ante lapſum temporis, ſicque ante ius quæ-
ſitum eiſdem Creditoribus non eſt opus illorum citatione,
ex traditis per *Bald. in cap. de cauſis in princ. verſ. ſed quæ-
ro de offic. delegat. Roland. de Inuent. q. 81. nu. 6. verſ. quia
tunc valet &c.*

Prout nec obſtat, quod fuerint conceſſæ per Magiſtra-
tum ſæcularem hæredi Eccleſiaſtico. Tum quia tempo-
re præcedentium prorogationum Pater Marinus erat ſæ-
cularis, nec adhuc Religionem ingreſſus, tùm quia ſtatu-
15 tum, cuius vigore fuerunt conceſſæ tanquam fauorabile
prodeſt etiam perſonis Eccleſiaſticis, quæ benè eo vti poſ-
ſunt per modum priuilegij, vt de ſimili Statuto Ianuæ re-
ſponſum fuit in alia *Romana, ſeu Ianuen. locorum mon-
tium 26. Iunij 1648. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano,
§. hoc enim procederet.*

Non item officit, quod mobilia, & argenta non fuerit
deſcripta cum pondere, numero, & menſura, ſed dunta-
xat adnotatum eorum pretium. Quia id non euenit ex do-
lo hæredis, ſed ex quo tunc temporis dicta bona fuerant
diſtracta, vnde certior illorum notitia dari non poterat,
16 quam deſcribendo pretium. At eſto quod omiſſio fuiſſet
doloſa, quod non præſumitur, ſed eſſet ex aduerſo conclu-
denter probandum per text. *in l. final §. licentia ibi. Conui-
cti, &c C. de iure deliberandi, Rota coram S. M. Gregorio
deciſ. 169. num. 1 & ſeq. & deciſ. 181. nu. 13. cum ſeq. p. 6. rec.*
17 Non propterea hæres priuatur beneficio Inuentarij, ſed
ſolùm punitur in duplum, iuxta veriorem, & magis com-
munem ſententiam, quàm ex verbis *d. l. finalis §. licentia
C. de iur. deliber.* latè firmauit *Rota in Romana legati 17.
Dec. 1629. & 14. Feb. 1633. coram bon. me. Pirouano, in re-
cent. dec. 331. n. 21. par. 5. & d. dec. 181. n. 4. & ſeqq par. 6. ac
in Romana Saluiani, ſeu attentatorum 29. Maij 1641. co-
ram Reuerendiſſ. Compoſtellano.*

18 Cæterum non releuat, quod Pater Marinus in donatione, quam fecit Patribus Ieſuitis mandauerit ſolui debita de ſuis bonis, ideòque ex tali deſignatione cenſeatur illa hypothecaſſe, iuxtà doctrinam *Bart. in l. Lucius num. 2. ff. de alim. & cib. leg. cum alijs per Merlin. de pignor. lib. 2. tit. 3. q. 91. num. 1.*

19 Quia non mandauit ſolui debita defuncti, ſed debita propria ipſius donantis *Summ. reſponſionis P. Marini n. 2.* vnde præceptum vltrà illa extendi non poteſt, cum materia tanquam ſtricta, & odioſa id non patiatur, vt in proximis terminis dixit *Rota coram S. me. Greg. dec. 225. n. 8.*

Poſtremò non obſtat quod loca montium fuerint acqui-
ſita ex prætio rerum hæreditariarum, quæ erant hypothe-
catæ, ideòque ſuccedant loco eiuſdem pretij. Nam (præ-
20 termiſſo quod id non probatur) nihilominus ſuper eis non
transfertur hypotheca, licet eſſent acquiſita ex pecunijs, vel
rebus hæreditarijs, vt in ſpecie tradunt *gloſ. in l. aſſiduis,
verb. licet propè finem, verſ. Item an bona C. qui potior. in pi-
gno. habean. Surd. deciſ. 315. num. 4. Pacific. de Saluian. in-
ſpect. 3. cap. 2. ſub num. 284. Merlin. de pign. lib. 2. tit. 1 q. 15.
num. 35.*

Atque ita reſolutum fuit cauſa bis propoſita, & partibus acerrimè informantibus &c.

Reuerendiſs. D. Cerro Decano in Cauſa Cæſaraugustana Cathedralitatis. Lunæ 27. Maij 1658.

ARGVMENTVM.

Litis introductio ex quibus iuſtificetur. Sententia ex quibus declaretur. Remiſſoria quando denegetur. Conſuetudo ex quibus excludatur: & de alijs prout in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Litis introductio iuſtificatur ex commiſſione cauſæ.*
2 *Sententia ex libello, & commiſſione de iure declaratur,*
3 *Articuli ſuccedunt loco libelli.*

4 *Sententia ex præcedenti deciſione Rotali recipit declarationem.*

5 *Qui vult conſequens cenſetur velle omne neceſſarium antecedens.*

6 *Sententia ex vi attractiua extenditur etiam ad aliud ſine quo ipſa nullius eſſet effectus.*

7 *Remiſſoria non conceditur, ſi ſit reſolutum non conſtare de cauſa reſtitutionis in integrum.*

8 *Cathedra nequit abdicari ab vna Eccleſia, & in aliam transferri priuatiuè, niſi à Summo Pontifice.*

9 *Actus vnicus contrarius ſufficit ad excludendam priuatiuam.*

10 *In concurſu magis eſt differendum ſcripturis, quam teſtibus.*

11 *Actus quando non dicantur permiſſi ex cauſa vrbanitatis, & num. ſeq.*

13 *Actus vnicus in contrarium ſufficit ad excludendam quamuis conſuetudinem non ſolum immemorabilem, ſed etiam quadragenariam, & obſeruantiam interpretatiuam, n. 14.*

15 *Clauſula* ſine præiudicio *præſeruat omnia iura etiam in minimis.*

16 *Remiſſoria ſemel expedita quando iterum non veniat concedenda.*

DECISIO XLVIII.

COram bon. mem. Dunozetto 27. Aprilis 1657. Reſolutum fuerat Capitulo Sancti Saluatoris dandam eſſe Remiſſoriam ad effectum probandi, quod Cathedra poſt recuperatam Cæſarauguſtam à Maurorum Tyrannide anno 1118. ad eius Eccleſiam tranſlata fuerit priuatiuè reſpectu Eccleſiæ Beatæ Mariæ de Pilari, quodque ab inde citra ſemper fuerit habita pro vnica Cathedrali, ac ſucceſſiuè Metropolitana ex pluribus actibus in articulis recenſitis; Idque cum ſuppoſito, quòd talis materia in Rota prorſus ſit noua, & in ſententijs Rotalibus in iudicatum tranſactis non contenta; Verum quia huiuſmodi fundamentum corruit ex facto hodie melius dilucidato ex Commiſſione, Articulis, & Interrogatorijs hinc inde aliàs exhibitis, Deciſionibus, & Sententijs, ideò exiſtimarunt Domini recedendum eſſe à Deciſis.

Prima enim, & originalis commiſſio huius cauſæ ad inſtiam eiuſdem Capituli S. Saluatoris Rotæ directa anno 1620. non ſolùm continet Cathedralitatem antiquam ante annum 1118. ſed etiam modernam, vſque ad diem motæ litis *Sum. Eccleſia Beatæ Mariæ de Pilari numer. 4.* ibi, *Beatiſſime Pater Metropolitana Eccleſia S. Saluatoris, &c. fuit ab initio naſcentis Eccleſiæ Cathedralis illius Ciuitatis &c. & deinde ſimulatque fuit de anno 1118. à dictis Mauris recuperata, ad priſtinum ſtatum fuit reſtituta, & ab indè citràuſque in præſentiarum abſque aliqua contradictione ab omnibus pro Cathedrali cognita, & habita &c.* & ibi, *nihilominus moderni Prior, & Canonici dictæ Eccleſiæ iactant ſe vello, & de iure præcedere debere S. V. Oratores &c. & hoc ſub vano prætextu, quod dicta eorum Eccleſia fuerit prius Cathedralis, quam Eccleſia S. Saluatoris, & quod per amiſſionem ſtatus Cathedralis, in quo nunquam fuit, non amiſerit ſuas præenſas præheminentias, & antelationes, Imò quod illa fuerint ei integrè reſeruata, etc.*

1 Cuius quidē lectura ſicut iuſtificat litis introductionem tā ſuper antiqua, quam ſuper moderna Cathedralitate, ita pari modo clarè excludit replicationem alterius partis, quod huiuſmodi commiſſio emanauerit ſuper præcedentia in Synodo, non autem ſuper Cathedralitate, vt reijciendo nullitatem ex defectu iuriſdictionis exinde obiectam aduerſus primam ſententiam Rotalem *reſponſum fuit coram Card. Vbaldo in rec. dec. 85 per tot. & ſignanter §. ultimo, & deciſ. 91. n. 3. cum ſeqq. par. 6.*

Anno autem 1625. pro Eccleſia B. Mariæ exhibiti fuerūt articuli, & deſuper examinati Teſtes à Rota in præteritis Deciſionib. approbati, in quibus inter alia ſub 3. continetur, ibi, *qualiter veritas fuit, & eſt quod Eccleſia B. Mariæ &c. fuit ædificata, &c. per prædictū S. Iacobum &c. & tunc capit eſſe Cathedralis propter Dignitatē Epiſcopalē, & continuauit eſſe Cathedralis &c.* Sub 7. ibi, *& Canonici dd. Eccleſiarū ſimul cum Epiſcopo modo in vna, modo in altera Eccleſia conueniebant, præcedentibus ſemper tàm in Choro, Eccleſiis & proceſſionib. quàm in alijs quibuſcumq; actibus Canonicis B. Mariæ ratione antiquitatis, & Cathedralitatis, & ita ſemper obſeruatum fuit à tempore immemorabili, & hodie ſeruatur &c.* & ſub 8. ibi, *Et de præſenti retinere iura, præheminentias, & prærogatiuas Cathedralitatis, & illis de præſenti frui, & gaudere, &c. dicto ſum. n. 5.*

E contra verò Capitulum S. Saluat. dedit interrogatoria, & ſub centeſimo quinto teſtes interrogari poſuit, ibi, *In quo conſiſtant præheminentiæ Cathedralitatis quas dicunt præſeruatas fuiſſe Eccleſiæ del Pilar, ſum. nu. 6.* ac ſucceſſiuè in tertia inſtantia coram bo. m. Motmanno dedit articulos ſuper quibus Rota denegauit Remiſſoriam ob illorū irrelevantiā *ex deciſ. 142. par. 6. rec.* vbi in 4. articulauit, ibi, *Item qualiter eadem Eccleſia S. Saluatoris tàm ante ſupradictā captiuitatem Ciuitatis, quàm poſt redemptam, & reſtitutā ſuo primæuo ſtatui Cathedralitatis uſq; in præſentem diem fuit, & eſt habita, tenta, & reputata pro matrice &c.* & in 24. ibi, *& quod ſub nomine, ſeu appellatione Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ, ſeu Eccleſiæ Sedis, ſeu S. Sedis Cæſarauguſtanæ fuit ſemper communi opinione habita, & intellecta Eccleſia S. Saluatoris, & non Eccleſia del Pilar &c. Sum. n. 7.*

Deciſiones demum ſuper negotio principali emanatæ pleniſſimè ponderant actus continuatæ Cathedralitatis Eccleſiæ B. Mariæ vſque ad diem motæ litis, & in illa celebri *coram rec. me. Coccino ſub die 20. Martij 1630. in rec. deciſ. 253. par. 5. ſub nu. 78.* habentur hæc præciſa verba, ibi, *quæ quidem veſtigia, & Cathedralitatis antiquæ reliquias Eccleſia iſta de Pilari poſt translatam à ſe Cathedram retinuit, & hanc vſque in diem retinet, quemadmodum conſtat ex ſententijs, & concordijs deſuper emanatis, & latè expendit Murillus in tract. ſupracit. c. 19. fol. 159. & ſeq. & concordant Teſtes ſum. n. 19.* quæ per extenſum referuntur in alia *coram bo. me. Bichio 6. Martij 1656 ſub §. quæ continuatio,* vbi in fine dicitur, quod gratis ab Agentibus Capituli S. Saluatoris aſſerebatur nouam eſſe prætenſionem apud Pilarenſes continuatæ Cathedralitatis.

2 Cùm enim de iure ſententia declaretur ex Libello, & Cōmiſſione *Caſtr. conſ. 376. in princ. verſ. quod autem conſtet*

3 *lib. 1. Greg. dec. 470. nu. 6.* Ex articulis, qui loco libelli ſuccedunt *Rota dec. 78. n. 7. p. 7. rec. & coram Duran. deciſ. 90. n.*

4 2. & ex deciſionibus in Cauſa præcedenter emanatis *Burat. deciſ. 327. nu. 1. Rota in Meleuitana Antianitatis 4. Iulij 1646. coram R. P. D. meo Veroſpio §. vlt. & in Romana Cābij 26. Maij 1656. coram me §. Verum;* Apertè conuincitur, quod hinc indè continuatio Cathedralitatis ab initio Cauſæ in iudicium deducta fuit, à Pilarenſibus ſcilicet, qui eam ſemper allegarunt, & ſcripturis, ac Teſtibus iuſtificarunt, à Capitulo verò, & Canonicis S. Saluatoris, qui illam negarunt, & priuatiuam Cathedræ Translationem fauore ipſorum Eccleſiæ mordicùs contenderunt; Ac proinde ſequitur, quod etiam ipſa Cathedralitatis continuatio determinata cenſeatur fauore Eccleſiæ B. Mariæ in ipſis ſententijs de antiqua Cathedralitate loquentibus, quodq; res iudicata illam etiam capiat, quamuis in verbis ſententiarum litteraliter non ſit expreſſa, cum veniat in neceſſariam conſequē-

5 tiam expreſſorum *Aym. conſ. 79. n. 4. Surd. conſil. 467. n. 11. Rota in Veliterna Penſionis 17. Iunij 1583. coram Robuſterio relata per Garz. de benef. par. 1. c. 5. nu. 514. verſ. non obſtat ſententia, & in dicta Meleuitana Antianitatis coram R. P. D. meo Veroſpio §. 1. & per totam.*

Certiùs ponderando quod in eis non ſolum pronunciatur eccleſiam B. Mariæ antiquitùs fuiſſe Cathedralem, & in ea primā Sedem Epiſcopalem Ciuitatis Cæſarauguſtanę extitiſſe, ſed etiā declaratur moleſtationes, & vexationes deſuper præſtitas à Capitulo, & Canonicis S. Saluat. fuiſſe, & eſſe iniuſtas, iniquas, temerarias, & indebitas, illiſq; perpetuū ſilentiū imponitur, omniaq; mādata neceſſaria, & opportuna fauore Pilarenſiū decernuntur; Indè enim argumentū educitur quod ſaltē implicitè in eis continetur continuatio Cathedralitatis; Nā ſi Rota voluiſſet illas reſtringere ad Cathedralitatē ante an. 1118. non liberaſſet Pilarenſes à moleſtijs nunc illatis concernentib. modernam etiā Cathedralitatem, vt in articulis, & alijs ſupra ponderatis, nec illorum fauore mandata neceſſaria decreuiſſet multoq; minus perpetuum Sylentiū Capitulum, & Canonicis colligantib. impoſuiſſet:

Qui-

Digitized by Google

Quinimmò inepta omninò fuiſſet inſtantia , & petitio
Pilarenſium antiquæ Cathedralitatis tot laboribus , & ex-
penſis facta , ſi ſententiæ ab eis acceptatæ reſtringeren-
tur ad Cathedralitatem ante annum 1118. quæ de præ-
6 ſenti nihil eſſet pro futura; ſententia autem ex vi attractiua
extenditur etiam ad aliud , ſine quo ipſa nullius eſſet effe-
ctus *Angel.conſ.257.num.6.ante medium verſ.ſupereſt au-
tem Duran.dec.266.n.27.*

Dum itaq; ex prædictis patet quod materia articulata nõ
eſt noua,ſed antiqua,& in proceſſu,ac ſententijs Rotalibus
diſcuſſa,& comprehenſa,ſequitur proinde,quod petitę Re-
miſſoriæ obſtet res iudicata,quæ eſt exceptio litis finitæ, ac
vlteriorem dilationem,& probationem excludit *iuxta de-
ciſionem Caputaq. 51.per tot. par. 3.* Nihil refragante quod
7 commiſſa reperiatur cauſa reſtitutionis in integrum , quia
tunc ſolum Remiſſoria conceditur,vel ante diſputationem,
vel quando eſt reſolutum conſtare de cauſis reſtitutionis,
ſecus,quando,prout hic, reſolutum fuit de illis non conſta-
re *Rota in recent.deciſ.381.n 6. & 7.par.8. in Bonon. Pecu-
niaria 27.Iunij 1646.coram bon.me. Bichio § primo quia, et
in Lodien. Bonorum 15.Decemb. 1653.coram R.P.D. meo
Albergato §. & quicquid ſit.*

Accedit inſuper irrelevantia,quæ reſultat,Tùm ex defe-
8 ctu Iuriſdictionis in transferente, cum de iure Cathedra à
nemine abdicari poſſit ab vna Eccleſia , & in aliam trans-
ferri priuatiuè niſi à Summo Pontifice , vel cum expreſſo
ipſius beneplacito Apoſtolico *cap.niſi ſpeciali de offic.dele-
gat.cum concordantibus allegatis in dicta Deciſione bo.me.
Bichij §. deueniendo igitur.* Eoque magis dum explicitè
huiuſmodi facultas prohibita fuit Regibus Aragoniæ per
Bullas Gregorij VII. & Vrbani II. relatas *in dicto Sum-
mar. num. 6.*

Tùm etiam ex quo continuàtio Cathedralitatis in Eccle-
ſia B Mariæ comprobata fuit ex pluribus actibus in præfa-
tis Deciſionibus 353.*par.5.recent.& bon.me.Bichij* latè re-
cenſitis, comprobatiſque ex publicis documentis,atque ex
teſtibus ritè examinatis,& ſignanter ex inueterata conſue-
tudine ipſius Eccleſiæ de Pilari celebrandi Dedicationem
Eccleſiæ Cathedralis Cæſarauguſtanæ cumulatiuè cum
Eccleſia Sancti Saluatoris , ſuper qua obtinuit fauorabiles
reſolutiones *coram ſan.mem.Greg.deciſ.472. & 493.* cum
ſubſequuta ſententia *Summ. num. 9.* in iudicatum tranſa-
cta; Ex inſeparabilitate ab Archiepiſcopo,qua etiam de
præſenti gaudet vtraque Eccleſia , in omnibus maioribus
feſtiuitatibus anni , tàm in vna, quàm in altera Eccleſia , in
quibus inſuper Digniorem locum ſemper occuparunt
Prior, & Canonici Beatæ Mariæ , vt in mandatis Rotali-
bus *Summ num.* 10. Ex ſententijs tum Ioannis Ferrer Vi-
carij Generalis Archiepiſcopi Cæſarauguſtani , vbi Eccle-
ſia Beatæ Mariæ eximitur à ſubſidio Charitatiuo præuia
declaratione, quod fuerit prima Sedes Cæſarauguſtana ,
quodque multa inſignia, & prærogatiuæ Cathedralitatis
penes eam remanſerint; Tùm Tribunalis Iuſtitiæ Regni
Aragoniæ , vbi declaratur per Translationem non amiſiſſe
Priuilegia,& Prærogatiuas Cathedralis Eccleſiæ cũ tranſ-
latio non fuerit facta cum omnimoda dictarum Præhemi-
nentiarum extinctione, ſed cum expreſſa reſeruatione ea-
rundem *Sum.num.*11.& demum ex atteſtatione murilli *in
ſuo trat. mirabil.fundat. Angelic. Dom. de Pilar. cap.*19.
*pag.*157.*Sum.n.*12. cuius Teſtimonium magnificauit Ro-
ta *in d. deciſ.353.ſub n.22.47.50.78. & ſeqq.par.5.rec.* Hu-
9 iuſmodi enim actus certè exuberant ad excludendam arti-
culatam priuatiuam, cum ad iſtum effectum etiam vnicus
actus contrarius ſufficiat *vt probatur ibidem num.79. & in
dicta Deciſione Bichij §. Quæ omnia*; Cumque (vt dictum
eſt) pro maiori parte iuſtificentur publicis Documentis
tanto certiùs deneganda eſt remiſſoria ex capite Irreleuan-
10 tiæ , cum in concurſu ſcripturis magis quam Teſtibus ſit
deferendum , *Roman. conſ.319.num.1. Cardinal. Seraph.
deciſ.339.num.7. & deciſ.1460. num.3. Card. Mantic.de-
ciſ.61. num.6. cum ſeqq. Rot. in Cæſarauguſtana Diſtribu-
tionum 13. Martij 1643.§. Quæ conceſſio verſic. Aut depo-
nent,& in Palentina Decimar.24.Ianuarij 1656.§.Quoad
primum coram me.*

11 Non ſubſiſtente, quod huiuſmodi actus permiſſi fuerint
ex cauſa vrbanitatis , quia hoc prorſus excluditur , ſiue ex
temporis diuturnitate , illorumque multiplicatione *ex vo-
tat.per Oſaſch.deciſion. Pedemont.99. numer.17. verſic.ni-
12 hilominus ratione cum duob. ſeqq.* Siue ex præcedenti ti-
tulo antiquæ Cathedralitatis cuius vigore geſti, & peracti
cenſentur ad excludendam allegatam Cauſam Vrbanita-
tis *vt dixit Rota deciſion.289.numer.4 par.3. & deciſ.409.
numer. 4.par.4. recent.* Stantibus præſertim iudicialibus
controuerſijs à ſæculo motis, in quibus Pilarenſes contra
collitigantes , & mandata , & ſententias fauorabiles re-
portarunt *dicto Summ. num.9. &* 10. Vnde à fortiori ap-
plicantur deducta *in deciſion. 224. num.9. &* 10.*par.6. rec.*
Atque ex his improbabilis etiam videtur priuatiua iſta
erectio Cathedralis cum ex tot actibus conſtet de contra-
13 rio , & vnicus ſufficiat ad excludendam quamuis con-
ſuetudinem non ſolum immemorabilem , ſed etiam qua-
dragenariam *Surd.conſ.476. num.13.ſan.mem.Gregor.de-
14 ciſion. 162. numer. 9. Ibique Add. numer.* 15. Imò & in-
terpretatiuam obſeruantiam *Surd.conſ.313 num.33. Rota
in Romana Grani 11.May 1643. coram me §.penult. verſ.
Probatio verò.*

Non obſtant erectio in Metropolim , ſæcularizatio Ec-
cleſiæ Sancti Saluatoris , & erectio Pilarenſis in Colle-
giatam.

Ius enim Metropoliticum , vltra quod fuit etiam enun-
ciatum in dicta Originali Commiſſione, ibi, *Signanter ve-
rò de anno 1318. felic.recordat. Ioannes Papa X X II. eam
è Cathedrali in Metropolim erexit &c. dicto Summar.nu-
mer.4.* Non fuit conceſſum ipſi Eccleſiæ Sancti Saluato-
ris , ſed Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ , vt ex Bulla erectionis in
Metropolim *Summar. numer.* 13. & ſic conceſſum di-
citur vtrique Eccleſiæ Beatæ Mariæ , & Sancti Saluatoris
vnitiuè cum in vtraque conſiſtat Eccleſia Cæſarauguſta-
na,quod etiam ſenſiſſe videtur Lupus Archiepiſcopus Cæ-
ſarauguſtanus anno 1361. dum Eccleſiam Beatæ Mariæ
nuncupauit Eccleſiam Cæſarauguſtanam , & eius Spon-
ſam, atque vti talem à ſubſidio charitatiuo exemit *Sum-
mar. numer.* 14. Quæ quidem exemptio , qua etiam in
præſentem diem gaudent Pilarenſes , confirmata fuit per
dictas Sententias Io:Ferrer , & Tribunalis Iuſtitiæ Regni
Aragoniæ de annis 1502.& 1605. *dicto Summar. num.* 11.
Idemque comprobauit *Martinus Garzia in ſuo Sermone*
91. vbi habentur hæc præciſa verba , ibi , *Hac autem Ec-
cleſia Cæſarauguſtana principaliter fundata à Chriſto ſi-
cut alia , ſed principaliter ad hanc fundandam non miſit,
&c. ſed unum de Principalioribus ſcilicet Iacobum &c.
qui &c. hanc Eccleſiam &c. fundauit , & ædificauit, quæ
dicta eſt Sancta Maria de Pilari , vel Columna &c.* Et
apertè etiam conuincitur dum in ſimul ab vtroque Capi-
tulo celebrabatur ſolemnitas dictę Erectionis in Metropo-
lim in die feſtiuitatis Sanctę Iuſtę, & Rufinę, in qua Eccle-
ſia Ceſarauguſtana fuit facta Metropolis , vt ex mandato
Rotali deſuper Eccleſię Beatæ Marię conceſſo,& relato *in
dicto ſumm. num.* 10.

Pręterea aduertendum eſt , quod erectio in Metropo-
lim ſolum operatur , quod vbi prius Eccleſia Epiſco-
palis erat ſuffraganea ab hoc onere exempta remaneat,
& efficiatur Superior , nempè Archiepiſcopalis , vt lit-
teraliter probat *Textus in Extrauagan. Saluator de
Preb. inter communes verſic. & quia Eccleſia Tholo-
ſana ſicut ſolemniori* , Satiſque declarauit Ioannes
X X II. in dicta erectione , dum Cęſarauguſtanam
Eccleſiam , quę vſque tunc ſuffraganea fuit Eccleſię
Archiepiſcopalis , & Metropolitanę Tarraconen. ab eius
iuriſdictione , poteſtate, & ſubiectione exemit, illam-
que erexit in Archiepiſcopalem , & Metropolitanam ,
aſſignando illi tàm certam Prouinciam diſtinctam à Pro-
uincia Tarraconen. quam etiam congruum numerum
Eccleſiarum ſuffraganearum nempè Oſcen̄ , & Tira-
ſonen̄ cum alijs duabus ; Hinc igitur dicta erectio in
Metropolim reſpicere videtur ſtatum Eccleſiæ Cæſa-
rauguſtanæ dumtaxat quoad Eccleſias ſuffraganeas il-
li ſubiectas, & reſpectu Eccleſiæ Tarraconen̄ à cuius
Iuriſdictione fuit exempta , non autem quoad ipſas
Eccleſias Archiepiſcopatus Cæſarauguſtani , & ſic al-
legari non poteſt in præiudicium Eccleſiæ Beatæ
Mariæ ; Confeſſiones verò Pilarenſium , quod Ec-

cleſia Sancti Saluatoris ſit Metropolitana, *vt in eius Summar.num.7.& 8.* non vrgent quia ipſi id nunquam negarunt, nec hodie negant, ſed faſſi fuerunt, & fatentur vnitiuè cum ipſorum Eccleſia, non autem priuatiuè.

Sæculariʒatio verò cum facta fuerit *addita clauſula declaratiua ſine præiudicio Eccleſiæ Beatæ Mariæ, vt patet in Summar. numer. 15. & dixit Rota inter eaſdem Partes in Cæſaraug uſtana Præheminentiarum 13. Martij 1609. §. Nec releuat, 10. Nouembris 1623. §. Ex quibus, & 15. Nouembris 1624. §. Quod autem coram eodem clar.me. Coccino*, Non auxit iura Eccleſiæ Sancti Saluatoris, quæ
15 præiudicium inferre valeant Eccleſiæ Beatæ Mariæ, cum ex dicta clauſula, omnia iſtius iura etiam in minimis præſeruata dicantur, *vt dixit Rota apud Put. deciſion.6. numer. 1. & 2. lib. 3. Lotter. de re benef. lib. 1. quæſtion.40. numer. 287.* Erectio tandem Pilarenſis in Collegiatam, præterquod negatur, non repugnat continuationi cumulatiuæ Cathedralitatis, *vt latè firmatur in dicta deciſion. bon.mem. Bichy §. Erectio tandem, vbi ſub §. ſententia*, reſpondetur etiam ſententiæ Archiepiſcopi Alfonſi latæ Anno 1513.

Non obſtat quod Eccleſia Beatæ Mariæ ſit exempta ex litteris Apoſtolicis Innocentij Secundi, Eugenij Tertij, Alexandri Tertij, & Clementis Septimi confirmatis per Sixtum Quintum, de quibus meminit *Rota in recent. deciſion. 43. numer.4.par.6.* Tùm quia huiuſmodi exemptio refertur ad concernentia inſtitutum regulare, *vt reſpondetur in dicta deciſione Bichy §. Exemptio refertur*, Tum etiam, quia dictæ litteræ habent clauſulam, ibi, *Salua Canonica Iuſtitia Epiſcopi Cæſarauguſtani, vt refert Rota in eadem Cauſa dicta part.6. recent deciſion.157. ſub num.14. verſ. Clauſula autem.*

Cæterum libentiùs Domini denegarunt Remiſſoriam quia alias hanc eandem materiam priuatiuè articularunt, & quamuis Rota coram Mottmanno petitam deſuper Remiſſoriam denegauerit *ex dicta deciſion.142. par.6. re-*
16 *centior.* Nihilominus ea expedita de cònſenſu Agentis Capituli Beatæ Mariæ (vt aſſerunt informantes) nil prorſus probatum fuit; Vnde modo cenſetur non abſque Calumnia petita ad protrahendam Cauſæ terminationem, quamuis moderni Articuli maiorem diſtinctionem contineant in Cortice verborum, *vt in Palentina Decimarum 24. Ian. 1656. coram me §. vltimo.*

Et ità vtraque &c.

Eminentiſs. & Reuerendiſs. Celſu Mediolanen. Beneficiorum Veneris 31. Maij 1658.

ARGVMENTVM.

Vnionis beneficiorum materia percurritur, & effectus verborum procemialium afferuntur.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula* dummodo ſint licita, & honeſta *appoſita in confirmatione quid importet.*
2 *Concil. Triden. ſeſſ.24. de reform c.13. quid diſponat, & ſeſſ.25. c.9. de reſor. n.4.*
3 *Facultas ad certum actum reſtricta extra illum operari non poteſt.*
5 *Proœmij verba declarant quænam fuerit intentio partium: denotant cauſam finalem, & qualificant totam diſpoſitionem, & clauſulas ei adiectas n.6.*
7 *Verbum* earundem *eſt repetitiuum præcedentium.*
8 *Numerus ſingularis vnum, & non plures complectitur.*
9 *Vnio beneficiorum, vt ſit valida quæ requirat: ſi ſit nulla, dicitur beneficiorum vacatio indubitata, n.10.*

DECISIO XLIX.

Licet ſub die 26. Ianuarij 1654. reſolutum fuit gratiam R. P.D. Turtiani circa tria beneficia controuerſa, quæ impetrauit à Sede Apoſtolica eſſe iuſtificatam, & exequendã; Nihilominus quia pro parte PP. Diſcalceatorum doctum fuit de vnione facta à Cardinali Montio, necnon de ampliſſimo Indulto per ipſum reportato à ſanct.mem. Vrbano VIII. receſſum fuit à deciſione prædicta ſub die 14. Maij 1655.

Sed iterum cauſa ad diſputationis trutinam reuocata, & verbis Indulti diligenter examinatis Cenſuerunt Domini perſiſtendum eſſe in primo loco deciſis. Etenim ex datis in Summario *n.6.* ſufficienter conſtat Cardinalem Montium ſupplicaſſe Pontifici pro ampliſſima facultate vniendi abſ-
1 que aliqua reſtrictiua, Pontificem verò non annuiſſe huiuſmodi petitioni, ſed addidiſſe clauſulam, *dummodo*, ea quæ petebantur eſſent licita, & honeſta, & decretis Sacri Concilij Trident. minimè contraria, quæ clauſula apertè demonſtrat facultatem Cardinalis eſſe reſtrictam, & regulatam ad limites eiuſdem Concilij, *vt dixit Rota deciſ.780. num.5. & 8. par.1. diuerſ. & in recen. deciſ.21. ſub n.3. par.2. Buratt. deciſ.798. nu.5.* & plures adducit *Barboſ. clauſ.51. n.1. & ſeq & clauſ.124 n.2.*

2 Vigore autem Concilij vnio ſuſtineri non valet, nam in *ſeſſ.24. c.13. de reſor.* facultas vniendi Ordinarijs conceſſa reſpicit tantummodo Cathedrales, & Parochiales habentes tenues redditus, *& in cap.15. diſponitur de præben.* exiſtentibus in Cathedralibus, & Collegiatis inſignibus, & ideò ad alia facultas huiuſmodi extendi non valet, vt in fortioribus tradit *Garz. de benef. p.12. c.2. n 8.* quem refert, & ſequitur *Barboſ. in collectan. ad dictum cap. 15. eiuſdem Concilij n.*
3 *13.* Et regulare eſt, quod facultas ad certum actum reſtricta extra illum operari non poteſt, *l. quæſitum §. deniq. ff. de fund. inſtruct. Rota deciſ.4 n.14 par.7. recen.* vbi quod data in vno caſu in alijs cenſetur denegata, *& deciſ.104. nu.1. & 2. & deciſ.303. num.22. eadem par.7. & coram Merlino dec.747. num.8. & 9.*

4 Sed vnio, de qua agitur, facta fuit Fabricæ Eccleſiæ B. Mariæ de Conceſſia, quam idem Cardinalis nouiter cœpit ædificare pro ſubſtentatione Sacerdotum ſæcularium ibidem adſcribendorum, quam poſteà perfectam, & abſolutam in ſuis membris, & ſic cum vnitis donauit PP. Diſcalceatis ſub lege, & conditione expreſſa habendi, & recognoſcendi in fundatorem perpetuum d. Card. & poſt eius mortem familiam de Monte, necnon celebrandi pro eius anima ſuorumq; parentum, & familiæ quinq; Miſſas ſingulis diebus, & Anniuerſarium quolibet anno, & cum prohibitione non erigendi inſignia, nec ſepelliendi cadauera in eadem Eccleſia niſi familiæ præfati Cardinalis, ac cum alijs oneribus, & pactis latius contentis in inſtrumento donationis dato in Summario *nu.4.* Et ſignanter, quod in caſum inobſeruantiæ liceat Cardinali, & ſuis expellere eoſdẽ Patres, & dictam Eccleſiam cum ſua ſuppellectili alijs Religioſis concedere, & aſſignare, quæ omnia expreſsè repugnant diſpoſitioni eiuſdem Concil. *ſeſſ.25. cap.9. de reform.* & ſunt de directo contraria *textui in c. ad audientiam, iuncta gloſ. verb. Rectoris de Eccleſ. ædific. vbi Abb. n.12.* Addit quod tali caſu dicitur quis vſurpare bona Eccleſiæ, & eſſe ſacrilegium, probat *tex. in cap. inquirendum de pecul. Cleric.* & pro nullitate ſimilis vnionis reſpondit *Rot. in Aquilana Nullitatis Erectionis coram Pirouano, quæ eſt deciſio 239. in fine par. 1. recent. confirmata 20. Decemb. eiuſdem anni 1610. coram eodem.*

Imò idem Indultum, quatenus cõtinet facultatem vniendi alijs Eccleſijs loquitur tãtum de illis à Diuo Carolo ædificari inceptis, vt patet ex proœmio, & narratiua eiuſdem Indulti, ibi: *vt ea quæ pro beneficiorum, & Eccleſiarum decore ſalubriter incœpta ſuum optatum conſequantur effectum; & ibi præfatus Carolus Cardinalis habens terram Abiati &c.* aliaque plurima inſignia, ac pia opera incœperit, ipſaq; ſic incepta ſuperueniente obitu debitæ executioni demandata non fuerint, & ibi, *& ne diuinus Cultus in pijs huiuſmodi operibus ſic incœptis detrimentum in aliquo patiatur opera incœpta huiuſmodi executioni demandari in*
5 *votis plurimum gerat*, Verba enim huiuſmodi in proœmio adiecta benè declarant qualis fuerit mens, & intentio tàm Cardinalis ſupplicantis, quàm Papæ concedentis *l. fin. & ibi Bart. n.3. ff. de hæred. inſtit. Ans haran. conſ.180. num. 4. Tiraq in tractatu ceſſ. cauſ limit.1. num.65. Rota coram*
6 *Buratt. deciſ.543. nu.11.* Et tanquam denotantia cauſam finalem

nalem

Digitized by Google

nalem qualificant, & reſtringunt totam diſpoſitionem, & omnes clauſulas in ea adiectas *Bart. in L. cū his in princ. ff. de tranſ. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſ. 2. per tot. Rot. in rec. deciſ. 388. num. 1. & 5. part. 1 & deciſ. 569. num. 5. & 6. part. 2. & coram Durano deciſ. 48. num. 11. & ſeqq.*

Nec dicatur, quod illa verba poſtea adiecta, vel alijs vſibus pijs, aut fabricæ earundem Eccleſiarum ſibi benè viſis non patiantur huiuſmodi reſtrictiuam, quia imò attentis ſupra narratis debent intelligi de vſibus, & operibus pijs
7 inceptis à Diuo Carolo, Et maximè attento verbo *earundem*, quod eſt repetitiuum præcedentium, & demonſtratiuum qualitatum ſupra expreſſarum *Corn. conſil. 235. num. 5. verſ. cum illud lib. 2. Cephal. conſ. 256. num. 41. & 42. Surd. conſ. 235. n. 1. Rota deciſ. 115. num. 13 p. 1. diuerſ.* Itaut ſenſus Pontificis fuerit concedere facultatem vniendi non ſolum pro fabrica, ſed etiã pro vſibus pijs earũdem Eccleſiarum, & ſic ſemper retento eodem themate de inceptis à Diuo Carolo, *iuxt. text. in capite Sedes Apoſtolicæ 15. de reſcript. Aymon. conſ. 236. num. 6. Caſſad. deciſ. 4 numer. 3. de priuileg. Seraph. deciſ. 569. numer. 3. & in recent. deciſ. 361. num. 4. par. 3.*

Obiectum quod Cardinalis Montius vltra facultates particulares ſibi conceſſas obtinuerit etiam alias, quæ continentur in breue ſan. mem. Gregorij XIII. ad fauorem Diui Caroli inter quas prætenditur data facultas vniendi beneficia etiam pro Eccleſijs erigendis nullo modo ſubſiſtit in facto, & illa verba erectæ, vel erigendæ appoſita in Indulto leguntur immediatè adiecta Eccleſiæ B. Mariæ Abbiati, & ideo ad aliãs erigendas adaptari non poſſunt, &
8 vti poſita in numero ſingulari illam, & nun aliãs, comprehendere valent *cap. gaudemus de diuort. cap. Is cui de præben. in 6. Natt. conſ. 112. num. 3. & conſ. 164. num. 30. Rota in recent. deciſ. 566. num. 1. par. 1.*

9 De iure tandem vnio prædicta ſubſtineri non valet, quia deficit cauſa præciſæ neceſſitatis, vel euidentis vtilitatis Eccleſiæ, *iuxt. text. in cap. expoſuiſti 33. de præben. Garz. de benefic. par. 12. cap. 2. num. 108. Rota coram Caualer. deciſ. 439. num. 2. & 3. & in Mediolanen. Cimiliarcatus 10. Martij 1645. coram ben. mem. Peutingero cum alijs per Lotther. de re benef. lib. 1. quæſt. 28. num. 141. & ſeqq.*

10. Quibus ſtantibus vacatio eſt indubitata, quia *cum vnio* ſit nulla, & Patres poſſideant Eccleſiam, ac bona beneficiorum vigore illius, & non conſtet de prouiſione alterius, beneficia vacant, vt prius per obitum antiqui poſſeſſoris *Caſſador. deciſ. 2. num. 1. & ſeqq. de vnione, Seraph. deciſ. 1309. num. 2.* Et cum omnia narrata in gratia *fuerint plenè* iuſtificata, vt firmatur in prima deciſione, ideò Domini perſiſtendo in illa iterum reſponderunt ad fauorem R. P. D. Turriani vtraque parte informante &c.

Reuerendiſſ. D. Cerro Decano Romana Donationis.
Lunæ 3. Iunij 1658.

ARGVMENTVM.

Stipulatio, & acceptatio Notarij facta de donatione pro abſentibus operatur effectum fauorabilem, etiam ante ratificationem; quandonam donatio remaneat reſoluta, ob pacta non ſeruata; & patrem non poſſe hypotecare bona ſibi, vel filijs donata, deciditur.

SVMMARIVM.

1 *Abſentibus acquiritur ius irreuocabile in donatione ex ſtipulatione Notarij, etiam ante ratificationem.*

2 *Donatio non ſeruatis pactis eſt ac ſi vnquam non fuiſſet facta declara. n. 3. 4. 5.*

6 *Donantis declarationi ſtatur, vbi dubitatur quid voluerit donare.*

7 *Pater non poteſt hypotecare bona ſibi, & filijs æquè principaliter donata.*

8 *Verbum* relinquere *intelligitur poſt mortem per viam vltimæ voluntatis.*

9 *Poſſunt ex interuallo conditiones apponi, quando donator reſeruauit ſibi facultatem, quæ reſeruatio hoc operatur, vt exinde apponendæ conditiones cenſeantur vſque à principio appoſitæ.*

10 *Bulla Baronum edita à Clemente VIII. non comprehendit fideicommiſſa, quorum ordinator adhuc viuit.*

DECISIO L.

REV. P. D. Angelus Andoſilla Signat. Iuſtitiæ meritiſſimus Decanus, contemplatione Matrimonij à Rafaele eius nepote tunc contrahendo cum Angela Palazzola promiſit eidem relinquere annua ſcut. 2. mil. monetæ, & interim ſponſos in propria domo retinere, & alere, reſeruata tamen ſibi ſemper, & omni caſu facultate illa ſupponendi fideicommiſſo poſt obitum Rafaelis, & ſuorum in perpetuum, cum prohibitione cuiuſcunque alienationis, vt ex Apocha priuata *ſub die prima Aprilis* 1646. per ipſum confecta.

Contracto, & conſumato inter eos Matrimonio, indèq; ſuſcepto Angelo iuniore communi filio, idem D. Angelus ſenior *die* 20. *Martij* 1651. per publicum inſtrumẽtum enunciando duas præcedentes donationes certorum bonorum eidem Rafaeli ab ipſo factas. 9. *Ianuarij* 1634. & 18. *Decembris* 1637. Proſpiciens conſeruationi eius agnationis de Andoſillis, & cupiens, nedum dictam ſuam promiſſionem executioni demandare, ſed etiam omnia, & ſingula bona ibidem expreſſa in ſua agnatione conſeruari, & ampliari, inter viuos irreuocabiliter donauit Rafaeli, omnibuſq; & ſingulis eius filijs, & deſcendentibus maſculis in infinitum, alijſq; in ea nominatis dicto Rafaele vna ſimul cum Notario pro ipſis acceptante, & ſtipulante, omnia, & ſingula eius bona ſtabilia, mobilia, ſe mouentia, & locamontium cuiuſuis generis, & ſpeciei deſcripta, & adnotata in Notula, ſeù Liſta ab ipſo ſubſcripta, & in præfato Inſtrumento inſerta; Iuncto eidem, ſuiſque deſcendentibus, & ſucceſſoribus onere inueſtiendi ſcu. 25. mil. nempè ſcut. mille quolibet anno à die donationis incipiendo; Et addita arctiſſima prohibitione alienandi etiam alienationis latiſſimè ſumpto vocabulo & detrahendi quantum vis minimum occaſione falcidiæ; & Trebellianicæ, aut alia quauis de cauſa, & occaſione ſub pæna caducitatis ipſo facto incurrenda, etiam quo ad commoditatem fructuum percipiendorum Viceq; verſa dictus Rafael recognoſcendo à præfato eius Patruo tam gratum beneficium ſibi, & ſuis factum, volens ipſe quoq; ſe cum mente, & eius voluntate conformare, ipſiq; adherere pro conſeruatione eorum agnationis, & familiæ ſubmiſit, ſuppoſuit, obligauit, & hypotecauit omnibus ſupradictis vinculis, conditionibus, fideicommiſſo, ſubſtitutionibus, & alijs in d. Inſtrumento contentis *ſcut. decem, & ſeptem. mille, ac quingenta moneta* in tot corporibus exiſtẽtia, & ad ipſum ſpectantia occaſione dotium, tam primæ prædefunctæ, quam ſecũdæ eius vxoris ſuperextantis, vt ſunt ferè præciſa verba Inſtrumenti donationis, *Summario impreſſo D. Andoſillæ nu.* 10.

Deceſſit deindè Rafael ſuperſtitibus, tam Angelo Iuniore eius filio, quam D. Angelo ſeniore eius Patruo, & Donatore, qui comperto quod ille ad maximam iacturam bonorum donatorum deuenerat, enunciando ſe credere poſſe reuocare d. donationem, vel de iure ſub intelligendum eſſe pactum reſolutiuum, Nihilominus continuando amorem, & effectum erga ſuam Agnationem, *die* 30. *Auguſti* 1653. per aliud publicum inſtrumentum præfatam donationem confirmauit, aliaq; bona addidit ad fauorem d. Angeli iunioris, aliorumque in ea nominatorum, *Summario DD. Creditorum num.* 4.

Verum cum creditores Rafaelis prætenderent eorum iura exercere ſuper bonis in donatione compræhenſis, D. Andoſilla donator ſe oppoſuit, deducens donationem quoad Rafaelem eſſe reſolutam, tam ob alienationes, atque obligationes bonorum donatorum factas contra arctiſſimã prohibitionem ibi adiectam, quam ob non factum Inueſtimentum annuorum ſcutorum *mille* illi iniunctum, alijſq; de Cauſis in facto deductis, ſed illam incipere ab Angelo Iuniore illius filio, atq; in ipſo radicari proindè, ac ſi ei ab initio fuiſſet donatum, & ſic creditoribus ſuper bonis in donatione contentis nullum ius competere; Ideo dubitaui, An donatio ſit reſoluta, & ius competat creditoribus

ſuper

ſuper bonis donatis, & negatiuè in omnibus DD. reſpoonderunt.

1 Quo enim ad primam partem fuit conſideratum, quod donatio nedum fuit facta Rafaeli, ſed etiam æquè principaliter, & independenter Angelo eius filio, eorumque filijs, & deſcendentibus maſculis in infinitum d. Rafaele vna ſimul cum Notario, (vt dictum eſt) acceptante, & ſtipulante, quibus propterea irreuocabile ius quæſitum fuit etiam ante ipſorum acceptationem, & ratificationem, *l. quoties C. de donat. quæ ſub modo, Rota deciſ. 683. num. 8. par. 1. diuerſ. in Romana pecuniaria 30. April. 1629. coram bon. me. Merlino, inter eius impreſſas deciſ. 404. num. 1. repetita in recent. deciſ. 270. par. 5. & in Romana Saluiani de Caſalibus 21. Iunij 1641. coram me § Secundum vero.*

2 Vnde etiam ſi pactis non ſeruatis donatio remaneat reſoluta, ac ſi nunquam fuiſſet facta, & dominium nunquam fuiſſet abdicatum à donatore *per Text. in l. final. C. de reuoca. donat. & in l. 1. C. de donat. quæ ſub modo.*

Nihilominus huiuſmodi concluſio, quam indubitatam in iure appellat Rota *in Mediolanen. donationis 10. Iunij 1645. coram Reuerendiſs. Terracinen. §. quia in donatio-*
3 *ne, verſ. ſi quidem*, procedit dumtaxat, ſiue in præiudicium ſolius contrauenientis, & eius vita durante tantum, *vt in terminis deciſum fuit in eadem Mediolanen. donationis 16. Martij, & 17. Decembris 1646. coram eodem D. Ter-*
4 *racinen.* ſiue quando in caſu non implementi, & contrauentionis adeſt expreſſum pactum reuerſiuum ad Donantem cum clauſula *non alias, aliter, nec alio modo.* Quod efficit, vt nullus ſucceſſiuè vocatus poſſit prætendere ius ſibi quæſitum, niſi cum d. conditione reſolutiua, quæ etiam non contrauenientibus præiudicat, *vt optime declaratur in Cremonen. Donationis de Montanis 9. Maij 1633. coram Card. Panzirolo, in recens. deciſ. 203. numer. 23 cum*
5 *tribus ſeqq. par 6.* Secus autem defuncto (pro vt hic) contrauueniente, & non extante d. pacto reuerſiuo, ſic expreſſè, & explicitè ſtipulato; Hoc enim caſu cum tot dicantur donationes, quot ſunt perſonæ, quibus æquè principaliter, & independenter donatum eſt, ſingulæque non à primo donatario, qui contrauenit, ſed à donante acceptam referant ipſam donationem, vtique etiam ſi donans ob contrauentionem à primo commiſſam illum à beneficio donationis voluerit, & potuerit excludere, inde tamen præiudiciũ inferre non valet illius filijs, & deſcendentibus, alijſque ex propria perſona vocatis, *Caſtrenſ. conſ. 385. in princip. p. 1. Aym. conſ. 19. ſub numer. 8. Gratian. diſcept. 247. num. 5. & diſc. 332. num. 14. Rota dec 683. nu. 9. par. 1. diuerſ. & in rec. deciſ. 494. num 1. par. 2. & in d. Romana pecuniaria coram Merlino nu. 7. cum ſeqq.*

Et ad id etiam reſpexit doctiſſimus Donator, dum poſt obitum Rafaelis comperto, quod ad maximam iacturam bonorum donatorum deuenerat, aſſerendo ſe credere poſſe donationem reuocare, vel ſubintelligendum eſſe pactũ reſolutiuum ad fauorem Angeli Iunioris illius filij, aliorumque vocatorum eam expreſsè confirmauit, imò eidem multa alia bona addidit *d. Summ. Credit. numer. 4.* Hinc
6 enim ſatis declarauit animum ſuum, quod alijs Condonatarijs ex propria perſona vocatis per contrauentionem, vel non implementum primi, nolebat præiudicare, ſed quo ad eos intendebat donationem ſubſiſtere, & firmam remanere, atq. in ipſis radicari, cui quidem declarationi plurimùm eſt deferendum, *adnotata per Bart. in l. cum quis decedens, §. codicillis n. 6. ff. de legat. 3. Card. Seraph. dec. 837. num 14. Rota in recen. dec. 238. n. 5. par. 3.*

7 Indeque ſicut ex præfatis donatio non eſt reſoluta in præiudicium Angeli Iunioris aliorum vocatorum, ita pari modo reſultat reſolutio ſecundæ partis dubij nempè nullũ ius competere creditoribus Rafaelis ſuper bonis donatis; quia cum pertineant ad illius filios, & vlteriores deſcendentes maſculos non vti eius hæredes, ſed tanquam filios independenter, & æquè principaliter condonatarios, non potuit Rafael in ipſorum præiudicium de eis diſponere, nec fauore eius creditorum illa tacitè, vel expreſsè hypotecare, *vt notat Dec conſ. 238 ſub nu. 5. verſ. ſed breuiter his non obſtan. Bero. conſ. 125. num. 21. verſ. nunc Pater eo caſu non poſſit, cum alijs allegans in Florentina donationis, ſeu ſeparationis bonorum 2. Decembris 1650. coram bon. mem. Peutingerio, §. nec obſtat quod idem.*

Nec ſubſiſtit, quod ſaltem rata ſcut. 2. mil. in Apoca præcedenti contenta, libera ſit ab omni onere fideicommiſſi.

Quia præter quod D. Andoſilla in ea non promiſit donare, ſed relinquere dicta annua ſc. 2. mil. quod verbum *re-*
8 *linquere* intelligitur poſt mortem per viam vltimæ voluntatis, *vt aduertit Menoch. conſ. 344. num. 2. & 7.* & proinde ipſo viuente nulla ex dicta promiſſione oriri, & exerceri potuit Actio, *Gabr. conſ. 114. num. 5. lib. 1. Gomes var. reſolut. tom. 2. cap. 11. num. 21. verſ. quod tamen primo limita, Roſa poſt Merlin. de pignor. dec. 40. num. 4. cum ſeqq.* In eadem Apoca ſibi explicitam reſeruauit facultatem in hæc verba. *Riſeruandomi però ſempre di poter fare ſopra d. entrata fidecommiſſo doppo la morte di d. Sig. Rafaele, e ſuoi, & in perpetuo, e come a me piacera, & in tanto, e ſempre prohibire ogni alienatione, &c.* Quæ quidem reſeruatio operatur, vt fideicommiſſum alienationis prohibitio, & omnia alia pacta appoſita in ſequenti donatione ab ipſo
9 peracta etiam in executionem dictæ Apocæ, proinde habeantur, ac ſi de verbo ad verbum contextualiter in ipſa Apoca eſſent inſerta, *l. ſi teſtamentum 8. C. de Inſtit. & ſubſtit. Rota deciſ. 194 n. 48. & 49. par. 5. recent. & coram Merlino dec. 802. n. 3.*

Deducebant vlteriùs informantes pro D. Anduſilla nullum ius competere creditoribus vigore Bullæ Baronum felic. record. Clementis VIII ſiue ex quo non comprehendat
10 fideicommiſſa, quorum Inſtitutor, & Ordinator (vt hic) adhuc viuit, *ad Text. in l. fin. §. final. ff. de his quibus vt indign. & in d. l. fin C. de reuoc. donat. Molin. de iuſt. & iur. par. 3. diſput. 650. num. 1. verſ. quo loco, Moneta de comut. vltim. volun. cap. 9. ſub num. 665.* ſiue etiam ex quo penes Rafaelem debitorem nunquam adfuerunt Caſtra cum actuali Iuriſdictione (vt requiritur;) Et ſaltem tempore, quo ipſe donationem reportauit quamcumque Baroniam amiſerat, cum præcedenter vendita, & alienata fuerit aſſerta quarta pars Caſtrorum, Cantalupi, & Bordellæ proueniens ex dote ſuæ primæ vxoris, *ex allegatis in Romana fideicommiſſi 8. Iunij 1654. coram Reuer. P. D. meo Veroſpio.*

Cæterùm ſuper hoc DD. noluerunt aliquid firmare, ſed eius reſolutionem particulari diſcuſſioni reſeruarunt, quia ſcribentes pro creditoribus ſuper hoc non informarunt, allegantes iura ad hunc effectum neceſſaria adhuc ab ipſis non fuiſſe producta, & ideò ſolum reſponderunt ex ſuperius deductis donationem non eſſe reſolutam, ſed nullum Ius competere Creditoribus, Vtraque parte informante.

R. P. D. Albergato in cauſa Toletana Archipresbyteratus, Lunæ 3. Iunij 1658.

ARGVMENTVM.

Beneficij reſignationis publicatio quando fieri debeat, & quid operetur Simoniæ labes ex quibus excludatur.

SVMMARIVM.

1 *Publicatio reſignationis beneficij dicitur facta in tempore, ſi fuit facta in termino prorogato.*
2 *Gratia prorogationis non dicitur noua durante primo tempore, ſed eſt eadem cum prima.*
3 *Qualitas, quæ non retraxiſſet Pontificem à conceſſione gratiæ, non eſt neceſſario exprimenda.*
4 *Publicatio reſignationis beneficij quando non fuit facta, ſi moriatur reſignans, beneficium non dicitur vacare per eius mortem, ſed ob non factam publicationem.*
5 *Collatio beneficij reſeruati ſpectat ad Sedem Apoſtolicam.*
6 *Ordinarius Cardinalis habet indultum conferendi beneficia etiam reſeruata.*
7 *Collatio beneficij ſuſtineri non poteſt ex erroneo præſuppoſito.*
8 *Beneficij vacationis vno modo expreſſo, alius non venit.*
9 *Simonia ceſſat, quando eſt inſerta reſeruatio beneplaciti Apoſtolici, cum clauſula, & non alias, aliter, nec alio modo.*

10 *Simonia quando conſiderari non poſſit ex depoſito pecunia facto ad fauorem reſignantis.*
11 *Ad excludendam ſimoniam quid ſufficiat.*
12 *Conuentio conditionalis, & reſtrictiua quid operetur.*
13 *Ex actu ſubſequenti præſumitur qualitas actus præcedentis.*
14 *Litteræ Apoſtolicæ quando afferant bonum Ius.*

DECISIO LI.

EX ſerie facti plenius ab informantibus pro Franciſco de-
ducta, tolli viſa ſunt DD. fundamenta deciſionis in hac
cauſa coram me editæ 13. Iunij 1657. à qua diſputato dubio
ideo recedendum eſſe reſponſum fuit: non enim poteſt
conſtare de bono iure Petri, ex capite non publicatæ reſi-
gnationis obtentæ à Franciſco, quia licet poſt nouem men-
1 ſes, dum tamen in tempore prorogato facta fuit *Summa-
rio eiusdem Franciſci num.4.* perinde eſt ac ſi intra ſtatu-
tum tempus nouem menſium publicata fuiſſet, vt de ſtylo
teſtatur *Pariſ. de reſign. lib. 11. quæſt. 13. num. 139. Lotter. de
re benef. lib. 3. quæſt. 21. num. 3. Rot. coram Eminentiſſimo
Card. Otthobono deciſ. 154. num 9. & in Beneuentana Ca-
nonicatus 8. Febr. 1647. coram bon. me. Bichio §. Tandem
conſtat.*
Non obſtante ſubreptione oppoſita contra gratiam pro-
rogationis temporis ad publican. ex quo narrata non fue-
rit Pontifici mors reſignantis vt in præterita deciſione
§. *Quia facta*: Quicquid enim ſit vbi agitur de gratia reſti-
tutoria poſt lapſum temporis ad publicandum, in quibus
terminis loquuntur DD. ex aduerſo adducti; Certum eſt,
2 quod vbi adhuc primum tempus durat gratia prorogatio-
nis non eſt noua gratia, ſed eadem cum prima *Caſtrenſ.
conſ. 390. in princ. & per tot. lib. 1. Dec. conſ. 497. numer. 2.
Mandoſ. ſuper regul. de annal. quæſt. 66. num. 10.* Et pro-
pterea cum prorogatio nulli inferat præiudicium, eo quia
beneficium antecedenter reſignatum per mortem vacare
non poterat, vt infra, perneceſſe ſequitur quod huius qua-
3 litatis notitia Pontificem non retraxiſset à conceſſione
prorogationis, & conſequenter non erat neceſſaria illius
mentio. *Innoc. in c. cum noſtris 6. de conceſſ. præb. Felin. in
cap. ſuper litteris 20. num. 8. de reſcript. Rot. in Oſcen. Cano-
nicatus poſt Marcheſan. de commiſſ. tom. 2. fol. 547. n. 3. & in
Valentina Parochialis 31 Iulij 1647. coram Reuer. D. meo
Decano §. obiectum enim procederet.*
4 Cæterum etiamſi reſignatio controuerſi Archipresby-
teratus in tempore publicata non fuiſſet, prout fuit, adhuc
beneficium ob non factam publicationem vacaſſet, non au-
tem per obitum reſignantis, *Rota deciſ. 539. num. 15. par. 4.
recent. tom. 3. Legionen. Canonicatus 23. Ian. & 27. Aprilis
1640. coram Reuerendiſſ. Tarraconen. Viterbien. beneficio-
rum 23. Iunij 1653. §. quod adeo verum & 26. Iunij 1654. co-
ram R. P. D. meo Celſo,* Vnde gratis contendit Petrus ſuum
5 bonum ius deducere ex prouiſione ordinarij, tali enim ca-
ſu collatio tanquam de reſeruato ad Sedem Apoſtolicam
ſpectabat iuxta *Conſtitutionem fœl. record. Greg. XIII. Bul-
lar. nou. tom. 2. conſtit. 85. Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 51. num. 106.
Rot. in Tridentina Parochialis 5. Decemb. 1646. coram Re-
uerendiſſ. Do. meo Decano §. reſpectu vero, & §. quia dato*
cum alijs in dictis *Viterbien. vbi ſupra plenè in Colonien.
Canonicatus ſen ſerculi 16. Dec. 1647. coram R. P. D. meo
Meltio ſub §. tollitur etiam altera.*
6 Et quamuis ordinarius tanquam Cardinalis habeat in-
dultum conferendi beneficia etiam reſeruata, ratione cu-
ius prouiſio Petri non obſtante reſeruatione ſuſtineri po-
tuiſſet, vt per *Rot. dicta deciſ. 539. ſub num. 15. verſic. hoc
tamen non refert par. 4. rec. to. 3.* dum tamen collatio facta
fuit ex falſo ſuppoſito, quod beneficium vacaret *dicto
Summario Franciſci num. 3.* quod tamen in facto non
ſubſiſtebat, quia de illo tempore non ceſſerat dies vaca-
7 tionis ob non publicationem, & ex erroneo præſuppoſito
collatio ſuſtineri non poteſt, *ad text. in cap. ſi eo tempore
45. de elect. in 6. Pariſ. de reſign. lib. 2. quæſt. 16. num. 7. verſ.
ra io eſt cum ſeq. plenè Rot. in Compoſtellana Parochialis
20. Feb. 1650. coram bon. mem. Dunozetto §. non obſtat col-
latio dicti ordinarij.* Et fortius, quia non ſolum expreſſa
fuit vacatio, ſed etiam certo modo, nempè per obitum;
Ideòque ſuſtineri non potuit tanquam de vacante ob non
8 factam publicationem, quia expreſſo vno modo vacatio-
nis, alius non venit *cap. ſuſceptum 6. vbi DD. & Franc.
num. 3. verſ. tamen expreſſo vno modo de reſcrip. in 6. Garz.
de benef. par. 11. cap. 1. numer. 8. Rota coram Put. deciſ. 50.
num. 1. in correctis lib. 2. Burat. deciſ. 162. num. 3. Colonien.
Decanatus 15. Maij 1648. coram bon. mem. Bichio §. cum
itaque electio.*
9 Reſpectu verò Simoniæ illam ceſſare dixerunt ex inſer-
ta reſeruatione beneplaciti Apoſtolici cum clauſula, &
non alias aliter &c. Hæc enim reſeruatio contractum à Si-
monia præſeruat, vt per *Azor. inſtitut. moral. par. 3. cap. 8.
quæſt. 4. in fine §. Hinc eſt vt in tali Leſſ. de iuſt. & iur. lib. 2.
cap. 35. dubit. 15. num. 93. Rota in Braccaren. Parochialis
21. Maij §. & DD. dixerunt & 17. Decemb. 1635. §. primo
coram bon. mem. Coccino, & in Compoſtellana Coadiuto-
ria 9. Maij 1653. coram R. P. D. meo Zarate nunc Præſide
Valliſoletano.*
Nec releuat quod depoſitum effectuatum fuerit ante-
quam beneplacitum obtineretur, quia ex inſtrumento de-
ſuper celebrato *ſummario Franciſci numer. 5.* conſtat *pro
maiori ſecuritate, & cautela annuæ penſionis conſtituen-
tem conueniſſe cum Domino Franciſco, ſub beneplacito
Apoſtolico & non alio modo, in eo quod ipſi dari debeat, &
det cedulam bancariam cum effectu ad illius ſatisfactio-
nem in hac Curia facien. ex nunc depoſitum, &c.* Vnde
cum effectuatio depoſiti redacta fuerit ad terminos ſim-
plicis aſſecurationis; ſine vlla vtilitate deponentis, aut reſi-
gnantis, (qui exigere non poterat ſine beneplacito Papæ)
10 Simonia conſiderari non poteſt, ex quo iure prohibitum
non reperitur dare pecuniam tanquam in depoſitum, &
ſecuritatem reſignantis pro tempore beneplaciti obtenti,
vt ſit certus, & ſecurus de ſolutione penſionis, eo modo
quo poſſet accipere fideiuſſorem pecuniæ ſoluendæ poſt
obtentum beneplacitum, vt in ſpecie declarat *Garz. de be-
nef. lib. 1. cap. 5. ſub num. 38. verſ. poteſt tamen illi dare pe-
cuniam,* & proſequitur *Bonacin. tom. 1. de Simon. diſput. 1.
quæſt. 4. §. 13. num. 10. Modern. Peruſin. conſ. crimin. ad de-
fenſ. 160. num. 8. & 13. & conſil. 162. num. 7. Modern. Aue-
nion. reſolut. benef. 160. num. 8. par. 2.* Ea ratione quia in
depoſito tacita videtur ineſſe conditio quatenus à Pontifi-
ce admittatur, adeo vt pro non facto habeatur illo per Pa-
pam reprobato, quod fortiùs procedit, quia Pontifici ex-
preſſa fuit conuentio ſuper depoſito, verbis quibus potuit
intelligere effectuationem illius iam fuiſſe ſecutam *Sum-
mario Franciſci numer. 6.* Ibi, *præfati Gaſpar, & Franci-
ſcus inter ſe conuenerunt, quod Franciſcus eidem Gaſpari
cedulam bancariam ad eius ſatisfactionem in oppido ma-
trui Toletanæ diœceſis dare, & ex tunc realiter in forma
4163. duc. &c. depoſitare debeat &c.* Ad excludendam au-
11 tem Simoniam ſufficit ſcientia in genere, & potuiſſe Pon-
tificem intelligere effectuationem depoſiti, antequam pro
beneplacito porrigeretur ſupplicatio *Pariſ. de confid. quæ-
ſtio. 41. nu. 16.* poſt alios *Rota in Ferrarien. ſeu Romana
Pecuniaria 14. Februarij 1656. coram bon. me. Dunozetto
§. eoque libentius.*
Hinc corruit nullitas deducta ex aſſerto defectu conſen-
ſus reſignantis, quia conuentio illa conditionalis non de-
bet ita intelligi vt reſignans niſi conditionibus expreſſis
12 per Sanctiſſimum admiſſis reſignare noluerit, ſed ſtante
dicta clauſula reſtrictiua in tantum contrahentes pacto-
rum effectuationem volebant inquantum ſanctiſſimo pla-
cuiſſent, cuius arbitrio, & nutui omnia ſubmittere volue-
runt, vt ſcilicet ſi Pontifex admiſerit, & ipſe reſignans cũ
dictis pactis, ſin minus etiam ſine illis reſignare voluiſſet,
vt in ſubiecta materia declarat *Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 12.
ſub nu. 93. verſ. ſimiliter Rota deciſ. 538. numer. 7. 18. &
ſequen. par. 4. recent. to. 3. dicta Bracharen. Parochialis 21.
Maij 1635. §. & ad hoc reſpondetur in fin. coram bona me-
moria Coccino Confirmata 17. Decembris eiuſdem anni
coram eodem in princ. & in dicta Compoſtellana Coadiu-
toria 9. May 1653. coram Reuerendiſſimo D. meo Zara-
te ſub § minus autem officit in fine,* vbi quod quando pactũ
eſt conceptum ſub beneplacito Sanctiſſimi gratia ex defe-
ctu conſenſus redargui non poteſt.

Et

Et DD. ceſſare viſa eſt omnis difficultas ex eo quod habita in partibus notitia Pontificem noluiſſe admittere depoſitum, ſed ſolum cedulam bancariam pro ſex annis, quæ conſtabat ſummam ſcutorum auri 1800. receſſerunt partes à depoſito contenti aſſecuratione cedulæ pro ſola portione ſupradicta, ex quibus ceſſant in facto quæ dicebantur de continuatione depoſiti, & melius colligitur mentem
13 contrahentium ab initio fuiſſe dependétem a beneplacito, cum ex ſubſequentibus benè deſumatur qualitas actus præcedentis, vt in iſtis terminis conſiderat *Modern. Peruſ. dicto conſ. 160. num. 12.*

14 Excluſa autem Simonia, & defectu publicationis vel etiam conſenſus reſignantis bonum ius Franciſci clarè deſumitur ex litteris Apoſtolicis *Rota in Cornetana Canonicatus 20. Maij proximi præteriti coram R.P.D. meo Veroſpio §. ſiquidem bonum ius*, & ex iuſtificatione omnium narratorum in eius ſupplicatione, & prouiſione, reſignationem enim fuiſſe factam: Vltra quod non controuertitur, iuſtificatione non indiget cum ſit narratiua Pontificis: Clericatus, & idoneitas Franciſci ex teſtibus eius *Summ. num.* 11. comprobata remanet, quod autem reſignans poſſet aliunde viuere, conſtat quod habebat Canonicatum Toletanũ, & per ſucceſſionem obtinuerat Comitatum de Siruela, vt ex teſtibus *eodem ſummario num.* 13. fructus denique beneficij per non exceſſum probantur à teſtibus *dicto ſummario num.* 14. vt in ſpecie de his omnibus qualitatibus reſpondit *Rot. in dicta Compoſtellana Canonicatus 21. Februarij 1650. coram bo. mem. Dunozetto ſub §. etenim presbyteratus, & ſeqq.*

Et ita vtraque &c.

R.P.D. Meltio Bononien Fideicommiſſi de Amorinis Mercurij 26 Iunij 1658.

ARGVMENTVM.

Immiſſio ex fideicommiſſo eſt concedenda habenti qualitates per teſtatorem requiſitas. Nepotes non veniunt appellatione filiorum, vbi teſtator declarauit, eos ſub eadem appellatione non venire, etiam in contrarium exiſtentibus coniecturis.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſi exiſtentia colligitur ex inſpectione teſtamenti.*

2 *Immiſſio ex fideicommiſſo cui ſit concedenda.*

3 *Ex vocatione ſimpliciter concepta, & ex coniecturis in fideicommiſſo inducitur comprehenſio nepotum nomine filiorum.*

4 *Voluntas Teſtatoris per ſe clara, reſtricta ad certas perſonas, non admittit vllam aliam interpretationem, nec patitur extenſionem ſubſtitutionis ad alias perſonas.*

5 *Verba teſtatoris quando ſunt clariſſima, & non eſt locus coniecturis.*

6 *In diſpoſitione, in qua vocatur aliquis ex linea maſculina, non continentur deſcendentes à feminis.*

7 *In ſubſtitutionibus Maſculus deſcendens mediatè ex linea fœminina, quando ſit conſiderandus loco extranei.*

8 *Abſurdum non poteſt allegari, vbi conſtat de expreſſa, & clara voluntate teſtatoris.*

9 *A verbis teſtatoris non licet recedere ſub prætextu abſurdi.*

DECISIO LII.

MATTHÆVS Amorinus hæredibus inſtitutis Iulio Ceſare, & Alexandro ex Dominico ipſius germano fratre nepotibus perpetuũ, & abſolutum inter illos in caſu obitus alicuius quandocumque ſine filijs maſculis, & de legitimo matrimonio natis fideicommiſſum cum reciproca ſubſtentatione ordinauit, & in defectum eorumdem hæredum cum liberis maſculis, & per maſculum deſcendentibus legitimis, & naturalibus quandocumque cuiuslibet ipſorum liberos maſculos cum eadem maſculinitatis, & legitimitatis qualitate reciprocè pariter ſubſtituit. Deinde verò poſt obitum dd. hæredum, ac omnium ipſorum filiorum maſculorum, & per maſculum deſcendentium, vltimo decedenti naturales, ſpurios, ſeu alitèr illegitimè ab eiſdem inſtitutis proximiores maſculos, & per lineam maſculinam naturalium deſcendentes in infinitum in omnibus ipſius Teſtatoris bonis ſubſtituit, & in iſtorum deſcendentium naturalium, & ſpuriorum, ac totalis lineæ maſculinæ extinctionis defectum filios maſculos legitimos, & naturales ex Lucretia, & Ludouica ipſius fideicommittentis nepotibus vocauit cum expreſſa tamen declaratione concepta ſub his formalibus verbis: *Declarans etiam idẽ Teſtator ad euitandum dubium à Doctoribus conſideratum hoc caſu appellatione filiorum nepotes non contineri, ſed ſolum filios præcisè, & non vlteriores eſſe vocatos, & ſic futuros pronepotes ipſius Teſtatoris, niſi caſu quo aliquis, ſeu aliqui filiorum prædictarum DD. Ludouica, & Lucretia, vel alterius earum extaret, ſeu extarent, & admitteretur, quo caſu tantum voluit præmortuorum filiorum maſculorum prædictarum neptum filios, vnà cum illarum filijs ſuperſtitibus admitti, & patris perſonam repræſentare.* Vltimò demum ex prædictis quandocumque ſine filijs maſculis legitimis, & naturalibus decedenti, ac deficientibus alijs ſucceſſiuè vocatis, duos Pueros, ſeu Adoleſcentes ex Agnationibus, & Proſapijs DD. de Pepulis, de Graſſis, de Vrſis, de Bologninis, & aliarum familiarium Bononienſium, de quibus in teſtamento in §. 44. ab Officialibus Pauperum Verecundorum Montis Pietatis, ac alijs Ciuitatis Bononiæ Officialibus cum onere tamen deferendi Inſignia, & nomen Domus Amorinæ eligendos ſubſtituit.

Defuncto Teſtatore ex deſcendentibus maſculis inſtitutorum Alexander Iunior filius Virginij Alexandri ſenioris alterius ex primis hæredibus nepos vnicus ſuperſtitit, qui donatis prius omnibus bonis fideicommiſſo d. Matthæi obnoxijs Com. Gabrieli de Graſſis, abſque filijs deceſſit, & propterea purificato vigore vltimæ ſubſtitutionis fideicommiſſo ad fauorem Puerorum, ſeu Adoleſcentium Bononienſium ſtante deficientia aliorum prius vocatorum fuerunt ab Officialibus dictæ Ciuitatis ad præſcriptam teſtamenti formam electi Com. Ioſeph Maria de Vrſis, & Ioannes Andreas de Bologninis, qui cum petant aduerſus ipſum D. Co: Gabrielem de Graſſis pronepotem dictæ Lucretiæ, ac Donatarium dicti Alexandri iunioris de Amorinis vltimi grauati immiſſionem in poſſeſſionem bonorum fideicommiſſorum in vim *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* delata huiuſmodi cauſa ad Rotam, ac mihi commiſſa dubitatum fuit, an ipſis ſit concedenda immiſſio, & omnibus valdè perpenſis, ac maturè diſcuſſis per Dominos fuit affirmatiuè reſolutum.

1 Exiſtentia enim ſupradicti fideicommiſſi præter quod inter partes non controuertitur, literaliter colligitur ex inſpectione eiuſdemmet teſtamenti, & comprobatur ex deciſionibus emanatis coram me in hac cauſa ſub die 18. Maij 1648. & 4. Aprilis 1650. prout quoque de bonorum identitate conſtat ex eodem teſtamento impreſſo ſub §. 55. cum ſeqq. vbi illa regiſtrata leguntur. Purificatio autem dicti fideicommiſſi ad fauorem dd. de Vrſis, & Bologninis in vim vltimæ ſubſtitutionis ſatis reſultare dicitur ex obitu Alexandri iunioris vltimi deſcendentis ſine filijs: Cum igitur iſti electi habeant omnes qualitates per Teſtatorem requiſitas, dubitari non poteſt quin dicantur eſſe in caſu vocationis, & conſequenter petitam immiſſionem aſſequi debeant *ad not. per gloſ. in l. qui duos, verb. ſuperſtes fuit ff. de reb. dub. Peregr. de fideic. art. 43. n. 2. cum ſeq. & nu. 17. Rota coram Penia deciſ. 719. n. 3. & in rec. deciſ. 93. n. 1. & deciſ. 131. num. 1. par. 7. & coram Eminentiſſ. D. Card. Otthobono deciſ. 111. nu. 2.*

2 Neque obſtare viſum fuit, quod d. Co. Gabriel deſcendat à Paride Maria filiu Dianæ filiæ Lucretiæ neptis ipſius fideicommittentis, qui propterea ceſſare faciat caſum vltimæ ſubſtitutionis ad fauorem extraneorum *per text. in l. ex facto, §. ſi quis autem, ff. ad Trebell. l. in teſtamento, ff. de condit. & demonſtr.* Quia ille tanquam pronepos Lucretiæ ex Diana filia fœmina non poteſt comprehendi in diſpoſi-

ſpoſitione Teſtatoris, nec ſub denominatione filiorum, nec ſub deſcendentium vocatione, quicquid enim dici
3 poſſet, quando vocatio eſſet ſimpliciter concepta, & intrarent coniecturæ ad inducendam comprehenſionem nepotum nomine filiorum, prout admittit *Rota in Bononien. fideicommiſſi de Bargellinis 10. Februarij 1653. coram bon. mem. Bichio*. Ceſſat in propoſito caſu omnis difficultas, ex quo Teſtator expreſsè declarauit, quod nolebat comprehendi nepotes ſub eo nomine, niſi in caſu quo filij Ludouicæ, & Lucretiæ extarent, & admitterentur, tunc enim voluit dumtaxat præmortuorum filiorum maſculorum prædictarum neptum filios, vnà cum illarum filijs ſuperſtitibus admitti, & patris perſonam repræſentare. Cum igitur de tempore defectus deſcendentiæ maſculinæ hæredum inſtitutorum non adeſſet aliquis filius maſculus Ludouicæ, & Lucretiæ, qui ex lege Teſtatoris potuerit admitti, vtique caſus remanet in ſimplicibus terminis primæ partis dictæ declarationis excludentis nepotes, & prone-
4 potes, qualis eſt Comes Gabriel, quæ vti per ſe clara ex voluntate eiuſdem fideicommittentis, & reſtricta ad certas perſonas non admittit aliam interpretationem, nec patitur extenſionem ſubſtitutionis ad alias perſonas *Bald. in l. illa numer. 3. C. de collat. & in l. quicumque numer. 12. C. de ſeruit. fugit. Aretin. conſ. 143. num. 5. Rota deciſ. 43. num. 2. par. 7. recent. & coram Eminentiſſ. D. Card. Ottobono dec. 217. nu. 16.*

Nec ad huiuſmodi effectum quicquam operantur cōiecturæ ponderatæ ab Informantibus pro dicto Co. Gabriele ad inducendam dictam comprehenſionem, quia il-
5 læ non ſunt attendendæ vbi concurrit clara Teſtatoris diſpoſitio, & euidenter conſtat ipſum aliter intellexiſſe, quàm coniecturæ demonſtrant, *iuxta not. per Crauet. conſ. 47. num. 7. Rot. coram Merlino deciſ. 12. num. 51. & deciſ. 411. num. 22. & in recent. 348. nu. 10. par. 6.* tunc enim omninò ſtandum eſt dictæ declarationi *ad text. in l. fin. §. ſin autem, C. de bonis qua liberis, Bertrand. conſ. 286. num. 6. verſ. facit quod, vol. 2. Peregr. conſ. 23. num. 45. cum ſeq. lib. 3. Rota coram Cardin. Mantic. deciſ. 247. numer. 3. & coram Buratt. deciſ. 73. num. 9. & dixit Rota in Nucerina fideicommiſſi 1. Iulij 1650. coram me, in §. quo verò ad teſtamentum &c.*

Dictam autem declarationem intelligendam eſſe reſtrictam ad illum caſum quo concurrerent filij naſcituri in ſimul cum patruis propter illa verba, *hoc caſu &c.* Nullatenus ſubſiſtere viſum eſt, quoniam explicitè Teſtator loquutus fuit de ſignificatione verbi filiorum ad tollendum dubium à Doctoribus conſideratum, non autem de concurſu, nec dicta verba diuerſificant ſenſum ſubſtitutionis, ex quo nepotes admittuntur à Teſtatore in caſu prædeceſſus filiorum dd. fœminarum, cum id non poſſit verificari, niſi in caſu quo dd. nepotes poſſent repræſentare filios dd. fœminarum, vt clarè demonſtrant alia verba ſubſequentia, ibi, *niſi in caſu, quo &c.* Hoc autem dici non poteſt de dicto Co. Gabriele, nec reſpectu patris, qui cum non eſſet filius, ſed nepos ex Diana filia Lucretiæ, non fuit admiſſus, nec admitti poterat repugnante Teſtatoris voluntate ad filios primi gradus literaliter reſtricta, nec reſpectu matris deſcendentis ex alia fœmina, quæ tanquam finis li-
6 neæ maſculinæ fuit expreſsè ab eodem Teſtatore excluſa, & conſequenter tàm ex defectu iuris repræſentatiui, quàm maſculinitatis, modo ſuperiùs expreſſo requiſitæ, ille prorſus ſubſtitutionis incapax redditur, *vt not. Gratian. diſcept. for. 901. num. 23. Peregr. de fideicom. art. 26. num. 29. propè fin. Menoch. conſ. 1229. num. 21. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 404. num. 24. & firmauit Rota in Bonon. fideicommiſſi de Barberijs 5. Decemb. 1650. §. ſiquidem certum eſt, coram Eminentiſſ. D. Card. Corrado, & 19. Februarij 1652. coram bo. mem. Bichio, & in Barcn. Beneficij 18. Febr. 1656. §. E conuerſo, coram eodem.*

Et huiuſmodi excluſio clarior redditur ex alia declaratione facta per eundem Teſtatorem in §. 47. ibi, *Et pro maiori declaratione*, vbi loquendo de excluſione filiorum fœminarum excipit ſolummodo filios dd. Ludouicæ, & Lucretiæ, earumque liberos maſculos, & per maſculum deſcendentes, dum enim reſtrinxit diſpoſitionem ad filios maſculos dd. fœminarum tantùm, certum eſt non comprehendi cæteros deſcendentes ex linea fœminina, & mediantibus alijs fœminis, qualis eſt d. Do. Comes Gabriel tanquam filius Paridis Mariæ filij Dianæ, filiæ Lucretiæ, nam d. fœminæ ab ipſo Teſtatore nullatenus fuerunt conſideratæ, imò per ſupradictam declarationem manifeſtè excluſæ, & propterea d. Gabriel vti deſcendens mediatè per
7 lineam fœmininam loco extranei conſiderandus eſt in dicta ſubſtitutione, *iuxt. not. per Menoch. conſ. 878. num. 18. & 19. & in præcit. conſ. 1229. num. 27. & dixit Rota in d. Bonon. fideicommiſſi de Barberijs 19. Februarij 1652. coram bon. mem. Bichio §. Quapropter*. Et hoc tollit abſurdum ponderatum ab Informantibus pro Co. Gabriele, quod iſto retento intellectu proximiores excluderentur ab extra-
8 neis; Vltrà quod nullum allegari poteſt abſurdum, vbi conſtat de clara, & expreſsa voluntate Teſtatoris hoc modo ſubſtituentis, *vt Rota firmauit in alleg. Bonon. fideicom. de Barberijs 10. Decemb. 1650. in §. deinde, coram Emin. D. Card. Corrado, & 19. Febr. 1652. in §. quapropter, coram*
9 *bon. me. Bichio*, ſub prætextu autem abſurdi non licet recedere à verbis diſpoſitoris *Gabr. conſ. 69. ſub num. 14. lib. 2.* nec trahenda eſt vocatio ad perſonas expreſsè excluſas, & non comprehenſas in verbis *Pereg. de fideic. art. 11. nu. 45. verſ. in hac re puto Ego.*

Et ita reſolutum fuit vtraque &c.

R.P.D. Periolo Mediolanen. Penſionis.
Mercurij 26. Iunij 1658.

ARGVMENTVM.

Quando ſit verum, fructus non deberi niſi à die motæ litis, & diſtributiones quotidianas non venire appellatione fructuum beneficiatorum.

SVMMARIVM.

1 *Fructus non debentur niſi à die motæ litis, declara numer. 2.*
3 *Præſtationes annuæ, & annua legata debentur tanquam ſors principalis.*
4 *Decima debentur vti ſors, ſi non petantur vti acceſſoria ad ius decimandi.*
5 *Tranſactio debet fieri ab intereſſatis.*
6 *Fructus inexacti an debeantur ſucceſſoribus, vel hæredibus beneficiatorum, & n. 12.*
7 *Exactionis difficultas non impedit iuris acquiſitionem.*
8 *Verbum* Reſidentia *quid importet.*
9 *Verba* quotidianæ diſtributionis, *quid importent.*
10 *Reſidentia, & intereſſentia plurimum inter ſe differunt.*
11 *Diſtributiones quotidianæ ſingulis diebus diſtribuuntur, & propriè nonniſi intereſſentibus concedi ſolent.*
13 *Diſtributiones quotidianæ non veniunt appellatione fructuum beneficiatorum. declara n. 14. 17.*
15 *Verba ſubſequentia quando cenſeantur adiecta ad declarationem antecedentium.*
16 *Teſtis deponens per verba dubitatiua*, putat, credit, *non probat.*
18 *Obſeruantia interpretatiua non requirit perſcriptionem.*

DECISIO LIII.

ABſoluto Iudicio contrà Capitulum Eccleſiæ Metropolitanæ Mediolanen. tàm ſuper iure exigendi in futurum, quàm ſuper condemnatione reſtituendi terminos à die litis motæ decurſos Officialibus, & Beneficiatis eiuſdem Eccleſiæ annuæ penſionis ſcutorum auri mille, quam eorum maſsæ diſtributionum quotidianarum, ſeu reſidentiæ authoritate Apoſtolica S. Carolus Archiepiſcopus aſſignauerat; Alterum aſſumptum fuit pro reſtitutione terminorum decurſorum ante d. litem, nempè ab anno 1588. vſque ad annum 1613. In quo paritèr Officiales, & Beneficiati ad illorum ſolutionem Capitulum condemnari obtinuerunt. Super quibus hodie in tertia inſtantia cauſa iterum pro-

propoſita ſententiam Rotalem ex vtroque tàm validitatis, quàm iuſtitiæ fundamento confirmandam eſſe Domini cenſuerunt.

Validitas manifeſta reſultat ex reuolutione Proceſſus *iuxta deciſ. Veralli 260. par. 2.*

Iuſtitia verò remanet abundè probata ex rationibus pleno, doctoque calamo exaratis in deciſionibus æditis in prima inſtantia cor. bo. me. Merlino die 6. Iunij 1633. & 19. Ianuar. 1635. inter eius impreſſas *dec. 585. & 663.* & in ſecunda coram bon. mem. Bichio die 31. Ianuarij 1646. & 27. Iunij eiuſdem anni, in quibus dictum fuit, Penſiones no-
1 mine Capituli exactas ante motam litem eſſe reſtituendas, quia licet regulariter fructus non debeantur niſi à die motæ litis *iuxta text. in l. 2. de fructib. & lit. expenſ. & in l. certum C. de rei vindic.* Nihilominus, cum in hoc iudicio Of-
2 ficiales, & Beneficiati non egerint ad ius exigendi Penſionem quo caſu acceſſoriè, & per modum ſequelæ debentur fructus decurſi à die motæ litis dumtaxat, ſed inſteterint pro conſecutione terminorum decurſorum, quo caſu Penſiones ante motam litem exactæ non vti fructus acceſſorij ad penſionem tanquam ad aliquod ſubiectum, & diſtinctum capitale debentur, ſed vt ſors principalis, & capitale de per ſe conſideratum, adeò vt niſi fiat condemnatio ad omnes penſiones decurſas à die purificatæ obligationis, dici non poſſit facta plenaria reſtitutio penſionis iuxtà propoſitam actionem ex doctrina Innocentij *in cap. querelam num. 3. verſ. & nota extra de elect.* & fuit ponderatum *in Mediolanen. fructuum 26. Maij 1589. coram Plato apud*
3 *Marcheſan. de commiſſ. p. 2. fol.* 106. quemadmodum in præſtationibus annuis, & in annnis legatis, quæ non vti fructus, ſed tanquam ſors principalis debentur *Gratian. diſcept. for. cap. 206. num. 20. Pacific. de ſalu. inſpect. 4. cap. 2.*
4 *num* 82. ac etiam in decimis, quando illæ petuntur vti ſors, non autem vti acceſſoriæ ad ius decimandi *Rot. diuerſ. deciſ. 689. numer. 3. & 6. par. 3 Seraph. dec. 1168. numer. 3. in Toletana decimarum 21. Iunij 1649. coram R. P. D. meo Celſo,* & in deciſionibus huius cauſæ aliæ quam plures referuntur.

Nec ex eo quod non fuerint detractæ portiones treſdecim Beneficiatorum, qui tranſegerunt ſuper eorum portionibus, & conſenſerunt illarum erogationi in opus fabricæ ędium canonicalium, argui poteſt exceſſus ſententiæ Rotalis condemnantis ad illam integrè reſtituendam vique ab initio, quo expirauit aſſignatio dictæ penſionis facta ab eodem S. Carolo eidem fabricæ, quoniam penſiones tunc decurſæ non ad eos vti ſingulos, ſed ad menſam
5 communem, ſeù maſſam Beneficiatorum ſpectabant, ideò ſuper illis pro eorum intereſſe tranſigere minimè potuerũt ad notata per *Garz. de benef. par. 3. cap. 2. num. 428. & 429. Gonz. ſuper reg. 8. gloſſ. 37. numer. 26. verſ. Propterea;* fru-
6 ctus enim inexacti debentur ſucceſſoribus, qui ſunt de Collegio de tempore exactionis, non autem hæredibus præteritorum, qui nullum particulare ius ſuper illis vnquam habuere, vt poſt multa iura concludit *Calderin. conſ. 2. num. 2. verſ. tertius caſus de Pecul. Cleric. Gambar. de offic. legat. lib. 6. q. 24. num. 562. Barboſ. de iure Eccleſ. vniuer. lib. 3. cap. 17. num* 80. Idemque ſeruari In Prouincia Mediolani determinatum fuit in Concilio Prouinciali quarto. *De ijs quæ ad Capitulum Cathedralium, & Collegiatarum Eccleſiarum pertinent lib. 4. num. 28. fol. 413.* & ita reprobando conſuetudinem contrariam reſolutum fuit in *Papien. fructuum 21. February 1622. coram Remboldo, & in Nouarien. Penſionis 29. Nouembris 1626. coram Pirouano.*

Minus arguitur exceſſus ex eo, quod Penſio fuerit ſimpliciter reſeruata maſſæ diſtributionum quotidianarum, quæ debentur illis, qui diuinis officijs inteſſunt, vt proptetea Beneficiati tranſigentes eorum portiones, quamuis ſolutio ob litem pendentem impediretur, capitulo cedere,
7 vel remittere potuerint, enim difficultas exactionis iuris acquiſitionem non impediat ad *text. in l. continuus §. illud ff. de verb. oblig. Moneta de diſtribution. quotid. p. 3. q. 3. nu.* 16. cum pluribus alijs relatis in deciſione huius cauſæ ſuper remiſſoria § *quia materia articulata 12. Decemb. 1647. coram Emin. D. Card. Corrado.*

Contrarium namque diſponitur tàm in Breue Gregorij, ibi, *Penſionem verò mille ſcutorum auri prædictam menſæ diſtributionum quotidianarum, ſeu reſidentia iam conſtituta, ſeu de nouo conſtituenda, &c.* quàm ex decreto S. Caroli edito die 3. Februarij 1573. ibi, *nunc verò menſe reſidentiali, ſiue diſtributionibus quotidianis,* & ex altero ſub die quinto Iunij 1577. ibi, *nunc verò menſa reſidentiali, ſeu maſſa Officialium Eccleſie Mediolanen.*
8 *vnita, & applicata &c.* Ex quo ſanè verbo *reſidentia* liquet aſſignationem factam fuiſſe nõ diſtributionibus quotidianis, quas minutas dicunt, & quæ ſolis actu inſeruientibus Eccleſiæ, & intereſſentibus tribuuntur, ſed maſſæ communi, quam groſſam appellant, & in qua groſſi fructus, ſeu maiores redditus reponuntur, qui reſidentibus de tempore exactionis nulla habita intereſſentiæ ratione præſtantur, vt *in Extrauaganti Poſtulaſti §. licet autem, & in Extrauaganti Cum nonnulla De præben. in commun. & Fœlin. in cap. cam te nu. 13. verſ. per iſtam differentiam il 1. de reſcript. & penes Calderin. conſ. 21. de præbend. cum alijs allegatis in dec. edita 27. Iunij 1646. §. nam reſpondetur cor. bo. mem. Bichio.*
9 Nec aduerſantur verba illa *quotidianarum diſtributionum,* cum hæc quoque apta ſint compræhendere, & fructus maſſæ Collegialis, & reſidentiæ, vt ex mente aliorum tradit *Moneta de diſtribution. par. 1. q. 3. n. 4. 5. & 6.* & dictum fuit *in Eugubina diſtributionum 28. Aprilis 1634. cor. bo. me. Dunozett. §. circà primum, & §. alij verò ſunt,* Et comprobatur ex depoſitionibus ſeptem teſtium formitèr examinatorum qui aſſerunt Beneficiatos habere, & maſſam diſtributionum quotidianarum, necnon reſiden-
10 tialem, vndè cum plurimum inter ſe differant reſidentia, & intereſſentia, vt tradunt *gloſſ. & DD. in cap. vnico de Cler. non reſiden. Caſſad. dec. vnic. eodem tit. Caſ. de Graſſ. dec. 116. alias. 5. n. 3. de Præbend.* Neceſſario dicendum eſt vocem illam *diſtributionum* tam in litteris Apoſtolicis, quam in Decretis S. Caroli expreſſam non inducere naturam ſimplicium diſtributionum quotidianarum, quæ ſin-
11 gulis diebus diſtribuuntur, & propriè non niſi intereſſentibus concedi ſolent *iux. conſ. Trid. ſeſſ. 24. c. 12. §. diſtributiones de reformat. & ita ait Rota dec. 608. nu. 5. par. 1. & 107. nu. 2. par. 2. recent.* ſed potiùs aſſumere qualitatem a
12 eorum fructuum applicatorum maſſæ communi, & reſidentiali qui, vel in fine anni, vel infra, aut de tempore exactionis præſentibus, & intereſſentibus diſtribuuntur quãuis anteaj maturauerint *iux. celebre conſilium Calderin. 21. de præbend.* quod ſequuntur *Gonzal. ad reg. 8. gloſſ. 37. nu. 26. verſ. Propterea Garz. de benefic. par. 3. cap. 2. nu. 428. & ſeq.* & Rota ſemper amplexa eſt, vt in ſupraciiata *Eugubina diſtributionum 28. Aprilis 1634. verſ. tertia ſpecies fructuum coram bo. me. Dunozetto, & in deciſ. huius cauſa 27. Iunij 1646. coram bon. me. Bichio §. nam reſpondetur in fine.*
13 Licet autem diſtributiones quotidianæ appellatione fructuum Beneficiatorum non veniant cum non contemplatione beneficij, ſed ratione laboris impenſi debeantur *cap. vnico de Cleric. non reſid.* ibique communitèr ſcribentes, *& poſt Oldrad. conſ. 118. Caſſad. deciſ. vnica eodem tit. & deciſ. 1170. nu. 2. par. 3. diuerſ.* concluſio tamen procedit
14 in diſtributionibus quæ dantur ijs, qui Eccleſiæ quotidiè ſtatis horis inſeruiunt, ſecus verò in his quæ infra annum certo determinato tempore diſtribuuntur, vt probatur *in cap. fin. de reſcript. in 6.* ibi de fructibus Beneficiorum diſtributionibus quotidianis exceptis, exceptio namque eſt de regula *iux. gloſſ. in rubr. de reg. iur. in 6. & idem etiam habetur. in extrauaganti 10. Poſtulaſti de præbend. inter communes,* ibi, *licet autem diſtributiones quotidiana per nos fuerint à perceptione fructuum prædictorum excluſa* tradit *Moneta vbi ſupra quæſt. 6. lib. 3. ſub nu. 9.* & ita voluit *Rota apud Verall. deciſ. 29. nu 3. lib. 2. & in dicta Eugubina diſtributionum §. alij verò ſunt coram bon. me. Dunozetto.*

Et interpretationem contrariam incongruam eſſe conuincunt litteræ aſſignationis penſionis, ibi, *maſſa diſtributionum quotidianarum, ſeu reſidentia iam conſtituta, ſeu de nouo conſtituenda,* ſi enim Pontifex de maſſa ſimplicium diſtributionum quotidianarum intellexiſſet, non opus fuiſſet addere, *ſeu reſidentia iam conſtituta, ſeu de nouo*

con-

conſtituendæ. cum de exiſtentia prioris maſſæ, quam minutam vocant dubitari non poſſet; Verum quia penſionem maſſæ reſidentiali aſſignare decreuerat; Ideò vltrà verba, *diſtributionum quotidianarum aиa, ſeu reſidentiaiam conſtitute, ſeu de nouo conſtituenda* ſubiunxit, quæ cum clara ſint diſpoſitionem determinare debent, non autem antecedentia, quæ dubia ſunt, & obſcura; hoc
15 enim caſu verba ſubſequentia ad antecedentium declarationem adiecta cenſentur, vt inquit *Rota deciſ*. 125. *num*. 38.*par*.2.*diuerſ*.cum alijs relatis per *Modernum Lucenſem conſ*.12.*num*.24.*lib*.2. nihil referente, quod prædictæ aſſignationis fuerit ratio cultus diuinus, & Eccleſiæ ſeruitium, quia vltra quod expreſſio illa facta fuit ad oſtendendam ſolummodo tenuitatem redditum Beneficiatorum quibus commodè non valebant ſe ſubſtentare, ex hoc non infertur Penſionem Papam reſeruaſſe maſſæ minutæ diſtributionum quotidianarum cum Præbendæ, & alij redditus maſſæ groſſæ ratione etiam diuini cultus, & Eccleſiæ ſeruitij conſtituantur, vt originaliter habetur in *Conc. Trident*.*ſeſſ*.21.*cap*.3. *de reform*.

Nec releuant Teſtes pro parte Capituli examinati deponentes maſſam Beneficiatorum eſſe vnicam, nempè diſtributionum quotidianarum; nam vltra exceptiones
16 perſonales loquuntur per verba dubitatiua (putat, & credit) & ſic non probant *cap. quoties de Teſtam. Bald. in l. Teſtium C.cod.tit. Alex.conſ*.68. *in fine verſ. tertius teſtis lib*.2.*Cyriac.contr*.150.*n*.12.*&* 28.*Rota dec*.88.*ſub nu*.4.*& dec*.439.*n*.8.*par*.4.*rec*.*& apud ſa.me*.*Greg.dec*.517.*nu*.17. *&* 18.*& deciſ*.678.*nu*.12.

Imò neque ipſi negant, quod Collegium Beneficiatorum vltra ordinarias diſtributiones habeat etiam alios redditus, qui infra annum certo determinato tempore inter Beneficiatos etiam officijs non interuenientes diſtribuuntur; Atque ideò dubitari non poteſt de exiſtentia maſſæ Reſidentialis, ſub qua nonniſi tertia illa ſpecies diſtributionum continetur, quas etiam Diuinis non intereſ-
13 ſentes lucrantur, ita ut loco præbendæ ſuccedant, vt dixit *Rota coram Put. deciſ*.365.*num*.3.*lib*.2.*in recent.dec*.1.*nu*. 12. *par*.4.*tom*.2. & in ſæpè citata *Eugubina diſtributionum* 28.*Aprilis* 1634.*coram bon.me*.*Dunozetto*.

Et ceſſare viſa eſt difficultas ex conſuetudine antiquiſſima eiuſdem Eccleſiæ de qua ijdem Teſtes in vim remiſſorialium examinati atteſtantur, quod omnes introitus ad menſam huius Capituli quomodolibet ſpectantes exiguntur per Syndicum, & penes Theſaurium depoſiti in Kalendis Nouembris cuiuslibet anni inter Beneficiatos præſentes diſtribuuntur, nulla habita ratione ſeruitij, ſeu intereſſentiæ, minuſuè, quod annis præcedentibus maturauerint ex qua ſatis remanet declarata aſſignatio huius penſionis circa modum eam adminiſtrandi, prout iuxta prædictam conſuetudinem illius diſtributio fuit à Summo Pōtifice demandata, vt ponderatum fuit *in Mediolanen*. *Decimarũ* 8. *Iunij* 1612. *coram Pamphilio relata per Gratian.diſcept.forenſ.cap*.867.*n*.45.*&* 46.

Accedit, quod ita obſeruatum fuit in reſtitutione aliorum terminorum, & fructuum facta à Canonicis anno 1630. ex cauſa iſtius penſionis nomine Capituli indebitè exactæ, qui fuerũt diuiſi & diſtributi inter Beneficiatos exiſtentes de tempore diuiſionis, nulla babita ratione præteritorum, quæ obſeruantia eſt optima cuiuslibet diſpoſitio-
18 nis interpres, & plurimùm in propoſito operatur cum ſimus in obſeruantia interpretatiua, in qua non requiſitur præſcriptio, ſed ſufficit aliquando ita fuiſſe obſeruatum *Caſtr.conſil*. 347. *ſub num*. 4. *libr*. 1. *Aym. conſil*. 110. *numer*. 4. *verſ. Et ideò*. *Valenz. conſil*. 8. *numer*. 5. *& ſeqq. Creſcent. deciſ. prima de Conſtitut. Mantic. deciſ*.296.*num*.3.*& in d.Eugubina diſtributionum coram bon.me*.*Dunozetto*.

Atque ita in hac vltima inſtantia cauſa tertiò
ad diſputationis trutinam reuocata
vtraque parte informante
reſolutum
fuit.

Eminentiſs. & Reuerendiſs. Celſo Meleuitana Habitus.
Mercurij 26. Iunij 1658.

ARGVMENTVM.

Nobilitas ex quibus probata dicatur, & apud Hiſpanos quinam ſint, & vocentur antiqui nobiles.

SVMMARIVM.

1 *Nobilitas, & qualitas generis ex quibus probetur, & n*.2.3.5.9.11.12.13.
4 *In materia antiqua leniores ſufficiunt probationes*.
6 *Teſtis Sacerdos, & in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutus eſt dignus maiori fide*.
7 *Hydalgus verbum ex Hyſpano ſermone denotat antiquam nobilitatem*.
8 *Hydalgus propriè dicitur ille, qui à Patre, Auo, & Abauo prouenit, & à claro, & nobili ſanguine deſcendit*.
10 *Antiqui appellatione intelligitur temporis centum annorum in probationibus*.
14 *Non appellans cenſetur acquieſcere*.

DECISIO LIV.

Cvpiens Fœlix de Mirò ſuſcipere Habitum S. Religionis Hieroſolymitanæ obtinuit Commiſſarios pro recipiendis probationibus, qui cum retulerint ipſum habere qualitates, & requiſita neceſſaria, quo ad duo latera de Mirò, & de Ayala reſpectu verò Iſabellæ Alberolæ Auiæ Paternæ, & Hieronymi Audinet Aui Materni Probationes eſſe defectuoſas, & iuxta eorum relationem pronunciauerit tàm Conſilium Ordinarium, quàm completum, Dubitaui in gradu appellationis mihi commiſſæ, an conſtet de Nobilitate, & poſt iteratam propoſitionem examinatis nouis Teſtibus Domini hodie cenſuerunt conſtare de Nobilitate.

Etenim Teſtes, & in partibus, & in Curia examinati deponunt expreſsè illos de Alberola, à quibus Iſabella originem trahit eſſe antiquiſſimos, & deſcendentes à Ciuibus honoratis, & Nobilibus, ac ſemper vixiſſe ex proprijs redditibus cum decore, & dignitate nullam artem exercendo, necnon ſemper fuiſſe habitos, & reputatos pro Hidalgis notorijs, *di Sangue*, *Nome*,
1 *Armi*, *& Antichita conoſciuta*, ſemperque gauiſos fuiſſe, & nunc gaudere Priuilegijs militaribus ex quorum propterea depoſitionibus reſultare ſufficientem probationem Nobilitatis, tradit *Bart. in l.prima num*. 101. *C.de dignitat. libr*. 12. *Felin. in cap. ſuper eo il ſecundo numer*. 5. *verſ. Tamen dicas de Teſtibus Soccin. Sen. conſil*.246. *numer*.3.*lib*.2.*Couar.var.lib.primo cap*.16.*numer*.19. *Menoch.de arbit.Iud.lib*.2.*caſ*.670.*numer*.4. *Rot. coram Seraph.deciſ*.207.*numer* 5.*& coram Mantic.deciſ*. 317.*num*.2.
2 Et in terminis de Nobilitate ad effectum admiſſionis ad Habitum Religionis Hieroſolymitanæ, pluries firmauit *Rota vt in dec*.248.*numer* 1.*& deciſion*.290.*num*. 4. *poſt ſecundum vol. conſ. Farinac. coram Caualer.deciſ*. 60. *per totam coram Buratt.dec*.358.*num*.1. *& ſeqq.in rec. deciſ*.551.*nu*.1.*par*.4.*in Neritonen. Habitus* 26. *Iunij* 1617. *coram bon mem.Cardin.Veroſpio ſeniore*,& paſſim in alijs, & de Hydalgis dictum fuit *in Toletana Habitus* 13. *Maij* 1624.*coram Pirouano, Duran.deciſ*.294.*nu*.9. *& ſeq. cum alijs coram Merlin.dec*.164. *nu*.12.

Nec refert quod ijdem Teſtes affirment Iſabellam eſſe Ciuem loci, & Oppidi de Xabea, quod prætenditur Baronale, quia addunt etiam Ipſam deſcendere ab Alberolis Hydalgis, & Infenſonibus Regni Aragoniæ, qui ſub Rege Iacobo plurimum inſudarunt in expulſione Mauro-
3 rum, & cum deponant de publica voce, & fama optimè probant in hac materia, vt inquit *Bald. in l.prouidendum num*.2.*C.de poſtul. Guidop.dec*.389. *in fine Rot. coram Verall.dec*.277.*num*.3.*par*.1.*& deciſ*.6.*par*.2.*& coram Caualer.dec*.68.*num*.2.

Digitized by Google

4 Præterim in materia antiqua vltra 60 aonos, in qua ſufficere leuiores probationes, etiã per Indicia voluit Rota ſequendo doctrinam *Baldi in l. cum ſemper C. de rei vendit. deciſ. 290. num. 10. poſt 2. vol. conſ. Farinac. & per Teſtes de auditu Franc. Aretin. conſ. 37. num. 1. & ſeqq. Rotam Cæſaraugustana Beneficij de Linares 22. Iunij 1643. coram bon. mem. Bichio,*

5 Et ex iiſdem Teſtibus remanet abundè iuſtificata Nobilitas reſpectu Hieronymi de Audinet Aui Materni, dum aſſeueranter deponunt viros huius familiæ eſſe Hydalgos notorios ex Sanguine, Armis, & cognita vetuſtate, ac pro talibus fuiſſe habitos, & haberi & reputari, reddentes optimas, & concludentes rationes ſui dicti, quibus propterea fidem adhibendam eſſe probat *text. in l. ſolam C. de Teſtibus Toletana Decimarum de Verical 26. Iunij 1654. coram bo. me. Dunozetto* Maximè cum duo ex illis nouiſſimè
6 examinatis ſint Presbyteri, & alter in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutus *gloſſ. in can. Monachus verb. quorum 77. diſt. Aym. conſ. 267. n. 1. & 2. Rot. coram S. me. Greg. dec. 351. num. 10. & in Romana, ſeu Auximana Donationis 9. Decembris 1641. coram bon. me. Peutingerio.*

7 Nam Verbum Hydalgos Hiſpano ſermone antiquam, & eximiam nobilitatē importat, *Teſte Couarr. pract. quaſt. cap. 19. numer. 7. Guttierez quaſt. 1. Ciuil. lib. 3. cap. 4. quaſt. 13. numer. 231.* & latè comprobat *Otalor. de Nobilitate part. 2. cap. 3. numer. 1. & ſeq. vbi in ſpecie num. 3.* ait, quod los Hydalgos ſunt magis Nobiles quā ſint Equites, & firmauit *Rota coram Duran. deciſion. 294. num. 9.*
8 Et quod Hydalgus propriè dicatur ille, qui à Patre, Auo, & Abauo Nobilis exiſtit, & a claro, ac nobili Sanguine deſcendit, tradit idem *Otalor. vbi ſupra numer. primo, Garz. de Nobilit. Hiſpan. gloſ. 7. nu. 17. verſ. 4. ad idem, Hieronymus Leo deciſione Valentia 24. num. 73. lib. 3.*

Non obſtat, quod iuxtà ſtabilimenta Religionis requiratur probatio non ſolùm Nobilitatis generoſæ, ſed etiam Inſignium, & illorum vſus, quia dum præd dicti Teſtes, & ſignanter vltimi in Curia examinati deponunt explicitè Illos de Alberola, & de Auditter eſſe Hydalgos in Sanguine, & Armis notorijs, & in ſpecie affirmant de antiquitate
9 Armorum, & de Immemorabili, vtique huiuſmodi requiſitum controuerti non poteſt, vt benè ponderat *Rot. coram Merlin. dec. 264. n. 10. vbi nu. 16. &* 17. reddit rationē
10 quià in Probationibus appellatione antiqui intelligitur tempus centum annorū *Aym. de antiq. temp. vbi de communis part. prima cap. primo nu. 4. Ruin. conſ. 34. num. 11. lib. 1. Rot. coram Verall. deciſion. 28. num. 4. par prima.*

11 Non obſtat, quod Auus, & Fratres Felicis exercuerint officium Depoſitarij Iurium Regni, quia id non præiudicat Nobilitati eiuſdem familiæ, maximè cum officium ſit honorificum ſolitum conferri perſonis fide dignis, & ex No-
12 bili, & præclaro Sãguine genitis, vt deponunt Teſtes *Sum. Felicis num.* 15. & probat ipſa obſeruantia *Mantic. dec. 317. num. 4. Buratt. deciſ. 42. numer. 5. & deciſ. 358. num. 2. & in rec. deciſ. 167. num. 2. par. 7.*

13 Demum non obſtat, quæ contra Patrem Euphemiæ Auiæ Maternæ eiuſdem Fœlicis fuerunt deducta, quia non apparent ſufficienter iuſtificata prout plenè, & concludenter per Religionem probari debebant, vt voluit *Rot. coram Buratt. deciſion. 358. ſub num. 9. verſ. & ita viſum,* & in omnem euentum Nobilitas ex latere prædicto fuerit per Commiſſarios admiſſa, & per vtrumque Conſilium
14 approbata, & pars non appellauerit ex his apparet exceptionem eſſe calumnioſam, quia non appellando cenſetur acquieuiſſe *Rot. dicta deciſion. 357. numer. 1. & 2. coram Buratt.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. Meltio Romana Cambij.
Lunæ prima Iulij 1658.

A R G V M E N T V M.

Cambia ad hoc, vt licitè exigi poſſint, ex quibus iuſtificari debeant.

S V M M A R I V M.

1 *Inſtrumentum facit probationē probatam, & rem manifeſtam,*
2 *Solutio cambiorum eſt facienda ſecundum modum, & formam, in inſtrumento præſcriptum,*
3 *Cambiorum iuſtificatio ex quibus deducatur.*
4 *Interpellationi pro cambiorum ſolutione renunciari, & quando illa ſit facienda non obſtante eadem renunciatione, numer. 6. 7*
5 *Verba* vt ſupra *important omnimodam repetitionem.*
8 *Rota in Romana Cambij 8. Aprilis 1658. cor. Decano in quibus terminis procedat.*
9 *Obſeruantia ſolutionis cambiorum operatur vt ſoluens habeatur pro interpellato.*
10 *Clauſula* vti principalis principalitèr, & in ſolidum *appoſita in obligatione operatur vt obligatus habeatur tanquam principalis debitor,*
11 *Cambia contrahere ſub nomine proprio, & tamèn commodo alterius inſeruire, eſt de iure permiſſum.*
12 *Clauſula,* & deinde cum beneplacito, *quando non requiratur pro continuatione cambiorum.*

DECISIO LV.

EXcellentiſſimus D. Marius Dux Sfortia ſub fideiuſſione Eminentiſs. D. Cardinalis eius fratris habuit Anno 1632. à DD. Acciaiollu, & Martello Mercatoribus ſummam ſcutorum 17056. ad Cambium limitatum ſcut. nouem pro quolibet centenario cum obligatione illa infra ſex menſes reſtituendi, & interim conſenſit quod dd. Socijs liceret ſimilem ſummam propria auctoritate, & nulla ſibi facta intimatione ad cambium, & recambium accipere; elapſo verò dicto Semeſtri, & prætio non reſtituto pariter conſenſum præſtitit, ac voluit, quod eadem mer auctoritate, & alias vt ſupra tam pro Capitali non reſtituto, quàm pro Cambijs decurſis, & non ſolutis poſſent continuare in Cambijs, & recambijs vſque ad totalem illorum reſtitutionem; non quidem ad rationem ſupratsxatam, ſed prout Cambia, & recambia impoſterum currerent, eoſdem ad hunc effectum inſolidum Procuratores tanquam in rem propriam conſtituens, vt in eius *Summ. ſub num.* 1. Sed cum huiuſmodi Cambium ſpectaret ad Excellentiſs. D. Principem Ludouiſium vti ex ipſius proprijs pecunijs creatum, iidem Socij poſtmodum declararunt, ſe in eo nullum aliud habere intereſſe præter nudum nomen, omneq; illius commodum, & incommodum ad D. Principem ſpectare; Quapropter de anno 1635. occaſione venditionis Vallis Montoni d. D. Princeps in ſatisfactionem huiuſmodi Crediti aſcendentis ad ſcuta 26335. cum Cambijs vſque tunc decurſis, præuia cautione de reſtituendo prioribus, & potioribus. Creditoribus præfatorum DD. de Sfortijs, recepit ratam illius prætij pro intranti quantitate ſui Crediti; De quibus cum deindè fuiſſet coactus reſtituere ſcuta 3900. monetæ bon. mem. Principi Marco Antonio Burghesio vti Creditori eorumdem DD. de Sfortijs inſtetit contra illos in vim reſeruationis ſibi factæ in caſu moleſtiarum pro reſtitutione talis ſummæ coram R. P. D. A. C. Areoſto, & fauorabile reportauit decretum; Poſteà verò cauſa deuoluta ad Reu. P. D. Caetanum Iudicem deputatum in locum dicti Reu. P. D. Areoſti emanauit ſententia abſolutoria ad fauorem dd. DD de Sfortijs debitorum cum condemnatione ſupradicti D. Principis ad deponen. ſcuta 4433. tanquam indebitè exacta pro Cambijs antea decurſis. Vnde commiſſa mihi huiuſmodi cauſa in gradu appellationis, Dubitaui, An, & quæ Cambia debeantur, & plenè diſcuſſo articulo DD. reſponderunt illa deberi, facta tamen prius legitima litterarum recognitione ſecundum ſtylum Tribunalis, de quo in *deciſ. 274. in fine par. 5. recentior.*

Ratio reſolutionis fuit, quia cum appareat inter præfatos D. Acciaiolum, & Martellium, ac Excellentiſs. D. Du-
1 cem Sfortiam per publicum Inſtrumentum, quod facit probationem probatam, & rem manifeſtam ad notata per *Bart. in leg. 1. num. 8. vbi Iaſ. num. 10. ff. de nou. oper.*

*oper.nunc.cum alijs relatis in Romana Cambij 16 Ianua-
rij 1651. coram Reuerendiſsimo Domino Taraconen.*
Cambia pro primo ſemeſtre ſolui debere ad rationem ſcu-
torum nouem pro centenario; pro vlteriori verò tem-
pore ad rationem cambiorum currentium, vtique iuxta
2 formam, & modum in tali inſtrumento præſcriptum, il-
lorum ſolutio vſque ad integram ſortis reſtitutionem re-
gulari debet per *Text in l.ſi unus, & l.ſi Epiſtola §.fin.ff.de
pact.* & ita dixit *Rota in d.deciſ.274.numer.* 1. *& 13.part.5.
& deciſion.52.numer. 31.par.7.recent.* & firmatum fuit
*in Romana Cambij 14. Februarij 1648.coram bon.mem.
Peutingerio.*

Nec de eorumdem Cambiorum iuſtificatione dubita-
3 tum fuit, cum omnia ad ea requiſita concurrere proba-
tum fuerit. Expreſſa nempè cambiandi facultas ſupradi-
ctis Socijs Mercatoribus attributa vſque ad integram eo-
rum ſatisfactionem, quæ tàm de iure communi, quàm ex
Conſtitutione Pij V. 148. inter impreſſas valere dicitur ex
allegatis in *dicta deciſion.274.ſub numer.1.* Ac litterarum
tranſmiſſio, & continuatio pecuniarum ſuper Nundi-
nis, mediantibus litteris, vt dicitur *del Ritorno* relatis
in *Summar.dicti D.Principis ſub numer.2.* ex quibus Cā-
biorum realitas ſatis reſultare dictum fuit in *Romana Cā-
bij 28. Iunij 1649. coram Arguelles §. Nec conſtat*, cum
alijs ibi relatis. Quæ quidem litteræ de ſtylo Mercatorum
etiam quod non exhibeantur aliæ litteræ *dell' Andata*
quæ ſolent remanere penes Mercatorem, cui diriguntur,
plenè probant, in hac materia dixit *Rota coram Buratto
deciſion.532.numer 9.& 603.numer.1.& coram Merli-
no deciſion 636.numer.2.& 3.& in recent. deciſion. 304.
numer. 2. in fine part.4.* & fuit reſolutum in *Romana, ſeu
Ianuen. Cambij 26. Iunij 1651. §.penul. & 16. Maij 1653.
§. & quod attinet coram bon.mem.Bichio.* Præſertim quā-
do concurrunt partitæ librorum Mercatoris electi dd. lit-
teris correſpondentes, prout in caſu propoſito, quibus
partes ſtare promiſerunt abſque vlla contradictione, ac
vlterius accedit legalitas, & probata fides einſdem Merca-
toris ſcribentis; Tunc enim fortiùs probare dicuntur ſerijs
completis iuxta notatur per *Modern. de camb. diſput. 2.
quæſt. 1.numer. 16.& 17.& quæſt. 17.numer. 54.* & dixit
*Rota in eadem Romana, ſeu Ianuen.Cambij coram bon.
memor. Bichio ſub die 27. Nouembris 1651. §.primo, 18.
Martij §. Hinc gratis, & 26. Iunij 1652. §. Præſertim,
& 16. Maij 1653.§. Eoque magis.*

Vrgere nec viſus fuit defectus Intimationis ex parte
Dominorum de Sfortijs ad dd.Cambiorum curſum retar-
dandum oppoſitus. Cum ex facto benè tollatur obiectum,
ſiuè habeatur ratio priorisSemeſtris,quo Cambia ſupradi-
cta reperiuntur limitata ad ſcuta nouem pro centenario,
ſiuè reſpectu temporis poſtea decurſi.Nam habita ratione
primi ſemeſtria difficultas remouetur ex eo,quia in Inſtru-
mento dicti Cambij fuit expreſſè renunciatum huiuſmodi
4 interpellationi per promiſſionē ſactam à præfato D. Du-
ce Sfortia de ſtando ſimplicibus dd.Sociorum partitis,abſ-
què vlla intimatione, & ſic non eſt vlteriùs inſiſtendum
cum ea validè fieri potuerit, vt reſpondit *Rota in dicta de-
ciſion.274.numer.2. part. 5.* Reſpectu verò vlterioris tem-
poris paritèr difficultas ceſſare viſa fuit ex lectura eiuſdem
Inſtrumenti Cambij ponderando, quod elapſis dictis ſex
menſibus idem Dominus Dux conſenſit, & voluit; *Quod
dicti Socij de facto propria auctoritate, & aliàs vt ſupra,
tam pro Capitali non reſtituto, quam pro Cambijs, & re-
cambijs toties quoties ipſis placeret vſque ad integram re-
ſtitutionem pro quibuſcumque Nundinis pecunias ad Cā-
5 bium, & recambium accipere poſſent.* Quæ verba ſtante
illa dictione, *vt ſupra*, clarè demonſtrant omnimodam
repetitionem facultatum modo, & forma quibus ſupra
conceſſæ reperiuntur, perindè, ac ſi denuò fuiſſent expreſ-
ſæ, & ſpecificatæ, vt notant *Barboſa de diction. dict. 383.
Rot.deciſion. 40. numer. 10. part. 5. recent. coram Buratt.
deciſion. 161. num.9. coram Merlino deciſion.77. numer.
11. & in Eugubina fideicommiſſi 26. Nouembris 1649. &
2. Maij 1650. cor.bon.mem. Dunozett e.*
6 Neque ſubſiſtit replicatio, quod cum poſt lapſum pri-
mum ſemeſtre,facultas continuandi pecunias ſuper Cam-
bijs eſſet remiſſa arbitrio eorundem Sociorum, renuncia-
tio prædicta appoſita in tali Inſtrumento operetur tantum,
vt pecunia poſſet cambiari, & retineri ſuper Cambijs nul-
la quidem præcedente interpellatione; poſtquam verò pe-
cunia fuerit capta ad Cambium, pernecesse requiratur de-
nunciatio ex æquitate, ad hoc, vt debitor ſciat, ſuum debi-
tum ſub grauioribus viuris retineri, & ab illis ſe eximere
valeat, & ſic huiuſmodi remiſſio intelligi debeat de prima
intimatione,per quam Creditor debet notificare debitori,
quod intendit vti pacto,& eligere Cambiorū continuatio-
nem, non autem de ſecunda, quæ fieri debet poſt factam
d.electionem, vt dixit *Rota in Anconitana Cambiorum
28. Iunij 1646.& 8. Martij, & 2. Auguſti 1649. coram bo.
mem. Peutingerio, in Romana Cenſus 30. Aprilis 1655.
coram bon.mem. Dunozetto §. Non obſtat, quod eſſet data
facultas*,& nuper *in Rom.Cambij 8 Aprilis proximi præ-
teriti coram Reuer. D.meo Decano.*
7 Quia tale obiectum poſſet procedere quando Cambia
prætenderentur à Crediture vti debita ratione moræ iuxta
terminos dd. deciſionum, quo caſu omnino reprobata eſſe
cenſuit *Rota in eadem Romana, ſeu Ianuen Cambij 27.
Nouemb. 1651.coram bo.me Bichio.§. Altera circa Iuſti-
tiam,verſ.cum omnino*; Secus verò quando, prout in caſu
propoſito petuntur vigore facultatis ab eodem debitore
Mercatori conceſſæ, tunc enim cum Mercator duplicem
repreſentet perſonam, alteram nempè Creditoris, & alte-
ram Mandatarij, ſeù Procuratoris ipſius debitoris,non re-
quiritur vlterior denunciatio ad effectum tranſmittendi,
& retinendi pecunias ſuper Cambijs *Rot. dec.304.n. 4 p.4.
dicta dec.274.nu.4 p.5.rec.& coram Merlino dec 636.nu.
10.& 11.* ac plenè diſcuſſo articulo fuit dictum in *Roman.
Cambiorum 19.Decemb. 1637.coram bo.me. Peutingerio.*
8 Et ex his ceſſat paritèr applicatio deciſionis in *dicta Ro-
mana Cambij 8. Aprilis proximi præteriti coram Reueren.
D. meo Decano*, cum in ea non concurreret, neque fuerit
ponderatum expreſſum mandatum ad Cambiandum,Imò
fuerunt petita Cambiaſicca non iuſtificata, ex ſola præten-
ſione, quod debitor non adimpleuiſſet obligationem per
ipſum factam de girando pecunias ſuper Cambijs, quod
longè diſtar à caſu controuerſo, quo apertè demonſtratur,
ne dum facultas cambiandi conceſſa per d.D.Ducem debi-
torem ſupradictis Acciaiolo, & Martello; Verum etiam
effectiua retentio dd. pecuniarum ſuper Nundinis ex ſu-
perius deductis, prout ad illorum validitatem deſideratur
per d.Conſtitutionē Pianam, & conſequenter, quod illa
debeantur non eſt dubitandum adnotata in *d.dec.304.par.
4.rec.nu.2.*
9 Eoquè magis circa hoc remouere videtur quæcumque
difficultatem obſeruantia ſubſequuta mediante ſpontanea
ſolutione Cambiorū facta à d. D. Duce ad rationem cur-
rentium vigore pacti in Inſtrumēto appoſiti cum acquie-
ſcentia per plures annos,ex qua cenſetur D.Dux ſe habuiſ-
ſe pro interpellato, & agnouiſſe realitatem eorumdem
Cambiorum, vt in ſpecie reſpondit *Rota apud Salgadum
in laberynt. credit. dec.7.ſub n.6.verſ. Tum etiam quia,&
ſeq.& in Rom. pecuniaria 5. Iunij 1648. coram Emin. D.
Card.Corrado § Tum etiam ex obſeruantia.*

Minus refragatur,quod ſupradicta interpellatio quate-
nus reſpectu Domini Ducis renunciantis, non eſſet neceſ-
ſaria, adhùc ea ſaltē requireretur quoad D. Card.qui erat
fideiuſſor ex deductis in *Anconitana Cambiorum 1. Iulij
1643.coram Reuer. D.Compoſtellano.* Quoniam dicta de-
ciſio loquitur, & procedit in fideiuſſore indemnitatis obli-
gato in euentū certæ conditionis,cuius ratione fuit reſpon-
ſum in ea deciſione talem fideiuſſorem nō teneri;ſecus au-
tem eſt in caſu noſtro quod D. Cardinalis ſe obligauit in
10 forma Cameræ vti principalis principaliter,& inſolidum,
ſubiciendo ſe eiſdē pactis,& conuentionibus initis cum D.
Duce eius fratre, & conſequentèr pari modo tamquam
principalis debitor afficitur *Alex. conſ.34.n.5.lib.2. Bero.
conſ.193.n.24.verſ.aggredior vſq; ad n.56.lib.1.Rot.in Bo-
non.pecuniaria de Lamberinis coram bo mem. Bichio poſt
Zacch.de oblig.Camer.dec.275.nu.9.& ſeqq.coram Mer-
lin.deciſ.852.nu.13.& coram Eminentiſſ. D.Card.Ottobo-
bono deciſion. 169.numer. 1.*

Prout nec obeſſe viſum fuit,quod ſupradicti Acciaiolus,
& Martellus declarauerint Cābiū ſpectare ad D.Prencipē

Digitized by Google

Ludouiſſum, & ſic per ceſſionem iurium eidem factam cēſeantur abdicaſſe à ſe omne Ius, & facultatem, quam prætendere potuiſſent vigore dicti Inſtrumenti; Nam huiuſmodi declarationem eſſe ſolum intelligendam reſpectu commodi, & incommodi ipſius Cambij reſponſum fuit, non autem reſpectu facultatis cambiandi, quæ ſemper remanſit, & continuata fuit in ipſis Mercatoribus quibus ab
11 initio conceſſa reperitur, cum de iure permiſſum ſit Cambia ſub nomine proprio contrahere, & tamen commodo alterius inſeruire ita dixit *Rota coram Merline deciſion. 636. num. 10. & ſeqq. & in Romana Cambij 23. Ian. 1645. coram bon. me. Peuringerio*, & in ſimili de Societate officij reſpondit etiam *Rota coram Seraph. deciſion* 1510. *ſub numer.* 6. Nihil enim intereſt Contractus commodum magis ad vnum, quam ad alium reſpectu debitoris ſpectare, cum ſufficiat non immutari illius ſubſtantiam, circa quam attenditur ſimulatio ex congeſtis in *Romana Cambij 28. Iunij 1649. coram R.P.D. meo Albergato*.
12 Deniquè ceſſat obiectum deficientiæ illius clauſulæ, & deinde *cum Beneplacito*, quæ prætendebatur ab ipſis DD. de Sfortijs apponi debuiſſe poſt illa verba elapſis *primis* ſex *menſibus* ad effectum inducendi illorum conſenſum pro continuatione Cambiorum vltra tempus limitatum ex deductis in ſuptacitata *Romana Cambij coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano*. Quia cum in tali contractu ſpecificè conuentum appareat, quod dicti Acciaiolus, & Martellus pro vlteriori tempore vſque ad integram reſtitutionem ſortis principalis, & Cambiorum tanquam Procuratores conſtituti poſſent auctoritate propria retinere huiuſmodi pecunias ſuper Cambijs toties quoties per quaſcumque Mundi partes, Nundinas, & ferias, vlterior Conſenſus non erat neceſſarius iuxta diſtinctionem *Rota coram Merlino d. deciſ. 636 num. 10.*

Et ita vtraque parte informante reſolutum fuit &c.

Reuerendiſs. D. Cerro Decano Salamantina Cucullæ.
Lunæ 9. Decembris 1658.

ARGVMENTVM.

Benedictinos eſse Monachos nigros, & non alios, vſumque cucullæ amplæ, talaris, & manicatæ ipſis ſolùm competere, demonſtratur.

SVMMARIVM.

1 *Monaci Benedictini dicuntur eſſe Monaci nigri, & non alij, & numer. 4.*
2 *Ordinum confuſio in populo eſt euitanda. & num. 5.*
3 *Cucullarum duplex eſt genus, & quale.*
6 *Ratio generalis reddit totam legem generalem.*
7 *Clauſula* motu proprio, & ex certa ſcientia *quid operetur.*
8 *Exceptio de iure tertij reijcitur.*

DECISIO LVI.

VErtente Iudiciali controuerſia inter Monachos S. Benedicti ex vna, & S. Baſilij Hiſpaniarum ex altera ſuper delatione Cucullæ manicatæ Sanctiſſ. Dominus Noſter Alexander Septimus in Signatura Gratiæ reſcripſit Sacræ Rituum Congregationi, vt in ea procederet cum Voto Rotæ; Ideò dubitaui An, & cui liceat ex Monachis Benedictinis, & Baſilienſibus Hiſpaniarum deferre Cucullam amplam, talarem, & manicatam, & pro Patribus Benedictinis reſponſum fuit.

Cuculla enim controuerſa longas, & amplas habens manicas propriè flocus appellatur, vt declarauit ſan. mem. Clemens V. in Clem. ne in agro §. Verum de Stat. Monacor. ibi, *Verum ne ex diuerſa acceptione, quæ ex diuerſis Regionibus huiuſmodi vocabula flocus videlicet, & Cuculla, dicuntur habere, hæſitandi circa præmiſſa materia relinquatur, Cuculla nomine habitum longum, & amplū, ſed manicas non habentem, nomine vero floci habitum, qui longas, & amplas habet manicas Nos intelligere declaramus*; Quæ ad Monacos nigros, & non ad alios pertinent, *vt latè Sancitur in dicta clem. ibiq. gloſſ. verbo Nigrorum Imol. num. 15. ad medium, Anchar. num. 3. verſ. ſecundo nota, Abb. poſt principium verſ. Conſtitutio ipſius Clemen-*
1 *tine, Vitalin. num. 18. & Card. Zabarell. num. 7.* Benedictinos autem eſſe Monacos Nigros, *refert Tamburr. de Iur. Abbat. tom. 2. diſput. 24. quæſt. 5. num. 46.*

Idque ſatis clarè diſpoſuiſſe videntur Gregorius Nonus in Reformatione Monacorum Cluniacen. Ordinis S. Benedicti, *Bullar. tom 1. Conſtit. 5. §. 18.* ibi, *Illud quoque obſeruari præcipimus, vt Monaci ſicut in clauſtro, ita, & foris honeſte ſe habeant, nec incedant, ſine cuculla, & floco &c.* Et per eadem verba Nicolaus Nonus in declaratione dictæ Reformationis *d. tom. 1. eius Conſtit. 3. §. 24.*

Quod inſuper comprobatur, Tum ex Conſtitutionibus Religonis, nempè Cōgregationis Caſſinen. de anno 1580. *in cap 55.* Regulæ S Benedicti, ibi, *Et ordinamus quod fratres noſtri habeant ſinguli tunicam &c. habeant, & cucullam, quæ ſecundum clem. ne in agro vocatur flocus*; Congregationis Hiſpaniarum *cap. 44. de Veſtiario*, ibi, *Cuculla confici debet &c. Manicæ non ſint longiores Corpore ipſius Cucullæ, atque ita longe, vt manibus ad oram Caputij appoſitis palmo diſtent ab ipſius fimbria Cucullæ*; Congregationis Angliæ *cap. 10. de habit. & Veſtiment.* ibi, *Manicæ verò Cucullæ ſint ita prolixæ, vt dimiſſa, protendantur ad fimbriam Cucullæ*; Congregationis Auſtriacæ *eod. tit. cap. 4.* ibi, *habeant quoque Cucullam, quæ ſecundum Clem. ne in agro vocatur flocus, quo vtantur in templo, & aliquādo foras procedentes*; Et Congregationis Bruſeldenſis in Germania *diſtinct. 3. c. 24. tit. de habit. & Veſtitu*, ibi, *Tam Abbas, & Prior, quam cæteri Profeſsi flocis vtantur, flocus ſiquidem, qui habitus eſt Rotundus, manicatus &c. Summ. Benedictinorum num. 7.*

Tum ex Hiſtoricis, nempè *Card. à Turrecremat. in Comm. Regul S. Benedicti d. cap. 55. tract. 151. tit. de diſpēſat. Veſtimētor. & qualit. & menſur. eor.* vbi in §. *Circa Cucullam* in fine, hæc præciſa verba ponit, ibi, *Alij verò Cucullam nominant eum habitum, qui apud alios dicitur flocus, videlicet eum Caputio ex omni parte clauſum, longiſque manicis manicatum*; *Anton. Perez in Comm. eiuſd. Regulæ* eodem loco, ibi, *Manicatis tenemur vti Cucullis, & iiſdem ſemper Benedictini noſtri vſi ſunt &c. quare Cuculla manicata Nobis inſigne noſtræ Religionis eſt, & veluti Impreſſa nota*; *Bernardin. Cardinal. Caſinen. in expoſitione dictæ Regulæ d. c. 55. tit. de Veſtim. verſ. cucullam appellant*, & demum *Io. Bertles Louanien. in eadem regula dialog. 23. dictis c. 54. & 55. regul. S. Benedicti*, qui diſtinguendo Cucullam in duo genera dicit, ibi, *Et ſecundum genus vocamus eum habitū, qui apud alios flocus dicitur, videlicet cum Capucio ex omni parte clauſum, longiſque manicis manicatū &c. eumque geſtant omnes Religioſi de obſeruantia Bruſeldenſi per Germaniam Ord. S. Benedicti.*

Tum demū ex pluribus teſtibus pro Benedictinis diuerſis tēporibus, & in diuerſis Tribunalibus formiter examinatis, qui concorditer deponunt ab immemorabili illos ſemper conſueuiſſe controuerſam Cucullam deferre amplam, talarem, & manicatam *eod. ſum. n. 8.*
2 Indè igitur ſicut ex præfatis cōcludenter probata remanet intentio Benedictinorū, ita de conſequenti excluditur prorſus prætenſio à Patribus Baſilienſibus deducta geſtādi ſimilem, & pariformem Cucullam, Alias enim reſultaret confuſio ordinum in Populo, quæ vitanda eſt *ex tradit. per Roderic. quæſt. Regular. tom. 3. quæſt. 76. art. 4. Nouar. in Lucern. Regular. verb. Capuccini n. 5.* Et in terminis aliarum Religionum declararunt Sūmi Pontifices Greg. XIV. *Conſt. 11. to. 2.* Clemens VIII. *Conſt* 111. *to. 3.* & Vrb. VIII. *Conſtit. 12. tom. 4. & in appendic Conſtit. 13. alias 153.*

Et quamuis tam ex Regula S. Baſilij, quam ex Conſtitutionibus eius Religionis Italiæ, & Hiſpaniarum, debeant ipſi deferre Cucullam Monacalem; Attamen cum duplex ſit Cucullarum genus, alterum nōn manicatum, quod Caputiū, ſeù Cappa appellatur, & alterum manicatū habens manicas amplas, & longas, quod denominatur flocus iuxta diſtinctionem præſcriptā *in d. Clem. ne in agro d. § Verum* comprobatam communiter *à Doctorib. ibi ſcribentibus, & à Io. Bertles Louan. vbi ſupra, ac per Tambur. de Iur. Abb. tom. 1. diſ. 27. quæſt. 1. n. 3. verſ. eſt autem*; Vtique ad euitandam Ordinū confuſionem Præceptū ex dicta regula, & ex præfatis Conſtitutionibus eductū intelligendū eſt de primo, non autē de ſecundo genere Cucullarū, ſicuti in dubio intelli-

Digitized by Google

intelligit debet *ex probatis per eundem Tamburin. dicta quæſt. prima dicto num. 3. verſ. vnde licet.*

Nec repugnant Conſtitutio 58. *Gregorij XIII. tom. 3.* & Decreta Reformationis pro Ordine S. Baſilij Hiſpaniarũ a Clemente 8. ædita *anno 1602 ſub titul. de Veſtim. Calceamento, & Zona Sum. Baſilienſium num. 5.*

Conſtitutio enim Gregoriana §. 7. loquitur de Caputio ſiue Cuculla Monacali, quæ intelligitur de Cuculla primi generis ſine manicis, vt probatur ex prædictis, & colligitur etiam ex illa dictione intermedia *ſiue*, quæ de ſui natura ſtat declaratiuè, & expoſitiuè pro *ideſt, Apoſtil. ad Roman. conſ. 179. nu. 7. verſ. & idcirco litt. D. Gemin. conſ. 115 nu. 7.* Decreta verò Clementis VIII. (& hoc tollit omnem difficultatem) licet videantur illis permittere Cucullam cum manicis, ſubdunt tamen, ibi, *Erit tamen ſtricta, nullas vel paruas habens rugas, ſiue ſinus, nec adeo amplas manicas, vt à Benedictinorum Cuculla, & habitu in aliquo diſtinguatur.* Et ſic etiam iuxta ſenſum eorundem Decretorum Baſilienſibus interdicta eſt Cuculla, de qua agitur, quam geſtare ſolent, & debent Benedictini.

Certiùs cum ab eodem Clemente anno ſequenti 1603. *in eius Conſtit. 103. c. 6. Bullar. tom. 3.* Prohibita fuerit Baſilienſibus Cuculla Benedictinorum addendo rationem ex quo manifeſtè contrariatur Regulæ S. Baſilij: Nec refragatur Reſponſio, quod huiuſmodi Conſtitutio emanauerit pro reformatione duorum Monaſteriorum particularium, quia fundamentum conſtituitur in eo, quod Cuculla Benedictinorum manifeſtè contrariatur Regulæ S. Baſilij, quod tamquam generale generaliter reſpicit omnes ſub huiuſmodi Regula viuentes *ad text. in l. regula § cum quis ff. de fact. & iur. ignorant.*

Quibus accedit quod cum de anno 1634. impreſſa fuerit Immago S. Baſilij cum habitu Cucullati manicato Congregatio S. Officij Hiſpaniarum prohibuit illam retineri ſub pæna excommunicationis *d. Sum. n. 9. litt. A.* Ac deindè Sacra Congregatio Indicis 10. *Decembris* 1636. decreuit in hęc verba, ibi, *Et mandauit ſub pœnis &c. de medio tollendam eſſe, & à fidelium oculis amouendam effigiem S. Baſilij Magni Cucullati habitu prorſus Benedictino, d. num. 9. litt.* B. Decreta enim, & Reſolutiones, huiuſmodi Sacrarum Congregationum Vrbis Rota ſemper conſueuit reuerentèr amplecti.

Teſtes autem in magno numero adductos pro Baſilienſibus Domini noluerunt attendere, ſiue vti examinatos ſine citatione partis, ſiue quia loquũtur de actibus, vel poſt motam litem, vel liti proximis, ſiue etiam quia intelligendi ſunt de vſu Cucullæ primi generis, alias deponerent contra diſpoſitionem *d. Clem. ne in agro*, tot Conſtitutionum Apoſtolicarum, & præſertim Clementis Octaui, aliorumque ſuperius deductorum, quibus in concurſu Dominis viſum eſt magis deferendum, præcipue attento decreto irritanti, cum clauſula ſublata, quibus omnia prædicta munita ſunt, quæ regulariter irritant, & inficiunt quemcumque titulum, & poſſeſſionem in contrarium *Rota deciſ. 10. & 11. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. in Nou. Card. Mantic. deciſ. 40. num. 8.*

Et ita vtraque &c.

In eadem. Coram eodem.

Luna 23. Iunij 1659.

CVCVLLAM amplam, talarem, & longas habentem manicas, quæ propriè floccus appellatur, ad ſolos Monachos nigros, non autem ad alios pertinere ſancitur *in Clem. ne in agro de ſtatu Monach. vt notant etiã gloſſ. ibid.*
4 *verb. Nigrorum, & communiter omnes ſcribentes;* Nigros autem Monachos, de quibus loquitur dicta clementina Benedictinos eſſe, & non alios, *vltra Tamburin. relatum in præterita deciſione §. Cuculla enim in fine clarè probant in terminis huius Clementinæ Bellamer. conſ. 32. num. 23. verſ. non valet conſequentia*, vbi in ſpecie dicit quod Benedictini non autem Monachi S. Baſilij continentur ſub eius diſpoſitione, *Alter. de Cenſur. tom. 2. diſp. 17. c. 1 col. 3. ſub §. ſecunda ſuſpenſio verſ. Ex quibus colligimus, & ſub §. in eadem clementina*, ibi, *Ideſt ſi Abbates, vel Priores, qui non habent ſupra ſe Abbatem ex eodem ordine Benedictinorum ſuſpenduntur &c. Suarez pariter de cenſur. diſput. 31. ſect. 6. num. 10.* ibi, *circa quam pœnam primum aduerto non de omnibus Religioſis, aut Monachis ibi ſermonem eſſe, ſed ſolum de Monachis nigris,* vt ibi dicitur, *ideſt ordinis S. Benedicti, Card. Tuſc. verb. Religio concl. 138. n. 1 Cherubin. in Compend. Bullar. Apoſtolic. in Conſtit. 1. Benedicti 12. ſchol. 1.* Idque clariſſimè habetur *ex Conſtit.*
5 *eiuſdem Benedicti 12. Bullar. tom. 1. fol. 186.* tam ex eius titulo, ibi, *Ordinationes, & reformationes pro bono Regimine Monachorum nigrorum Ordinis ſancti Benedicti,* quam *ex c. 23.* vbi ſtatuendo formam, & honeſtatem veſtimentorum expreſſè diſponitur ſeruari diſpoſitionẽ *Clem. ne in agro edita per Clementem V. in Concilio Viennenſi.*

Ideò Domini ſteterunt in deciſis coram me 9. *Decemb. præteriti*, nempè licere Benedictinis dumtaxat, non autem Baſilienſibus Hiſpaniarum Cucullam deferre amplam, talarem, & manicatam, vt præcedenter in partibus, non ſemel tantum pronunciatum fuit; quia dum ipſis tantummodo, & non alijs conceſſa fuit *in d. clem. ne in agro*, comprobata ex Conſtitutionibus Apoſtolicis, & Benedictinæ Religionis, Hiſtoricis, & Teſtibus in Deciſione plenè re-
5 cenſitis, de conſequenti intrat prohibitio eius delationis aduerſus alios Monachos, & Religioſos, & ſignanter aduerſus Baſilienſes, qui ſunt Monachi alterius Ordinis, & regulæ; Idq; ad effectum euitandi confuſionem Ordinum in Populo, *vt tradit Roderich. quæſt. Regul. tom. 2. quæſt. 76. artic. 4. cum alijs ibi relatis.*

Certiùs attentis decretis Reformationis pro Ordine S. Baſilij Hiſpaniarum æditis à San. mem. Clemente 8. *anno 1602. ſub titul. de Veſtim. calceam. & Zona* in quibus conſtituitur Cuculla Baſilienſibus cum maxima diuerſitate ab illa Benedictinorum reſpectu formæ, materiæ, & temporis; forma enim deſcribitur, ibi, *erit tamen ſtricta nullas, vel paruas habens rugas, ſiue ſinus, nec adeò amplas manicas, vt à Benedictinorum cuculla, & habitu in aliquo diſtinguatur*: Materia ſtatuitur, ibi, *Materia verò erit ex panno laneo, qui in Hiſpania dicitur Eſtaminea, & in Italia Saietta, dummodo ſit ex eo, qui craſſior ſit, & viliori pretio habitus &c.* Benedictini autem poſt vigeſimum annum à die Profeſſionis Cucullam deferunt de Saia Scotta, Hiſpanicè Ana Scotta, cæteri verò de ſtaminea, vt ex Conſtitutionibus Hiſpaniarum æditis *anno* 1612. & confirmatis a San. mem. Paulo V. *Summ. Benedictinorum numer.* 2. Reſpectu verò temporis Baſilienſes ex forma dictorum Decretorum ad opera tantum Diuina habent vſum ſupraſcriptæ Cucullæ, ſed ad opera manualia tam in Monaſterio, quam extra vti debent Tunica clauſa ex panno nigri coloris cum Caputio, quod caput tegat, & ad collum cum Patientia ſiue Scapulari adunetur, quod à fronte ad pectus non pendeat, & à tergo in ſolitam punctam eat: Benedictini autem Cucullam, ſeu Floccum nedum in Diuinis, & in Monaſterio, ſed etiam extra deferre poſſunt, *vt ſancitur in dicta Clem. ne in agro §. ſtatuimus.*

Quæ comprobantur ex Conſtitutione 103. eiuſdem Pontificis ædita anno ſequenti 1603. vbi explicitè prohibetur Baſilienſibus Cuculla Benedictinorum ea expreſſa ratione, quia manifeſtè contrariatur Regulæ S. Baſilij: Quãuis enim huiuſmodi Conſtitutio non emanauerit pro to-
6 to illius ordine, ſed ſolum pro reformatione duorum eius Monaſteriorum; ratio tamen illa, ex quo cuculla Benedictinorum contrariatur Regulæ S. Baſilij, adeo generalis eſt, vt faciat totam Legem, & Conſtitutionem generalem comprehendentem propterea totum ordinem, *vt ex textu relato in prima deciſione in l. regula §. cum quis ff. de Iur. & fact. ignorant. reſpondit Rota coram Buratto deciſ. 22. num. 22.* Non obſtante quod dicta verba non ſint verba Papæ, ſed Conſtitutionum compoſitarum ab ipſis Reformatis, quia veriùs eſt ea eſſe propria, & præciſa verba ip-
7 ſius Pontificis, qui præfatam Conſtitutionem ædidit motu proprio, & ex certa ſcientia, quæ propterea ſola voluntate, & verbo Pontificis Conditoris inita dicitur *Acchill. deciſ. 10. de probation. Put. deciſ. 101. lib. 3. Rota deciſ. 59. numer. 1. 2. & 3. par. 4. tom. 2. & deciſ. 225. numer. 3. & 4. part. 5. recent. & coram Durand. deciſion. 154. numer. 3. & 4.*

Digitized by Google

Non obſtat, quod ex alijs Conſtitutionibus Congregationis Benedictinorum Hiſpaniarum, vt prætenditur, æditis anno 1575. *cap.* 30. diſponatur, ibi, *Che li ſuperiori, e ſudditi non portino cuculla con pieghe, ne conſentino, che la portano li Monaci, ma piane ſenza piega alcuna, e le maniche delle ſaie non ſiano alla redonile, ma piano della larghezza, che è neceſſaria per poterſi ben ſeruire di eſſe.*

Quia huiuſmodi Conſtitutiones, (quatenus veræ ſint, quod valdè controuertitur) nunquam fuerunt vſu receptæ, ſed ſemper inuiolabiliter obſeruata fuit Diſpoſitio *Clementina ne in agro*, vt clarè probatur ex Teſtibus relatis *in primo Summario Benedictinorum num.* 8. atque apertè comprobatur ex Poſterioribus Conſtitutionibus, nempè Congregationis Caſſinenſis æditis *anno* 1580. Congregationis Hiſpaniarum de *anno* 1612. & Congregationis Auſtriæ *anno* 1626. in quibus præcipitur, atque ſtatuitur Cuculla ampla, talaris, & manicata iuxta formā præſcriptam *in dicta Clem. ne in agro*, vt ponderatur in præcedenti deciſione §. *Quod inſuper*: Indèque Dominis viſum fuit non eſſe annuendum petitæ Compulſoriali ſpeciali ad effectum extrahendi in forma probanti præfatas Conſtitutiones anni 1575. Tum quia Procurator generalis Benedictinorum, qui iuxta ſuas facultates explere poteſt omnia, quæ poſſunt peragi à Capitulo generali, declarationem fecit in actis habendi dictas Conſtitutiones (quatenus veræ ſint) pro legitimè compulſatis: Tum etiam quia ſunt inefficaces, & irreleuantes dum non fuerunt vſu receptæ, & adeſt Conciliaris Diſpoſitio *dicta Clem. ne in agro*, continua, & inconcuſſa obſeruantia, multiſque Conſtitutionibus Apoſtolicis, & Religionis Benedictinæ comprobata ſub comminatione pœnæ, ac decreto irritanti, & clauſula ſublata, quæ irritant, & inficiunt quæcumque in contrarium.

Quod Patres Benedictini Hiſpaniarum cucullam magis amplam deferant contra formam *in dict. Clem.* præſcriptam, de hoc iniuſtè conqueruntur Baſilienſes, cum Id non probetur, & hæc cura non ſpectet ad ipſos, ſed ad Superiores, qui tenetur curare obſeruantiam formæ *in clementina* præſcriptæ, præſertim cum ſint alterius ordinis,
8 & regulæ, vt dictum eſt, & ſic vti exceptio de iure tertij reijcienda videtur, *vt notant Doctores in l. 3. C. de except. rei Iudicat.*

Et ita, &c.

S. Rota eſt in Voto Monachis S. Benedicti tantum, non autem Monachis S. Baſilij Hiſpaniarum licere deferre Cucullam amplam, Talarem, & Manicatam ex rationibus deductis in duabus Deciſionibus coram me æditis 9. Decembris 1658. & 23. Iunij 1659. Hac die 4. Aug. 1659.

C. Cerrus S. Rot. Dec.

R.P.D. Veroſpio Firmana Primogenituræ.
Veneris 10. Ianuarij 1659.

ARGVMENTVM.

Maſculi deſcendentes ex vna linea ſi ſint vocati, qualiter excludant deſcendentes ex alia linea: & ſub maſculorum deſcendentium expreſſione quinam contineantur; ad finem etiam agnoſcendi an ingreſſus, vel progreſſus lineæ debeat attendi.

SVMMARIVM.

1 *Si maſculi ex vna linea deſcendentes dumtaxat ſint vocati, non debent deſcendentes ex alia linea admitti.*

2 *Fœmina propriam agnationem extinguit, & linea fœminina eſt principium.*

Linea maſculina originem trahit ex maſculis, & in ipſis quoque debet extingui.

3 *Maſculorum expreſſione quando veniant maſculi ex fœminis progeniti.*

4 *Verbum* natos *iunctum cum dictione* in infinitum *includit nepotes, ac pronepotes.*

5 *Maſculina qualitas quando requiratur tàm in ingreſſu, quàm in progreſſu lineæ.*

6 *Familiæ cognomen abſque reſtrictione conceptum includit omnes de agnatione licet ſint tranſuerſales.*

7 *Verbum* ceppo *comprehendit tam deſcendentes, aſcendentes, & tranſuerſales.*

Dictio ipſorum *inhærens verbo* familiæ *illam coarctat ad lineam effectiuam ſecus ſi inhæreat verbo* cippo.

8 *Ad lineam effectiuam quando deſcendentia maſculina non dicatur reſtricta.*

DECISIO LVII.

NOminatio Iulij Cæſaris Teſtamentarijs in tabulis à Comite Marco Antonio Iuliuccio perhabita nullius roboris, atque momenti decreta fuerat coram me ſub die 30. Maij anni 1657. quæ deciſio bis repropoſito dubio hodie confirmationis robur aſſumpſit, ſi quidem ad primoge-
1 nituram maſculi dumtaxat deſcendentes ex fœmina agnata de Iuliuccis vocati noſcuntur adeoque Iulius Cæſar ex fœmina, alterius familiæ procreatus ad eam Iure nominationis aſpirare non valet, vt tradit *Bald. in conſ. 473. nu. 2. vol. 2. Surd. conſ. 369. nu. 39. Rot. dec. 241. nu. 20. p. 4. tom. 2. rec. & coram Buratt. dec. 744. nu. 2. cum ſeqq.*

Vocationem vero ad maſculos ex fœmina agnata de Iuliuccis progenitos fuiſſe à Donatoribus arctatam eiuſdem Inſtrumenti verba præſeferunt, ibi, *& caſu quo deficiat linea Maſculina, Antonij ſcilicet Dominici, & Petri, tunc primogenitura tranſeat ad deſcendentes maſculos in infinitum natos, vel naſcituros ex aliqua fœmina, quæ fuerit vel ſit de familia de Iuliuccis, & fuerit, vel ſit de ipſorum cippo*, & in his fere terminis tradit *Pereg. conſ. 57. nu. 2. verſ. hoc autem retento cum ſeqq. lib. 2. Gratian. diſcept. for. cap. 773. n. 14 cum ſeqq. & reſpondit Rot. in Maceraten. hæreditatis 20. Nouemb. cor. Card. Pamphilio, & 17. Decemb. 1610. coram Manzanedo relatis in dec. 453. in princ. par. 2. rec.*

Neque poterit Iulio Cæſari ſuffragari deſcendentia Iſabellæ ipſius Auiæ ex Aurelia Dominici Iuliucci filia, Cum enim ad lineam maſculinam ex agnata fœmina prodeuntem diſponentes reſpexerint, vt ſupra relata comprobat diſpoſitio, nec non ſequentia verba conuincunt, videlicet, *Hoc ordine quod vltimus maſculorum habeat facultatem eligendi aliquem ex maſculis deſcendentibus ex fœmina de Iuliuccis &c. ita tamen quod vna linea extincta ſuccedat primogenitus aliarum linearum, quæ ſint maſculina deſcendentia ex aliqua fœmina de Iuliuccis*, & ſucceſſiue in prohibitione detractionum ibi, *& deinde conſeruetur inter omnes maſculos, qui nati ſunt, aut naſcentur in infinitum ex aliqua fœmina nata, ſeu naſcenda ex aliquo de familia de Iuliuccis*. Deſcendentes proinde Iſabellæ licet maſculi debent ab aſſecutione primogenituræ penitus ar-
2 ceri, poſtquam ipſa agnationem cum perſona propria extinxit, & lineæ fœmininæ principium euaſit *iux. tex. in l. pronunciatio §. vltimo ff. de verb. ſignif. Cur. Iun. conſ. 5. nu. 25. verſ. & dicit. Iuris Conſultus Pereg. de fideic. art. 26. num. 31. Rot. dec. 405. nu. 49. & deciſ. 531. nu. 15. & deciſ. 574. num. 26. par. 5. rec.* Adeout eiuſdem Nepotes, ac pronepotes nequeant ſub linea maſculina Aureliæ proauiæ Includi, quę originem dumtaxat trahens à Maſculis, in ipſis quoque debet extingui vt aduertit *Decian. conſ. 7. num. 30. cum ſeqq. lib. 1. & conſ. 127. num. 11. & 12. lib. 3 Cephal. conſ. 664. nu. 24 Gratian. diſcept. for. cap 901. num. 22. & 23. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 346. num. 31. cum ſeqq.* & pluribus relatis iuribus dixit *Rot. in Bononien. fideicommiſſi de Barberijs 5. Decembris 1650. in §. Siquidem certum eſt in §. primo quia concluſio nō eſt vera coram Eminentiſſ. D. meo Card. Corrado, & in Romana Caſalis Veteris 5. May 1653. in § nec vrget, & 4. Iunij 1655. in §. principium enim coram R.P.D. Albergato.*

3 Hinc non vrget, quod ſub maſculorum deſcendentium expreſſione maſculi ex fœminis quoque progeniti admittantur, quoties à Teſtatores agnatio contemplata non fuerit, & reſpondit *Rot. in Bononien. ſucceſſionis 4. Maij 1646. in § ſed quatenus, & 17. Iunij 1647. in §. ſauet quoque*

coram

coram bon. mem. Bichio, Dum in propoſito caſu primogenitura fauore agnationis inſtituta, ex lege diſponentium maſculis peremptis, debet primogenito lineæ maſculinæ otientis ex fœmina agnata cum onere aſſumendi nomen familiæ, & inſignia de Iuliuccijs pro conſeruatione domus omnino attribui, quam proinde in concurſu lineæ ex fœmina cognata prouenientis prædilexiſſe cenſetur, vt in his terminis aduertit *Menoch. conſ. 132. num. 25. & ponderauit Rot. in Maceraten. hæreditatis 20. Februarij 1598. in §. vltra quod coram Cardinali Pamphilio, & 17. Septembris 1610. in §. primo quia coram Manzanedo.*

4 Nec releuare viſa fuit iterum repetita obiectio ex verbo natos quod dictioni in infinitum præſertim adhærens Nepotes, ac pronepotes ſit per aptum includere *iux. conſ. Caſtr. 164. num. 4. lib. 2. Rota in teramnen. fideicommiſſi 10. Febr. 1642. in §. nec releuat coram bon. me. Dunozetto*; Admitti namque poſſet obiectio reſpectu nepotum ex maſculina linea deſcendentium, qui aliquam Aui ſubſtantiam retinent, in quibus terminis procedunt auctoritates ſupra deductæ, non tamen locum obtinet in Nepotibus exortis ex fœminis, qui de Aui, ſeu Auiæ ſubſtantia, ac generatione nullatenus participant, dum Matris familia poſthabita, alteram patris ſectantur, *iuxt. tex. in l. familia 196. ff. de verb. ſignific. Menoch. conſ. 172. n. 26. & conſ. 400. nu. 31. Bald. conſ. 40. ſub num. 1. verſ. ſed iſti Nepotes lib. 3. Rot. deciſ. 417. n. 3. & 4. par. 1. rec.*

5 Ex his quoque deſumitur maſculinam qualitatem in ingreſſu lineæ, non autem in ipſius progreſſu fuiſſe à Donatoribus requiſitam, ex quo præter repetitam pluries maſculorum deſcendentiam ex agnata fœmina, vna linea perempta, primogenitus alterius lineæ maſculinæ deſcendentiæ ex fœmina de Iuliuccijs vocatus dignoſcitur, vt in his ferè terminis ponderauit *Rot. in Bonon. fideicommiſſi de Barberijs 19. Februar. 1652. in §. quapropter coram bo. me. Bichio.*

Nominandi verò facultas ad libitum voluntatis vltimo maſculo attributa reſtringitur ad maſculos habentes qualitates à diſponentibus requiſitas, ita vt alter ex ijs poſſet nominari, vt aduertit *Molina de primogen. lib. 2. cap. 11. numer. 37. & 38.* cum alijs in præterea deciſione relatis in fine.

Neque ex verbis illis *fuerit vel ſit de familia de Iuliuccijs, & fuerit, vel ſit de ipſorum Cippo*, à Donatoribus poterit coarctata cenſeri vocatio ad deſcendentes lineæ effectiuæ, hoc eſt ex ipſiſmet Diſponentibus, linea contentiua traſuerſalium penitus excluſa perinde ac ſi Iulij Cæſaris electio in vim facultatis vltimo vocato conceſſæ aliquem adoptandi, valeat ſubſtineri.

6 Præter quam enim Cognomen familiæ de Iuliuccijs abſque vlla reſtrictione legitur conceptum, ac omnes de agnatione, licet tranſuerſales exiſtant, conſequenter includit, *vt not. Gab. conſ. 132. n. 58. cum ſeqq. lib. 1. Menoch. conſ. 424. nu. 12. Decian. conſ. 86. nu. 27. lib. 3. Rim. Iun. conſ. 482. nu. 46. cum ſeqq. Rot. deciſ. 490. num. 10. par. 4. diuerſ.* & alijs relatis iuribus dixit in *Bonon. fideicommiſſi de Pancaldis 10. Iunij 1642. in §. quod autem fideicommiſſum coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.* Quæcumque remouetur obiectio ex verbo illo *Cippo* ibidem appoſito, quod cum
7 Stipitem totius arboris præſeferat, omnes tam aſcendentes, & deſcendentes, quàm tranſuerſales amplectitur, vt aduertit *Aug. in l. fin. numer. 1. C. de verb. ſignif. Corn. conſ. 55. num. 5. lib. 1. Pariſ. conſ. 35. num. 1. lib. 3. Honded. conſ. 75. num. 7. lib. 1. Pereg. de fideicom. art. 22. num. 64. verſ. circa illa, & reſponſum fuit in Narnien. fideicommiſſi 25. Februarij 1639. in primo §. coram bon. mem. Card. Hieronymo Veroſpio*, pro nomine ipſorum nullatenus obſtante, quod licet tamquam perſonale verbo familiæ inhærens vocationem ad lineam effectiuam valeat coarctare, ſecus tamen eſt ſi Cippo, ſtipitem totius agnationis deſignati adijciatur vt in terminis tradit *Pariſ. in add. conſ. 35. num. 14. lib. 3.*

In quam ſententiam Domini facilius inclinarunt, quod alter ex Donatoribus Sacerdotali tunc fuerat caractere inſignitus, ac ſpe conſequenter Prolis omninò deſtitutus, cæteri verò diſponentes filias fœminas nondum ſuſceperant, adeoque dum ipſi fœminas iam natas contemplati fuere, & continetur ex illis verbis *fuit vel ſit de familia &c.* & ſucceſſiuè *inter omnes maſculos, qui nati ſunt, aut naſcentur ex aliqua fœmina nata, ſeu naſcenda ex aliquo de familia de Iuliuccijs*, quæ ad præſens, & præteritum tempus referuntur, de fœminis de familia Iuliuccia tunc præexiſtentibus cenſentur intellexiſſe, vt in proximis terminis ponderauit *Rot. dec. 697. n. 6. par. 1. rec.*

8 Nec denique vrget quod reſpectu deſcendentiæ maſculinæ ex maſculis ad lineam effectiuam vocatio reſtricta fuerit. Quoniam ea reſtrictio non cenſetur repetita in maſculis deſcendentibus ex fœminis, de quibus in genere Donatores locuti fuere, vt ponderat *Decian. conſ. 10. n. 75. lib. 3. Rim. Iun. conſ. 482. nu. 54. & 55. Rot. in add. Bononien. fideicommiſſi de Pancaldis 10. Iunij 1642. in §. nec euitari coram Reuer. D. meo Decano.*

Hinc verò ſequitur electionem Iulij Cæſaris Iure adoptionis ſubſtineri non poſſe, poſtquam deſcendentes Maſculi ex fœminis de Iuliuccia familia noſcuntur exiſtere, & primogenitura ex aduerſo non impugnatur, nec reuocata probatur.

Et ita vtraque &c.

Eminentiſs. & Reuerendiſs. Celſo Mediolanẽn Beneficiorum. Lunæ 10. Februarij 1659.

ARGVMENTVM.

Vnionis beneficiorum requiſita deducuntur, & examinantur. Valor beneficij per non exceſſum quomodo iuſtificetur.

SVMMARIVM.

1 *Vnio beneficiorum, ad hoc vt ſit valida, requiritur cauſa præciſæ neceſſitatis, vel euidentis vtilitatis, & n. 9.*
2 *Vnio beneficiorum ex falſa cauſa facta corruit, nec ſubſtineri poteſt.*
3 *Concilium Tridentinum cap. 13. ſeſſ. 24. de reform. quid diſponat.*
4 *Vnionis nullitas operatur, vt beneficia vacent, ac ſi vnquam fuerint vnita.*
5 *Vnio non poteſt fieri Eccleſijs de futuro erigendis.*
6 *Clauſula* dummodo in ea contenta ſint licita, &c. *appoſita in indulto pro facienda vnione, quid importet.*
7 *Ratio in proemio expreſſa reſtringit totam diſpoſitionem.*
8 *Determinatio reſpiciens plura determinabilia, omnia æqualiter determinat.*
10 *Regula 13. Cancellariæ quando intret.*
11 *Valor beneficij per non exceſſum, vt iuſtificetur ſufficiunt leuiores probationes.*
12 *Qualitas quando dicatur ſtare potius demonſtratiuè, quam diſpoſitiuè.*
13 *Executio litterarum Apoſtolicarum non retardatur per exceptionem vnionis requirentis altiorem indaginem.*

DECISIO LVIII.

PErpenſis rationibus hinc inde latè deductis, Domini pro confirmatione ſecundæ deciſionis reſponderunt, quia Gratia impetrationis Beneficiorum obtenta à R.P.D. Turriano apparet in omnibus iuſtificata, & conſequenter venit, exequenda non obſtante repetita exceptione Vnionis, quia illa non poteſt ſuſtineri, neque de Iure, neque ex diſpoſitione S. Concilij, nec etiam vigore Indulti.

1 Siquidem de Iure pro vnionis validitate requiritur cauſa præciſæ neceſſitatis, vel euidentis vtilitatis iuxta textum *in cap. expoſuiſti de praben. & notat Oldrad. conſ. 261. numer. 1. & ſeq. Garz. de benef. par. 12. cap. 2. numer. 108. Pariſ. conſil. 36. num. 8. lib. 4. Rota coram Caualer. deciſ. 439. numer. 2. & in recent. deciſ. 294. & 318. eodem num. par. 5.*

Sed in caſu præſenti deficit neceſſitas, & vtilitas huiuſmodi, quia vnio facta fuit pro Eccleſia ædificanda, & fabrica illius perficienda, imò pro ſubſtentatione Sacerdotum

tum

Digitized by Google

tum ibidem adſcribendorum, qui numquam fuerunt
2 adſcripti, ac propterea corruit vnio tanquam facta ex falſa cauſa, vel minus ſubſiſtenti iuxta *conſ. Arbarella 96. per tot. Felin. conſ. 35. num. 11.* & latè proſequitur *Dec. conſil. 232. alias 233. num. 3. Ricc. deciſ. Curiæ Neapolit. 198. num. 13 par. 4. Rot. diuerſ. deciſ. 133 num. 3. par. 2. & in recentior. deciſ. 294. numer. 6 par. 5.* & firmatum fuit *in Compoſtellana Parochialis 10. Ianuarij 1625. in fine coram bo. mem. Manzan.*

3 Minus ſubſtineri valet ex diſpoſitione Concilij Tridentini, *nam in cap. 13. ſeſſ. 24. de reform.* datur tantum facultas Ordinarijs faciendi Vniones fauore Cathedralium, & Parochialium habentium tenues redditus, vt patet ex illius lectura, & firmauit *Rota eadem deciſ. 294. numer. 3. par. 5. recent. Et in cap. 15.* facultas reſtringitur ad præbendas exiſtentes in Cathedralibus, & Collegiatis inſignibus vt notat *Aloyſ. Ricc. d. deciſ. 198. num. 10. par. 4.* Imò *ſeſſ. 25 cap. 9 & Inſuper de reform.* irritantur vniones de beneficijs alienis cum reſeruatione Iuſpatronatus, præſertim ad fauorem vnientis, & ſuorum. *Can. Apoſtolicos, ibi quo gloſa, verb. conſtruxiſſe 12. quæſt. 2. Abb. in cap. ad audientiam el primo numer. 12. de Eccleſ. ædific.* quem ſequitur *Rocch. de Iurepatr. in verbo Eccleſiam fundauit. num. 8. & in verbo dotauit num. 26. Lother. de re beneſ. lib. 1. quæſt. 28. num 47. Rota in recent. deciſ. 239. ſub numer. 6. verſ. eò magis par. 1. repetita in par. 2. deciſ. 288. & in deciſ. 658. nu. 5. eadem par. 1.*

Vnde non viget obiectum, quod ſaltem per vnionem huiuſmodi remanſerit conſummata vacatio beneficij controuerſi, ſiquidem attenta nullitate illius ob reſiſtentiam
4 SS. Canonum, & Concilij vacatio nullo modo poteſt dici conſummata, ſed beneficia vacant vti prius, ac ſi numquam fuiſſet vnita, vt notant reluti per *Lother. de re beneſ. lib. 2. quæſt. 8. n. 85. & ſeqq. Rota coram Verallo dec. 345. nu. 1. & 5 par. 3. coram Seraph. deciſ. 1309 num. 2. & in Nazzaren. ſeu Montis Viridis Beneficij 15. Decemb. 1645. coram R. P. D. Veroſpio.*

Nec demum ſuſtineri valet in vim Indulti reportati à ſan. mem. Vrbano VIII. quia loquitur de Eccleſijs, & operibus pijs inceptis à D. Carolo, & nondum ad perfectionem reductis, vt patet ex verbis eiuſdem Indulti ponderatis in vltima deciſione; & ideò non poteſt extendi ad Ec-
5 cleſias erigendas de nouo, pro quibus ceſſante Indulto, vnio ſuſtineri non valet, vt probat *Garz. de beneſ. par. 12. cap. 2. num. 193. & ſeq. & dixit Rota in Corduben. Præſtimoniorum 7. Februarij 1601. coram Litta, & deciſ. 835. nu. 5 par. 4. diuerſ. cum alijs adductis per Add. ad ſa. me. Gregor. deciſ. 258. n. 10.*

6 Maximè cum idem Indultum habeat clauſulam *dummodo in eo contenta ſint licita, & honeſta, & decretis Sacri Concilij Tridentini minimè contraria*, quæ expreſſè demonſtrat, Papam noluiſſe concedere facultatem vniendi pro Eccleſijs ædificandis, & reſeruandi Iuſpatronatus pro ſe, & ſuis, quia hæc habent reſiſtentiam Iuris, & repugnant diſpoſitioni eiuſdem Concilij, prout in ſimilibus ſuper dicta clauſula ponderat *Eugen. conſil. 99. num. 37. verſ. non obſtat, & num. ſeq. lib. 2. Rota coram Buratto deciſ. 798 numer 5. in recent. deciſ. 21. ſub numer. 3. in Bononien. Hæreditatis 28. Iunij 1652. & in Bononien. ſucceſſionis de Zanis 9. Decembris 1654. coram bon. memor. Bichio.*

Et inanis eſt reſponſio, quod ad formam Concilij Cardinalis non indigeret indulto, nam vltra quod illud inſtragatur etiam in alijs, ſufficit in omnem caſum, quod ſa. me. Vrbanus Octauus contra diſpoſita in eodem Concilio noluerit quicquam concedere non obſtante petitione facta, & memoriali ipſi porrecto. Et verba illa, & aliàs iuxta facultates prædicto Carolo Cardinali conceſſa in omnibus, & per omnia perinde, ac ſi tibi ſpecialiter conceſſæ fuiſſent &c. intelligenda veniunt de fabricis inceptis à
7 Diuo Carolo iuxta expreſſionem factam in proœmio, à quo tanquam à cauſa finali reſtringitur, & regulatur tota diſpoſitio iuxta notata per *Abbat. conſ. 114. nu. 4. & ſeq. lib. 2. Rota deciſ. 569. n. 5. & 6 par. 2. recen. & coram Emin. Otthobono deciſ. 229. nu. 15. & 16.*

Nec ſubſiſtere, aut releuare viſa ſunt ea, quæ alias fuerunt deducta, & nunc repetuntur de nouo. Primum etenim quod Iuſpatronatus reſeruatum à Cardinali reſpiciat tantummodò Monaſterium donatum Patribus, non autem Eccleſiam, cui facta eſt vnio, ceſſat ex eo, quia donatio, ſeu conceſſio loquitur de Monaſterio cum Eccle-
8 ſia, ac redditibus ſuis, & ſic cum beneficijs vnitis; ideóque æqualiter omnia reſpicit, & determinat *ad text. in l. iam hoc iure. ff. de vulg. & Pupill. l. quamuis C. de Impub. & alijs ſubſt. Rota coram ſan. mem. Greg. deciſ. 85. num. 19. & in recent. deciſ. 75. numer. 7. par. 2. & deciſ. 407. numer. 8. par. 3.*

Alterum quod vnio, & conceſſio non ſint contemporaneæ, ſed vnio longè conceſſionem præceſſerit tollitur pariter, quia fundamentum nullitatis vnionis non pendet à contemporaneitate, ſed ab eo quia facta fuit contra formam Canonum, & Concilij Tridentini, & pro ſubſtentatione Sacerdotum adſcribendorum, qui nunquam fue-
9 runt adſcripti; Vnde remanſit ſine cauſa, quæ omninò requiritur ex notatis per *Rebuff. in prax. tit. de Vnion. num. 38. Rota deciſ. 294. num. 6. par. 5.* Et circa quam non ſtatur aſſertioni Ordinarij *Pariſ. conſil. 36. numer. 11. lib. 4. Rota in Narnien. vnionis prima Iulij 1643. coram bon. me. Bichio, & coram Eminentiſſimo Otthobono dec. 6. num. 12. & 13.*

Tertium demum deſumptum ex regula de Annali, nec etiam videtur vrgere, nam dum Patres exhibuerunt titulum vnionis, qui apparet ipſo iure nullus, nulla quoque, & irrita remanet quæcumque poſſeſſio illius vigore capta ob decretum irritans in Concilio adiectum, vt tradit *Pariſ. de reſignat. lib. 3. quæſt. 5. num. 70. Rot. coram Seraph.*
10 *deciſ. 983. num. 4.* Et dum vnio non apparet effectuata per adſcriptionem Sacerdotum ſæcularium ante prouiſionem *R. P. D. Turriani intrat regul. 13. Cancellariæ reuocatoria huiuſmodi vnionum.*

Præſertim, quia idem R. P. D. Turrianus expediuit ad partes gratioſam ſubrogationem in Iuribus, & poſſeſſione, tam Nicelli, quam Ramponi, adeòut beneficia ſemper fuerint plena, nec vnquam vacaſſe dicantur, & conſequenter vnio, quæ non fuit in rerum natura non potuit operari effectum translationis poſſeſſionis, quæ Patribus ſuffragetur, vt inuenitur *regula de Annali, vt reſpondendo ad deciſ. 14. Caſſad. dixit Rot. deciſ. 835. numer. 1. & 2. par. 4. diuerſ.*

Cœtera quæ alias fuerunt admiſſa tamquam ſufficienter iuſtificata benè tolluntur ex prima deciſione huius cauſæ, nam valor per non exceſſum probatur ex depoſitione trium Teſtium, qui licet ſint examinati ad perpetuam rei memoriam, adminiculantur tamen ex atteſtatione Iura-
11 ta Cancellarij Epiſcopalis, nam ad iſtum effectum, leuiores etiam probationes ſufficiunt, *Caſ. de Graſſ. deciſ. 3. num. 7. de probat. Caualer. deciſ. 596. num. 1. cum pluribus, in Ceſenaten. Canonicatus 1. Iulij 1651. coram Eminentiſſ. Corrado.*

Quod idem R. P. D. Turrianus ſit nobilis Mediolanenſis, vltra atteſtationes ab eo datas *in ſumm. num. 3.* conſtat eo ipſo quod vti talis reperitur deſcriptus in numero Referendariorum V. Signaturæ iuxta *Conſtitut. Pauli III. in Bullario nouo tom. 1. in ordine 23 vbi in §. 1.* Referendarij creantur nobiles, & datur illis facultas, quod in quibuſuis conceſſionibus, & literis tàm gratiam, quàm iuſtitiam concernentibus, vti tales nominari, & haberi valeant; & tamen huiuſmodi qualitas videtur potius ſtare demon-
12 ſtratiuè, quam diſpoſitiuè, cum ex illa non fuerit motus Pontifex ad concedendum atque ideò etiamſi non eſſet iuſtificata gratiam non vitiat iuxta *deciſ. 4. num. 6 de reſcript. in antiq. Coccin. deciſ. 236. num. 3. & in recent. deciſ. 258. n. 10. & 11. par. 7.*

Vnde attentis prædictis, & quod agitur de exequutione
13 litterarum Apoſtolicarum, quæ non retardatur per exceptionem vnionis, requirentis altiorem indaginem *Rot. coram Duran. deciſ. 430. num. 12. & in Ciuitaten. Beneficij 26. Martij 1632. & 4. Martij 1633. coram Motman.* Cenſuerunt Domini perſiſtendum in deciſis informante vtraque parte &c.

R. P. D.

R.P.D. Albergato Toletana Archipresbyteratus. Lunæ 10. Martij 1659.

ARGVMENTVM.

Temporis præfixi prorogatio quid operetur; & Simoniæ crimen, quando ex depoſito pecuniæ facto ad fauorem reſignantis, excludatur.

SVMMARIVM.

1 *Prorogatio temporis ad publicandum obtenta, abſque narratiua mortis reſſignantis, dicitur ſubreptitia.*
2 *Narratiua non eſt neceſſaria, vbi non adeſt præiudicium tertij vbi de ratione.*
Prorogatio eſt legitimè obtenta etiam in vltimo momento temporis.
3 *Pariſ.conſ.49.n.33.lib.4. reprobatur.*
4 *Simonia etiam in ciuilibus debet plenè & concludentèr iuſtificari.*
5 *Dominium rei depoſita remanet apud deponentem.*
6 *Depoſitum pecunia ad fauorem reſignantis quando non prohibeatur.*
7 *Cioſ.conſ.147. in quo caſu loquatur.*

DECISIO LIX.

POnderatis duabus contrarijs deciſionibus cenſuerunt Domini ſtandum eſſe io ſecundo loco deciſis, quia bonum ius Franciſci reſultare viſum eſt ex eo, quod ioſtificata remanent omnia io eius ſupplicatione Pontifici expreſſa Clericatus, ſcilicet, & propria idoneitas, quod Reſignans poſſet aliuode viuere, & valor per non exceſſum, in præterito eius *Summ.num.11.& ſeqq.* vt alijs relatis; reſponſum fuit in *Beneuentana Canonicatus 4. Maij 1654. coram Reuerendiſs. D. Zarate §.de iuſtificatione cum pluribus ſeqq. & in Placentina Parochialis 15. Februarij 1658. coram Reuerendiſsimo D. meo Decano §. Narratiua enim, & ſeq.*

1 Non obſtat, quod prorogatio temporis ad publicandum ſubreptitia fuerit, tanquam obtenta ſine narratiua mortis Reſignantis, & quando ſupererant ſoli dies 21. primi termini, proindèque cum tàm breui tempore publicatio in partibus fieri non poſſet, hoc Pontifici narrari debuiſſet, iuxtà *conſ Pariſ.49. nu.33.lib.4.*

2 Nam reſpectu obitus Reſignantis, cum nullum adeſſet tertij præiudicium, non erat neceſſaria talis narratiua, *vt in vltima deciſione §.non obſtante*. Ea ratione quia cum jam fuiſſet admiſſa reſignatio, & Reſignans per viginti dies ſuperuixiſſet, Beneficium per mortem ipſius amplius vacare non poterat. *Rota apud Garz. de Beneſ.par.2.cap. 1.num. 130.* & pluribus relatis *in Viterbien. Beneficiorum 23. Iunij 1653. coram R.P.D. meo Celſo, §.quod adeo*. Quo verò ad tempus, vltrà quod Sanctiſſimo expoſitum fuit, quod Reſignatarius non poblicauerat, nec ſperabat in primo termioo publicare poſſe, quod ſufficit: Adhuc prorogatio legitimè obtineri potuit etiam in vltimo momento temporis, vt tradit *Bald. in cap. de cauſis 4. numer. 12. de offic. deleg.* Et obtenta ſuffragatur etiam non facta mentione, quod eſſet impoſſibile in primo termino publicare, vt
3 reiecto *Pariſ. vbi ſupra*, eiuſque fundameotis ſublatis in puncto teſtatur *Mandoſ. ad regul. de annal. quæſt. 77. numer. 2. & 3. Rota deciſ. 999. num. 4. coram Penia, ſecundum impreſſ. Lugdun.* & in fortioribus terminis in *Romana, ſeu Ianuen. locorum montium 17. Maij 1658. coram R.P.D. meo Priolo, §. minus refert quod prorogationes.*

Obiecta iterùm Simonia labes viſa eſt Dominis nullo modo probari, protſuſque corruere ex reſeruatione beneplaciti cum clauſula, *& non alias, aliter &c.* & tamen
4 certum eſt, quod in ſobiecta materia, etiamſi ciuiliter agatur Simonia debet plenè, & concludentèr iuſtificari *Natt. conſ 299. num. 13. in fine, poſt alios Rot. in Placentina Parochialis 2. Decemb. proximè præteriti coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, § non obſtat exceptio Simoniæ.*

Neque etiam ſubſiſtit, quod in effectuationem depoſiti aotè obtentum beneplacitum tranſlatum fuerit in Reſignantem Dominium pecuniarum Depoſitario ſolutarum, vt ex partita libri mercatoris, vbi quod pecunia depoſita
5 ſpectabat ad Reſignantem: Nam de Iure pecuniæ depoſitæ dominium remanet apud depooentem *l. depoſiti 39. ff. de pecul.* Partitæ autem libri Depoſitarij ſe referunt ad Inſtrumentum, ad cuius terminos intelligendæ ſunt virtute relationis, & reſtringendæ. *Dec. conſ. 63. num. 6. Rot. deciſ. 429. num. 1. par. 2. recent. cum concord. in Romana Caſalis Veteris 11. Decembr. proximè præteriti coram me, §. Quinimo.* Et proinde cum in Inſtrumento ſæpiùs expreſſum fuerit depoſitum fieri ad maiorem ſecuritatem Reſignantis pro terminis penſionis impoſterum conſequendæ, & idemmet Depoſitarius declarauerit expreſsè ſe ſoluturum pecuniam ad formam litterarum Apoſtolicarum *Summ. Franciſci num. 3.* hinc fit, vt dominium tranſlatum non fuerit in Reſignantem, niſi poſt ſuperue-
6 oieotiam beneplaciti Apoſtolici. Nec eſt prohibitum deponere pecuoiam ad fauorem Reſignantis pro eius ſecuritate de tempore beneplaciti, vt declarat *Garz. de beneſ. lib. 1. cap. 5. num. 38. verſ. poteſt tamen &c. & alij relati in præterita deciſione ſub §. nec releuat.*

7 Hinc noo applicatur *conſ. Cioſ. 147.* quis in caſu illo ſuper quo ipſe conſuluit domioium pecuniarum iam tranſlatum erat in Penſionarium, & ſolutiones aote in præteritum fuerant iam dudum factæ, & aoticipatæ, vt declarat ſe ipſum ſub *num. 11. verſ. atqui in propoſita*: quod non euenit in caſu noſtro, qoia depoſiti domioium remanſit peoès depooentem, & Reſignans de pecunijs diſponere oon poterat, niſi poſt beoeplacitum Pontificis, *vt ſupra*.

Et cum aliæ obiectiones ſublatæ fuerint in vltima deciſione, cuius reſponſiones, & fundamenta placuerunt Dominis pro confirmatione ſecundæ deciſionis reſponſum fuit. Vtraque &c.

R.P.D. Veroſpio in Cauſa Cæſarauguſtana Fundationis Conuentus Lunæ 17. Martij 1659.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria ex irreleuantia articulorum denegatur. Conuentus noui erectio requirit neceſsariò beneplacitum Apoſtolicum, vnà cum conſenſu Ordinarij. Immemorabilis ex quibus excludatur.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria denegatur, ſi irreleuantia illius noſcatur.*
2 *Beneplacitum Apoſtolicum requiritur in noua Conuentus erectione, & quidem copulatiuè cum conſenſu Ordinarij num. 4.*
3 *Ordinarij conſenſus tacitus ſufficit in erectione noui Conuentus. limita n. 5.*
6 *Peritis potius, quàm teſtibus eſt ſtandum.*
7 *Immemorabilis remouetur ex vnico etiam actu contrario: eidem quando dicatur derogatum nu. 8.*
9 *Decretum irritans infringit titulum, & poſſeſſionem.*

DECISIO LX.

TRes in hoc Sacro Tribunali prolatæ fuere ſententiæ, erectionem noui Conuentus à PP. Capuccinis io Oppido de Cariñena inceptam ex non adhibito Sedis Apoſtolicæ, necnon Ordinarij, & Incolarum aſſenſu protſus iovalidam decernentes, tum ex Parochialis Eccleſiæ, necnon Patrum S. Franciſci intereſſe, Conuentum ibidem incoleotium ab eodem Oppido per quatuor mille paſſus nullateous diſtantem iuxta formam in Cooſtitutione ſan. mem. Gregorij XV. præſcriptam. A quibus ſanè ſententijs cum claoſula conſtito de tribus commiſſa mihi cauſis, pro conceſſione remiſſoriæ dubium hodie propoſui, quam Domini eſſe deoegandam reſponderunt diſpoſitioni Iuris inni-
1 xi remiſſoriæ denegationem præcipientis, quoties irreleuantiæ vioo probatio noſcatur obnoxia iuxta *Text. in l. ad*

proba-

Digitized by Google

probationem Cod. de probat notat Bald. in cap. cum contingat. nu. 1. poſt med. de off. deleg. Rota coram Verall. deciſ. 68. n. 2. par. 3. coram Mohed deciſ. 5. n. 5. de probat. Seraph dec. 1364. n. 2. Cavaller. dec. 87. nu. 4.

Articulorum verò irrelcuantia in propoſito caſu elucefcit. Primus namque articulus, diuitias, ac propenſionem Ciuium Oppidi de Catinena præſeferens ad eleemoſinas peragendas, ex quibus Patres Cappuccini, æquè ac alteri Sancti Franciſci commodè poſſent ſubſtineri, protſus inefficax viſus fuit, dum tali etiam probatione admiſſa,
a erectio Conuentus ſubſtineri non valet, tamquam beneplacito Sedis Apoſtolicæ deſtituta, quod pernecelle requirinit iuxta *text. in cap. vnico de exceſſ. prælat. & in cap. Religionem §. confirmatos ibique notat. Franc. & Gemin. in princ. de relig. dom. lib. 6. Clementina cupientes 3. de penis, Barboſ. de poteſt. Epiſcop. par. 2. alleg. 26. num 4. Rot. in Craconien. Fundationis Monaſterij 19. Aprilis 1649. & 20. Iunij 1650. in princ. coram R. P. D. meo Celſo.*

Hinc alterius articuli irreleuantia conſurgit præſeferen-
3 tis nimirum Monaſterij erectionem ſciente, nec reluctante Epiſcopo prodiſſe, adeòut tacitus conſenſus exindè elicitus debeat ſuffragari, vt dixit *Rot. in Barchinonen. Conuentus 20. Nouemb 1637. §. conceſſa coram bon. mem. Car-*
4 *din. Panzirolo*. Siquidem aſſenſus Summi Pontificis preter alterum Ordinarij in erectionibus Conuentuum copulatiuè neceſſarius eſſe cenſetur, vt aduertit *Barboſ. in addit. cap. vnico num. 3. de exceſſ. prælat. in 6. Rota in Toletana manutentionis 7. Febr. 1658. in §. Non etiam coram R. P. D. meo Meltio cum alijs in deciſione huius cauſa relatis ſub die 18. Maij 1657. in princ. coram R. P. D. meo Beuilaqua, & 12. Nouembris eiuſdem anni coram R. P. D. meo Meltio, & 4. Februarij anni præteriti coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano*. Quinimò nullius deſu-
5 mi poterit exindè conſenſus poſtquam Ordinarius citra attentatorum incurſum Conuentus erectionem nequibat impedire, dum cauſa in hoc Sacro Tribunali pendebat, vt *not. Franc. in cap. 1. num. 5. vt lit. pend. in 6. Lancellot. de attentat. par. 1. cap. 2. num. 6. & 7. Rota coram Emin. D. Card. Otthobono deciſ. 23. nu. 2. & 3.*
i Articulata verò Conuentus Patrum S. Franciſci ab Oppido de Carincna per quatuor mille paſſuum diſtantia, ex eodem irreleuantiæ fundamento refellitur, necnon ex mē-
6 ſuratione à peritis de ordine huius Sac. Tribunalis peracta, quibus contrarium atteſtantibus deberet in concurſu Teſtium abſolutè deferri *iuxta text. in l. ſemel C. de re milit. lib. 12. Alexand. conſil. 148. numer. 1. lib. 2. Bero. conſil. 102. numer. 35. lib. 3. Rota coram Seraph. deciſion. 665. num. 2.*

Denique Patribus Capuccinis ſuffragari non poterit immemorabilis conſuetudo Beneplacitum Apoſtolicæ Sedis excludens in erectionibus Conuentuum intra Hiſpaniarum Regnum peragendis. Adducta enim immemorabilis ex pluribus Teſtibus peritis, necnon à Summo Pontifice conceſſis pro fundandis ibidem Conuentibus omni-
7 nò remouetur, cum ad hunc effectum vnicus dumtaxat actus contrarius ſuffragetur, vt tradit *Bart. in l. ſemper in ſtipulationibus in fin. ibique Cagnol. num. 12. ff. de regul. iur. Surd. conſ. 393. numer. 23. & 24. Bero. conſil. 5. num. 25. lib. 1. Rota coram Gregor. deciſ. 162. num. 9. coram Merlin. deciſ. 554. num. 3. & in Marſicen. Iuriſdictionis 18. Februarij 1647. in §. Tandem ſententia in fine coram bon. me. Bichio.* Tùm ex Conſtitutione ſanct. memor. Vrbani VIII. la 25.
8 quibuſuis priuilegijs expreſsè derogante, cuius virtute immemorabili quoque vim priuilegij obtinenti derogatum eſſe cenſetur, vt tradit *Mareſcott var. lib. 2. cap. 101. numer. 7. cum ſeqq. Rota deciſ. 614. num. 2. par. 2. & deciſ. 71.*
9 *num. 16. par. 5. recent.* Tùm denique ex decreto irritanti in *cap. vnico de exceſſ. prælat. in 6.* necnon in eadem Conſtitutione appoſito, ex quo titulus, atque poſſeſſio regulariter infringitur, vt in his terminis tradit *Ricc. deciſ. 75. nu. 4. par. 2.* & dixit *Rota in Toletana Manutentionis 7. Febr. 1656. coram R. P. D. meo Meltio in fine.*

Et ita vtraque parte informante &c.

R. P. D. Albergato Piſcieo. Iuris Conferendi, Lunæ 24. Martij 1659.

ARGVMENTVM.

Beneficiorum ſimultanea collatio quando, & ex quibus competere dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Ius conferendi beneficia ad aliquem ſpectare, ex quibus doceatur.*
2 *Nominatio facta ratione dignitatis quid operetur.*
3 *Prælati vox æquiualet voci totius capituli ſi ius conferendi tam illi, quam iſti attribuatur. declara ibidem & num. 4. 5.*
6 *Collatio omnimoda ſimultaneam excludit.*
Manutentio eſt danda exiſtenti in poſſeſſione.

DECISIO LXI.

Steterunt Domini in deciſis, quia pro bono Iure Capituli etiam ad effectum manutentionis concurrunt facultas conferendi à Leone X. attributa Capitulo (quod conſtituitur à Dignitatibus, vnà cum Præpoſito, & Canonicis) collationes factæ ab eodem Capitulo effectum ſuum ſortitæ, confeſſiones Præpoſitorum, & longæua obſeruantia ſupra 130. annos, quæ conſiderata fuerunt, per *Rot. deciſ. 125. num. 4. & ſeqq. coram Eminentiſſ. D. Card. Otthobono, & in præterita deciſione in princ. & §. hanc pertinentiam.*
2 Quod procedit etiamſi Præpoſitus in eadem Bulla ſpecialiter nominatus fuerit, cum enim id euenerit ob dignitatem, & præheminentiam perſonæ, non probat in Præpoſito medietatem Iuris conferendi, vt præter adductos tradit *Rot. in Comen. Funeralium 16. Martij 1654. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano §. & tanto certius.*
3 Nec aduerſatur, quod vbi ius conferendi attribuitur Prælato, & Capitulo vox illius æquiualeat voci totius Capituli, iuxta *deciſ. 809. Burati n. 2.* Non enim habet locum regula, quotieſcumque corpus morale Capituli conſtituitur ex perſona eiuſdem Prælati, quia tunc Prælatus verè eſt vnus ex Capitularibus, & confunditur in vnum cum alijs Canonicis, cuius proinde vox ſolo numero diſcreta, & ſingulis æquipollens pro vna tantum valet, neeà voce aliorum diſtinguitur in pondere, & qualitate, *Rot. coram Buratto d. deciſ. 809. num. 3. & 7. verſ. quod clarè*, & poſt alios *in Maioricen. Canonicatus 27. Martij 1656. §. prætetea, & 25. Iunij 1657. §. etenim, coram Rev. P. Dom. meo Meltio.*
4 Minus opponi poteſt, quod Præpoſitus duplicem perſonam repræſentare valeat, Prælati vnam, alteram Canonici, & proinde ſuffragium ab ipſo tanquam Canonico datum, non tollat ſimultaneam ipſi vti Prælato competentem: Nam eadem reſponſione tollitur obiectum, & contrarium probatur, tum ex Contextu eiuſdem Bullæ, in qua cum Præpoſitus factus fuerit de Capitulo, ex verbis illis, *Dignitates vna cum Præpoſito, & Canonicis inibi Capitulum faciant*, non niſi vna ex dignitatibus Capitularibus conſtitutus, vnam tantum vocem in actibus collationum capitulariter expedien. obtinere poteſt, vt declarat ſe ipsū. *Abb. in cap. poſtulaſtis 15. ſub num. 4. verſ. ſecus ſi vti Canonicus, Imol. num. 9. in fin. verſ. ſi autem ſolum, & num. 15. de conceſ. præben. Rot. in Montisalti Beneficij 28. Iunij 1645. coram bon. mem. Bichio ſub §. fuiſſe autem, & alij in § & proindè*; Maximè quia nullus omninò exhibetur actus in quo Præpoſitus ſimultaneè cum Capitulo ad conferendum fuerit admiſſus, quod tamen tanto temporis ſpatio, veriſimiliter euenire potuiſſet, vt in ſimilibus terminis conſiderat *Gratian. diſcept. 321. n. 46.*
5 Tum ex confeſſione Præpoſiti, aſſerentis Capitulum eſſe Ordinarium collatorem, vt conſideratum fuit in *Nuſcana Canonicatus 11. Martij 1647. coram bo. me. Arguelles, §. non quarto*, & ex enunciatiuis factis ab eodem Capitulo in actu collationum præſente Præpoſito, quod Ius con-

conferendi omninò ad Capitulum ſpectabat *Summarij*
6 *præteritæ poſitionis Capituli numer.* 18. Omnimoda enim collatio concurſum alterius, & ſimultaneam excludit, *gloſ. in Clem. 2. verb. omnimodam, de for. compet. Rot. par. 1. diuerſ. deciſ. 296. num. 1. Durand. deciſ. 377. num. 5 & in Lucana Cappellaniæ 1. Iulij 1650. coram bon. mem. Euchio, § nec vrget.*

Cum itaque ex prædictis ſufficienter conſtet de bono iure Capituli circumſcripto etiam articulo Iuriſdictionis, ſuper quo Domini non intellexerunt quicquam ſtatuere.
7 Et vlterius ex pluribus collationibus poſſeſſio Capituli iuſtificetur, in ea manutenendum eſſe cenſuerunt, vt poſt alios dictum fuit in *Cauen. collationis ordinum 26. Iunij 1654. coram R. P. D. meo Veroſpio, § fin.*

Et ita pro confirmatione deciſionis editæ 14. Ian. 1658. coram me reſponſum fuit Vtraque &c.

R.P.D. Meltio in Cauſa Romana Hæreditatis.
Lunæ 28. Aprilis 1659.

ARGVMENTVM.

Conditio appoſita heredis inſtitutioni quando, & qualiter allatis multis circa erectionem Conuentuum cum minori numero duodecim Religioſorum, veniat adimplenda doctiſſimè traditur.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis tanquam Papale comprehendit perſonas laicas, & Eccleſiaſticas.*
2 *Sententiæ vt dicantur conformes, ſufficit, vt conformitas adſit in ſubſtantia.*
3 *Clauſula*, & non aliàs *remouet actum à ſenſu quotieſcunque aliter ſequeretur, quàm ſit diſpoſitum, & operatur, vt geſta in contrarium ſint inefficacia, n. 4.*
5 *Decreta Sacræ Congregationis emanata de iuſſu Pontificis, & ab eo approbata, habentur pro legibus Pontificijs, & iure Papali, amplia vt nu. 10.*
6 *Actus tribuitur ordinanti, non exequenti.*
7 *Ordinarij appellatione qui veniant, & n. 8.*
9 *Verba*, in quacumque Ciuitate, & quocumque loco, *quid comprahendant.*
11 *Rota reuerenter obſeruat declarationes Sac. Congregat. Concilij.*
12 *Forma praſcripta omitti non poteſt ſine nullitatis vitio.*
13 *Lex prohibitiua, & annullatiua actus ſi procedat, non tollitur per nouam legem ſuperuenientem, quæ pœnam addat.*
14 *Conditio vt purificetur, nudum factum attenditur.*
15 *Clauſula* ſublata, & decreti irritantis *operatur, vt ſit neceſſaria ſpecifica mentio conſtitutionis eam continentis ad finem, vt illi dicatur derogatum.*
Conuentus noui erectio expoſtulat facultatem Pontificis, & Ordinarij loci.
16 *Subreptitia narratio, quando dicatur.*
17 *Diſpoſitio noua non inducitur ex facto ſuppoſito.*
18 *Inſtitutio facta ſub conditione deficit ipſa conditione non adimpleta.*
19 *Conditio voluntaria formaliter, & ſpecificè, non per æquipollens debet adimpleri, amplia vt n. 20.*
21 *Beneplacitum Apoſtolicum, requiritur, vt ex redditibus aliorum Conuentuum ſuppleatur indigentijs alterius Conuentus.*

DECISIO LXII.

SVper hæreditate Ioannis Victorij de Rubeis Patribus Congregationis B. Petri de Piſis in Tabulis Teſtamentarijs relicta ſub illa expreſſa conditione, *Che debbano ottenere dalla Sede Apoſtolica, Bolla, ò Breue, che deroghi à tutte, e ſingole Conſtitutioni de Sommi Pontefici, mentre vi ſiano, che ordinano, non poterſi fondare, ò erigere Monaſterij, ò Caſe de Religioſi, doue non poſſono viuere almeno dodeci, ò non potendo, ò non volendo ottenerla in termino di ſei meſi cominciando dal giorno della mia morte l'heredità vada alli RR. D. Roccho Rocchi &c.* tres emanarunt ſententiæ. Prima nempè coram Eminentiſſimo D. Cardinali Vrbis Vicario, in qua ob non implementum ſupradicti oneris Patribus per Teſtatorem iniuncti immiſſio decreta fuit Rocco de Rocchis, & litis conſortibus, vti ſub contraria diſpoſitione vocatis; Secunda coram Reuerendiſs. Tarraconen. prioris reuocatoria ex eo, quod dd. Patres, vel potuerint credere nullam adeſſe Conſtitutionem Pontificiam, quæ ſaltem derogationem requirat, vel quod numerum duodenarium ſupplere poſſent ex alijs redditibus ipſius Congregationis, ſiue ex eleemoſynis, quæ à Chriſti fidelibus in conuentu ad Eccleſiam erigendam fieri potuiſſent; Tertia denique coram R. P. D. meo Albergato, in qua præuia reuocatione ſecundæ, fuit confirmata ſententia immiſſionis primo loco promulgata per dictum Eminentiſſimum D. Cardinalem Vicarium. Vnde cum ab ea dd. Patres reclamaſſent, cauſa mihi in quarta inſtantia commiſſa dubitaui, an conſtet de duabus, quæ ſint exequendæ, & pluries propoſito dubio ſemper Patribus alterantibus hodie tandem in ſexta propoſitione fuit per Dominos capta reſolutio affirmatiua reſpondendo ſcilicet, ſententias prædictas Eminentiſs. D. Cardinalis Vicarij, & R. P. D. mei Albergati eſſe in omnibus conformes, & vti validas, ac iuſtas executioni fore demandandas iuxta diſpoſitionem Statuti Vrbis lib. 1. cap. 180. *vbi Fen-*
1 *Zon. ſub num.* 54. cum illud tanquam Papale comprehendat ne dum perſonas laicas, verum etiam loca pia, Monaſteria, ac alias perſonas Eccleſiaſticas, vt ſæpè firmauit *Rota & ſignanter deciſ. 452. numer. 1 part. 1. diuerſ. coram Caual. deciſ. 16. num. 2 coram Buratto deciſ. 197 nu. 2. in Romana Cenſuum 27. Aprilis 1654 coram R. P. D. meo Bentlaqua, & in Romana Canonicatus* 21. *Februar.* 1656. *coram bon. me. Dunozetto.*

Conformitas autem illarum redditur indubitata, dum ſententia d. R. P. D. mei Albergati ſimpliciter primam confirmat Summario Rocchi dato ſub die 14. Iunij 1656. n. 3.
2 licet ad iſtum effectum ſatis eſſet conformitatem adeſſe in ſubſtantia, ſecundum *Gab. de exequut rei iud. concl. 1. n. 33. Theſaur. dec. 128 n. 2. Rota dec. 98. nu. 3. par. 1. rec. in Meleuitana Pecuniaria 28. Aprilis 1656. & in Romana Domus. ſeu Domorum 27. Aprilis 1657. coram R P. D. meo Priolo §. vnde conformitas &c.*

Validitas etiam non controuertitur, nec poteſt in dubium reuocari, quia ex reſolutione actorum conſtat de commiſſione cauſæ, de ſolitis citationibus, & alijs requiſitis per *vulgat. deciſ. Capitaq. 260. par. 2. & dec. 279. num. 1. par. 7. recent*

Iuſtitia verò plenè reſultat ex eo quod cum dd. Patres eſſent inſtituti ſub illa conditione impetrandi Breue derogatorium Conſtitutionum prohibentium conſtructionem Conuentuum, & Monaſteriorum, cum minori numero duodecim Fratrum intra ſex menſes à die obitus Teſtatoris, *& non aliàs*, vtique ea non adimpleta diſpoſitio facta
3 ad illorum fauorem ſub explicita conditione, *& non aliàs*, quæ remouet conſenſum ab actu quotieſcumque aliter ſequeretur quam ſupra diſpoſitum eſt ſecundum *Cancer. variar reſ. lut. par. 3. cap. 2. num. 100. & ſeq. Rota deciſ. 619. num. 2. par. 1. recent. & in Romana Succeſſionis 27. May 1658. §. quod facilius verſ. & denotat coram Reu. P. D. meo*
4 *Albergato*, redditur inefficax perindè ac ſi facta non fuiſſet *l. ſi ita fueris 13. ff. de manumiſſ. Teſtam. Rota in Ceſenaten. Hæreditatis 24. Martij 1651. §. 1 coram bo. mem. Dunozetto cum alijs relatis in deciſione huius Cauſæ ſub die 10. Decembris 1655. coram eodem R. P. D. meo Albergato in § primo.*

Nec dubitarunt Domini, adeſſe Conſtitutiones Apoſtolicas prohibentes dictam erectionem Conuentuum cum minori numero duodecim Religioſorum, cum id clarè appareat ex Bulla ſanct. mem. Greg. XV. ædita anno 1622 in qua inhærendo dictus Pontifex præcedenti Conſtitutione Clementis Octaui præcipit nè in futurum aliter in quocunque loco erigi poſſent Conuentus ac Monaſteria, niſi in eis ſaltem duodecim fratres, aut Monaci, ſeu Religioſi inhabitare valeant, *vt in Bullar. nou. tom. 4. Con-*
ſtit.

ſtit. 31. §. 3. *fol.* 316. quæ confirmata fuit à ſanct. mem. Vrbano VIII. anno 1624. in eodem Bullario *Tom.* 4 *Conſtit.* 25. quarum etiam meminit *Barboſ. de Iur. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 7. *&* 15.

Non obſtat quod in contrarium dicitur ab informantibus pro dd. Patribus, nempè Conſtitutiones prædictas tanquam emanatas in executionem decretorum Sacræ Congregationis Regularium non habere locum in Vrbe, quia
5 dum eadem Decreta emanarunt iuſſu Summi Pontificis, & ab eo ſucceſſiuè approbata, ac inſerta fuerunt inter alias Conſtitutiones generales compræhendunt omnes indiſtinctè, & habentur perinde ac ſi eſſent leges Pontificiæ, ac ius Papale *per Text. in l.* 1. §. *ſed neque*, *&* §. *omnia C. de vet. iur. enucl*, *Rota deciſ.* 452. *numer.* 1. *par.* 1. *diverſ. poſt Pacific. de Salu. interdict. deciſ.* 250. *num.* 6. *&* 7. *poſt Pic. ad Stat. Vrb. deciſ.* 39. *num.* 4. *Garz. de Beneſ. in præf. et circa med. Barboſ. d. tract. de Iur. Eccleſ. par.* 1. *cap.* 4. *numer.*
6 81. *Add. ad Buratt. deciſ.* 479. *num.* 21. Nam actus promulgationis tribui debet ipſimet ordinanti, nō autem exequenti *cap. ſi Apoſtolica de præben. in* 6. *Lezan. quæſt. regul. verb. Sacra Congregatio num.* 7. *tom.* 3. *Rota coram Caualerio deciſ.* 45. *num.* 2. *in Cæſarauguſtana diſtributionum* 26. *Aprilis* 1632. *verſ. quantum attinet ad vltimum coram Coccino*, *& in alia Cæſarauguſtana Diſtributionum* 13. *Ianuarij* 1640. *in princ. coram bon. mem. Card. Panzirolo*.

Neque ex eo quod tales Conſtitutiones, ſeu Decreta loquuntur de Ordinarijs prætendi poteſt, Pontifices Conditores noluiſſe ſub illis compræhendere Conuentus erigendos in Vrbe, vbi nullus adeſt Ordinarius præter Papam,
7 quia cum de iure appellatione Ordinarij veniant omnes, qui Iuriſdictionem ordinariam quaſi Epiſcopalem exercent, licet ſint Inferiores Collatores, vt notat *Gloſſ. in cap. Ordinarij verb. locorum*, *vbi Franc. num.* 3. *& Gemin. nu.* 5. *de offic. ordin. in* 6. *Abb. in cap. poſt ceſſionem num.* 1. *de probat. Cardin. in Clementina quia Regulares numer.* 11. *verſ. quæres de ſupplen. neglig. Prælat. Seraph deciſ.* 1402. *num.* 5. *Coccin deciſ.* 246. *num.* 1. *Rota diuerſ. deciſ.* 798 *nu.* 3. *&* 4. *par.* 4. Itaque Eminentiſs. D. Cardinalis Vicarius,
8 qui huiuſmodi Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem exercet, loco Ordinarij haberi debet, & in Conſtitutionibus loquētibus de Ordinarijs cenſetur comprehenſus, vt tradit *Veſtr. in prax. lib.* 2. *cap.* 26. *numer.* 1. *Ridolphin. ſimiliter in ſua praxi lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 75. *Scacc. de Iudic. lib.* 1. *cap.* 25. *nu.* 1. *Sbroz. de offic. Vicar. lib.* 1. *quæſt.* 3. *numer.* 19. Ita etiam nuper ſenſit Sanctiſſ. D. N. Alexander VII. ſub die 28. Martij 1658. in Cauſa Romana Vicariæ propoſita in Sacra Congregatione Viſitationis Apoſtolicæ in qua ad relationem Eminentiſſimi D. Cardinalis Roſpiglioſi declarauit Conſtitutiones Apoſtolicas, & præ ceteris illas ſanct. mem. Pij V. ſuper concurſu, & Vicarijs habere locum in Vrbe, & ſub nomine Ordinarij dictum Eminentiſſimum D. Cardinalem Vicarium comprehendi, & ſic non eſt dubium, quin etiam ipſamet Ciuitas Vrbis illi ſubiecta cenſeri debeat.

Comprobantur inſuper prædicta ex generalitate ver-
9 borum dd. Conſtitutionum ibi, *in quacumque Ciuitate*, *& quocunque loco*, quæ ſanè verba apta ſunt comprehendere etiam illas Ciuitates, & loca ſpeciali nota digna *Barboſ. dict.* 317. *num.* 1. *& ſeqq. Surd. deciſ.* 96. *num.* 10. *Rota in Bononien. Bonorum* 17. *Martij* 1649. § *cui regula coram bon. mem. Bichio*, & eo magis confirmantur ex illarū
10 publicatione facta in Vrbe, quæ cum præſeferant legem vniuerſalem, vt ſuperius dictum eſt, debent etiam in loco publicationis obſeruari §. *ſed*, *& quod principijs vbi Aretin. num.* 1. *& Ioan. Faber in princip. Inſtit. de Iure naturali Gentium*, *& Ciuili*, *Felin. in cap in Cauſis numer.* 3. *verſ. regulare ſententia de re Iudic. Nauar conſ.* 1. *à num.* 14 *vſque ad* 23. *de conſtit. Mirol. Theolog. moral. tom.* 2. *diſp.* 4. *cap.* 4. *num.* 260. *& ſeqq.*

Nec releuat quod prædictæ Conſtitutiones Greg. XV. & Vrbani VIII. dicantur abrogatæ, ſeu modificatæ per aliam Conſtitutionem eiuſdem Vrbani æditam de anno 1625 *eod. Bullar. la* 43. *fol.* 59. *in qua ſub* §. 14. *diſponitur*, quod Monaſteria, & Conuentus poſteà erigendi, in quibus duodecim Religioſi ſuſtentari, atque habitare non poterunt, omnimodæ Iuriſdictioni Ordinariorum ſubiecti intelligantur, quaſi quod dictus Pontifex arbitrio Ordinariorum commiſerit facultatem erigendi Monaſteria ſine dd. circumſtantijs remittendo pœnam nullitatis erectionis in antecedentibus Conſtitutionibus appoſitam; quando quidem obiectum penitus tolli viſum fuit. Tum ex decreto Sacræ Congregationis Concilij deſuper ædito ſub die 13. Aprilis 1652. in quo præuia narratiua, quod extabant dictæ Conſtitutiones prohibentes erectionem Monaſteriorum non ſeruata d. forma in eis præſcripta, fuit reſolutum Decretum fæl. rec. Vrbani VIII. non eſſe correctorium, ſeu
11 abrogatorium antecedentis Conſtitutionis Gregorij XV. cui quidem declarationi ſummoperè deferri debet ſicuti ſemper reuerenter obſeruat *Rota*, *vt dixit coram Buratto deciſ.* 479. *num.* 1. *coram Caualer. deciſ.* 627. *num.* 3 *& fuit dictum in Vicen. Iuriſdictionis* 2. *Maij* 1650 §. *quia in caſu coram Reuerendiſſ. D. meo Decano*, *& in alijs relatis in Meleuitana Nullitatis Profeſſionis* 27. *Ianuarij præteriti* §. *prout nec pariter in fine coram me.*

Tum etiam quia d. Pontifex in prima ſua Conſtitutione alteram Greg. XV. confirmauit, & vlterius præciſam formam præſcripſit circa modum erigendi Conuentus,
12 ideoque illa omitti non poterat abſque nullitatis erectionis vitio, vt reſpondit *Rota in Cæſarauguſtana fundationis Conuentus* 18. *Maij.* 1657. §. *& apertè*, *& in* §. *rurſus pro nullitate coram R. P. D. meo Beuilaqua*; Nec ex eo, quod in alia poſteriori eius conſtitutione fuit irrogata pœna ſubiectionis Ordinariorum quoad Monaſteria erigenda cum minori numero duodecim Religioſorum cenſeri poteſt, voluiſſe d. Pontificem conualidare erectiones iam in præcedenti Cōſtitutione annullatas: Quando enim præ-
13 cedit lex, ſeu conſtitutio prohibitiua, & annullatiua actus, ſi deinde alia noua fiat, quæ pœnam ſuperaddat, non tollitur nullitas in alia priori Conſtitutione contenta, ſed ea magis cōfirmatur iuxta diſtinctionem *Decij in cap. concupiſcentia in* 2. *lectura num* 21. *verſ. ſed tamen de conſtit. & in cap. in nomine Domini num.* 21. *verſ. ſecundus caſus de Teſtibus*, *Bartol. in l. Prætor ait* §. *Interdictum ſub num.* 3. *de non. oper. nunciat. Menoch. conſ.* 996. *num.* 18. *& ſeqq. Altograd. conſ.* 64. *n.* 56. *in fine lib.* 2. *Rota coram Millin. deciſ.* 327. *num.* 14. *& alijs relatis fuit firmatum in eadem deciſ. huius cauſa coram R. P. D. meo Albergato* §. *Gratis verò*.

Nec aliter videtur ſenſiſſe Teſtator in caſu propoſito, dum reſpiciendo nudum factum derogationis, ordinauit, quod in caſu quo dicti Patres illam nō obtinuiſſent in eius hæreditate ſuccedere deberent Rocchus, & alij vt ſuperius
14 dictum fuit; ad effectum enim purificationis conditionis, de qua agitur, ſoli exiſtentia, ac nudum factum attenditur *ad Text. in l. qui hæredi* 44. *in principio*, *vbi notat Bart. ff. de condit. & demonſtrat. Honded. conſil.* 6. *numer.* 44. *libro primo. Caſſanat. conſil.* 4. *numer.* 42. *Ciriac. controuerſ. forenſ. cap.* 50. *numer.* 9. *& dixit Rota deciſ.* 453. *numer.* 3. *in fine par.* 2. *recent.*

Nec refert, quod dd. Patres pro conſtructione Conuentus, de quo agitur licētiam obtinuiſſent à R. P. D. Vicegerente, qui facto verbo cum Sanct. mem. Innocentio X. derogauit omnibus Conſtitutionibus Apoſtolicis in contrarium æditis. Quia cum in ea nulla fiat mentio, quod ſpecialiter fuerit derogatum ſupradictis Conſtitutionibus, nec appareat fuiſſe expoſitam Pontifici enixam Teſtatoris voluntatem circà talem derogationem, & quod ex redditibus controuerſæ hæreditatis non potuiſſent ſubſtentari niſi quinque fratres, dicendum eſt, vel quod talis licentia non
15 ſit abrogatoria earumdem Conſtitutionum, quæ vti munitæ clauſula ſublata, ac Decreto irritanti ſpecialem requirebant mentionem *Gabr. de clauſ. concl.* 3. *nu.* 4. *Monet. de commut. vltimarum volunt. c.* 7. *n.* 232. ſed contineat ſolum ſimplicem facultatem conſtruendi Monaſterium, quæ copulatiuè à Pontifice, & loci Ordinario ad dictum effectum requiritur, vt firmauit *Rot. in Cracouien. fundationis Monaſterij* 19. *Aprilis* 1649. *&* 20. *Iunij* 1650. *coram R. P. D. meo Celſo in Toletana Manutentionis* 7. *Februarij* 1656. §. *non etiam bonum Ius coram me*, *in dicta Cæſarauguſtana fundationis Conuentus* 18. *Maij* 1657. §. *& apertè determinatur coram R. P. D. meo Beuilaqua confirmata ſub*

dit 12.

die 12. Nouembris eiuſdem anni coram me §. neque ex eo;
16 Vel quod ſaltem ea ſubreptitia reddatur, dum Pontifici
non fuerunt narrata ſpecificè inſufficientia redditum,
& omnia onera iniuncta per dictum Teſtatorem, quæ vel
terruiſſent Papam à Gratia, vel difficiliorem eum reddi-
diſſent iuxta Theoricam *Ioann. Andr. in c. 2. num. 2. de filijs*
Presbit. in 6. Honded. conſ. 27. n. 65. lib. 1. Oldrad. conſ. 247.
nu. 3. Alex. conſ. 60 nu. 22. lib. 2. Rota in Firmana fideicom-
miſſi 18. Maij 1657. §. primo quia Franciſcus coram R. P.
D. meo Priolo, in Alerien. Canonicat. 10. Maij 1558. § ſub-
reptio ex eo coram R. P. D. meo Beuilaqua.

Et quod verè dictus Pontifex intentionem non habue-
rit concedendi talem derogationem mediante d. D Vices-
gerente apertè ex eo colligitur, quia ipſemet eam declara-
uit in plena Signatura Gratiæ ſub die 9 Iunij 1654. dum re-
quiſitus ab vtraque parte, An ſub illius modi licentia intel-
lexerit derogare prædictis Conſtitutionibus reſcripſit, *ſer-*
uentur Conſtitutiones Apoſt. ex quo breuè dignoſcitur ipsũ
non derogaſſe, neque D. Vicegerenti hanc facultatem illis
derogandi conceſſiſſe, vt fuit ponderatum in alia *deciſ. co-*
ram R. P. D. meo Albergato §. ex ead. Signatura.

Hinc ceſſat aliud motiuum in contrarium deductum ad
inducendam dictam derogationem ex reſcripto Sacræ Cõ-
gregationis Concilij emanato ad inſtantiam dd. Patrum
per ea verba, *Iam prouiſum à Sanctiſs. mediante Domino*
Viceſgerente. Etenim cũ d. Congregatio ſupponeret, quod
omnia ante a fuiſſent rectè narrata Pontifici, & quod ipſe
derogaſſet aſſertis Conſtitutionibus, ideò ob reuerentiam
17 noluit aliquas apponere, reſpondendo ſimplieiter ſub dd.
verbis, quæ propterea dum factum ſupponunt nullam
indicant nouam diſpoſitionem *c. ſi Papa de priuil. in 6.*
Clem. 1. in fine de preben. Rota deciſ. 23. de Procurat in an-
tiq. & deciſ. 55. nu. 4. par. 1. rec. coram ſan. mem. Greg. XV.
deciſ. 208. nu. 2. & ibi adden. nu. 7.

Præterea nec demum ad ſuſtinendam erectionem dicti
Monaſterij refragatur, quod aliundè à Patribus prædictis
commodè parari poſſint alimenta ſufficientia pro manu-
tentione duodecim Fratrum mediantibus redditibus ip-
ſius Congregationis, ac eleemoſynis, quæ fieri poſſent ex
concurſu piarum perſonarum ad d. Eccleſiam; nam Te-
ſtator iuſſit, vt in Conuentu erigendo tot Patres commo-
rari deberent, quot ex redditibus ſuæ hæreditatis, deductis
expenſis neceſſarijs pro Eccleſia, alimentari poſſent, ibi,
Dichiarando, che vi debbano ſtare tanti Padri quanti
l'entrata della mia heredita potrà mantenere dedotte le
ſpeſe della Chieſa à ragione di ſcudi 50. per Padre, iniun-
gendo ad hunc effectum ſuis hæredibus onus obtinuendi
ſupradictam derogationem ſub illa clauſula, *& non aliàs,*
18 & ideò videtur noluiſſe ſuam hæreditatem dd. Patribus re-
linquere, quam ſub dicta conditione, qua proinde non
adimpleta inſtitutio defeciſſe dicitur, & factus locus ſub-
ſtitutis in caſu contrario vocatis, *Rota deciſ. 86. num 39. &*
40. & deciſ. 222. num 14. & 15. par. 6. recent. & planè com-
probat d. deciſio iam edita in hac cauſa in fine principij, &
§. ſed etiam, ac in Bonon. Domus 27. Nouemb. præteriti §. 1.
verſ. ideoque petita immiſſioni coram Reuerendiſſimo Do.
19 *meo Decano.* Ea enim quæ conditionaliter diſponuntur
quoties conditio eſt voluntaria, ſicut in hoc caſu non va-
lent per æquipollens adimpleri, ſed formaliter, ac ſpecifi-
cè per ſe adimpleri debent iuxtà doctrinam *Bart. in l. Gal-*
lus §. quid ſi tantum col. 2 verſ. contra hoc oppono ff. de liber.
& Poſthum. Ruin. conſ. 110. nu. 9. & 10. lib. 3. Honded. conſ.
60. num. 27. verſ. formaliter, Roland. conſ. 56. num. 23. lib. 1.
Caſanatt. conſ. 4. num. 46. lattiſſimè Altograd. conſ. 46. n. 12.
20 *& ſeqq.* Præſertim quando prout hic euentum non purifi-
catæ conditionis eſt facta particularis prouiſio *Cuman.*
conſil. 38. Galganett. de condit. par. 1. cap. 6. num 4. & dixit
Rota deciſ. 433. ſub num. 4 par. prim. diuerſ. Nec inſuper
dd. Patres poſſent ſupplere ex redditibus aliorum Conuen-
21 tuum, vt prætendunt, cum ad hunc effectum omnino ſit
neceſſarium beneplacitum Apoſtolicum ſicuti firmatum
fuit in dicta *deciſione Reuer. P. Domini mei Albergati*
§. vt igitur &c.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. Veroſpio in cauſa Romana Locationis.
Veneris 2. Maij 1659.

ARGVMENTVM.

Prauitatis vſurariæ labes ex quibus à contractu locatio-
nis arceatur; & denominatio mutui, in quo ſolum vel
vero, uel ficto cadit vſura, quando non veniat atten-
denda, demonſtratur.

SVMMARIVM.

1 *Locatio non dicitur vſuraria, licet interuenerit mutuum,*
quando ceſſat diminutio pretij rei locatæ.
2 *Valor rei conſuetus iuſtificatur ex antecedentibus inſtru-*
mentis locationum: & quidem generalium n. 6.
3 *Pretium firmatur à minori quantitate ad ſecũdam æqua-*
litatem.
4 *Affictus qua ratione præſumatur à conductore accre-*
tus.
5 *Penſionis diminutio in locatione ſupplet grauamina*
conductoris, & fieri poteſt citra fœneris labem.
7 *Merces ſolent viliori pretio æſtimari, ſi alienentur in ma-*
iori quantitate, quam ſi minutatim vendantur.
8 *Vſura vt excludatur inſpici debet infimum pretium.*
9 *Penſio ſi non ſit expreſſa, cenſetur conuenta, vt in priori-*
bus locationibus.
10 *Pactum ſolitum apponi in contractibus quid operetur.*
11 *Mercium exuberantia facit eas plerumque vileſce-*
re.
12 *Locatio annexa cambio eſt à mutuo diſſimilis.*
13 *Vſura admittitur tantum in mutuo vero, vel ficto: non au-*
tem in contractu locationis, n. 14.
Locatio læſiua ſubiacet diſpoſitioni l. 2. C. de reſcind. ven-
ditione.
15 *Mutuum quando non cenſeatur, ſed cambium*
16 *Verbum mutuat in contractu cambij non immutat natu-*
ram cambij.
17 *Mercatorum ſtylo eſt ſtandum.*

DECISIO LXIII.

CONTRACTVM locationis Venæ Ferrariæ à D. Prin-
cipe Plumbini cum DD de Rinuccinis adſtipulatum
vſurariam ſapere prauitatem ex ea ratione ſancitum fue-
rat *ſub die 23. Martij 1639 coram bon. memor. Cardinali*
Hieronymo Veroſpio, quod aſſuetus ferri valor foret à
locatore diminutus ex cauſa quantitatis ſcutorum 175.
mil. per ipſum à Conductoribus tamquam mutuo rece-
ptæ, cuius deciſionis vires, bis propoſito dubio corruere
hodie DD. cenſuere.

1 Etenim diminutio pretij rei locatæ, ſine qua contra-
ctus, licet mutuo inhæreat, vſurariam nequit prauita-
tem redolere, *vt tradit Soccin. Sen. in l. ſi quis numer.*
12. ff. ſi cert. petat. Barbat. in cap. final. de Vſur. Abb.
conſil. 15. numer. 1. verſ. Item quia fuit actum par. prim.
Farinacc. conſil. 182. numer. 16. Card. Mantic. de Tacit.
lib. 8. tit 18. numer. 19. Gratian diſcept. fore. ſ. cap. 185. nu-
mer. 3. Rota coram Card. Millin. deciſ. 88. & deciſ. 572. nu.
1. par. 3. recent. prorſus ceſſare viſa fuit ea locationum In-
2 ſtrumentis antecedenter editis, quæ ad iuſtificandum con-
ſuetum rei valorem ſolent regulariter deſeruire *iuxta Bal.*
in l. 2 numer. 58. C. de reſcind vendit. Imol. in cap. cum cau-
ſa numer. 28. de empt. & vendit. Roman. in his terminis
conſ. 423. numer. 1. verſ. ſed quia Rota coram Buratt. deciſ.
334. num. 5.

Siquidem in contractu locationis ab annu 1577. cum Se-
reniſſimo Magno Etruriæ Duce pro annis quadraginta
quinque adſtipulato, ac initium ſumente poſt locationem
cum Geraldo celebratam valor in ſingula centena ponde-
ra ferri pro ſcutis triginta tribus monetæ dumtaxat, ac
obulis triginta quatuor conuincitur conſtitutus. Altera
verò locatio, quæ contractum de quo agitur immediatè
præceſſerat, licet ſummam ſcut. 40. pro ſingulis centum
pon-

ponderibus contineat; Attamen perſpecto ſpeciali pacto
(quod in cæteria locationum inſtrumentis legitur poſt ha-
bitum) deſerente Sanguinetto Conductori ſcuta annua
ſexcenta ex ſigilli Gabella retrahenda, nec non dimidiam
penarum partem ex extractione ferri abſque licentia pro-
3 cedentium, prœtium ad ſeruandam inter vtrumque con-
tractum æqualitatem in minori debet quantitate firmari,
*iuxta tradita per D. Thom. in ſecunda ſecundæ quæſt. 61.
art. 2. verſ. reſpondeo. poſt med. Medin. de reſtitut. quæſt. 31.*
4 *in princ.* Affictus quippe à Conductore in compenſatio-
nem lucri ſibi aſſignati præſumitur accretus, *vt notat Al-
ciat. in conſ. 44. num. 6 lib. 8.*

Hinc Conductorum obligatio in ſingula centena pon-
dera ferri pro ſcutis triginta octo, ac obulis viginti contra-
cta, prœtij potius auctionem, quam eiuſdem decremen-
tum præſeferre dignoſcitur. Præſertim quia tertiam lu-
crorum partem annui circiter redditus ſcut. 2773. idemmet
5 Princeps conſequi debuerat, cuius virtute pacti conducto-
ribus nimis oneroſi iuſtum ferri valorem pro concurrenti
rata, citra fœnoris labem poterant contrahentes decre-
ſcere, *ad Text. in l. fundi partem, ff. de contrah. empt. Al-
ciat. add. conſ. 44. n. 6. lib. 8. Becc. conſ. 45. n. 32. Mareſc. var.
lib. 2. cap. 133. n. 20. Carocc. de locat. tit. de reſcind. locat. nu.
14. ad med. Cyriac. controu. 87. n. 12.*

Neque obſtant particularia venditionum Inſtrumenta
maiorem prœtij valorem redolentia, cum ad hunc effectũ
6 locationes ſimiles, & generales videlicet cum Sereniſs.
Magno Duce, ac Sanguinetto contractæ inſpici debeant,
*vt not. Roman. conſil. 423. num. 1. Molin. de contract. diſp.
348. num. 4. verſ. quæſit,* non autem ſpeciales, ac particula-
res venditiones pro longè minori numero ponderum fer-
7 ri peractæ. Merces namque in maiori quantitate aliena-
tæ viliori conſueuere prœtio exiſtimari, quàm ſi minuta-
tim diſtrahantur iuxta communem Theologorum ſenten-
tiam, *quam ſequitur Riginal. in prax. for. pœnit. libr. 25. nu.
282. Salon. ad D. Thom. de contract. tom. 2. quæſt. 77. tit. de
mutat. prætij ex diuerſo vendendi modo pag. mihi 25. Leſſ.
de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 21. de empt. & vendit. dubitat. 4. in
fine Bonacc. de Contract. diſputat. 3. quæſt. 2. punct. 4. num.
21 verſ. Primo enim Filiucc. quæſtion. moral. in eodem
tit. de contract. tract. 35. cap. 3. numer. 58. verſ. 3. ex modo
vendendi.*

Tertia prætetea locorum portin conceſſa D. Principi
diſtributa in centena pondera 560. à Conductoribus quo-
libet anno ſuſcepta, cuiuslibet centeni valorem ad ſcuta
quadraginta duo ac obulos viginti adauget, & conſequen-
ter cum ex particularibus venditionibus, quamplures cum
Magone Florentiæ pro ſcutis quadraginta monetæ Floren-
tinæ adſtipulatæ fuerint, vt conuincitur ex teſtibus relatis
in Sum. Conductor num. 14 & 15. Contractus, ſiue inſpi-
ciatur affictus cum Sereniſs. Magno Duce, ſiue alter cum
Sanguinetto pro ſcut. 40. celebratus, ſiue denique vendi-
8 tiones particulares inſpiciendæ forent, redditur à fœnore
prorſus immunis, ad cuius excluſionem ſatis eſſe cenſetur,
ſi infimo dumtaxat prætio locatio æquipolleat, *vt tradit
Couar. var. lib. 2. cap. 3. num. 1. Cyriac. controu. 169. num 16.
Molin. de contract. diſput. 309. num. 7. verſ. nolo mutuum in
fin. Nauar. in manual cap 17. nu 228. verſ. iuſtum prætium
intelligo Medin. de reſtit. quæſt. 31. prope fin. in §. Inde illa
prætiorum diſtinctio*

Neque poterit contractus corruere ex non adhibita ibi-
dem Conductorum obligatione ſumendi certa, & deter-
minata pondera ferri. Præter quam enim contrarium om-
ninò ſuadetur *ex XIV. Capitulo*, in quo Conductores ex
cambiorum interuſurijs, ac ex ipſiſmet cambijs ſcuta vi-
ginti duo mille, ac quingenta quolibet anno D. Principi
in ſolutionem ferri excomputare promiſerunt, prout ipſe
demonſtrauit euentus, dum centena pondera 560. ſingulis
annis aſſumpſere, & maiorem conſequenter numerum
reſpectu locationis Sereniſſimi Magni Ducis ad pondera
9 centena 484. dumtaxat reſtrictæ. Obiectio exinde remo-
uetur, quod licet nulla foret expreſſa quantitas; Attamen
conſueta, ac in prioribus locationibus appoſita, à contra-
hentibus conuenta præſumitur *ad Text. in l. excepto 18.
C. locat. vbi poſt gloſ. in verb. conſuetudinem, notant
Bart. cæteriq. communiter Caſtrenſ. in l. 1. §. ſi quis ſeruum
nu 4 ff. depoſ. Alex. ad Bart. in l. 2. §. Primo ff. locat. & conſ.
107 num. 1. & 2. lib. 1. Gomeſ. var. lib. 2. cap. 3. tit. de locat.
num. 4. Card. Mantic. de Tacit. lib. 5. tit. 2. nu. 3. Caroc. de
locat. tit. de mercede remiſſa num. 6. cum ſeqq. Rot. deciſ. 88.
per tot. par. 2. diuerſ.*

Nec videntur vrgere pacta ponderata in deciſ. præteri-
ta, Primum enim effoſionem Venæ præſeferens, necnon
ferri traductionem ad Portum fore locatoris ſumptibus
10 peragendum tanquam in ſimilibus contractibus alias ap-
poſitum, pro eliciendà prætij diminutione inefficax repu-
tatur, *vt tradit Ruin. conſ. 16, in fin. lib. 4. Roland. conſ. 96.
numer. 27. lib. 2.* Eademque reſponſione alterum refelli-
tur, in quo idemmet locator, quoties ferrum naufragio
periret, vel à Piratis contigerit depredari, ad nouam ſe
venæ traditionem à quacumque ſolutione immunem
aſtrinxit.

Quinimò nullum locatori detrimentum exinde infere-
batur, ex quo ſingulæ impenſæ his duobus dumtaxat
caſibus naufragij videlicet, ac depredationis, tum in ef-
foſſione venæ ſui natura indeficientis peragendæ, tum in
ferri traductione ad Nauim Conductorum ſumptibus de-
buerant expleri.

Hinc conductoribus attributa facultas aſſumendi quan-
titatem ferri ipſis beneuiſam, exceſſiuam licet, & inſue-
tam locatoris quoque vtilitatem reſpicere conuincitur;
Quoniam cum vena indeficiens exiſtat, pinguius proinde
lucrum ex maioris quantitatis diſtractione locator ipſe aſ-
ſequebatur, vt comprobant Teſtes *relati in Sum. D. Prin-
cipis num. 6.*

Altera pariter contentio, ferri extractionem prohibens
locatori, eleuare nec viſa fuit, licet alteram propterea ve-
nam ibidem nouiter effoſſam ad vſum propriæ officinæ
idemmet Princeps pro quinquaginta quinque millibus
florenis coemere à Maieſtate Cæſarea aſſerat fuiſſe con-
ctum; ſiquidem præterquam eadem ſumma alijs de cauſis
perſoluta pro parte dignoſcitur, coemptio alterius venæ
in contractus nullitatem influere non valet, vel quia fer-
rum neceſſarium pro officinis poterat Princeps mediante
prætio a Conductoribus obtinere, vel quia illa admodum
11 vtilis locatori reputabatur, cum aliàs ob abundantiam fer-
ri ex ea reſultantem prætium propriæ Venæ vileſcere po-
tuiſſet *ad tradit. per Couar. pract. lib. 2. cap. 3. nu. 3. in princ.
Leſs. de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 21. dubit. 4 num. 36. Bonac. de
contract. diſput. 3. quæſt. 2. punct. 4 numer. 22. verſ. primo ob
multitudinem mercium.*

Denique non vrget prohibita minutorum extractio,
cuius virtute locator annua ſcuta ſex mille D. Principiſſæ
Bracciani, ac ipſius ſorori perſoluiſſe contendit; Hæc ſa-
nè conuentio in contractu Sereniſſimi Magni Ducis pa-
riter inſerta, in fauorem D. Principis adiecta cenſetur, dũ
antecedenter ab eo minutorum extractio eo ſub prætextu
per publica ædicta interdicta fuerat, quod nullum ius ſu-
per iiſdem minutis D. Principiſſæ competeret, prout ex
Teſtium depoſitione deſumitur *relata in Conductorum
Summ. num. 8.* Quinimmo eademmet ſoluendi promiſſio
ſcuta ſex mille longè poſt à locatione receſſum de anno
ſcilicet 1643. vigore laudi contra metipſum locatorem
editi proceſſit.

12 In quam DD. ſententiam facilius inclinarunt, quod de
locationis contractu agitur, annexo alteri cambij, à mutuo
omninò diſſimilis, *vt aduertit Salon ad Diu. Thomam in
ſecunda ſecundæ de camb. quæſt 4. art. 2. controu. 1. num. 9.
Duard. eodem tract. §. 1. quæſt 10. num. 3.* Adeoque idem-
13 met contractus vitio fenoris obnoxius exiſtimari non de-
bet, poſtquam in mutuo vero, vel ficto vſura dumtaxat
admittitur iuxta communem DD. ſententiam, quicquid in
contrarium aſſerat *Roderic. de ann. reddit. lib. 2. quæſt. 11.
nu. 24. cum ſeqq. vt poſt Text. in cap. conſuluit de vſur. notat
Berou. in eadem rub. nu. 33. & 37. Abb. conſ. 62. col. vlt. verſ.
venio ad aliud contrarium par. prim. Roland. conſ. 75. n. 2.
lib 1. Surd. conſ. 306. n. 6. & 7. lib. 3. Leotard. de vſur. qu. 16.
nu. 20. verſ. Ego vero in fin. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 679.
n. 32. Nauar. in manual. cap. 17. n. 206. & conſ. 32. nu. 1. verſ.
pro parte autem affirmante Leſſ. de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 20.
in princ. & dubit. 4 Bonac. de contract. diſp. 3. quæſt. 3. in pri-
ma propoſit. Rota coram Seraph. deciſ. 599. num. 3. & 4. Car-
dinal.*

Google

dinal. Millin.deciſ.380.nu.3. cum ſeqq. & deciſ.160.nu.4. par.4.tom.2.recent. & coram bon.mem. Merlin.deciſ 161.
14 *num.*1.Non autem in contractu locationis *vt probat Tex. in cap.eijciens in verſ.licet aliquis diſtinct.*88. quæ quoties dimidiam iuſti prætij excedat,tanquam læſiua in vim *l.2.C. de reſcind. vend.* non autem ex fœnoris cauſa poterit infringi *Couar.var.lib.2.cap.3.num.7.in fin.& n.8.Leotard. de vſur.quæſt.8.num.25.Gratia.diſcept.forenſ.cap.185.n.1. & 2.cum ſeqq. Mareſcott.var.lib.2. cap.*132.

Neque contractum mutui ſuadet ea verborum ſeries, *Che detti Signori Appaltatori ſiano obligati preſtare, ò far preſtare*. Quia cum contrahentes immediatè progreſſi fuerint, *E per tal ſomma poſſino detti Signori Rinuccini, ò altri che li preſtaſſe tenerli, ò farli tenere*
15 *ſopra cambij*. Contractum mutui non cenſentur iniiſſe, ſed cambij, qui quamuis ex mutuo originem traxerit, nihilominus ſtatim, ac perfectionem obtinuit, diuerſam naturam prorſus aſſumpſit, *vt tradit Guidopap.quæſt.168. num.1.verſ.Nec obſtat verbum, Mutuat, Couar.lib.3.cap. 2 nu.2.in fin.verſ.quin,& pecunia Scacc.de camb.§.primo quæſt.7.par.2.ampliat.20.num.4. Duard. eodem tract.§.1. quæſt.10.num.3 prope fin. Leotard.de vſur.quæſt.16. nu.20. verſ.Ego vero puto Tur.de Camb.diſput 3.q.11.nu.64.cum ſeqq.Rot.penes eundemmet deciſ.33. in princ.* plurium po-
16 tiſſimè mercatorum fide perſpecta atteſtantium nimirum verbum illud, *mutuat*, in contractu cambij appoſitum eiuſdem non immutare natura ex ſtylo Mercatorum, cui
17 debet omninò deferri *Bald.conſil.400.nu 10.libr.5.Corn. conſ.319.num.12.lib.3. Soccin.Iun conſ.27.num.22.libr.2. Rota coram Gregor.deciſ.126.n.2.& 3.coram bo.me.Merlino dec.338.num.2.& in deciſ.597.nu.4.& aduertit Rota Ianuen.deciſ.7.num.*11.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. Celſo Romana Tranſactionis.
Veneris 2. Maij 1659.

ARGVMENTVM.

Tranſactionem ob læſionem enormiſſimam reſcindi deciditur, & ſicuti legitima nullo modo grauari poteſt, ita ex quibus dos in locum legitimæ ſuccedat, oſtenditur.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio reſcinditur ex enormiſſima læſione; & in ea habet locum l.2.C.de reſcind.vend.n.*2.
3 *Dos ſuccedens loco legitimæ nullo modo poteſt grauari: quando ſuccedat loco legitimæ num. 4. & numer. 7.8. 9. 10.*
5 *Statutum Vrbis lib.1. cap. 145.procedit tantummodo extantibus maſculis.*
6 *Stat. Vrbis lib. 1. cap. 141. procedit non exiſtentibus maſculis.*
11 *Confeſſio propria impugnari non poteſt nec à confitente, nec ab eius hærede.*
12 *Filia in acceptatione dotis, quando reſpectu oneris adiecti ſibi præiudicet.*
Scientia non præſumitur niſi probetur.
13 *Maritus nullum habet Ius ſuper bonis extradotalibus.*
14 *Dominium acquiritur ex tranſactione:*

DECISIO LXIV.

PAtres S.Mariæ de Mercede, qui ſub die 28. Iunij præteriti obtinuerunt oris aperitionem aduerſus tranſactionem initam cum Petro Vincentio de Caualerijs ſuper hæreditate Camillæ Vxoris, proſequendo diſputationem, inſteterunt pro Dubio, An tranſactio ſuſtineatur, quo propoſito negatiuè reſponſum fuit. Quia ex Inſtrumento publico conſtat, Camillam nupſiſſe cũ dote ſcut.15.mill.quorum 14.mill.conſignata fuerunt in ſtabilibus, mille verò in gemmis, & Iocalibus, quæ Petrus Vincentius promiſit reſtituere eueniente caſu reſtitutionis ſub obligatione Camerali, & hypotheca omnium bonorum. Vnde cum pro dicta ſumma Patres Donatarij præfatæ Camillæ non receperint à Petro Vincentio, niſi ſcuta 2850.in tot effectibus hæreditarijs, & quidem cum onere ſoluendi legata aſcendentia ad ſcuta 1695.necnon celebran.miſſas 100. ſingulis annis, & defendendi hæreditatem Adriani à moleſtijs, quæ inferebantur à Patribus S.Caroli, vtique ex prædictis re-
1 ſultat læſio non ſolum enormis, ſed enormiſſima, & longè vltra dimidiam, ob quam tranſactionem non ſuſtineri notat *Abb.in cap.cum contingat n.23.de iure iur.* vbi quod tali caſu ceſſat conſenſus, & reſultat dolus, & latè probat *Berou.conſ.180.num.38.lib.2. Gabr.conſ.154.nu.48.libr.1. Surd.conſ.480.nu.12.& ſeqq.* & firmauit *Rot. in Bononien. nullitatis Concordiæ 12.Iunij 1645.coram Reuer. Do. meo Cerro Decano, 27.Ianuarij, ac 1.Iulij 1648.coram bon.me.*
2 *Dunozetto*. Et eſt textus expreſſus *in l.2. C.de reſcin. vendit.* qui licet loquatur in venditione, tamen procedit etiam in tranſactione, quando exceſſus vltra dimidiam eſt magnus, vt in caſu præſenti computato etiam incerto litis euentu *Bart.in l.Si quis cum alter nu.5.verſ.quæro quid ſi in contractu tranſactionis, ff.de verbor.obligat.Soccin. Iun. conſ.129.nu.48.* vbi de magis communi à qua in conſulendo, & iudicando non eſt recedendum *lib.1. Mantic.de tacit.lib.26.tit.9.num.23.& ſeqq.* & cumulatis concordantibus firmauit Rota *in Romana Tranſactionis 21. Iunij 1655. coram me.*
3 Non obſtat, quod dicta dos pro rata ſcutorum 10. mill. fuerit ab Adriano Patre grauata fideicommiſſo, & onere reſtitutionis ad fauorem eiuſdem Petri Vincentij, caſu quo ipſa Camilla deceſſiſſet ſine filijs, prout deceſſit, nam cum illa ſucceſſerit loco legitimæ, nullo modo grauari potuit *iuxta text.in l.quoniam in prioribus C.de inoff. teſt. Cyn.in l.Vnica §.Videamus in fine verſ.ſecundò quæritur C. de rei vxor.act.Bart. in l.vlt §.filia num.1.ibiq; Bald.eod.num ff. de legat.2. Caſtr.conſ.22.n.23.lib.1. Menoch. conſ.228.nu. 54.& ſeqq.* & pluribus firmatum fuit *in Aſculana Dotis 26. Iunij 1647.& 24.Ian.1648.coram me.*

Nec reſiſtit Statutum Vrbis libr. 1. cap. 145. excludens
4 fœminas propter maſculos vnam quamuis incipiat ab excluſione, non autem à dotatione, & conſequenter dos debita vigore illius non ſuccedat loco legitimæ iuxta diſtinctionem *Caſtr. in l.Titio centum §.Titio genero num. 8.ff. de condit.& demonſt.* quam ſequuntur communiter *Doct. & in ſpecie Alexand. conſ.13. numer. 12. libr.3.& conſil. 179.numer.10.lib.5.Soccin.Sen conſ.75.numer 8.lib.3.* Et paſſim Rota amplectitur, vt teſtantur *Adden. ad Gregor. deciſ.565.num.11.& eſt deciſ.Seraph 957.numer.5.& poſt Merlin.de legit.dec.74.num.2.& deciſ.106.num.7.* & in terminis Statuti Vrbis antiqui cap.85. quod hodie eſt in nouis 145. latè comprobat *Gabr. conſil. 11.numer.4.& ſeqq.lib.1.& conſ.136.ſub num.12. verſ.arbitramur itaque, & conſ.140.à num.12.ad finem,& præſertim num.16.lib.2. Rot deciſ.538. numer.3.par.1.diuerſ. & in Tiburtina hæreditatis 13. Februarij 1634.& 16. Martij 1640.coram bo. mem. Card.Veroſpio Iuniore penes Fenzon. ad Stat. Vrb. deciſ.113 § & licet,& in rec.dec.405.nu.26.par.5.& deciſ. 208 n.2.& 3.par.8. & in alijs.*
5 Nihilominus diſpoſitio d Statuti tamquam conditi ob fauorem Agnationis procedit tantummodo extantibus maſculis, ſecus verò illis non exiſtentibus, vt probat *Soccin.iun.conſ.23 nu.22.& ſeqq.lib.1.Becc.conſ.107.num.18. Surd.conſ.85.num.8.& ſeqq.* & in terminis dicti Statuti *Rota coram Caualerio dec.256.nu.7 in recen.dec.770.n.4. par.2.dec.405.n.30.& 31.par.5.dec.316.n.18.& ſeqq.par.6. & in Romana Supplementi legitimæ 26. Ian.1646. coram Reuerendiſſ.D.meo Cerro Decano.*
6 Prout etiam non exiſtentibus maſculis procedit aliud Statutum cap. 141. quo ceſſante intrat diſpoſitio Iuris communis *Angel. in §. ſi quis autem verb. auferri auth. de hæred. & Falcid. & alios refert Tiraquel. in tract. ceſſante cauſa par. 1. verb. exceptionis cauſa num.97 & 98* & firmauit *Rota in terminis huius Statuti in Romana Supplementi legitimæ, coram Sacrato apud Paciſ. de Salu. deciſ. 160. num. 6. & in recent.d. deciſ.770. num.4.par.2.*
7 Imò idem Statutũ quatenus mandat feminas à Patre, vel

ab Auo dotatas deberi eſſe contentas dotibus ſibi aſſigna-
tis, nec vllo modo diſpoſitionem paternam, vel Auitam
impugnare poſſe, derogat quidem circa quantitatem, &
ſic diſpoſitioni *text.in l.omnimodò C.de inoff.teſtamen.non*
8 *autem l. quoniam in prioribus eodem tit.* reijcienti quod-
cumque onus, & grauamen in legitima, vt in puncto
Rota coram Buratto deciſ. 215. num. 1. & ſeqq. & deciſ.
9 208. *num.22.& ſeqq.par.8. recent.* ideoque Dotem vigore
illius non ſuccedere loco legitimæ latè firmatum fuit *in Ro-
mana Domus 4.Maij 1646. & 27. Maij 1647.coram R.P.
D.meo Meltio, & in Romana fideicommiſſi de Candidis
26.Iunij 1651.coram R.P.D.meo Veroſpio.*
10 Idque demonſtrant expreſsè verba illa ibidem adiecta
prohibentia ne fœminæ vltra dotem ſibi aſſignatam aliud
tatione falcidiæ, vel ſupplementi debiti Iure naturæ pete-
re poſſit, vt aduertit *Soccin. ſen. conſil. 30.num.3.verſ.cir-
ca tertiam lib.1. Pariſ.conſ.36.num 8. verſ.eo etiam libr.3.
Honded.conſ.63.num.131.& ſeqq.lib.1. Rot.in Romana de
Margauis 9. Martij 1583. coram Robuſt. & in Romana
bonorum de Ceulis coram Penia deciſ.419.num.4. & ſeqq.
iuxta impreſſionem Venetam, & coram Buratto dec. 215.
num. 11.* & notat *Fenzon. in addit. ad dict. cap.141.num.
42. & ſeqq.*

Nec ſubſiſtit, quod dos relicta in teſtamento primo in
ſumma ſcutor. 10. mill. excefferit ratam legitimæ, ideoque
Camilla eam acceptans cum onere fideicommiſſi, videa-
tur ſibi præiudicaſſe, Siquidem ex Inſtrumento dotali
dato in *ſum.num.1.* conſtat hæreditatem Adriani, deducto
ære alieno aſcendere ad ſcuta 40.mill.& pro dicta ſumma,
& quantitate Petrum Vincentium recepiſſe tot bona à
Dominico Patre, & ſic patet manifeſtè ſummam prædi-
11 ctam eſſe longè inferiorem rata legitimæ ex confeſſione
propria, & iurata contra quam ſicuti non poſſet venire
Petrus Vincentius ſi viueret, ita nec etiam venire poteſt
illius hæres *l.cum à Matre C. de rei vendic. Rot dec.60.n.
3.par.6.rec.& in Romana Salu. 12. Ianuar. 1646. coram
bon.me, Arguelles.*
12 Acceptatio verò facta per Camillam abſque vlla expreſ-
ſione oneris, potuit quidem illi præiudicare reſpectu quã-
titatis, non autem reſpectu fideicommiſſi in ea adiecti,
cum ad dictum effectum requiratur approbatio clara, &
concludens, vt benè in propoſito firmauit *Rota coram
Mellin deciſ.317.n.7.& 8.& in Tiburtina hæreditatis 26.
Maij 1642.coram bon mem. Bichio.* Præſertim in muliere
minore, & non data ſcientia oneris, quæ non præſumitur,
niſi probetur *iuxt. gloſ. in cap. concertationi verbo ſciuerit
de appell.in 6, Rot.deciſ.507.num.1.par.1.rec.& deciſ.644.
eod. num. par.3.*

Et vltra d. ſummam ſcutor. 10.mill.aderant etiam alia
ſcuta 5.mill.data in dotem eidem Camillæ abſque vllo one-
13 re, aut grauamine fideicommiſſi, necnon alia bona ex-
tradotalia, ſuper quibus nullum competebat Ius Petro
Vincentio Marito ex deductis per *Soccin.ſen conſ.82.nu.8.
lib.4.& per Menoch.conſ.56.num.4.* Vnde ratione d.ſum-
14 mæ, & bonorum non poterat ſuſtineri tranſactio, quia
vigore donationis iam fuerat ipſo Iure dominium quæſi-
tum Patribus *per text. in l fin. C.de ſacroſ.Eccleſ. Rota co-
ram Seraph.deciſ 1394. num.6. Coccin. dec.41.num 1 &
in Baren.donationis 5. Aprilis 1647.coram bon.mem. Du-
no Zetto.*

Ex quibus reſolutum fuit, Tranſactionem non ſuſtineri
partibus hinc inde informantibus.

R. P. D. Taia Firmana fideicommiſſi.
Veneris 9. Maij 1659.

A R G V M E N T V M.

Appellatione hæredum in vltimis voluntatibus quinam
comprehendantur, & prohibitio alienationis bono-
rum quibus in caſibus fideicommiſſum inducat,

S V M M A R I V M.

1 *Hæredum appellatione in ſubſtitutionibus, & fideicom-
miſſis veniunt tantum hæredes ſanguinis.*
2 *Nomen hæredum tàm in ſubſtitutione, quàm in inſtitu-
tione intelligitur de filijs. Amplia n.3.*
4 *Clauſula* de hærede in hæredem *exponitur de deſcenden-
te in deſcendentem.*
5 *Extranei non debent eſſe melioris conditionis, quàm de-
ſcendentes.*
6 *Prohibitio alienationis bonorum ſi ſit magis ampla, quàm
fideicommiſſum, non debet reſtringi ad limites iſtius.*
7 *Ex quibus verbis reſultet perſonalis prohibitio alienatio-
nis bonorum.*
8 *Prohibitio alienationis quantumuis generalibus verbis
concepta non inducit fideicommiſſum in caſu mortis,
quando in alia parte teſtamenti fuit facta ſubſtitutio
in dictum caſum.*
9 *Obſeruantia vltimæ voluntatis eſt ſtandum.*
10 *Teſtamento non cenſetur derogatum per Codicillos, niſi
quatenus ſint contrarij teſtamento.*

D E C I S I O LXV.

STaodum eſſe in primo loco deciſis 22. Martij, & 28. Iu-
nij 1658. hodie DD. reſponderunt, quia fundamenta
ibi deducta ſubſiſtunt, & deducta in vltima deciſione
9. Decembris ex lectione integri teſtamenti ſubuerti vi-
dentur.

Etenim Petrus Simon teſtator prohibendo alienatio-
nem bonorum fideicommiſſum ordinauit his verbis, *ſed
perpetuò futuris temporibus permanere debeant panes
ſuos hæredes inſtitutos, & ſubſtitutos, & eorum hære-*
1 *des, &c.* & alibi, *& eorum hæredes in infinitum &c.* Ap-
pellatione enim hæredum in ſubſtitutionibus, & fideicom-
miſſis veniunt tantùm hæredes ſanguinis, vt ex communi
opinione *apud Gabr.de verb.ſignif. concl.2.n.19. cum alijs
apud Pereg.de fideic.art.32.n.32.& Fuſar.de ſubſtit.quæſt.
339.nu.6.* (quidquid placeat ipſis, prout non ſatis ſibi con-
ſtant) *Pereg.conſ.55.ſub nu.6.lib.1.& conſ.31. ſub n.20.lib.
2.& amplius Fuſar.conſ.71.nu.5 Adden.ad Surd. dec.85.
ſub nu.16.Guidopap.dec.306.ad fin.& dec.591.ſub num.1.
Rota cor. Reuerendiſs. D.m. Cerro Decano in Interamnen.
Bonorum 16 Maij 1656.ſub init.* & ſpecialiter in ſubſtitu-
tionibus, maximè inter liberos, *Bero conſ.110.n.48.49. &
50.verſ.ex prædictis lib.2.*
2 Et præterea cum eſſent illi hæredes inſtituti, & ſubſtituti
filij, & filiorum filij, cum in inſtitutione eſt facta mentio de
filijs, tunc in ſubſtitutione etiam nomen hæredum intelli-
gitur de filijs, *inquit Rota dec.406.n.2.p.3.lib.3.diu.& dec.
216.n.1.& dec.269.nu.4.p.5. & ſenſit cor. Merl.dec.145.n.
1.& 2.cum alijs apud Fuſar.d.q.339.n.48 & 49* Quod ma-
ximè procedit attenta expreſſione qualitatis maſculinita-
tis; *Et hoc ſemper ſeruato, quod filiæ fœminæ non poſſint
hæreditare aliquibus temporibus &c. Rota d.dec.216.nu.2.
cum alijs apud Fuſar d.quæſt.339 n.56.*
3 Maximè in prohibitione alienationis, & adiectione per-
manendi pænes ſuos hæredes inſtitutos, & ſubſtitutos, &
eorum hæredes in infinitum, quod interpretatur de liberis,
qui poſſint venire prouidentia ſolius Teſtatoris, non de hæ-
redibus extraneis, qui non poſſent reuocare alienata, *inquit
Bald.conſ.283.ſub n.2.lib.2. Pereg.d.conſ.31.nu.21.& de fi-
deic.d.art 32.nu.58, cum allegg.& præſertim Prat.vlt.vol.
lib.3.interpr.1.dub.3.fol 5.n.32.cum alijs.*
4 Certiùs, quod diſpoſitio cum clauſula de hærede in hæ-
redem exponitur, De deſcendente in deſcendentem, in
propoſito *ex Pereg.de fideic.d.art.32.nu.43.Fuſar.d.q.339.
n.69.Caſtill.contr.96.num.23 lib.5. Mart.clauſ.13.p.3.&
ſumm.ſucceſſ.p.4 q.12.art.1.nu.29.& 30.* (vbi ex Bald. dicit
iſtum eſſe communem vſum loquendi) *Rota dec. 170. nu.
3.p.3.rec,* Et ex his, & huiuſmodi verbis permanendi per-
petuis futuris temporibus pænes ſuos hæredes inſtitutos,
& ſubſtitutos, & eorum hæredes in infinitum, habetur
æquipollentia verbis De hærede in hæredem, *abundè
Cephal.conſ.134.nu.29.cum ſeqq.conſ.353. ſub num 80 &
conſ.478.nu.45.& 46.Fuſ.conſ.54.num.18. Petra de fideic.
q.11.ſub num.164.*

Et ex ſola perpetuitate nouam addendo declarationẽ in
fideicommiſſo perpetuo, ad quod vocati ſunt hæredes, in-
telligi de hæredibus ſanguinis, *notanter Fuſar. d.q.339.*

poſſ

poſt num.74. declarat 17. in addit. & Adden. ad Surd. d. dec.85. ſub num.17. cum alijs.

Indeque ſubuertitur primum fundamentum vltimæ deciſionis, quod diſpoſitio non extendatur vltrà caſum contrauentionis, immò ſit reſtricta ad ſequentem vocationem hæredum inſtitutorum, & ſubſtitutorum, & non amplies, nec extendat fideicommiſſum vltrà perſonas expreſsè conſideratas, ſed reſtringat, & declaret ſecundum qualitatem ipſius ſubſtitutionis, cui adnectitur *ex deductis in Romana fideic. de Coronis 28. Ian. 1647. coram Reu. D. meo Cerro Decano.*

Quoniam ſequens vocatio hæredum inſtitutorum, & ſubſtitutorum hæc eſt *Petrum Dominicum eius filium legitimum, & naturalem ſuum hæredem vniuerſalem fecit, & inſtituit, & ſi dictus Petrus Dominicus deceſſerit ſine filijs maſculis legitimis, & naturalibus, eidem ſubſtituit filios maſculos legitimos, & naturales naſcituros ex legitimo matrimonio ex Antonio, & Ciccho &c. & ſi dd. Cicchus, & Antonius, ſiue aliquis ipſorum moriatur ſine filijs maſculis, vnus ſuccedat alteri, & ſi dd. Cicchus, & Antonius deceſſerint ſine filijs maſculis legitimis, & naturalibus, eiſdem ſubſtituit filios maſculos Briſeidæ.*

Hinc enim dixerũt DD. Aur. Stephanus, & fratres actores, qui ſunt Nepotes Cicchi ex Franciſco filio, comprehenduntur appellatione, & veniunt vocatione filiorum naſciturorum, vt ſuadent multæ vrgentes coniecturæ, nẽpè qualitas deſcendentium Teſtatoris, adiectio maſculorum, eorumq; naſciturorum, & per hoc ratio agnationis, digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum, & ratio ab ab-
5 ſurdo, ne extranei ſint melioris conditionis deſcendentibus, & huiuſmodi, *ad dec.162. p.e. & dec.661. p.4. to 2. rec. cum alijs apud Fuſar. de ſubſt. q. 320. & præclarè Mart. Med. exam. prima, & apud ipſum Rot. Senon. dec.1.* & hoc caſu ipſi Actores non egent fideicommiſſo ex prohibitione alienationis, eiuſq; ratione, ſed extant literaliter vocati, aut diſpoſitiuè in teſtamento.

Aut verò ijdem Actores non comprehenduntur, neque veniunt inter eos filios naſcituros, & ſic diſpoſitiuè primus hæres inſtitutus ſit Petrus Dominicus, & ſecundo loco dumtaxat filij Cicchi, & Antonij, ſeu ipſis filijs Cicchi, &
6 Antonij non ſuperuiuentibus filij Briſeidæ, & tunc cum prohibitio ſit magis ampla, quàm fideicommiſſum, eſt enim facta fauore non ſolùm hæredum inſtitutorum, & ſubſtitutorum, ſed etiam eorum hæredum, & alibi eorum hæredum in infinitum, qui non ſunt incluſi in fideicommiſſo, non poteſt ſalua ratione recti ſermonis reſtringi ad limites illius, &c. quæ diſtinguendo reſpondit Rota *dec.133. ad fin. p. 4. diuer. & dec.180. ſub nu.13. & 14. p.5. & declarauit in Bonon. fideic. de Pancaldis 18. Iunij 1642. cũ ibi alleg. cor. Reuer. D. m. Cerro Decano, & alijs apud Fuſar. de ſubſtit. q.679. n.26. & 27. & q 683. n.23.*

Subuertitur & ſecundum; Quod prohibitio non ſit realis, ſed perſonalis, nempè, *Quod dicti ſui hæredes inſtituti, & ſubſtituti non poſsint, &c.*

7 Quoniam ſequuntur alia, *Sed perpetuò futuris temporibus permanere debeant pœnes ſuos hæredes inſtitutos, & ſubſtitutos, & eorum hæredes in infinitum, &c.* quibus inducitur reale fideicommiſſum, *inquit Rot. dec.125. ſub n.4. verſ. quam etiam, & amplius dec.193. n.7. verſ. Ex quibus infertur p.1. rec. cum allegg. & alijs apud Fuſar. conſ. 114. nu.36. & de ſubſtit. d. quæſt.673. nu.5. & ſeqq.* prout realitas procedit à cauſa prohibitioni adiecta, *Odd. de prohib. alien. quæſt.17. nu.71.*

Et ita prohibitio perſonalis deſinit in realem, ſicut ex contrario realis in perſonalem, ſi prohibitio etiam realiter incepta, eſſet tamen reſtricta ad præcedentia, in quibus reſultaret perſonalis prohibitio *Odd. ſeq. quæſt.18. num.87.* Et ſiue ad præcedentia, ſiue ad ſubſequentia, *Rot. coram Seraph. dec.883. ſub num.1. verſ. Maximè, & n.4. & ſeqq. & apud Pereg. dec.134. ſub nu.31. & 33. & benè retulit Hodiern. contr.32. nu.54. lib.1.* Idemq; ſi Teſtator appoſuiſſet pœnam videlicet prohiben. alienari ſub pœna, quæ ad alienantem perſonaliter pertineret, & ad alienationem realiter pertinere non poſſet, *ad Odd. d. q.18. n.89.*

8 Subuertitur etiam tertium, quod Teſtator ſubſtituerit in caſum mortis, & ex verbis quantumuis generalibus appoſitis in prohibitione alienationis, non poſſit cenſeri inductum fideicommiſſum in caſum mortis, quando in alia parte fuit facta ſubſtitutio in dictum caſum, *ex Rot. coram Ludouiſ. dec.433. nu.12. & huiuſmodi alijs.*

Quoniam non congruit, ſalua ratione recti ſermonis, vt ſupra ex *Rot. d. dec.133. ad fin.* vbi prohibitio eſt magis ampla, & clara ad nouas perſonas, in ſubſtitutione nominatim non contentas, nec ſolùm ad hæredes inſtitutos, & ſubſtitutos, ſed etiam ad eorum hæredes in infinitum, adeòque fideicommiſſum expreſſum fuit inductum certis Deſcendentibus, tacitum verò reſultans ex hac clauſula iniungitur Deſcendentibus omnibus vſque in infinitum, vt conſiderat Surd. *dec.84. ſub nu.12. cum alijs relatis ab Altogr. conſ.92. ſub numer.47. ad fin. & ſeqq. lib. primo*, ſi & quantum clauſula generalis reſtringeretur ad fideicommiſſum, ſpeciale, ad declarationem eiuſdem Surdi *d. dec.84. ſub nu.11.* aduertentis clauſulam generalem non reſtringi &c. *cum alijs apud eundem Altog. d. conſ.92. ſub d. n.47. ad med.*

Deinde quoniam negari adhuc non poteſt, quod ex tali prohibitione colligatur intentio Teſtatoris, nempè inter filios filiorum comprehendendi omnes Deſcendentes *ad Rot. dec.44. in fin. par.1. rec. & dec.135. ſub init. par.8.* præſertim inter Deſcendentes Teſtatoris, vt ſupra, & in ſimilibus ſæpiùs Rota reſpondit *d. dec.661. ſub nu.2. & in fin. cum allegg. & apud Fuſar. d. q.320. nu.54.*

Nec parum conducere viſa eſt rurſus obſeruantia edita ex licentia alienandi, & principaliter ex iteratis inſtrumentalibus diuiſionibus, ex quibus habentur ad controuerſum nunc fideicommiſſum Petri Simonis ſine controuerſia admiſſi tanquam vocati, nepotes Antonij fratris Cicchi, qui erant in eodem tunc gradu, in quo nunc ſunt Stephanus, & fratres Actores nepotes d. Cicchi, ſic-
9 que multum deferen. eſt pro interpretatione vltimæ voluntatis obſeruantiæ, vt concludit benè declarando, & diſtinguendo voluntatem incertam, & dubiam à clara, & certa Rot. *dec.663. in fin. par.2. rec. & operosè Caſtill. contr. 93. toto §.7. cum alijs allegg. lib. 5.* niſi ſatis ſonant expreſſa verba teſtamenti, & declarauit obſeruantia ſubſequuta *Rot. dec.11. in fin. tom.2. p.4. rec.*

Tandem ad teſtamentum Petri Simonis, vt ſupra intellectum, & obſeruatum conducere viſum eſt teſtamentum Petri Dominici filij in quo hæredes inſtituit filios Cicchi, & Antonij, *E così morendo il d. Franceſco del q. Cecco ſenza figliuoli legitimi, o naturali, i beni à lui prelegati, e quelli ne' quali è ſtato inſtituito herede vadano à i figliuoli ſopradetti del q. Antonio per egual portione, e così morendo alcuno de' ſopradetti figliuoli del q. Antonio ſenza figliuoli legitimi, e naturali, i beni à quelli prelegati, e quelli ne' quali ſono ſtati inſtituiti heredi vadano ſempre à ſopraviuenti per egual portione, con prohibitione ancora, che il d. Franceſco del q. Cecco, Brãdimarte, e Doruccio, Buccolino, e Bernardino, e loro figliuoli non poſſino vender', & impegnar detti beni, mà vadano à loro deſcẽdenti maſchi, e mancando i maſchi vadano alle femine, prohibendo &c. affinche detti beni ſecondo la mente d'eſſo Teſtatore interamente, e ſenza diminutione alcuna vadano alle perſone chiamate come ſopra, e per maggior validità d'eſſe ſoſtitutioni, eſſo Teſtatore vuole, che tutte le dette ſoſtitutioni in ogni caſo d'eſſe ſiano fatte volgarmente, pupillarmente, e per fideicommiſſo &c. & in ogni &c* in quibus eſt expreſſa vocatio Stephani, & fratrum filiorum dicti Franciſci hæredis inſtituti.

Et licèt, poſtea in Codicillis diſpoſuerit, & declarauerit, quod teſtamentum factum à Petro Simone Patre valeat cum fideicommiſſo in eo relicto, & ſuum ipſius Codicillantis teſtamentum voluerit valere cum eodem fideicommiſſo.

10 Non derogatur tamen niſi quatenus teſtamento ſint contrarij, etiam præcedentibus Codicillis, *notat. in §. Quæ filias l. alumnæ 30. ff. de adim. legat. in l. 3. C. de codic. & ſpecialiter conſuluit Alciat. conſil. 106. lib. 9. & alij apud Giouagn. conſ.36. nu 5. & ſeqq lib.2. & Bellon. Taurin. conſ.15. nu.28.* Maximè ſi ita fuerit declaratum, *Fuſar. conſ.114. nu.5.* aut ſi fuerit expreſſa clauſula confirmatoria teſtamenti, *Bellon. d. conſ.15. num.33. & 34. Peregr. de*

Digitized by Google

ſideicom.art.16.ſub nu.49. verſ & multò magis, & in ſpecie quod per eos non cenſeatur reuocatum fideicommiſſum in teſtamento relictum *per d.§.Qui filias, Rota coram Buratt.deciſ.168.nu.5.*

Et ita vtraque &c.

R.P.D.Meltio Bononien̄ fideicommiſſi de Amorinis.
Veneris 30.Maij 1659.

ARGVMENTVM.

Maſcullnitatis qualitas ex quibus ſemper dicatur requiſita in materia fideicommiſſaria. Melioramentorum exceptio ex quibus euitetur.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas teſtatoris clara inſpici ſola debet.*
2 *Filiorum appellatione non veniunt nepotes, ſi ſic de voluntate clara teſtatoris appareat.*
3 *Conditio negatiua ſi ſine filijs poſita in fideicommiſſo operatur, vt ſub nomine filiorum veniant nepotes, & alij deſcendentes. declara n.4.5.*
4 *Filij quando nec vocati, nec in conditione poſiti dicantur.*
5 *Filiorum appellatione quando non veniant nepotes.*
6 *Natus dicitur de linea fœminina, & ſi deſcendat à maſculo eiuſdem lineæ.*
7 *Poſiti in conditione cenſentur tantum vocati, ſi qualitates indiſpoſitiuè vocatis requiſitas habeant.*
8 *Maſculinitatis qualitas in vna parte teſtamenti expreſſa, cenſetur repetita in alijs.*
9 *Fœmina eſt finis Paternæ agnationis, & principium agnationis ſui viri.*
10 *Maſculorum appellatione veniunt tàm maſculi deſcendentes ex maſculis, quàm deſcendentes ex fœminis, ſi ratio conſeruandæ agnationis non fuit habita: declara num. 11.*
12 *Linea maſculina à ſolis maſculis incipit, & in ipſis ſemper conſeruatur.*
13 *Teſtatoris diſpoſitio ad ſolos maſculos quando non dicatur reſtricta, & n.14.15.*
15 *Declaratio in fine diſpoſitionis demonſtrat quid antecedenter fuerit intellectum.*
16 *Peregr.conſ.36.lib.1.in quibus terminis procedat.*
17 *Maſculinitatis qualitas quando in ingreſſu lineæ dicatur requiſita.*
18 *Mandatum de aſſociando conceditur habenti facultatem capiendi poſſeſſionem propria auctoritate.*
19 *Melioramentorum exceptio remouetur per cautionem de reficiendo.*

DECISIO LXVI.

PVrificatio fideicommiſſi Matthæi Amorini ad fauorem
Com.Ioſephi Mariæ de Vrſis, & Io: Andreæ de Bologninis, de qua Rota non dubitauit, ſub die 26. Iunij præteriti coram me, ſubſiſtere etiam hodie viſa fuit ex rationibus in deciſione adductis, & potiſſimum ex illa, quæ principaliter mouit Dominos ad excludendum à controuerſa hæreditate Com.Gabrielem de Graſſis, quia ſcilicet Teſtator, dum vocauit filios Lucretiæ, ac Ludouicæ in ſuo teſtamento declarauit expreſſis verbis in §.38. quod ad euitandum dubium à Doctoribus conſideratum nolebat appellatione filiorum Nepotes, ac Pronepotes compræhendi poſſe, & ideò prædictus Comes Gabriel, vti Pronepos Lucretiæ ex perſona Paridis Mariæ illius Nepotis ex Diana filia excluſus remanſit ab ipſamet ſucceſſione ex
1 voluntate Teſtatoris, quæ ſola tanquam per ſe clara in tali
caſu inſpici debet *iuxta tex.in l.quia poterat.ff.ad Trebell. Aret.conſil.143.num.5. verſ. quia quantum ad declarationem, Iaſ.conſ.205 num.16.verſ tertio dicitur lib.2.Crauet.conſ.62.n.12.late Pereg.conſ.33.nu.45 & ſeq.lib.3. & dixit Rota coram Emin.D Card.Otthobono dec.21.n.18.* Adeò
2 ut pro eliciendia nepotum, & aliorum deſcendentium compræhenſione ſub d.nomine filiorum ad alias interpretationes, & coniecturas confugere non fiat opus *l.fin. §.fin autem C de bonis quæ liberis, Bertran.conſ.286.nu.6.verſ.facit, quod vol.2.Rota coram Buratt.dec.73.num.9.in recent. deciſ.135.nu.22.& 23. par.8.* & alijs relatis fuit reſponſum in *deciſione quæ reuidetur §.nec ad huiuſmodi effectum coram me.*

Neque vrget motiuum noniter excitatum, quod quatenus ſub nomine filiorum diſpoſitiuè vocatorum contineri nequeat prædictus Comes Gabriel, ſaltem cenſeri debeat vocatus tanquam poſitus in conditione negatiua,
3 *ſi ſine filijs deceſſerit*, quæ operatur, vt ſub nomine filiorum
ad excludendos ſubſtitutos, nepotes, ac etiam alij deſcendentes veniant iuxta *text. in l. Lucius, ff. de hæred. inſtituen.*

4 Quia præter quod obiectum non videtur adaptari, dum
vocatio filiorum Ludouicæ, & Lucretiæ primi gradus facta à Teſtatore non habuit effectum, ſed caducata remanſit, ex quo non extiterunt eo tempore, & ideò conditio ſi ſine filijs appoſita deſcendentiæ ex eiſdem, non poteſt habere locum, cum filij poſiti in conditione in eo caſu, quo Pater fideicommiſſum accepit, non cenſeantur vocati, nec poſiti in conditione quando ſubſtitutio paterna eſt caducata *iuxta text.in l.hæres meus in princip.ff.de condit.& demonſtrat.declarat Corn.conſ.180.numer.2.ante med.verſ.ideò etiamſi in illis terminis lib.4.Burr.conſil.25.numer.12.Curt.iun.conſ.95.num.5.poſt medium verſ.cum igitur, Peregr.conſ.55 col.vlt.ad med.verſ.cum autem prædeceſſerit lib.4. Rota in Narnien. bonorum 23. Iunij 1631.coram bon.memor.Pirouano*, remouetur difficultas ex facto, nedum quia Teſtator ſe declarauit in
5 eius Teſtamento §.38. appellatione filiorum non venire
nepotes, ſed filios præcisè, quo caſu locum ſibi obtinere non poteſt diſpoſitio *text. in d.l.Lucius, vt notat Bart. in l. liberorum ſub num.5.ff.de verbor.ſignif.l.Gallus.ff. de lib. & poſthum Ruin.conſ.129.numer.8.lib.3.* & poſt alios *Pereg.de fideicom.art.22.numer.47.* Verum etiam quia attenta altera eiuſdem declaratione ſub §.46. in qua ſemper & in qualibet parte, vbi de filijs mentionem habuit ſe intellexit, ac ſenſit de filijs maſculis per lineam maſculinam deſcendentibus, & ſic prædictus D. Comes Gabriel ſub negatiua conditione minimè comprælendi poteſt, cum ipſe
6 tanquam natus à Paride filio Dianæ ortæ ex Lucretia non
ex maſculina linea, ſed fœminina deſcendere dicatur. *Fuſar.de ſubſtit.q.346.n.31.Pereg.de fideicom.ar.26.ſub nu.9. Grat. diſcept.forenſ.cap.901.nu.22. Rota dec.417.num.4.par.1.& dec.33.nu.3.par.7.*

7 Et vlteriùs tollitur obiectio ex eo quia, dum Teſtator
totam deſcendentiam maſculinam diſpoſitiuè vocauit, & deinde in eius defectum alios admiſit per ea verba, *Et vltimo prædictorum omnium ſine filijs maſculis legitimis, & naturalibus, quandocumque decedenti &c.* ſub huiuſmodi condiõne cenſetur voluiſſe illos tantùm maſculos compræhendere, quos priùs diſpoſitiuè vocauerat, vt tradit *Ruin.conſ.131.num.15.vol 2. Menoch.de præſumpt.lib.4.præſumpt.84.numer.7.Capr.conſil 2.numer.31.Gabr.conſil.69.num.5.lib.2.Surd.conſ.564.num.7. verſ.& vbi, cum alijs relatis in Bononien.fideicommiſſi de Barberijs 5.Decembris 1650.coram Eminentiſs.D.Card.Corrado, & 19.Febr.1652.§.Quapropter coram bon.mem.Bichio.* In
8 conditione ſiquidem ſi ſine filijs maſculis quotieſcumque
agitur de eiſdem perſonis, ſemper ſubintelligitur repetita eadem qualitas maſculinitatis priùs in diſpoſitione expreſſa, vt diſtinguit *Ruin.conſ 134.num.19.& conſ.140.nu.6.lib.2.Mantic.de coniect.vltim.volunt.lib.6.tit.13.num.8. Rota coram Buratt. deciſ.272. numer.4. & ibi Adden.ſub num.19. verſ.item Rota*, vbi contrariæ opiniones conciliantur, *& alijs relatis in recent.deciſ.237.num.5 & 6.& ſeqq.par.5.*

Hinc minus aduerſatur exiſtentia Cæſaris Grati filij Olimpiæ, ac Hæredis Octauiæ Galaſſæ, quæ fuit hæres Alexandri Iunioris vltimo poſſeſſoris bonorum fideicommiſſi, Necnon Leonardi, Porfirij, & Franciſci filiorum Erminiæ, Lauræ, & Lucretiæ, quæ fœminæ vnà cum dicta Olimpia fuit filiæ Alexandri Senioris vocati ad fideicommiſſum, de quo agitur, nam cùm Teſtator

ſolos

Digitized by Google

ſolos maſculos per lineam maſculinam deſcendentes ad-
miſerit, vt mox oſtenſum fuit noo poſſunt ad illud aſpirare
9 dd. deſcendentes ex fœminis, cum fœmina ſit finis pater-
næ agnationis,& principium agnationis ſui Viri. *l. pronun-
ciatio, §. vltimo, ff. de verb.ſignif.* vbi notat Iuriſconſult.
*Curt. Iun. conſ.5.num.25. Peregr. de fideicomm.art.26.nu.
31.Rota deciſ. 453.n.5.par.2.& deciſ.405.nu.49.par.5.rec.*
10 Minus etiam releuat, quod dùm à Teſtatore non fuit
habita ratio conſeruandæ agnationis, maſculorum appel-
latione indiſtinctè veniant tàm maſculi deſcendentes ex
maſculis, quàm alij deſcendentes ex fœminis ſecundum
opinionem *Beccij conſ.185.num.9.vol.2.Surd.conſ* 308.
nu.2.Bellon. Iun.conſ.72.num.22.cum ſeqq.& aliorum re-
relatorum *in Bononien. ſucceſſionis 4. May 1646. §.ſed
quatenus coram bon mem. Bichio*; Nàm concluſio pro-
11 cedere poſſet quandò maſculinitatis qualitas ſimpliciter
eſſet requiſita, ſecus autem quando prout in hac facti ſpe-
cie, idem Teſtator vltrà dictam qualitatem voluit, quod
aſpirans ad fideicommiſſum ab eo inſtitutum deberet de-
ſcendere ex maſculis, per lineam maſculinam, quo caſu
12 maſculus ex fœmina ſuccedere nequit, cum linea maſcu-
lina à ſolis maſculis incipiat,& in ipſis ſemper conſeruetur,
ex Doctrina *Decian. conſ.7.num.30.& ſeqq.lib.1.& conſ.
127.num.11.& 12.lib.3.Cephal.conſ.664 num.24.Gra-
tian.diſcept.forenſ.cap.901.num.5.& 22.cum ſeqq.*& alijs
relatis dixit *Rota in Firmana Primogenitura 30. Maij
1657.§.neque contrarium,& 10. Ianuarij præteriti, §. ne-
que pateris cum ſeq.coram R.P.D. meo Veroſpio.*
13 Præterea nec refert, quod dd.filij fuerint poſiti in condi-
tione abſq; qualitate maſculinitatis, ſed ſimpliciter vltimo
maſculo decedenti ſine filijs maſculis fuerint ſubſtituti duo
Pueri adoleſcentes eligendi, & quod propterea noluerit
Teſtator ad ſolos maſculos in hac parte diſpoſitionem re-
ſtringere per ea, quæ notat *Ruin.conſ.93.num.15.verſ.non
obſtat etiam lib.2. Rota deciſ. 144.num.7.par.7.recent. in
Bononien. fideicomm. 30. Ianuarij 1640. coram Reueren.
Tarraconen. §.tandem, & coram Eminentiſſ. D.Card.
Ottobono. deciſ.252. num.* 8. Quoniam obiectum eliditur
14 tùm ex eo,quia Teſtator conſiderauit agnationis conſer-
uationem ſubſtituendo ſemper maſculos ex maſculis, &
exprimendo id facere pro cõſeruatione eius Domus agna-
tionis, & familiæ, vt legitur *in* §.25. Teſtamenti, ſicq; vi-
detur io quacumque parte diſpoſitionis ſolos maſculos ex
maſculis reſpexiſſe, quibus mediãtibus ſolummodò agna-
tio conſeruatur *Peregr.de fideicom.d.art.25.num.47.Rota
d.deciſ.237.nu.8.par.5.recent.* Tum etiam ex ſubſequuta
declaratione appoſita in eodem teſtamento *d.§.46.* vbi ad
tollendam quamcunque difficultatem,quæ oriri poſſet cir-
ca vocationem filiorum maſculorum expreſſè dixit, *ſe in
qualibet parte teſtamenti, vbi de filijs mentionem habuit
intellexiſſe de filijs maſculis, & per lineam maſculinam
deſcendentibus excepmando dumtaxat filios dd. Ludoui-
ca,ac Lucretia,& illorum liberos maſculos,& per maſcu-
los deſcendentes, vt ſupra vocatos, & non aliter, nec alio
15 modo*, quæ ſanè declaratio tanquam adiecta in fine totius
d.diſpoſitionis, benè demonſtrat, vt in ſingulis ſubſtitutio-
nibus ſiuè factis per modum diſpoſitionis, ſiue per mo-
dum conditionis ſemper excluſi intelligantur maſculi
ex fœminis, & ſolummodò admiſſi maſculi deſcendentes
per maſculũ ad *tex.in l.3.§.filius.ff de lib.& Poſth. Molin.
de Primog. lib.3.c.5.num.62.Fuſar. de ſubſtit.qu.403.nu.
37.Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.8.tit.11.num.9.Rot.
deciſ.203.5.p.2.recent.*
16 Neque applicari viſum fuit *conſ.Peregr.36.lib.1.* Quia
in eo caſu fœminæ quoque fuerant admiſſæ per Teſtato-
rem in alia parte Teſtamenti, & filij ſimpliciter fuerunt in
conditione poſiti nulla expreſſa qualitate maſculinitatis,
vt explicat idem Auctor ſub num.16.& 19.
Inſuper nec ſubſiſtit, quod qualitas maſculinitatis fuerit
requiſita in progreſſu lineæ, non autem in ingreſſu, nàm
17 contrarium protſus conuincitur ex eo, quod Teſtator vo-
cauit ſemper maſculos per lineam maſculinam, & ſic di-
ctam qualitatem in ipſomet ingreſſu exoptauit, vt præ cæ-
teris ponderauit Rota *in dicta Firmana Primogenit. 30.
Maij 1657.§.neque vrgere coram R.P.D.meo Veroſpio.*
18 Quo verò ad ea, quæ pro parte Seghetti detentoris ali-
quorum bonorum excipiebantur ſuper retentione melio-
ramentorum Domini nullam habuerunt rationem ad ef-
fectum impediendi petitam Immiſſionem, ſeù Aſſocia-
tionem competentem vigore dicti fideicommiſſi purifica-
ti ad fauorem Actorum, quibus in d.teſtamento §.65.
conceſſa eſt facultas capiendi poſſeſſionem propria aucto-
ritate, & abſque aliqua citatione, ſeù licentia Iudicis, vt
tradit *Afflict. deciſion. 326. numer.1. Rota coram Durano
deciſ.105.nu.2,* cum alijs latè congeſtis in *Romana Vineæ
ad Aquam Sanctam 28. Ianuarij 1643. coram Reueren-
diſſimo D.meo Decano*; Dum maximè ijdem offerunt illa
19 reficere poſt ſequutam eorumdem liquidationem præſtã-
do interim ſolitam cautionem in actu capiendi poſſeſſio-
nem per quam cautionem ſatis dicto Seghetto prouiſum
remanet, vt aliàs obſeruauit *Rota, & præcipuè coram Ca-
ualerio deciſ.54.num.1.& coram Eminentiſſ. D.Card.
Ottobono deciſ.227.num.12.*
Et ita in deciſis vtraq; &c.

R.P.D. Veroſpio Cæſarauguſtana fundationis Conuentus.
Veneris 6. Iunij 1659.

ARGVMENTVM.

Conuentus noui erectio, vt validè fiat quæ neceſſario
pro requiſitis expoſcat.

SVMMARIVM.

1 *Sententia dicuntur conformes, ſi vna confirmet alteram.*
2 *Sententia valida, & iuſta debet executioni mandari.*
3 *Fundatio alicuius noui Conuentus non eſt valida niſi in-
teruenias beneplacitum Apoſtolicum.*
4 *Ad fundationem noui conuentus requiritur tam bene-
placitum Apoſtolicum, quam aſſenſus Ordinarij.*
5 *Aſſenſus Ordinarij in fundatione conuentus noui in-
telligitur requiſitus præter alterum Summi Ponti-
ficis.*
6 *Parochus debet vocare in fundatione noui conuentus.*
7 *Confirmatio attribuit vires actus confirmatio.*

DECISIO LXVII.

NOui Cõuentus erectio in Oppido de Cariñena à Patri-
bus Capuccinis inchoata tribus huius Sacri Tribuna-
lis ſententijs obnoxia nullitati ſancita fuerat, ſuper quarum
conformitate, & executione poſt remiſſoriam iiſdem ex
irreleuantiæ fundamento denegatam, dubium hodiè pro-
1 poſui, reſolutum affirmatiuè. Conformitas enim ex vniua
ſententiæ confirmatione ab altera ſimpliciter edita optime
concluditur, vt poſt *gloſ. in clem. 1. de re iudic. notant
communiter DD. Socc. iun.conſ.74.num.2.lib.2.Cephal.
conſ.209. num.5. Aym. conſ.183 num.1.Surd. conſ. 102.
num.9.cum ſeqq.Gratian.diſcept.forenſ.cap.879.num.26.
Rot.deciſ.647.num.1.par.1.rec.& in Romana Cenſuum
27. Aprilis 1654. coram R.P.D. meo Beuilaqua.*& proin-
2 dè cum validitati, atque iuſtitiæ eædem probentur innixæ
debent executioni demandari ad *text. in l. 1. C. ne liceat
tertio prouocar.& in Clem.1.de ſentent.& re iudic.cap.ſua
nobis de appellat.vbi not.Deci.num.5. Alex.conſ 77.nu.1.
lib.2.Cephal.conſ.209.num.12.Rot.coram Creſcent.deciſ.
1. de ſentent.& re iudic.,& deciſ. 38. numer.1. cum ſeqq.
part.7.rec.*
Ipſarum enim validitatem acta reuoluta præſeferunt
iuxt. deciſ.Verall.260.par.2. Iuſtitia verò ex deciſionibus
hactenus editis in cauſa depromitur. Fundatio quippe
3 Conuentus in iis inualida ſancitur ex non adhibito Sedis
Apoſtolicæ beneplacito ad hunc effectum neceſſario *iuxt.
tex. in c.vnico de exceſſ.Præl. & in cap.religionum §. con-
firmatos, vbi not.Franc.& Gemin.in princ.de relig.domib.
lib.6. Clement.cupientes 3.de pæn* & tradit *Barboſ.de po-
teſt. Epiſcop.par.2. allegat.26. num.4. Rot. in Toletana
manutentionis 7. Februarij 1658. in §. non etiam coram
R.P.D. meo Meltio*, nec non etiam ex defectu licentiæ
4 Ordinarij Cæſarauguſtani, quæ vna cum Apoſtolicæ Sedis
aſſenſu copulatiuè requiritur, licet Sacri Concilij Triden-
tini

Digitized by Google

tini diſpoſitio in ſeſſ. 25. cap. 3. de regular. Ordinariorum conſenſum, quacunque beneplaciti Apoſtolici mentione poſthabita, expoſcat, vt declarauit Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium eiuſdem Concilij Interpretum, quam referunt *Campanil. in diuerſ. iur. Canon. rub. 12. cap. 13. num. 8. Barboſ. in c. vnico de exceſſ. Prælat. lib. 6. & de off. Epiſcop. par. 2. allegat. 26. num 4. Roderic. quæſt. regular. tom. 1. q. 23. art. 7. & tom. 2. q. 49. art. 3. in fin. Rot. in Cracouien. fundationis Monaſterij 19. Aprilis 1649. in primo §. cum ſeqq. & 20. Iunij 1650. coram R. P. D. meo Celſo.*

5 Hinc vrgere non poterunt Religionis Patrum Capuccinorum Conſtitutiones fundationem noui Conuentus permittentes in caſu, quo vna cum Ordinarij licentia Incolarum concurrat aſſenſus, Quoniam aſſenſus Ordinarij intelligi debet requiſitus præter alterum Summi Pōtificis, vt declarauit Sacra Congregatio in cauſa *Maioricen. relata in deciſ. huius cauſæ edita 18. Maij 1557. coram R. P. D. meo Beuilaqua*; Licet eadem ſtatuta ex ſanctæ mem.
6 Vrbani Octaui decreto cōfirmationis robur aſſumpſerint. Confirmatio enim actui confirmato vires reſpectu iuris dumtaxat attribuit, non tamen vltra ibidem contenta porrigitur ad *textum l. Aurelius §. 1. ff. de liberat. leg. cap. 1. & 2. de confirmat. vtil. vel inutil. Alex. conſ. 122. num. 20. vol. 4. Ruin. conſ. 97. num. 2. uol. 3. Surd. conſ. 330. num. 18. Rot. coram Seraph. deciſ. 981. num. 5. & deciſ. 177. num. 53. par. 5. recent.*

Et licet poſt denegatam ab Ordinario Cæſarauguſtano licentiam, Ordinarius Oſcen. ab Hiſpaniarum Nuncio delegatus, etiam Patribus Capuccinis indulſerit, non tamen eiſdem potuit ſuffragari, ex quo ob huiuſmodi denegatione ad Nuncium prouocare non poterant, ſed per modum recurſus Sacram Congregationem dumtaxat Epiſcoporum, & Regularium tenebantur adire, vt in Conſtitutione ſanct. mem. Gregorij XV. expreſſè ſancitur, inter impreſſas la 31. §. 4.

Pro validitate prætereà fundationis, Incolarum aſſenſus exigi debuerat, nec non Patrū quoque Minorum S. Franciſci de Obſeruantia, Conuentum incolentium ab eodem Oppido per quatuor mille paſſus nullatenus diſtantem, vt diſponit eadem Conſtitutio Gregorij XV. innouata per ſanctæ mem. Vrbanum Octauum inter cæteras impreſſas la 25. ac denique Parochi in eodem met Oppido degentis,
7 qui ex cauſa præiudicij, quod ſibi circa oblationes, & obuentiones poterat inferri, debuerat in noua fundatione vocari ad *text. in cap. paſtoralis de his, quæ fiunt à Prælat. ſine conſenſ. Capitul. Barboſ. de off. Epiſcop. par. 2. allegat. 26. num. 5. Ricc. in praxi for. Eccleſ. par. 4. reſolut. 298. nu. 2 cum ſeqq.*

Et ita altera tamen parte informante, altera verò licet pluribus citationibus laceſſita, informare recuſante, reſolutum.

R. P. D. Albergato Fulginaten. Dotis
Lunæ 23 Iunij 1659.

ARGVMENTVM.

Donatio ſemel perfecta nequit amplius reuocari, & quādo ſtatutarias ſolemnitates non expoſcat; ac licet omnium bonorum quibus in caſibus liberam teſtandi facultatem non auferat.

SVMMARIVM.

1 *Donatio perfecta non poteſt per aliam donationem reuocari in præiudicium donatarij.*
2 *Notarij acceptatio pro donatario operatur, ut donatio nequeat reuocari.*
3 *Solemnitates ſtatutariæ requiſitæ in donatione, non ſunt neceſſariæ in augmento dotis: neque in donatione ob cauſam, & facta contemplatione certi, & determinati matrimonij. num. 4.*
5 *Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum non impedit facultatem teſtandi, ſi donator ſibi reſeruauit uſumfructum amplia ut numer. 6. non comprahendit iura, actiones, aut nomina debitorum. n. 7.*
8 *Confirmatio addit tantum robur rei confirmatæ.*
9 *Fructus ex uſufructu reſeruato à donante, non ueniunt ſub diſpoſitione ipſius: de ratione. n. 10.*

DECISIO LXVIII.

IN concurſu duarum donationum, quarum prima contēplatione certi, & determinati matrimonii facta fuit ab Antonio Conſtantinæ eius Nurui, vt cum Ioanne Carolo contraheret: Altera verò ad fauorem fratrum de Vitelleſchis; exiſtimarunt Domini, primam ſuſtineri: quia cum
1 tempore præcedat, iam perfecta eſſet, & iuramento munita, iuſq. Donatariæ quæſitum; non potuit in eius præiudicium per ſecundam reuocari, ſed illa præualere debet. *l. perfecta. 4. C. de donat. quæ ſub mod. Clar. in §. donatio qu. 1. n. 13. Rota in Baren. donationis 5. Aprilis 1647 coram bon. mem. Dunozetto. §. 1. & ſeq. cum alijs in Tudertina donationis. 17. Iunij 1652. in princ. & 18. Maij. 1654. §. non obſtat. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.* Et irreuocabilitas magis ſubſiſtit in præſenti, quià ſecunda donatio facta fuit poſtquàm virtute primæ capta fuerat bonorum poſſeſſio à Donatarijs; & tamen ad hunc effectum ſola
2 Notarij acceptatio ſufficeret. *Rota poſt Merlin. de pign. deciſ. 50. ſub n. 3. & deciſ. 140. n. 6. & in Regien. bonorum. 23. Ianuarij. 1647. coràm Eminentiſſ. Card. Corrado. §. ac demum.*

Nullitas donationis; tanquàm factæ ſinè ſolemnitatibus, à ſtatuto requiſitis; non ſubſiſtit. Vel quià non agitur verè
3 de donatione, ſed potius de augumento dotis, aſſignato ad faciliorem concluſionem matrimonij, Sum. n. 1. ibi: *dedit in ſupradotem d. Conſtantinæ &c.* in quo contractu ſolemnitates ſtatutariæ non requiruntur. *Barboſ. in 1. par. leg. 1. nu. 26. ſolut. matrim. Gabr. conſ. 20. nu. 4. & 41. lib. 2. Altograd. conſ. 34. n. 8. 9. & 31. verſ. & multò magis. Gratian. diſcept. 647. n. 17. & ſeq. Rot. in rec. deciſ. 168. n. 7. & deciſ. 241. n. 1 par. 7. & in Romana Lucri dotis. 15. Maij. 1651. Coràm Reuerendiſſ. Taraconen. §. neque obſtat.*

Aut etiam, quia ſi verſaremur in donatione, adhùc non
4 requirebantur ſolemnitates: quià ſtatutum illas ſeruari mandans, non comprehendit donationes ob cauſam; nequè illas, quæ fiunt contemplatione certi, & determinati matrimonij. *Natta conſ. 609. nu 20. 31. & ſeq. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. gloſ. 29. n. 1. & ſeq. tom. 1. fol. mihi 592. Gratian. vbi ſuprà n. 22. & diſcept. 984. n. 25. Adden. ad Buratt. deciſ. 924. n. 17. Rota deciſ. 393. n. 5. par. 5. rec. & in Romana cenſus. 13. Iunij. 1646. coràm bon. mem. Pemingero. §. tollitur primo. & in d. Regien. §. poſtrema.*

5 Non obſtat, quòd Antonius liberam ſibi teſtandi facultatem abſtulit, dum omnia bona præſentia, & futura Conſtantinæ donauit. Primò quia reſeruauit ſibi vſumfructū, ex quo vel aliqua pecuniarum quantitas congregari, vel alia bona acquirere poterat, in quibus hæredem inueniret, *vt per Franc. deciſ. 594. ſub num. 12.* facultas etiàm firma
6 remanebat in bonis, quæ in teſtamento ad certos vſus pios deſtinauerat, quod ſufficit ad euitandam nullitatem ex capite impotentiæ teſtandi. *Roland. à Vall conſ. 65. n. 5. lib. 1.* benè *Surd. conſ 450. n. 54. & ſeq. lib. 3. Franc. dec. 168. n 3. Maſtril. deciſ. 273. n. 3. & ſeq. Rota in Rom. donat 17. Dec. 1640. coram Reueren. Tarraconen. §. vltimò ponderatum fuit, & in Bononien. fideicommiſſ. 4. Maij. 1648. coram R. p. d. meo Celſo. §. Et ex his.*

7 Secundò quià aſſignatio ad fauorēm Conſtantinæ licèt generalis ſit reſpectu bonorum præſentium, & futurorum; non comprehendit tamen iura, & actiones, aut nomina debitorum, de quibus poterat Antonius liberè teſtari. *Fontanell. d. claus. 4. Gloſ. 21. par 2. n. 43. fol 536. to. 1. Mamic. de tacit. lib. 13. tit. 29. nu. 3. Gail obſeru. 11. n. 10. lib. 2. cum alijs congeſtis in d. Tudertina Donationis 17. Iunij 1652. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano. §. quia prædicta. & 4. Iulij. 1657. coram Reuerendiſſ. Valiſſoletano. §. nec vlterius eſt dec. 15. n. 2 poſt Cutel. de donat.*

Et licèt in donatione confirmatum fuerit teſtamentum ad fauorem Conſtantinæ priùs conditum; non proindè donata dici poteſt hæreditas: quia de illa incidenter, & non

ex

ex profeſſo actum fuit; & confirmatio non alterauit natu-
8 ram teſtamenti: quod ſicut priùs, ità & poſt erat reuoca-
bile, quià per illam ſolum robur additur rei confirmatæ.
*Surd.conſ.330.n.18 Rota deciſ.219.nu.1.par.7.rec.& in S.
Seuerini hæreditatis. 20. May. 1658. coram R.p.d. meo
Celſo. §.firmato autem.*
Qua paritèr ratione excluditur, quòd fructus reſeruati
ob d. confirmationem teſtamenti contineantur in dona-
9 tione: Contrarium enim legitur in ipſo contextu donatio-
nis; & regulare eſt, fructus ex vſufructu reſeruato non ve-
nire ſub diſpoſitione Donantis. *Alex. in l. ſtipulatio hoc
modo concepta 61.num.18.ff.de verb.obligat.Crauet. conſ.
228. per tot. Surd.d.conſ.450.ſub n.54. verſ. nam etiam.
Cancer.var.reſol.lib.3.cap.2 ſub n.120.& ſeq.Rota coram
10 Duran. deciſ. 348.n.9.* vbi redditur ratio, quià aliàs reſer-
uatio eſſet fruſtratoria: *& in Romana Domus, ſeu fidei-
com.de Incoronatis.24. Ianuarij. 1646. coram bon. mem.
Peuting. in princ.*
Et ita vtraq. &c.

R.P.D. Priolo in Cauſa Capuana Abbatiæ.
Veneris 16. Ianuarij 1660.

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus compræhendi in fideicommiſſo capiente
iura, & actiones, primumque aquirentem ex titulo
oneroſo poſſe compræhenſis in acquiſitione præiudi-
care, & ex quibus hæreditatem integrè deberi ſubſti-
tutis colligatur; allato tandem intellectu ad tex. in c.
conſultationibus de Iurepatr. deciditur.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus tranſit ad fideicommiſſarium, quando fi-
deicommiſſum capit iura, & actiones: maximè iuncta
obſeruantia. n.5.*
2 *Primus acquirens ex titulo oneroſo poteſt præiudicare
comprahenſis in acquiſitione.*
3 *Qualitas hæreditaria, & ſanguinis ſi requiratur, debet
per neceſſe in vtraque parte concurrere.*
4 *Obſeruantia indicat pertinentiam iuriſpatronatus.*
6 *Fideicommiſſi vniuerſalitas ex quibus reddatur clara.*
7 *Fidecommiſſum particularis quando nequeat dici fa-
ctum.*
8 *Hæreditas integra vt tranſmittatur ad ſubſtitutos, ex
quibus colligatur.*
9 *Hæreditas eſt verbum vniuerſale, & expreſſiuum vni-
uerſi Iuris.*
10 *Dictio* ſignanter *non ſtat reſtrictiuè, ſed demonſtratiuè
pro maiori declaratione.*
11 *Status vltimus attendi debet ad iuſtificationem gratiæ
prouiſionis Apoſtolicæ.*
12 *Præſentandi quādo poſſeſſio, vt acquiratur in præiudicium
alterius, quid ſit opus.*
13 *Iuriſpatronatus poſſeſſio non tranſit ad hæredes ſine nouo
vſu, & exercitio illius: declara, & diſtingue, vt n.14.*
15 *Præſentatus à vero Patrono venit præferendus præſentato
à Patrono putatiuo, ſi antequàm fuerit deuentum ad in-
ſtitutionem, conſtitit de proprietate veri Patroni.*
16 *Inſtitutio præſentati quando non debeat negari, ſed con-
cedi.*

DECISIO LXIX.

QVIA pars Reuerendiſſimi Archiepiſcopi Rhodienſis
inſtetit iterum audiri contra deciſionem æditam ſub
die 5.Maij 1659. Altera verò D. Ioſephi Caetani proponi
cauſam ſuper inſtitutione ipſius, dato dubio, an ſit ſtādum,
vel recedendum à deciſis, & ſit inſtituēdus D.Ioſeph, DD.
perſiſtendo in deciſis reſoluerunt eum eſſe inſtituendum.
Nam reſpectu primæ partis concernentis iuſtificatio-
nem gratiæ Apoſtolicæ impetratæ à D.Archiepiſcopo, præ-
ſentatio in eius perſonam facta à D. Duce Sermonetæ
non poteſt eidem ſuffragari, quia cum Honoratus Caeta-
nus, qui Iuſpatronatus ex donatione Regis Alphonſi poſ-
ſidebat in vltima diſpoſitione voluerit vt in eius hæredita-
te ſuccederent per fideicommiſſum ſoli maſculi, fœminis
ſemper excluſis, licet D. Dux ſit maſculus, tamen quia de-
ſcendit ex Camilla fœmina remanet excluſus à iurepa-
1 tronatus, quod tranſit in fideicommiſſarium, quando,
prout hic fideicommiſſum capit etiam Iura, & actiones
vt limitando contrariam regulam *in l. quia perinde §.reſti-
tuta, ff.ad Trabell.aduertit Molin.de primog lib.1 cap.24
à num.5. Rot. deciſ. 206.num.15.par.7.& in ſpecie in Cra-
couien. Præpoſitura 4.Maij 1646.coram R.P. D.meo Vero-
ſpio,* aliiſque relatis *in priori deciſione, §. Etſi enim com-
probata in Romana Iuriſpatronatus 12. Decembris præte-
riti coram Reuerendiſſ. D.meo Cerro Decano.*
Non obſtat, quod Honoratus non potuerit præiudicare
Camillæ cōpræhenſæ in donatione Iuriſpatronatus facta
2 à Rege. Primo quia tanquam primus acquirens, & Dona-
tarius ex titulo oneroſo ob impenſas, & egregia ſeruitia
Regi præſtita quorum intuitu Rex aſſeruit ſe Ius Patro-
natus elargiri potuit gratificando maſculis, fœminis, qua-
tenus eſſent compræhenſæ, præiudicare iuxta diſtinctio-
nem *Bart.in l.1.numer.32.C. per quas perſon. nob. acquir.
idemque docuit Crot. in l. qui Romæ, §. Duo fratres num.
143.ff.de verb.oblig..& in conſ.124.col.penult. Gozadin.
conſ.75.num.11.& 14.Cyriac. contro.Forenſ. cap.469.nu.
56.& 57.Rota coram Merlin.deciſ.85.num. 15.& deciſ.
438.num.1.* & in his terminis *Ronit. conſ. 106.numer.22.
& ſeqq. lib. 2.*
Secundo, & principaliter, quia Iuſpatronatus fuit ab
eodem Rege conceſſum Honorato, ſuiſque hæredibus, &
ſucceſſoribus de ſuo corpore legitimè deſcendentibus, at-
3 que ideò exigens vtramque qualitatem hæreditariam ſci-
licet, & Sanguinis in Camillam tranſire minimè potuit
deficiente in ea dicta qualitate hæreditaria *Pariſ.conſil.48.
numer.9.lib.4. Lotter.de re benef.lib.2 quæſt 11.num.41.
& dixit Rota coram Seraphin.deciſ.456.num.4.in rec.de-
ciſion. 112.num eodem & deciſ.267.num.3.par.6.*cum aliis
allegatis *in Bononien. beneficij 26. Februarij 1652. coram
R.P.D. meo Albergato, & in alia deciſione, § Dictaque
Teſtatoris voluntati.*
Comprobatur ex obſeruantia, quia ſpatio tanti tempo-
ris nunquam fœminæ præſentarunt, quamuis ex arbore
hinc inde admiſſa conſtat adfuiſſe Vitoriam Duciſſam
Laurini, eiuſque deſcendentes, ſed ſemper præſentationes
fuerint factæ ab hæredibus fideicommiſſariis, nempe de
anno 1521., quo tempore Honoratus Iunior præſentauit
Nicolaum Caetanum, de anno 1576. Ludouicus, & Al-
phonſus filij Scipionis Nepotis, ex altero Ludouico filio
dicti Honorati præſentarunt Bernardinum de Mendozza,
& iterum prædicti fratres de anno 1594. præſentarunt
Henricum Caetanum, quæ obſeruantia plurimum ope-
4 ratur non ſolum ad effectum pertinentiæ, *Rot.coram Bu-
ratt.deciſ.183.numer.22. in Maioricen. Beneficij 27.Iunij
1648. coram bon.mem.Bichio,* & fuit in alia ponderatum,
§. Dictaque verſ. addita obſeruantia, ſed etiam iudicandi
5 Iuſpatronatus fuiſſe compræhenſum in fideicommiſſo, vt
deduxit *Rota in Cremonen. Præceptoria 23. Maij 1644. §.
Nec releuat coram Eminentiſſ. D.Cardinali Corrado.*
Nec ſubſiſtit, quod fideicōmiſſum ſit particulare reſpi-
ciens tantummodo bona fœudalia, non autem bona libe-
ra, in quo conſiſtebat hodie totus neruus ſcribentium pro
D. Archiepiſcopo. Quoniam contrarium apparet ex te-
6 nore Teſtamenti, in quo Honoratus, hæredibus omnium
ſuorum bonorum, Iurium, & actionum, nec non bono-
rum fœudalium inſtitutis Honorato Iuniore, & Iacobo
Maria nepotibus, grauauit eos, & deſcendentes perpetuo
fideicommiſſo maſculino cum onere dotandi fœminas,
Itaut vniuerſalitas fideicommiſſi ſit clara, & indubitabilis,
cùm hæc diſpoſitio importet ſubſtitutionem vniuerſalem
ex notatis per *Pariſ.conſil.43.numer.58.& 59.lib. 3 Surd.
deciſ.269.numer.16.& 17.* & dictum fuit *in Mediolanen.
Iuriſpatronatus 18. Iunij 1657. coram Reuerendiſſ. Præſi-
de Valliſoletano.*
Cui non aduerſatur, quod in prima parte Inſtitutionis
diſponens de bonis liberis, mobilibus, & ſtabilibus, pecu-
niis, auro, & argento, Lapidibus prætioſis, debitis, recol-
ligentiis Iuribus, & actionibus ea diuiſerit inter dictos hæ-
redes

Digitized by Google

redes Iocalia ſcilicet pro duabus partibus ad fauorem Ho-
norati, & pro reliqua tertia ad fauorem Iacobi Mariæ, in
alijs verò bonis, vnumquemque pro medietate inſtitueret
præter infraſcripta legata, & fideicommiſſa. Nam id nihil
aliud præſefert, niſi quod æqualitas non eſſet in om-
nibus bonis, ſed vnuſquiſque ex hæredibus haberet Iure
Inſtitutionis bona ſibi relicta, non autem inducit aliquod
7 fideicommiſſum particulare ſuper bonis fœudalibus, dum
poſt factam inſtitutionem tam bonorum burgenſaticorū
mobilium, Iurium, & actionum, quam bonorum Iuriſdi-
ctionalium indefinitum, & vniuerſale fideicommiſſum
ſubſequitur adnotata per *Pariſ. dicto conſil. 43. numer. 99.
lib 3. & Bellon. Iun. conſil 56. numer. 12.*
Quod omnimodam comprobationem aſſumit ex eo,
quod Teſtator in caſum, quod nullus ſupereſſet maſculus
legitimus, & naturalis de linea recta ipſius, ad quem eius
hæreditas deuenire deberet, in dictis bonis ſuis vocauit
8 Regem Siciliæ; vnde patet ipſum noluiſſe diuidere hære-
ditatem, ſed illam integraliter ad ſubſtitutos voluiſſe tranſ-
mitterere, nàm aliàs non poſſet eius hæreditatis ad Regem
integra deuenire, vt ratiocinatur *Rota in prima deciſ. §.
Et nihilominus in Tiburtina fideicommiſſi 25. May 1646.
& 14. Ianuarij 1647. coram bon. memor. Arguegl. es in
Romana fideicommiſſi de Zeffiris 4. Iulij 1646. coram bon.
mem Bichia in Terracinen. fideicommiſſi de Piloreijs 10.
May 1648. coram Reuerendiſſimo Terracinen. in Bono-
nien. fideicommiſſi de Guidottis coram dicto Arguegl.es,
& coram Eminentiſſimo D Cardinali Otthobono deciſion.
177. num. 7. & 8. & notat Anchar. conſ. 27. à principio.*
9 Idemquè denotat nedum verbum (Hæreditas) quo Te-
ſtator vſus eſt ibi, ad quem eius hæreditas deuenire debe-
ret, quod eſt vniuerſale, & expræſſiuum vniuerſi iuris
*l. nihil eſt aliud. 24 ff. de verb. ſignif. l. hæredit. 63. ff. de reg.
iur. Rot. deciſ. 203. nu. 9. coram dicto Eminentiſſ. Card. Ot-
thobono*; Sed pariter infert mentio Caſtorum, & bono-
rum fæudalium ſtatim habita cum dictione (ſignanter) ibi,
quod in dictis bonis, & ſignāter in ſupradictis Caſtris ſuc-
10 cedat Rex Siciliæ quæ implicat etiam bona libera, & bur-
genſatica antea enunciata, nec ſtat reſtrictiuè, ſed demon-
ſtratiuè pro maiori declaratione *l. final. vbi gloſ. ff. de liber.
exhib. cap. pro humano vbi gloſ. & DD. de homicid. in 6.
Rot. dicta deciſ. 203. coram eodem Eminentiſſimo Cardi-
nali Otthobono Grat. diſceptat. foren. cap. 404. numer. 5. &
tradit Barboſ. dict. 277. num. 3.*
Nec releuat, vt in alia replicabatur, quod Papa per ex-
præſſionem medietatis vocum ad fauorem Archiepiſcopi,
qui aſſeruit ſe præſentatum ab altera medietate intellexe-
rit de Patronis exiſtentibus in quaſi poſſeſſione præſentan-
11 di, & ita debeat attendi vltimus ſtatus, vt fieri ſolet ad ef-
fectum iuſtificationis gratiæ prouiſionis Apoſtolicæ iuxta
cap. conſultationibus de Iurepatr & dixit *Rot. deciſ. 471.
num. 20. & 21. par. 4. tom. 2. rec. & in Lucana Iuriſpatrona-
tus 17. May 1658. coram R. P. D. meo Celſo.*
Siquidem admiſſo etiam hoc intellectu, Gratia dici non
poteſt iuſtificata, quia D. Dux Sermonetæ numquam ha-
buit dictam quaſi poſſeſſionem præſentandi, & quaſi poſ-
ſeſſio Camillæ Matris, licèt præiudicauerit Duci Franciſco
12 illam admittenti ad præſentandum, moderno autem D.
Duci Laurenzanæ venienti ex propria perſona præiudica-
re non potuit ad notata per *DD. in cap. 1. de Iurepatr. in 6.*
cum alijs in antecedenti deciſione allegatis. Præſertim non
probata ſcientia, & patientia illius, vt opus eſſet etiam ad
effectum, vt intret diſpoſitio *dicti cap. conſultationibus
Rot. deciſion. 197. num. 40. par. 5. rec. coram ſanct. mem.
Gregor. deciſ. 417. num. 2. in Virdunen. Iuriſpatronatus 22.
Iunij 1636. coram Reuerendiſſ. Tarraconen. & in Bonon.
Beneficij 26. Februarij 1652. coram R. P. D. meo Al-
bergato.*
13 Vltra quod defuncta Camilla non potuit in Ducem
Sermonetæ filium, & hæredem continuare talis poſſeſſio
ſine nouo vſu, & exercitio Iuriſpatronatus, vt tradit *Lot-
ter. vbi ſupra quæſt. 11. num. 114. lib. 2. & ſequitur Rota de-
ciſion. 471 num. 6. par. 4. tom. 2. recent. coram Duran. deciſ.
62 num. 6. & 14.* cum pluribus adductis *in prima deciſione
§ ſiquidem*, & nouiſſimè *in Meleuitana Iuriſpatronatus*
14 *1. Iunij præteriti coram R. P. D. meo Beuilaqua*. Non
ſuffragante quod hoc procedat quoad factum vt ſcilicet
poſſeſſio non tranſeat ad hæredem quoad effectum manu-
tentionis, non autem quoad effectum pro iuſtificatione
pertinentiæ Iuriſpatronatus; Quia diſtinctio recipitur vbi
conſtat de pertinentia Iuriſpatronatus fauore defuncti, qui
reperiebatur in quaſi poſſeſſione præſentandi, & viceuer-
ſa non apparet de bono iure, & proprietate ad fauorem
alterius, prout in caſu deciſionis *in Placentina Cappella-
niæ 30. Aprilis 1615. coram bon. mem. Coccino, in Aſcu-
lana Iuriſpatronatus prima Iulij 1650. & in Aquilana
Iuriſpatronatus prima Februarij 1651. coram Reuerendiſ-
ſimo D. meo Melzio Epiſcopo Papien.* Secus autem vbi
conſtat de anteriori, & contrario ſtatu Iuriſpatronatus, &
de pertinentia veri Patroni, vt in præſenti, cum D. Dux
Laurenzanæ concludenter doceat de iure ſuo excluſiuo
totaliter Iuris D. Ducis Sermonetæ vt admittit *Rota in di-
cta Placentina Cappellania coram Coccino, §. Et ita di-
cendum in fine.* & ita declarauit *in Faſulana Parochialis
coram Pirouano deciſ. 37. num. 4. & 5. par. 6 recent.*
Præterea ceſſat diſpoſitio dicti *Textus in cap. conſulta-
tionibus*, dum nòn conſtat de quaſi poſſeſſione præſentan-
di acquiſita per D. Ducem Sermonetæ, & D. Archiepi-
ſcopus ab ipſo præſentatus non fuit adhuc inſtitutus, quia
Textus diſponit quidem quod inſtitutus ad præſentatio-
nem non veri Patroni exiſtentis in quaſi poſſeſſione præ-
ſentandi non poſſit remoueri etiamſi poſtea conſtet de bo-
no iure alterius, ſed nullo modo quod præſentatus ab illo
15 debeat præferri, ſi antequam fuerit proceſſum ad inſtitu-
tionem de proprietate veri Patroni conſtiterit, Tunc enim
præſentatus à vero Patrono venit præferendus præſenta-
to à Patrono putatiuo, non attento vltimo ſtatu, vt diſtin-
guunt *DD. in dicto cap. conſultationibus*, & ibi, *Abb. num.
9. Dec. conſ. 127. numer. 1. Rot. deciſion. 167. numer. 10. par.
2. diuerſ. coram Penia deciſ. 374. numer. 4 par. 1. recent.* &
vltra relatas in alia deciſione *§. Hinc patet in Sulmonen.
Beneficij 25. Ianuarij 1647. coram bon. mem. Peutingerio,
& in dicta Meleuitana Iuriſpatronatus cor. R. P. D. meo
Beuilaqua.*
Ex præfatis, & alijs fundamentis deductis in præterita
deciſione facilis fuit reſolutio quoad inſtitutionem Domi-
ni Ioſephi (quæ erat altera pars dubij) Nam ipſe docuit ſe
16 præſentatum à D. Duce Laurenzanæ intra legitimum
tempus, & probauit ſe eſſe Clericum, & habilem ex atte-
ſtatione Ordinarij, de pertinentia Iuriſpatronatus patet ex
deductis; De vacatione verò Beneficij non dubitatur. Qui-
bus concurrentibus meritò eſt inſtituendus *cap. decerni-
mus, & cap. Monaſterium 16 quæſt. 7. Rota deciſion. 337.
numer. 1. par. 2. recen. coram Penia deciſio. 1674. eodem nu.
Eminentiſſimo D. Cardinali Otthobono deciſion. 236. pari-
ter numer. 1. & in Lucana Iuriſpatronatus 3. Iunij 1647.
coram Reuerendiſſimo Terracinen.* & ſæpè in alijs.
Et ita vtraque parte informante deciſum fuit.

Reuerendiſs. D. Cerro Decano Neapolitana Hæreditatis.
Veneris 30. Ianuarij 1660.

ARGVMENTVM.

Hæreditas cum onere adimplendo delata, quando adhuc
non implemento ſequuto remanere debeat penes hæ-
redem, & ad hoc, vt priuationi illius ſit locus, quæ
requirantur.

SVMMARIVM.

1 *Pœna priuationis nunquam incurritur ſine dolo, & ma-
litia: appoſita in vna parte teſtamenti non trahitur ad
aliam, n. 7.*
2 *Pœna vt euitetur ſufficit qualibet cauſa etiam iniuſta.*
3 *Non implementum, & ſi conſiſtens in negatiua, eſt ab al-
legante probandum.*
4 *Tranſactio nequit fieri ſuper bonis alienari prohibitis, ea
dimittendo, declara, vt n. 5.*
6 *Prohibitio alienandi non includit alienationem vtilem,
& neceſſariam.*

8 *Clau-*

8 *Clauſula*, & non aliter, nec alio modo *in ſubſtitutione quid operetur.*
9 *Calculo vtens debet illum acceptare tàm in partibus fauorabilibus, quàm damnoſis.*
10 *Pœna priuationis expreſſa in vno caſu non trahitur ad alium.*
11 *Teſtatoris voluntas, & diſpoſitio pro lege eſt ſeruanda.*

DECISIO LXX.

NOBILIS Mulier Foelix Maria Vrſina Duciſſa Graninæ hæredes vniuerſales ſibi ſcripſit Domum, & Patres S. Mariæ in Porticu Burgi Chiaiæ Ciuitatis Neapolis Congregationis Matris Dei cum onere erigendi in dicto loco Chiaiæ ſtatim ſequuto eius obitu Domum Nouitiatus formati pro viginti Nouitijs iuxta Conſtitutiones Religionis, addita ampliſſima prohibitione alienandi, & in caſu non implementi, ſeu contrauentionis ſuccedere voluit in ſua hæreditate Domum, & Patres Miniſtraotes Infirmis pariter Ciuitatis Neapolis, vt latiùs *in Summario impreſſo Patrum S. Mariæ in Porticu num. 1. & 2.*

Verùm quia Patres Miniſtrautes Infirmis ſupponentes factum eſſe locum ipſorum vocationi ob multas contrauentiones longa ſerie in facto deductas, quæ tamen reducuntur ad tres magis conſiderabiles, & cæterarum ferè cõplexinas, nempè quod Patres B. Mariæ erigi non curauerint Nouitiatum iuxta præceptum, & enixam voluntatem Teſtatricis, & duas alienationes fecerint tranſigendo cum Duce Ferdinando Vrſino de Biſignano, & cum Octauio Blanco, petebant immiſſionem, quam Rota cenſuit non eſſe concedendam, quia non probatur defectus implemé-
1 ti, nec contrauentio, & quod magis eſt, non iuſtificatur dolus, nec malitia, ſine quibus nunquam incurritur pœna priuationis. *Dec. conſ. 273. num. 2. verſ. & primò non eſt, Hondeá. conſ. 58. num 35. lib. 1. Menoch. conſ. 214. nu. 42. & conſ. 728. num. 15. Rota deciſ. 429. num. 3. par. 4. diuerſ. coram Merlin. deciſ 491. num. 1. & coram Eminentiſſ. D. Card. Otthobono deciſ. 110. nu. 13.* Et quælibet cauſa etiam
2 iniuſta ſufficit, vt huiuſmodi pœna euitetur, *Eugen. conſ. 53. num. 36. lib. 2. Gabr. conſ. 90. nu. 26. & ſeqq lib. 2. Hond. conſ. 58. num. 37. cum ſeqq. lib. 1. Marcobrun. conſ. 36 nu. 45. Menoch. conſ. 903. num 11. ſan. mem. Gregor. deciſ 388. num. 4. Buratt. deciſ. 182. numer. 25. cum alijs allegatis in Bononien fideicommiſſi de Rubeis 23. May 1644. coram Eminentiſſ. D. Card. Corrado §. Primò quia plures.*

Non probatur inquam defectus implementi circa erectionem Nouitiatus, quia aſſerta confeſſio Patrum B. Mariæ, & relatio Architecti ad huoc effectum relatæ *in Summar. Actorum num. 13. & 14.* non iuſtificant plenè, & concludenter (vt opus eſt in hac facti ſpecie) negatiuam erectionis, quinimmò ex dicta confeſſione contrarium potiùs educitur, dum dicitur, ibi, *Si è ancora incaricato all'eſponente, che eſſo debba fare la ſpeſa della ſudetta fabrica, la quale già incominciata non ſi è potuto finire per non eſſerci ſtato ſufficiente denaro à ſodisfare li peſi hereditarij in conformità del diſpoſto nel Teſtamento &c. dicto Summario impreſſo numer. 17.* Hinc enim vel huiuſmodi confeſſio retorquetur, vel ſaltèm nulla ex ea elici poteſt iuſtificatio,
3 quæ proſit Actoribus, qui de iure tenentur iuſtificare non implementum, & contrauentionem, quamuis in negatiua conſiſtat, per probationes plenas, & neceſſariò concludentes, alias audiri non debent. *Bart. conſ. 137. num. 3. in fine verſ. ſuper quarto lib. 1. Cyriac. controu. 289. num. 16. & ſeqq. Card. Seraph. deciſion. 889. num. 1. & 2. ac per totam, Rota in Calagurritana Capellæ de Alberite 14. Decembris 1592. coram Gypsio apud Marcheſ. de Commiſſ. par. 1. fol. 122. num. 1. & ſub nu. 4. verſ. Quoniam aduertendum eſt.*

Concurrentibus preſertim cauſis excuſationis, quæ optimè reſultant, tum ob lites ſtatim ſubortas in adipiſcenda poſſeſſione *dicto Summario impreſſo num 4. & 5.* tum ex ſatis noto populari tumultu Ciuitatis Neapolis de anno 1648., tum etiam ob ſubſequutam Conſtitutionem Innocentij Decimi prohibentem Nouitiorum receptionem, ob cuius reſiſtentiam pluries fuit inſtitutũ pro licentia apud dictum Pontificem, ſeu penes Sacram Congregationem ab eodem deſuper deputatam, quæ illam conceſſit anno 1651. pro admictendis ad profeſſionem ſex Nouitijs ante Conſtitutionem receptis, & pro recipiendis ad habitum alijs tribus dumtaxat, pro vt recepti fuerunt; Renouatiſque precibus apud Sanctiſſimum Dominum Noſtrum Alexandrum VII. etiam in plena Signatura Gratiæ placuit Sanctitati Suæ priùs concedere Patribus dilationem pluriès deinde prorogatam ad adimplendum Teſtatricis voluntatem, & vltimo loco anno 1658. licentiam impartiri recipiendi decẽ Nouitios, qui illicò fuerũt recepti *d. Summario impreſſo numer. 19 & 20.* Indè enim dum Patres B. Mariæ omnes poſſibiles diligentias adhibuerunt, prætendi nequit, quod dolosè, & malitiosè non impleuerint, pro vt neceſſarium eſt ad incurrendam pœnam priuationis, atque ab ea excuſantur, dum non solùm non concurrit cauſæ iniuſtitia, quæ ſufficit, ſed probabiles, & iuſtæ excuſationis rationes afferuntur *ex iuribus ſuprà allegatis.*

Accedente etiam ſententia abſolutoria lata anno 1652. ad ipſorum fauorem in Tribunali Reu. Fabricæ S. Petri Neapolis aduersùs pretenſam inobſeruantiam poſt præceptum ſoluendi eidem Fabricæ ſcuta 5070. *dicto Summar. impreſſo num. 9.* quæ propterea certè excludit doloſum, & malitioſum non implementum; Et quamuis in ea moneãtur Patres, vt in futurum adimpleant, huiuſmodi tamen monitio nõ ſupponit de præterito incurſam fuiſſe culpam, de qua hodie principaliter agitur, ſed dumtaxat reſpicit tempus futurum in verbis expreſſum, quo inſpecto Patres omnia ex parte ſua impleuerunt.

Minuſuè iuſtificatur contrauentio, ex quo Patres S. Mariæ anno 1650. præuia Tranſactione relaxauerint Duci
4 Ferdinando Vrſino creditum hæreditarium ſcutorum 18. mil. Quamuis enim ſuper bonis alienari prohibitis non licet tranſigere ea dimittendo *ad text. in l. non ſolum C. de*
5 *præd. & alijs reb. minor.* hoc tamen procedit, quando prohibitus alienare poſſidet omnia bona hæreditaria prohibẽtis, tunc enim ſi per tranſactionem aliqua dimittit, verè alienat, & prohibitioni, ac præcepto Teſtatoris contrauenire videtur. At ſecus eſt, quoties omnia bona hæreditaria, ſeu illorum maiorem partem non poſſidet, ſed ab alijs occupantur, & prætenſiones per occupantem deductæ ſaltèm reddunt dubium, perplexum, & euentuale ius ipſum hæreditarium; hoc enim caſu ſi tranſigendo aliqua dimittit, & maiorem partem pro hæreditate recuperat, dicitur acquirere, non autem alienare, nec diſtrahere, vtileque negocium pro hæreditate gerere. *Caphal. conſ. 375. num. 30 cum ſeqq. Surd. conſ. 451. num. 25. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 708. nu. 10 & 12. Rota coram Merlino deciſ. 767. num. 11. & 12.*

Hic autem eſt caſus noſter, qui maior pars ſubſtantiæ hæreditatis impediebatur à Duce Ferdinando mediante ſequeſtro appoſito 1. *Februarij 1637. dicto Summ. impreſſ. dicto numer. 4. & 5.* cuius poſſeſſio à Patribus non potuit vnquam obtineri, niſi poſt Tranſactionem; Ille verò vnà cum Conſanguineis prætendebat ſubiecta eſſe fideicommiſſo, & Conſuetudini Neapolitanæ tam bona hæreditaria, quam donata, & hoc iure ea vindicare intendebat; Vnde niſi ad Tranſactionem Patres deueniſſent, ſed per ſententiam Iudicis finem litis expectaſſent, ſiue contraria, ſiue fauorabilis foret, vndique adfuiſſent anguſtiæ, nam primo caſu ſequuta declaratione pro fideicommiſſo, & præfata Conſuetudine, bona ſpectabant, ad Ducem, & Conſanguineos, nihil verò, vel quid minimum conſequi poterant Patres vti hæreditarium Duciſſæ, & bona donata, pro quorum manutentione ipſa obligauerat hæreditaria, dimittere coacti fuiſſent; Secundo verò caſu, quatenus fuiſſet declaratum non extare fideicommiſſum, ſed bona eſſe libera, excludebantur quidem Dux, & Conſanguinei, ſed aperiebatur via Creditoribus Ducis Michaelis Antonij Vrſini (in cuius hæreditate controuerſa bona fuerant, & poſt cuius mortem ad Duciſſam peruenerant) qui pretendendo credita aſcendentia ad Ducatos 150. mil. & vltra, omnia bona donata, & hæreditaria, vel ſaltèm maiorem illorum partem occupaſſent; Vnde vtiliùs, & prudentiùs fieri non potuit, quàm non expectato litis fine ad Tranſactionem deuenire, ex qua dimiſſo tantùm credito,

seu

Digitized by Google

ſeu cenſu ſcutorum 18.mil. (idque ſub pluribus obligationibus, conditionibus, & pactis etiam reſolutiuis ſauore Patrum, & hæreditatis,) ipſi conſequuti fuerunt hæreditatem, & bona omnia etiam cum iuribus fideicommiſſi à Duce Ferdinando ceſſis iàm proprio, quàm conſanguineorum nomine *dicto Summ. impreſſo num.6.* quibus mediantibus aduersùs præfatos Creditores Michaelis Antonij validè hæreditatem tueri poſſunt; Ideoque quatenus e-
6 tiam præfata dimiſſio aliquam præſeſerret alienationem; attamen tanquam alienatio nedum vtilis hæreditati, ſed etiam neceſſaria nullatenus cenſetur prohibita, quamuis prohibitio ſit ampla, *Socc. Iun. conſ.28 num.5 & ſeq. lib.2. Alb. conſ.97. num. 13. cum ſeqq. Hond. d. conſ. 58. num. 33. lib.1. Crot. conſ.65. num.15. & ſeq. lib.1. Molin. de primog. hiſpan. lib.4. cap.9. nu.25. verſ. quod ſi ea tranſactio, Fuſar. de ſubſtit. quæſt.718. num.59. & 71.*

Minùs etiam obſtat alia tranſactio facta cum Octauio Blanco ſuper cenſu ducatorum 5600. per ipſum proprio nomine empto: Quia in ea nil prorsùs Patres alienarunt, ſed acquiſiuerũt ratam ſortis principalis dicti Cenſus ſcutorum 1600. & alios ducatos mille pro fructibus decurſis; nullo enim modo iudicialitèr huiuſmodi quantitatem Patres conſequi potuiſſent, cum obſtaret prohibitio Teſtatricis, & non haberent iuſtificationes, quod cenſus fuerit emptus pecunijs ad Duciſſam ſpectantibus: Nec momenti eſt ſententia A.C. reſeruans iura Patribus agendi contra Octauium pro recuperatione pretij dicti Cenſus, quia intelligitur pro vt de iure, quatenus ſcilicet id iuſtificare poſſent, ac reſpectiuè agere, & non aliàs. Et ſic nec refert promiſſio facta in Tranſactione de non moleſtando Octauiũ pro vlteriori illius reſtitutione; nam remanet inutilis, dum re vera eum legitimè moleſtare nequeunt.

Prætenſio autem, quòd ex forma Teſtamenti Duciſſæ non potuerint Patres cum eo litigare, non facit ad rem pro obtinenda immiſſione; quia in caſu contrario nulla fuit
7 adiecta pœna priuationis, quæ appoſita in vna parte teſtamenti non trahitur ad aliam. *Dec. dicto conſ. 273. num. 3. Marcobrun. dicto conſ.36. num. 75. ad finem cum ſeq. Engen. dicto conſil.52. num 12. & ſeq. lib.2. Surd. conſ.559. numer. 6.* Et Actores non ſunt ſubſtituti in hoc caſu, ſed in alijs ibi, *di alienatione, vendita, diſtrattione, obligatione,*
8 *ò applicatione*, cum clauſula, *e non altrimente, ne in altro modo &c.* quæ operatur, vt ſubſtitutio in alijs caſibus dicatur denegata, *vt in ſimili Card. Seraphin. deciſ. 838. numer. 7. & 8.*

Et ita vtraque &c.

Neapolitana Hæreditatis.

Veneris 25. Iunij 1660.

PRætextu quod Patres B. Mariæ in Porticu Neapolis non curauerint erigi Nouitiatum iuxta præceptum, & enixam voluntatem Nobilis Mulieris Fœlicis Mariæ Vrſinæ Duciſſæ Grauinæ Teſtatricis, quòdque duas ſecerint alienationes, tranſigendo cum Duce Ferdinando Vrſino de Biſignano, & cum Octauio Blanco, Patres Miniſtrantes Infirmis eiuſdem Ciuitatis ſupponentes exindè factum eſſe locum ipſorum vocationi, iudicialiter contra eos petierunt immiſſionem in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum dictæ Duciſſæ, ſed Rota *die 30. Ianuarij præteriti*, vtraque Parte informante, exiſtimauit immiſſionem non eſſe concedendam ex rationibus in deciſione deductis, ex quibus pro illius confirmatione hodie reſponſum fuit.

Et reſpectu erectionis Nouitiatus non refert, quòd Patres B. Mariæ *à die 2. Februarij 1647.* per totum menſem Auguſti 1651. ex bonis hęreditarijs exegerint ſcuta 30514. quæ non poterant in aliam cauſam conuerti antequàm Domus Nouitiatus erigeretur.

Quoniam ex calculo ab iiſdem Patribus exhibito in Tribunali Fabricæ S. Petri Neapolis, ex quo deſumitur confectio dictæ exactionis, apparet etiam dictas pecunias ab eis erogatas fuiſſe partim in expenſis funeraliũ, litium, æris alieni hæreditarij, fructuum cenſuum paſſiuorum per totum dictum menſem Auguſti, legatorum pro vnica vice, & aliorum annuorum, ac pro bonn[illegible] hæreditatis, *Summ. nu.1.* quæ omnia erant præferenda erectioni Nouitiatus, vt ex Teſtamento impreſſo *pag.3. lit. M. N. & R. ac pag.14. lit. T. 2. & Z.3* & partim in fabrica ipſius Nouitiatus, alimentis Nouitiorum, ac in emptione mobilium, & ſuppellectilium pro eo neceſſariorum; ita vt pro adæquatione dictæ quantitatis ſcutorum 30514. nõ ſuperfuerint in capſa de tempore dati computi, niſi ſcuta 116. *vt in d. Sum. d. num.1.* Dùm enim Patres Miniſtrantes Infirmis
9 dicto calculo vtuntur ad eliciendam confeſſionem Patrũ B. Mariæ circa exactionem, tenentur etiam illum acceptare reſpectu exitus earumdem pecuniarum exactionibus contrapoſiti, & connexam cauſam habentis, licèt diuerſo tempore peracti, dum præſumptionem iuris non habet contra ſe, *iuxta Theoric. Bart in l. Aurelius §. Idem quæſit. num.1 & 2 ff. de liberat. legat. Cyn. in l. vnic. quæſt.13. C. de confeſſ. Menoch. de arbit. lib.2. centur.1. caſ.93. nu.19. cum ſeqq. Surd. deciſion.258. num.4. cum ſeqq. & ſignanter numer. 10. & 11.*

Reſpectu verò alienationum, aliarumque contrauentionum, quæ in idem reincidunt, placuerunt reſponſiones deciſionis, quæ omninò ſubſiſtunt, ac ſignanter quo ad Tranſactionem cum Vrſino non ſubſiſtit, quod ſola mobilia eſſent ſub ſequeſtro, quia verius eſt Patres nullam potuiſſe aſſequi poſſeſſionem bonorum hæreditariorum Neapolis ante dictam Tranſactionem, poſt quam, & non prius ab eis obtentum fuit præambulum, & diſſequeſtrum, *Summar. impreſſo Patrum B. Mariæ præteritæ poſitionis num.5. 14. & 15.*

Non obſtat, quod iidem Patres impugnauerint legatum mobilium, & annuorum ſcutorum biſcentum pro perſona nominanda, quodque non impleuerint mandatum Teſtatricis circa declarationes Congregationis generalis exhibendas quolibet triennio cum ſcutis ſex monetæ Patri Generali Miniſtrantium Infirmis in Vrbe, dum non fuerunt factæ diſtinctim, & per capita ſeparata, ſed per verba generalia.

Primum enim obiectum facili reſponſione remouetur,
10 quia ſcilicet in eo caſu nulla adeſt vocatio Collitigantium, nec pœna priuationis, quæ expreſſa in vno, non trahitur ad alium caſum *ex authoritatibus relatis in deciſione §. fin.*

Secundum verò tollitur animaduertendum, quòd Teſtatrix pro diſtincta rationis redditione elegit tanquam in Iudicem, & Arbitrum Congregationem Generalem, quæ conſtituitur ex Vocalibus omnium Domorum vniuerſæ Religionis B. Mariæ, & coram ipſa voluit quòd Adminiſtratores hæreditatis redderent diſtinctam, & ſpecificam rationem, qua reddita, conſtitoque de punctuali obſeruantia, ab eadem Generali Congregatione fieri debet declaratio, quòd in præcedenti Triennio voluntati Teſtatricis plenè paritum fuerit, illaque exhiberi Patri Generali Miniſtrantium Infirmis, qui ab hæredibus quidquam prætendere non poſſunt, nec petere librorum aut computorum viſionem, *vt ex dicto Teſtamento pag. 12. lit. P. 3. & pag. 13. lit. R. 3.* Quapropter in dubium redditur, generalem ſufficere declarationem, prout facta fuit, ex qua plenè ſatisfactum dicitur Teſtatricis mandato ad
11 formam eius teſtamentariæ diſpoſitionis, quæ pro lege reſpectu ſuæ hæreditatis ſeruanda eſt. *§. Diſponat Teſtator. Auth. de Nupt.*

Et ita altera tantum &c.

Sacra Rota eſt in Voto Patribus Miniſtrantibus Infirmis Neapolis non eſſe dandam Immiſſionem hac die 4. Auguſti 1660.

C. Cerrus Sac. Rotæ Decanus.

R. P. D.

Digitized by Google

R P.D. Veroſpio in Cauſa Romana Locationis.
Veneris 20. Februarij 1660.

ARGVMENTVM.

Locatio quando vſuraria nequeat exiſtimari, & mutuum adiectum cambio quando contractus naturam non immutet.

SVMMARIVM.

1 *Locatio quando vitio vſurariæ prauitatis non dicatur infecta.*
2 *Cambij contractus, non autem mutui quando cenſeatur.*
3 *Verbum* mutuum *non immutat naturam contractus, ſi eius qualitas a verborum ſerie ſit agnita.*
4 *Pacta oneroſa conductori, ſeu locatori ſunt inſpicienda pro vero pretio locationis habendo. & n. 5.*
6 *Locatio effectum non ſortita non conſideratur pro eruenda conſueta lege locandi.*
7 *Valor conſuetus locationis debet deſumi ab alijs locationibus.*
8 *Pretium vilius eſt rerum in maiori quantitate diſtractarum.*
9 *Locator ſi non probet, quod tempore locationis potuerit res locata pro maiori pretio communiter locari, non poteſt arguere de iniuſtitia pretium conuentum cum Conductore.*
10 *Pretij iuſtitia in re vendita deſumi debet à communi valore de tempore venditionis.*

DECISIO LXXI.

CONfirmarunt hodie DD deciſionem editam ſecundā
Maij præteriti, in qua contractus locationis Venæ fer-
rariæ inter Dominum Principem Ludouiſium cum DD.
Rinuccinis celebratus à fœnoris labe ſancitus fuit immu-
1 nis. Siquidem locatio vitio vſurariæ prauitatis infecta
cenſeri non debet, dum conſuetus ferri valor ex cauſa mu-
tui veri, vel ficti non comprobatur diminutus, vt tradit
Curt.iun.in l.2.§.mutui dationum.19.cum ſeqq.ff.ſi cer.pet. Geminian.conſ.16 num.2. Rub. Alexand conſ.20.num.3. Couar.variar.lib. 3. cap.2.num 5. §.tertio tamen,verſ.quibus accedit Borgn.Caualc.dec.32.n.55.par.2.Vrſill.ad Afflict.deciſ.20.num.10. Maſtrill.deciſ.106.num.32.Caſtill. deciſ.143. num.1. & 2.
Neque contractus mutui poterit deſumi ex conducto-
rum obligatione ſcuta 175. mil. Domino Principi in hunc
modum exburſandi, videlicet *di preſtare, ò far preſtare:*
2 Cum enim facultatem ſibimetipſis reſeruauerint, eandem
quantitatem retinendi ſub cambijs,contractus cambij,non
autem mutui adſtipulatus eſſe cenſetur, vt aduenit *Gabr.
conſ.69 num.1.& 8 lib.1.* vbi quod agnita ex verborum ſe-
3 rie qualitate contractus, verbum mutuum ibidem adie-
ctum eiuſdem naturam non immutat. *Guid.pap. quæſt. 168.numer.1.verſ.Nec obſtat verbum mutuat, Couar.variar.lib.3.cap.2.num.2.in fine,verſ.quin & pecunia. Scacc. de camb.§.1.quæſt 7 par.2.ampliat.20.nu.4. Duard.eodem tract at.§.prim quæſt.10.numer. 3. prope finem cum alijs in præterita deciſ. deductis in vltimo §.*
Diminutionem verò pretij antecedens locatio cum Sā-
guinetto contracta ſuadere non valet, licet pretium cen-
teni in plaſtris quadraginta ibidem legatur conuentum;
Siquidem in contractu, de quo agitur, tertia lucrorum
portio, annuam ſummam adæquans ſcutorum circiter
2773. Domino Principi à conductoribus delata fuit,ex qua
cuiuſlibet centeni valor, qui concorditer in ſcutis trigin-
ta octo, ac obulis 20. fuerat conſtitutus, vſque ad quadra-
ginta duo ſcuta. ac obulos viginti remanſit accretus. Pa-
4 cta enim conductori, ſeu locatori oneroſa ad hunc effe-
ctum diſcuti debent, itaut pretij accretio, ſeu diminutio
pro eademmet rata oneris iniuncti licita reputetur *ad tex. in l.fundi partem, ibique notat Bald ff.de contrahen.empt. Alciat.conſ.44.num.6.lib.8. idem Bald.conſ.182.numer.5. prope finem lib.1. Becc.conſ 45.numer.32. Tiraquell. de retract.conuentional. in præfat.num.21 & 22. Rota coram bon.mem. Merlino deciſ.533.num.15 & deciſ 702.nu.68. cum ſeqq.*
Non obſtante quod eadem lucrorum portio in Nerlij
fauorem ſucceſſiuè a locatore dimiſſa fuerit. Poſſet enim
Conductoribus officere, quoties ceſſio ipſis, ſeu alteri eo-
rum nomine ex conuentione in limine contractus inſer-
5 ta, facta foret, ſecus verò dum in vtilitatem perſonæ in
locationis inſtrumento non comprehenſæ expleta conuin-
citur, necnon ex cauſa cambij ſcutorum quadraginta
millium longè poſt Dominum Principem cum Nerlio
contracti. Hoc ſanè caſu lucrorum pars, tanquam
realiter, non autem ſimulatè in locationis contractu
attributa, in portionem pretij debet admitti, vt præter au-
ctoritates ſupra relatas *notat Caroc. de locat.tit. de reſcis. locat.num.14.ad med.Cyriac.controuerſ.87.num.12. Rota coram Buran.deciſ 453.num.4. & deciſ.247.num.5.par.8. recent.*
Hinc contractus Sanguinetti in controuerſæ locationis
concurſu dignoſcitur inferior. Potiſſimè, quia ex pretio
conuento plaſtræ decem mille in ducatis monetæ Neapo-
litanæ, ſcuti vnius valorem non excedentibus, debuerant
ab ipſo enumerari. Nec non ex quo ſcuta annua ſexcenta
ex ſigilli gabella retrahenda eidem attributa fuere; quæ
impenſis pro refectione pontium ſibi iniuncta detractis,
iuxta tenorem calculi pro parte Domini Principis exhibiti
centeni, pretium in obulis quatuor, & quinquaginta de-
creſcunt.
Neque vrgere viſa fuit Sanguinetti conuentio aſſumē-
di ſingulis annis centena pondera 803. perinde ac ſi dum
vena indeficiens exiſtit,maiorem vtilitatem videatur con-
tractus ille locatori intuliſſe, quam alter DD. de Rinuc-
cinis ad centem 560. tantummodo reſtrictus. Cum
6 enim Sanguinettus in propriæ promiſſionis implemen-
to defecerit, ipſius conſequenter obligatio conſuetam lo-
candi legem ex actibus effectum ſortitis comprobañ, indu-
cere nequiuit, *vt not. Surd. deciſ.51. numer. 21. Rota deciſio.675.numer. 5.par 2. recent.& deciſ.317 numer.7. verſ. vltra quod panes Poſth. de manut & coram Eminentiſſimo Domino Cardinali Otthobono deciſ.188.numer.11.* dum maximè tum ante, tum poſt terminatum Sangui-
netti contractum in anno ſcilicet, quo vena inafflictata
remanſit, longè inferior ferri quantitas conſumpta con-
uincitur.
Et licet minutorum extractio in appaltu Sanguinetti
præſeruata, in locatione controuerſa noſcatur interdicta,
cuius ex cauſa locator ſcuta ſex mille D. Duciſſæ Braccia-
ni, ac eiuſdem ſorori perſoluit, non tamen ad pretij di-
minutionem exinde poterit inferri: Status quippe Plum-
bini, tempore quo prodijt Sanguinetti locatio, à Regia
Camera moderabatur, inter quam, & Do. Duciſſam
nulla fuerat ſuborta ſuper minutis controuerſia; At ſecu-
ta in perſonam D.Principis inueſtitura ſtatim minutorum
extractio ab ipſo per edicta fuit interdicta, eo ſub præ-
textu, quod D.Duciſſæ forent indebita: Dum itaque pro-
hibitio in proprij iuris tutamen à locatore adiecta præ-
ſumitur, non debet proinde eadem in Conductorum de-
trimentum retorqueri. Quinimmo ſolutio ſcutorum ſex
mille in vim laudi, poſt à locatione receſſum editi, proceſ-
ſiſſe conuincitur.
Neque maiorem pretij valorem poterunt redolere par-
7 ticulares ferri venditiones. Conſuetus namque valor ex
ſimilibus locationibus generalibus,cum Sereniſſimo vide-
licet M.Duce, ac Sanguinetto contractis debet deſumi, vt
tradit *Roman.conſ.43.num.1. Molin.de contract diſp.348. num.4.verſ.quoſit:* Cuius ea videtur eſſe ratio,quod viho-
8 ri exiſtimantur pretio res in maiori quantitate diſtractæ,
quam ſi ſeparatim earundem alienatio contingat, vt no-
tat *Reginal.in praxi fori pœnit lib.25.numer.282.Salon ad D.Thom.de contract.tom.2. quæſt. 77. titul.de mutat.pret. ex diuerſ venden.mod.pag.25. Bonac.de contract. diſput.3. quæſt.2.punct 4.nu.21.cum alijs in præterita deciſione relatis in §.Neque obſtant.*
Facultas verò Appiano Principi in contractu Sereniſſi-
mi Magni Ducis reſeruata,aſſumendi videlicet quantitatē

K ferri

ferri pro ſuis ædificijs neceſſariam, neque viſa fuit obeſſe;
Præterquam enim de tempore controuerſæ locationis
Princeps ædificiorum Dominus nondum euaſerat, neque
hanc propterea facultatem ſibi referuauit, ex diuerſitate
pretij inter contractum vtrumque militante penitus arce-
tur obiectio. Nam cuiuslibet centeni valorem in ſcutis
triginta tribus, necnon obulis 34. ille conſtituit, hic verò
pretium in ſcutis duobus, ac quadraginta, necnon obulis
20. adauget, & conſequenter nulla dubitatio inſurgit, quin
maius lucrum in hoc appaltu, quam ex altero locator ipſe
retraxerit. Conductorum obligatione potiſſimè perſpe-
cta cambiandi pro ſcutis ſeptem in ſingula centenaria, cum
tamen tunc temporis cambia pro maiori lucri quantitate
potuiſſent adſtipulari.
9 Aliqui præterea ex DD. ponderabant, pretium à condu-
ctoribus conuentum iuſtitiam redolere, dum concludenti
probationum genere ex parte D. Principis non eluceſcit,
pro maiori valore venam potuiſſe tunc temporis com-
muniter locari, vt tradunt *Curt. iun. in l. 2. §. mutui datio
numer. 23. verſ. poſtremo ff. ſi cer. pet. Roder. de ann. reddit.
lib 2 quæſt. 11. num. 25. Cyriac. controuerſ. 87. num. 14.* &
10 in terminis rei venditæ, quod iuſtitia pretij ex communi
valore de tempore venditionis deſumi debeat notat *Pariſ.
conſ. vlt. num. 26 lib. 2 Cardin. Mant. de iaciit. lib. 4 tit. 20.
num 52. Rota coram Seraph. deciſ. 665. num. 1. Buratt. de-
ciſ. 465. num 5. & in Alban. redditionis rationis 13. Iunij
1657. coram R.P.D. meo Celſo*, præſertim cum quantitas
ex ferri venditione in annu dislocatæ Venæ retracta, longè
inferior eſſe dignoſcitur ſumma ſingulis annis à Condu-
ctoribus ſucceſſiuè exburſata.
Et ita vtraque &c.

R.P.D. Priolo Romana prætenſæ filiationis.
Veneris 20. Februarij 1660.

ARGVMENTVM.

In ſene ætas, & mala valetudo moraliter reijcit poſſibili-
tatem generandi; vnde ad excludendam filiationem
quemadmodum hic vnà cum alijs hic recenſitis conſi-
deratur; ita ex alijs ibidem congeſtis filiatio ipſa de-
ſumitur, & inſtitutionem ſub falſo ſuppoſito filiationis
factam, eſſe nullam deciditur.

SVMMARIVM.

1 *Senes communiter generare non ſolent, & n. 8.*
2 *Filij nati ex muliere palam expoſita dicuntur vulgo quæſiti.*
3 *Filius potius dicitur generatus à iuuene prolifico, quàm à ſene, & n. 10.*
4 *Filiatio deſumitur à capillis filij conſimilibus capillis prætenſi patris. declara n. 5.*
6 *Confeſſio facta in iudicio criminali probat etiam in ciuili.*
7 *Filiatio ex coniecturis deſumitur.*
8 *Filiationis quaſi poſſeſſio reſultans ex coniecturis eneruatur à contrarijs præſumptionibus fortioribus.*
9 *Quod euenit minus frequenter non attenditur, ſed quod communiter, & ſecundum ordinem naturæ euenire ſolet.*
11 *Filij agnitio præiudicat agnoſcenti, eiuſque hæredibus. declara, vt nu. ſeqq.*
15 *Confeſſio facta circa filiationem non præiudicat veritati.*
16 *Inſtitutio facta ſub falſo ſuppoſito, & errore, quod inſtitutus eſſet filius, eſt nulla ampliа vt ibid.*
17 *Filij vulgo quæſiti non ſuccedunt. declara vt ibid.*

DECISIO LXXII.

ITerum diſcuſſo dubio filiationis Matthæi, & Eugeniæ, ex
Io: Baptiſta olim Marchione Caſtri Viſcardi, & cauſa bis
propoſita, adhuc DD. perſiſtendo in deciſis die 22. Iunij
1657. coram R.P.D. meo Veroſpio, dixerunt non conſta-
re de tali filiatione.
Cum enim Io: Baptiſta de tempore quo conuerſabatur
cum Angela eorum matre ſeptuageſimum annum excede-
ret, & eſſet mala valetudine affectus, & in annis 1634. qui
fuit annus conceptionis, & natiuitatis Eugeniæ, & 1635.
quo Matthæum Angela pariter concepit, & enixa eſt, age-
ret annum ſeptuageſimum ſecundum, & tertium *Sum.* D.
Marchioniſſæ Mariæ in præterita poſitione *n. 13. & 14.* &
1 præſenti *Sum. n. 4. 5.* filij prædicti non præſumuntur geniti
ex eo, quia licet ætas, & mala valetudo in ſenibus non ſit
impedimento, quominus naturaliter generare poſſint, cõ-
muniter tamen generare non ſolent, & ideò moraliter cen-
ſentur inhabiles *ad not. per gloſ. in l. ſi Pater ſ. in. §. fin. ver-
bo ſexaginta, ff. de adopt. & ex Ariſt. Galen & alijs tradit
Tiraq. l. connub. vbi gloſ. 1. par. 6. nu. 19. 47. & 48. & firmat
Pariſ. conſ. 29. num. 26. lib. 2. & ſequitur Giouag. qui plures
adducit conſ. 6. num. 12. lib. 1.*
Stante præſertim quod Angela fuit ſolita cum alijs con-
uerſari, vt in *Sum. n. 7.* & ſignanter quidam Io: Iacobus æta-
te & viribus florens tunc tẽporis paſſim verſabatur in eius
domo, d. præterito *Sum. nn. 3. & 6. cum 4. ſeqq.* Vnde pro-
2 batio filiationis non ſolùm redditur æquiuoca reſpectu ip-
ſius Io: Baptiſtæ, cum filij nati ex muliere incuſtodita, &
palam expoſita dicantur vulgo quæſiti *l. vulgo concepti, ff.
de ſtat. hom. Pal. de not. & ſpur cap. 63. n. 2. Put. dec. 435. n. 2.
lib. prim & deciſ. m. 167. numer. 17. p. tr. 8. recen.* Sed etiam
3 excluditur ex aſſidua conſuetudine cum d. Iacobo iuuene
& Amaſio; cum in concurſu Iuuenis, & ſenis interet Iuris
præſumptio, immo ſuadeat ratio ipſa naturalis, Iuuenem
fertilem, & prolificum potius reddidiſſe grauidam mulie-
rem, quam ſenem deſtitutum propinqua, & expedita ge-
nerandi facultate, *ita Socc. ſen. conſ. 65 n. 2. in fin. lib. 3. Ful-
goſ. conſ. 212. n. 4. Giouag. conſ. 6. n. 42. & 44. lib. 1. Surd. dec.
83 n. 17. §. demum, & n. 23. §. quare cum hic.*
4 Quæ præſumptio incaleſcit ex eo, quod filij retinuerint
rubros capillos, quibus ipſe Io: Iacobus capillabatur, quod
vti vehemens argumentum filiationis conſiderat *Marius
Salomonius in repetitione l. Gallus n. 19. & ſeqq. ff. de lib. &
poſth. Pariſ. conſ. 10. n. 59. lib. 2. Dec. conſ. 1. nu. 117. lib. 3. &
Gratian. diſcept. forenſ. c. 567. n. 29.* Et licet coniectura hu-
iuſmodi ex ſe ſola non ſufficiat cum aſſimilatio poſſit ſub-
oriri ex imaginatione tempore cõceptionis; Attamen ceſ-
5 ſat poſſibilitas imaginationis quando (prout hic) conſtat de
veritate acceſſus illius, cui filij aſſimilantur *Rota apud Mo-
hed. deciſ. 1. num. 2.* qui filij ſint legitimi, & ita ratiocinatur
Lot. her. de re benef. lib 2. quæſt. 48 n. 66. & ſeqq.
Hanc eamdem veritatem comprobat vtriuſque confeſ-
ſio, Nam Angela in Iudicio criminali perquiſita, ex quo ſu-
ſcepetit filios, retulit ex Io: Iacobo; & ille tam in iudicio cri-
minali, quam ciuili depoſuit, quod Angela quoties appa-
ruit grauida, affirmabat quod ex ipſo conceperat; quæ ma-
6 tris confeſſio probat etiam in iudicio ciuili *l. 2. vbi Bald n.
25. Alex. n. 28. & alij C. de eden. Rot. apud Caſ. de Graſſ. dec.
3 n. 3. & 6. de ſolut. coram Penia deciſ. 1346. n. 5. & dec. 416.
7 n. 4. coram bo. me. Merlino*, & ad hunc effectum vt centeã-
tur filij Io: Iacobi non leue præbet adminiculum, tot præ-
ſertim concurrentibus coniecturis, vt explicat *Surd. deciſ.
83. num. 7. & 8. & Sperell. deciſ. forenſ. Eccleſ. 32. nu. 103.
verſ. & hac quidem lib. 2.*
Hinc eliditur quaſi poſſeſſio filiationis elicita ex nomi-
natione tractatu agnitione, & impenſis factis per Io: Ba-
ptiſtam erga dictos Angelæ filios, quoniam omiſſo quod a-
ctus huiuſmodi non videntur ſubſiſtere ex adductis ab in-
formãtibus pro D. Marchioniſſa, ſenectus, & grauis admo-
dum ætas eiuſdem Io: Baptiſtæ de tempore conceptionis, in
8 qua iuxta legalem præſumptionem, & ordinem naturæ in-
ſolita ac inuériſimilis eſt in Hominibus generatio (iuncto
præſertim acceſſu Amaſij iunioris, & validioris, vna cũ alijs
præſumptionibus, & coniecturis præmiſſis, alijſq; adductis
per informantes) ſuperat, & eneruat omnes coniecturas re-
ſultantes ex dicta quaſi poſſeſſione filiationis, vt ponderat
*Fulgoſ. conſ. 212 col. 3. ad med verſ. in prima videtur Pariſ.
conſ. 29 n. 89 & 113. lib. 2. Giouag. conſ. 6 n. 51. cũ ſeqq. lib. 1.
Surd. dec. 83. n. 21. verſ quod ſi coniectura Sperell dec. 184.
n. 93. 95. & 109. & firmat Pontan. de aliment. c. 3. nu. 28.*
Nec releuat quod ſenes prouectioris etiã ætatis viſi ſint
filios procreare; exẽpla enim ſingularia, & raro contingẽtia
9 non lædunt, neq; alterant ſupradictã iuris præſũptionem,
quia

Digitized by Google

quia non attenditur id quod euenit minus freqnenter, &
raro, ſed quod communiter & ſecundum ordioem naturæ
contingere ſolet *text. in l. nam ad ea cum ſeqq. ff. de leg.* &
aduertunt *Soccin. d. conſ. 65. num. 1. lib. 3. Pariſ. d. conſil. 29.
numer. 50. Surd. dicta deciſ. 83. ſub num. 9. Giouagn. d. conſ.
6. num. 43. & Pontan. de alimentis dicto cap. 3. numer. 29.*
maximè cum non agatur de filijs procreatis ex coniugata
cohabitante cum viro, vel retenta in ſchemate concubina-
tus, in quibus terminis procedunt exempla prædicta (ad
præſumendum potius honeſtum poſſibile, quod filius ſit
natus ex matrimonio, aut concubinatu, quam poſſibile
inhoneſtum) ſed verſemus in filijs natis ex muliere ſui iu-
ris, & libera, inter publicas meretrices iam pridem deſcri-
10 pta *Summario num. 8.* ſimulque à ſene, & à Iuuene cogni-
ta; quo caſu inſpici debet ex quo filij potuerint magis na-
turaliter concipi, & ſic potius ex iuuene, quàm ſene, vt be-
nè deducunt *Soccin. d. conſ. 65. nu. 2. in fine lib. 3. & Giouag.
d. conſ. 6. n. 42. & 44. lib. 1.*

11 Nec obſtat quod agnitio in filium præiudicet agnoſcen-
ti eiuſque hæredibus ex adductis per *Grat. diſcept. for. cap.
653. numer. 71. cum ſeqq. Rota coram Pui. deciſ. 425. lib. 1.
in correctis in recent. deciſ. 661. num. 4. par. 4. & deciſ. 488.
num. 3. apud Merlin.* Nam quicquid ſit de tali prætenſa
agnitione, iſtæ doctrinæ loquuntur, vel in filijs matrimo-
nij, vel vbi agnitio nitida eſt, nec offuſcatur contrarijs præ-
ſumptionibus, aut vrgent aliæ coniecturæ pro filiatione;
12 ſecus autem vbi contra agnitionem adſunt præſumptio-
nes validiores, & in iure approbatæ, tunc enim non ſuf-
ficit agnitio, & quaſi poſſeſſio filiationis, ſed exigitur pro-
batio magis certa, & concludens, vt conciliando opinio-
nes refert *Boſſ. in prax. criminal. tit. de part. ſuppoſ. num. 27.
in fine, Peir. de fideicom. quæſt. 11. ſub numer. 482. pariter
in fine, & Gozzad. conſil. 12. numer. 12. Surd. dicta de-
ciſ. 83. numer. 21. verſ. qua opinio Soccin. ſeu d. conſ. 65. nu-
mer. 2. in fine.*

Fortius cum agnitio proceſſerit à ſene decrepito, & ma-
læ valetudinis conuerſante cum muliere vulgo expoſita,
13 quæ dicta erat aſſidua conſuetudine iuuenis, quo caſu
actus filiales ab eo geſti (vltra magnum fumum qui elicie-
batur ex datis in *Summar. numer. 19. & 20.*) cenſentur ha-
buiſſe originem ex falſa, & erronea credulitate, quod a-
gniti in filios re vera eſſent filij ipſius iuxta monitum *Dec.
in cap. per tuas num. 8. de probat. Palleott. de not. & ſpur.
cap. 20. numer. 10. Peir. de fideicom. q. 11. numer. 261. Pariſ.
dicto conſ. 29. n. 113. lib. 2. Giouag. d. conſ. 6. n. 55. lib. 1. Mar-
cabrun. conſ. 113. n. 75. & ſeqq. Sperell. deciſ. 174. nu. 84. &*
14 95. vbi quod agnitio, & tractatus contra præſumptionem
Iuris non attenduntur *Mandell. Alb. conſil. 9. nu. 29. lib. 1.*
15 vbi quod falſa confeſſio circa filiationem etiam ſcienter
facta, non præiudicat veritati *Barz. conſ. vnico poſt deciſ.
Bonon. ſub nu. 30. verſ. his tamen non obſtantibus,* vbi quod
16 inſtitutio eſt nulla tanquam facta ſub falſo ſuppoſito, &
errore, quod inſtitutio eſſet filius inſtituentis non obſtan-
te, quod vltro fuerit adiectum, *perche eſſendo, o non eſſen-
do ſuo figlio l'inſtituiſce, & Rota apud Acchill. deciſ. 1. nu.
1. & 2.* qui filij ſint legitimi.

17 Nec quidquam facit, quod Ius ciuile excludens à ſucceſ-
ſione vulgo quæſitos, & conceptos ex matre concubina-
ria, *vt in l. vulgo concepti. ff. de ſtat. homin.* prout etiam in-
ceſtuoſos *Auth. ex complexu C. de inceſt. nupt.* fuerit corre-
ctum à iure canonico; quia id procedit ſolùm quoad ali-
menta relinquenda filijs tàm illegitimis ſimpliciter, quàm
ſpurijs, & inceſtuoſis, non autem quoad modum proban-
di filiationem; Nam etiam de iure canonico illa eſt con-
cludenter iuſtificanda, de qua tamen in caſu noſtro nulla-
tenus conſtat, vt ſupra dictum eſt.

Ex quibus, & alijs in deciſione R. P. D. Veroſpij dedu-
ctis, pro illius confirmatione, partibus hinc inde informan-
tibus, reſolutum fuit &c.

R. P. D. Beuilaqua in Cauſa Gerunden. Parochialis.
Veneris 5. Martij 1660.

ARGVMENTVM.

Gratiæ iuſtificatio ex quibus reſultet. Concurſus ad be-
neficia quando ſit nullus, non obſtante communi opi-
nione; quod ille, coram quo fuit factus, fuerit Ordina-
rius; hinc inferendo ad declarationem. l. Barbarius. ff.
offic. Præt.

SVMMARIVM.

1 *Valor beneficij probatur ex narratiua collitigantis.*
2 *Ordo Presbiteratus probatur ex litteris Ordinarij.*
3 *Idoneitas ex quibus probetur.*
4 *Concurſus ad beneficia, qui fieri debet coram Ordinario
ex diſpoſitione Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 18. de reformat.
quando non valeat.*
5 *L. Barbarius ff. de offic. Præt. affertur, & declaratur.
num. 6. 7.*
8 *Veritas declarata ante completum negocium, præfertur
opinioni.*
9 *Opinio non attenditur, vbi præcedit notitia inhabilitatis
actum exercentis.*
10 *Scientia, & certioratio ex quibus deducatur, & nu-
mer. ſeq.*
12 *Gratian. diſcept. 18. à n. 46. & diſcept. 127. à n. 21. declara-
tur.*
13 *Epiſcopus tranſlatus ad alium Epiſcopatum adminiſtrat
in Hiſpania primum Epiſcopatum.*
14 *Conſuetudo loquens in vno caſu non ſuffragatur in di-
uerſo.*

DECISIO LXXIII.

GRatiam Prouiſionis Apoſtolicæ de Eccleſia Parochiali
Sancti Romani Oppidi de Lloret de menſe Octobria
1656. vacata à Raymundo Ros obtentam Domini iuſtifi-
1 catam eſſe cenſuerunt, nam vacatio in dicto menſe, eiuſ-
que valor in ducatis 24. per non exceſſum conſtat per ſimi-
lem narratiuam à Laurentio in litteris ſuæ Collationis fa-
ctam, quod ſufficere dixit *Rota coram Egidio deciſ. 268. et
595. Mantic. deciſ. 132. num. 1. Coccin. dec. 145. num. 1. Bu-
ratt. deciſ. 255. num. 10. & deciſ. 300. nu. 7. in Caſſanen. Pa-
2 rochialis 6. Iunij 1653. coram bon. me. Bichio;* Presbytera-
tus ex litteris Ordinarij *c. poſt ceſſionem de probat. cap. 1. de
Cleric. Peregr. Duran. deciſ. 430. num. 2. Seraph. deciſ. 712.
3 num. 1. Card. Canal. deciſ. 483. num. 2.* Idoneitas verò ex
aſſertione Summi Pontificis fundata in eiuſdem Ordinarij
relatione ſine qua litteræ Apoſtolicæ non fuiſſent expeditæ
*Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 1. nu. 124. Rota apud Buratt.
deciſ. 613. n. 7. & 931. nu. 3. & in Meleuitana Beneficij 21.
Ianuarij 1653. coram Reuer. P. D. meo Albergato S. Cle-
ricatus.*

Quod demum in Concurſu ad eandem Parochialem
ſub die 27. Octobria 1656. habito, in quo fuit prælectus di-
ctus Laurentius Coſta Collitigans non fuerit ſeruata for-
ma *Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 18. de refor.* requirentis in
Concurſu interreſſentiam Ordinarij, ex eo patet quod fuit
factus coram Don Bernardo de Cardona tanquam Archi-
diacono, & Sede Epiſcopali vacante Vices Epiſcopi geren-
te, & nihilominus per tres menſes antea, hoc eſt 24. Iulij an-
tecedentis per promotionem eiuſdem ad Epiſcopatum di-
ctæ Eccleſiæ Gerunden., & decretum à Sanctiſſimo in ea
appoſitum quod Beneficia ex illo tempore vacarent, Ar-
4 chidiaconus amplius non erat, & ideò non valuit concur-
ſus coram eo factus, dum Papa illum promouendo decre-
uerat ab ipſa die Archidiaconatum, quem obtinebat vaca-
re iuxta *deciſionem Caſſad. 2. de conſt. n. 3. & 4. Pariſ. de re-
ſign. lib. 3. q. 1. nu. 78. Simonet. de reſer. benef. q. 27. nu. 3. verſ.
tamen Barboſ. de Iur. Eccleſ. vniu. lib. 3. cap. 14. nu. 23. & de
poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 57. n. 68.* & conciliando doctrinam
*Abbatis in cap. cum in cunctis de elect. Garz. de benef. par.
11. cap. 6. nu. 10. Rota coram Card. Millin. dec. 45. n. 9. & in
recent. deciſ. 475. n. 19. & 20. par. 1. & in Caputaq. Abbatia
25. Maij 1620. coram bo. me. Selencion.*
5 Non obſtat quod de tempore habiti concurſus non con-
ſtat huiuſmodi vacationis decretum innotuiſſe Archidia-
cono ad Epiſcopatum promoto, Eccleſiæ, Capitulo, & Po-
pulo: Ideò tenet concurſus, ac ſi factus eſſet vacatione non

ſecuta, & coram vero, & legitimo Epiſcopo per *text. in*
l. Barbarius, ff de offic. Præ. Garz. de bene. par 5 cap. 4.
6 *num. 276. & 277.* Quandoquidem diſpoſitio dictæ legis lo-
cum habet quando concurrit vnus tantum a Putatiuo pro-
uiſus, non autem vbi, vt in propoſito duo ſunt prouiſi,
quo caſu illa prouiſio debet attendi, quæ legitimè, & ſine
errore facta apparet, vt declarat *Ferrett. in conſ. 9. nu. 1. &*
ſeq. Lap. alleg. 89. nu. 15. & ibi Mandoſ. Burr. deciſ. 150. nu.
7 13. & in terminis quod in concurſu prouiſi Apoſtolici non
intret *l. Barbarius. Rot. deciſ. 17. num. 6. par. 2. recent. Bur.*
deciſ. 479. num. 18.

Certius quia veritas publicè detecta fuit antequam Lau-
rentius obtinuiſſet collationem, & ſic tempore quo ex ſo-
8 lo concurſu nullum Ius habebat; Veritas enim declarata
ante completum negotium præfertur opinioni, quæ non
attenditur in præiudicium veri concurrentis, vt tradunt
Felin. in cap. in noſtra num. 37. lim. 2. verſ. quod autem di-
ctum eſt in reſcript. Ferrett. dicto conſ. 9. numer. 1. & 2. lib. 1.
Rot. apud Bur. dicta deciſ. 479. in fine. Nec vbi præcedit
9 notitia inhabilitatis actum exercentis *Federic. de Sen.*
conſ. 112. num. 5. Marant. in ſua ſpecul. par. 6. verbo aditio
num. 4. Amat. deciſ. Marchia 21. numer. 41. verſ. prout,
10 quam Domini in præſenti deducebant ex antecedenti mã-
dato, & conſtitutione Procuratoris ad renunciandum Ar-
chidiaconatum, & cuicumque decreto obtemperandum
per Promotum dato, necnon tranſmiſſione pecuniarum,
& exactione illarum à dicto Procuratore facta, ac attento
lapſu trium menſium à die promotionis ad tempus con-
curſus, quo temporis ſpatio præſumitur de promotione,
& vacatione certioratum fuiſſe *Roman. conſ. 481. num. 7.*
Seraph. dec. 133. & in recent. dec. 93. num. 3. par. 2. & deciſ.
185. num. 4. & 490. num. 1. par. 3. & in Seguntin. Beneficio-
rum prima Iunij 1592. coram Orano, relata per Garz. de
benef. par. 5. cap. 1. § 4. num. 249. circa fin. verſ. Quod ſecus,
vbi quod per lapſum temporis 31. dierum inuerſimile eſſe
Epiſcopum non fuiſſe à ſuo Procuratore certioratum de
admiſſione reſignationis cum concordantibus relatis in
Compoſtellana Coadiutoria 9. Maij 1653. §. Quapropter
coram Reuerendiſſimo Præſide Vallisoletano; Non ob-
ſtante quod anno 1656. in Italia peſtis graſſaret, quia non
inde remanſit impeditus Tabellariorum curſus, & littera-
11 rum tranſmiſſio, vt notum eſt, & in hac cauſa compro-
bauit euentus, dum quinto die poſt habitum concurſum
ad Parochialem fuit Capitulo notificatum iam Archidia-
conatum vacare *ad reg. tex. in l. vnica C. de imponen. lucr.*
deſcript. lib. 10. poſt Imol. conſ. 115. numer. 15. Gionagn.
conſil. 43. numer. 12. lib. 2. Rot. dec. 220. num. 4. par. 4. tom. 2.
recent.

12 Et hinc dicebatur non aduerſari *Gratian. in diſcept. 18.*
à num. 46. & diſcept. 127. à num. 22. aſſerentem valere colla-
tionem, & reſignationem factam poſt obitum Epiſcopi,
& reſpectiuè receptam poſt renunciationem, quia loqui-
tur in ſimplicibus terminis collationis, & reſignationis
huiuſmodi admiſſæ nulla data ſcientia obitus Epiſcopi, vel
tranſlationis ad alium Epiſcopatum, & reuocationis Vi-
carij, non autem quando ex decreto per Pontificem in
promotione adiecto, quod beneficia ab illo tempore va-
cent, iuxta *deciſionem Caſſad. 2. de conſtit. & Cardin. Mel-*
lin. deciſion. 45. num. 9. & alias præallegatas. Garz. verò
de benef. par. 5 cap 8. numer. 179. non loquitur in termi-
nis legitimè prouiſi cum putatiuo, & ſic in concurſu duo-
rum, nec quando veritas declarata, & detecta eſt ante
completum negotium, neque in caſu dicti decreti, ideò
non applicatur.

13 Denique non viſum fuit officere conſuetudinem rece-
ptam eſſe in Hiſpania, quod Epiſcopi tranſlati ad alium
Epiſcopatum adminiſtrent in primo, & in eius poſſeſ-
ſione permanent donec accipiant poſſeſſionem ſecundi,
de qua teſtatur *Garz. de benef. par. 11. capit. 6. numer 41.*
Quoniam non ſumus in caſu Epiſcopi tranſlati de vno
14 Epiſcopatu ad alium, ſed promoti, ideò non ſuffraga-
tur huiuſmodi conſuetudo loquens in alio, & diuerſo ca-
ſu *Rota deciſion. 799. num. 3. par. prim. diu. Cardin. Ca-*
nal. deciſ. 172. numer. 5. & in recent. dec. 423. num. 13. par. 1.
& in Maioricen. Canonicatus 23. Ianuarij 1658. coram
Reuerendiſs. D. meo Decano, §. Quapræter quod, Attento
maximè præfato decreto in promotione appoſito, quod eo
ipſo vacent beneficia.

Et ita vtraque parte informante reſolutum fuit, &c.

R.P.D. Priolo Romana locorum Montium,
Veneris 5 Martij 1660.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum non capere bona, quorum diſpoſitio
ad libitum hæredum ſit commiſſa, eadem diſpoſitione
ſequuta, plenè, & doctè deciditur.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum non capit bona, quorum alienatio fuit*
à testatore permiſſa, ſi realiter eadem alienatio ſit ſe-
quuta. declara num. 2. ſubdeclara n. 3.
3 *Hæres quod teneatur ad legata, & fideicommiſſum eua-*
neſcat, poſſunt in ſimul ſtare.
4 *Diſponendi facultatem ſi quis habeat, dicitur diſpoſuiſ-*
ſe, ſi inceperit alienare.
5 *Iurium appellatione venit vſus facultatis alienan-*
di.
6 *Hæres, cui eſt data facultas diſponendi de bonis here-*
ditarijs ad eius libitum, poteſt in totum ipſa bona alie-
nare, non attentis diſpoſitionibus factis ad fauorem vo-
catorum ad fideicommiſſum.
7 *Dec. conſil. 253. ſub num. 1. Decian. reſp. 92. ſub num. 24. re-*
probantur.
8 *Rota coram Buratt. deciſ. 168. numer. 23. 24. decla-*
ratur.
9 *Ruin. conſil. 147. ſub num. 15. lib. 2. declaratur.*
10 *Clauſula à* lor piacere *importat conceſſionem facultatis*
abſolutam.
11 *Alienatio permiſſa in certis caſibus differt à conceſſione*
illius ad libitum hæredis.

DECISIO LXXIV.

Placuit DD. Deciſio edita ſub die 16. Iunij præteriti, in
qua fuit reſolutum non eſſe locum Ægidianæ, & dene-
gandam fore immiſſionem Petro ſuper locis montium
controuerſis, non obſtante fideicommiſſo.

Quoniam verba Teſtamenti Marthæ de Boncompa-
gnis circa facultatem attributam hæredibus diſponendi de
dictis locis montium ad eorum libitum, ſunt adeò clara, vt
magis eſſe non poſſint, ibi, *E laſcio in mano dell' heredi*
la patente de luoghi de monti, che ne diſponghino a lor
1 *piacere*, Vnde licet Teſtator fecerit fideicommiſſum,
nihilominus cum vigore dictæ facultatis hæredes de illis
diſpoſuerint, fideicommiſſum non capit loca prædicta,
quia implicitam habet conditionem ſi & quatenus aliena-
tio non ſequeretur per *tex. in l. Titius ff. ad Trebell. Auth.*
contra cum rogatus C. eod. tit. Rot. coram Merlin. deciſ.
459 num. 3. & 4. in recent. deciſ. 155. nu. 20. & 186. nu. 3. &
ſeqq. par. 4. tom. 2. in Bonon. Domus de Maluaſia 25. Iunij
1632. coram bo. me. Card. Verospio §. Neque hæc facultas, et
in Roman. Dotis 15. Maij 1656. coram Reuer. D. meo Cer-
ro Decano § Quia prima pars verſ. licentia enim diſponen-
di, cum alijs in prima deciſ. §. Quamuis,

Neque contrariã Teſtatricis voluntatem arguunt one-
ra iniuncta heredibus, & fideicommiſſarijs ſoluendi annua
legata, quæ ſine perpetuitate fideicommiſſi etiam ſuper hi-
ſce locis montium impleri non poſſe dicebantur. Atq; ideo
2 libera facultas diſponendi non ſit referenda ad abſolutum
Dominum in euerſionem fideicommiſſi, ſed ſolum ad li-
beram adminiſtrationem in ſatisfactionem onerum, & le-
gatorum, vt conſuluerunt *Dec. conſ. 253. ſub nu. 1. Decian.*
reſponſ. 92. nu. 24. lib. 5. Rota coram Buratt. deciſ. 168 n. 23.
& Ruin conſ. 147. ſub n. 15. lib. 2.

Nam aut loquimur de legato ſcutorum 150. quod
Teſtatrix voluit, vt hæredes viuente Petro eius filio
tenerentur quolibet anno eidem præſtare, & ſecu-
to obitu Petri deberent inueſtire ſcuta 1500. in

Cenſi-

Digitized by Google

Cenſibus, ſtabilibus, aut locis montium ad effectum celebrandi duo ſacra qualibet hebdomada pro ſalute Animæ vtriuſque, & ex perpetuitate legati huiuſmodi nullatenus fuit limitata, ſeu alterata facultas diſponendi conceſſa verbis ampliſſimis, cum poſſint ſta-
3 re ſimul hæc duo, quod euaneſcat fideicommiſſum, & nihilominus hæres teneatur ad legata *l. nihil proponi 123.ff.de legat.1.l. annuam 6.ff.de annu. legat. Rot.poſt Fenzon.ad ſtat.Vrb. deciſ.95.verſ.quoniam pro reſponſione, vt coram Buratt.deciſ.385.num.5.& dec.387 num.8.& 9.* & tradit *Pariſ. conſil.87.num. 39.& ſeqq. lib. 2.* & ſequitur *Giouagn. qui alios cumulat conſ.97.num.22. verſ.quoniam pro reſponſione lib.* 1.

Aut loquuntur de legatis perpetuis, & alijs oneribus, quæ eadem Teſtatrix iniunxit hæredibus fideicommiſſarijs, & Patribus Bernabitis vltimo loco ſubſtitutis, nec pariter ex perpetuitate horum legatorum reſultat aliqua coniectura fideicommiſſi ſuper locis montium, niſi ſub eadem conditione quatenus hæredes non alienauerint, cum autem vſi fuerint facultate prædicta, vt deducitur non ſolùm ex mandatis obtentis de transferendo litteras patentes ad eorum fauorem liberas à vinculo fideicommiſſi, venden-
4 do, & reſignando, & ſubſecuta alienatione trium locorum ex eiſdem locis montium; Cum habens facultatem diſponendi ex eo quod cœperit alienare dicatur ſufficienter diſpoſuiſſe *Iaſ. conſ.130. ſub numer.* 12. *libr.* 4. & faciunt tradita in *Sipontina penſionis 8. Iunij* 1648. *coram bo.mem.Peutingerio*, ſed etiam ex generali inſtitutione
5 hæredis tàm in bonis, quàm in iuribus, & actionibus, quorum appellatione continetur vſus dictæ facultatis, vt comprobat *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 444. numer. 8. & 550. numer. 16. cum alijs in præterita deciſione cumulatis*;
6 Onera implendi legata remanſerunt ineſſicacia, & reſoluta, perinde ac ſi demandata non fuiſſent, nam data licentia hæredi grauato diſponendi ad eius libitum valet ipſa bona in totum alienare non attentis diſpoſitionibus factis ad fauorem vocatorum ad fideicommiſſum licet illud bona alienata totaliter abſorberent *Iaſ. conſ.129. per totum lib.4.Gabr.conſil.99.num.22.& ſeqq.libr.2. Surd.conſ.10. num.30.& ſeqq.& conſ.252.num.18.pariter cum ſeqq. Menoch.conſ.1091.num.5. & Monach.deciſ. Bonon.71.num.* 122. & pluribus firmat *prima Deciſ. §. nihil referente, & §. Nec pariter obſtat.*

Hinc non refert quod Teſtatrix onerauerit vnumquemque hæredum, tàm inſtitutorum, quàm ſubſtitutorum, vt ſatisfaceret legata à ſe relicta, ſiquidem quoad legatum factum ad fauorem Petri eius filij, necnon inueſtimentum faciendum poſt mortem eiuſdem Petri pro celebratione duarum Miſſarum qualibet hebdomada in perpetuum huic legato ſatisfecerunt hæredes mediante reſignatione tot locorum montium. Quo verò ad alia legata obiectum tollitur ex ſupradicta reſponſione, vt legata huiuſmodi locum habeant, quatenus non ſequeretur alienatio, & bona peruenirent ad ſubſtitutos, vt patet ex deductis.

7 Nec releuant deducta per DD. in contrarium allegatos; Etenim *Dec.conſ.253.ſub num.1.& Decian.reſponſ.92. ſub num.24.* communiter reprobantur, quia ſi prælegatum cum facultate liberè diſponendi caderet ſub fideicommiſſo (vt iſti volunt) permiſſio alienandi remaneret ſuperflua, & ineſſicax contra *tex. in l.ſi quando in princ.ff. de legat. 1. & cap.ſi Papa de priuileg.in 6. Surd.conſ.352. nu.23. verſ. ex prædictis. Menoch.d.conſ.1091.num.2. Theſ.quæſt.for. lib.1.quæſt.27.nu.19.Fuſar.quæſt.650.nu.35.de ſubſtit.* eoſque & alios confutat *Rot.in Sancti Secundini fideicommiſſi 18.Iunij 1649.coram bo.me. Arguelles.*

8 Deciſio verò *Buratti* 168.*num.*23.& 24. non poteſt applicari, firmat enim prælegata venire in reſtitutione fideicommiſſi, non quia tota hæreditas conſiſtit in illis prælegatis, prout ex hac ratione mouentur Doctores præcitati, ſed quia in eo caſu facultas alienandi data fuerat in Codicillis, & fideicommiſſum ordinatum in Teſtamento continebat ſpecificè bona prælegata, & contrarium ſuadebant verba ipſius Teſtamenti, qualitas bonorum, declaratio eiuſdem Teſtatoris, & quamplures coniecturæ in propoſito deficientes.

9 Nec aduerſatur *conſ.Ruin.147.ſub num.15.lib.2.* quia loquitur quando facultas alienandi concepta eſt ſub clauſula (*quidquid placuerit faciendum*) quo caſu non videtur data libera facultas, ſed limitata ad arbitrium boni viri. Di-
10 uerſum autem eſt quando data fuit ſub iſta alia clauſula (*a lor piacere*,) latinè pro eorum libito, quæ importat conceſſionem facultatis abſolutam, iuxta tradita per *Surd.conſil.10.n.50.& dec.272.nu.13.cum ſeqq.*

11 Cæteri loquuntur de alienatione permiſſa dumtaxat in aliquibus caſibus, & ad certum, & determinatum effectũ, vbi tunc etiam cenſetur permiſſa facultas ſolum ad arbitrium boni viri, vt probat *Natt.conſ.115.num.6.& Manſic.dec.329. nu.5.* ſecus autem vbi fuit conceſſa ſimpliciter ad libitum hæredis, tunc enim præſefert dominium abſolutum, & voluntatem liberè diſponendi de bonis non obſtante fideicommiſſo, cum illa eatenus dicantur fideicommiſſo ſuppoſita, quatenus hæres non vteretur d.facultate, vt ſupra dictum fuit.

Obiecta verò contra loca montium vacabilia, quod ſcilicet hæredes tenerentur ea reinueſtire, & vertere in non vacabilia, viſa ſunt ſatis remoueri ex reſponſionibus datis in alia *deciſ §.finali.*

Et ita vtraque parte informante pro confirmatione deciſionis reſponſum fuit &c.

Reuerendiſs. D. Cerro Decano Romana, ſeu Florentina Tranſactionis. Mercurij 4. Aprilis 1660.

ARGVMENTVM.

Tranſactionem dici ſimoniacam, quotieſcunque eſt inita pecunia mediante ſuper ſtatu Religioſo, & re ſpirituali, latè ſuſtinetur, & deciditur.

SVMMARIVM.

1 *Simoniaca dicitur concordia inita mediante promiſſione pecuniæ ſuper validitate profeſſionis, & ſtatu religioſo, & n.2.4. limita n.5.6.7. declara n.10.*

3 *Tranſactio fieri non poteſt, niſi aliquo hinc inde dato, vel remiſſo. Eſt licita ſuper receſſu à lite. num.9. declara num.10.*

8 *Indiuiduum, & inſeparabile quid dicatur.*

11 *Concordia valida continet exceptionem litis finitæ, & impedit noua litis ingreſſum; non poteſt ſuſtineri vbi eſt certiſſimus finis litis, n.12.*

12 *Litis finis quando poſſit dici certiſſimus.*

13 *Tranſactionis reſolutio quando ſuccedat.*

DECISIO LXXV.

CONſulta S. Rota, & ab ipſa 28. *Aprilis* 1659. tradito voto ſuper inualiditate profeſſionis D. Marchionis Petri Corſini ex rationibus maturè, & latè diſcuſſis in duabus deciſionibus editis 13. *Ianuarij* 1653. coram Reuerendiſſimo Do. Archiepiſcopo Tarraconen. & 27. *Ianuarij* 1659. coram Reuerendiſſimo Domino meo Epiſcopo Papien. Per apocham priuatam inter ipſum, & Dominum Marchionem Andream, eius fratrem inita fuit concordia, in qua inter cætera fuit conuentum, quod cum vltra annuam præſtationem debitam Dom. Marchioni Petro ſupereſſet ſolutio ſcutorum 7000. pro reſiduo 10000. Marchio Andreas ei promiſit ſoluere, prout ſoluit ſcuta 3500. & pro alijs 3500. annuam reſponſionem ſcutorum 245. eius vita durante, nec non aſſumpſit in ſe onus perſoluendi quaſcumque impoſitiones etiam extraordinarias tàm præteritas quàm futuras, & demum in vltimo Capitulo ita concluſum fuit, ibi. *Et eſſendo in oltre ſeguita tra detti Signori Fratelli longa, e trauaglioſa lite ſopra la validità della Profeſſione del Signor Marcheſe Pietro nella Religione di Malta, ſopra della quale eſſendo dalla S. Rota Romana vſcite più deciſioni, quindi è, che in virtù della preſente Concordia ſcambieuolmente ſi promettono l'vn l'altro di nõ proſeguir più auãti detta lite nè di cercar reſpettiuamẽte*

ſentenza, è reuiſione, nè far atto alcuno da hora innanzi diretto à queſto fine, ma di ritirarſene ciaſcuna delle parti totalmente per viuere in pace, e quiete volendo che in caſo di traſgreſſione s'intenda ſubito ceſſata la ſudetta renuncia dell'anno 1636. e queſta preſente concordia ancora &c. reducendo con detta ceſſatione le coſe à i termini della ragione, e del douere &c. Summario vtriuſque partis *num*. 1.

Verum cum Marchio Petrus peteret ab Eminentiſſimo Domino Cardinali Ginetto Iudice deputato expeditionem ſententiæ ad formam Voti Rotalis, ſe oppoſuit Marchio Andreas exhibendo dictam concordiam: Vnde placuit eidem Eminentiſſimo ſuper hoc etiam conſulere Rotam, An obſtet concordia, itaut non ſit procedendum ad vlteriora, & hodie negatiuè reſponſum fuit, Concordiam ſcilicet non obſtare expeditioni ſententiæ ſuper nullitate profeſſionis.

1 Cum enim ex ea appareat initam fuiſſe ſuper validitate profeſſionis, & Statu Religioſo Marchionis Petri, mediante promiſſione pecuniæ, & aſſumptione oneris impoſitionis, ſine licentia Superioris, Simoniaca eſt, & non obligat. *cap. cum pridem de pact. cap. vlt. de rer. permut. capit. præterea 1. & 2 de tranſact. cap. 2. de arbitr. Abb. in dict. cap. præterea il primo in princ. verſic. ſuper iure, & num. 1. de tranſact. Mohed. deciſ. 5. de Simon. Put deciſ. 42. lib. 2. in correct. Suar de relig. to. 1. libr. 4. tit. de Simon. cap. 51. nu. 6. Bonac. oper. moral. tom. 1. titul. de Simon. diſput. 1. qu 4. §. 15. in prima propoſit. num.* 3.

Et in indiuiduo tranſactionis factæ ſuper Monacatu, ſi-
2 ue vt quis Monachus remaneat, ſiue vt Sæcularis euadat, tradunt *communiter DD. in l. fin. C. de tranſact. reprobata gloſ. ibidem verb. ſeruili verſic. item nota, & ſignanter Bart. num. 2. verſic. verum eſt, quod in Cauſa Bald. num. 3. & ſub numer. 4. verſ. quod etiam, Paul de Caſtr. num.* 3. vbi quod oporteret iſtam quæſtionem dirimi per ſententiam diffinitiuam, quæ habebitur pro veritate, ſubdens, quod & ſi quis poſſit tacere ſe Monachum, propter hoc non vitiatur tranſactio, ſed videtur vitiari, ſi detur pecunia, cum contineat Simoniam, *Salicet. numer. 3. verſic. ſed dic contra, & Iaſ. ſub num. 1. verſ. ipſa gloſa male dicit*, firmans quod in hac materia tranſactio nullo modo ſuſti-
3 neri poteſt, quia aut nihil datur, & corruit, ex quo fieri non poteſt niſi aliquo hinc inde dato, vel remiſſo *l. Tranſactio C. de tranſact.* aut datur aliquid, & cauſa Monachationis eſt Simonia.

4 Licet enim non ſit illicitum aliquid tradere pro congrua Religioſi ſubſtentatione, cum non detur temporale pro ſpirituali, ſed temporale pro temporali; vbicunque tamen datur aliquid, vt quis ingrediatur Religionem, vel vt in ea permaneat Religioſus, tunc pro Spirituali datur temporale, & conſequenter non ſubſtinetur ceſſante Superioris authoritate *Nauar. conſil. 86. num. 1. & 2. lib. 5. de Simon. Azor. inſtitut. moral. par. 3 lib. 12. cap. 16. in princ. & verſ. 5. quæritur*, vbi in ſpecie loquitur de ordine Militari *Summ. Siluestr. verb Simonia 15. quæſt. poſt princ. verſ. quia planè eſſet Simonia Sot. de iuſt. & iur. lib 9. qu. 6. artic. 2. circa finem verſ. ad quartum argumentum Leſſ. eodem tract. lib. 2. capit. 35. dub. 12. Sanch. conſil. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 23. in princ. Suarez vbi ſupra d. tom. 1. libr. 4. tit. de Simonia cap. 17. num. 5. & 6. Bonac. vbi ſup. d. diſp. 1. quæſt 4. §. 8. num.* 3.

5 Non obſtat, quod promiſſio pecuniæ, & ſuſceptio oneris facta cenſeatur intuitu bonorum renunciatorum, & ſic pro re temporali, vt voluit *Tondut. Sanleger. quæſt. & reſol. benef. tom. 1. cap. 96. ſub nu.* 24.

6 Quia quicquid ſit de veritate eius opinionis, de qua etiam ipſe dubitaſſe videtur *ſub num. 26. verſ. ſed ege ſalua*. Id forſan poſſet admitti, ſi lis principaliter fuiſſet introducta ſuper re temporali diſtincta, & ſeparata à re ſpirituali, cum quo ſuppoſito ipſe tranſit, vt declarat *ſub numer. 28. verſ. & ſic tum dicta prætenſiones*, inferens exindè, quod promiſſio ſeu traditio annui redditus facta in tranſactione, correſpectiuè facta cenſeatur pro re duntaxat temporali diſtincta a ſpirituali, & ſic in cauſam licitam: At in caſu noſtro lis principaliter introducta fuit ſuper re ſpirituali, nempè ſuper nullitate profeſſionis, vt conuincunt deciſiones deſuper emanatæ, & Votum Rotale, in quibus de alio non agitur quam de dicta nullitate, & conſequenter deſuper celebrata tranſactio correſpectiuè referri debet ad ipſam rem ſpiritualem, quæ principaliter erat in lite, & ſic in cauſam illicitam, vt probant omnes authoritates ſupra allegatæ, & ſignanter *Rota apud Mohedan. dict. deciſ. 5. de Simonia & apud Put dict. deciſ. 42. lib. 2. in correct. & ita declarando admittit idem Tondut. dict. nu. 28. verſ. præterea promiſſio, & clarius num.* 31. vbi ita reſpondet præfatis deciſionibus, & ponit hæc præciſa verba, ibi. *Item in caſu illarum deciſionum renunciabatur liti, quæ ſimpliciter erat ſuper re ſpirituali, nempè ſuper beneficio, hic autem agebatur de bonis, quæ Religioſus ob nullitatem profeſſionis ad ſe pertinere contendebat, & numer.* 33. ibi. *Et generale eſt vt quando litigatur ſuper ſpiritualibus ſimul, & temporalibus tranſactio fieri poſſit per dationem rei temporalis.*

7 Et quamuis in conſequentiam huius litis veniat res temporalis, nempè reſolutio renunciationis, & recuperatio bonorum, attamen quia eſt annexa, indiuidua, & inſeparabilis à re ſpirituali, nempè à nullitate profeſſionis, ratione huius connexionis, indiuiduitatis, & inſeparabilitatis, quicquid fuit in tranſactione datum, vel promiſſum, non poteſt plus referri ad temporalitatem, quam ad ſpiritualitatem, ac per conſequens labes Simoniæ non euitatur, *vt probat text. in capit. quæſitum §. generaliter de rer. permut. ibi Præſertim pactione præmiſſa, quæ circa Spiritualia, vel connexa ſpiritualibus labem ſemper continet Simoniæ, ibique gloſa verb. Simonia. Mohedan. dict. deciſio. 5. in fine verſic. tamen fuit dictum.* ibi *Quod cum tota conuentio ſit indiuidua totum & quælibet res, quæ datur ex vna parte, intelligitur dari pro toto, quod ex altera parte datur, quia eſt correſpectiuum. Put. dict. deciſ 42. pariter in fine verſic. tamen quia dabantur lib. 2. id correct. Benè Bonat. oper. moral. tom. 1. titul. de Simonia diſputat. 1 quæſt. 4. §. 11. in 3. propoſit. num. 8. cum ſeqq.* Probans quod annexum conſequenter Spiritualibus materia eſt Simoniæ, vt propterea abſque eius labe illud vendi non poſſit, nec deſuper fieri aliqua pactio.

Quodque in propoſito reſolutio renunciationis, & recuperatio bonorum annexa, & indiuidua ſit, ac inſeparabilis à materia profeſſionis, clarè etiam conuincitur ex tenore ipſiuſmet concordiæ, ex qua apertè educitur, quod ſuper vno ſine altero nullatenùs fuiſſet tranſactum, vt præcæteris oſtendit pactum reſolutiuum in fine adiectum, ibi, *Volendo che in caſo di traſgreſſione s'intenda ſubito ceſſata la detta renuncia dell'anno 1636. e queſta preſente concor-*
8 *dia ancora &c.* Cumque vtrumque proceſſerit, & originem habuerit ab eadem cauſa profeſſionis, hoc eſt ſignum euidens indiuiduitatis, & inſeparabilitatis *ex deductis per Rot. in rec. deciſ 554. num. 3 4 & 5. par. 4. tom.* 2.

9 Nec obſtat, quod licita ſit tranſactio ſuper receſſu à lite ex *Suarez ubi ſupra d. tom. 1. lib. 4. cap. 51. n.* 15.

Omiſſo enim quod iſti fratres non receſſerunt duntaxat à lite, ſed principaliter tranſegerunt ſuper validitate profeſſionis, vt apparet non ſolum ab expreſſis in apocha, ſed etiam ex poſtea ſubſequutis, cum Marchio Andreas oppoſuerit concordiam, vt frater remaneat in profeſſione, & Statu Religioſo; Domini amplexi fuerunt communem diſtinctionem Canoniſtarum, vt tunc ſolùm licitus ſit re-
10 ceſſus à lite ſuper re Spirituali, mediante pecunia, vel alia re temporali, quando qui dat pecuniam pro tali receſſu, iuſtè obtinet rem ſpiritualem præuio legitimo titulo, & vult ſimpliciter ſe liberare ab iniuſtis vexationibus per collitigantem ſibi illatis, tunc enim quia exindè ſolùm redimuntur iniuſtæ vexationes, nec illas redimens aliquod nouum ius acquirit ſuper re ſpirituali, quæ permanet ſecundum iuſtitiam, & iuxta legitimum titulum apud eum, & in eo Statu, in quo de Iure eſſe debet, nulla deſuper cadit Simonia *Abb in d. capit. cum pridem num. 9. de pact. Felin. in cap. Dilectus il primo numer. 2. verſ. niſi vexatio, & num. 4. verſ. 3. limita de Simon. Ambar. conſil. 29. verſ. quia ergo Nauar. conſil. 38. numer. 2. lib. 5. de Simon. Paris. conſil. 135. numer. 20. lib. quarto, Meneſch. conſil. 67 num. 17. Pyrr. Corrad. in prax. beneſic. libr. 4 capit. quinta ſub numer. 59. verſ. primus eſt*, vbi *ſub num.* 60. dicit hoc

etiam

Digitized by Google

etiam eſſe valdè periculoſum ſine authoritate Superioris; At quando, prout hic, pecunia datur ab eo, qui iniuſtam habens prætenſionem ſuccubuit, & ſic ea mediante, parat ſibi viam ad conſequendam rem Spiritualem, quam litigando de iure, & ſecundum iuſtitiam non potuit, nec poteſt obtinere, hoc vtique non eſt redimere vexationes, cum ab ipſo præſtitæ fuerint, ſed eſt rem ſpiritualem procurare mediante re temporali, quam aliàs conſequi non poterat, vt optimè diſtinguendo probant *Nauarr. conſ. 41. num. 10. dict. lib. 5. de Simon. Sanchez conſ. moral lib. 2. cap. 3. dub. 3. numer. 3. & 4. Suar. de relig. d. tom. 1. lib. 4. tit. de Simon. cap. 50. num. 2. & d. cap. 51. ſub d. num. 15. Caſtropal. oper. moral. par. 3. tract. 17. tit. de Simon. diſput. 3. punct. 20. num. 1. 2. & 3. Corrad. vbi ſupra dict. lib. 4. d. cap. 5. ſub dict. num. 59. verſ. & eſt vrna concluſio.*

Nec refert quod Marchio Andreas tanquam merus tertius nullũ ius circa profeſſionem acquirere potuerit; nam ſatis acquiſiuiſſe ſpectabat retinendo fratrem vinculis Religionis obſtrictum, quod erat, & eſt principale ſuæ intentionis motiuum, vt docuit experientia, dum acerrimè litigauit, & acritèr contendit illius profeſſionem eſſe validã, & nõ poſſe expedire ſententiam ſuper eius nullitate, etiam ipſa Religione pro nulla eam declarante. Hinc enim negari nequit, quin aliquid acquirere intendebat reducendo, & retinendo fratrem in eo ſtatu incerto ſuæ perſonæ, in quo erat ante motam litem ſic eludendo reſolutiones, & votum S. Rotæ. Quod autem firma remanente concordia ſuper receſſu a lite, poſſit Petrus mediante nouo iudicio, & noua commiſſione iterum petere declarationem nulli-

11 tatis ſuæ profeſſionis, in Iure non ſubſiſtit, quia concordia quando valida eſt non ſolum continet exceptionem litis finitæ, ſed etiam impedit nouæ litis ingreſſum *cap. 1. de lit. conteſt. in 6. l. cauſas & l. fratres C. de tranſact. Rolan. conſ. 28 num. 16. lib. 4. Rot. coram ſanct. memor. Gregor. deciſ. 354. num. 1. coram Card. Lanal. deciſ. 550. num. 2. in recent. deciſ. 218. numer. 1. part. 7. & in Romana Donationis 9. Decembris 1650. coram Reuerendiſſimo Tarraconen. ſub §. 1.*

Duo præterea Domini ponderarunt, Alterum quod concordia inita fuit ſuper lite non vtique pendente, & cuius eſſet incertus exitus, ſed ſuper lite, vel immo terminata,

12 vel ſaltem cuius finis erat certiſſimus, cum cauſa reperiretur commiſſa de voto Rotæ appellatione Remota, & in Rota, vt dictum eſt, tradiderat votum, quo caſu ſubſtineri non poſſe ſignant *Roman. conſ. 517. nu. 18. Aymon. conſ. 152. numer. 10. & 11. quod ſ. quanta fuit Rota in Bonon. nullitatis Concordiæ 12. Iunij 1645. coram me §. At hic neutrum.*

Alterum quod in eadem concordia non fuit promiſſa eiuſdem obſeruantia, nec in caſu contratio adiecta pœna, nec eſt iuramento, minuſque obligatione Camerali vallata, ſed ſolum appoſitum fuit ſupradictum pactum reſolutiuum, ibi, *Volendo che in caſo di tranſgreſſione s'intenda ſubito ceſſata la detta renuntia dell' anno 1656. e queſta preſente concordia ancora &c. riducendo con detta Ceſſatione le coſe a i termini della ragione, e del douere &c.*

13 Hinc enim Domini cenſuerunt, quod attenta ſubiecta materia Partes intellexerint admittere reſolutionem tranſactionis, & omnia reducere ad terminos Iuris propter ſolam contrauentionem alterius, & ſic voluiſſe, quod etiam altera obſeruante pactum reſolutiuum operetur effectum ſuum, vt ſcilicet tranſactio reſoluta remaneat per indè ac ſi celebrata non fuiſſet *Bald. in l. ea lege num. 13. verſ. Ego dico C. de condit. ob cauſ. Iaſ. in l. quamuis in fin. num. 4. de tranſact. Aym. conſ. 145. num. 19 Caputaq. deciſ. 315. num. 2. par. 3. Penna, deciſ. 274. num. 2. Eminentiſſ. Outhob. deciſ. 159. num. 19.*

Et ita vtraque &c.

Reuerendiſſ. D. Cerro Decano Senen. fideicommiſſi.
Lunæ 5. Aprilis 1660.

ARGVMENTVM.

Proximiorem ſi quis ſe probet, obtinet fideicommiſſum ad fauorem proximiorum ordinatum. Conditionis ſi ſine filijs implementum non requiritur in vtroque grauato, quando inter eos non eſt ſubſtitutio reciproca ordinata. Ratio conſeruandi agnationem ex ſe ſola nõ inducit reciprocam de linea ad lineam Repræſentationi, & tranſmiſſioni quando non ſit locus.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſio debetur ei, ad cuius fauorem eſt purificata ſubſtitutio.*

2 *Conditio ſi ſine filijs appoſita pluribus vocatis quando in omnibus debeat impleri, & n. ſeq.*

4 *Pluralitas reſoluitur in ſingularitates ceſſante reciproca.*

5 *Agnationis conſeruandæ ratio de ſe ſola non ſufficit ad inducendam reciprocam de linea ad lineam.*

6 *Nepos non concurrit cum Patruo in fideicommiſſo tranſuerſalis vlterioris gradus, quàm primi.*

7 *Tranſmiſſio quando ceſſet; & quales debeant eſſe coniecturæ ad illam inducendam.*

DECISIO LXXVI.

HÆredem vniuerſalem Porphyrius ſibi ſcripſit in Teſtamento condito 1577. Virginiam vxorem, quã reſtituere grauauit omnia eius bona ſtabilia vni, vel pluribus maſculis, cui, vel quibus eidem Virginiæ videbitur, & placebit de Familia Teſtatoris, Et in caſu non factæ declarationis, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum ſubſtituit proximiores maſculos de dicta familia venientes ab inteſtato *Summ. num. 1.*

Deinde anno 1580. condidit Codicillos, in quibus declarando meliùs eius intentionem, quod ſua bona ſtabilia ſemper, & in perpetuum conſeruentur in eius familia, his verbis diſpoſuit, ibi *Idcirco ſi & caſu quo aliquis eſſet nominatus à præfata D. Virginia, vel ob nõ factã dictã nominationẽ ſuccederet ab inteſtato, qui poſt modum decederet, aut decederent abſque filijs legitimis, & naturalibus maſculis, tali caſu illi vel illis vt ſupra decedentibus intelligãtur eſſe, & ſint ſubſtituti vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum illi maſculi de familia &c. qui erunt proximiores de tempore in tempus. Summ. num. 2.*

Defuncto Teſtatore, Virginia hæres grauata nominauit Fortunium filium Antonij Mariæ, & Chriſtophorum filium Octauiani quemlibet pro virili, prout Teſtatori ſucceſſerunt, & ex ijs poſt mortem Virginiæ primo deceſſit Fortunius, ſuperſtite Valerio filio, qui pariter obijt cum filio nuncupato Fortunio iuniori pacificè poſſidente medietatem bonorum ſtabilium Teſtatoris, in qua eius Auus fuerat nominatus.

Cum verò defecerit Chriſtophorus, nullis relictis liberis, Angelus filius Caroli fratris Fortunij ſenioris tam quã proximior Porphyrij fideicommittentis, & Chriſtophori vltimi defuncti, adeptus fuit poſſeſſionem alterius medietatis bonorum Teſtatoris eidem Chriſtophoro obuentæ, ſed prætendente in ea ſuccedere ſupradicto Fortunio iuniori, hodie quæſitum fuit ad cuius fauorem conſtet de fideicommiſſo Porphirij, & pro Angelo fauorabilis prodijt reſolutio.

1 Patet enim ex inſpectione Arboris familiæ Teſtatoris, quod ipſe proximior eſt tam grauanti, quàm grauato, ideò mortuo Chriſtophoro ſine filijs, in portione ipſius ad ſui fauorem purificata fuit ſubſtitutio proximiorum, & aperta ſucceſſio, *l. cum ita legatur 33. §. in fideic. & l. peto 71. §. fratre ff. de leg. 2. Burſat. conſ. 170. num. 16. lib. 2. Peregr. de fideic. art. 21. num. 2. verſ. Atque cum proximiores.*

2 Non obſtat quod non ſit impleta conditio obitus ſine filijs in vtroque nominato, dum ex Fortunio ſeniori adeſt Fortunius iunior eius Nepos ex Valerio filio.

Vrgeret enim obiectum, ſi inter nominatos, eorumque deſcendentes expreſsè, vel tacitè per Teſtatorem ordinata fuiſſet ſubſtitutio reciproca, *vt tradit Rip. in l. hæredes mei §. cum ita num. 136. ff. ad Trebell.* At quia in caſu noſtro, nec expreſſe legitur, nec tacita ſubintelligi poteſt, quæ veniat in neceſſariam conſequentiam verborum expreſſorũ, dum non concurrunt vrgentes coniecturæ, nec Teſtator dixit,

Digitized by Google

dixit, quod ab vltimo ex honoratis tota hæreditas alteri re-
ſtituatur, vt opus eſt, *per tex. in l. Titia Seio §. Seia liber-
tis ff. de leg. 2 Socin. iun. conſ. 2 10. nu. 17. & 18. lib. 3. Peregr.
in his terminis conſ. 52. num. 1 lib. 6. Rota in rec. deciſ. 192.
num. 3. par.* 8. Sed ſimpliciter vno, vel pluribus nominatis
à Virginia, illi vel illis ſine filijs legitimis, & naturalibus de-
3 cedentibus proximiores de familia ſubſtituit *Summ. d. nu.*
2. hoc vtique caſu non exigitur copulatioa purificatio con-
ditionis reſpectu vtriuſque, ſed ea purificata in vno, quo
ad eius portionem habet locum ſubſtitutio, quia cum re-
ſpiciat diuerſas perſonas, reſoluitur in ſingularitates perin-
dè ac ſi cuilibet ex nominatis facta fuiſſet, *inx. reſponſum
Papiniani in d. l. heredes mei §. cum ita ff. ad Trebell. ibi a.
4 Rip. d. n. 136. verſ. ex qua reſponſione*, admittens quod ceſ-
ſãte reciproca, etſi verba ſubſtitutionis directa ſint ad gra-
uatos, prout hîc, pluralitas neceſſario reſoluitur in ſingula-
ritates, *in puncto Peregr. d. conſ. 52. nu. 4. lib. 6. Card. Seraph.
deciſ. 1199. num. 4. & 5.*

5 Nec obſtat ratio conſeruandi Agnationem reſultans ex
declaratione facta per Teſtatorem in codicillis, quod eius
bona ſtabilia ſemper, & in perpetuum conſeruentur in ſua
familia. Quia de per ſe ſola non ſufficit ad inducendam re-
ciprocam de linea ad lineam, ſed intelligitur iuxta gradus
expreſſos diſcretiuè inter deſcendentes vniuſcuiuſque li-
neæ, vt ſcilicet portio cuiuslibet ex nominatis inter eius
deſcendentes conſeruetur. *Menoch. conſ. 376. nu. 40. verſ.
reſpondetur primo. Card. Seraph. dec. 1023. num. 9. Rota in
Florentina, ſeu Bonon. en de Barbadoris 25. Iuny 1640 co-
ram bo. mem. Coccino, §. Hinc non obſtat*, in qua firmatur,
quod hoc facilius admittitur, quando, prout hic, non agi-
tur de deſcendentibus, ſed de tranſuerſalibus Teſtatoris.

Nec dicatur, quod ſaltem Fortunius iunior ſubintret in
locum Valerij Patris, & ſic conſiderari debeat tanquam
6 exiſtens in pari gradu cum Angelo. Quia cum non verſe-
mur in fideicommiſſo Aſcendentis, nec Tranſuerſalis pri-
mi gradus, ſed tranſuerſalis gradus vlterioris, filius non
ſubintrat in locum Patris, nec nepos cõcurrit cum Patruo,
ſed habet locum regula Prior in gradu, potior in ſucceſſio-
ne. *Dec. conſ. 1. num. 3. & conſ. 217. num. 2. Curt. iun. conſ.
228. num. 11. Craſſ. de ſucceſſ. §. fideicommiſſum quæſt. 11 n.
5. Fachin. contr. iur. lib. 4. cap 84. §. fin. verſ. ſequitur Card.
Man. de coniect. ult. vol. lib. 8. tit. 9. num. 3. in fin. & ſeq. Pe-
regr. de fideic. d. art. 21. nu. 8. Theſaur. dec. 65. n. 1. verſ. con-
trarium tamen eſt verius.*

Minuſque Fortunius viuens iure tranſmiſſionis ſucceſ-
7 ſionem prætendere poteſt, quia cum pariter verſemur in
fideicommiſſo conditionali ad filios nõ traſmittitur, quan-
do Pater, prout hîc, pendente conditione deceſſit, nun
concurrentibus coniecturis contrariæ voluntatis Teſtato-
ris, quæ vrgentes eſſe debent, *vt per tex. in l. vnic. §. ſin au-
tem C. de caduc. toll. probat gloſ. communiter approbata in
l. vn. ver. derelict. C. de his qui ant. ap. tab. Bart. in l. hære-
des mei §. cum ita nu. 2. ff. ad Trebell. Peregr. conſ. 56. num.
4. lib. 5. & de fideic. art. 31. nu. 6. Card. Seraph. deciſ. 1476.
numer. 5. cum alijs alleg. in Rom. de Millinis 15. Ianuarij
1644. § & hinc eſt, & in Fauentina bonorũ 27. Iuny 1659.
§. nec obſtat exiſtentia cum ſeq. coram me.*

Et ita &c.

R. P. D. Albergato Romana ſcutorum 30. mil.
Veneris 9. Aprilis 1662.

ARGVMENTVM.

Facultas diſponendi alicui conceſſa quid importet, &
quando poſſit reuocari, ſeù ſaltem declarari, cum alijs,
de quibus in ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Facultas ſimplex diſponendi conceſſa nullum tribuit ius formatum, nec eſt in bonis eius, cui conceditur: & quando licitè poſſit reuocari. n. 4.*
2 *Facultas adeundi hereditatem delatam non eſt ius, nec eſt in bonis.*
3 *Facultatis proprium eſt, vt ſit reuocabilis.*
5 *Bald. conſ 270. lib. 2. declaratur. & n. 8.*
6 *Legatum poteſt fieri in contractibus.*
7 *Pacta reuocabilia ſi adijciantur contractui irreuocabili quando eius naturam aſſumant. & n. 8 9.*
10 *Imol. in l. 2. n. 1. ad fin. ff. de donat. declaratur.*
11 *Donatio ex facultate ſimplici ad actum non deducta non poteſt pretendi.*
12 *Stipulatio Notarij non operatur, vt actus ſui natura reuocabilis, contrariam naturam aſſumat.*
13 *Obligatio Cameralis continet ſtipulationem omnium intereſſe principale habentium.*
14 *Clauſula executiua continentes promiſſionem nõ reuocandi actum factum quando nihil operentur.*
15 *Clauſula* rebus ſic ſtantibus *ineſt promiſſioni facta de non reuocando facultatem alteri conceſſam.*
16 *Declaratio donantis quando attendi debeat.*

DECISIO LXXVII.

DOmini ſemel atque iterum in diſputationibus dubij con-
ſiderata facultate per Ioannem Andream Caſtellanum
Io: Mariæ eius fratri conceſſa in donatione facta ad fauo-
rem Sanctæ Domus Lauretanæ, ibi, *Item alla morte del
Sig. Gio. Maria ſuo fratello li dà facoltà che poſſa libera-
mente diſporre à fauore di chi ad eſſo piacerà la ſomma di
ſcudi 30. mil.* cenſuerunt recedendum à deciſis ſub die 25.
Ianuarij 1658. coram me.

Præmiſſa enim verba ſimplicem facultatem præſeferũt,
1 & nudam diſponendi poteſtatem Tertio conceſſam, qua
nullum ius formatum tribuit facultatario. nec eſt in bonis
eius cui conceditur. *Dec. conſ. 83. num. 10. lib. 2. cum alijs
per moder. Salgad in laber. credit. par. 2. cap. 10. num. 103.
cum ſeqq.* Quod explicant DD. & tradunt *idem Decian. &
Salgad.* in facultate adeundi hæreditatem delatam, iſta
2 enim non eſt ius, ſed ſimplex, & nuda facultas, quæ non
dicitur eſſe in bonis eius cui competit *Bart. in l. cum fil. fa-
mil. 11. num. 12. verſ. ad ſimile ff. de leg. 1.* communiter re-
ceptus, vt per *Surd. deciſ. 140. nu. 5. & ſeqq.* & articulo la-
tè diſcuſſo *Rota in Firmana fideicomm. de Formonis 9.
Iuny 1634. coram bo. me. Card. Panzirolo, §. Et ratio cum
ſeq. Romana fructuum cenſus 21. Maij 1635. coram bon.
me. Card. Hieronymo Veroſpio, & in Anconitana bonorum
25. Febr. 1647. coram bo. mem. Bichio, §. Rurſus non obſtat.*
Atque ideò validè potuit in teſtamento poſtea condito per
eumdem Io: Andream reuocari, & ad ſcuta 10. mil. reduci,
3 ac limitari, ex quo hoc de natura facultatis proprium eſt,
quod ſit reuocabilis *Dec. conſ. 521. nu. 12. in fin. Alex. conſ.
29. numer. 17. & ſeqq. lib. 5. Ruin. conſ. 54. numer. 12. &
13. lib. 1.*

4 Quod certiùs procedere viſum eſt, quia reductio facta
fuit antequam Io: Maria facultate prædicta vteretur teſtã-
do ad fauorem Patrum Sanctæ Mariæ ſuper Mineruam,
& ſic de re adhuc integra, quo caſu benè applicatur diſtin-
ctio, quæ in facultate teſtandi communiter à Doctoribus
fieri ſolet, quod aut ille cui data eſt ea vſus fuit ad actualem
diſpoſitionem deueniendo; & tunc cum res non ſit amplius
integra, & ius quæſitum ſit, minimè reuocari poteſt, vel,
vt in præſenti, ea adhuc vſus non fuit, nec effectiuè diſpo-
ſuit; Et hoc ſecundo caſu, cum res ſit adhuc integra, ne-
mini ius quæſitum, & res permaneat in ſimplicibus termi-
nis nudæ facultatis licitè reuocari potuit, vt diſtinguunt
*Bald. in l. Senium 3. nu. 3. cum ſeqq. C. qui Teſtam. fac. poſſ.
Guillel. Bened. in cap. Raynutius 16. §. condidit il 1. num...
de Teſtam. Soccin. ſen. conſ. 114. in fin. verſ. prout dicit.
Bald. vol. 1. Peregr. de fideicomm. art. 44. num. 37. ad med.
Vaſq. de ſucceſſ. par. 3. lib. 1. §. 2. nu. 8. Theſaur. iun. in addit.
ad deciſ. 70. litt. D. verſ. ſed mihi omnino. Rota deciſ. 253.
nu. 10. verſ. Adhuc potuiſſet par 4. recent.*

Hinc ſimilem poteſtatem conceſſam tanquam faculta-
tẽ conſiderando *Bald. conſ. 377. lib. 5.* rectè inquit potuiſ-
ſe reuocari antequam ad actum eſſet deducta quem ap-
probarunt, & meritò ſequuti ſunt *Peregr. conſ. 76. num.* 18.
lib. 1. Caſtill. controu. lib. 4. cap. 53. num 30. *ante med.* nec
5 proinde applicatur aliud *conſ. Bald. 270. lib. 2.* quia in hoc
caſu poteſtas non fuerat conceſſa per modum facultatis,
ſed

Digitized by Google

ſed per modum præcepti in perſonam illius directi, cui bo-
na donata fuerant, & in his terminis illum ſequuntur Do-
ctores pro Patribus adductis.

Et vlterius quia facultas controuerſa per viam legati
conceſſa fuit, & talem eam nominauit tam donans, ibi, *che
la ſanta Caſa habbia à ſodisfare li ſudetti peſi, e legati*,
quam etiam Io: Maria in ſuo factam reductionem ad ſcu-
ta 10. mil. ea vſus fuit, ibi, *delli ſcudi trenta mila laſciati-
6 mi per legato da Monſignore mio fratello &c.* Io Contra-
ctibus autem poſſe fieri legata, & ſuam reuocabilem natu-
ram retinere tradit *Bart. in l. legatum 37. nu. 3. verſ. ſed ſi.
ff. de leg. 2. & cum eo Gomez var. reſol. tom. 1. cap. 12. num.
4. Cald. de iur. emphit. lib. 3. cap. 5. num. 6. Lancellott. Gall.
ad conſuetud. Alex. verbo legare quaſt. 6. num. 56.* & de ma-
gis communi teſtatur *Surd. deciſ. 137. num. 9. & 10.*

7 Ex quibus ceſſat præcipuum fundamentum primæ de-
ciſionis, quod pacta in donatione irreuocabili inter viuos
appoſita eius naturam aſſumant, & veſtiantur coherentia
contractus principalis, cui adijciuntur. Hoc enim proce-
dit, vel quando diſpoſita ſunt per viam iuris, non autem
quando ſunt appoſita, vt in præſenti, per modum ſimplicis
facultatis, quæ re integra, quamuis in contractu irreuoca-
bili inſerta ſemper remanet reuocabilis *Angel. conſ. 225. n.
1. in fin. & ſeqq. Dec. d. conſ. 521 num. 12. Alex. d. conſ. 29.
num. 17. & ſeqq. lib. 5. Pariſ. conſ 8. nu. 23. & ſeqq. lib. 4.* nec
incongruum eſt, quod in contractibus irreuocabilibus, ali-
quid ad inſtar vltimarum voluntatum reuocabile inſera-
tur, vt ſupra *Peregr. conſ. 65. nu. 16. lib. 1. Surd. conſ. 382. n.
69. Card. Mant. de coniect. lib. 3. tit. 18. num. 11. Gratian.
diſcept. 247. num. 21.*

8 Siuè quando ipſorummet Contrahentium intereſſe re-
ſpiciunt, & in eoſdem directa ſont, prout erant in caſu *Bal-
di d. conſ. 270. lib. 2.* Secùs autem quando, prout hic, inte-
reſſe Tertij concernunt in quem directa ſunt, nam hoc ca-
ſu ab ipſo contractu in quo poſita non informari, nec irre-
uocabilia fieri, tradunt *Bart. in l. petens. 27. num. 1. C. de
pact. vbi etiam Bald. nu. 40. Iaſ. num. 18. verſ. Circa primũ.
& alijs. Neguſ. de pignor. par. 4. num. 40. verſ. præterea ſe-
cundo modo. Carec. de locat. par. vltima concluſ. 40. Tiraq.
de retract. conuent. §. 1. gloſ. 5. num. 26.* vbi etiam ponit di-
9 ſtinctionem caſui noſtro applicabilem, quod ſcilicet in-
formentur è contractu quando ipſum contractum cócer-
nunt, ſecùs ſi non inferantur à cauſa propter quam contra-
ctum fuit, & ab eo ſint aliena, prout negari nequit, quod
eſt ſimplex facultas cóceſſa fratri in donatione alteri facta,
non autem talis erat ſubſtitutio in caſu *Baldi d. conſ. 70.
lib. 2.*

10 Nec applicatur *Imola in l. 2. num. 1. ad fin. ff. de donat.*
loquitur enim quando filius, vel extraneus donat rem Pa-
tris, vel alterius conſentientis, quo caſu duæ oriuntur do-
nationes, vna ſcilicet inter conſentientem, & donantem;
11 Inter donantem, & donatarium altera: At quando, vt in
præſenti, res ſtetit in terminis ſimplicis facultatis non de-
ductæ ad actum, donatio inducta prætendi non poteſt quo-
ad facultatarium, ſeu quoad alium ab eo cauſam habentē,
vt declarant *Roland. de lucr. dot. q. 41. in fin. Altograd. conſ.
32. ſub num. 38. lib. 2.*

Opponi autem non poteſt, quod pro parte Io: Mariæ fa-
cultatarij acceptata fuerit prædicta facultas antequam li-
mitata fuiſſet. Nam acceptatio Notarij facta fuit nomen
Almæ Domus Lauretanæ dumtaxat, non autem aliorum,
12 ibi, *E me Notaro per eſſa preſente, e ſtipulante*, cuius præ-
terea ſtipulatio non operatur, quod actus ſui origine, &
natura reuocabilis cótrariam naturam aſſumant *Caſtrenſ.
in l. ſi pecuniam 5. num. 7. ff. de condit. cauſ. dat. Rota coram
Pon. deciſ. 1294. nu. 7. & in Romana Collegij 13. Nouemb.
1634. coram bon. me. Pirouano §. Non obſtat quod interue-
nerint.* Illa autem quæ tacitè in obligatione Camerali con-
13 tinetur intelligi debet fauore illorum tantum, qui habent
de tempore contractus primarium, & principale intereſſe,
non autem ſecundarium, & conſecutiuum *Gratian. di-
ſceptat. 723. num. 5. Rota deciſ. 191. nu. 12. & 274. nu. 6. poſt
Zacch. de oblig. Camer.*

Ruſus non releuat, quod Procurator eiuſdem Almæ
Domus donationem expreſſè acceptauerit cum omnibus
ſuis pactis, vinculis, & conditionibus, quodque donans
cum iuramento eam non reuocare promiſerit. Quia in or-
dine ad primam acceptatio ſe habet paſſiuè reſpectu Almę
Domus ſuæ Principalis, atque ideò intelligitur quatenus
omnia in eodem ſtatu permaneant, & re integra, non re-
uocentur, & illa vti non poteſt Ioannes Maria facultata-
rius, cuius mandatum ad acceptandum nõ habebat dictus
Procurator. Promiſſio verò prædicta reſpicit ſolum ipſam
14 donationem principalem, non autem legata, aut alia ad
fauorem Tertiæ perſonæ in ea contenta, quæ reuocabilia
eſſe non deſinunt per dictam promiſſionem clauſulis exe-
cutiuis inſertam *Rota deciſ. 586 nu. 4. par. 5. rec. Romana
donationis 1. Februarij 1640. coram Reuerendiſſ. Tara-
conen. §. Non obſtat pactum*, & in terminis de actu lorato
*Ruin. in d. conſ. 54. numer. 12. & 13. lib. 1. Rota in Comen.
Cappella 27. Aprilis 1648. coram bon. mem. Dunoz. etto.*
Præterquam quod limitatio facta fuit ex quo melius con-
ſideratis viribus ſui Patrimonij cognouit Ioãnes Andreas
eas non ſufficere pro implemento ordinatorum in illa, ſic
15 quæ faciliùs quoad hoc promiſſio non reuocandi attendi
non debet cum intelligatur rebus ſic ſtantibus *Dec. dicto
conſ 521. num. 13. & 14. Cranett. conſ. 264. nu. 6. Honded.
conſ. 111. num. 49. & ſeqq. lib. 1. Rota deciſ. 211. num. 3. & 4.
coram Cardin. Seraphino.*

Cæterum illud controuerti non poteſt, quod valde du-
bium ſit, an intellexerit Donans in donatione irreuocabili-
ter addere pacta, & legata reſpicientia alias perſonas; Vn-
16 dè in hoc dubio abſolutè recurrendum eſt ad declarationē
ab eodem Donaote in ſuo Teſtamento factam, & quidem
tempore congruo, & re integra, nempè ante acceptatio-
nem, & diſpoſitionem, vt ſupra etiam ſi facta ſit ex inter-
uallo, vt per *Rotam in Bononien. ſucceſſionis 4 Maij 1646.
§. quæ opinio, & 17. Iunij 1647. §. Coniectura coram bo. me.
Bichio. Romana Donationis 14. Maij 1657. coram Reue-
rendiſſ. Papien. §. Omnium autem, & in alia Romana
Donationis 3. Iunij 1658. coram Reuerendiſſimo D. meo
Decano §. Et ad id.*

Ex ita vtraque parte informante receſſum fuit à deciſis
vt ſupra &c.

R. P. D. Beuilaqua Toletana Iuriſdictionis.
Veneris 21. Maij 1660.

ARGVMENTVM.

Ordinarij iuriſdictio in ſua Diœceſi ex quibus non obnubi-
letur, hic latè, cum alijs, de quibus in Summario, diſcu-
titur.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius habet fundatam intentionem exercendi om-
nimodam iuriſdictionem, quò ad omnes Eccleſias, &
ſubditos in ſuo territorio exiſtentes.*
2 *Manutenſio competit ordinario in exercitio Iuriſdictio-
nis, etiam alio non probato.*
3 *Exemptio à iuriſdictione Ordinarij ex quibus acquira-
tur. & nu. 5.*
4 *Conſuetudo non poteſt inducere, vt inferior ab Epiſcopo
habeat in eadem diœceſi territorium.*
6 *Mala fides excludit titulum putatiuum, & præſcriptio-
nem. num. 9.*
7 *Relatum eſt in referente.*
8 *Sententia nulla, & reuocata non eſt attendenda.*
9 *Præſcriptio non poteſt incipere vbi adeſt mala fides.*
10 *Præſcriptio quadragenaria non ſuffragatur ceſſante titulo,
vbi adeſt iuris reſiſtentia; interrumpitur per actus con-
trarios quoque extraiudiciales n. 13.*
11 *Actus turbatiui non ſunt habendi in conſideratione.*
12 *Iuriſdictio per actus iuriſdictionales non aquiritur con-
tra Prælatum, niſi de illis concurrat in iſto notitia: am-
plia, vt num. 14.*

DECISIO LXXVIII.

AGentes pro Sereniſſimo Magno Priore Sancti Ioannis
Hieroſolymitani in Regnis Caſtellæ, & Legionis, qui
petic-

Digitized by Google

petieruot iterum audiri aduerſus reſolutionem ſub die 9.
Maij anni præteriti captam ſuper bono Iure, & manuten-
tione Eminentiſſimi Cardinalis Archiepiſcopi Toletani
noo cuntrouertebant ampliùs ſituationem Oppidorum
Prioratus intrà Diœceſim Archiepiſcopatus latè proba-
1 tam in principio Deciſionis, quæ operatur, vt ipſe habeat
de iure communi, & ex diſpoſitione Sacri Concilij Tri-
dentini ſuam latam intentionem exercendi omnimodam
Iuriſdictionem quoad omnes Eccleſias, & ſubditos in il-
lis tanquam in ſuo Territorio exiſtentes *per Text. in c. con-
querente 16. de Offic. Ordin. c. cum Epiſcopus eodem tit. in
c. omnes Baſilicæ 16. quæſt. 7. Mandoſ. ad reg. 13. quæſt. 4. in
fin. Rota coram Card. Seraph. deciſ. 948. & 1278. numer. 1.*
2 *Coccin. deciſ. 448. num.* 1. Cuius vigore competit manu-
tentio etiam alio non probato, *Mareſcot. var. reſolut. lib.
1. cap. 11. num. 3. Verall. deciſ. 306. num. 2. par. prim. & de-
ciſ. 201. par. 2. aliiſque allegatis in Deciſione §. Iuſtificata ex
his, & per Modern. Peruſin. de manuten. in obſeru. 45. nu-
mer. 7. cum ſeq.*
3 Minuſque inſiſtebant ſuper immemorabili, nec ſuper eo
quod ex Priuilegijs Apoſtolicis conceſſis Religioni Hiero-
ſolymitanæ conſtitutum dicatur Territorium ſeparatum
cum translatione Iuriſdictionis quaſi Epiſcopalis, quorum
alterutrum requiritur pro acquirenda exemptione quaſi
Epiſcopali contra loci Antiſtitem habentem aſſiſtentiam
Iuris ſuper Iuriſdictione in locis Eccleſijs, & perſonis eo ip-
ſo quod exiſtunt intra limites Diœceſis ſibi aſſignatæ, que-
admodum vltra cumulatos in Deciſione §. non obſtat, &
ſeq. *probat Text. in c. ſi Papa 10. de Priuileg. in 6. Cardi-
nal. in Clem. 2. §. ſimili quæſt. 4. eodem tit. Rolan. à Valle
conſ. 33. nu. 27. & 28. lib. 3. Gratian diſcept. forenſ. cap. 212.
num. 7. & per tot. & reſponſum nouiſſimè fuit in Nullius,
ſeu Sancti Seuerini Parochialis 12. Ianuarij præteriti co-
ram me §. Moti ex inanite, & prius in Beneuentana Iuriſ-
dictionis 13. Maij 1652. §. Nec magis & 27. Ian. 1653. §. Si
quidem coram Reuerendiſſimo Præſide Valiſoletano, & in
Acernen. Vicarij 1. Iulij 1654. §. quod enim terra coram bo.
mem. Bichio.* Et licet in Priuilegio Pij IV. ſub. §. 36. non
ſolum exempta fuerint bona, ac loca quæcumque Mona-
ſteriorum, ſed etiam illorum Subditi, Vaſſalli, & Coloni,
id tamen non Intelligitur de ſubditis occaſione dominij,
ſed ratione, ſeruitij per eos præſtiti in conuentibus reci-
piendo interpretationem ab adiunctis vt fieri debet per ea,
quæ in terminis tradit *Ioan: Baptiſta Spada Conſ. 157. nu.
19. & 20.* Præſertim attentis declaratione Pij V. & Gregorij
XIII. de quibus meminit Ciaccon. in Apoſtill. ad dictam
Conſtitutionem Pij Quarti, ac Breue Clementis VIII. cū
alijs in deciſione ponderatis.

Sed fundamenta, quibus potiſſimum, nitebantur, poſi-
ta erant in titulo putatiuo deſūpto ſiuè ex dictis priuilegijs,
ſiue ex duabus ſententijs, prima de anno 1528. altera verò
de anno 1544. ad fauorem Magni Prioris latis, & relatis
in hodierno eius Sūmario num. 1. & 2. ac in quatragena-
ria præſcriptione elicita ex pluribus actibus Iuriſdictiona-
libus, vt prætendebatur geſtis ab eodem Magno Priore ab
anno 1491. vſque in præſens, de quibus in eodem ſum. nu.
4. & ſeq. Neutrum tamen viſum fuit releuare ad effectum
recedendi ab eadem reſolutione.

4 Non enim ſubſiſtit titulus putatiuus, quia omiſſo, quod
nec de Iure, neque de conſuetudine induci poteſt quod in-
ferior ab epiſcopo habeat in eadem Diœceſi Territorium,
ne ſint ibi duo Capita quod eſt Monſtrum *c. quoniam. 14.
de Offic. Ordin. Gratian diſcept. foren. dicto Cap. 212. num.
16. Lotter. de re benefic. lib. 1. quæſt. 24. numer. 207. & 208.
Rota deciſ. 324. num. 11. part. 1. recent.* Et ideo talis inferior
5 allegans titulum pro ſua Iuriſdictione quaſi epiſcopali te-
netur exhibere Priuilegium cōtinens ſeparationem, Diœ-
ceſis ſibi à Papa cōceſſum, ad quem tantùm pertinet Ter-
ritoria diuidere, & Diœceſes aſſignare iuxta authoritates
in alia deciſione adductas dicto §. nō obſtat, quod hæc eſ-
ſent, quibus addi poſſunt, *Lotter. de re benefic. lib. 1. quæſt.
11. numer. 1. & ſeq. & dicta quæſt. 24. num. 155. & 156. Ro-
ta apud Burat. deciſ. 578. numer. 2. & deciſ. 50. numero 10.
& dec. 55. num. 2. apud Tambur. de Iur. Abbat. & in di-
cta Beneuentana Iuriſdictionis coram D. Præſide Valliſo-
letano 27. Ianuarij 1652. §. ſiquidem, in dicta Acernen. Vi-
carij prima Iulij 1654. coram bon. memor. Bichio § quod
enim.*

Priuilegia ſicut reſpectu Territorij ſeparati, & Iuriſdi-
ctionis quaſi Epiſcopalis expreſſum titulum nō continent,
6 ita neque ex eis poteſt deduci putatiuus propter malam fi-
dem, quæ ex ipſorum Lectura reſultat concedens ſolum
exemptionem pro bonis, & perſonis actu inſeruientibus
ad tradita per *Gemin. conſil. 96. num. 4. verſicul. ſed quoties
legunt.*

Prima verò ſententia anni 1528 nullo modo ad iſtum ef-
fectum deſeruire poteſt. Tum quia in ea habetur expreſſa
relatio ad Priuilegia conceſſa Religioni Hieroſolymitanæ
à Summis Pontificibus, & ſignanter per Clementem VII.
reſtrictæ ad Monaſteria, Eccleſias, & Religioſos intra eo-
rum ſæpta permanentes, ibi, *Iuxta Priuilegium dicta Reli-
gioni à Sanctiſſimo Domino Noſtro conceſſum* Summario
7 Magni Prioris num. 1. Quapropter nil poteſt comprehen-
dere vltra in dictis Priuilegijs contenta, ad quæ ſe refert,
ſed ſecundùm ea debet interpretari *l. aſſe toto de hæred. In-
ſtit. Rota deciſ. 725. num. 5. & deciſ. 752. nu. 4. par. 3. recent.
& coram ſanct. mem. Greg. XV. deciſ. 522. num. 9.* Tum &
ceſſat omnis difficultas, quia fuit anno ſequenti in gradu
appellationis reuocata, tanquam nulla per Iudicem Con-
ſeruatorē Archiepiſcopatus Toletani Summario Archie-
piſcopi num. 1. Vndè nullum in ea poteſt fieri fundamen-
tum *Rota deciſ. 390. num. 12. part. 4. tom. 2 recent.* Et, quod
8 magis eſt, idem Iudex illam reuocando, aliam fauore Ar-
chiepiſcopi latam confirmauit, & iſtæ duæ tranſitum fece-
runt in Iudicatum, itaut propterea ipſæ, non autem contra-
ria nulla, & reuocata pro veritate inter Partes habeantur
*l. ingenuum 25. ff. de Stat. homin. l. res Iudicata 208. ff. de
regul. Iur. cap. inter Monaſteriū 20. de re iudic. Bero conſ.
108. num. 1. lib. 3. Roland. conſ. 83. num. 13. lib. 1. Rota deciſ.
60. num. 5 part 6. recent.*

Secundà autem promulgata de anno 1544. non ſolum
ſuffragari nequit ad inducendum titulum ex reſponſione
data in Deciſione §. Nec aduerſantur, quod emanauit in
Cauſa perſonæ particularis per appellationem ſuſpenſa, &
per concordiam multò poſteà initam terminata. Verùm
attentius modò illa conſiderata penitus dictum titulum
excludit, & mirificè comprobat Archiepiſcopi intentionē;
Nam in verbis diſpoſitiuæ explicitè loquitur, *de conſuetu-
dine, & poſſeſſione Priorum Religionis, & Vicariorum vi-
ſitandi Clericos, & Religioſos tam Ordinis Sancti Ioan-
nis, quàm Sancti Petri, qui degunt, & morantur, vel in-
ſeruiunt Eccleſijs prædictis Prioratus Sācti Ioannis.* Hinc
enim ex ipſa ſētentia conuincitur aſſertam Iuriſdictionem
Magni Prioris non extendi ad Clericos extra ſæpta Mona-
ſterij degentes, illique non inſeruientes, & multò minus ad
Populum ſecularem, ſed reſtringi ad ſolos Miniſtros, &
inſeruientes Monaſterio, ac intra eius ſæpta permanentes,
vt loquuntur Priuilegia, & cōſequenter ceſſat omnis alius
titulus, ac prætendens vltra illorum limites præſcribere
contra Ordinariam Epiſcopi Iuriſdictionem conſtituitur
9 in mala fide, ob quam non potuit incipere aliqua præſcri-
ptio, vt dicunt *Gemin. in c. cum perſona §. quaſi tales ante
fin. verſ. & ſic inſpecto, & dict. conſ. 96. numer. 4. verſ. ſed
quoties Rota dicta deciſ. 324. numer. 7. part. 1. & deciſ. 458.
num. 70 part. 5. recent. §. & in Nouarien. Eccleſia 17. Iunij
1652. coram R. p. d. meo Celſo, & in iſtis terminis Gratian.
diſcept. 918. num. 41. & 49.*

Excluſo ex prædictis titulo putatiuo nulla vis fieri poteſt
ſuper quadragenaria præſcriptione, quod eſt alterum mo-
10 tiuum in hodierna diſputatione adductum, Ea enim non
ſuffragatur ceſſante titulo neceſſario ob Iuris reſiſtentiam,
vt notatur *in c. cum perſona, & ibi gloſ. verb. Canonicam
de Priuil. in 6. Capit. 1. de præſcript. eodem lib. 6 Abb. in c.
auditis 15. numer. 23. de præſcript. Lotter. de re benefic. lib.
1. quæſt. 24. num 214. & ſeq. Gratian. dicta diſcept. foren. 918.
num. 42. Rota coram bon. mem. Coccin. deciſ. 448. num. 12.
& deciſion. 628. numer. 3. & 4. apud Modern. Peruſin. de
manuten.*

Cæterum nec in facto viſa fuit probari hæc quadrage-
naria præſcriptio; Nam quatenus initium temporis præ-
tendatur capi ex duabus Viſitationibus, vna de anno 1491.
& altera de anno 1500. & iſtæ, vt pariter aduertuntur in alia

Deciſione

Deciſione §. fin. apparent factæ à Deputatis per Capitu-
lum Prouinciale bonorum,& domorum Religionis iuxta
illius Statuta. Vndè allegari non poſſunt pro præſcriptio-
ne contra Archiepiſcopum, quo minùs ipſe ſuam exerceat
Iuriſdictionem in Populum Laicum, Eccleſias, & Cleri-
cos Laicos extra Monaſteria, & domos Religionis com-
morantes. Cæteri autem actus relati in dicto hodierno
Summario Magni Prioris à numer. 4. cum ſeq. & præci-
puè litteræ requiſitoriæ ab illius Miniſtris expeditæ,& di-
ctæ, vna ad Vicarium generalem,& aliæ ad Foraneos hu-
ius Diœceſis numer. 13. vtpotè omnes geſti, & incipientes
ab anno 1527. & 1591. reſpectiuè,& ſic poſt annum 1503.
quo controuerſiæ,ſuper Iuriſdictione motæ fuerunt in Iu-
dicium deductæ, & fauore Archiepiſcopi compoſitæ per
Concordias anni 1510. & 1516. quibus illius Iuriſdictio
11 ordinaria firmatur dicto Summario impreſſo numero 2.
veluti turbatiui, non ſunt habendi in conſideratione *c. licet
cauſam cum ibi not. de probat. Rota deciſ. 19. nu. 1. part. 2.
diuerſ. Card. Caualer. deciſ. 621 num. 10. & deciſ. 244. nu-
mero* 10. *penes Poſth. de manuten.* vel quia non conſtat, Ar-
12 chiepiſcopos, de illis notitiam habuiſſe, qua non probata,
actus non ſuffragantur, nec acquiritur Abbati, & inferio-
ri Prælato aliqua poſſeſſio; Iuriſdictionis in præiudicium
Epiſcopi, ad quem ſpectat illam exercere *l. 2. C. de ſeruit.
& aqua, bene Abb. in c. olim il 3 numer.* 8. & 12. *de reſtit.
Spoliat. Lotter. de re benefic. dicta quaſt. 24. num.* 209 *Cum
ſeq. lib. 1. Gratia. dicto cap. 918. numer.* 20. *Rota deciſ. 560.
numero 1. part. 3. recent. & deciſ. 667. numer. 14. apud Poſth.
de manut. Mantic. deciſ. 40. num. penult. & final.* vbi quod
nec actus geſti cum Vicario inferunt præiudicium Epiſ-
copo ad acquiren. contra eum Iuriſdictionem, à quo non
eſt commiſſum Vicario male agere.

Nec ſubſiſtit, quod lis non priùs quàm de anno 1610.
mota fuerit, quia licet tunc etiam fuerit Rotæ commiſſa
ſuper omnimoda Iuriſdictione Eccleſiaſtica vigore Com-
miſſionis iactationis à Magno Priore prætendente ſe mo-
leſtatim imperratæ Summario Archiepiſcopi num. 2. in
partibus tamen pluries fuit agitatum ſuper huiuſmodi om-
nimoda Iuriſdictione ordinaria, & prætenſione Magni
Prioris, nempe anno 1503. quo lata fuit ſententia à Con-
ſeruatore Archiepiſcopatus contra Alphonſum Sanchez
Prætorem de ipſius Prioris Ordine impedientem Fiſcali
Archiepiſcopi executionem faciendam in Oppidis Priora-
tus, vt patet ex dicta ſententia, & Litteris Magni Prioris
eodem Summ. num. 3. & 4. poſt quam emanarunt concor-
diæ anni 1510. & 1516. & deinde iterum agitatum de an-
no 1523. anno 1527. 1542. & 1554. quæ durauit vſque ad
1583. quo emanauit etiam alia Concordia Summ. impreſ-
13 ſo præteritæ Poſitionis n. 4. 5. & 6. Ex quibus negari non
poteſt, quin huiuſmodi Controuerſiæ iudicialiter motæ,
& tot actibus reiteratæ ſufficientes ſint ad impediendam,
immò etiam cæptam interrumpendam hanc quadragena-
riam præſcriptionem, ad quem effectum extraiudiciales
quoque actus ſufficiunt *argum. c. final. de praſcript. Butr.
in c. grauis num. 11. in fin. de reſtit. Spoliat. Rota deciſ. 191.
num. 18. & 19. & deciſ. 226. num. 47. p. 7. recent. & coram
bon. mem. Merlin. deciſ. 702. nu.* 33. Concurrentibus etiam
in contrarium actibus geſtis ab Archiepiſcopo relatis in
alia deciſione, per quos tollitur quoq; præſcriptio *Gratian.
dicto cap. 918. num.* 44.

Hinc quoque ceſſat, quod ſaltem Magnus Prior potue-
rit præſcribere aliquos actus, & quoad illos debeat manu-
teneri. Quia omiſſo quod agitur de totali, ac omnimoda
Iuriſdictione debita Archiepiſcopo Ordinario non autem
de aliquibus actibus particularibus, eo ipſo, quod deficit
titulus, & quadragenaria, nec minus poſſunt dicti particu-
14 lares actus allegari, maximè quia cauſa ventilatur ſuper
exercitio Iuriſdictionis,& de bono Iure admiſſa ſituatione
Prioratus in Diœceſi Toletana, non autem ad effectum
ſimplicis Iudicij manutionis, in quibus terminis procede-
re poſſunt allegata, vt explicant *Lotter. de re beneſi. d. quaſt.
24. numer* 211. *Rot. deciſion. 324. numer.* 11. *part. 1. recent.
& cumulati per Poſthum. de manuten. obſeruat.* 45. *nu-
mer.* 20.

Reſponſio tandem data irrefragabili motiuo in præce-
denti Deciſione adducto in §. Tum & euidentius, quod
Melitæ, vbi reſidet Magnus Magiſter totius Ordinis Ca-
put Epiſcopus ſuam ordinariam Iuriſdictionem exerceat,
neque ab illo controuerſam. Atque ideò multo minus va-
leat impediri Archiepiſcopo Toletano per Magnum Prio-
rem diuerſa Priuilegia à Religione non habentem, id eue-
niat ex eo quia tempore, quo Carolus V. Imperator Reli-
gioni Inſulam conceſſit, iam aderat Epiſcopus, nullo pa-
cto ſubſiſtit,& militat eadem ratio immò maior in Archie-
piſcopatu Toletano fundato anno 36. à Natiuitate Domi-
ni Noſtri Ieſu Chriſti, vt tradit *Iul. Perez in Chronic. num.
5. ibi Vt traditio conſtans eſt ab Apoſtolorum hucuſque du-
cta temporibus multarum etiam veterum Torquati &c.
aliorumque teſtimonijs anno Domini 36. ſatis honorifica
Cauſa S. Apoſtolus Zebedai filius Hiſpanias adijt, Vrbes
omnes eius Luſtrat, Toleti primam Sedem collocat, Me-
tropoles diſtinguit &c. Toletique primos Epiſcopos conſti-
tuit, cum quibus Archipresbyteros, & Archidiaconos Cō-
ſtituros reliquit*, quem Iul. Perez refert & ſequitur poſt
alios *Epiſcopus Tiraſonen. in Primat. Toletan. part. 1. cap.
6. per tot.* & quo diam temporibus Diui Petri Eccleſia To-
letana etiam Romæ Primatum à Diuo Petro obtinuerit,
refert, *Garz. de Loaiſa in Collect. Concil. Hiſpan. fol.
256. ibi, quia accuratius Eccleſia Toletana Primatum
profecuti ſunt Roma à Diuo Petro Apoſtolorum Principe,
totiuſque Eccleſia Catholica Pontifice, Summoque Sacer-
dote inſtitutum, ortumque affirmant*; Religio verò Sancti
Ioannis fundata fuit Hieroſolymis anno 1130. *Garibay in
Hiſtor. Caſtella lib. 12. cap. 2. §. final.* In Caſtella autem
Prioratus fuit anno 1183. quo Oppidum de Conſuegra il-
lius Caput fuerat donatum eidem Religioni ab Alphonſo
IX. Rege Caſtellæ, vt tradit *Roderic. Mendez in tractatu
Populationum Hiſpaniarum cap.* 173. *incipien. Villa de
Conſuegra*, & ſic poſt 1157. annos ab exiſtentia Archiepi-
ſcopatus.

Ex quibus cum cæteris repetitis fuerit ſatis reſponſum
in Deciſione, in ea Domini perſtiterunt vtraque Parte
informante.

R. P. D. Beuilaqua Gerunden. Parochialis.
Lunæ 28. Iunij 1660.

ARGVMENTVM.

Epiſcopi interuentum deſiderari in examine concurren-
tium ad Parochiales oſtenditur. & textus in l. Barba-
rius. ff. de offic. Prætor. plenè examinatur.

SVMMARIVM.

1 *Concil. Trident. c. 18. ſeſſ. 24. de reform. exigit in exami-
no concurrentium ad beneficia interuentum Epiſcopi.
& num. 4.*
2 *Beneficij vacatio quando cenſeatur inducta non expecta-
ta aſſecutione poſſeſſionis alterius.*
3 *Inſtitutus in iurepatronatus ad praſentationem eius, qui
credebatur Patronus, non poteſt remoueri, licet Iuſpatro-
natus à praſentante euincatur.*
5 *Conſenſus ex quibus dicatur reſultare.*
6 *Beneficij collatio repugnans ſtatui anteriori non atten-
ditur.*
7 *Capitulum ſede epiſcopali uacante ſuccedit loco Epiſcopi
in uniuerſa Iuriſdictione; & in illud tranſit poteſtas ha-
bendi concurſum. n. 8.*
9 *Teſtes de auditu non probant.*
10 *Teſtium depoſitiones magis attenduntur facta in interro-
gatorijs, quam in articulis.*
11 *Teſtes magis probant contra inducentem, vt vix poſſit cō-
tra eos aliquid opponere.*
12 *L. Barbarius. ff. de offic. Prat. declaratur. & numer.* 13.
15. 16.
14 *Procurator quando cenſeatur certioraſſe ſuum princi-
palem.*
16 *Veritas cedit opinioni.*
17 *Gratian. diſceptat. 18. & 127. declaratur.*

D E-

Google

DECISIO LXXIX.

DOmini perſiſtentes in deciſis coram me ſub die 5 Martij
præteriti denuo dixerunt gratiam Raymundi Ros eſſe
in omnibus iuſtificatam, & ſignanter reſpectu narratiuæ,
in qua cardo difficultatis poſitus eſt, quod in concurſu ha-
bito ad hanc Parochialem ſub die 29. Octobris 1656. in
quo fuit prælectus Laurentius Cuſta collitigans nõ fue-
rit ſeruata forma præſcripta à *Sac. Concil. Trid. in cap.*
1 *18. ſeſſ. 24. de reformat* exigente in examine interuentum
Epiſcopi, vt litteraliter habetur *ſub §. Tranſacto conſtitu-
to tempore*, & refert *Lotter de re benef. lib. 2. quæſt. 31. num.
56. & 57.* dum factus fuit coram D Bernardo de Cardona
tanquam Archidiacono per tranſlationem Epiſcopi Ge-
runden ad Eccleſiam Dertuſen, vices illius tunc gerente,
& tamen talis non erat ob promotionem ad Epiſcopatum
ſub die 24. Iulij antecedentis cum expreſſo decreto, quod
ab illa die Archidiaconatus, aliaque Beneficia, quæ obti-
2 nebat de facto, & de iure vacarent. Huiuſmodi enim de-
cretum illico vacationem induxit non expectata aſſecu-
tione poſſeſſionis Epiſcopatus, nec conſecratione, & lapſu
temporis ad id præfixi, vt declarando *textum, & Abbatem
in cap. cum in cunctis §. cum verò de elect.* tradit *Garz. de
benef. part. 11. cap. 6. numer. 10.* & ſequendo *deciſionem 2.
Caſſad. num. 3. & 4. de conſtit.* probat *Pariſ. de reſignat. lib.
3. quæſt. 1. num. 77.* & firmauit *Rota in recent. deciſion. 475.
nu. 19. & 20. par. 1. & coram Card. Millin. deciſ. 45. nu. 9.
alijque adducti in deciſ. §. Quod demum.*
3 Non obſtat quod ſaltem pro ſuſtinendo concurſu ſuf-
ficiat Laurentio quaſi poſſeſſio exercendi Iuriſdictionem,
in qua idem D. Bernardus tunc temporis exiſtebat ad in-
ſtar instituti ab Ordinario ad præſentationem eius, qui Ec-
cleſiæ credebatur Patronus, & Iuſpatronatus poſſidebat,
quod non poſſit remoueri, licet illud Ius ab eo poſtmodum
euincatur per *text. in cap. conſultationibus 19. de Iurepatr.
Rota in Aſculana Iurispatronatus 1. Iulij 1650. §. Non ob-
ſtat quod Nouellus coram Reuerendiſſimo D. meo Papien.*
Quoniam facili reſponſione ſatisfieri obiecto Domini pu-
tauerunt, aduertendo quod in tantum D. Bernardus poſ-
ſeſſione exercendi Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem gau-
debat, in quantum erat Archidiaconus, Cumque comper-
tum, & indubitatus ſit, quod tempore concurſus deſierat
eſſe talis, ob dictum decretum in antecedenti ſua promo-
tione ad Epiſcopatum à Summo Pontifice appoſitum cõ-
4 tinens Archidiaconatus vacationem, vtiquè cõcurſus co-
ram eo fuit illegitimè factus contra *Conc. Trid. & Conſti-
tutionis ſan. mem Pij V.* diſpoſitionem per viam legis gene-
ralis æditæ, & certam formam præſcribentis cum clauſula
ſublata, & decreto irritanti *Garz. de benef. par. 9. cap. 2. nu.
360. & 365. Maſſobr. in prax. habend. concurſ. requiſit. 3.
dub. 4. à num. 2. vſque ad fin. Mar Anton Maceraten. lib.
1. reſolut. 63. num 2. Lotter. de re benef. dicto lib. 2. & quæſt.
31. num. 25.* Inde inferebatur quod ceſſante titulo Archi-
diaconatus, in quo non habebat quidquam aliud agere,
omnequè Ius amiſerat, neceſſario ceſſauit etiam poſſeſſio,
5 vel quaſi exercendi Iuriſdictionem ex hoc ſibi competen-
tem, præſertim ſtante eius expreſſo conſenſu ex ſpecifica
Epiſcopatus petitione, & ſpeciali procuræ mandato reſul-
tante ad tradita per *Io. Andr. in cap. quod ob gratiam 61.
num. 5. de regul. iur. in 6. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par.
3. alleg. 54. num. 145. Rot. deciſ. 475. numer. 5. & 6. part. 1.
6 recent.* Et ſuccedit clara Iuris concluſio, quod vbi liquidò
conſtat de veritate anterioris ſtatus, & proprietatis abſor-
bentis poſſeſſionem, non attenditur collatio, & inſtitutio
repugnans ſtatui anteriori, vt in iiſdem terminis *c. conſul-
tationibus tradunt Abb. ibi numer. 9. Dec. conſ. 149. num. 2.
Modern. Piſan. de iurepatr. lib. 11. cap. 5. num. 23. Rota de-
ciſion. 167. num 10. par 2 diu. & in rec. deciſ. 568. num. 9.
pare. 4. Add. ad ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 77. numer. 12.
verſ. Prædictis*, & admittitur *in dicta Aſculana Iuriſpa-
tronatus ſub d. §. Non obſtat.*
Qua reſponſione tollitur etiam alia obiectio, quod con-
curſus non fuit actus voluntarius, ſed neceſſarius, quia
non ideo potuit ab Archidiacono expleri, dum per vaca-
tionem non erat talis, nec amplius vices Epiſcopi gerere
7 poterat, ſed explendus erat à Capitulo, quod de iure com-
muni Sede Epiſcopali vacante ſuccedit loco Epiſcopi in
vniuerſa Iuriſdictione *c. cum olim 14. de maior & obed.
c. 1. eod. tit. in 6. Garz. de benef. part. 5. cap. 7. nu. 38.* & Vica-
rium deputat, vt diſponit *Sac. Con. Trid. ſeſſ. 24. cap. 16. de
reform. Rota in Ampurien. ſeu Ciuitaten. deputationis Vi-
carij 19. Ianuarij 1646. coram Reuerend. Papien. in Elnen.
Iuriſdictionis 19. Iunij 1647. in principio coram bon. mem.
DunoZetto, & inter impreſſ. Eminentiſſ. Cardinalis Otto-
8 boni deciſion. 220. numer. 2. & 3.* & in ſpecie quod poteſtas
habendi concurſum Sede Vacante tranſeat in Capitulum
*Lotter. de re benef. lib. 2. quæſt. 31. num. 68. & Rota deciſ.
632. nu. 4. par. 2. recent.*
Nun releuant teſtes nouiſſimè à Laurentio examinati,
quatenus ſuper articulis aſſerunt eundem D. Bernardum è
menſe Ianuarij 1656. vſque ad 2. Nouembris publicè ten-
tum fuiſſe pro Archidiacono, pluresque actus Iurisdictio-
nales intra dictum tempus exercuiſſe, quia præter quod
certitudinaliter id non aſſerunt; Imò alter illorum de tem-
9 pore, & de actibus in ſecunda ſeſſione examinis non re-
cordari ex ſe ſubdit; ſed de ſimplici auditu deponunt, ideò
non probant *c. licet ex quadam de teſtibus. Mantic. deciſ.
280. num. 8.* Primus, & ſecundus iuxta ſeptimum Interro-
gatorium ingenuè fatentur, quod tempore habiti concur-
ſus non modica fuit dubitatio de poteſtate Archidiaconi,
ob notitiam, quod eſſet ad Epiſcopatum promotus; Ideo-
que Capitulum ſtatim ac ei certè innotuit promotio cum
decreto antedicto indixit Sedem vacantem, & vti minus
validus fuiſſet concurſus coram eo pro illum iterum ha-
bendo edicta affixit, & publicauit, illorumque alter ea
vidiſſe teſtatur, cui depoſitioni ſtandum potius eſt, cum
10 certi Iuris ſit, quod teſtium depoſitiones magis ſunt at-
tendendæ factæ in Interrogatorijs, quàm in articulis *Rota
deciſ. 774. num. 3. par. 3. recent. in dicta Elnen. Iurisdictionis
coram bon mem. Dunozetto §. final. verſ. Neque teſtes, in
Bononien. Pecuniaria 16. Iunij 1653. § Nec obſtant Teſtes
in fine coram Reuerendiſſ. Do. meo Cerro Decano.* Et eo
magis cum fuerint producti à Parte, & adminiculentur
ab Epiſtolis per diuerſos Canonicos ſcriptis, & recogni-
tis, in quibus amplius dicitur, quod quando factus fuit
concurſus pro certo habebatur, Archidiaconum fuiſſe
11 iam promotum, & ob id Capitulum ſtatuit illum denuo
indicere, quo fit, vt teſtes magis probent contra produ-
centem, vt vix contra illos poſſit aliquid opponere *l. ſi quis
Teſtibus 16. C. de teſtib. Rota deciſ. 182. numer. 7 par. 1. re-
cent. Add. ad Greg. deciſ. 12 & deciſ. 215. num. 9. & in Pi-
ſana damnorum, & Intereſſe 10. Iunij 1652. coram R. P. D.
meo Celſo §. Maximè enim.*
12 Hinc viſum etiam fuit inſiſtendum minimè eſſe in mo-
tiuo aliàs deducto, & ſublato, ſed iterum repetito, quod
Archidiaconus bona fide, ac vti ſibi, & alijs tunc ignota aſ-
ſumptione ad Epiſcopatum potuit validè concurſum inti-
mare, & explere per *tex. in l. Barbarius 3. ff. de offic. Prat.*
13 Quia non ſolùm huius legis diſpoſitio non intrat vbi vt hic
duo ſunt Prouiſi, & in ſimul concurrunt, vnus ab Ordina-
rio putatiuo, Alter verò habens prouiſionem Apoſtolicam
fundatam in nullitate concurſus, & prouiſionis in vim il-
lius obtentæ, hoc enim caſu vera, & legitima prouiſio
præualere debet, vt ratiocinatur *Ferret. conſ 9. num. 1. &
2. Rot. deciſ. 17. num. 6. par. 2. recent. & coram Buratt. dicta
dec. 479. num. 17.* Sed etiam quia ex prædictorum teſtium
depoſitionibus, conſtitutione Procuratoris factæ ab Ar-
chidiacono ad Archidiaconatum dimitten, & cuicumque
decreto parendum, necnon ex tranſmiſſione eidem Pro-
14 curatori pecuniarum, & ex alijs ad effectum reſignationis
& aſſumptionis ad Epiſcopatũ peractis iuncto lapſu triũ
menſium à tempore promotionis ad diem concurſus, in-
trat præſumptio fuiſſe certioratum, & ſufficientem noti-
tiam habuiſſe *Roman. conſ 481. num. 7. Rota in Seguntina
Beneficiorum, relat. per Garz. de benef. d. part. 5. cap. 1. §.
4. num. 249. verſus finem verſ. quod ſecus*, quam noluiſſe
propalare cenſeri debet ad effectum gratificandi dictum
Laurentium Collitigantem, qui ipſius erat familiaris, vt
deponunt eius teſtes *Sum. Raymundi nu. 1.* vel ſaltem ceſ-
15 ſat ratio communis erroris ſuper qua fundatur *l. Barba-
rius*, vt ibi notat *Iaſon ſub numer. 65. verſ. 1. qui aff. de
offic. Prat.*

Et quod

Digitized by Google

Et quod Dominis videbatur tollere omnem difficultatem eſt, quia vt ponderatur in præterita deciſione *verſ. Certius*, de tempore quo certitudinariè conſtitit de aſſumptione Archidiaconi ad Epiſcopatum, non erat completum negotium prouiſionis controuerſæ Parochialis, ſed complementum recepit de menſe Ianuarij ſubſequentis 1657. quo Laurentius in concurſu prælectus adiuit Sanctiſſimum, & obtinuit illius vigore Apoſtolicam prouiſionem non expoſito, quod per quinque dies poſt factum concurſum, publicè declaratum fuit D. Bernardum Archidiaconatu priuatum, electumque fuiſſe Epiſcopum de
16 menſe Iulij antecedentis; Comperta igitur veritate ceſſat diſpoſitio *l. Barbarius*, nec ſtatur opinioni, quæ illi cedit *c. conſuetudo 8. diſtinct. 8. l. cum ita legatum ſit ff. de condit. & demonſtr.* & in terminis *d. l. Barbarius*, præter Rotam *coram Buratt. d. deciſ. 479 in fine*, & alios ibi, & in deciſione relatos notat *Roman. in ſingular. 767. incipit lex Barbarius. Add. ad Bart. in eadem l. ſub verbo An facta, verſ. Item quod regula*.
17 Auctoritates verò in contrarium allegatæ, & præcipuè *Gratian. in diſcept. forenſ. 18. & 127.* non applicantur, quia vt fuit pariter reſponſum in alia *deciſ. §. Et hinc dicebatur*, loquuntur in caſu Iudicis reuocati, cuius geſta tenent ante ſcientiam reuocationis, non autem in iſtis terminis, nec cum iſtis facti circumſtantijs, & vbi adeſt decretum importans vacationem ex ſuperius, & in dicta deciſione adductis, in qua ideò Domini perſtiterunt vtraque parte informante &c.

Reuerendiſſ. D. Cerro Decano Cæſarauguſtana
Cathedralitatis. Lunæ 5. Iulij 1660.

ARGVMENTVM.

Declaratoria pro incurſu cenſurarum quando ſit concedenda.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria cenſurarum quando ſit concedenda, & num. 2. 3.*
3 *Controuentio poſitiua eſt contraria paritioni.*
4 *Eccleſiaſticæ perſonæ præ cæteris tenentur reuerenter Apoſtolicis mandatis ſtatim obedire.*

DECISIO LXXX.

PETEBANT Agentes Capituli Beatæ Mariæ de Pilari declaratoriam decerni contra Canonicos, & inter dictum contra Capitulum Sancti Saluatoris, quia expeditis Litteris exequutorialibus vigore rei iudicatæ cũ comminatione cenſurarum per Signaturam canonizatis, illiſque Capitulariter, & perſonaliter eis pluries præſentatis, ac in actis reproductis, ſeruatiſque ſolitis 4. terminis, debitam paritionem, vt opus eſt non exhibuerunt *ex tradit. per Felin. in cap. ad probandum num. 6. de re iudicata, & per Veſtr. in praxi lib. 8. cap. vlt. n. 19.* quos perpetuò ſequuta fuit Rota.

Nec ſuffragari verbalem obligationem factam in die informationis ab altero ex Canonicis S. Saluatoris nomine proprio, & proprio Capituli, quod ſua Eccleſia, & Capitulum fuit, & eſt paratum, & paratiſſimum obedire ſententijs Rotalibus, & decreto de exequendo facto die 3. Iulij 1658. omniaque, & ſingula in eiſdem ſententijs contenta, & expreſſa adimplere, & obſeruare.

Primò, quia huiuſmodi oblatio eſt captioſa, cum in ea nulla penitus facta fuerit mentio de exequutorialibus, & tamen ad iſtum effectum ipſæ principaliter attenduntur cum per extenſum contineant, & explicent ea, quæ per ſententias in compendio declarantur, vt tradit *Veſtr. vbi ſupra cap. vltimo numer. 16.* non ſubſiſtente, quod ſint exceſſiuæ, quia nihil continent, quod non conueniat Cathedralitati, vt ex ipſis litteris executorialibus apertè dignoſcitur *Summ. Pilarenſium numer. 1.* & ideò dum ſententiæ Rotales antiquiorem, & actualem Cathedralitatem declarant fauore Eccleſiæ Beatæ Mariæ, virtualiter comprehendunt omnia, quæ per extenſum in dictis exequutionibus fuerunt expoſita, Cathedralitatis conſequutiua, vt dixit *Rota coram bon. mem. Coccino deciſ. 136. numer. 3.* Et licet deciſiones in cauſa præcedenter editæ de aliquibus tantum actibus Cathedralitatis loquantur fauore Pilarenſium, id tamen non taxatiuè, ſed demonſtratiuè deductum fuit ad effectum elidendi exceptionem per Canonicos Sancti Saluatoris obiectam, quod Eccleſia Beatæ Mariæ remanſiſſet priuata Cathedralitate, ad quem effectum in eis firmatur, quod probata eius primordiali impreſſione etiam vnicus actus ſufficit pro illius integra retentione, & continuatione.

Secundò, quia tunc demum admittitur oblatio verbalis, quando non requiritur aliquod factum præciſum, & poſitiuum à condemnatis explendum. At quando exigitur (prout hic) ex quo expreſsè præcipitur Capitulo, & Canonicis Sancti Saluatoris, quod recognoſcant Eccleſiam B. Mariæ, in antiquiorem, & actualem Cathedralem, eiuſque Capitulum, & Canonicos habeant, & recognoſcant eum omnibus priuilegijs, iuribus, honoribus, prærogatiuis, & præeminentijs Eccleſiæ Cathedrali Cæſarauguſtanæ, quomodolibet debitis, & debendis *Sum. d. nu.*
2 1. verbalis oblatio tanquam ventoſa oſtentatio non recipitur. ſed requiritur poſitiua, & actualis paritio alias datur declaratoria, vt reſpondit *Rota apud Poſth. de manut. dec. 121. num. 1. coram bo. me. Merlino deciſ. 592. nu. 3. in Alexandrina penſionis 15. Ian. 1649. coram R. P. D. meo Celſo in Lodien. Canonicatus S. Martini 31. Ian. 1653. §. neque Capitulo, & in Cathacen. beneficiorum 14. May 1655. in fine coram me.*

Certius, quia per reiteratas vices Litteræ exequutoriales capitulariter Canonicis S. Saluatoris præſentatæ fuerũt, ſemperq; ipſi loco paritionis reſponderunt. quod ſi Capitulum aliquid haberet reſpondendum dictæ requiſitioni infra tempus ſolitum reſponderent *Sum. n. 2. &* 3. Et quod magis vrget duas Proceſſiones generales in menſibus Ianuarij, & Februarij currentis anni fecerunt *nouo Sum. n. 3.* non conuocatis Canonicis B. Mariæ, nec eis nobiliori, & honorificentiori loco præſtito, prout tenebantur ratione antiquioris, & continuatæ Cathedralitatis, ac ad formam mandatorum S. Rotæ *d. nouo Sum. num. 2.* quod in deciſionibus huius cauſæ comprobatur, vt *coram bo. mem. Coccino in recent. deciſ. 353. num. 77. verſ. quam plures denique par. 5. coram bo. mem. Bichio 6. Martij 1656. §. Quinto concordiam verſ. & vlterius diſponitur, & coram me 27. Maij 1658. ſub § tum etiam ex quo.*
3 Hinc enim habetur poſitiua contrauentio paritioni omninò contraria ob quam excuſari non poſſunt ab incurſu cenſurarum, ad quem effectum attenditur quæuis reſponſio, & quilibet actus ex quo argui, & dignoſci *poſſit animus* non parendi, vt reſpondit *Rot. in Colonien. Vicaria 14. Maij 1649. coram Eminentiſſ. D. Cardin. Otthobono inter eius impreſſ. deciſ. 174. num. 3. & 4.* Qui tanto magis eſt de-
4 teſtabilis, cum verſemur in Perſonis Eccleſiaſticis, quæ præ cæteris tenentur mandatis Rotalibus, ſeu verius Apoſtolicis ſtatim reuerenter obedire *Can. in memoriam 19. diſtinct. Rota coram eodem Eminentiſſ. Ottobono d. 75. numer. 3. & deciſ. 196. numer. 8.* & contra ipſummet Capitulum, & Canonicos S. Saluatoris in Cæſarauguſtana diſtributionum, ſeu attentorum 13. Nouembris 1647. coram me in fine.

Verum quia pro Capitulo S. Saluatoris deducebantur plures actus ad ipſos priuatiuè ſpectare vigore tranſactionum initarum cum Canonicis B. M. & ſententiarum deſuper prolatarum eius *Summ. num. 4.* necnon plures habere redditus ipſis particulariter donatos. Ideò per Dominos reſolutum fuit dandam eſſe declaratoriam, & reſpectiuè interdictum, niſi infra menſem paruerint, admittendo Canonicos B. Mariæ ad omnes actus Cathedralitatis, Reſeruato tamen Eccleſiæ S. Saluatoris iure agendi poſt paritionem pro priuatiua canonizatione dd. prætenſorum actuum, & reddituum prout ius fuerit.

Et ita vtraque &c.

Digitized by Google

R.P.D. Albergato Rauennaten. Penſionis
Lunæ 5. Iulij 1660.

A R G V M E N T V M.

Inſtrumenti verba & ſi per apoſtillam conſcripta, quando plenè probent non obſtantibus exceptionibus hic ponderatis; & bigamiæ exceptio quando penſionario non officiat.

S V M M A R I V M.

1 *Obligatio cameralis habet paratam executionem.*
2 *Inſtrumentum facit probationem probatam, & rem claram.*
3 *Apoſtilla in fine inſtrumenti quando probet.*
4 *Confeſſione nulla dari poteſt maior probatio.*
5 *Inſtrumenti fides, & legalitas arguitur ex approbatione contentorum in illo.*
6 *Scripturæ veritas alijs ſcripturis comprobatur.*
7 *Inſtrumentum vt reprobetur à teſte quid requiratur.*
8 *Confeſſio partis prævalet teſtibus & ſi mille.*
9 *Teſtis depoſitio ex quibus reddatur ſuſpecta.*
10 *Declaratio quod quis vult habere ſcripturam pro bona, & legali, donec conſtet de contrario, ſufficit.*
11 *Bigamia quando dicatur diſpenſata, & n. 12.*
13 *Concilij alicuius derogatio expreſſa vbi præcedit, ſubſequens generalis ſufficit, vt alijs Concilijs dicatur derogatum.*
14 *Actorum tranſportatio quando non ſit neceſſaria.*

D E C I S I O LXXXI.

IN manibus ſanct. mem. INNOCENTII X. reſignauit cla. mem. Cardinalis Capponius Archiepiſcopatum Rauennæ, fuitque in eius locum electus R. P. D. Torrigianus cum reſeruatione penſionis annuæ ſcut. 6000. ad fauorem Excellentiſs. D. Principis Pamphilij, nunc S. R. E. Cardinalis, etiam per Cedulam Conſiſtorialem, cui reſeruationi dictus D. Torrigianus conſenſit, & cum Iuramento in forma Cameræ ſoluere promiſit, & ad illius computum perſoluit ſcuta 25. Cœterum mortuo Cardinali Capponio, per cuius obitum factus eſt locus ſolutioni, contra D. Archiepiſcopum ſoluere recuſantem cenſuerunt DD. relaxandum mandatum virtute obligationis Cameralis,
1 quæ paratam habet exequutionem, & viam exequutiuam indulget, vt in iſtis terminis, *Lotter. de re benef. libr. 1. quæſt. 40 numer. 241. Rota coram Durano dec. 60 numer 2. & ſeqq. & in Mantuana penſionis 12. Iunij 1617. coram bon. mem. Dunozetto, & in Monopolitan. penſionis 2. Martij 1643. coram Reuerendiſſ. Tarraconen. §. validitas non fuit.*

Nec releuant plura, quæ in memorialibus pro parte D. Archiepiſcopi porrectis latè fuerunt deducta; etenim quod Cardinalis Capponius conſenſum non præſtiterit reſeruationi penſionis, tollitur ex publico Inſtrumento dicti conſenſus in Summ. D Principis num. 3. ibi, *In præſentia, & de conſenſu eiuſdem Eminentiſſimi, &*
2 *Reuerendiſſimi D. Capponij*, quod facit probationem probatam, rem claram, & manifeſtam, *Bart. in l. 1. num. 8 ff. de noui op. nunc. Rota coram Buratt. deciſ. 564 num.*
3 3. quamuis verba prædicta appoſita fuerint per remiſſam, ſeu apoſtillam in fine Inſtrumenti, nam cum ex oculari inſpectione appareant ſcripta manu eiuſdem, qui totum Inſtrumentum confecit, ceſſat omnis imaginaria ſuſpicio, & benè probant ſine alia expreſſa Notarij approbatione, *Caſtren. conſ. 131. numer. 2. verſ. ſi conſtat quod ſunt de manu. lib. 2. Thob. Non. conſil. 80 numer. 9. & ſeqq. Alex. conſ. 14. numer. 13. lib. 6. Rota coram Mantic. dec. 357 ſub num. 4. poſt med. verſ. vel quando apparet, Coccin. deciſ. 467. num. 2. in recen. deciſion. 226. num. 17. par. 7. in Firmana Profeſſionis 2. Decembris 1639. coram Reuerendiſſimo Tarraconen. §. nec obſtant, in Bononien. fideicommiſſi de Amorinis 18. Maij 1648. coram Reuerendiſſ. Domino meo Papien. §. fines autem in fine, & in Viterbien. Prædij 30. Decembris 1659. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano §. quia cum.*

Quod ſine difficultate procedit ſtante alio Inſtrumento inter dictos DD. Cardinalem, & Archiepiſcopum celebrato, in quo ille renunciauit huic partem fructuum Eccleſiæ Rauennaten. & ambo mentionem fecerunt de huiuſmodi penſionis reſeruatione, & conſenſu deſuper præſtito, & ad vtrumque ſe retulerunt declarando enixis verbis per præſentem conuentionem in nihilo præiudicare velle reſeruationi penſionis, etiam quo ad poſſeſſionem exigendi, vt ex verbis *Sum. dicti D. Principis num. 12. ibi, (eadem partes expreſsè declararunt, atque declarant præſens Inſtrumentum, & conuentiones ſicut ſupra, inter ipſas partes, & ſaluo beneplacito Apoſtolico, ſtabilitas, in nihilo præiudicare velle reſeruationi penſionis factæ ad fauorem Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi D. Camilli Cardinalis Pamphilij, etiam quo ad poſſeſſionem exigendi, itaut reſeruatio fructuum, ſeu penſio prædicta nunquam poſſit vigore cuiuſcunque facultatis transferrendi eidem Eminentiſſimo Domino Cardinali Capponio conceſſa, ſeu concedenda, in toto, vel in parte, etiam minima transferri; ſed eidem Priuilegio, ſeu facultati transferrendi denuo renunciat, & medio Iuramento tacto pectore præſtito promiſit ea nunquam velle vti, prout in motu proprio deſuper ſignato, & conſenſu deſuper præſtito, ad quos*
4 *&c.* Qua confeſſione nulla maior probatio dari poteſt, *cap. per tuas de probationibus, Rot. coram Pen. deciſ. 1628 nu. 2.*
5 & quod ex approbatione contentorum in Inſtrumento illius fides, & legalitas arguatur plenè *Rot. in Bonon. Primogenituræ 25. Iunij 1655. coram bon. mem. Bichio §. eo magis, & ſeqq.*

6 Et paſſim veritas ſcripturæ alijs ſcripturis comprobatur. *Pariſ. conſil. 28. num. 45. & ſeqq. lib. 2. Surd. conſil. 173. numer. 54. & ſeqq. Rota in dicta Firmana profeſſionis vbi ſupra.*

Hinc non releuat depoſitio vnius teſtis pro parte D. Archiepiſcopi inducti, aſſerentis D. Cardinalem ſtipulationi non fuiſſe præſentem, quia patitur plures exceptiones, tam in dicto, quam in perſona, latè deductas ab informantibus
7 pro D. Principe; ob quas nihil penitus afficit ad reprobationem publici Inſtrumenti *Crauett. conſ. 56. nu. 10. verſic. quod tamen, Gratian. diſcept. 192. num. 27. Rota deciſ. 150. par. 8. recent. numer. 14. & 15. & in Aſſiſien. Dotis 22. Iunij 1640. coram Reuerendiſſimo Tarraconen. §. minus obſtat vnicus Teſtis*, vbi quod ad hunc effectum teſtis debet eſſe omni exceptione maior.

Tautominus, cum in contrarium militet legalitas No-
8 tarij inuериſimilitudo, & prædicta confeſſio Cardinalis in alio Inſtrumento contenta, quæ prævalet teſtibus etiam ſi forent mille, *Burſat. conſil. 111. num. 14. lib. 1. Gabr. de Teſtibus concluſ. 4. numer. 77. & Duran. deciſ. 90. num. 8. & 214. num. 4.* & quibuſcunque contrarium deponentibus, *Bald. conſil. 192. numer. 8. verſic. ſed contrarium lib. 2. Rota poſt Pacific. de Saluian. Interd. deciſion. 46. numer 6. & deciſion. 267. num 8. par 8. recent. Cæſar de Graff. deciſion. 75. alias 6. de Teſtibus numer. 2.* Immò ex præ-
9 dicto Inſtrumento, & confeſſione ibidem adiecta valdè ſuſpecta redditur depoſitio eiuſdem teſtis, *Caputaq. deciſ. 284. num 6. par. 3. Rota poſt ſec. volum. conſil. Farinac. deciſ. 251. num. 2.*

Rurſus non obſtat, quod D. Princeps teneatur declarare, an velit habere d. Inſtrumentum pro bono, & reali; nam
10 hæc declaratio iam facta fuit, quod vult habere illud pro bono vero, & reali, donec conſtet de contrario, quæ ceſſante ſuſpicione contra Inſtrumentum, vt in præſenti, ſufficere ſolet, *Specul. in tit. de edit. Inſtrument. §. videns n. 3. verſ. quod ſi velit. Crauet. conſ. 46. nu. 11. Rota poſt ſecundum volum. conſil. Farinac. deciſ. 1. nu. 4.* & concordant relata per *Modern. Cortonen. in Prax. par. 2. cap. 4. n. 85.*

Et multo magis, cum aliundè conſtet de veritate dicti Inſtrumenti, & conſenſus per expreſſam confeſſionem, non ſolum eiuſdem Cardinalis, ſed etiam ipſiuſmet D. Archiepiſcopi.

Minus obſtat exceptio Bigamiæ, nedum quia vt requires altiorem indaginem non impedit exequutionem Cameralis

ralis

ralis obligationis, ſed etiam quia D. Princeps habet ampliſ-
11 ſimam diſpenſationem Pontificis retinendi quaſcunque
penſiones ſuper quarumlibet Patriarchalium, Primatia-
lium, Archiepiſcopalium, etiam Rauennaten. & Epiſcopa-
lium, aliarumque Eccleſiarum fructibus &c. etiam ſi eum
vidua contraheret, eius *Summ. num. 4.* Quæ ad hunc ef-
fectum ſufficit. *Ancharan. conſ. 404. num. 4. verſ. diſpen-
ſatio enim, latè Rota in Ferrarien. penſionis deciſ 1. a nu-
mer. 29. & ſeqq. & deciſ. 50. num 9. par. 5. recent. & in Ale-
xandr. n. penſionis 19. Iunij 1648. §. nec obſtat coram R. P.
D. meo Celſo.*
12 Cui indulto non obſtat defectus ſpecialis derogationis
cap. 1. de Bigamis, continentis Conſtitutionem Concilia-
rem, dum Pontifex ſubſtulit obſtaculum bigamiæ, & Prin-
cipem habilitauit, vt eo non obſtante capax fuiſſet retinen-
di penſiones, & in dicto Indulto derogauit Concilio Late-
ranen. prohibenti reſeruationes penſionum ſuper fructi-
bus Cathedralium Eccleſiarum, aliiſque Vniuerſalibus,
Prouincialibus, Synodalibuſque Concilijs editis, aliiſque
13 Conſtitutionibus Apoſtolicis, vbi enim præcedit expreſſa
alicuius Concilij derogatio, ſufficit poſtea derogatio ge-
neralis aliarum Conciliarium Conſtitutionum, *Rota
in Cochen. exemptionis Decimarum 17. Martij 1598.
coram Orano, relat. per Gnrz. de beneſ. par. 4. cap. 5. nu. 38.
& 39. Rot. in Ferrarien. Decimarum Veneris 8. Aprilis
1658. §. nec videtur coram R. P. D. meo Beuilaqua*, & in
terminis Bigamiæ dixit *Rota in Alerien. penſionis la 7. n. 4.
& dec. 58 nu. 7. par 5. recent.*
Exceptio denique tranſportationis Actorum non rele-
uat ob reſcriptum Signaturæ quod procedatur cum facul-
14 tatibus A. C. tanquam in prima, & incboatum fuit nouum
iudicium, quo ſtante non eſt neceſſaria talis actorum trāſ-
portatio, *Saluſt. Tiber. in prax. lib 2. cap. 28. num. 3. Gra-
tian. diſcept. 121 n um. 25. Add. ad ſinult mem. Greg. deciſ.
320. num. 2.* latè diſtinguendo materiam, *Rota in Roma-
na Societatis Aſſictus 27. Martij 1647. coram bon. me. Ar-
guelles §. nec refert.*
Et ita altera tantum parte, parte altera pluries, & pluries
citata reſolutum fuit.

R. P. D. Veroſpio Romana Locationis.
Veneris 26. Nouemb. 1660.

ARGVMENTVM.

Mutuum adiectum contractui cambij, quando ipſius con-
tractus naturam non immutet; & ad hoc, vt locatio di-
catur vſuraria quæ requirantur.

SVMMARIVM.

1 *Mutuum quando propriam naturam immutet, & nu-
mer. 2.*
2 *Contrahentium mens reiecto cortice verborum inſpici
debet.*
3 *Locatio vt dicatur vſuraria, neceſſe eſt concurſus mutui
veri, vel ficti, & diminutio conſuetæ penſionis ſubſequu-
ta ex cauſa ipſius mutui.*
4 *Locatio non effectuata non inducit conſuetam locandi le-
gem, & n. 5.*
6 *Actus effectum non ſortitus nullius eſt momenti.*
7 *Merces minutatim vendita æſtimatur maiori pretio, quā
altera in magna quantitate diſtracta.*
8 *Locatio reſpondens infimo pretio nimis obſeruato, eſt im-
munis a labe fœnoris.*
9 *Mutuum implicitum, ſeu palliatum quando in contractu
cambij præſumi poſſit.*
10 *Contractus quando dicantur ſeparati, & diſtincti, li-
cet initi coram eodem Notario, & teſtibus.*

DECISIO LXXXII.

VSurariæ prauitatis incurſu in contractu locationis venæ
Ferrariæ binis deciſionibus excluſo, cum Agentes
Domini Principis Ludouiſij in relationibus cauſarum
ſuper hoc iterum iſtetiſſent audiri, An ſcilicet locatio ve-
ro, vel ſaltem palliato mutuo annexa foret, re propoſito
per me dubio, pro mutui, ac fœnoris excluſione denuò
Domini reſponderunt.
1 Licet enim in Inſtrumento locationis Conductorum
obligatio inſerta noſcatur mutuandi Domino Principi,
vel per ſemetipſos, vel alterius mediante perſona ſcuta
175. mill. Nihilominus facultate perſpecta Conductori-
bus ipſis immediatè reſeruata eandem quantitatem reti-
nendi ſub cambijs, contractus cambij realiter geſtus eſſe
præſumitur, cuius proinde naturam antecedens expreſ-
ſio mutui immutare nequiuit, vt aduertit *Gabr. conſil. 69.
numer. prim. 7. & 8. lib. prim. Guidopap. quæſt. 186. num. 1.*
2 vbi, quod mutuum ſtatim in alterum conuertitur con-
tractum iuxta mentem contrahentium, quæ reiecto ver-
borum cortice inſpici debet *Couar. var. lib. 3. cap. 2. numer.
2. in fine, Duard. de camb. §. 1. quæſt. 10. numer. 3 propè
finem*, & probat *text. in l. in conuentionibus 219 ff. de ver-
bor. ſignif. in l. ſed Celſus §. 1. verſ. in emptis enim ff de
contrah. empt.*
3 In locationis præterea contractu ad hoc, vt vſurariam
ea redoleat prauitatem, nedum mutui veri, vel ficti con-
curſus, ſed etiam diminutio conſuetæ penſionis ex cauſa
eiuſdem mutui ſubſecuta requiritur, vt tradunt *Socc. ſen.
in l. ſi quis nam. 12 ff ſi cert. pet. Curt. iun. in l. 2 §. mutui da-
tio num. 19 cum ſeqq. ff. eod. tit. Genuin. conſ. 16. num. 2. Rub.
Alexand. conſil. 20. num. 3. Menoch. conſil. 109. numer. 12.
Vgolinus de vſur. cap 54. §. 1 Nauar in manual. eodem
tit. num. 26. Caſtill. deciſ. 143. num. 1. & 2. Mnſtrill. deciſ.
106. num. 16. & 33.*
Hæc autem prætenſa diminutio ex ſimilibus locationibus
antecedenter cum Sereniſſimo Magno Duce, ac ſucceſſi-
uè cum Sanguinetto contractis in caſu propoſito, remo-
uetur expreſſe; dum neutra ex ijs valorem æquum ſcu-
torum quadraginta duorum, nec non viginti obulorum
in ſingula centena pondera ferri a Dominis Rinuccinis
perſolutum, conceptæ tenſa tamen tertia lucrorum portio-
ne in eodemmet Inſtrumento Locatori attributa, vt ex
præteritis deciſionibus apertè conuincitur.
Neque ad arguendam conſueti valoris diminutionem
poterit deſeruire Sanguinetti promiſſio, deſumendi ſin-
gulis annis centena pondera 803. ac numerum proinde
maiorem, quam locatio præſens contineat, ad pondera
360. dumtaxat reſtricta. Dum enim ex facto concorditer
habito, vix pondera 380. per Sanguinettum quolibet an-
4 no extracta noſcuntur, eius promiſſio, vti effectum non
ſortita, conſuetam locandi legem non induxit, vt aduertit
*Rot. deciſ. 675. num. 5. par. 2. recen. & deciſ. 317. num. 7. pe-
nes Poſt. de manuten.* Nec conſequenter illius conuentio-
nis ad inſtar, ſubſecutus contractus debet regulari. Poſt-
quam maximè obligationem hanc pro exceſſiua Sangui-
nettus agnouit in eodemmet locationis Inſtrumento, ibi,
*e quando non haueſſe potuto leuare la ſomma delli centi,
come facilmente può ſeguire ſi per li tempi, come per eſſere
la ſomma groſſa.*
Hinc obeſſe non valet adſtipulata cum Mercatoribus
Ianuenſibus Principis nomine locatio in plaſtris quadra-
5 ginta ſeptem pro ſingulo centeno pondere ferri, talis nam-
que locatio, vti effectu deſtituta, ad diminutionem pretij
eliciendam ineſſicax eſſe cenſetur, vt præter ſuperius rela-
6 tas auctoritates probat *Aym. conſ. 10 nu. 5.* vbi quod actus
effectum non ſortitus nullius roboris, ac momenti repu-
tatur *Surd. conſ. 3. n. 29. cum ſeqq. & deciſ. 51. n. 2. Gonz. ad
regul. 8. Cancell. gloſ 45. §. 3. n. 3. & gloſ. 55. n. 21 & 22. Rota
deciſ. 162. n 4. par. 4. diuerſ.*
Quinimmò initus cum DD. de Rinuccinis contractus,
tanquā appaltus generalis, ab ea particulari locatione pro
bis centum vigintiquinq; ferri ponderibus adſtipulata re-
7 gulari non valet, dum merces ſeparatim, ſeu minutatim
vendita, pretio maiori exiſtimari cōſueuit, quam altera in
magna quantitate diſtracta, vt notat *Regin. in prax. for pœ-
nit. lib. 25. nu. 282. Leſſ. de iuſt. & iur. lib. 2. c. 21. de empt. &
vend. dubit. 4. in fin. cū alijs auctoritatib. in præteritis deciſ.
recēſitis*; Perſpectis præſertim quamplurimis ſimiliū ven-
ditionum particularium inſtrumentis pro ſcut. 40. monetæ
Florentinæ cum magona Florentiæ peractis, quæ in omnē

8 caſum poſſent exinde Conductoribus ſuffragari, quòd locatio infimo dumtaxat reſpōdens pretio à fęnoris labe immunis euadit, vt tradit *Conar. var. lib. 2. cap. 3 nu. 1. Cyriac. contron. 169 nu. 16. Molin. de contract. diſp. 309. nu. 7. verſ. nolo mutuum in fine. Nauarr. in manual. cap. 17. nu. 228. verſ. iuſtum pretium intelligo.*

9 Diminutione itaque pretij excluſa, palliatio mutui prætenſa videtur quoque corruere, cum implicitum, ſeu palliatum mutuum in hoc cambij cōtractu dumtaxat præſumi poſſet, quoties Conductores præter licitum lucrum aliquid plus contemplatione traditæ pecuniæ ſuperlucrari voluiſſent, vt notat *Beron conſil. 186 num. 16. lib. 1. Menoc. conſil. 109. num. 28. & 29. Natt. conſil. 670 nu. 9. Rimin. iun. conſil. 218 num. 59. & 60. & conſil 309. nu. 62. Card. Mant. de ta. it. lib. 8. tit. 18. num. 13.*

Nec in contrarium vrgere poterit, quod Domini Principis procurator, maiorem portionem receptæ pecuniæ penes rationem bancariam à Nerlio exercitam, cuius Conductores erant participes illicò dimiſerit; Cum enim in extinctionem æris cum eadem ratione bancaria grauioribus ſubvſurijs à Domino Principi antecedenter contracti, ceſſerit ipſa ſolutio; eidem proinde Domino Principi, non autem Dominis Rinuccinis detulit vtilitatem, nec vlla conſequenter exinde valet præſumptio conſurgere, quod ſub velamine cambij, contractus mutui prodierit;
10 Qui ſanè contractus diſtincti, ac pœnitus ſeparati eſſe cenſentur, licet eorum adſtipulatio coram iiſdem, met Notario, ac Teſtibus inita foret, vt in terminis emptoris domus exburſatam pecuniam illicò ad cenſum recipientis dixit *Rot. in Aſſiſien. Cenſus 28. Martij 1653. in §. huiuſmodi autem coram R. P. D. meo Beuilaqua.*

Et ita cætera priorum deciſionum fundamenta Domini approbando pro earum confirmatione reſponderunt, vtraque &c.

R. P. D. Priulo Romana Domus
Lunæ 29. Nouembris 1660.

A R G V M E N T V M.

Ad ornatum Conſtit. Gregorianæ de iure congrui multa afferuntur; & quando coactio nequeat dici meticuloſa oſtenditur.

S V M M A R I V M.

1 *Venditionem fuiſſe liberam, & ſpontaneam à quibus verbis deſumatur. & n. 7.*
2 *Inueſtitio pretij ſi fieri debebat, & fuit ab emptore remiſſa, debet valdè conſiderari.*
3 *Conſtitutionis qualitates non ſeruatæ oſtendunt, actum non fuiſſe expletum iuxta præſcriptum ipſius conſtitutionis.*
4 *Contrahentes cenſentur contraxiſſe eo modo, & forma contentis in Inſtrumento.*
5 *Bulla Gregoriana de Iure congrui habet locum tantummodo in venditione neceſſaria, & coacta: de eius requiſitis. num. 6.*
8 *Metus ex quibus excludatur.*

DECISIO LXXXIII.

THEODOSIVS Rubeus vendidit anno 1645. Excellentiſſimo D. Principi Pamphilio, tunc S. R. E. Cardinali, domum quam ipſe inhabitabat, poſitam in Platea Agonæ, & Palatio eiuſdem D. Principis contiguam pretio ſcutorum 6478. Prætendente nunc D. Paulo filio venditoris augmentum in quinta parte dicti pretij debitum ex Conſtitutione Gregoriana de iure congrui, quoties cogitur vicinus domum inhabitans eam vendere vicino ædificare volenti ad ornatum Vrbis, propoſui dubium, an eſſet locus dicto augmento, & DD. negatiuè reſponderunt.

1 Non ſolum enim ea verbis inſtrumenti deſumptum fuit domum venditam non fuiſſe vigore Conſtitutionis Gregorianæ, ſed titulo puræ, & liberæ donationis, ibi, *Ipſe Theodoſius emptens, quod huiuſmodi venditio ſuum plenarium quam citius ſortiatur eſſectum ſponte &c. vendidit, alienauit &c.* quæ verba ſonant in venditionem liberam, & ſpontaneam, non autem in neceſſariam, & coactam ad *text. in l. 1. C. de teſtamen. tutel. Bertazzol. de clauſ. clauſ. 11. gloſ. 1. ad med. Surd. conſil. 361. ſub num. 16. Rot. in Romana Cenſus 24. Aprilis 1600. coram bo. mem. Hieronymo Cardinali Pamphilio apud Marcheſan. de commiſſion. par. 1. fol. 858. nu. 3.*

Sed etiam ea pactis ex eo adiectis; ſiquidem pretium domus æſtimatum fuit à tertio perito, cum tamen ex forma Conſtitutionis eſſet declarandum in diſcordia peritorum à Magiſtris Viarum, vt diſponitur in §. 4. Rurſus idem pretium ſolutum apparet liberè venditori, cum tamen in-
2 ueſtiri debuiſſet, vel loco inueſtimenti præſtari cautio pro ſecuritate D. Principis emptoris, vt in §. 18. cuius remiſſio valdè conſiderabilis eſt, vt aduertit *Pinell. in l. 2. part. 3. capit. vltim. numer. 22. & ſeq. C. de reſcinden. vendit. Rota in recent. dec. 253. numer. 11. & deciſ. 344. eodem numer. par. 4. tom. 2. & in Ianuen. prætenſæ ſeparationis thori 22. Iunij 1650 coram Reuerendiſſimo D. meo Meltio Epiſcopo Papienſi.*

3 Vlterius non fuit ſeruata forma illius circà alias qualitates in ea contentas, quibus deficientibus non poteſt dici quod ad præſcriptum bullæ fuerit ſeruata venditio *Bart. in l. 1. §. quod autem ait prætor ff. ne quid in flum. pub. Roland conſ. 63. num. 9. lib. prim. Grat. conſ. 151. num. 18 lib. 2.*
4 *Gratian. cap 546. num. 16.* Sed benè demonſtratur partes non habuiſſe animum contrahendi niſi eo modo, & forma prout in ipſo inſtrumento continebatur *ad text. in l. qui fundum 40. §. qui agrum ff. de contrahen empt. Mant. de tacit lib 2. tit. 2. num. 2. & 3.* & latè dictum fuit *in Romana prætenſæ deuolutionis palatij 7. Iunij proximi præteriti coram R. P. D. meo Celſo.*

Cum itaque verſemur in venditione voluntaria, & ſpontanea fruſtrà prætenditur augmentum pretij domus ex
5 diſpoſitione eiuſdem bullæ, quæ habet locum dumtaxat in venditione neceſſaria, & coacta, ad quam vicinus non niſi præuia iudiciali inſtantia, vel lite introducta compellitur, vt manifeſtè patet ea illius lectura, & aduertunt *Mant. de tacit. lib. 22. tit. 28. num. 10. & ſeq. Gratian. cap. 546. nu. 12. & 13.*

Hinc nec releuat quod licet nulla præceſſerit citatio, nec lis fuerit introducta adhuc tamen venditio coacta cenſeri debeat, ex quo Theodoſius poterat ad illam compelli, nam omiſſo, quod non conſtat ipſum potuiſſe compelli, dum probatum non fuit quod domus cohærebat palatio à duo-
6 bus lateribus, vt requirit Bulla in § concluſio procedit quādo venditio facta fuit expreſsè in vim bullæ præcedente monitorio ad vendendum, vt loquuntur *deciſ. 465. num. 9. & 871. num. 2. apud Merlin.* non autem vbi (prout hic) nec monitorium, nec aliqua inſtantia iudicialis præceſſit, ſed
7 eius forma inobſeruata partes voluerunt ſpontè, & liberè contrahere, tunc enim venditio non poteſt dici coacta, ſed voluntaria, & ſpontanea, vt notat *Dec. in cap cum M. Ferrarienſis num. 2. de conſtit. Carpan. ad ſtatut. Mediol. cap. 115. num. 325. in princ. Fort. ad ſtat. Papiæ rub. 25. in ciuilibus num. 215. cum ſeqq.*

8 Reſponſio verò, quod Theodoſio non licuit propter metum proteſtari, quod vendebat ad formam bullæ, non ſubſiſtit, quia id benè argueretur quoties præceſſiſſet aliquod factum inductiuum metus, vel doceretur de aliqua proteſtatione ſaltem facta ex interuallo, & occultè, quæ faciliùs erat, ſecus cum ipſius ſpontanea voluntas vendendi concurrat, ex quo proindè elicitur venditionem habuiſſe originem dumtaxat à voluntate, quæ propterea non poteſt dici meticuloſa, & coacta juxtà tradita per *Surd. deciſ. 254. numer. 29.*

Et ita vtraque parte informante &c.

Reue-

Digitized by Google

Reuerendiſſimo D. Cetro Decano Cæſaraguſtana
Cathedralitatis, Veneris 10. Decemb. 1660

ARGVMENTVM.

Ad effectum euitandi cenſuras requiritur actualis paritio nec ſufficit oblatio de parendo mandatis Immemorabilis ex quibus excludatur, & quando duo Capitula faciant vnum corpus formale.

SVMMARIVM.

1 *Rotæ mandata non ſunt captioſis cauillationibus eludenda; ſed ipſis eſt actualiter, non verbaliter parendum. num. 2. ampliã n. 3. 5. 7.*

4 *Expreſſum dicitur omne id, quod ſequitur ex eo, quod eſt expreſſum.*

6 *Rei iudicata eſt in omnibus parendum, antequam quis contra eam audiri poſſit.*

8 *Tranſactiones perſonales non efficiunt ſucceſſores.*

9 *Sententia laborans defectu iuriſdictionis eſt nulla.*

10 *Obſeruantia excluditur per vnicum actum difformem.*

11 *Beneplacitum præſumptum nequit obſeruari ceſſante obſeruantia.*

12 *Immemorabilis vt nequeat probari à quibus reſultet, & num. 13.*

13 *Mala fides excludit immemorabilem.*

14 *Quaſi poſſeſſio priuatiua in incorporabilibus non acquiritur ceſſante patientia, & acquieſcentia partis aduerſa.*

15 *Remiſſoria denegatur ob impoſſibilitatem probationis.*

16 *Capitula duo in quibus poſſint facere vnum corpus formale.*

DECISIO LXXXIV.

RESolutum fuit 5. Iulij præteriti dandam eſſe declaratoriam contra Canonicos, & interdictum contra Capitulum S. Saluatoris niſi infra menſem paruerit exequutorialibus à S. Rota relaxatis, admittendo Canonicos Sanctæ Mariæ de Pilari ad omnes actus Cathedralitatis, reſeruato Eccleſiæ S. Saluatoris iure agendi poſt paritionem pro priuatiua Canonizatione prætenſorum actuum, vt iuris fuerit, cauſaque ſuper ipſis iterum diſcuſſa, Domini ſteterunt in deciſis, quia ſeruata fuerunt omnia de ſtylo ſeruanda, & oblationes verbales in Curia factæ à D. Canonico Doctorali nomine proprio, & procuratorio Capituli S. Saluatoris, ex pluribus viſæ non ſunt ſufficientes, neque admittendæ.

Et primò quia altera nullam facit mentionem de exequutorialibus ſub erroneo prætextu exceſſiuitatis, quæ non ſubſiſtit, vt firmatum fuit in præcedenti deciſione, altera verò ſimpliciter continet, Canonicos velle parere omnibus per Rotam declaratis ſub expreſſa præſeruatiua, ibi, *Reſeruatis ijs, quæ ſuæ Eccleſiæ, & Capitulo competunt iure particularis priuilegij contractus, Tranſactionum, Sententiarum, & præſcriptionis etiam immemorabilis, donec, & quouſque fuerit per Sacram Rotam*
1 *declaratum*. Huiuſmodi enim oblationes iſtis actibus, & reſeruationibus factæ omninò captioſæ ſunt, & valdè periculoſæ, cum ad aliud non tendant, niſi ad eludendum effectum mandati Rotalis, ſeu verius Apoſtolici quaſi non afficiant cenſuræ, vel eis non ſit parendum, niſi in nuda, & ſimplici Cathedralitatis denominatione, vel in actibus in quibus videbitur ipſis Canonicis contumacibus, quæ propterea prodeſſe non poſſunt, vt benè reſpondit *Rota coram Penia deciſ. 881. num. 5. ſecundum impreſſ. Lugdun.*

Secundò quia exequutoriales continent factum poſitiuum à condemnatis explendum, ibi, *Et mandamus quatenus dictam Eccleſiam Beatæ Mariæ Virginis de Pilari &c. illiuſque Capitulum, & Canonicos talis Cathedralis cum omnibus priuilegijs, iuribus, honoribus, prærogatiuis, & præeminentijs Eccleſiæ Cathedrali Cæſaraguſtanæ quomodolibet debitis, & deben-*
2 *dis habeatis, teneatis, & reſpectiuè recognoſcatis*. Ideò non ſufficiunt oblationes verbales, ſed realis, & actualis paritio requiritur, vt præter *deciſiones in præcedenti allegata dictum fuit coram bon. mem. Merlin. deciſ. 481.*
3 *nu. 1.* Cumque agatur de re habente tractum ſucceſſiuum in futurum, neceſſaria eſt continua, & ſucceſſiua paritio *Burat. deciſ. 268. numer. 2. & in Alexandrina penſionis 11. Ianuarij 1649 coram Reu. P. D. meo Celſo §. finali.*

Nec refert quod ſententiæ non deſcendant ad ſpecialia, & propterea requiratur liquidatio, qua non præcedente non poſſint Canonici Sancti Saluatoris de contumacia redargui, quia cum contineant generalem declarationem antiquioris, & actualis Cathedralis Eccleſiæ Beatæ Mariæ omnia in ventre comprehendunt, & liquidant, quæ veniunt in neceſſariam conſequentiam decla-
4 ratæ Cathedralitatis licet ad litteram ſingulariter non ſint expreſſa, omne enim quod ſequitur ex eo quod expreſſum eſt habetur pro expreſſo, & ſpecificato, *iuxt. tex. in l. ſi ita ſcriptum. vbi DD. ff. de liber. & Poſthum. Burat. dec. 125 num. 4.*

Tertiò demum quia conſtat de expreſſa recuſatione Capituli eiuſque voluntate non parendi *dum ſemper fecit actus omninò contrarios paritioni, & præcipuè* vltra recenſitos in alia deciſione nuper laborantes in extremis Reuerendiſſ. Archiepiſcopo Cæſaraguſtano, & declarante, quod ſi non ſumebat Sanctiſs. Viaticum, id totum contingebat, vt euitaret ſcandala, & diſſentiones forſan oriundas inter has duas Eccleſias, Canonici S. Saluatoris ſe ſe oppoſuerunt proteſtantes, reperiti, & exiſtere in quaſi poſſeſſione illud ſubminiſtrandi Archiepiſcopis pro tem-
pore, vt latius in *Summ. Pilarenſium numer. primo.*
5 Vnde tanto magis augetur expreſſa, & poſitiua inobedientia, & ſpernendæ ſunt huiuſmodi oblationes ad *gloſ. in cap. duo ſunt 96. diſtinct. Merlin. d. deciſ. 481. numer. 6.*

Non obſtat repetita exceptio quod plures actus Cathedralitatis ad Canonicos Sancti Saluatoris priuatiuè pertineant, ex Tranſactionibus, ſententijs, & præſcriptione etiam immemorabili.

Quia iuſtè in alia deciſione reſeruatum fuit prædictis Canonicis ius agendi poſt paritionem pro priuatiua Ca-
6 nonizatione dd. prætenſorum actuum, quia habent contra ſe rem iudicatam. Ideòque in omnibus ei parere debent antequam audiri poſſint etiam in verificatione nouorum iurium *l. peremptorias C. ſent. reſcind. non poſſ. & l. 1. C. de iur. & fact. ignor. Caputaq. deciſ. 323. numer. 5 par. 1. Andr. dec. 72. num. 7.* præſertim quoad Tranſactiones ante illam celebratas, cum non poſſint poſtea deduci ad effectum euitandi eius paritionem *Caſtr. in d. l. 1. numer. 5. verſ. præmitte ad euidentiam Mohed. dec. 3. numer. 1. verſ. maxime quod exceptio de tranſact. Rota in recen. deciſ. 91. num. 9 par. 7.*

7 Certius quia omnia quæ ſub prætextu priuatiuæ quaſi poſſeſſionis, nunc etiam aſſumuntur in præcedentibus inſtantijs ſemper allegata fuerunt, & per Rotam diſcuſſa, & reiecta, vt pleniſſimè habetur in elaborata *dec. bo. me. Coccin. in recent. deciſ. 352. par. 5. coram bon. memoria Bichio 21. Iunij 1655. & 6. Martij 1656. & coram me 27. May 1658.*

Et quamuis præfata ſatis ſint pro relaxatione declaratoriæ, cum particularis diſcuſſio prætenſorum actuum non ſit præſentis indaginis, nihilominus ex abundanti, & ad magis oſtendendum malum ius Capituli parere recuſan-
8 tis ponderatum fuit, quod tranſactiones nunquam carentes Beneplacito Apoſtolico ſunt merè perſonales; Ideòque non afficiunt ſucceſſores *cap. veniens de tranſact.*
9 quodque nec ipſæ, nec ſententiæ arbitramentales, quæ vlterius nullitatis vitio, laborant ob defectum Iuriſdictionis, dum Eccleſia de Pilari immediatè ſubiecta eſt Sedi Apoſtolicæ, vt firmauit *Rot. deciſ. 43. numer. 3. ac deciſ. 157. ante num. prim. par. 6 recent. & coram me in hac cauſa 27. May 1658. §. non obſtat*, nunquam obſeruatæ fuerunt, cum Pilarenſes in contradictorio iudicio in Rota

plura mandata ſer.ſer.obtinuerint directè contra contenta
in ipſis tranſactionibus, & ſententijs, *vt in d.Sum.numer.*
10 *5.6.8.9.& 12.cum duob. ſeqq.* Obſeruantia enim excludi-
tur etiam per vnicum actum diſſonnem *Rot. dec.112.nu.*
5.verſ.& vnicus par.2.recent. Et ceſſante obſeruantia, al-
11 legari non poteſt Beneplacitum præſumptum *bo.me. Coc-
cin. deciſ.301.num.3.& coram Eminentiſs. D.Card.Ot-
thobono deciſ.224.nu.22.*

Immemorabilis verò quaſi poſſeſſio priuatiuè quoad
certos actus improbabilis eſt ob lites inter has Eccleſias ab
antiquiſſimo tempore pendentes ſuper omnimoda vnita-
te in temporibus, & ſpiritualibus cum integra retentione
omnium iurium Cathedralitatis, quæ incæperunt ab an-
no 1170.vt habetur ex concordia anni 1221. *d.Sum num.*
5.ex commiſſione anni 1536.*num.7.* ex Epiſtola Synoda-
li Diocesana transmiſſa ad Sa.mem.Paulum V.anno 1611.
& 1615. *num.11.* & ex vltima commiſſione Rotali de an-
no 1623. *Sum.numer.15.* In quibus omnibus continetur
ab Eccleſia de Pilari ſemper fuiſſe prætenſum integrè re-
tinuiſſe, & retinere omnia iura Cathedralitatis, vnde pro
12 improbabilitate immemorabilis duo reſultant, Alterum
ex impoſſibilitate inueniendi Teſtes tàm annoſos, qui an-
te motas lites deponere poſſint de viſu per annos quadra-
ginta, *Cardin. Seraph. deciſ. 1450.num.2. 1460.num.2.
Greg.dec.434 num.12.Comitul.deciſ.138.num.5.* Alterum
13 ex mala fide ex dictis litibus reſultante, quæ immemora-
bilem excludit, *Cardin.Seraphin.deciſ.707. num.6. Rota
in recent.dec.265. num.17. par.5 & in Calagurritana De-
cimarum de Ochon. 1. Iulij* 1654. *coram me ſub §.concor-*
14 *dia autem*, Et exinde ceſſat patientia, & acquieſcentia
Pilarenſium, ſine quibus in incorporalibus non acquiri-
tur quaſi poſſeſſio priuatiua *Cardin. Maut.dec.207.num.
6. Cardin.Seraph dec.436.num.3.& in rec.deciſ.543.nu-
mer.11.par.5.*

Nec releuant Teſtes relati in *Sum.additionali Capituli
Sancti Saluatoris num.*1.deponentes de priuatiuo exerci-
tio Iuriſdictionis quaſi Epiſcopalis, Sede Vacan. cum de-
putatione Vicarij Capitularis, etiam ab immemorabili,
quia præter quod ſunt examinati in partibus pendente lite
in Rota ſine litteris remiſſorialibus, & ſine citatione Par-
tis, hoc præcisè articulatum fuit *coram bon.mem. Duno-*
15 *zetto in 4.5.& 6. articulis*, & denegata fuit Remiſſoria
ob impoſſibilitatem probationis, & irreleuantiæ latè
comprobatam *in dicta deciſ.coram me emanata 27.Maij*
1658. in qua conceditur ab alia reſolutione prius capta co-
ram eodem.

Nec obſtat prætenſum ius decimandi priuatiuè in terri-
torio Diœceſis Cæſarauguſtanæ cum etiam ad fauorem
Eccleſiæ B. Mariæ Canonizatum fuerit *in d. dec. Coccini
353.n.74.par.5.rec. Motman.in rec.dec.177.nu.6.par.6.&
Bichy 21.Iunij 1655. §.facultas exigendi.*

Cæterum quæ deducebantur de vnionibus per Summos
Pontifices tactis de donationibus Regum Hiſpaniarum,&
de fundationibus pijs facilè remouentur, animaduerten-
do, quod Pilarenſes non prætendunt niſi iura, ſiue cor-
poralia, ſiue incorporalia, quæ annexa ſunt, connexa,
& dependentia à iure Cathedratico, & ab ipſa Cathedra-
litate in his duobus Capitulis tanquam vnico corpore for-
mali vnitiuè contenta; Cætera autem à Cathedralitate
16 independentia communia non ſunt, nec veniunt com-
municanda, poteſt enim ſtare ſimul quod circa ius Cathe-
dræ omniumque ab eo dependentium, duo Capitula fa-
ciunt vnum corpus formale; In reliquis verò ſint duo Ca-
pitola, & duæ Eccleſiæ diſtinctæ, & ſeparatæ, vt origina-
liter reſpondit *Rota coram Penia dec.699.num 9.in Are-
tina Vnionis 2. Iunij 1645. §. quod negotia, & 1. Aprilis
1647. ſub §. neque dicatur coram Reuerendiſſimo D.Ter-
racinen. & 2. Iunij 1651. ſub §. nam huiuſmodi coram
Eminentiſſimo Domino Cardinali Corrado, &
prius coram Eminentiſſimo Domino
Cardinali Otthobono deciſ. 4.
numer. 21. &
22.*
Et ita vtraque parte infor-
mante &c.

R. P. D. Taia Romana Dotis.
Veneris 10.Dec.1660.

ARGVMENTVM.

Moræ excluſio quando à ſimplici oblatione debiti indu-
catur, & fructus dotis quando, & cui etiam permanen-
te Vxore in domo patris, debeantur.

SVMMARIVM.

1 *Iudex eſt vir bonus.*
2 *Recuſatio creditoris nolentis ſolutionem oblatam ex qui-
bus deducatur.*
3 *Oblatio verbalis quando ſufficiat, & num.6.*
4 *Oblatio non eſt neceſſaria, quando aduerſarius eſt recu-
ſaturus.*
5 *Oblatio ſola quando ſiſtat curſum vſurarum, & nu-
mer. 6. 9.*
7 *Fructus dotales vt debeantur, neceſſaria eſt ſubſtenta-
tio oneris Matrimonij; debentur etiam pro tempore,
quo vxor permanſit in domo ſui patris, ſi maritus ſe-
mel eam traduxit, & incepit ſuſtinere onera matrimo-
nij: num.8.*
10 *Mora excluditur à depoſito facto de ſumma debita.*
11 *Creditor tenetur partem debiti confeſſatam recipere, de
parte vero dubia litigare.*
12 *Solutionem indebitam allegantì incumbit onus illam
probandi.*
13 *Iudicis ad officium ſpectat lites dirimere.*

DECISIO LXXXV.

INTER Socerum (qui parentia locum obtinet *l. quia
parentis. 17.ff. ſolut. matrim.* ſcilicet naturalis, quem
ibi gloſſ. declarat) & Generum, eoſque prænobiles,
cum dubitaretur in mutuis petitionibus an, & ad cuius
fauorem eſſet relaxandum mandatum, ad nullius fauo-
1 rem eſſe relaxandum DD. vnanimes ex bono, & æquo,
atque vt vir bonus eſt Iudex, *l.vir bonus, 18.ff.Iudic. ſolu.*
& ipſi optimi reſponderunt.

Cum enim peteret Gener vſuras dotales ex dote con-
uenta 22.Martij 1657. ſcut. 12000. pro parte ſcut.11.mil.
quaſi non ſoluta, & depoſito illegitimo 10. Octobris ſe-
quentis vſque ad ipſius depoſiti receptionem, & pro par
te ſcut. 600. quaſi deficientis mundi muliebris, ſeu arre-
di, vel acconcij (vt partes in pactis dotalibus, & nuptia-
libus dicunt) æſtimabilis in parte dotis, & Socer excipe-
ret de oblatione, & depoſito integræ dotis cum traditio-
ne etiam totius mundi muliebris in varijs donarijs pro-
prio ſui ipſius Soceri intuitu donatis Sponſæ à coniunctis,
& amicis proprijs vſque ad ſcut. 1800. quinimmo Socer
ipſe repeteret vſuras dotales aliquas ſcut. 417. ſine præiu-
dicio decretas ab A. C. & cum proteſtatione perſo-
lutas.

Placuit DD. abſolui Socerum, quia pridem præceſ-
ſit oblatio, nec ſine veriſimili, immo & veriſſimo reali
fundamento pecuniæ in numerato penes fide, & facul-
tatibus prorſus idoneum, eundemque Cameræ Apoſto-
licæ Depoſitarium. *Che il primo, ò ſecondo giorno dop-
po la celebrazione del matrimonio: il Suocero offerì'l pa-
gamento della dote al Genero*, vt in poſitione Soceri, &
in confeſſione Generi, etiamſi reſpondentis, *credere de
verbo, non autem de facto, & ſe ſemper fuiſſe paratum re-
cipere*, neque enim ſufficiebat dicere, *ſe fuiſſe paratum*,
ſed dicere oportebat, *ſe reſpondiſſe eſſe paratum*, præ-
ſertim cum Socero, & in Domo ipſius, ſed & contrarium
colligebatur, tum ex veriſimili, & vtilitate non reci-
piendi dotem, & percipiendi fructus ad rationem 7. 50.
pro quolibet centenario, & anno ad Stat. Vrb.137. libr.1.
quin etiam ex veritate rei, & confeſſione Generi credi-
toris in alia poſitione, *Che non ha mai ricercato, nè anco
eſtragiudizialmente il Suocero per il pagamento della do-
te*, cum reſpondit, *credere, ſciendo, habere bonum debito-
rem*

rem pro dote, & fructibus ; tum etiam ex ſequentibus actis
2 depoſiti expreſſim recuſati, non tantùm ex his ſuſtenta-
tione, ex quo recuſationem patere ad ſenſum dixit Rota
*coram Durano deciſion.108.numer. 5. coram Reuerendiſ.
ſimo Domino meo Cerro Decano, poſt Merlin. de pignor.
deciſ.70.numer.5.verſic.nec ad iſtum effectum* ; Vnde ad
3 hoc, vt verbalis admittatur oblatio, ſat eſt, quod conſtet
creditorem recepturum non eſſe, etiamſi præcisè non re-
cuſet accipere, vt poſt Theoricos conſuluit Surd. *conſil.
331. ſub numer.39 Rota dicta deciſion.70. ſub dicto nume-*
4 *ro*. Nec aliqua oblatio eſt neceſſaria, quando Aduerſarius
eſt recuſaturus ſecundùm Paul. Caſtren. & Alexan. *apud*
Capyc. Latr.*conſult*. 37. *numer*. 28. & in vſuris, quæ non
5 ex conuentione debentur, ſed ex mora, curſum ſiſtit ſola
oblatio etiam citra conſignationem, quia cum impediat
moram, ne contrahatur, ſic contractam purgat, *l. qui de-
cem 72. in princip.ff. de ſolut.* vt inquit Faber. *prag. error.
5.numer.9. decad.22.Capyc. dicta Conſult. 37. numer. 19.*
6 *&* 20.& in debitore ad euitandum curſum vſurarũ.In quo
quia tractatur de damno vitando, & ſic de non ſoluendo
fructus, vel intereſſe, ſufficit verbalis oblatio ad tradita ab
eodem *Capyc. dicta Conſult. 37. numer. 37. Maur. de
oblat. numer.* 20.
7 Quod certè verum eſt in oblatione à Socero facta Ge-
nero, adhuc Domi ſuæ, dum Gener in ea verſaretur cum
Vxore, & antequam Gener Vxorem traduxiſſet, atque ita
matrimonij onera ferret in Domo propria ad præcipuum
requiſitum pro dotalibus vſuris, *& ad notat. in §. vltimo
l. vltima C. de iur.dot.* cum alijs apud Surd. *de alim. tit. 1.
quæſtion. 42.in fine. Fontanell.de pact.nuptial.clauſ.6.gloſ.
2.part.1.numer. 5.& ſeqq. Mart.Medic.exam.7.numer.
60.& ſeqq.* & in puncto, *ſi Patris ſumptibus exhibita filia
ſit, inanis vſurarum* etiam *ſtipulatio compenſationi non
proderit, text. eſt Papin. §. vſuras l. Inſulam 43. ff. ſolut.
matrim.* quicquid enim impenderit alias, aut non impen-
dit, aut impendit honoris proprij cauſa, non autem one-
rum matrimonij, & vtilitatis, & multò minus neceſsitatis
8 Vxoris; quicquid eſſet, poſtquam maritus ſemel traduxiſ-
ſet Mulierem, incepiſſetque onera matrimonij ſuſtinere,
quod Vxor poſtea per aliquod temporis permanſerit in
Domo Patris, prout ſæpè contingit apud Fontanell, *dicta
part.1. num.13.& 14. Rota deciſion.253.numer.3.part.4.*
9 *diuerſor*. Tunc enim ſufficit, ſola oblatio, nec requiritur
depoſitio, aut conſignatio ad effectum non incurrendi
moram, vel pœnam, aut curſum vſurarum, nondum in-
ceptarum, *Honded. conſil.36.numer.20.verſic. ſed quando
lib. 2.* & referendo, ac repetendo Gratian.*diſcept. 241.nu.*
40. cum alijs apud Capyc. *dicta Conſult.37.numer. 11.&
ſeqq.* & præcipuè Franch.*deciſ.227.num.4.*
Placuit etiam abſolui Socerum, quia poſt decretum A.
C. 2. Octobris 1657. in executionem oblationis factæ die
præcedenti, ſucceſsit depoſitum in Sac. Monte 10. Octo-
10 bris. Itaut valeat pro legitimo decreto, & valeret etiam
pro legitima cauſa, nõ ſolum pro excuſatione, vt mora nul-
la foret ad allegata à Capyc. *dicta Conſult. 37. numer.* 10
ſed etiam pro bona fide debitoris, & maximè Soceri cum
Genero.
Nec placuit cauſa recuſationis depoſiti imperfecti, &
illegitimi, quia imperfectum, & illegitimum viſum non
11 eſt, vt infra, & quia nihilominus creditor tenetur partem
debiti confeſſatam recipere, de parte verò dubia litigare,
vt notat Bart. *in l. quidam 11. ff. ſi cert.pet.* & melius ait Iu-
lian. ibi *humanius mihi facturus videtur Prætor, ſi acto-
rem compulerit ad recipiendam id, quod offertur*, quod fe-
cit A.C. & humaniſſimæ partes Socer, & Gener exequi
debuiſſent.
Et ex facto neque imperfectum, illegitimumque depo-
ſitum viſum eſt, ſaltem quo minùs demandari, & accepta-
ri deberet, quia ſuperdonata illa ſupraſcripta pro ſcut.
1800.& recepta non ab Vxore, ſed à Marito, & ab eodem
retenta, & maximè pro magna quantitate longè ſuperan-
te iuſtam quantitatem ſcut. 1000. quanta deberetur, ſatis
ſuperque viſa ſunt prodeſſe debitori; Itaut viſum ſit adim-
pletum, & ſatisfactum, & præcipuè cum declaratione Pa-
tris donantis vaſa argentea æſtimata 240. ſcutis *per met-
terli nell'acconcio, ò arredo*, adeoque Gener computata
prius æſtimatione 600. ſcutorum cum alijs 400. non con-
trouerſis pro integra ſatisfactione huius arredi, & accon-
cij, non habeat vnde conqueratur, & non teneatur redde-
re rationem, niſi 800. excedentium conuentam quantita-
tem eiuſdem arredi, & acconcij, aut in corporibus ipſis do-
natis permittere vſum, & dominium Vxori.
Porrò ad alteram partem, placuit etiam DD. abſolui
Generum à repetitis Vſuris, quaſi indebitis, etiamſi cum
12 proteſtatione depoſitis, & ſine præiudicio decretis, quia
is, qui conqueritur, indebitam pecuniam ſoluiſſe probare
tenetur, quod indebitè ſit ſoluta *cap. vltimo de ſolut.
l. cum de indebito 25. ab init. ff. de probat.* & præſumptio-
nem pro eo eſſe, qui accepit, nemo dubitat, nec adeo inde-
bitum videbatur, vt etiam repeteretur, & maximè cum
Iudicis decreto, quod licèt eſſet ſine præiudicio, vti execu-
tio cum proteſtatione, decretum tamen fuit, & appellatũ
non fuit pro parte Soceri, prout appellari potuiſſet, ac de-
buiſſet, vnde nunc de mora, ſicut difficilis eſt huius rei de-
finitio, & an mora facta intelligatur, neque conſtitutione
vlla, neque Iuris auctoritate quæſtionem decidi poſſe
(cum ſit magis facti, quàm Iuris) inquit Papin. *in l. mora
22. ff. de vſur.* ita & an mora non facta intelligatur, &
maximè cum ſupraſcriptis.
Cæterùm placuit DD. omnia conuenta, Inſtrumentum
dotis, cum generali, & finali quietatione, & cautione, &
aſſignationem locorum Montium à Marito Vxori vſque
ad nouam ſcut. 150. *come ſi ſuol dire per le ſpille* per atter-
gationem, vt fit, litterarum patẽtium, nom ne ipſius Vxo-
ris quoad fructus implenda eſſe, & hactenus haberi pro
impletis, atque ita paria facta eſſe, & DD. ipſi fecerunt non
13 vltima ratione (quam vltimam confero) ad dirimendas
lites, cum ad officium Iudicis pertineat lites, dirimere,
dicta l. quidam ff. ſi cert.petat. quin etiam ſecare, *vt Hora-
tius ſcripſit ad Quint: Epiſtol. lib. 1.*
Et ita vtraque &c.

R.P.D. Priolo Auenionen Tranſactionis.
Lunæ 4. Aprilis 1661.

ARGVMENTVM.

Matrimonij iuſtificatio, & filiationis probatio ex quibus
reſultet, & de legitimationis viribus tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio valide fit ſuper re dubia, & incerta.*
2 *Matrimoniũ contrahitur quouis modo conſtat de vtriuſ-
que coniugis conſenſu, & adnotatum cum verbis* cele-
brarunt matrimonium, *habetur pro matrimonio de præ-
ſenti, ſi adſit præſentia Parochi. n.3.4.*
5 *Matrimonium fuiſſe contractum præſumitur ex præce-
denti tractatu.*
6 *Matrimonium ſatis probatur ex coniecturis, quando de eo
non agitur principaliter, ſed incidenter ad effectum fi-
liationis.*
7 *Matrimonij validitas requirit ſolam præſentiam Paro-
chi; non autem eius interrogationem: & qui Parochus
debeat adeſſe. n. 9.*
8 *Matrimonium ſufficit probari ex publico Inſtrumento,
& teſtibus: & ſi non ſit regiſtratum in libro matrimo-
niali, poteſt aliunde per legitimas probationes iuſtifi-
cari. nu. 10.*
9 *Vicarius Epiſcopi poteſt concedere licentiam etiam ſoli
alicui ſacerdoti non Parocho, aſſiſtendi matrimonio.*
11 *Filius præſumitur natus ex matrimonio iuſtificato, & in-
teruenienti coniugum cohabitatione de tempore conce-
ptionis. & n. 12.*
13 *Filiationis coniectura hic recenſita ad effectum alimen-
torum, non ſucceſſionis ſufficiunt.*
14 *Filiatio qualiter ſit probanda vbi agitur de ſuccede-
do in bonis alterius, quàm nominantis, & agnoſcentis
in filium.*
15 *Coniectura validiores proſternunt debiliores, etiam in
materia filiationis.*

16 *Fi-*

16 *Filiationis actus quando non ſint attendendi.*
17 *Legitimatio non releuat ſi ſit obtenta ſub falſa expreſ-
ſione, quod legitimandus eſſet natus ex ſoluto, & ſoluta:
de ratione. n. 18.*
19 *Matrimonium verum ſi inter aliquos eſſe non poterat,
nec etiam fictum adeſſe poterat.*
20 *Declaratio, ſub qua quis deceſſit, multum attenditur,
etiam ad excludendam filiationem.*
21 *Clauſula* ſine preiudicio venientium ab inteſtato *adimit
facultatem legitimato redarguendi teſtamẽtum de nul-
litate ex cauſa præteritionis: præſeruat legitimis omnes
ſucceſſiones bonorum. n. 22.*
23 *Filius adulterinus eſt incapax hereditatis paterna, &
auita.*

DECISIO LXXXVI.

DIſſidebant inter ſe Henricus vti filius naturalis Henrici
Senioris, & Franciſcus à Labeau ſuper ſucceſſione bo-
norum hæreditariorum, tam dicti Henrici, quam fidei-
commiſſariorum Franciſci Aui pro portione obuenta di-
cto Henrico Seniori, ſed lata ſententia primò in partibus
ad fauorem Franciſci deinde in Rota emanata deciſione
ad fauorem Henrici pro conſequendis alimentis prouiſio-
nalibus ambo deuenerunt ad concordiam, in qua Henri-
cus accepta obligatione ſibi facta per Franciſcum ſoluendi
annua ſcuta 144. liri, & Cauſæ renunciauit. Quam tamen
concordiam, cum idem Henricus ſub prætextu læſionis
obtinuerit nullam declarari, ſibique debitam eſſe ſucceſſio-
nem paternam, Auitumque fideicommiſſum Dubitaui in
gradu appellationis, An ſententia Rotalis eſſet confirman-
da vel infirmanda, & DD. Infirmandam eſſe reſpon-
derunt.

Rota enim in præcedenti inſtantia mota fuit, quia ex
probationibus tunc factis apparebat Henricum fuiſſe fi-
lium Henrici Senioris, & conſequenter renunciationem
paternæ hæreditatis, & Auiti fideicommiſſi ab eodem fa-
ctam pro annua præſtatione ſcutorum duntaxat 144. tan-
quam læſiuam ſubſtineri non poſſe, vt latius in deciſione
ſub die 22. Iunij 1657. coram b. me. Dunozetto.

Nuper autem ex Iuribus pro Franciſco exhibitis preten-
ſio filiationis viſa fuit non ſolùm dubia, & incerta. Adeo
1 vt ipſe Henricus, ſuper ea potuerit valide tranſigere iuxta
doctrinam *Bald. in l. ſi mulier in fine ff. de cond. cauſ dat.
Rota coram Merlino dec. 163. nu. 14. & in Peruſina fidei-
comm. de Rodulphis 14. Iunij 1652. coram Reuerendiſſ.
D. meo Cerro Decano*, ſed vlterius, quod ille natus fuit ex
Catherina Charpaglia de tempore, quo erat, matrimonio
coniuncta cum Nicolao Poge. De matrimonio inter ipſos
doctum fuit ex Inſtrumento publico celebrato coram Pa-
rocho per verba de præſenti *Summ. impreſſo num.* 1. Ibi *in
manibus D. Curati celebrarunt dictum matrimonium per
2 mutuam donationem Corporum*. Nam cum ad iſtum effe-
ctum non ſit determinata certa formula verborum, ſufficit
quomodo conſtet de vtriuſque coniugis conſenſu *cap.
ſufficiat. 27 quæſt. 2. Card. in clem. vnica num. 10. de con-
ſang. & affinit. Lap. allegat. 59. nu. 17. Rota dec. 74. ſub nu.
2. par. 1. & dec. 189. num. 4. par. 8. recent.*

3 Nec refert quod Inſtrumentum in principio contineat
promiſſionẽ contrahendi, & ſic verbum illud *celebrarunt*,
referantur ad celebrationem ſponſalium Quoniam id pro-
cederet ſi verba eſſent tantum apta importare matrimo-
nium de futuro, in quibus terminis loquitur *Ciarlin. con-
4 trou. 131. num. 8. & ſeqq.* ſecus cum matrimonium fuit ce-
lebratum ad præſentiam Parochi præuia licentia, & diſpẽ-
ſatione Vicarij, quæ non requiritur, niſi in celebratione
matrimonij, tunc enim verba huiuſmodi referri nequeunt
ad matrimonium de futuro, ſed de præſenti ad textum in
*cap. ex litteris de ſponſalibus Rot. cor. Seraph. deciſ. 519. n.
2. & deciſ. 121. num 23. par. 1 & 273. num. 10. par. 4. din. &
5 in recent. d. deciſ. 89. n. 2. & 3. par. 8.* Iuncto quoque præce-
denti tractatu, qui plurimum viget ad præſumendum ma-
trimonium fuiſſe contractum *Sanch. de matrim. lib. 1. di-
ſput. 18. numer. 27. Natta conſ. 250. num. 3. lib. 4. in recent.
deciſion. 74. ſub numer. 2. part. 4.*

Coadiuuatur huiuſmodi probatio ex teſtibus remiſſo-
rialibus *d. Summ. num. 3* deponentibus ſupradictos Nico-
laum, & Catherinam ſe ad inuicem vti coniuges tractaſſe,
& nominaſſe, & ita ſemper ab omnibus fuiſſe reputatos,
& habitos, ac etiam vti tales ab anno 1591. vſque ad annũ
1598. inſimul habitaſſe, quibus adſtipulantur tres alij Te-
ſtes eodem *Summ. num. 4.* quorum vnus deponit de coha-
bitatione ab anno 1592. alij verò ab anno 1593. vſque ad
d. tempus, Vnde licet non conſtaret de matrimonio per
Inſtrumentum adhuc illud præſumeretur, Quia cum de eo
6 non agatur principaliter ſed incidenter ad effectum filia-
tionis ſatis eſt præſumptiuè probari ad *textum in l. ſi vici-
nis C. de nupt. Gemin. conſ. 27. num. 7. Menoch. conſ. 490.
nu. 9. & ſeqq. Magon. deciſ. Lucen. 86. nu. 2. & 3 Rota dec.
79. num. 1. & 2. par. 1. din. & coram Seraphino deciſ. 979.
nu. 3. apud Buratt. dec. 530. nu. 13. apud Caualer. dec. 79. nu.
1. & in Colonien. legitimatis 15. Martij 1658. coram R.
P. D. meo Veroſpio.*

Minus refert, quod verba prædicta non videantur pro-
7 lata ad interrogationem Parochi, ſed potius eſſe verba No-
tarij. Nam vltra quod ad validitatem matrimonij non eſt
neceſſaria talis interrogatio, ſed ſola præſentia Parochi
Rota coram Seraph. dec. 1094. num. 5. & firmatum fuit in
*Neapolitana matrimonij 13. Martij 1651. coram Eminen-
tiſſ. D. Card. Corrado*, cum Parochus vna cum teſtibus in
Calce Inſtrumenti ſe ſubſcripſit non cenſentur verba No-
8 tarij, ſed partium, & nihilominus ſufficit matrimonium
probari ex publico Inſtrumento, ac teſtibus, vt reſpondit
*Rota in d. Colonien. legitimitatis, & in Romana, ſeu Sa-
binen. fideicommiſſi 14. Aprilis 1660. coram R. P. D. meo
Veroſpio.*

Ceſſat pariter aliud obiectum, quod non fuerit adhibi-
9 tus Parochus Viri, neque matrimonium regiſtratum in li-
bro matrimoniali, ſiquidem attenta licentia Vicarij potuit
matrimonium coram alio Parocho celebrari, Immo quili-
bet Præsbyter erat, idoneus ex *not. per Barboſ. ad collect.
Concil. ſeſſ. 24. cap 1. de reformat. matr. nu.* 105. Et quam-
uis Parochus ex diſpoſitione eiuſdem Concil. obligetur re-
10 tinere librum, & in eo matrimonia ad notare, non tamen
inde adimitur facultas probandi matrimonium aliunde,
per legitimas probationes, vt declarauit *Rota in Tullen.
matrimonij 25. Iunij 1648. coram Reuerend. Tarraconen.
& in deciſion. 251. num. 29. cum ſeqq. coram Eminentiſſ.
D. Card. Otthobono.*

Eoque tempore ſub figura dicti matrimonij Henricum
fuiſſe conceptum, & natum ex Catherina, deponunt eidem
teſtes *Sum. num.* 5. Vnde eſto quod Henricus Senior ha-
11 buiſſet ad eandem acceſſum, tamen concurrentibus copu-
latiuè matrimonio legitimè iuſtificato, & coniugum coha-
bitatione de tempore conceptionis præſumitur, quod illa
filium ſuſceperit ex Nicolao marito non autem ex Adul-
tero, vt probat *text. in l. filium, vbi poſt gloſ. not. Bald. nu.
1. cum ſeqq. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur.* Quoties
12 enim poſsibile eſt filiũ eſſe natum ex matrimonio ſemper
ita præſumitur niſi contrarium probetur *vulg. l. miles §.
defuncto ff. ad l. Iuliam de Adult. l. ſi vicinis, ibique Bald.
nu 3. C. de nupt. cap. per tuas, vbi Dec. nu. 6. de probat. Alex.
conſ. 88. num. 14. verſ. præterea lib. 7. Soccin Sen. conſ 86.
num. 40. lib. 2. Gozzad. conſ. 12. nu. 1. Surd. conſ. 1. nu. 45.
Rota coram Buratto deciſ. 721. nu. 18. & 19. in rec. dec. 363.
num. 2. part. 5.* aliiſque relatis in *Bononien fideicommiſſi de
Victorijs 5. Maij 1655. & 8. Februarij 1656. coram Reue-
rendiſſ. Zarata Epiſcopo Segobien. in Romana, ſeu Sabi-
nen. fideicommiſſi 24. Maij. 1658. coram R. P. D. meo Be-
nilaqua confirmata 14. Aprilis 1660. coram R. P. D. meo
Veroſpio & in Rom. hereditatis 16. eiuſdem menſis, & an-
ni coram R P. D. meo Celſo.*

Et licet plura deducãtur ad probandum eumdem Hen-
ricum eſſe filium Henrici ſenioris, & ſignanter quod ille
tractatus fuerit, nominatus, & bis legitimatus tanquam
filius ipſius vt deducitur in deciſione huius cauſæ edita co-
ram *Eminentiſſ. D. Card. Corrado ſub die 28. Ianuarij
13 1647.* Adhuc non ſuffragantur, nàm coniecturæ. & præ-
ſumptiones huiuſmodi ſufficiunt quidem vbi agitur de
probanda filiatione ad effectum alimentorum, ſicuti ageba-
tur coram Eminentiſſ. D. Card. Corrado, ſecus ad effectũ
ſuccedendi, vt præ ceteris declarat *Bald. in cap. per tuas*

ſub

Digitized by Google

ſub nu. 4. circa medium de probat. & dixit Rota dec. 289. num, 1.& 8.par.1.& dec.164.nu.8.par.3.rec. coram Merlino deciſ.457.num.4.& ſeqq. & 658. num. 24.in Romana hereditatis 16. Aprilis 1660. & 19. Nouembris eiuſdem anni coram R.P.D. meo Celſo.

14 Multoque minus in bonis alterius, quam nominantis, & agnoſcentis in filium, quo caſu ad tollendam legalem illam præſumptionem filiatio probari debet, aut ex impotẽtia mariti, vel abſentia illius circa tempus conceptæ ſobolis iuxta textum in l.filius ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.Dec.conſ.567. per tot. Natt.conſ.473.numer. 24.verſ. ad contraria.Peregr.conſ.16.numer.3.cum ſeqq.lib.5.Rota deciſ.164.numer.3.& 4.par. 3. rec.coram Merlino. deciſ. 716.num.7.& 8.& in Farſen.bonorum 23. Ianuarij 1647. coram Eminentiſs. D.Card. Corrado, & in Romana, ſeu Sabinen.fideicommiſsi 24. May 1658. coram R.P.D. meo Beuilaqua.

Cum præcipuè concurrat, quod idem Henricus tractatus, & educatus fuit à Nicolao vti proprius filius Summ. nu.6.quodq; illum conſignauit Nutrici ad lactandum cum ſolutione mercedis Summ. num. 7. & 8.Imò quod eſſet filianus, non autem filius Henrici Senioris deponunt Teſtes partis aduerſæ eodem Summ. num. 10. ex quibus fortius intrat præſumptio, quod ipſe potius ex Nicolao, quam
15 Henrico ſuſceptus fuerit nõ obſtantibus coniecturis quæ ex præmiſſis validioribus proſternuntur,nulliuſque remanent roboris, & momenti, vt ex hac ratione deducit Surd. dec.83.nu.21.Sperell.dec.174.num.42. & ſeqq. Rota deciſ. 167.num.16.par.8. & dictum fuit In Bononien.fideicommiſsi de Victorijs 5.May 1655.coram Reuerendiſs.Zarata,& in Romana filiationis 22.Iunij 1657.coram R. P. D. meo Veroſpio confirmata 20. Februarij 1660. coram me, cum alijs in Romana hereditatis 19. Nouembris eiuſdem anni coram R.P. D. meo Celſo.

Neque talis nominatio, & agnitio in filium poteſt ſuffragari pro ſucceſſione in bonis Henrici, qui ſe geſſit ad inſtar Patris, Etenim quicquid ſit an actus filiales præiu-
16 dicent agnoſcenti,Attamen veritati præiudicare non poſſunt, minuſue contra initis præſumptionem admitti, ſed geſti præſumuntur ex erronea credulitate Adulteri, quod filius eſſet ipſius Dec.in cap.per tuos nu. 8. de probat. Petra de fideicom.quæſt.11.nu.261.Sperell.dec.174.nu.94.& ſeq. & dixit Rota coram Achill.de Graſſ.dec.vnica, qui fil ſint legit. Merlin.deciſ.716. nu.8. verſ.hoc enim caſu, & in deciſionibus in Romana filiationis coram R. P. D. meo Veroſpio, & coram me editis.

17 Ex eadem ratione non releuant legitimationes, cum vtraque fuerit obtenta ſub falſa expreſſione, quod Henricus natus eſſet ex ſoluto, & ſoluta ex adductis per Oldrad.
18 conſ.247.num.2. Lup.de illegit.comm.3.§ 4.num.6.In legitimatione enim exprimi debet illa qualitas,quæ alterat naturam Concubitus, vt tradit Hoſt.in cap.fin.in fine de filijs Presb. Rota deciſ.2.& 4.eodem tit. in antiq. Felin. in cap. Poſtulaſti num.2.declarat.3.de reſcript. & ideò ſicuti inter
19 Catherinam,& Henricum non poterat eſſe veritas matrimonij. Ita neque poterat fingi per Imaginem, vt inquit Becc.conſ.149.num.6.lib.2.& firmauit Rota in Bonon.fideicommiſſi Bartholomæi de Bologninis 8. Iunij 1648.coram Reuerendiſſ. Terracinen.

Sed ceſſat difficultas, tum quia Henricus, qui obtinuit huiuſmodi legitimationes declarauit medio iuramento id feciſſe ad meliorandum Henrici Iunioris conditionem in futuro matrimonio,non autem animo agnoſcendi illum in filium ſubdens cum ſit natus ex Nicolao Poge, & Catherina Iugalibus,vt in Sum.num.26.Quæ declaratio cum ſub
20 illa deceſſerit plurimum vrget ad excludendam prætensã filiationem Rota coram Merlino deciſ.684.nu.20.& ſeq. et in Bonon. fideicommiſſi de Victorijs 5. May 1655. coram Reuerendiſſ. Zarate.

Tum etiam quia idem Henricus in vltimo Teſtamento inſtituit hæredem ſupra nominatum Franciſcum nepotem, & ab inteſtato ſucceſſurum præterito Henrico aſſ.filio,qui
21 propterea nihil poteſt prætendere propter clauſulam ſine præiudicio venientium ab inteſtato in legitimationibus adiectam, quæ adimit legitimato facultatem redarguendi Teſtamẽtum de nullitate ex cauſa præteritionis Ang.conſ. 264.num.3.Soc.ſen.conſ.41. ſub num 8.lib.3. Rota coram ſan.me.Greg dec.135.num.7.cum ſeqq.& in Romana locorũ montium 21. Iunij 1660.cor. R.P.D.meo Beuilaqua. Et
22 præſeruat legitimis omnes ſucceſſiones bonorum prouenientium ex fideicommiſſo, & quacunq; diſpoſitione maiorum Gabr.conſ.30.n.30.lib.1. Hond.conſ.64.num.22.lib. 1.Pereg.de fideic.ar.23.n.65.& 77.& 87.& dixit Rota dec. 667 n.3.per tot.par.1.rec.

Non obſtant Teſtes in contrarium examinati, quia plures patiuntur exceptiones, tàm in dicto, quàm in perſonis, & præſertim Margarita vxor Henrici Senioris, tamquam habens intereſſe, & vbi etiam (addebant Domini)
23 probaretur Henricus filius præfati Henrici ſenioris,adhuc tamquam Adulterinus eſſet incapax totaliter hæreditatis paternæ, & Auitæ, vt plenè firmat deciſio in dicta Romana hereditatis 29. Nouembris 1660.coram Reuer. P. D. meo Celſo.

Vlterius ex alio fundamento venit infirmanda ſententia, ex quo concedit immiſſionem Henrico Iuniori in vim penultimi Teſtamenti Henrici Senioris conditi de anno 1638. Nam cum in eo lem Teſtamento eſſet inſtituta hæres Margarita vxor ipſius Teſtatoris non poterat adhuc ea viuente eidem Henrico concedi immiſſio.

Et Ita vtraque parte informante reſolutum fuit.

R.P.D. Priolo Piſauren. Pecuniaria.
Veneris 29. Aprilis 1661.

ARGVMENTVM.

Solutio in quam cauſam facta dicatur: & cuius efficaciæ, & operationis ſint litteræ cambij, *per la valuta, & auuiſi.*

SVMMARIVM.

1 *Solutio præſumitur facta in vim præcedentis obligationis; maximè ſi ſit conformis ſummæ debitæ. n 2. debet potius cedere in cauſam debiti proprij, quàm alieni. n. 3 & in cauſam grauiorem, & duriorem. n. 4. refertur ad debitum, pro quo debitor cogi potuit. n. 5. & potius ad cauſam debiti neceſſarij, quàm voluntarij. n. 7.*
6 *Verbum* per la valuta *in litteris cambij quid importet.*
8 *Declaratio cenſetur ineſſe actui declarato.*
9 *Suſpicio antidatæ tollitur ex adminiculis, & coniecturis.*
10 *Solutio in quam cauſam ſit facta poteſt ex coniecturis probari.*
11 *Solutio recepta à creditore in vnam cauſam, nequit ab eo in aliam referri, ſine conſenſu debitoris. n. 12.*

DECISIO LXXXVII.

IN ſolidatione computorum inter Alexandrum Muſcam, & Rodulphum Tullium inita Rodulphus remanſit debitor Alexandri ſcut. 4000. quæ ſub fideiuſſione inſolidum Antonij, & fratrum ſoluere promiſit ad omne eius beneplacitum, quod debitum deinde Vicentius filius Antonij, & reſpectiuè nepos Rodulphi in ſe accollauit, ſeque obligauit extinguere paulo poſt idem Vincentius vigore litterarum Cambij Rodulphi ſoluit Venetijs ſummam ducat. 4612. & aliorũ 936. occaſione alterius tractæ Plattis mercatoribus nomine hæredum Pompei Muſchæ, quorum vnus eſt idem Alexander, qui cum prætenderet, quod ſolutiones ceſſerint in aliam cauſam non autem in extinctionem debiti accollati Iudicium contra Vincentium pro conſequutione d. crediti coram A. C. introduxit, & ſuccubit, vnde cauſa mihi commiſſa dubitaui An, & ad quid Vincentius teneretur vigore d. Inſtrumenti accollationis, & ad nihil teneri fuit reſolutum.

1 Solutio enim ſemper facta præſumitur in vim præcedentis obligationis Bart.in l. ſolutionem §.non vero ſub nu. 4.ff.de offic.Proconſ. Aym conſ. 150.num. 13. Caphal. conſ. 150.nu.15.ſeqq.Rot.deciſ.456.num.10.part.4.recent. præſertim quia ex ſolutionibus quæ dantur in Summ. num. 7.
2 & 8.conflatur eadem ſumma ſcut. 4000. ex qua fortius intrat

trat præſumptio ſolutionis in extinctionem debiti contro-
uerſi *Aym conſ. 149. num. 5. Menoch. de præſumpt. lib. 3.
præſumpt. 139. num. 18. Seraph. deciſ. 600. num. 4. & deciſ.
643. nu. 5. inter deciſ. 176. num. 17. par. 2. in recent. deciſ. 31.
num. 3. par. 1. deciſ. 507 num. 4 part. 4. tom. 3. recent. & poſt
Zacch. de oblig. Cam. deciſ. 152. nu. 5.*

3 Nam illa debet potius cedere in cauſam debiti proprij,
quam alieni *Caphal. conſ. 198. num. 12. lib. 2. Rot. coram
ſan. mem. Gregor. dec. 62. nu. 5. ſeq. & in Ceſenaten. Cenſus
18. Martij 1658. coram R. P. D. meo Celſo;* & in cauſam
4 pro qua quis reperitur obligatus per Inſtrumentum publi-
cum, vt in caſum grauiorem, & duriorem *l. in his, & l. cum
ex pluribus ff. de ſolut. Alex conſ. 2. nu. 21. in fin. lib. 4. Rot.
deciſ. 507. num. 7. coram Merlino in rec. dec. 452. num. 18.
ſeqq. par. 4. & in Romana pecuniaria 18. Iunij 1646. coram
Eminentiſſ. D. Card. Corrado.*

Nec ex eo quod ſolutiones, quod debebant fieri Alexan-
dro fuerint factæ hæredibus Pompei dici poteſt quod ceſ-
ſerint in executionem alterius debiti, quod habebat Rodul-
phus cum eiſdem hæredibus, Præmiſſo enim quod cum
idem Alexander ſit hæres Pompei perinde eſt, ac ſi in ſolu-
tionib. eſſet expreſſum nomen illius cũ de tempore eatun-
dem ſolutionum de menſe ſcilicet Sept. & Octobris 1650.
non veniſſet dies ſolutionis alterius debiti, quod erat ſol-
uendo duntaxat de menſe Ianuarij 1651. vt *ex Summ.
eiuſdem Alexandri num. 7.* merito illæ referendæ ſunt ad
5 debitum pro quo Vicentius cogi poterat, non autem ad
aliud cuius dies non dum ceſſerat *d. l. cum ex pluribus §.
vltimo vbi Bart. & alij ff. de ſolut. Menoch. de præſumpt.
lib. 3. præſumpt. 36. num. 13. Cranan. diſcept. cap. 234. num.
26. Rot. coram ſan. mem. Gregor. deciſ. 521. num. 7. & 8. &
apud Merlin. d. deciſ. 507. num. 1.*

Et licet in literis Cambij exprimatur *per la valuta*, non
tamen inde ſequitur, quod Rodulphus, qui litteras ſcripſit
habuerit valorem Cambiorum, & conſequenter ſolutio-
6 nes referri nequeant ad extinctionem debiti huiuſmodi;
nam vltra quod verbum illud *per la valuta* non infert per
neceſſe veram, & realem numerationem pecuniæ, ſed vt
plurimum imaginariam, & præſũptam, vt aduertit *Conar.
de Camb. par. 2. quæſt. 18. num. 33* ceſſat obiectum tum ex
verbis immediatè ſequentibus, ibi, *per la valuta poſta in
debito à gl'heredi di Pompeo Moſcha*, tùm ex litteris, vt
dicitur *di auiſo* ab eodem Rodulpho tranſmiſſis, & dire-
ctis, ipſi Vincentio ibi, *à conto dell'Eſtintione dell Inſtru-
mento delli ſcudi 4000. che mi ſete obligato à fauore delli
Signori Moſca Summ num. 5.* quod eodem modo repe-
ritur adnotatum in libris eiuſdem Rodulphi *Summ. num.
4.* ex quibus ſit euidens pecuniam valoris Cambiorum
non interueniſſe, & ſolutiones fuiſſe factas in extinctio-
nem illius debiti pro quo Vincentius tenebatur, & poterat
ad illud compelli ſicuti etiam feciſſe ſemper præſumitur
7 ſolutionem potius in cauſam debiti neceſſarij, quam vo-
luntarij *Aym. conſ. 106. num. 8. Menoch. conſ. 265. numer.
33* & dixit *Rot. deciſ 74. num. 2. par. 9 recen.*

Nec releuat, quod Debitor in actu ſolutionis duntaxat
vti poſſit priuilegio electionis, quia cum Rodulphus in lit-
teris Cambij reſeruauerit ſibi facultatem admonẽdi Vin-
8 centium in quem cauſam deberet ſolutum referre ibi, *po-
nete come s'auuiſa*, Declaratio facta mediantibus litteris
auiſi cenſetur ineſſe ipſi actui declaratio, *Rimmald. iun.
conſ. 249. numer. 51. Surd. deciſ. 29. numer. 4. Rot. deciſion.
409 numer. 2. part. 9. recent. Magon. deciſion. florent. 50.
num. 44 ſeqq.*

Hinc irreleuans etiam viſum fuit obiectum, quo tam lit-
teræ auiſi, quam partitæ librorum Rodulphi fieri potue-
rint poſt illius decoctionem, ſiquidem attenta reſeruatione
facultatis eligendi cauſam ſolutionis præſumitur ex tunc
Rodulphum monuiſſe Vincentium eam. Idemque adnotaſ-
ſe in ſuis libris mercantiliter tentis, & ſatis eſt veriſimile
quod idem Vincentius non ſoluiſſe abſque eo quod habe-
ret epiſtolas, & ſolutio eſſet voluntaria, & non conformis
9 ſuæ obligationi, concurrentibus autem adminiculis, & co-
niecturis tollitur ſuſpicio antidatæ ex notat per *Tiraq. de
retract. conuent. §. 1. gloſſ. 7. num. 159. Decian. conſ. 11. nu.
117. lib. 1. Rota coram Seraph. deciſ. 879. num. 2. & 3. &
deciſ. 1221. numer. 5. inter diuerſ. deciſion. 100. numer. 2.
par. 4. Burat. deciſ. 905. nu. 5. & 6. ibiq add. num. 9.*

Imo ex Epiſtolis eiuſdem Alexandri directis Rodulpho,
& Vincentio in reſponſionem aliarum ſuadetur veritas
facti, quoniam ex epiſtola quæ datur in *Sum. num. 9.* appa-
ret, quod Vincentius nolebat quicquam ſoluere ex reddituu
Amſteredami ducatorum 936. ex complemento ſcut. 4.
mil. niſi Alexander cancellaret Inſtrumentum accollatio-
nis, quod ipſe in alia epiſtola data in *Summ. num. 7.* fate-
tur, *Eſſer giuſto di far detta caſſatione quando reſti ſalda-
to de ſuoi haueri* exhortans vlterius eumdem Vincentium
vt quiete viuat nam ſolutiones fuerunt factæ mediantibus
litteris Cambij, quæ celari non poſſunt, & in altera ſub da-
ta 23. Iulij 1651. vt in *Summ. num. 10.* expreſsè pollicetur
ſe in futura hebdumada tranſmiſſurum Inſtrumentum
10 caſſationis, certum eſt enim quod coniecturis benè pro-
bari poteſt in quam cauſam fuerit facta ſolutio, vt firma-
uit *Rota deciſ. 292. num. 3. par. 2. recent. in Romana Cam-
biorum 21. Aprilis 1586. coram Bubalo in Anconitana pe-
cuniaria 27 Iunij 1590. coram Cardin. Hieronymo Pam-
philio, & in Romana pecuniaria 19. Iunij 1646. coram
11 Eminentiſſ. D Card Corrado.* Vnde non poteſt Alexan-
der ſolutiones, quas in vnam cauſam recepit in aliam re-
ferre *leg. 1. & l. creditor §. cum de ſorte ff. de ſolut. Grat. con-
ſil. . . . num. 58. in fin. lib. 1. Aym. d. conſ. 106. num. 21. &
ſeqq Rot. deciſ. 366. num. 4. coram ſan. mem. Gregorio apud
Caual. deciſ. 165. num. 2. & 3. coram Merlin. deciſ. 741. nu.
7. & in Romana Cenſus 13. Iunij 1640. coram bon. mem.
Peutingero.*

Prætenſio, quod Cancellatio Inſtrumenti ſit referibilis
ad Inſtrumentum retrouenditionis predij *della Candela-
ra*, nullatenus ſubſiſtit, nam vltra reſponſiones datas ab in-
formantibus Inſtrumentum retrouenditionis apparet ce-
lebratum die 6. Iunij 1651. *Sum. numer. 14.* Epiſtola verò
continens Cancellationem Inſtrumenti fuit directa ſub
die 23. eiuſdem menſis, & ſic poſt ſequutam retrouendi-
tionem d. prædij.

Demum non obſtat, quod Rodulphus poſteà declara-
uerit Vincentium nihil ſoluiſſe in cauſam debiti ab ipſo
accollati ad fauorem Alexandri, dum enim tàm ex litteris
auiſi, & partitis librorum Rodulphi, quam ex Epiſtolis
Alexandri alijſque præſumptionibus, & coniecturis præ-
12 miſſis conuincitur, quod ſolutiones fuerunt factæ in illius
extinctionem Rodulphus ſine conſenſu Vincentij aliter
declarare non potuit iuxta *text. in d. l. Creditor §. cum de
ſorte ff de ſolut. Rota deciſ. 113 nu 8. par. 1. alt. & coram
Merlin. deciſ. 741. numer. 7. & 8.* cum alijs proximè re-
latis.

Et ita reſolutum fuit impleuiſſe Vincentium obligatio-
nem ſuam ideoque ad aliquid non teneri vtraque parte
informante.

R. P. D. Veroſpio Romana Locationis.
Veneris 10. Iunij 1661.

ARGVMENTVM.

Solutio cui cauſæ adſcribenda veniat, & quando facta in
vnam cauſam poſſit in aliam conuerti; allata tandem
concluſione, quod fructuum exactio abſque mora
interdicitur; & cum alijs, de quibus in ſummario ple-
niſſime traditur.

SVMMARIVM.

1 *Solutione extinguitur omnis actio.*
2 *Litterarum tenor ex receptione earum approbatus, nequit
amplius impugnari.*
3 *Producens ſcripturas eas dicitur approbare.*
4 *Mora quando non incurratur, & quando dicatur remiſ-
ſa. num. 5.*
6 *Littera probant contra ſcribentem, licet tertio tranſ-
miſſa.*
7 *Solutio debet adſcribi duriori cauſa: & obligationi an-
tecedenti. nu. 8.*
9 *Actus dicitur relatus ad id, quod tantùm verificari
poteſt.*

10 *So-*

10 *Solutio cenſetur facta in diſſolutionem crediti vſuris obnoxij.*
11 *Solutio in vnam cauſam deſtinata nequit à creditore in aliam conuerti ſine conſenſu debitoris.*
12 *Nouatio non cenſetur inducta, ſi contractus ad inuicem compatiantur.*
13 *Actio ſemel extincta non reuiuiſcit.*
14 *Non poteſt exigi ceſſante mora debitoris.*

DECISIO LXXXVIII.

POST quam Rota plutibus deciſionibns firmauit iuſtitiam locationis Venæ Ferrariæ, fuit à DD. Rinuccinis Conductoribus petita relaxatio mandati contra D. Plumbini Principē, cùm pro reliquo Cambij ſcutorum 175000. ac fructibus, tùm etiam pro damnis & intereſſe, exinde reſultantibus. quod locationis tempore, non dum expirato ipſos ab affictu excluſerit; Hodie verò ſuper Cambiorum articulo per me propoſito dubio, petitam mandati relaxationem, exinde DD. denegarunt, quod Conductores à die adſtipulati cōtractus tertia videlicet Iunij anni 1635. vſque ad 15. Martij anni 1641. ſummam ſcut. 225000,
1 exegerunt à D. Principe in cauſam Cambij, ex qua ſolutione creditum ſortis, ac fructuum longè excedente, actio quæcunque ipſis debita extincta fuit *ad text, in l. pro me ff. de ſolut. & l. nulla tibi C. eod. tit. Rot. coram bon. me. Merlino deciſion. 463. numer. 14. & deciſ. 365. numer 9. part. 9. recent.*

Fructus autem huius Cambij non debent ſingulis annis in ſcutis ſeptem pro quolibet centenatio taxari, licet quantitas hæc in Iuſtrumento conuenta fuerit, Si quidem inter ipſoſmet contraheutes pactum ſpeciale præceſſit de menſe Decemb. anni 1636 vt quoties intra menſem Iunij ſequentis anni ſcuta 60. m. D. Princeps in cauſam Cambij conſignaret, ac prætium Venæ pro proprijs officiois venditæ diſſolueret, Cambia ſcuta quinque non excederent, vt ex eiuſdemmet Principis Epiſtola apertè conuincitur ibi *Ho inteſo quel tanto ſi è ſtabilito con V. S. e con il Sig. Carlo in materia della reduttione degl' intereſſi, che io pago alle Signorie loro dalli ſette alli cinque, ogni volta, che lo per tutto Giugno li paghi li ſcudi ſeſſanta mila, & il prezzo della Vena; il concertato, ſi come è vniforme al mio deſiderio, e anche profitteuole, cosi l'accetto, e ratifico.*

2 Cuius Epiſtolæ tenor non valet à Dominis Rinuccinis amplius impugnari, poſtquam ex illius receptione ſine vlla contradictione ſecuta, ab ipſis approbatus eſſe cenſetur *ex theor. Bart. in l. ſi filius familias ff. ad Senat. Conſ. Maced. Bald. in l. Titius 24. num. 2. poſt med. ff. de conſtit. pecun. Corn. conſ. 319. num. 5. poſt med lib. 3. Pariſ. conſ. 91. num. 3. lib. 1. Rot. coram Caſsad. deciſ. 3. nu. 2. de reſcript. & deciſ. 811. num. 9. part. 1. diuerſ. & in Rom. Pecuniaria 18. Iunij*
3 *1658. in §. adminicula coram R. p. d. meo Celſo*, tum etiam ex eiuſdem productione ſpeciali, *vt not. Abb. in cap. cum Venerabilis num. 31. de except. Aym. conſ. 201. num. 5. verſ. nec poteſt Rot. deciſ. 123. nu 5. par. p. & deciſion. 88. numer. 19. ad finem, & numer. 20. part. 6. rec. & in Piſana damnorum, & intereſſe 10. Iunij 1652. coram R. p. d. meo Celſo.*

Dum itaque D. Princeps ex ſui parte promiſſa in totum expleuit mediāte ſolutione ſcutorum ſeptuaginta millium facta Nerlio Procuratori ad hunc effectum ſpecialiter à Conductoribus conſtituto, debet reductionis beneficio potiri, licet ſolutio infra menſem Iunij præfixum non prodierit, ſed ea dilata fuerit ad menſem Maij ſequentis anni.

Si quidem Conſtitutio Procuratoris prius non præceſſerat in Vrbe, vbi ſolutionem Cōtrahentes deſtinauerant, ex qua cauſa D. Princeps excuſationem à mora conſequi
4 debet, per debitorem numquam incurſa, quoties Creditor de tempore ſolutionis peragendæ in deſtinato loco non conſiſtat, vel Procuratorem ibidem non elegerit, vt tradit *Bartol. in l. item illa 18. numer. 11. ff. de conſtit. pecun. Bald. in l. acceptam num. 41. C. de vſur. Alex. conſ. 92. nu. 9. & 10. lib. 1. Dec. conſ. 566 nu. 4. Roland. conſ. 87. num. 14. cum ſeqq. lib. 1. Rota coram Mohed. deciſ. 15. de locat. & deciſ. 806. num. 1. p. 4. diuerſ. & deciſ. 219. num. 6. cum ſeq. par. 5. rec.* cum alijs relatis *per Add. ad deciſ. Buratt. 571.*
5 *num. 7.* Quinimo ex receptione pecuniarum, abſque vlla proteſtatione ſubſecuta, mora quæcumque licet incurſa, remiſſa cenſetur, vt admittit *Bald. conſ. 108. lib. 5. Gratian. diſcept. foren. cap. 301. num. 58. & 59. & cap. 302. num. 15. & 16. cum ſeq. Rot. coram ſanctæ mem. Greg. XV. deciſ. 75. ſub nu. 2. ibique Add nu. 5. & deciſ. 148. vbi pariter Add. nu. 3. coram Canal. deciſ. 58 nu. 3. & in rec. deciſ. 577. num. 10. part. 1. & coram Buratt. deciſion. 640. num. 17. cum ſequentibus.*

Præterea dubitationem omnem videtur excludere Domini Ioannis met Rinuccini Epiſtola Theodoſio Henriquez ſub anno 1651. conſcripta ſub bis verbis *Ci obligammo à dare à Cambio ſcudi 175000. à prezzo limitato di ſette, che dipoi per ſeruire Sua Eccellenza, che ne fece inſtanza fu ridotto à cinque*, Talis quippe litterarum tenor redu-
6 ctionem apertè concludens Iuris Canonici Equitate perſpecta in dubium probationis gradum conſtituit contra ſcribentem, licet tertio tranſmiſſus fuerit, *vt not. Abb. in cap. 2. num. 8 de fid. inſtrum. Put. deciſ. 12. num. 2. lib. 2. Menoch de arbitr. caſ 94. num. 9. Genu. de ſcript. priuat. lib. 3. cap. 1. nu. 193. cum ſeqq. Rota in Viterbien. Cenſus 7. Iunij 1638. in §. hæc ad finem, coram bo. mem. Card. Hieronymo Veroſpio, in recent. deciſ. 153. num. 9. cum ſeqq. par. 8. & in Romana Pecuniaria 18. Iunij 1658. in §. fin. coram R. p. d. meo Celſo, & in Romana Cambij 23. Martij præteriti in §. penultimo coram me.*

Cui aduerſari nō valet altera Epiſtola ab eodēmet Theodoſio de anno 1641. Ludouico Rodulpho conſcripta, ac continens, dumtaxat tractatum reductionis; ipſe enim nonbenè informatus oſtenditur, dum contrarium omninò reſultat ex ſuperius recenſitis, & ex Epiſtola ſignanter D. Ioannis, quæ vti proprium ipſius Scribentis factum referens debet attendi ex iuribus ſupra relatis.

Hinc non viget, quod Conductores de tempore ſecutæ ſolutionis ex Venæ cauſa Creditores exiſterent in ſumma ſcutorum 16000. cuius virtute contenditur Creditum hoc ex perſoluta quantitate prius extinctum extitiſſe.

7 Præter quam enim in dubio ſolutio hæc cauſæ Cambij debet adſcribi, tanquam duriori ratione vſurarum, quas continet *ad Text. in l. 1. & 3. & l. cum ex pluribus 97. ff. de ſolut. Roman. conſ. 94. num. 2. Gabr. conſ. 151. num. 3 lib. 1. Rot. deciſ. 92. num. 1. & deciſ. 679. n 6. par. pr. diuerſ. coram ſan. me. Gregorio deciſ. 521. num. 8. & 10.* cum alijs relatis *in Romana Cambiorum 10. Martij anni præteriti in §. neque Valenti coram me*; Exinde corruit obiectio, quod creditum ex Venæ diſtractione prouenicns ſcuta decem mille de tempore initæ conuentionis non excedebat, quæ proinde quantitas dumtaxat in eam cauſam præſumitur perſoluta; reſiduum verò in Cambij diminutionem ceſſit
8 ad normam obligationis à Domino Principe contractæ, in cuius executionem cenſetur ſecuta ſolutio iuxta doctrinam *Bartol. in l. triticum 94. nu. 2 ff. de verbor. oblig. Aym. conſ. 91. num. 9. Decian. conſ. 52. num. 41. cum ſeqq lib. 3. Rota deciſ. 35. num. 1. ad medium par. 3. recent. coram ſan. me. Greg. deciſ. 458. num. 5. Merlin. dec. 820. nu. 1. & deciſ. 456. num. 10. & 647. nu. 6. p. 4. rec.*

Cum maximè procuræ mandatum conceptum fuerit ſub ſpeciali facultate exigendi ſcuta ſexagiota millia vti de-
9 bita in maiori ſumma, quæ expreſſio perneceſſe relationem babet ad Cambium, dum præter illud, aliud creditum in maiori quantitate Conductoribus oon competebat, vt admittit *Riminal. Sen. conſil. 348. numer. 5. lib. 2. Magon. deciſ. Florent. 13. num. 26. Rota coram Seraphin. deciſ. 643. num. 5. & penes Zacch. de obligat. Cam. deciſ. 152. pariter numer. 5.*

Qui præterea intellectus debet eo facilius admitti, quod locator cum alijs Redditibus Venæ ſolutionem deſtinauerat, vt expreſſè ipſius conuincit Epiſtola non longè ante actum ſolutionis Conductoribus tranſmiſſa, nec non ab ipſis ſucceſſiuè producta.

Neque poterunt Domini Rinuccini prætium Venæ, de quo agitur, nec non alteram ſucceſſiuè in Dominum Principem diſtractam compenſare pro concurrenti rata etiam annuis ſcutis 22500. occaſione locationis Venæ Ferrariæ eidem Dom. Principi debitis.

Digitized by Google

10 Hæ namq; penſiones in cauſam potius Cambij, tan-
quam duriorem debent accepto referri, quam in alterius
crediti diſſolutionem nullis vſuris obnoxij *Menoch.de præ-
ſumpt.lib.3.præſumpt.136.num.* 15. *Rot.coram bon.mem.
Merlino deciſ.507.num.7.& 8.& in Romana Pecuniaria
de Columna* 11. *Octobris* 1615. *coram Cardinali Sacra-
to*; Dum maximè hæc relatio in extinctionem ſortis, ac fru-
ctuum fuit expreſsè conuenta in Inſtrumento Locationis,
11 & Cambij, cuius virtute pacti nequeunt Conductores
ſolutionem in hanc cauſam deſtinatam conuertere in ex-
tinctionem alterius crediti omninò diuerſi nullo adhibito
D. Principis aſſenſu *ad Text. in l.1.in principio, & l.cre-
ditor §.cum de ſorte ff.de ſolut. Rot coram ſan.mem. Greg.
deciſ.366.num.4.Canaler.deciſ.165.num.3. & coram bon.
mem. Merlin. deciſ.741.num.7.* & 8.cum alijs relatis *in
Peruſina Cenſuum* 23. *Martij præteriti in §. penultimo
coram me*.

Et licet prætium Venæ idemmet Princeps pœnes ſe retinuerit, à præcedenti tamen conuentione non videtur receſſiſſe, ſeu eiuſdem Cambij diſſolutioni impedimentum aliquod præſtitiſſe, Vt ex aduerſo contenditur.

Venæ quippe venditio cum augumento, ac lucro ſcuto-
rum decem pro quolibet centeno pondere peracta, con-
tractum omnino nouum, ac independentem à primo con-
ſtituit; Princeps enim qui de tempore locationis ſucinas
non poſſidebat, non iure locatoris, ſed vti Tertius contra-
xit, quem proindè poterant Conductores non ſecus, ac
cæteros Emptores pro prætij conſecutione cõpellere; Qui-
nimo in eorum poteſtate reſidebat venditionem Venæ D.
Principi denegare, cuius dominium in ipſos translatum
12 fuerat; Hinc ceſſat prætextus impedimenti, & dum con-
tractus compatiuntur ad inuicem, nec ſecundus alteri ad-
uerſatur non cenſetur inducta nouatio ex theorica *Bald.
in l.pacta nouiſſima nu.*12.*vbi etiam Dec.nu.*5. *C.de pact.
Alex.conſ.193.num.3.lib.6.Aym.conſ.26.num.7.Pariſ.
conſ.78.nu* 14.*cum ſeqq.lib.3.Gabr.conſ.170.num.5.lib.2.
Menoch.conſ.562.num.2.& 3.Surd.dec.288.num.39.&
40.Rot.deciſ.571.num.2.par.prim.diuerſ.& deciſ.620.nu.
11.par.4.tom.3.rec.& not Add.ad deciſ.Greg.76.num* 8;
concurrente præſertim Contrahentis vtriuſque voluntate
nouationi contraria, ac exinde reſultante, quod Vendito-
res penes Principem ſucceſſiuè inſteterunt pro huius con-
ſecutione crediti, cuius ſolutionem idemmet Princeps ex
redditibus alijs peragendis demandauit, vt ſuperiùs often-
ſum fuit.

Non veget, quod D. Princeps ſub die 26. Septembris 1636. Conductoribus iniunxerit, vt ex prætio Venæ fructus alterius Cambij perſoluerent in ſcutis 40000. cum Nerlio contracti, perindè, ac ſi dum huius virtute ordinis ſcuta octo mille ipſi conſignarunt, debeat ex penſionibus locationis quantitas hæc detrahi, licet in proprij Cambij extinctionem deſtinatis.

Poſſet equidem admitti obiectio in caſu dumtaxat ordi-
nis per Nerlium, ac Conductores acceptati tempore debi-
to; ſecus verò dum ille de anno 1639. proprijs in libris de-
ſcripſit Cambia, tunc vſque decurſa ad debitum D.Prin-
cipis, & acceptatio cum ſolutione ex eorundem librorum
inſpectione ſolum in anno 1641. per acta conuincitur, de
quo tempore locatio expirauerat, Hoc ſanè caſu Condu-
ctores quantitatem perſolutam detrahere nequeunt expẽ-
ſionibus annorum 1636. ac trium ſequentium, dùm tunc
temporis nondum ipſi Creditores euaſerant, & ex penſio-
nibus ad formam pacti quolibet ſemeſtre, & anno exincti
13 fuerant fructus, nec non rata proprij Cambij, quæ proin-
dè non valuit reuiuiſcere, vt admittit *Cephal.conſ.423.nu.
53.lib.3.Rot.deciſ.409.nu.12.p.9.tom.2.rec*

Pro recambij verò perperam petuntur fructus, Præter-
quam enim maxima difficultas inſurgit, an ea ſortem con-
ſtituant in Cambio limitato, itaùt valeant ſuper Cambijs
tranſmitti, ſuper quo articulo nihil pro nunc Domini fir-
marunt, Dum Domini Rinuccini fructus proprij Cambij
ad menſem vſque Iunij 1639. exegerunt ex penſionibus
Locatæ Venæ, quæcumque in Domino Principe moræ
14 incurſus excluditur, qua ceſſante nulla fructuum fieri va-
lent exactio *Aym.conſ.87.ad fin. Honded. conſ.50.num.
21.lib.1.& conſ.38.numer.9.lib.2. Rot.deciſ.622.num.5.
par.2.recent. & coram ſan.mem. Greg. deciſion.148.nu-
mer.2.ibique Add.num.4.*

Et ita vtraque &c.

Eminentiſſ. & Reuerendiſſ. Celſo in Cauſa Patauina Penſionis, Lunæ 13. Iunij 1661.

ARGVMENTVM.

Bigamiæ quando per indultum dicatur diſpenſatum penſionarij ſtatus mutatio quando non ſuffragetur obligatio ad penſionis ſolutionem: & quando expreſſio dignitatis dicatur facta demonſtratiuè; & excuſſio de principali debitore ceſſet.

SVMMARIVM.

1 *Cedula bancaria facit probationem indubitatam, & habet vim publici inſtrumenti; ac executionem paratam. numer.* 2.

3 *Bigamia exceptio ex quo remoueatur indulto. & n.*4.

5 *Rota in Oxomen. penſ.cor.Litta declaratur.*

6 *Expreſſio dignitatis cenſetur potius in dubio facta demonſtratiuè.*

7 *Perſona quando dicatur contemplata, non dignitas, & numer.* 8.

9 *Penſionarij ſtatus mutatio quando non ſuffragetur ei, qui ſe obligauit ſoluere penſionem.*

10 *Excuſſionis exceptio non competit mercatori, & campſori obligato per cedulam bancariam: neque ei, qui vti principalis debitor promiſit n.*11.

12 *Penſio quando non remaneat affecta decimis, vel alijs ſubſidijs.*

13 *Debiti agnitio, & probatio deducitur ex ſolutione partis illius.*

DECISIO LXXXIX.

CVM de Menſe Ianuarij 1646. ſan.mem. Innocentius Decimus reſeruauerit ad fauorẽ Excellentiſſimi Principis Panfilij tunc Cardinalatus dignitate fulgentis penſionem annuam ſcutorum mille ſuper fructibus Abbatiæ S. Euphemiæ, de qua D.Petrus Labia prouiſus fuerat, & pro ſolutione eiuſdem penſionis Cedulam Bancariam, ſeu Apocam promiſſionis fecerit Dominus Petrus Nerlius, recuſante iſto ſolutionem continuare, & promiſſa in præfata Apoca adimplere, Dedi dubium, An teneatur; & teneri reſponſum fuit.

1 Siquidem de eius obligatione conſtat per dictam Apo-
cam ab eo ſubſcriptam; quæ facit probationem indubitatã,
& habet vim publici Inſtrumenti, vt notat *Bald.conſ.348.
numer.4 lib.1. Gratian. diſcept.foren.cap.454.num.1.& 2.*
& tradit *Lotther. qui ponit illius formulam de re benef.lib.
2 1.quæſt.38.num.155.* Imò ex ſtylo Curiæ habet exequutio-
nem paratam ad inſtar obligationis Cameralis *Rota deci-
ſion.52.numer.1.& deciſ.196.eodem numer.par.4.tom.2.
recent.*

Nec ſolutio retardari valet ex eo, quod Excellentiſſimus
Princeps effectus fuerit incapax præfatæ penſionis ob di-
miſſionem Habitus Clericalis, & matrimonium cum Vi-
3 dua initum; Nam attento ampliſſimo Indulto retinendi
quaſcumque penſiones etiamſi Matrimonium cum Vidua
contraxerit, huiuſmodi exceptio non merebatur allegari,
prout in indiuiduo de præfato Indulto firmauit Rota ad
fauorem Principis *in Rauennaten. penſionis 5. Iunij* 1660.
4 *coram R.P.D.meo Albergato*. Indultum enim prædictum,
& præuentiua Principis diſpenſatio impedit incurſum Bi-
gamiæ, & præſeruat ipſum in eodem ſtatu, in quo erat an-
te matrimonium contractum, vt benè per *Rot.deciſion.12.
à numer.29.& deciſion.50. numer.9.& ſeqq.par.5.recen-
tior.* cum alijs in *Alexandrina penſionis 19. Iunij* 1648.
coram me.

5 Nec applicantur deducta in *Oxomen. penſionis coram
Litta penes Garz.de benef.par.1.cap.5.num.*247. quia fun-
damentum illius conſiſtit in mutatione perſonæ, qua

mutata

Digitized by Google

mutata ceſſabat obligatio fideiuſſoris, hic autem perſona
ſemper eſt eadem licèt ceſſauerit dignitas Cardinalatus, &
propterea non exigitur nouus conſenſus fideiuſſoris prout
reſponden: deciſioni prædictæ firmauit *Rot. coram ſa. me. Greg. deciſ. 445. n. 3. & ſeqq. & præſertim num. 7.*
Minùs retardari valet ex eo, quod promiſſio facta fuerit, dum Princeps erat Cardinalis, & ſub expreſſione Cardinalatus, quo ceſſante, ceſſauerit etiam ipſa promiſſio,
6 quia talis expreſſio apparet facta demonſtratiuè ad indican. perſonam, cui erat facienda ſolutio, quæ ſemper in
dubio potiùs contemplata cenſetur, quàm Dignitas *iuxta doctrinam Bartol. in leg. Centurio num. 31. ff. de vulg. Grat. cap. 541. num. 1. & 2. Rot. coram ſan. mem. Greg. deciſ. 516. num. 8. & ſeqq. & coram Penia deciſ. 500. nu. 13. iuxta primam impreſſionem.*
Idque clariùs ex eo conuincitur, quia in Cedula expreſſum fuit tempus durationis, nempe ad Vitam Cardi-
7 nalis, & ad vitam ipſius Nerlij, quæ expreſſio indicat fuiſſe contemplatam perſonam, non Dignitatem, vt aduertit *Abb. in cap. mandata Cœleſtia ſub nu. 1. verſ. quia ex tranſacta de præſumpt. Dec. conſil. 601. nu. 6. verſic. & hoc idem Menoch. conſil. 146. num. 12. & in tract. de præſump. lib. 4. præſumpt. 123. num. 11.*
Imò illa præſtita fuit in executionem litterarum Apoſtolicarum, in quibus habetur decretum, quod Cedula
præſtaretur ad fauorem Camilli Cardinalis, quando enim
8 exprimitur nomen proprium Alicuius, licet poſtea adijciatur etiam nomen Dignitatis; perſona magis, quàm
Dignitas contemplata videtur *Abb. in dicto cap. Mandata Cœleſtia ſub num. 1. verſ. a. moneor. Lotther. de re beneſ. lib. 2. quæſt. 9. num. 56. & 57. Rota coram Mant. deciſ. 150. num 5. & in recent. dec. 53. nu. 4. in fine par. 1.*
Nec dicatur, quod mutatio Status Penſionarij fuerit
præiudicialis eidem Nerlio, dum per dimiſſionem habitus, & Matrimonium contractum amiſit regreſſum, quo
mediante poterat faciliùs conſequi ſatisfactionem. Nam
9 Nerlius non ſe obligauit contemplatione dicti regreſſus,
nec valet de eo opponere, cùm fuerit adiectus fauore ſolius Principis, qui etiam durante Cardinalatu poterat eo
vti, vel non vti prout ſibi magis expediebat *Mohed. deciſ. 36. circa medium verſic. nec obſtat de renunc. Put. deciſ. 36. per tot. lib. 2. & in recent. deciſ. 119. circa finem verſic. dicitur præterea par. 4.*
Exceptio verò excuſſionis facili negotio tollitur: Nam
vltra ea, quæ fuerunt deducta per informantes, & ſignan-
10 ter, quod beneficium hujuſmodi non competit Mercatori, & Campſori obligato per cedulam Bancariam, vt notat
Bald. in l. fruſtra num. 1. & 2. Cod. de non numer. pec. Curt. Sen. conſil. 6. ſub num. 1. verſ. ſecundo quod iſte Gratus conſ. 28. num. 18. lib. 1. Fab. de Anna conſil. 82. numer. 26. Neguſ. de pignor par. 8. membr. 1. num. 29. fol. 147. Theſ. deciſ. 166. numer. 7. aliique plures adducti per *Maur. de fideiuſſ. par. 2. tit. 1. ſect. 4. cap. 33. numer. 3. & ſect. 6. cap. 3. numer. 113.*
Placuit Rotæ reſponſio, quod Nerlius reſpectu Penſion-
11 rij non eſt fideiuſſor, ſed Principalis debitor, cum promiſerit ſoluere etiam mortuo Titulari reſeruando ſolùm ſibi
iura contra ſucceſſorem in Abbatia, ideòque non gaudet
beneficio excuſſionis, neque priuilegio fideiuſſoris, vt
benè per *Alex. conſil. 29. numer. 35. & 36. lib. 7. Surd. conſil. 150. ſub num. 57. circa medium verſ. quod verum eſt,* &
pluribus comprobat *Gail. pract. obſeruat. libr. 2. obſeru. 28. num. 6. Gratian. diſcept. for. cap. 164. num. 20. & ſeqq. Rota poſt Zacch. de oblig. Camer. deciſion. 22. num. 3. & in recen. deciſ. 331. num 1. par. 9. tom. 2.*
Nec obſtat, quod liceat ſaltem eidem Nerlio retinere
ratam dictæ Penſionis pro ſoluen. Decimis, & alijs ſubſidijs conceſſis Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ ab eodem
ſa. mem. Innocentio Decimo, quia talis conceſſio habet
locum contra Titularem, non autem contrà Penſionariũ,
ad cuius fauorem fuit reſeruata penſio libera ab omni Decima, & ſubſidio caritatiuo impoſito, vel imponen. cum
decreto, quod Titularis, nec ſucceſſores prætendere poſ-
ſint detractionem aliquam, ſed Imò de proprio obligati
12 ſint, quamcumque ratam perſoluere, quibus propterea
clauſulis non cenſetur Pontifex voluiſſe derogare, nec
Penſionario præiudicare, vt alias articulo maturè diſcuſſo,
& reſponden. contrarijs firmauit *Rota coram Durano deciſ. 48. ſub num. 6. verſ. cæterum vſque ad finem, & deciſ. 57 a num. 1.*
13 Et huiuſmodi, & alias exceptiones modò deductas eſſe
friuolas, & irreleuantes admiſit ipſemet Nerlius, dum
poſt matrimonium contractum agnouit Principem in
Creditorem, illique ſoluit ſcut. 3500. & dirigen. actiones
contra Titularem pro reintegratione ſummæ ſolutæ, ac
liberatione à moleſtijs obtinuit deliberationem quamplurium locorum Montium, ac etiam ſibi conſignari ſcut.
4000. penès Auuerſos exiſtentia, adeout illas amplius deducere non valeat, vt dixit *Rota coram Millino deciſion 275 numer. 4. & ſeqq. & coram Eminentiſsimo Otthobono deciſion. 105. ſub numer. 18. verſ. & demum, & numeris ſequen.*
Et ita deciſum vtraque parte informante &c.

R. P. D. Albergato Romana ſcutorum 30. mil.
Lunæ 21. Iunij 1661.

ARGVMENTVM.

Facultas diſponendi data alicui quando poſſit reuocari, ſeu limitari, & declarari à concedente.

SVMMARIVM.

1 *Facultas adeundi hæreditatem non eſt in bonis ante aditionem.*
2 *Facultas alicui conceſſa poteſt limitari à concedente, antequam facultatarius ea fuerit vſus.*
3 *Bald. conſ. 270. lib. 2. declaratur. & n. n. ſeq. q.*
4 *Facultas ſimplex appoſita in contractu irreuocabili, re integra remanet reuocabilis.*
6 *Obligatio cameralis continet ſtipulatium intereſſe primarium habentium.*
7 *Stipulatio non alterat naturam actus.*
8 *Facultas tranſeundi per fundum, hauriendi aquam, & ſimilia quomodo dicantur irreuocabilia.*
9 *Facultas ſimplex non tribuit ius nec in re, nec ad rem.*
10 *Pactum reuocabile poteſt adeſſe in contractu irreuocabili.*
11 *Facultas nominandi data à teſtatore, ad quos effectus conſideretur.*
12 *Pater conſentiens filio diſponenti de re ſua, non poteſt conſenſum reuocare.*
13 *Declaratio concedentis, ſeu donantis eſt attendenda ſi re integra, & congruo tempore fuerit facta.*

DECISIO XC.

PRopoſito hodiè dubio, an ſit ſtandum in primo, vel ſecundo loco deciſis placuerunt Dominis fundamenta
vltimæ reſolutionis. Quia verba quibus vſus fuit Ioannes
Andreas quando voluit Ioannem Mariam eius fratrem de
ſcutis 30. mil. diſponere poſſe, nudam, & ſimplicem facultatem præſeferunt, quæ nullum ius tribuit facultatario,
nec dicitur eſſe in bonis eius cui tribuitur, prout non eſt in
1 bonis facultas adeundi hæreditatem ante illius aditionem
ex relatis in principio deciſionis, & tradunt *Grat. conſil. 35. nu. 35. & ſeqq. lib. 1. Vinc. de Franch. deciſion. 101. numer. 24. & ſeqq. Rota in Mediolanen. Bonorum 1. Iulij 1650. coram R. P. D. meo. Celſo §. fin.* Vndè re integra,
2 & antequam Ioannes Maria tali facultate vſus fuerit potuit à Concedente limitari, & ad ſcuta decem millia reſtringi *Ruin. conſil. 54. numer. 12. & ſeqq. lib. 2. Dec. conſ. 521. numer. 12. in fin. Peregr. de fideicomm. art. 44. num. 37. ad med.*
3 Et licet talis facultas inhæreat contractui donationis irreuocabilis, quæ eſt ratio *Baldi in conſ. 270. lib. 2.* & dicatur pro parte Ioannis Mariæ acceptata, non inde tamen
naturam irreuocabilem aſſumpſit, quia reſpectu cohærentiæ tunc demum poſſet irreuocabilis iudicari,

M ſſ, vt

Digitized by Google

ſi, vt in alia deciſione reſpondetur, ibi eſſet appoſita per
viam iuris, non autem quando inſerta fuit per modum
4 ſimplicis facultatis, quæ intrinſecè de ſui natura etiam in
contractu irreuocabili appoſita, re integra remanet reuo-
cabilis vt ſupra *Alex. conſ. 29 num. 17. & ſeqq lib. 5. Dec. d.*
conſ. 521. num. 12. Pariſ. conſ. 8. num. 23. & ſeqq. lib. 4. Vel
5 quando talis facultas contineret intereſſe eorum, qui prin-
cipaliter contrahunt, & in eos eſſet directa, vt in caſu *Bald.*
d. conſ. 270. ſub nu. 2. lib. 2. Non autem quando reſpicit inte-
reſſe Tertij, & in eum directa fuit, hoc enim ſecundo caſu
non informatur a contractu, cui ineſt, nec irreuocabilis
euadit *Bart. & alij in l. petens 27. num 1. C. de pact. Tiraq.*
de retract. conuent. § 1. gloſ. 5. num. 26. cum concord. in § ſi-
ne quando, Quia verò ad acceptationem tacitam, quæ
6 continetur in obligatione Camerali intelligitur de haben-
tibus intereſſe primarium, & principale de tempore con-
tractus, non autem ſecundarium, & conſecutiuum *Rota*
coram Duran. deciſ. 27. num. 12. & ſeqq. Expreſſa autem
facta fuit nomine Almæ Domus Lauretanæ tantum, non
7 autem aliorum, cuius quidem ſtipulatio non alterat natu-
ram actus, nec de reuocabili eum reddit irreuocabilem
Rota coram Penia deciſ. 1294. numer. 7. & in Romana
Collegij 13. Nouembris 1634. coram bon. mem. Pirona-
no. § non obſtat.

8 Nec aduerſantur exempla in contrarium adducta de
donatione inter viuos, quæ non eſt reuocabilis licet ſit
in poteſtate Donatarij illam non acceptare, & de facul-
tate alicui conceſſa tranſeundi per fundum, vel haurien-
di aquam ex Puteo, quæ pariter reuocari non poteſt. Quia
placuit Dominis reſponſio, quod reſpectu acquirentis om-
nia ſunt facultatis antequam acceptentur, & in ſpecie re-
ſpectu Donatarij, aut eius fauore, cuius imponitur ſerui-
tus itineris, vel hauſtus aquæ, ſed in ordine ad conceden-
tem, & ad rem ipſam non omnia ſunt facultatis, quia
donatio non continet ſimplicem facultatem, ſed ius, &
ſeruitus pariter eſt facultatis antequam in eſſe deducatur,
ſed ius verum eſt, poſtquam conſtituta fuit *Cepol. de ſer-*
uit. urban præd. cap. 2. ſub numer. 10. verſ. Item ſi fiat, vbi
quod ſi ſeruitus fiat per verbum facultatis tunc conceſſio
ſonat in factum, non in ius, & hinc fit, quod donatio re-
uocari non poteſt, quia ab initio eſt actus obligationis,
& continet ius, non ſimplicem facultatem, prout per mo-
dum iuris conceduntur facultates prædictæ itineris, &
hauſtus aquæ, & imponitur, vel Puteo vera ſeruitus, quæ
9 ius eſt, vt dixi; Simplex autem facultas nullum ius tribuit,
nec in re, nec ad rem, ſed eſt ſimplex potentia acquiren-
di, vt præter relatos in principio *Caſtrenſ. in l. cum filius*
famil. 11. num. 23. verſ. non heres ff. de leg. 1. Corn. conſ. 239.
num. 3 lib. 4.

10 Qua ratione tolluntur etiam alia de mandato ad facien-
dum, aut de fideicommiſſo factis in contractu; Quia non
proinde eorum reuocabilis natura alteratur, vt ſupra, nec
inconueniens eſt, quod in contractu irreuocabili adſit pa-
ctum reuocabile in terminis facultatis fratri conceſſa in
contractu adminiſtrandi, & vendendi *Alex. conſ. 29. nu-*
mer 17. & ſeqq lib. 5. Ruin. conſ. 54 num. 12. & 13. lib. 1. &
vlterius hæc omnia pacta reſpiciunt intereſſe illius, cum
quo principalis contractus celebratur: In præſenti autem
agitur de intereſſe Tertij, cum quo non fuit contractum,
& de reuocatione facta antequam Ioannes Maria facul-
tate vteretur; Quod pariter ponderandum eſt facultas
conceſſa fuit per viam legati, vt expreſſit Donator, & fa-
cultatatius, atque ideò ſemper retinuit naturam reuoca-
bilem legati *Gomez variarum reſolut. cap. 12. numer. 4.*
libr. prim. Surd. deciſion 127. numer. 9. & 10. & alij in §. Et
vlterius.

11 Rurſus non viſa eſt Dominis applicabilis diſtinctio
quam faciunt Doctores circa facultatem nominandi quã
quis habet à Teſtatore, an ſcilicet ſit libera, & competat
nomine proprio, an autem nomine Teſtatoris, & ſit li-
mitata ad certas perſonas: Quia exinde inferri non poteſt
ad reuocabilitatem, ſed de illa diſputant Doctores ad alios
effectus, nempè, vel ad cognoſcendum, an talis facultas
ſit tranſitoria ad hæredes, an verò perſonalis, in quibus
terminis poſt *Cynum* diſtinctionem ponit *Bart. in l. illud*
19 num. 1 ff de option. legat. Molin. & Nil. relati per Ad-
den. ad deciſ. 25 nu. 49. par. 3. & per Rotam deciſ. 196 n. 13.
& ſeq. par. 8 recen. Vel ad videndum, an nominatus capiat
ab eligente, an verò à Teſtatore, de qua *Rota in Romana*
dotis 15. Iunij 1643 2. Decembris 1645. & 15. May 1656.
coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.
12 Nec deniq; in contrarium allegari poteſt doctrina *Bald.*
in l. Senium 3. nu. 4. C. qui Teſt. fac. poſſ. vbi firmat Patrem
conſentientem filio diſponenti de re ſua non poſſe conſen-
ſum reuocare. Quia ibi conſenſus filio præſenti, & acce-
ptanti fuerat præſtitus, & poſt vſum facultatis ſuperuene-
rat pœnitentia, quæ duo hic non concurrunt, vt ſupra, &
in dictis terminis loquuntur etiam *Surd. conſ. 382. Menoc.*
conſ. 58. vtrq; n. 25. Ex quibus omnibus controuerti non
13 poteſt quin dubium ſit, an Donans habuerint intentionem
concedendi facultatem irreuocabilem, & proinde ad ſub-
ſecutam eiuſdem declarationem recurrendum eſt, re inte-
gra, & tempore congruo factam, vt præter relatos *in §. fin.*
Caſtrenſ. in l hæredes palam 21. §. ſi quid ſub nu. 4 ff. de Te-
ſtam. Surd. conſ. 14. ſub nu. 12. verſ. & qua intentione, cum
alijs in Camerin. Hæreditatis 24. Aprilis 1651. §. & pluri-
mum, & in Fulginaten. dotis 19. Aprilis 1660. coram me
§. ſecundo viſa eſt.

Ex quibus placuit Dominis perſiſtere in ſecundo loco
deciſis vtraque &c.

R. P. D. Veroſpio Romana Dotis.
Mercurij 22. Iunij 1661.

ARGVMENTVM.

Dotalium fructuum taxatio in Vrbe quæ ſit, Interim ab hæredibus viri non debere reſtitui niſi dotem ab eo exactam; & lucrum dotale deberi tàm reſpectu dotis ſolutæ, quàm promiſſæ, & ad formam ſtatuti domicilij viri, latè deciditur.

SVMMARIVM.

1 *Dotis fructus debentur ex Stat. Vrbis in rationem ſeptem cum dimidio pro quolibet centenario.*
2 *Mora non incurritur à debitore per petitionem ipſi factam de credito in ſumma non debita, & excedente.*
3 *Relatum inſpici debet, non referens, licèt in hoc aliter ſit diſpoſitum.*
4 *Dos ſolum exburſata, non autem promiſſa, & inexacta eſt ab hæredibus mariti reſtituenda. declara num. 5. ſub declara nu. 6.*
7 *Reſiduum præſefert ſolutionem totius ſummæ debitæ.*
8 *Creditum extare ex quibus verbis dicatur.*
9 *Dos non præſumitur exburſata nondum contracto matrimonio, nec ceſſo die ſolutionis.*
10 *Lucrum dotale debetur tàm ex dote ſoluta, quàm promiſſa, & iuxta ſtatutũ domicilij viri, non autem vxoris n. 11.*
12 *Teſti deponenti de facto proprio plurimum defertur.*
13 *Ratificatio actus per alium geſti inducitur ex approbatione omnium factorum ab ipſo, qui actum geſſit.*
14 *Mora non cenſetur contracta ex petitione iudiciali, ſi ipſa petitio contineat difficultatem non leuem.*
15 *Intereſſe non debetur abſque mora.*

DECISIO XCI.

COMITE Ioanne de Anguillaria præmortuo D. Comitiſſa Iulia eiuſdem Vxor coram Auditore Cameræ iudicium inſtituit pro reſtitutione dotis in ſum. ſcutor. 30. mil. à Claudio Patre ſibi promiſſæ, necnõ pro cõſecutione quarti dotalis, & mandatũ contra filios, ac hæredes Comitis relaxari obtinuit pro ſum. ſcu. 17500. in cuius executionem de auctoritate D. Theſaurarij ex prætio Caſtri Stabię eidẽ ſcuta 8411. perſoluta fuere. Cum verò lis penderet pro fructibus à die interpellationis decurſis, necnon lucro dotali, ac reliquo dotis, quam Comitiſſa in quantitate ſcut. 10. milliũ verè perſolutam extitiſſe aſſerebat D. Dux Lateræ, vti tutor filiorũ Comitis ſpecialiter à Sanctiſſimo electus, necnõ D. Comitiſſa mater vnanimi cõſenſu horum articulorũ deci-
ſionem

Digitized by Google

ſionē in Sacræ Rotæ Auditorio compromiſerunt. Vnde per me propoſito dubio Domini reſponderunt mandatum fore relaxandum pro fructibus, ac lucro dotali, iuxta modum inferius exprimendum, necnon pro ſcutis 250. ex cauſa dotis per Virum exactis præter ſcuta 8411. ſuperius recenſita.

Cuius reſolutionis ratio reſpectu fructuum ea potiſſima fuit quod contra Tutorem teſtamentarium ſub die ſexta Octobris anni 1659 perſonalis, necnon iudicialis interpellatio executa conuincitur, ex qua filij Comitis moram cenſentur contraxiſſe, ita vt ab eo tempore vſque ad diem decreti D. Theſaurarij, demandantis receptionem ſolutionis ad normam ordinis à D. Duce ſecunda vice producti
1 valeant pro fructuum ſolutione compelli ad rationem ſcutorum ſeptem cum dimidio pro ſingulis centenarijs iuxta normam ab Vrbis ſtatuto ſancitam *lib. 1. cap. 137.* & in hoc Sac. Tribunali ſemper admiſſam, & ſignanter coram *Greg. deciſ. 269. n. 1.* & penes *Fenzon. dec. 88 in § præterea, & in Romana Saluiani 4. Dec. 1643. in § reſpectu vero ſecundi articuli coram me.*

Nec obſtare viſum fuit, quod reſtitutio dotis in ſcutis 40. mil. à Comitiſſa petita fuerit, perinde ac ſi huiuſmodi
2 inſtantia nedum ſummam verè debitam, ſed etiam promiſſam longè excedens filios in mora pro intereſſe conſequendo nequierit conſtituere ex Theorica *Bart. in l. qui ſolidum 78. nu. 1. ff. de leg. 2 l. non poteſt* 100. ibique *Cagnol. num. 6. ff. de reg. iur. Guidop. deciſ. 496. Pereg. conſ. 61. nu. 16. lib. 4. Gratian. diſcept. 42. num. 42. Rota in Anconitana dotis 1. Iulij 1643. in §. quia placuit reſponſio coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.*

Dum enim ad normam Capitulorum, ac inſtrumenti dotalis interpellatio proceſſit, exceſſus petitionis Comitiſſæ non valet officere ex regula generali, quod tenor ſcri-
3 pturæ relatæ, non autem referentis inſpici debet, licet aliter foret in referente diſpoſitum *Dec. conſ. 63. nu. 6. Alex. conſ. 9. num. 19. ad finem lib. 5. Pariſ. conſ. 7. nu. 5. vol. 3. Menoch. conſ. 1. num. 95. Surd. conſ. 12. nu. 50. & 51. Rot. coram Greg. deciſ. 439. n. 1. & 2. & in Vrbinaten. pecuniaria 24. Ianuarij præteriti in §. nec refore coram me.*

Hos autem fructus ad ratam dotis dumtaxat conſignatæ in ſcutis ſcilicet 8661. Domini decreuerunt, quia Viri
4 hæredes dotem ſolum exburſatam, non autem promiſſam, & inexactam tenentur reſtituere ad *Text. in l. Meuia 50. ff. ſolut. matrim. Iaſon. in l. qua dotis nu. 5. verſ. tertio nota ff. eodem tit. Pariſ. conſ. 95. n. 6. lib. 2. Rota in Romana reſidui dotis 7. Iunij anni præteriti in §. non obſtat in fine coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.*

5 Neque viro valet vlla negligentia adſcribi in exigendo dotis promiſſæ reſiduum cuius virtute poſt detectam promiſſoris inexigibilitatē poſſent Viri hæredes pro reſtituenda dote etiam inexacta compelli ad *tex. in l. ſi extraneus 34. ff. de iure dot.*

6 Siquidem dos Comitiſſæ Iuliæ promiſſa conuincitur à Claudio Patre, quem ea reuerentia eidemmet Socero debita Vir nullatenus tenebatur conuenire, vt in eadem *l. ſi extraneus expreſsè diſponitur, & not. Boer. deciſ. 329. nu. 2. Franc. deciſ. 33. n. 5. cum ſeqq. Altogr. conſ. 31. nu. 1. & ſeqq. Rota in Rom. pecuniaria 28. Ian. præteriti in §. qua concluſio coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.*

Neque valet ſolutio dotis in ſcut. 10. mille deſumi ex litteris Comitis, antequam matrimonium foret à partibus contractum, ſub die videlicet 17. Nou. 1645. Socero directis ſub hæc verborum textura. *Non occorre mandare il reſto delli ſcudi* 1800. *mi reſta douendo per compimēto delli ſcudi* 10. *mil. che mi deue per le gioie mobili, e denari,* licet
7 enim verbum reſiduum regulariter totius ſummæ debitæ, ſolutionem præſeferat ad *tex. in l. ſi ea plurib. 89. in princip.* ibiq; *gl. nota in verbo reliquum ff. de ſolut. Alex. conſ. 216. n. 4. ad med. lib. 7. Becc. conſ. 47. nu. 8. Rot. coram Caualer. deciſ. 228. n. 2. & in Benen. pecuniaria 20. Feb. 1660. in §. quia coram Reuerendiſſ. D. meo Papien.* Attamen dum eiuſdemmet ſummæ ſolutio ſcutorum videlicet decem millium diuerſis ſub modis, ac partitis in tempore matrimonij peragi debuerat, verbum illud proinde confeſſionem ſolutionis in propoſito caſu non valet operari, ſed partitarum dumtaxat computationem inferre, inter ipſoſmet contrahentes ſancitam quoad modum ſolutionis, perinde, ac ſi à Comite expoſitum foret, quod dicta ſumma ſcutorum 1800. pro ſpōſæ itinere in ſumenda, reſiduum decem millium ſcutorum exiſteret, quæ in limine matrimonij diuerſis ſub partitis in tot mobilibus videlicet pecunijs, atque iocalibus eidem deſtinata fuerant, vt in proximis terminis *Rota reſpondit coram Cardin. Seraphino deciſ. 1146. num. 3. verſ. neque per ſecundum.*

8 Qui ſanè intellectus ex ſequentibus verbis apertè deſumitur. *Delli ſcudi diece mila che mi deue.* Illa quippe existentiam crediti in integra ſumma tunc temporis perneceſſe ſupponunt, vt *not. Rebuff. in l. debitor* 108 *in princ. & in verſ. debere, & in l. pecunia verbum 178. §. hoc verbum debuit verſ. debere quis dicitur ff. de verb. obligat.* Tum ex iudicialibus inſtantijs pro huius conſecutione reſidui à Comite ſucceſſiuè perhabitis contra eundemmet Socerum, qui propter negligentiam, ac moroſitatem inſoluendo, vt experientia rerum magiſtra docuit, non præſumi-
9 tur dotem, nondum contracto matrimonio, nec adhuc ceſſo ſolutionis die exburſaſſe, vt aduertit *Angel. conſ. 127. in fine Rot. deciſ. 485. num 4. & 6. par. 3. lib. 3. diuerſ. coram Buratt. deciſ. 108. num. 10. & deciſ. 73. num. 7. par. 4. tom. 2. recent. & in Peruſina Landi 23. Ianuarij 1619. in §. pro inneriſimilitudine verò coram bon. memer. Cardin. Fabritio Veroſpie.*

Quamcumque præterea dubitandi anſam repellit mobilium, atque iocalium conſignatio ſecuta longè poſt diem litterarum, necnon depoſitum quoque ſcutorum 425. ab Albertino in Neapolis banco ſucceſſiuè per editum ad cō-putum dotis ſcutorum decem millium, quæ omnia nullatenus Comes conſequi poterat; ſi ſumma ſcutorum 1800. reſiduum integri debiti verè importaſſet.

10 Lucrum verò dotale fuit D. Comitiſſæ attributū ad formam Statuti Vrbis *lib. 1. cap.* 132. cuius diſpoſitio tàm reſpectu dotis ſolutæ, quàm promiſſæ regulariter admittitur, vt reſpondit *Rot. coram Achille deciſ. 13. num. 1. & ſeqq. de conſtitut.* vbi rationem ponderat, quod ſub dotis nomine à ſtatuto ſimpliciter recenſito ſpecies vtraq; includitur *Greg. deciſ 5. num. 1. ibique Add. num. 11. & in Romana quarti dotalis 23. Iunij 1642. in §. ſed quia coram Reuerendiſſ. D. meo Decano,* cum alijs relatis in *Romana lucri Dotis 1. Aprilis 1650. in § ſiquidem coram R. P. D. meo Albergato, & not. Grat. diſcept. forenſ. cap. 666. nu. 24.* licet contractus
11 matrimonij fuerit Neapoli celebratus, cum ſtatutum domicilij Viri ad hunc effectum debeat ſeruari, non autem Vxoris, ac loci contractus ad *tex. in l. exigere dotem, vbi Cagnol. nu. 4. ff. de iud. Alexan. conſ. 100. n. 13. vol. 3 Ruin. conſ. 59. num. 6. lib. 3. Curt. iun. conſil. 129. num. 5. Grat. diſcept. 609. nu. 24. Rot. coram Seraph. deciſ. 504. n. 5. & penes Zacch. de obligat. Cam. deciſ. 272. nu. 1. & 3. & deciſ. 175. num. 30. par. 9. recent.*

Neque poterit obſtare, quod lucrum in Capitulis conuentum fuerit ad normam Regiæ pragmaticæ ſtatutionem diſponentis reſpectu dotis dumtaxat realiter perſolutæ, cū conuentio hæc ad effugiendas pœnas ab ipſamet pragmatica contrauenientibus inflictas conuincatur appoſita, vt expreſsè concludit declaratio D. Cardinalis Sabelli edita eademmet die celebrati contractus cui vti Procuratori
12 pro contrahendis ſponſalibus à Comite ſpecialiter deputato plurimum deferri debet, vt reſpondit *Rota coram Buratt. deciſion. 775 nu. 2.* Inſpecta potiſſimè probitate ipſius, necnon eximia nobilitate, vt aduertit *Bart. in l. ambitioſa num. 27. & 28. ff. de decret. ab ord. fact. Ruin. conſ. 175. num. 15. & 16. uol. 1. Socc. ſen. conſ. 27. num. 4. lib. 3. Maſcard. de probat. concl. 264 num. 7. Rot. in Melenitana Comenda 19. Iunij 1654. in §. collationem uerò ad medium coram me.* Tum etiam capitulorum textura, ex qua apertè conuincitur ſponſalia extitiſſe more Romano contracta ibi. *In caſo di reſtitutione ſecondo l'uſo, e coſtume della Città di Roma, e con tutte le clauſule ſolite apporſi circa tal particolare nelle capitulationi, che ſi fanno à detto uſo di Roma, quali per patto eſpreſſo s'intendano, e ſiano nelli preſenti capitoli appoſti.*

Rathabitio autem Comitis per D. Cardinalem promiſſa in ipſamet declarationis ſchedula, vel neceſſaria, non erat, perſpecto ampliſſimo mandato procuræ, cuius

virtute ipſe potuit ad declarationem prædictam deuenire,
13 vel ea optimè conſurgit, ex quo Comes approbando omnia, & ſingula promiſſa, ac geſta per Cardinalem, declarationem quoque videtur approbaſſe, vt dixit *Rota coram Buratt. deciſ. 189. num. 3.*
14 At quia non leuis aderat difficultas. An lucrum deberet ad normam Regiæ pragmaticæ, vel potius iuxta diſpoſitionem Statuti Vrbis D. Comitiſſæ perſolui, ex iudiciali proinde petitione hæredes Viri moram nullatenus cenſentur contraxiſſe, vt reſpondit *Rota in Anconitana Dotis 1. Iulij 1643. in § nec obſtat verſ. ſed hodie coram Reuerendiſſimo*
15 *D. meo Decano*, qua ceſſante nulli debetur fructus, vt aduertit *Aym. conſ. 87. ad finem, Honded. conſ. 50. n. 21. lib. 1. Rota coram Greg. dec. 148. n. 2. ibiq; Add. n. 4.*
Et ita vtraque &c.

Eminentiſs. & Reuerendiſs. Celſu Compoſtellana Parochialis Veneris 9. Decembris 1661.

ARGVMENTVM.

Sententiæ quando dicantur conformes, & quando ſit licitum Patronis variare, ſeu accumulare præſentationes, lite quoque inter præſentatos pendente.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ dicuntur conformes, ſi vna confirmet alteram.*
2 *Parochialis nequit obtineri ab eo, qui non eſt, neque Clericus, nec legitimæ ætatis.*
3 *Patroni non poſſunt variare in præſentatione, quando inter præſentatos eſt lis introducta: declara n. 4.*
5 *Patroni in præſentatione poſſunt ſemel tantum variare. declara num. 6.*
7 *Inhibitio reſpicit futura, non præterita, nec trahitur retro: eſt attentata, ſi ſit obtenta poſt aliam inhibitionem præcedentem, n. 8.*
9 *Manutentionis mandatum conceditur pro purgatione attentatorum.*

DECISIO XCII.

VAcante Parochiali Eccleſia S. Michaelis de Marcon, quæ ſupponitur de Iurepatronatus laicorum, publicata fuerunt Ædicta, in quorum termino à maiori parte Patronorum primo loco præſentatus fuit Petrus, & ſecundo loco Hyacinthus de Pazos.

Quia verò Agnes, & Catherina Gonzales prætenſæ Patronæ ſub die 13. Iulij 1655. præſentarunt pariter primo loco Aluarum Prego, ſecundò verò Albertum de Rubianes, & deindè ſequenti die etiam tertio loco Petrum de Sanmiliano, ideò orta controuerſia inter iſtos præſentatos, cauſaque poſt plures ſententias mihi commiſſa propoſui dubium ad formam Commiſſionis mihi directæ, An conſtet de tribus conformibus. Et Domini in ea parte, in qua pronunciatum fuit Petrum de Sanmiliano non eſſe legitimum contradictorem reſponderunt affirmatiuè.

1 Etenim reſpectu numeri nulla cadit dubitatio, & reſpectu conformitatis, res etiam eſt clara, quia vna ſententia confirmat alteram *Rot. in recent. deciſ. 292. numer. 1. par. 6. coram Eminentiſſimo Otthobono deciſ. 63. numer. 1. & in Romana Domorum de Regardis 15. Ianuarij 1649 coram bo. me. Dunozetto.*

De validitate verò, & iuſtitia nullo modo dubitari poteſt, quia validitas reſultat ex reuolutione proceſſus, & iuſtitia ex eo, quod Petrus de tempore præſentationis coram
2 Ordinario, & petitæ inſtitutionis, nec erat Clericus, nec legitimæ ætatis, & conſequenter inhabilis ad Parochialem obtinendam, vt notat *Garz. de benef. par. 7. cap. 1. num. 24. & ſeq. aliiſque relatis per Viuian. de iurepatr. lib. 6. cap. 3. nu. 12. & cap. 6. num. 21.* & firmauit *Rot. coram Pen deciſion. 4. numer. 2. & ſequen. & præſertim numer. 10. & 11. iuxta impreſſionem Venetam, & coram Buratt. deciſ. 21. numer. 21.*

Nec talis defectus videtur ceſſare ex eo, quod in vim Breuis Apoſtolici prorogantis terminum ad præſentandū, ipſe Petrus de nouo præſentatus fuerit ſub die 15. Ianuarij 1656. & ſic poſt ſex menſes a die primæ præſentationis,
3 quo tempore erat effectus labilis, nam cum lis iam eſſet inſtructa non potuerunt Agnes, & Catherina variare, & alium præſentare *cap. 1. & 2. vt lit. pendent. in 6.* & optimè firmat *Aymon. conſ. 63. num. 3. Lancellott. de attent. in præfat. numer 668.* & hanc opinionem indubitatam dixit *Rota in Zamoren. Beneficij de Morales poſt Marcheſan. de commiſſ. tom. 1. fol. 452. quæ eſt deciſ. 442. num. 6. par. prim. diuerſ. Caualer. deciſ. 280. num. 1. & deciſ. 333. eodem numero, & in recent. deciſ. 607. num. 4. par. 5. & deciſ. 295. num. 8. par. 6.*

4 Non obſtat, quod variatio, ſeu accumulatio facta fuerit in collitigantem, quo caſu ſuſtinetur etiam ſi emanauerit lite pendente, nam obiectum poſſet fortaſſe procedere, ſi ex præſentatione, & variatione huiuſmodi extingueretur lis; ſed cum in præſenti caſu lis prorogetur, & protrahatur in longum cenſuerunt DD. illam non ſuſtineri, vt aduertit *Rocch. de Curte de Iurepatron. verb. honorificum numer. 53. Creſcent. deciſ. 8. num. 2. verſ. quo tamen, & deciſ. 10. per tot. de Iurepatr. Merlin. deciſ. 443. num. 3.* & plures cumulant *Addent. ad Buratt. deciſ. 942. num. 8. & Barboſ. de iure Eccleſ. vniuerſ. lib. 3. cap. 12. ſub num. 177. verſ. verùm concluſio illa.*

Fortius verò prædicta procedunt, quia præſentatio in perſona Petri de Sanmiliano facta fuit à prædictis Sororibus tertio loco poſt duas alias præſentationes ad fauorem Prego, & Rubianes, vnde nullo modo ſuſtineri valet, nam
5 licet Patronis laicis conceſſa ſit variatio, & accumulatio non recedendo à priori præſentatione, hoc tamen ſemel tantùm, & vnica vice eſt eis permiſſum iuxta *conſil. Calderin. 16. de Iurepatron. Rocch.* qui dicit huiuſmodi opinionem in puncto Iuris veriorem eodem *tract. verb. honorificum num. 35. Lambertin. lib. 2. par. 2. quæſt. 7. artic. 23. num. 1. & ſeqq. Garz. de benefic. par. 5. cap. 9. num. 214. cum concordantibus adductis per Adden. ad dictam deciſ. 943. numer. 6. coram Buratt. & per Barboſ. vbi ſupra dicto libr. 3. cap. 12. num. 177.*

6 Imò dum iurarunt in forma, ac promiſerunt, & ſe obligarunt cum eorum perſonis, & bonis præſentibus, & futuris, non agere, nec venire contra ſupradictam præſentationem, volentes, quod ſuum ſortiatur effectum, & vigore illius fiat titulus, & collatio non potuerunt de nouo præſentare præfatum Petrum de Sanmiliano, vt reprobato Alexandro, & reiectis Illius fundamentis, latè firmat *Lambert. de Iurepatr. par. 2. lib. 2. quæſt. 7. art. 16. verſ. contrariam tamen ſententiam vſque ad fin. Rocch. eod. tract. verb. honorificum nu. 37.* & vltrà cumulatos per *Barboſ. & add. ad Buratt. vbi ſup.* firmauit *Rota coram Merlin. d. deciſ. 443. n. 4. & ſeq. & in nullius, ſeu Montis Alti Iuriſpatr. 15. Iunij 1654. coram bo. me. Dunozetto.*

Non obſtat, quod ſententia Nuntij ſit attentata, vti lata poſt commiſſam cauſam Iudici in Curia; nam cum reportata ſententia ab Ordinario Petrus appellauerit ad Sanctiſſimum, & ad Nuntium, & coram iſto tranſportatis actis mediante perſona legitimi Procuratoria comparuerit de Menſe Ianuarij 1658. inſtando pro reuocatione ſententiæ eiuſdem Ordinarij, & tandem die 21. Maij Nuntius dictam ſententiam confirmauerit, vtiq; inhibitio Iudicis in Curia exequuta die 19 Iunij ſubſequentis, & ſic poſt tres
7 menſes non potuit cauſare attentata, quia inhibitio reſpicit futura, non autem præterita, nec trahitur retrò *Rot. deciſ. 155. num. 6. par. 4. diu. & in rec. 218. n. 9. par. 8. coram Eminent. Otthobono deciſ. 233. nu. 12.* & penes *Poſth. de manut. deciſ. 289. num. 9.*

8 Quinimò nulla, & attentata videtur inhibitio, & ſententia eiuſdem Iudicis in Curia vti obtenta poſt aliam inhibitionem præcedentem *Rota in Romana Tutelæ de Boncompagnis 15. Maij 1623. coram Vbaldo.* Cumque vigore illius ſpoliatus fuerit Hyacinthus ſua poſſeſ-
9 ſione, venit propterea reintegrandus per viam mandati de manutenendo, quod paſſim datur pro purgatione attentatorum, vt notat *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 7. gloſ. 3. par. 10. numer. 10.* & pluries firmauit

Rota

Rota in Vicen. Beneficij 10. *Decembris* 1646. *coram Reuerendiſſ. D. meo Cerro, in Taurinen. Parochialis* 20. *Decembris* 1647. *& in Meleuitana Bonorum* 15. *Martij* 1658. *vbi alia cumulantur coram me.*

Et ita vna tantum parte informante, altera verò ſæpius citata, & intimata.

R.P.D. Albergato in Cauſa Aſſiſien. Oblationum.
Veneris 9. Decembris 1661.

ARGVMENTVM.

Oblationes, quæ fiunt in Capella Sanctæ Mariæ de Portiuncula deberi Fratribus de Obſeruantia, non obſtante læſione prætenſa per Fratres Conuentuales, vtpotè in ceſſione de ijſdem oblationibus facta non exiſtente, ampliſſimè in hiſce Deciſionibus reſoluitur.

SVMMARIVM.

1 *Ius pertinet ad illum, cuius nomine exercetur, & n.* 22. *Oblationes ſpectant illi, cuius nomine colliguntur.*

2 *Clauſula* donec &c. *conceſſionem limitat, adeout euaneſcat ſequuta noua diſpoſitione.*

3 *Papa eſt Dominus abſolutus bonorum Eccleſiæ.*

4 *Dictio* huiuſmodi *eſt repetitiua, & diſpoſitionem reſtringit ad res ſuprà expreſſas.*

5 *Læſio in valore vt dignoſcatur quale tempus ſit attendendum. & numer.* 6. 11. 27. *remittitur arbitrio Iudicis nu.* 7. *& debent computari anni fertiles cum ſterilibus. nu.* 8. 20. 27.

9 *Læſio non poteſt deduci ex ijs, quæ ſe habent ad lucrum, & damnum. & n.* 10. 28. 29.

12 *Fides adhibetur Magnati atteſtanti de aliqua re. & num.* 30.

13 *Clauſula ſublata, & decretum irritans inficit poſſeſſionem in contrarium, & non admittit exceptionem contrarij vſus.*

14 *Remiſſoria non conceditur ſtante irreleuantia materiæ: neque datur ad probandum per teſtes id, cuius contrarium apparet, & ſcripturis. num.* 15. *nec ad probandum delictum. n.* 17. *nec ſuper articulis imaginarijs, & non facientibus ad cauſam. n.* 21.

16 *Teſtium examen in Rota ſuper materia obiectiua non admittitur, niſi concurrat magnus fumus materiæ articulatæ.*

18 *Tranſactio quando tolli non poſſit ſub prætextu læſionis.*

19 *Probatio non requiritur de his, quæ non controuertuntur.*

23 *Dictio* donec *temporalitatem præfefert.*

24 *Obſeruantia ſubſecuta affert optimum intellectum Conſtitutionum Pontificalium.*

25 *Læſio ad finem reſcindendi contractum debet eſſe in magno exceſſu.*

26 *Læſio eſt ab allegante concludentèr, & plenè probanda.*

DECISIO XCIII.

QVis ius honorificum percipiendi Eleemoſynas in aliena Cappella Sanctæ Mariæ de Portiuncula nuncupata, quod Fratribus Conuentualibus Sancti Franciſci competebat pretio erat inæſtimabile, & 40. annorum ſpatio, (vt deducebatur) oblationes ad ſcuta tercentum annua aſcendere conſueuerant, Domini ſub die 4. Maij 1652. & 23. Ianuarij 1653. coram me cenſuerunt conſtare de læſione eorumdem Patrum, in contractu anno 1642. celebrato, in quo ceſſum fuit dictum Ius Patribus de Obſeruantia pro quantitate ſcutorum duorum millium, quæ in locis montium inueſtita non excedunt annua ſcuta centum; Et ſucceſſiuè ſub die 30. Aprilis 1660. dictum fuit, ex defectu intentionis, reſultantis ex eodem capite læſionis Pontifici Max. ignotæ, non ſuffragari Breue fa. m. Vrbani Octaui ſuper qua vltima reſolutione præuio Dominorum meorum ordine, quod reuiderentur Deciſiones ſuper læſione, propoſito hodie dubio, in omnibus receſſum fuit à deciſis.

Nulla enim adeſſe viſa eſt læſio reſpectu Iuris honorifici, quia in facto non ſubſiſtit, quod illud ad Patres Conuentuales ſpectaret, ſed immediatè ad Eccleſiam Romanam pertinebat, vt probatur ex quatuor Conſtitutionibus Summorum Pontificum Nicolai IV. Eugenij IV. & Gregorij XIII. relatis in Summ. PP. Obſeruantium num. 1. & tribus ſequentibus, in quibus expreſsè præcipitur, quod Conuentuales nomine Eccleſiæ Romanæ deputare tenerentur perſonas idoneas, quæ de ipſorum Fratrum ordine non exiſterent pro colligendis Eleemoſynis, ad effectum quidem illas erogandi pro conſeruatione, & reparatione Eccleſiarum Sancti Franciſci, & ſuſtentatione Fratrum ad ipſas Eccleſias confluentium, *donec per eoſdem Pontifices, vel eorum ſucceſſores aliter in hac parte*
1 *contigerit ordinari*. Ius enim pertinet ad illum, cuius nomine exercetur, & oblationes ſpectant illi, cuius nomine colliguntur *cap. ſi diligenti* 17. vbi notat *Abb. num.* 6. *de præſcript. l. quod meo* 18. *in princip. ff. de acquiren. poſſeſſ. Menoch. conſ.* 1246. *num.* 3. *&* 4. *Honded. conſ.* 17. *num.* 77. *lib.* 1. *Gratian. diſcept.* 980. *ſub numer.* 13. *&* 14. *Rota apud Poſthum. de manut. deciſ.* 135. *num.* 1. *&* 2. *& in Romana manutentionis* 28. *Iunij* 1652. *coram bon. mem. Dunozetto verſ. non obſtant exactiones.*

Erant enim PP. Conuentuales ſimplices vſufructuarij, & præcario nomine Eccleſiæ Romanæ fruebantur oblationibus, cum prædicta clauſula, *donec &c.* conceſſio-
2 nem adeò limitet, vt ſecuta noua diſpoſitione, prima conceſſio euaneſcat. *l. ſi id quod* 25. *§. quod autem ff. de acquir. poſſeſſ. Dec. conſ.* 584. *num.* 11. *verſ. Aduerbium enim, & num. ſeq. Surd. conſ.* 489. *num.* 10. *Honded. conſ.* 6. *num.* 37. *lib.* 1. *Scrader. de feud. par.* 2 *cap.* 4. *ſub num.* 33. *verſ. niſi is qui concedit.* Prout noua diſpoſitio facta fuit à fa. mem. Vrbano Octauo dictum ius, ſeu oblationes PP. de Obſeruan-
3 tia concedendo, quod vtique ad libitum facere potuit, tanquam bonorum Eccleſiæ abſolutus Dominus *cap. conſultationibus* 4. *& cap. paſtoralis* 7. *de donat. Roman. conſ.* 369. *num.* 27. *Rot. coram Pen. dec.* 1020. *num.* 7. vbi quod in hoc cum Pontifex vtatur iure ſuo nemini facit iniuriam, *coram Merlin. dec.* 775. *ſub nu.* 21. *verſ. Et ideo etiam Papa dec.* 81. *n.* 9. *&* 10. *par.* 5 *& dec.* 39 *n.* 32. *cum duob. ſeqq. par.* 8. *recent. & in Camerinen. Penſionis* 1. *Iulij* 1643. *coram Reuerendiſſ. Tarraconen. ſub §. qua declaratione.*

Nec aduerſatur, quod præfatæ Conſtitutiones Apoſtolicæ prohibentes perceptiones oblationum durauerint ſolùm eo tempore, quo Patres prædicti ſob puritate Regulæ viuendo, non poterant poſſidere, ſed an. 1517. ſublatæ fuerint per diſpenſationem à fel. record Leone X. illis conceſſum poſſidendi bona in communi, & deinde ad dictum ius reintegrati fuerint per dictam Conſtitutionem Gregorij XIII. in verbis illis, *Nos priuilegia, & iura Eccleſiæ, ac domus Sancti Franciſci huiuſmodi illæſa conſeruare volentes*. Hoc enim nullò modo ſubſiſtit, nam etiam poſt annum 1517. ſemper continuarunt deputati percipere Eleemoſynas nomine Eccleſiæ Romanæ, quinimo in dicta Conſtitutione Gregorij tanto tempore poſt nempè anno 1580. emanata, expreſsè confirmantur aliæ præcedentes, & ordinatur, quod oblationes, de quibus agitur, à Deputatis percipiantur, iuxta formam in præcedentibus Conſtitutionibus præſcriptam, *d. Summ. Obſer. numer.* 4. In præfatis autem verbis intellexit Pontifex de conſeruatione Iurium Eccleſiæ, quoad applicationem oblationum, vt prius inſeruire voluit pro reparatione Eccleſiæ, & Patrum ſuſtentatione, circa quod Iura illorum, & priuilegia obſeruari mandauit, vt conſtat ex le-
4 ctura, & deducitur ex dictione *huiuſmodi*, quæ eſt repetitiua, & diſpoſitionem reſtringit ad res ſupra expreſſas, *Feder. de Sen. conſ.* 25. *n.* 4. *& in fin. verſ. reſpondeo iſta Conſtitutio, Barboſ. dict.* 138. *n.* 1. *&* 3. *Rota dec.* 350. *num.* 3. *coram Coccin.* & alijs relatis in *Meleuitana quinque Canonicatuum* 4. *Aprilis proximè præteritis coram me, §. fuiſſe autem.*
5 Prout neque reſpectu oblationũ adeſſe viſa eſt læſio, nã ſiue attendatur ad hunc effectũ tempus præcedens, & ſub-

Google

ſequens per quinque annos, vt obſeruauit *Rota in deciſio-*
nibus relatis per Add.ad Buratt.538. ſub num.22. verſ.ſe-
cundus eſt caſus, Rota deciſ.706 num.5. & 6.coram Pen.
dec.272.num 21.par.5.recent.in Romana penſionis 23. Iu-
nij 1636.coram me, §.probauit itaque, & 27.Iunij 1657.co-
ram Reuerendiſſ. Papien. §.quod autem valor, & §. neque
6 *ſubſiſtit,* ſiue integrum decennium anterius,& decennium
poſterius, vt per *Rot.in deciſ 189.num.4 par.1. diuerſ.* Et
ſenſiſſe videtur *in Camerinen.penſionis 12. Maij 1642. co-*
ram Reuerendiſſ.Tarraconen §.mo:i potiſſimum, in rec.p.9.
dec.479 num.1.& 2.tom.2.
7 Quod Iudicis arbitrio remittitur. *Add.ad Buratt.d.nu.*
22.verſ.verum Rota etiam tenet, Rot. coram Pen.706.nu.6,
& dec.159.num 9.par.5.rec. ſemper excluditur læſio, quia
ex calculis per extenſum exhibitis *in Summar. Patrum de*
Obſeruantia n.5. & 6. conſtat, quod annis præcedentibus,
& ſubſequentibus per integrum decennium, & ſucceſſiuè
8 vſque ad annum 1660. oblationes non excedebant ſcuta
100.computando annos fertiles cum ſterilibus, vt fieri de-
bet *l.ſi fundum 35.ff.mandat, Lotther, de re benef.libr.1.q.*
28.nu.81.Gratian.diſcep 461.nu.8.Rot.d.deciſ.159.n.2.par.
5.& dec.479.n.3.par.9 recent.& coram Eminent.D.Card.
Otthobono deciſ.172.num.5.

Neque decrementum oblationum deduci poteſt ex eo,
quod in primo decennio Peſtis per Italiam graſſauerit, in
ſecundo autem bella viguerint. Quia conſideratum fuit,
quod primo anno decennij, nempè 1632. Peſtis iam ceſſa-
uerat. Bella autem ſucceſſerunt poſt Breue. Cumque
huiuſmodi contractus eſſet dubius circa futurum euen-
tum, ex quo oblationes, quæ ex mæra Fidelium pietate
proueniunt, ſunt penitus incertæ, & proinde Patres Con
9 uentuales poſſent, iuxta caſuum contingentiam, æqualiter
ſe habere ad lucrum, & ad damnum, læſio ex euentu ſub-
ſequuto deduci non poſſet, ſi accidit, quod de facili eueni-
re poterat, *l.ſi iactum retis 12.ff.de act.empt.Bart.in l.Co-*
tem ferro 11. §.qui maximos num.6. verſ. nunc ad quæſtio-
nem ff.de public.& vectigal.Hond.conſ.34.n.43.lib.2.Gra-
tian.diſcept.435.num.15.& 16. & diſcept.756 numer 8. &
ſeqq.Cyriac.contr.1.nu.35. Gratb.deciſ.105.ſub nu.2. verſ.
quæ ſi ſuperueniat, Rot.deciſ 629 n 3.infra par.4.& dec.281.
n.3.par.6.rec. in Hiſpalen.reſciſſionis contractus 10.Maij
1641.coram bo.me.Penſingero § imò ad effectum.

Quæ habet locum etiam in hoc contractu habente tra-
ctum ſucceſſiuum; Attentis enim temporum calamita-
tibus, & infortunijs, quæ propter rerum viciſſitudines de
facili contingere poſſunt,& conſiderata oblationum incer-
titudine, & decremento proueniente, vel ob diminutioné
Populi, & quotidianatú expenſarum, & luxus incremen-
tum, de quo *Rota in Romana Dotis de Lancellottis 14.*
Iunij 1655.coram Reuerendiſſ. D. Zarate ſub §.Tertiò ex
conſuetudine in fine, vbi, quod humani generis luxus in
dies incrementum ſumit, *& in Bononien.alimentorum 10.*
Maij 1656.coram Reuerendiſſ.Papien.§.Præterea, vel quia
pietas fidelium in dies frigeſcit, viſum eſt Dominis tran-
ſactionem potius vtilem fuiſſe PP. Conuentualibus, qui
ſcuta duo millia in tot locis montium receperunt, quæ non
ſunt adeò ſubiecta decremento, & incertitudini redditus,
cum ſaltem ſemper capitale ſaluum remaneat. Et tamen
10 ſufficit, quod contractus ex veriſimili non ſe habeat ma-
gis ad damnum, quam ad lucrum, vt ratione incerti futuri
euentus læſio deduci non poſſit *l de fideicommiſſo 11.C.de*
tranſact. Menoch.conſ.156.num.34.& ſeqq. Crau.tt.conſ.
294.col.vltim. verſ.ſecus, vbi contractus, Rot. deciſ.582.
num.19. par.4. recent. tom.2 & in dicta Hiſpalen. §. quod
non ſolum.

Quibus ſtantibus non vrget, quod 400.annorum ſpatio
ſcuta 300.fuerint percepta, quodque oblationes, quæ lo-
cari conſueuerunt, inter fructus certos enumerentur, quia
reſpectu temporis iam dictum fuit, attendendum non eſ-
ſe tàm remotum, ſed per quinque, vel ad ſummum decem
annos ante, & poſt contractum; nuſibi autem probatur,
11 quòd oblationes fuerint locatæ, & tamen ad hunc effectú
probari debuiſſet de tempore contractus conductores pro
longè maiori ſumma reperiri potuiſſe, *Cyriac.contron.87.*
ſub n.14.verſ cum enim, Capic. Latr.conſult.156 nu.34.&
ſeq.tom.2.Rot.dec.100.n.4.poſt ſecundum vol.conſ.Farin.

Sublata verò læſione, Breue ſa.mem. Vrbani VIII. ſof-
fragari debet, nec opponi poteſt de defectu intentionis
Pontificis; Quia vt conſtat ex lectura eiuſdem ſatis erat
de omnibus informatus. Et vlterius de quantitate ad quam
per decennium antecedens aſcenderant oblationes, certi-
ficari voluit ab Eminentiſſimo Cardinale Barberino eius
12 nepote, cui de hoc atteſtanti plurimum deferendum eſſe,
& magnam fidem adhibendam Domini exiſtimarunt, vt
per *Ruin.conſ.175 num.15. & 16.lib.prim. Rot. deciſ.656.*
num.9.par.2 recent. Romana, ſeu Velitern a affictus 24. Iunij
1647.coram bo.me. Bichio, § ſecundo ex atteſtatione, & in
Romana Dotis 22. Iunij proximè præteriti §. neque poterit
coram R.P.D.meo Veroſpio.

Et ita cum hinc etiam tollatur materia ſcandalorum,
vtraque parte acriter informante receſſum fuit à deciſis,
vt ſupra.

In eadem. Coram eodem.

Mercurij 28. Iunij 1662.

POſtquam recedendo à præcedentibus deciſionibus reſo-
lutum fuit non conſtare de læſione contractus, in quo
ius colligendi oblationes in Eccleſia Sanctę Marię de Por-
tiuncula ceſſum fuit PP. Minor. de Obſeruantia, pro re-
compenſa ſcutorum 2000. petebant PP. Conuentuales
Remiſſoriam, quam diſputato hodie dubio, denegan-
dam eſſe Domini dixerunt, nam primo loco articulatur,
quod ante annum 1642. (quo mediante Breue ſan. mem.
Vrbani VIII. ceſſum fuit Ius PP. de Obſeruantia)
Conuentuales proprijs manibus controuerſas Eleemoſy-
nas percipiebant, quod eſt contra expreſſam diſpoſitio-
nem Conſtitutionum Apoſtolicarum ab ijſdem PP.Con-
uentualibus productarum, in quibus ordinatum fuit obla-
tiones domine Eccleſiæ Romanæ percipi à duobus viris,
qui de ordine Conuentualium non exiſtant. Et ſic Re-
13 miſſoria non eſt concedenda ob clauſulam ſublatam, &
decretum irritans in illis contentum, quæ inficiunt quam-
libet poſſeſſionem in contrarium, & operantur, vt non
admittatur exceptio contrarij vſus. *Rota deciſ.722.num.*
4.& ſeq.par 4.recent.tom.3.coram Merlino deciſ.814.nu-
mer.4.5 & 6.Aretina vnionis 8. Martij 1652.coram R.P.
D.meo Veroſpio §.pariter, & in Valentina Pontificalium
15.Iunij 1657. coram Reu.P. Domino meo Priolo, § quia
exceptuatio, & in terminis ad effectum denegandi remiſ-
ſoriam *coram ſan.memor.Gregorio deciſion.211.numer.6.*
& deciſ.219.numer.6.& duobus ſequentib.par.6.recent. Et
quando etiam non obſtaret clauſula ſublata, & decretum
irritans, adhuc materia eſſet irreleuans, & idem reſul-
taret effectus, quia non inde probaretur ius honorificum
percipiendi eleemoſynas ad ipſos ſpectare, cum in ijſdem
14 Conſtitutionibus ad fauorem Eccleſiæ Romanæ reſerua-
tum fuerit, ſtante autem irreleuantia materiæ, non con-
ceduntur Remiſſoria, ne litigantes laboribus, tædio, & ex-
penſis inutilibus defatigentur. *l. ad probationem 22.C.de*
probat. Roman.conſ.226.num.3. Rota coram Eminentiſſi-
mo Cardinale Otthobono deciſ.36.num.8. Gerunden. Scri-
baniæ 27. Nouembris 1637. coram Merlino, §. tertia con-
cluſio, & in Melenitana Habitus 16. Ian. & 30. Aprilis
1660. coram me.

Nec ad probandam maiorem oblationum affluentiam
in alijs articulis contentam concedenda erat remiſſoria,
quia cum ex libris à PP. Minoribus productis, & à perſo-
na fide digna ſcriptis, benèque, & legaliter retentis, cer-
ta quantitas oblationum probata fuerit, non datur remiſ-
15 ſoria ad probandum per Teſtes id, cuius contrarium
apparet ex ſcripturis *Rot. coram Seraph. deciſ 1460.num.*
10.Duran.deciſ.196.num.3.dec.582.num 2.par.4.dec.203.
num.1 & 8.par.9.recent.Comen.Collegij 30. Aprilis 1655.
coram R.P.D.meo Celſo, & in Palentina decimarum 24.
Ianuarij 1656. coram Reuerendiſſ. P. Dom. meo Decano
§ quod primum.

Alij

Digitized by Google

Aliꝭ pariter articuli continentes prætenſam ſubtractio
nem Eleemoſynarum, à loco vbi pietate confluentium po-
16 pulorum proijciuntur, non fuerunt admiſſi. Tum quia
contineat materiam obiectiuam, ſuper qua nō admittitur
in hoc Sac. Tribunali examen Teſtium niſi concurrat ma-
gnus fumus veritatis materiæ articulatæ, (*qui deficit in
præſenti.*) *Grauett. conſ 27. num. 4. Adden. ad Buratt. dec.
28. litt. D. Rot. deciſ. 302. num. 14 par. 5. rec. Bononien. de
Bologninis 16. Aprilis 1646. in princ. & in §. quod materia
coram Reuerendiſſ. Terracinen.* vbi quod quando articu-
17 li tendunt ad probandum delictum non datur remiſſoria,
ſine magno fumo, *Meleuitana Commēda 14. May 1655.
coram R. P. D. meo Veroſpio, & in Auenionen. legitimæ 8.
Febr. 1656 coram R. P. D. meo Priolo §. fin.* Tum quia da-
ta etiam ſubtractione Eleemoſynarum non indè probari
poteſt læſio ſiue quia ſumma ſubtracta ad ſenſum ipſorum
articulantium paruæ eſt quantitatis, ſiue quia ad augendos
Eccleſiæ redditus calculari nequeunt pecuniæ, quæ fue-
runt ereptæ, & ſemper ſubſiſtit, quod oblationes actu per-
ceptæ non excedunt ſummam in libris deſcriptam. Cum
18 què hæc poſſibilitas etiam adeſſet de tempore tranſactio-
nis, & tranſigentibus eſſet ignota, hoc ſufficit, vt ex hoc
capite tolli non poſſit tranſactio *l. Lucius 78. §. fin. ff. ad
Trebell. Bero. conſ. 178. numer. 11. lib. 1. Rot. in Bononien.
fideicommiſſi de Bonfilijs 5. May proximè præteriti coram
R. P. D. meo Veroſpio §. hinc obeſſe.*

Tertia demùm articulorum ſpecies continens infortu-
nia peſtis, & bellorum, quæ Eccleſiam afflixerunt, admiſ-
19 ſa non fuit, non ſolùm quia hæc nimis nota ſunt, nec à PP.
de Obſeruantia controuertuntur, & proindè probatione
non indigent, *Rot deciſ. 606. num. 11. par. 5. recent. coram
Eminentiſſ. Card. Otthobono d. deciſ. 36. num 6. Caſenaten.
iuriſpatronatus 20. May 1650. coram R. P. D. meo Celſo,
& in Meleuitana nullitatis profeſſionis 26. Iunij 1658. co-
ram Reuerendiſſ. Papien. ſub §. irreleuantia.* Verùm
etiam quia decrementum, quod ea occaſione contingere
20 potuiſſet in præſenti non releuat, cum in calculandis red-
ditibus incertis ratio haberi caſuum infortuitorum, & cō-
penſari debeat annus ſterilis, & calamitoſus cum fertili, &
fructoſo, vt factum fuit in præſenti *Gomez ſuper reg. de
valor. q. vlt. num. 1. verſ. & quod per quinque*, & latè in *de-
ciſion. 9. Decembris proximè præteriti coram me §. quod
Iudicis.*

21 Cæteri articuli viſi ſunt DD. imaginarij, & irreleuantes
improbabiles, & non facientes ad cauſam, & ſic pro illis
non datur Remiſſoria, *Rot. in Saliſburgen. iuriſdictionis
1. Iulij 1643. & 22. May 1645. coram Reuerendiſſ. Tarra-
conen.* quæ denegata fuit, vtraque &c.

In eadem. Coram eodem.

Lunæ 15. Ianuarij 1663.

LAeſio, quæ in deciſione facta à Patribus Conuentuali-
bus Iuris colligendi Oblationes in Cappella S. Mariæ de
Portiuncula nuncupat. ad fauorem Patrum Minorum de
Obſeruantia, ex duplici capite, in primis deciſionibus ap-
probata fuerat, in poſtrema die 9. Decembris 1661. ceſſare
viſa fuit Dominis, qui hodie diſputato iterum Dubio, dixe-
runt ſtandum eſſe in deciſis. Quoniam in facto non ſubſi-
ſtit, quod præfatum Ius honorificum percipiendi Eleemo-
ſynas in aliena Cappella, vt in primis diſputationibus ſup-
ponebatur, ad Patres Conuentuales ſpectaret: Ex quatuor
enim Summorum Pontificum Conſtitutionibus pro parte
Patrum Conuentualium productis apparet, quod prædi-
ctæ oblationes nomine Eccleſiæ Romanæ percipiebantur
à Patribus Conuentualibus, ad effectum ſuſtentandi Fra-
tres, & Eccleſias reparandi, donec aliter à Summis Pon-
22 tificibus ordinatum fuiſſet: Vndè precariò, & nomine
Eccleſiæ Romanæ poſſidebant, non autem ſibi ipſis, &
præfatum Ius ad Eccleſiam Romanam pertinebat, cuius
nomine exercebatur, ex relatis in principio deciſionis.
*Rota coram Mantic. deciſ. 203. nu. 3. & coram Eminentiſſ.
D. Card Otthobono deciſ. 59 nu. 1.* Accedente potiſſimum
23 dictione illa, *donec*, quæ temporalitatem præſeferens ope-
ratur, quod Adminiſtratores, potiùs quam Domini cenſe-
antur conſtituti, vt poſt *Roman. conſ. 350. num. 1. & Alex.
conſ. 96. num. 2. lib. 4. Rot. deciſ. 757. nu. 6. coram Pen. iuxtà
impreſſ Lugdunen.* Et quod contraria diſpoſitione ſubſecu-
ta conceſſio euaneſcat, vt ex deciſione, & aliꝭ dictum
fuit in §. *Erant enim.*

Non obſtat, quod præfatarum Conſtitutionum effectus
ceſſauerit anno 1517. quo Patres Conuentuales à Leone
X. obtinuerunt diſpenſationem poſſidendi bona in com-
muni, & prædictum Ius colligendi eleemoſynas iure pro-
prio illis conceſſum fuerit per Conſtitutionē felic. record.
Gregorij XIII. in qua declarauit, quod eorum priuilegia,
& iura illæſa conſeruare volebat; Quia vt in preterita re-
ſponſum fuit, non ſolùm ex d. Conſtitutione, nihil Patres
acquiſiuerūt ſed in ea longè poſt edita, nempè anno 1580.
Pontifex alias præcedentes Conſtitutiones confirmauit,
ordinando, quod à Deputatis perciperentur eleemoſynæ,
iuxtà formam in eis præſcriptam. Prout obſeruantia ſub-
24 ſecuta demonſtrauit, cum ſemper eodem modo à deputa-
tis fuerint exacta, ex qua reſultat optimus intellectus Con-
ſtitutionum Pontificalium, *Soccin, conſ. 145. num. 2. lib. 1.
Add. ad ſan. mem. Gregor. deciſ. 184. num. 8. cum concor-
dantibus per Rot, in Barchinonen. Alimentorum 31. Maij
1655. coram bon. mem. Dunozet. §. Quæ omnia.* Et in præ-
ſeruatiua Iurium intellexit Pontifex de applicatione obla-
tionum; quas pro fabrica, & victu Fratrum, vt priùs de-
ſeruire voluit, *vt in §. Nec aduerſatur in fin.*

25 Nec reſpectu qantitatis oblationum concurrit læſio;
Nam ad effectum, de quo agitur reſciſſionis contractus,
& intereſſe pecuniarum debet eſſe in magno exceſſu. *Rot.
in recens. deciſ. 643. num. 6 par. 1* Et ab allegante plenè, &
26 concludenter probanda eſt. *Dec. conſ. 474. nu. 11. Roland.
à Vall. conſ. 28. num. 2. lib. 4. Tomas. deciſ. 50. num. 80. Rot.
deciſ. 120. num. 14. coram ſan. mem. Gregor. & in Iannen.
prætenſa ſeparationis Thori 22. Iunij 1650. coram Reue-
rendiſſ. Papien. §. Quouero ad læſionem.* Quæ probatio non
ſolum in præſenti deficit, ſed potiùs conſtat, quod anno
1641. quo facta fuit ceſſio; oblationes florenos 94. non
27 exceſſerunt. Et computando annos fertiles cum ſterilibus
non exceſſiſſe ſcuta centum per decennium præcedens, &
ſubſequens, vt computandum eſſe tempus, aliàs firmatum
fuit per *Rot. deciſ. 189. nu. 4. par. 1. diu. & dec. 343. nu. 6. par.
9. recent. cum alijs in §. prout neque.*

Reſponſio aliàs data huic motiuo, quod diminutio obla-
tionum prædicta fuerit accidentalis, ob Peſtem, & Bello-
rum turbines, quæ Italiam afflixerunt, & proinde non at-
tendenda, iuxta *deciſ. 65. num. 7. par. 2. diuer.* ſatis ſublata
fuit. Quia peſtis ante primum decennium ceſſauerat, &
bella breui temporis curſu, Deo propitio, extincta ſunt:
28 Et cum ceſſionis contractus tanquam à futuro euentu de-
pendens eſſet incertus, & æqualiter ſe ad lucrum, & dam-
num haberet ex euentu ſubſecuto, læſio conſiderari non
poteſt, vt per *Cyriac. controu. 1. num. 35.* vbi plures refert,
& alij *in §. neque decrementum*, quibus adduntur *Merlin.
Pignatel. controu. 57. num. 27. lib. 1. Rot. dec. 584. nu. 7. par. 4.
recent. tom. 1. & in Aſculana renunciationis 1. Iulij 1652.
ſub §. Non obſtat verſ. Vnde, dum in contractu, coram Re-
uerendiſſ. Dom. meo Decano.* Quod procedit etiam in hoc
contractu tractum ſucceſſiuum habente; Nam conſide-
rata incertitudine, & veriſimili oblationum decremento,
& aliꝭ circumſtantiꝭ in præterita ponderatis: Viſum eſt
magis expedire Patribus Conuentualibus percipere fru-
ctus ſcutor. 2000. quam oblationes. Et tamen ſufficeret,
29 quod contractus non tenderet magis ad lucrum, quàm
ad damnum, ne ratione futuri euentus allegari poſſit læſio,
*l. ſi voluntate 8. C. de reſcind. vendit. Faber in Cod. libr. 2.
tit. 32. definit. 5. num. 14. Altograd. conſ. 65. nu. 81. lib. prim.
Rot. par. 4. recens. tom. 3. dec. 581 numer. 18. & 19. & in Hi-
ſpalen. reſciſſionis contractus 20. Maij 1641. coram bo. me.
Peutingerio, §. Quod non ſolum, & cæteri relati in §. Quæ
habet.*

Ceſſante autem læſione intrat Breue ſa. mem. Vrbani
VIII. confirmatorium ceſſionis, & contractus initi inter
præfatos Patres, cui proinde non aduerſatur defectus in-

tentionis eiuſdem Pontificis; Quia tàm ex lectura Breuis
ſatis conſtat, quod de omnibus facti circumſtantijs erat
plenè conſcius, quàm ex atteſtatione Eminentiſſimi D.
Cardinalis Barberini, qui fidem facit, quod idem Vrbanus
eius Patruus de quantitate oblationum per decennium
præcedens informari voluit, cui plurimum deferendum
30 eſſe viſum eſt Dominis, vt dictum fuit in §.*final.* & tradit
Rot.deciſ.714.num.16.coram Merlin.

Ex quibus placuit Dominis, cum hoc modo tollatur
etiam materia ſcandalorum, perſiſtere in vltimo loco de-
ciſis, Informantibus tantùm Patribus de Obſeruantia,
pluries tamen citatis Patribus Minoribus Conuentuali-
bus &c.

Eminentiſſ. & Reuerendiſſ. Celſo Compoſtellana
Parochialis. Lunæ 6. Februarij 1662.

ARGVMENTVM.

Ex quibus ſumatur conformitas ſententiarum; & quan-
do Patroni poſſint variare in præſentationibus, etiam
introducta lite inter præſentatos.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ dicuntur conformes, ſi vna confirmet aliam.*
2 *Parochialis non poteſt aſſequi ille, qui non eſt nec clericus,*
nec in legitima ætate conſtitutus.
3 *Tempus prorogatum dicitur vnum, & idem cum primo.*
4 *Patroni poſſunt ſemel tantum variare.*
5 *Præſentatio facta lite pendente non eſt attendenda.*
6 *Lis quando dicatur adeſſe.*
7 *Calumnia in lite non præſumitur. & qualis eſſe debeat,*
vt poſſit officere. nu.8.
9 *Præſentatio, ſeu accumulatio nō procedit in præiudicium*
ſubrogationis Apoſtolicæ.
10 *Appellationem quando dicatur renunciatum.*

DECISIO XCIV.

PETRVS de Sanmiliano, qui in præterita propoſitione
cauſæ noluit informare, hodiè obtenta noua audientia
impugnabat ex pluribus, deciſionem æditam ſub die 9. De-
cembris præteriti, ſed Domini his non obſtantibus exiſti-
marunt perſiſtendum in reſolutis.

Etenim negari non poteſt, quod ſententiæ ſint numero
tres, quodque illæ ſint conformes; nàm prima lata fuit ab
Ordinario Compoſtellano; altera à Domino Nuntio, &
tertia à R.P.D. Manfrono, & dum prima firmat, Petrum
de Sanmiliano, non eſſe legitimum Contradictorem; aliæ
1 verò illam confirmant, ſequitur quod ſententiæ ſint con-
formes, *Rot.deciſ.647.num.1.par.1.recent. deciſ. 491. eo-
dem num.par.5. coram Merlino deciſ. 331. à principio, &
in Bononien. Nullitati, Concordiæ 19. Aprilis 1649. coram
Reuerendiſſ. Taraconen.*

Et parum releuat, quod clauſula conſtito de tribus de-
beat intelligi de validis, & iuſtis; quia tales ſunt ſententiæ
de quibus agitur, cum earum validitas non reuocetur in
dubium, & iuſtitia manifeſtè appareat, dùm in Petro tem-
2 pore præſentationis deficiebat, tam qualitas Clericatus,
quàm legitimæ ætatis ità vt nullo modo poſſet dici habilis
ad Parochialem aſſequendam, vt aduertit *Hoyeda de in-
compatibilitate Benefic.p. 1.cap.vltimo num. 72. Pariſ. de
reſignat.lib.4.quæſt.2.nu.5.Garz.de benefic.p.7.c.1.n 24.&
ſeqq.*& firmanit *Rota coram Buratt.dec.21.nu.21.*

Nec tollitur obiectum ex eo, quod poſteà ſuperuenerit
Breue prorogationis termini ad præſentan. intrà quod Pe-
3 trus factus de nouo habilis iterum præſentatus fuit, nàm
quamuis tempus prorogatum dicatur vnum, & idem cum
primo, non autem nouum tempus iuxta *Conſil.Pariſ.43.
num.7 lib.1.Rota coram Buratt.deciſ.376.num.11.& 12.
& in rec.deciſ.505.num.1.par.3.*

Nihilominus hæc noua præſentatio factā fuit ab Agne-
te, & Catherina Sororibus ſub die 17. Ianuarij 1656. poſt-
quam die 13. Iulij 1655. præſentauerant primo loco Alua-
rum Prego, & ſecundo loco Albertum de Rubianes, &
deinde tertio loco dictum Petrum de Sanmiliano, vt appa-
ret ex *Summ.num.4.* ibi Agnes, & Catherina &c. & dixe-
runt quod ſicut hactenus die 13. & 14. Iulij anni præteriti
1655. præſentauerant Aluarum Prego primo loco, & ſe-
cundo loco Albertum de Rubianes, & tertio loco Petrum
Sanmilian, Vt vnuſquiſque ſuo loco habeat titulum in
dicto Beneficio, ex nunc vtentes Breui, & gratia Suæ San-
ctitatis, confirmant, approbant, & ratificant, ſcripturas
præſentationis, & accumulationis ab eis factæ ad fauorem
ſupradictorum Aluari Prego, & Alberti de Rubianes in
primo, & in ſecundo loco, ac ſimiliter in tertia accumula-
tione facta in Petrum Sanmilian tertio loco, & quatenus
opus ſit pro maiori firmitate hoc iterū faciunt via, ordine,
& modo, quibus hactenus dd. diebus 13. & 14. conceſſe-
4 runt &c. Vndè cum ipſæ non poſſent, niſi ſemel variare
per viam accumulationis, huiuſmodi præſentatio, & ac-
cumulatio facta tertio loco non ſuſtinetur, prout notat
Calder.conſ.16. de Iurepatr. quem ſequitur *Tiraqnell.in l.
Boues §. hoc ſermone in regul.nu.25.Garz. de Benefic.par.
5.c.9.n.214 Viuian.de Iurepatr.par. 2.lib.10.c.4.nu.1.* alij-
que plures adducti in deciſione, & relati per *Barboſ.de Iur.
Eccl.ſ.vniuerſ.lib.3.c.12.n.177.& de offic.& poteſt.Epiſ.p.
3.alleg.72.n. 161.* & nouiſſimè firmatum fuit in *Bononien.
Paro h.ſeu Iuriſp.de Granaglione 8. Martij 1660. coram
Reuerendiſſ. Papien.*

Idque faciliùs venit dicendum, tùm quià in præſentatio-
ne facta de perſona Aluari, & Alberti, promiſerunt cum
iuramento præfatæ Agnes, & Catherina non contra-
uenire, volentes quod ſuum ſortiatur effectum, & vigore
illius fiat titulus, & Collatio; Tùm etiam quia hæc noua
5 præſentatio ad fauorem Petri facta fuit lite pendente inter
ipſos compræſentatos, atque ideo non venit attendenda *c.
1.& 2.vt lite pēdent.in 6.Rot.in Zamoren.Benefic.de Mo-
rales inter diuerſas dec. 538.p.4.* repetita apud *Marcheſ.
tom.1.fol.452. Merlin.deciſ. 443. nu.2. & cor. Eminentiſſ.
Otthobon.deciſ.90.num.10.*

Quod autem de tempore dictæ ſecundæ præſentationis
6 non adeſſet lis, tollitur ex eo, quia omnes præſentati ſe op-
poſuerūt, inſtantes pro inſtitutione coram Vicario Com-
poſtellano, qui mandauit vtrique Parti, vt communicaret
ſuas oppoſitiones, & aſſignauit eis terminū ad probandū,
vt colligitur ex ſententia eiuſdem Vicarij, & ex proceſſu de-
ſuper fabricato *Rot.coram* Duran.*dec. 38. n 7* cum alijs *in
Camerinen.Canoni. 4. Iulij 1655.cor.R.P.D.meo Beuil.*

Nec dicatur quod lis ſit calumnioſa, dū Hyacinthus non
7 docet, ſeruiſſe præſentatum à veris Patronis, nam præſum-
ptio eſt ad eius fauorem attentis duabus ſentētijs reporta-
tis ſuper inſtitutione *Menoch.de præſumpt.lib.2.præſumpt
67.nu.22. Rot.in Treueren.Canonicatus 18. Martij 1638.
8 coram R.P.D. meo Veroſpio.*& tamen ad dictum effectum
calumnia debet eſſe euidentiſſima, & quæ nulla poſſit excu-
ſatione velari, & quælibet cauſa ſufficit ad illam excluden-
dam *Rot.in Conchen. Archipresbyt. poſt Marcheſan. de
commiſſ.tom.2.fol.516.n.3.cor.ſ.m.Gregor.dec.27.n.7.dec.
125.nu. 4.& dec.427.nu.8.* ibique *Adden.nu.11 & coram
Eminentiſſimo Otthobono deciſ.90.num 12.*

Quod præſentatio, ſeu accumulatio in perſona colliti-
gantis ſuperſtitis ſubſtineatur etiamſi ſit facta lite penden-
te tollitur ex deductis in præcedenti deciſione, in qua fir-
matum fuit, concluſionem non procedere, quando lis pro-
rogatur, vt in præſenti caſu iuxta *deciſ.Creſcent.18. n. 2.
verſ.Qre tamē,& dec.10.per tot.de Iurepat.Merl.dec.443
n.3.*cum cōcordantibus adductis per *Add. ad Buratt. dec.
9 942. numer. 8.* prout pariter non procederet in præiudi-
cium ſubrogationis Apoſtolicæ iuxtà regulam de ſubro-
gan. vt reſpondit *Rota in Hiſpalen. Beneficij de Xeres
20. Februarij 1604. coram Litta,* & probat *Genzal. ad
regul.8.gloſ.51.numer.113.*

Et ex eadem deciſione tollitur etiam aliud obiectum,
quod Sententia Nuntij ſit attentata, ſtante quod in Curia
10 ad inſtantiam Petri commiſſa fuerat cauſa appellationis,
nam cum ipſe appellaſſet etiam ad Nuntium, & coram
illo comparuiſſet, cenſetur renunciaſſe appellationi, &
commiſſioni ſignatæ in Curia, vt in ſimili probat *Franch.
in cap. cum teneamur 17. numer. 4. de appellat. Rot. deci-
ſion.*

ſion.718.num.21.par.4.tom.3.recent. & coram Eminentiſſ. Otthobono deciſ.228.num 7.& 8.

Ex quibus DD. non attentis alijs oppoſitionibus in facto non ſubſiſtentibus exiſtimarunt perſiſtendum eſſe in deciſis informante vtraque parte.

R. P. D. Veroſpio Romana Cambiorum
Veneris 10. Martij 1662.

ARGVMENTVM.

Iuſtificatio cambiorum realium ex quibus deducatur: cambium cum recurſa ſit validum quando qui poſſit à ſeipſo recipere ad cambium: ac quando intimatio receptionis pecuniarum ad cambium non ſit neceſſario facienda debitori.

SVMMARIVM.

1 *Cambia platealis iuſtificantur ex Bulla Pij V. & quoad recambia, quando licitè continuentur in nundinis, & quando non. num.3. vbi etiam de cambijs ſiccis, & ſub num. 4. 9.*
4 *Verborum effrenatus contextus reſtrictionem nullam admittit.*
5 *Procurator in rem propriam repræſentat locum veri domini; & num.14.*
6 *Stylus loci in quo tractatur iudicium attendi debet.*
7 *Ad cambium à ſemetipſo quis poteſt recipere pecunias concurrente facultate debitoris.*
8 *Cambia* con la ricorſa *ſunt illicita; & quanam ſint. nu.9. contra n.10. diſtingue n.11.*
12 *Fides bona excuſat à cambio* con la ricorſa.
13 *Intimatio ſi ſit re miſſa non eſt facienda: neque vbi quis eſt conſtitutus Procurator in rem propriam. n.14. declara, & ſubdeclara n.15.*
16 *Scire, vel ſcire debere ſunt paria.*
17 *Depoſitum reſultat ex dimiſſione pecuniarum in banco.*
18 *Verbum* cuiuſcunque *includit maiora quoque expreſſis.*

DECISIO XCV.

CONtinuatio Cambiorum de Platea in Plateam à Philippo Valente exercita validitati innixa, atque iuſtitiæ coram me decreta fuerat. Hodie verò repropoſito dubio pro reformatione deciſionis iuxta modum inferius expri-
1 mendum, Domini reſponderunt. Ex Conſtitutione enim ſa.me. Pij V. la 118.§.2. in fine reſultare admittebant Platealium Cambiorum iuſtitiam in ijs verbis, *pro primis Nundinis vbi illa celebrantur, vbi verò non celebrantur pro primis terminis iuxta receptum locorum vſum exercere.* Idque in terminis ſcripſerunt *Nauar. conſil. 31. titul. de vſur. lib.5. col.11. verſ. occorre molte volte fol. mihi 540 Reginald. in praxi for. pœnit. lib. 25 num.456. cum tribus ſeqq. Filiucc. oper. moral. tom.2. tract.35 par.2. de cenſ. & camb. n.378. cum ſeqq Leotard. de vſur q.26. n.70. verſ. denique. Giballin. eodem tract. lib.5. cap.1. ar.8. num.5. fol. mihi 315. Candid. oper. moral. tom.1. diſp.20. art.12. dub.4. verſ. dico tamen fol 241. Cardin. de Lugo de iuſtit. & iur tom.2. diſp. 28. num.116. verſ. aduerte quinto, & numer.117. Turr. de Camb. diſput.1. quæſt.4. num.24. & quæſt.13. num.80.* & receptum in praxi Veneti, ac Neapolis Mercatores concludunt, necnon quamplura ſimilium Cambiorum exempla in Vrbe ſecuta.

Cui ſanè Cambiorum decurſui nõ repugnat eademmet Conſtitutio, licet pro primis dumtaxat terminis Cambium Plateale permittat. Siquidem exercitium etiam Cambij Nundinalis pro primis ſolum Nundinis in ipſa Conſtitutione indulgetur, & nihilominus intra præfixum tempus debitore Cambium non diſſoluente, Campſori in vim facultatis recambiãdi ſibi à Debitore attributæ, iterum ſuper Cambijs pecunias tranſmittere non prohibetur. Hęc quip-
2 pe continuatio ex culpa Debitoris contingens Cambium omninò nouum conſtituit à Conſtitutione non improbatum, vt declarat *Duard. de Camb.§ 1.q.42.n.20. cum ſeqq. Turr. eod. tract. diſp.3.q.1.n.1.& 5.& n.23.* quidquid dicendum foret in Cambio pro pluribus Nundinis ab initio contracto, illud enim ex quo debitor cogeretur, pecunias ſub vſuris poſt primas quoq; Nundinas retinere, vſurariam ſaperet prauitatem, vt diſtinguendo caſum vtrumq; reſpondit *Rot. in Rom. pecuniaria, ſeu cambiorum 10. Iunij 1616. coram Card. Sacrato, & deciſ.304.n.3.p.4. rec. & in Romana, ſeu Iannen. cambij 26. Iunij 1652 in §. Tum etiam quia coram bo.me. Bichio.* Hancq; continuationem de Platea in Plateam admiſit *Rot. in Rom. cambij 11. Maij 1635. coram bo.me. Pirouano, impreſſa poſt Turr. de camb. deciſ.33* quæ nedũ loquitur de Cambio limitato, ſed etiam currenti poſt aliquod temporis ſpatiũ ad ſcut. ſex pro ſingulis cẽtenarijs à contrahentibus reducto, vt ex principio deciſionis, necnõ *ex n.4.* apertè conuincitur, ibiq; propè finem adnotationis tradit idemmet Turr. vbi quod concurrente facultate cãbiandi, & recambiandi pro qualibet Platea, & mundi parte, continuatio per Plateas permiſſa cenſetur, in quib. pretia taxitur, & *diſp.3.q.1.n.7. & Latius n.9. verſ. pro qual. platea.*

3 Neq; vigere viſa fuit authoritas Iuſtiniani de continuat. Camb. *diſp.4. nu.2. Molpheſ in ſum. tract.12. cap.7. nu.100. cum ſeqq. ac Duar. de Camb.§.2.q.9.n.2.* hanc Cambij ſpeciem improbantium. Ipſi enim de Cambio dumtaxat Sicco pertractant, tranſmiſſo videlicet ad loca, in quibus realis litterarum ſolutio contingere nequit nec pecuniarum pretia taxantur, cuius nihilominus Cambij lucrum, vt ipſimet Molpheſ. ac Duard. atteſtantur Regium Conſilium Neapolis ad ſcut.12. pro ſingulis centenarijs reduxit; Adeoque caſui propoſito non videtur conuenire quo agitur de reali cambio, necnon exercito per Plateas Venetiarum, atque Neapolis alteri Vrbis correſpondentes, in quibus cum ſingulis hebdomadis pretia pro cambijs publicè ſanciuntur, trandis quæcunque ſuſpicio remouetur, ac decurſus proinde cambiorum debet ſuſtineri, vt notat *Turr. de Camb. diſput.1.q.26. num.36. & q.28. num.10. Rot. deciſ.45 ad fin. par.4. tom.2. recent.*

Facultatem verò trahendi Cambia de Platea ad Plateam Philippo extitiſſe à D. Marchione Raimundo delata oſtendit ampliſſimum procuræ mandatum, ibi, *liberam, & abſolutam facultatem propria authoritate, & de facto ſumendi, vel ſumi faciendi, & continuandi ſumma im pecuniarũ occaſione dicta Cedulæ ſolutarum, ſeu illarum ualorem per quaſcunque Nundinas ferias, Plateas, & mundi partes, etiã à quibuſuis Mercatoribus, & perſonis, & à ſemetipſo.* Hic
4 quippe effrenatus verborum contextus reſtrictionem nullam admittit *ad Text. in l. pluribus ff. de acceptilat. Hond. cõſ. 49. nu.14. lib.1. Rol. uid. conſ.27. nu.15. & 16 cum ſeqq. lib.4. Turr. in ſpecie diſp.3.q.1.n.9.* Vbi quod ea verba pro qualibet Platea, & mundi parte Creditoris poteſtatem adaugẽt, itaut Cambia continuare valeat etiam per Plateas maius intereſſe Debitori inferentes, & in fortioribus terminis *Rota penes eum dec.33 n 4.* Dum maximè à Marchione Phi-
5 lippus Procurator in rem propriam conuincitur conſtitutus cuius virtute ipſe vti locum veri Domini repræſentans iuxta *Text. in l. ſed ſi tamen 14. ff. de pact. & in l. ſicut 8.§ ſi Procurator ff. quib. mod. pign. uel hypoth. ſolu* potuit cum maiori quoque principalis detrimento Platealia cambia eligere; Quod etiam à quamplurimis Vrbis Mercatoribus, atque Notarijs comprobatur atteſtantibus de ſtylo Romæ
6 vigente, cui in concurſu alterius alibi exiſtentis debet omninò deferri, *ut not. Add. ad deciſ. Greg 484. uerſ. item illud cum alijs in præterita dec. relatis in §. nec urget.*

7 Hinc non obſtat, quod Philippus à ſemetipſo pecunias ad Cambium receperit; Quia hic cambiandi modus cõcurrente facultate neq; à Iure, neq; à Conſtitutione improbatur, quinimo duplicis perſonæ repræſentatio, Creditoris ſcilicet, & debitoris expreſsè permittur. Itaut ſibimet ipſi ſoluere valeat *ad Text. in l. fiſtulas 78.§. fundum ff. de contrah. empt. l. debitor meus 14. ibiq. gloſ. ff. de neg. geſt. & tradunt in puncto Filiuc. oper. mor. tract.35 cap.8. nu.439. cum ſeqq. Rot. Genuen. deciſ.1. nu.27. & deciſ.32. n.4. Gait. de credit. cap.2. tit.7. n.1393. cum ſeqq. Card. de Lugo de Iuſt. & Iur. diſp.28. ſect.7. n.86.* & plenè diſcuſſo articulo reſpondit *Rota in Rom. ſeu Florentina Cambiorum 11. Ian. 1615. coram Dunozetto Seniori, & in Roman. pecuniaria 14. Maij 1616. coram Card. Vbaldo, & in rec. dec.274. n.1. & 5. p.5.*

cum

cum alijs relatis *in deciſ.636.num.1.coram bo.mem. Merlin.* & *tradit Turr. de Camb.diſput.1.quaeſt.15.num.13.* vbi quod ſtylus cum ſemetipſo cambiandi apud Mercatores adeo inoleuit, vt tota Cambiorum praxis eo deficiente ſubuerteretur, licet prope finem contrariam opinionem ipſe in puncto Iuris veriorem exiſtimet.

8 Nec releuat, quod cambia cum recurſa illicita reputentur *à Soto de Iuſt.* & *Iur.lib.6.q.10. art.1. Comitul.lib.3.q.15.Leotard. de vſur.q.26.n.1.cum ſeqq.* & *n.42. Duard.de Camb.§.1.q.42.n.35.*

9 Siquidem Cambium cum ſemetipſo contractum communi Doctorum calculo admiſſum continuatum nuncupatur *Duard de Camb. adducta quaeſt.42.num.6.* non autem cum recurſa, quod tunc contrahitur quoties Debitor Correſponſali deſtitutus, ac modo diſſoluendi cambium in Nundinis, ab initio cum creditore conuenit, vel poſtmodum recurrit ad ipſum, vt ſuo correſponſali ſcribat, ad hoc vt litteras acceptet, ac debitum mediante ſolutione, ſibimetipſi peragenda extinguat, illudque remittat ſucceſſiuè ſub Cambijs iuxta normam relatam *à Salon.in tit.de Camb.quaeſt.4 art.2.contr.11.* & *12. Leotard.adducta q.26. in princ.* necnon *à Cardinali de Lugo de iuſt.* & *iur.diſput. 28 ſect.7.num.76.*

10 Soti præterea, & ſequacium opinio ſuos habet Contradictores, eaque impugnatur apertè *à Nauar.conſ.31 libr.5.de vſur.* vbi quod licet ab initio ipſe contrariæ opinionis ſectator exiſteret, re tamen maturius diſcuſſa ab ea receſſit, *Salon.tit de Camb.q.4 art.2. contr.11.num.2.* & *contr.12.num.5.* & *6.* vbi quod hæc cambiandi ſpecies ab omnibus Italiæ Mercatoribus eſt vſu recepta, & ea ſi de iure permiſſa non foret, à Summis Pontificibus interdicta extitiſſet *Leſſ.de Iuſt.* & *Iur.lib.2.cap 23.dubit.7.num.70. Bonac.de contract.diſput.3.q 5 propoſ.5. num.11.* & hanc ſententiam alijs relatis auctoritatibus latè comprobat *Scacc. de Camb.q.6. gloſ.1.num.4. cum plurib ſeqq.* innixus præſertim Capitulis à ſa.me.Pio V.Bononienſibus Mercatoribus ſuper Cambiorum materia præſcriptis, necnon reſolutioni Congregationis Cardinalium à ſa.mem.Gregorio XIII. deputatæ ſimilem Cambij ſpeciem approbanti ſub ijs verbis, *Poſſa ogni perſona dar denari à cambio, e fare, che ſiano recapitate le lettere ſopra eſſi Datori.Gait.de credit.cap.2.tit.7.num.1393.cum plurib.ſeqq.* aſſerens, Cambium huiuſmodi in tota Europa exerceri, & *num.1505. cum quatuor ſequentib.* de veriori, & magis communi atteſtatur, eidemque Scacciæ in terminis Cambij cum ſemetipſo celebrati adhæſit *Rot. coram bon. mem. Merlino deciſ.636.num.1.*

11 Quorum opiniones inter ſe certantes hac diſtinctione conciliantur à Cardinali de Lugo *de iuſt.* & *iur.tom.2.diſp. 28.ſect.7.à num.87.vſque ad num 93.* & *Giballin.de vſur. lib.5.cap.1.art.9.§.2.ad fin.fol.mihi* 316. Vel enim Correſponſalis proprias obtinet pecunias, vel alienas, ex quibus litterarum ſolutio ſaltem virtualiter fieri valeat, & tunc debet Cambium ſuſtineri, quod etiam ſenſit *Duard. in contrarium adductus quaeſt.40 § primo à nu.21.vſque ad n.38.* referens determinatum ita fuiſſe in Congregatione per ſa. mem. Vrbanum VIII. deputata pro deciden.dubijs à Republica Genuenſi tranſmiſſis, vel campſor penes eundemmet Correſponſalem pecunias detinet, vel nomina debitorum exigibilia in Nundinis habet, & tali quoque caſu cambium exinde licitum reputatur, quod ex pecunijs, ſeu nominibus debitorum pretio æſtimabilibus virtualis litterarum ſolutio contingere poteſt, necnon nouum Cambium conſtitui. Aut denique vterque Campſor ſcilicet, & Correſponſalis effectibus, & pecunijs carent, nihilque aliud habent in Nundinis præterquam primi Cambij reuiſſam, & tunc tale Cambium omninò improbatur.

Vnde licet de Cambio cum recurſa, vel ſimili ageretur, perſpectis tot Doctorum auctoritatibus, ac Mercaturum ſtylo nequit inficiari quin Philippus bona fide contraxerit,
12 quæ eidem excuſationem præbet legitimam, vt tradunt in ſpecie ſententiæ contrariæ ſectatores *Azor. videlicet inſtit.moral.p.3.lib.10. cap.9. verſ. cæterum Filius. oper.moral.tom.2.tract.35. cap.8. num.438.* vbi quod quamuis ipſi Cambium hoc non conſulerent, illud tamen factum non damnarent, Cum maximè ex plurium atteſtatione doceatur publicos Mercatores, atq; Campſores Correſponſales extitiſſe.

13 Intimatio verò nulla requirebatur, dum ea à D. Marchione claris omninò verbis remiſſa conuincitur *Rot. deciſ.379.par.2.* & *deciſ.274.vtrobique num.2.par.5.rec.* Præſertim quia Philippus vti eiuſdemmet Marchionis procu-
14 rator, Cambia cum ſemetipſo contraxit, cuius virtute vti repræſentans ipſum Principalem, nullo intimationis onere aſtringebatur, vt dixit *Rot.deciſ.304.num.4.par.4.* & *deciſ.274.pariter num.4.p.5.rec.* & *coram bo.mem. Merlino deciſ.636.num.10.* & *11.*

15 Hinc vrgere non poterit, quod ea intimatio dumtaxat remiſſa cenſeatur, quam Philippus explere cogebatur ad hoc, vt pacto vti poſſet, non autem altera poſt Contractum Cambium ex æquitate requiſita ad effectum, vt debitor certo ſciat debitum ſuum ſub vſuris retineri. Hęc enim concluſio caſui propoſito applicari non valet, Tum quia Marchio intimationi cuicunque tam ab initio, quam poſtmodum peragendæ renunciauit, Tum ex quo Cambia à Philippo vti Procuratore Marchionis contracta noſcuntur, quicquid diceo. foret ſi eadem ab ipſo tanquam ſimplici creditore ob moram debitoris in ſoluendo celebrata extitiſſent, vt præter authoritates ſupra relatas diſtinxit etiam *Rot. in Rom.Cambij 1.Iulij 1658. in §. Quia tale obiectum coram Reuerendiſſimo D. meo Epiſcopo Papienſi.*

Hæc obiectio prętereà exinde remouetur, quod D.Marchio in ſolutione quacunque per Philippum peracta intimatus conuincitur. Inde enim dum facultas cambiandi in caſum cuiuſcunque ſolutionis concepta fuit, valuit ipſe apertè deſumere, caſum eueniſſe, quo Philippus pecunias ad cambium poterat aſſumere, quinimo cogebatur, ob inopinatam ſolutionem ingentis ſummæ, ex qua parum
16 defuit quin ipſe decoctioni ſubiaceret, paria quippe ſunt ſcire, vel ſcire debere *l.quoties ff.ſi cert.pet Rot.coram Caualer.deciſ.3.num.2.* & *3.* tum ex intimationibus, ac proteſtationibus realiter ſubſecutis, die videlicet 19.Octobris, & 13. Nouembris 1646. nec non prima Februarij anni ſequentis, in qua Procurator Philippi ſolutiones omnes in ſumma ſcutorum 121.mil.peractas repetijt, vt Marchio cenſeretur in mora conſtitutus.

Neque Philippo valet obeſſe, quod in ſolutionibus ab eo ſeruata non fuerit forma mandati Theſaurarij, Sancientis pecunias in actu ſolutionis, vel debere inueſtiri, vel in Sacro Pietatis Monte ſub eodem onere Inueſtimẽti depoſi, ex quo defectu contendit D. Marchio a die dumtaxat ſubſecuti Inueſtimenti, non autem ſolutionis debere Cambia decurrere.

Dum enim ex quietantijs in actu ſolutionis à creditorĩbus peractis extinctio debiti reſultabat, nec non liberatio Marchionis, ex neceſſe ab eo tempore, quo ipſe commodum reportauit, tenetur cambiorum vſuras ſubire, licet
17 creditores pecunias relaxauerint in Banco Valenti, cum hæc dimiſſio nouum Contractum, depoſiti videlicet præſeferat, *vt not. Afflict.deciſ.353.num.5.* & *6. Altograd.conſ.6 num.46.cum ſeqq.lib.1. Rot. coram Seraph. deciſ. 1419. num. 3.* Potiſſimè, quia facultas cambiandi in caſu cuiuſcunque ſolutionis Philippo attributa fuit, Itaut quælibet ſolutio, licet impropria, & abſque vllo Inueſtimento ipſi
18 ad hunc debeat effectum ſuffragari ex vi illius verbi *cuiuſcunque*, maiora quoque expreſſis includentis *Socc. ſen. conſ. 150.num.12. verſ. pondero etiam verba illa quacunque vol.1. Rimin. Iun.conſ.84 nu. 39. lib. 1. Surd.conſ.453. num.8. Rot.deciſ.714.num.3.par.2.* & *deciſ 36.num.4 par. 5. rec.* Et poſſet conqueri Marchio, ſi inueſtimentum expletum non foret, quod nó longe poſt ſolutiones ſecutum conuincitur.

Aliqui tamen ex Dominis continuationem Cambiorum Platealium, vti èxceſſiui lucri productiuam non admittebāt, innixi auctoritati Iuſtiniani, Molphetij, ac Duardi ſuperius recenſitæ. Quinimo Cambium de loco ad locum a Conſtitutione approbari aſſerebant pro Itinerantiū dumtaxat commoditate, vel tranſmittentium pecunias ſuis creditoribus, non autem ad hoc vt illud valeat de Platea in Plateam ſucceſſiuè continuari.

Verùm licet perſpecto Iuris rigore continuatio Cambiorum

Digitized by Google

biorum Platealium valeat ſubſtineri, eamque ex rationibus & auctoritatibus ſuperius deductis duæ partes ex Dominis approbauerint, eum tamen lucrum inde reſultans viſum fuerit de magno, ac intolerabili exceſſu poſſe redargui, Domini decreuere ea fore ad inſtar lucri reducenda, quod ex Nundinalibus Cambijs Philippus rettahere potuiſſet. Nulla quippe æquititas patitur, vt D. Marchio grauioribus vſuris, quam Nundinalibus prægrauatur, & in hoc fuit reformata deciſio.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. Veroſpio Firmana Primogenituræ.
Lunæ 15. Martij 1662.

ARGVMENTVM.

Primogenituræ inſtitutionem non poſſe mutari contra præſcriptam formam à ſucceſſore in ea, deciditur: & quando contractus nominati reſciſſio habeat locum, docetur.

SVMMARIVM.

1 *Primogenitura nequit à vocato ad illam diuerſo modo, quàm præordinato à conſtituente inſtitui.*

2 *Hæres adeundo hæreditatem ſimpliciter cenſetur acceptare onus ſibi iniunctum à teſtatore in proprijs bonis.*

3 *Qualitas à teſtatore ordinata, ſi omittatur quando non præiudicet.*

4 *Qualitas ad certum effectum ordinata inſpici non debet ſi effectus ſubſequatur, ſecus ſi ex variatione euertatur, diſpoſitio qualificata.*

5 *Electio ſi in vltima voluntate ſit facienda nequit peragi in vita contra diſpoſitionem eius, qui electionem ordinauit: & n. 6.*

7 *Primogenituræ inſtitutio eſt inuenta ad hoc ut bona remaneant indiuiſa in unica perſona.*

8 *Contractus correſpectiui corruunt, ſi cauſa finalis deficiat.*

9 *Contractus nominati reſciſſio non ſolet admitti; declara num. 10. 11.*

12 *Contractus ita interpretari debet, ne alter ex contrahentibus dicatur deceptus.*

13 *Teſtamenti ſcientia non præſefert notitiam oneris in illo contenti.*

14 *Ratificatio elicita ex diuerſis actibus, quando non attendatur, & num. 15.*

DECISIO XCVI.

RVGGERIVS de Iuliuccijs ex cauſa ingreſſus in Religionem Diui Franciſci ſub ea lege Ioannem Baptiſtam fratrem ſibi inſtituit hæredem, vt ex integro hæreditatis aſſe, ac portione bonorum paterna, eidemmet Ioanni Baptiſtæ debite primogenituram Iure Contractus inſtitueret in fauorem alterius ex fratribus, in vltima vitæ periodo ad ipſius hæredis libitum nominandi, quorum fratrum maſculina linea extincta primogenitum exortum ex fœmina primogenita mandauit admitti.

Poſt hanc verò diſpoſitionem à Ioanne Bapt. ann. 1621. tum proprio, tum hæreditario nomine Ruggerij, necnon etiam vti Petri alterius fratris Donatario vnanimi conſenſu cum Dominico, ac Antonio fratribus quoque germanis primogenitura Iure donationis inter viuos inſtituta fuit in fauorem eiuſdemmet Antonij, deinde verò ordine tamen ſucceſſiuo pro Dominico, ac Petro, necnon maſculis ex eis deſcendentibus; facultate quoque vltimo ex his attributa eligendi aliquem ex natis à fœmina Iuliuccia, quorum vocatio expreſſa præceſſerat in caſu, quo linea fratrum maſculina foret extincta, cum verò nominatio Iulij Cæſaris Morici virtute prædictæ facultatis à Marco Antonio vltimo maſculo habita nullius roboris detecta fuerit, Eminentiſs. D. Cardin. Azzolinus eiuſdem Marci Antonij hæres ex teſtamento nullitatem primogenituræ obiecit, ſuper cuius proinde exiſtentia pluries per me propoſito dubio negatiua hodie prodijt reſolutio, ac à deciſis fuit idcircò in hac parte receſſum.

Ratio verò reſolutionis ea potiſſima fuit, quod forma à Ruggerio præſcripta in parte ſubſtantiali conuincitur à Ioanne Baptiſta poſthabita, ac innouata; Ille enim in teſtamento diſpoſuit, vt poſt Ioannis Baptiſtæ deceſſum primogenitura à fratre initium ſumeret, ſeu nepotes ab ipſomet hærede in vltima voluntate eligendo, & fratrum linea maſculina extincta admitti mandauit primogenitum ex primogenita fœmina deſcendentem. Hic verò in vim contractus præelegit Antonium. Quinimmò vltimo maſculo facultatem detulit nominandi maſculum ex fœmina Iuliuccia deſcendentem ad propriæ libitum voluntatis.

1 Adeoque portio Ruggerij incluſa cenſeri non valet ſub primogenitura, de qua agitur, ordine omninò diuerſo, ac præter ſui voluntatem à fratre inſtituta ad Tex. *in l. vnum ex familia 69. §. Sed & ſi fundum ff. de leg. 2. & in l. ſi duobus 3. §. Sed quia C. comm. de legat. ubi quod bona certo oneri obnoxia, iterum nequeunt ab hærede contraria diſpoſitione grauari Molin. de primogen. lib. 4 cap. 1 num. 2. Surd. conſ. 505. numer. 5. verſ. 2. conſidero Cyriac. controu. Iur. 312. numer. 84. Rota coram Seraph deciſ. 848. nu. 4. & d. 855. num. 2. & 5. cum alijs relatis* Iuribus *in dec. 518. nu. 12. par. 4. tom 3 rec.*

Quinimmò Ioannis Baptiſtæ quoque portio Primoge-
2 nituræ per Ruggerium ordinatæ debet ſubiacere; Is enim eiuſdemmet Ruggerij hæreditatem ſimpliciter adeundo, iniunctum ſibi onus, dimittendi videlicet bona paterna in fauorem primogenituræ cenſetur acceptaſſe ad *Tex. in l. tutia cum teſtamento 35. §. qui in vita ibiq. gloſ. in verbo petitione ff. de leg. 2. Bald. conſ. 89. num. 8. lib. 1. Surd. conſ. 7. n. 5. & conſ. 361. num. 42. Card. Mant. de coniectur. vlt. volunt. lib. 7. tit. 11. num. 9. Rot. coram Seraph. deciſion. 848. n. 4. verſ. quare Cauſa*, Nec proindè potuit ſuper eiſdemmet bonis erigere primogenitură omninò diuerſam. *Purpurat. conſ. 500. num. 25 cum ſeqq. Caſtrenſ. conſ. 164. num. 6. lib. 2. Roland. conſ 10. num. 40. vol. 3. Molin. de primog. quæſt. 8. num. 7.*

3 Nec ſubſiſtit quod omiſſio qualitatis per Teſtatorem ordinatæ nullitatem nequeat operari, dum primogenitura executioni demandata fuit in ſubſtantia; Poſſet enim admitti obiectio ſi qualitas præſcripta commodum dumtaxat hæredis reſpiceret. Vel defuncti voluntas in parte ſubſtantiali innouata non foret, in quibus terminis loquitur deciſio *coram Seraph. 589. num. 9. & 11. & altera 93. nu.*
4 *7. par. 7. rec.* vbi rationem ponderat, quod qualitas ad certum effectum ordinata inſpici non debet, quoties idem effectus ſubſequatur, ſecus verò dum ex variatione, nedum ipſa diſpoſitionis ſubſtantia euertitur, ſed etiam excluſio reſultat primogeniti ex fæmina primogenita a Ruggerio expreſsè vocati. Tali quippe caſu non potuit hæres Teſtatoris voluntate poſt habita, ſubſtitutiones omninò contrarias apponere *Rota in Romana Iuriſpat. 12. Decembris 1659. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, & coram bon. mem. Merlin. deciſ. 348. nu. 8.*

Hæc autem contrarietas euitati non valet ſub prætextu quod Ruggerij Teſtamentum in duas diuidatur partes in quarum altera ex aduerſo contenditur primogenitum ex primogenita fæmina exortum ad ſucceſſionē vocati dumtaxat in Caſu, quo à Ioanne Baptiſta nominatio expleta nō foret, perinde ac ſi dum is ad actum nominationis proceſſit, primogeniti vocatio prorſus expirauerit.

Siquidem in priori parte Teſtamenti perpetuæ primogenituræ erectio pure demandata conuincitur. Succeſſiuè verò Ruggierius in Caſu nominationis non ſubſecutæ ordinauit vt maior ex fratribus & ijs extinctis prior ex nepotibus cenſeretur electus, quacumque prorſus mentione poſthabita primogeniti ex primogenita fæmina deſcendentis, qui oratione omninò diſtincta vlla abſque conditione ad primogenituram admittitur, poſtquam fratrum linea maſculina, nec non legitima, ac naturalia expiraſſet, vt ionuunt Teſtamenti verba ibi. *Hæc autem primogenitura intelligatur perpetua, & in infinitum tranſitura de primogenito in primogenitum &c. Ità tamen quod dictis legitimatis præferantur filij maſculi alicuius fæminæ, quæ ſit de dicta familia de Iuliuccijs, quorum maſculorum primo-*

Digitized by Google

mogenitus fœmina primogenita, ſi plures ſint ſuccedat.
5 Electio præterea Antonij ſub ea lege in erectionis In-
ſtrumento expleta, vt primogenitura ſtatim ab ipſo initiũ
ſumeret, eaque in deſcendentibus ſuis aſſeruaretur; diſfor-
mis omninò conſiſtit à teſtamento Rugerij precipienti pri-
mogenituram poſt Ioannis Baptiſtæ deceſſum debere ini-
tium ſumere à fratre per eumdemmet Ioãnem Baptiſtam
eligendo in vltima vitæ periodo. Adeoquè non valet ſub-
ſtineri *Calcan.conſ.6.nu.24 Caſtill. var.reſ.lib. 2.cap.36.
num 56.verſ reſpondetur etiam, & tertio loco Fontanell.
deciſ.525.nu.22.Rot.coram Buratt.deciſ.744.nu.4.& 5. in
Ciuitatis Plebis.Capellania 23.Ianuarij 1660.in §.is enim*
6 *coram me* eaque expreſsè improbatur à Iure in *l.cum pater
79.§.à filia ff.de leg.2.*diſponente, vt adſtrictus aliquem ex
certis perſonis in vltima voluntate nominare, nequeat ele-
ctionem in vita peragere; cuius ea ratio aſſignatur, quod
obitu præelecti, ante nominantis deceſſum eueniente, vt
contingit in caſu propoſito, præiudicium irreparabile ex
præuectione infertur exiſtentibus de tempore obitus, vt
tradunt *Roman.conſ.452.nu.3.& 4. Molin. de iuſt. & iur.
tom.3.diſput. 593 num.1 Cald.de Iur.emphit lib.3.cap.12.
nu.15 cum ſeqq. Molin. de primog.lib.2.cap. 4.nu.24. Rot.
deciſion.263.nu.1 & deciſ.323.nu.1.par 1.& deciſ.326.nu.
19.& 20.par.4.tom.2.recen.*

Hinc inferebant Domini contractũ cæterorũ quoq; fra-
trũ reſpectu corruere, ſiquidè erectio primogenituræ exin-
dè ab ipſis proprijs in bonis inſtituta fuit, quod Rugerij
vtiquè portionem Ioannes Baptiſta eidem primogenituræ
7 ſubieceret, vt ipſa inſtitutio primogenituræ ſuadet, ad hoc
adinuentæ, vt bona valeant indiuiſa in vnica dũtaxat per-
ſona continuò aſſeruari, vt aduertit *Bald. in authen.ex te-
ſtamento num.39.C.de collat. Soc.Sen.conſ.47.nu.6. vol.
3. Pariſ.conſ.72. nu.81.vol.4. Molin. de primogenit.lib. 5.
cap.11.num.2.cum ſeqq. Surd conſ. 241.num. 14. & conſ.
369 num.1.Rota d.182.num. 22. coram Eminentiſſ.D.meo
Cardinali Ottobono.* Nec non oſtendit à parte ratio aſſer-
uationis bonorum in primogenitis, tum in proœmio, tum
etiam in parte diſpoſitiua à Contrahentibus pro ſplendore
familiæ expreſſa.

Detracta itaque ex aſſe primogenituræ Ioannis Baptiſtæ,
ac Ruggerij portione, bonorum vnio à Donatoribus con-
templata videtur omnino corruere, ac contractus proin-
8 dè vti correſpectiuus ex defectu cauſæ finalis fratrũ quoq;
reſpectu debet infringi ad *Tex in l. cũ emptor.5.ff. de reſc.
vendit Becc.conſ.45.nu.29.cum ſeqq. Mart. conſ 123.nu.
2. cum ſeqq. Surd.conſ.68 nu 21.& d. 344. num. 19. Card.
Mant.de tacit. lib.3 tit.13.nu.54. Faber.in ſuo Cod.lib.6.
tit.5. diffinit.18. verſ. Sed tamen negari non poſſe Gratian.
diſc.forenſ.cap.273.num.15.& 16.Rot. deciſ.233 nu.3.par.
4.rec.* Idquè in terminis donationis probat *Tex.in l.p.C.de
donat.quæ ſub mod. Curt.Iun.conſ.124 num. 14. Clar.in §.
Donatio, quæſt.vlt.n.2. Molin.de Iuſt.& Iur.quæſt 584.n.3.
poſt med.verſ.quando maioratus Theſaur. deciſ. 270. nu.
22 Cyriac.controuerſ.Iur.239 num.5.cum ſeqq. Rot.coram
Merl.deciſ.229.num.1.& deciſ.331.nu.10.& 11.par.4.to.
2.rec.& penes Moder. Peruſ. de manus deciſ. 86.num.6.*

Diſſolutione præfectæ primogenituræ inſpecta ab An-
tonio, & Petro vnanimi conſenſu cum Ioanne Baptiſta de
Anno 1624. perhabita, cuius virtute D. Cardinali media-
to hæredi facilius hac ſe exceptione tueri permittitur *Rot.
coram Buratt deciſ. 246.num 3.*

9 Et licet Contractus nominati reſciſſio regulariter ad-
mitti non ſoleat, ſed actio duntaxat contra inobſeruan-
tem pro eius implemento à Iure tribuatur ad *Tex. in l. ea
conditione 14.C.de reſcind.vend.Surd. conſ. 369. num.26.*
10 *coram Merl.deciſ.761.nu.23. & 24.* Non tamen adducta
concluſio ſibi locum aſſumit quoties, vt hic, promiſſa, ne-
queant expleri *Soccin.Sen.conſ.26.num.4. verſ.ex quibus,
& nu.5. vol.3. Rot.deciſ.676.nu.7.p.2. rec. & in Rom. ſeu*
11 *Veliterna affictus 15. Martij 1652. in §. Sed quicquid ſit
coram bon.mem.Bubio*; Vel concurrat defectus Cauſæ fi-
nalis, tunc enim reſciſſio nec non à Contractu receſſus
quoquè permittitur *iux.Tex.in l.cum te 6.ibique poſt gloſ.
in verbo conueniat not.Caſtren.num.1.ff.de pact.inter.empt.
& vendit. Abb.in cap.verum 4.num. 2. verſ.unde conclu-
dendo de condit. appoſit. Rolan.conſ.69.nu 40.vol. 4. Becc.
conſ.45.nu.29 Sur.deciſ. 220.nu.19. & conſ.68.nu.21 Rota
coram Seraph.deciſ.591 nu.10. Merlin. deciſ.229.num.2.*
12 *& not.Add.ad deciſ Buratt.640.nu.28.* Alias enim diſpo-
ſitio traheretur ad Caſum quo deceptio fratrum reſultaret
contra diſpoſitionẽ Iuris id expreſsè prohibentis. *in l.cum
Aquiliana 5.ff.de tranſact.& in l.tres fratres 36.ff.de pact.
Alex. conſ.46.num.7.& 8. vol.1. Aym. conſ. 70. num.28.
Rimin.Iun.conſ.5.num. 116. & conſ. 33. numer.25.Surd.
conſ.431.num.46.*

Nec valet obeſſe Scientia Teſtamenti Ruggerij in Pe-
tro Dominico, ac Antonio de tempore aditæ primogeni-
turæ, cuius virtute eamdem primogenituram ſubſiſtere
13 ſaltem poſſe concluditur in portione ipſorum. Quoniam
ex ſcientia Teſtamenti ad notitiam oneris in eo contenti
nequit inferri *Grat.diſc.foren.cap.788.num.11.Oſaſch.de-
ciſion.112 nu.15.verſ.non obſtat Rot.deciſ.268.num.3.par.
2.& deciſ.157.n.21 par.8.rec.*

Tacita verò ratihabitio ex diuerſis actibus elicita viſa
14 fuit quoque corruere, vel quia expreſſa primogenituræ re-
uocatio eam excludit ex regula Tex. in *l.cum ex filio 39.§.
filio impuberi.ff.de vulg.Caſtren. in l.ſi fundum 83 §.Sti-*
15 *cum num.1.ff.de leg.1.Aym.conſ.32.num. 2.* Vel quia ſine
ſcientia nullitatis, ac erectionis inualidæ eadem induci ne-
quiuit. *Natt.conſ.162.num.3.& 4.Gabr.conſ.36.nu 60.lib.
1. Surd.conſ.49.nu.31.verſ.2.reſpondeo Rot. coram Buratt.
deciſ.410.num.11.& deciſ.191.num.19.coram Eminentiſ-
ſimo D.meo Cardin.Otthobono cum alijs relatis in Roma-
na Teſtamenti 4. Februarij 1661. in §.vltimo poſt med.
coram me.*

Et ita vtraque &c.

Reuerendiſſ.D. Cerro Decano Romana Caſalis S.Agathæ.
Veneris 26. Iunij 1662.

ARGVMENTVM.

**Contractus initus pro perſona nominanda, ſequuta no-
minatione, perinde eſt ac ſi fuiſſet factus cum perſona
nominata. Pendente termino ad redimendum ſi onus
apponatur rei emptæ, facta redemptione, ipſum om-
ninò reſoluitur.**

SVMMARIVM.

1 *Bona fuiſſe in bonis fideicommittentis de tempore obitus,
probari debet, ad finem obtinendi immiſſionem.*
2 *Nominatione facta iuxtà pactum in contractu appoſitum,
perinde eſt, ac ſi contractus fuiſſet ab initio initus cum
perſona nominata: & reſoluitur ius nominantis. n. 3.*
4 *Pactum retrouendendi operatur, vt ſi eius vigore, bona
alienata redimantur, remaneant ipſa libera à quocun-
que onere iniunctum ijs per emptorem.*
5 *Contractu perfecto, nequit apponi onus in præiuditium
vnius partis.*

DECISIO XCVII.

POſtquam Rota reſoluit Inſtrumentum nominationis
confectum Anno 1567. per Epiſcopum Triuentinum
non eſſe legale, nec vllam fidem mereri pro excluſione Eq.
Antonij Griffoni, ac Ioannis Matthei ab immiſſione in
poſſeſſionem Caſalis S. Agathæ, hodiè nuncupati la Cæſa-
rina, per eos prætenſa vigore aſſerti fideicommiſſi parti-
cularis in eodem Inſtrumento contenti, vt conſtat ex deci-
ſionibus emanatis tam coram R. P. D. Priolo, quam co-
ram me; Actores prætendebant poſſe ius ſuum experiri,
ſuper eodem Caſale, in vim Teſtamenti conditi 2. Februa-
rij 1565. vbi adeſt fideicommiſſum vniuerſale; Ideò ad eo-
rum inſtantiam dubitaui, An eiſdem ſit danda Immiſſio in
vim Teſtamenti præmemorati Epiſcopi Tridentini, & ne-
gatiuè etiam in hoc articulo reſponſum fuit.

1 Non enim probatur Caſale controuerſum fuiſſe in bo-
nis fideicommittentis, de tempore eius obitus, prout re-
quiritur, vt validè poſſint fideicommiſſarij petitam Im-
miſſionem obtinere, vt *diſponit text. in l. fin. C. de edict.*

Diu.

Diu. Adr.toll ibi, in poſſeſſionem earum, quæ Teſtatoris mortis tempore fuerunt.

Nam licet Epiſcopus emerit hoc Caſale à Duce Ioanne Georgio Cœſarino; ex hoc potius excluditur eius poſſeſſio, dum conſtat emptionem fuiſſe factam non pro ſe, ſed pro Perſona, vel Perſonis infra menſem nominandis, & dd. nominatorum, vel nominandorum hæredibus, & ſuc-
2 ceſſoribus quibuſcunque. Quare cum poſtmodum nominauerit pro tertia parte Antonium Germanum fratrem, & pro reliquis duabus partibus filium q. Darij, & filium q. Picioti, & eius nepotes, ſequuta hac nominatione, Dominium Caſalis fuit translatum in ipſos nominatos, perindè ac ſi contractus emptionis cum ipſiſmet ab initio celebratus fuiſſet *Ancbar. conſ. 127. num. 1. circa med. Mant. de tacit. lib. 4. tit. 22. n. 9. cum alijs allegatis in Rauennaten. Cenſus 27. Iunij 1639 coram bon. mem. Dunozetto, poſt Zacch. de oblig. Camer. deciſ. 219. num. 23. & ſeqq. & in Narnien. bonorum 28. Martij 1659. §. reſpectu ſiquidem coram Reuerendiſſimo Papien.*

3 Ita enim ius nominantis facta nominatione reſoluitur, ac ſi poſſeſſio, & dominium pœnes ipſum numquam extitiſſent, *ex cumulatis per Cenc. de cenſib. quæſt. 67. numer. 14. in fine, & per Adden. ad Gregor. deciſ. 157. num. 34.*

Eoque facilius, quia Caſale fuit ipſimet Duci venditori retrouenditum, vigore pacti de redimendo ad eius fauo-
4 rem in Inſtrumento adiecti, per quam retrouenditionem ſequutam ex neceſſitate contractus Preambuli Caſale remanſit liberum à vinculo fideicommiſſi, & ab omni alio onere, ſi quod fuit medio tempore per emptorem iniunctum, perindè ac ſi nonquam alienatum fuiſſet. *iux. doctrinam Cagnol. in l. 2 C. de pact. int. empt. & vendit. num. 174. & dixit Rota coram Cardinali Seraphin. deciſ. 819. num. 3. & ſeq. in rec. deciſ. 51. num. 5. par. 3. & deciſ. 806. nu. 4. & ſeq. par. 5.*

Non obſtat, quod Epiſcopus in Inſtrumento nominationis iniunxerit D. Duci onus deponendi pretium ad effectum illud inueſtiendi pro fideicommiſſo, & ideò non ſuffragari retrouenditionem, cum in eo non fuerit ſeruata forma præſcripta à Teſtatore.

Quia cum in Inſtrumento venditionis ſtipulato inter Epiſcopum, & Ducem huiuſmodi pactum non legatur, ſed potius Epiſcopus conſenſerit, vt Dux intra vndecim
5 annos poſſet liberè redimere, non potuit deindè poſt perfectum contractum aliquod onus in eius præiudicium apponere *per text. in l. de contractu C. de reſcinden. vend. Dec. conſ. 543. num. 7. cum alijs allegatis in deciſion. huius cauſæ 27. Februarij 1660 §. quibus additur in fin. cor. me.*

Neque dicatur Ducem haboiſſe notitiam de fideicommiſſo, & de onere ſibi per fideicommittentem iniuncto, dum habuit ſcientiam Inſtrumenti nominationis, vbi hæc omnia continebantur.

Quia Inſtrumentum præfatum continet quidem nominationem factam in perſonis fratris, & nepotum Epiſcopi, quæ ſimplex nominatio non reuocatur in dubium, & concludenter probatur ex alijs Inſtrumentis relatis in Summ. D. Ducis num 1. & additionali num. 4. ex quibus patet nominationem fuiſſe factam abſque vlla expreſſione oneris inueſtiendi. In ea parte verò, vbi Inſtrumentum continet huiuſmodi onus, non meretur allegari, tam attentis ſententijs Rotalibus latis contra eius legalitatem in iudicatum tranſactis, quã etiam attenta declaratione per duas vices factas ab Eq. collitigante illo nolle vti.

Et ità vtraque parte informante reſolutum fuit.

R. P. D. Veroſpio Firmana Primogenituræ.
Veneris 13. Ianuarij 1663.

ARGVMENTVM.

Quando contractus nominatus, ob non adimplementum poſſit reſcindi; & onus à teſtatore iniunctum cenſeatur acceptatum, oſtenditur.

SVMMARIVM.

1 *Contractus correſpectiuus corruit, altero corruente.*
2 *Contractus nominatus, ob non implementum poſitum pro cauſa finali reſcindi poteſt: maxime iure exceptionis. numer. 3.*
4 *Onus à teſtatore impoſitum cenſetur acceptatum ab eo, qui diſpoſitionem teſtantis acceptat.*
5 *Bona ſub certo onere grauata à teſtatore, non valent diſpoſitioni contrariæ ab hærede ſubmitti.*

DECISIO XCVIII.

PRimogenitura à Ioanne Baptiſta, nec non Antonio, & Dominico fratribus de Iuliuccijs donationis iure inter viuos anno 1621. inſtituta, nullius propemodum roboris ſub die 15 Maij anni præteriti coram me decreta fuerat, cuius deciſionis vires ſubſiſtere hodie Domini cenſuerunt.

Siquidem Antonius, ac fratres propria bona Primogenituræ exindè ſubiecerunt, quod Ioannes Baptiſta portionem ſuam, ac Rugerij fratris eidem primogenituræ ſuppoſuit. Quorum portiones, dum à primogenitura debent ſegregari tanquam alteri primogenituræ omninò diuerſæ, à Rugerio deſtinatæ, donationis proindè Contractus, vti
1 correſpectiuus quoad fratrum quoque bona debet infringi, atque corruere, vt præter auctoritates recenſitas in deciſione præterita in terminis donationis tradit *Corn. conſ. 101. num. 2. cum ſeqq. & num. 7. lib. 1. & conſ 102. nu 24. & 25. lib. 2. Aym. conſ. 246. nu. 2. & 3.*

2 Nec vrget, quod actio ad implementum, non autem receſſus à nominato contractu regulariter tribuatur à iure; Dum enim implementum contractus ſubſtantiam reſpicit, ac cauſam finalem, ſine qua fratres nullatenus contraxiſſent, permiſſus cenſetur proindè receſſus, licet de nominato contractu peragi contingat iux. *Text. in l. cum te 6. ibique poſt gloſ. in verbo conuenit,* notat *Salyc. num. 1. C. de pact. inter empt. & vendit. Aym. conſ. 192. num. 22. Corn. conſ. 102. num. 22. lib. 2. Rolan. conſ. 69. nu. 38. cum ſeqq. lib. 4. Surd. conſ. 68. nu. 21. Rot. coram Greg. deciſ. 132. nu. 4. & in Romana penſionis Domus 16. Nouembris 1611. coram bon. me. Pirouano, impreſſa poſt Marcheſ. de com-*
3 *miſſ. tom. 1. fol. mihi 1085. num. 7.* Cum maximè exceptionis iure, non autem actionis reſciſſio petatur *l. Iulianus §. offerri ff. de act. empt. Aym. conſ. 192. num. 22. Corn. conſ. 121. ad finem lib. 1. Roland conſ. 69 nu. 37. lib. 4. Becc. conſ. 45. num. 28. Surd. conſ. 563. ſub num. 4. Card. Mant. de tacit. lib. 3. tit. 12. num. 53.*

Portiones verò Rugerij, ac Ioannis Baptiſta primogenituræ omninò diuerſæ extitiſſe deſtinatas, apertè conuincitur ex eiuſdemmet Rugerij diſpoſitione teſtamentaria, nec non ex tenore primogenituræ, de qua agitur. In teſtamento enim ille præcepit, vt Ioannes Baptiſta frater, ac hæres ex bonis hæreditarijs, ac paterna portione bonorum, eidemmet Ioanni Baptiſtæ debita primogenituram inſtitueret in fauorem alterius ex fratribus in vltima vitæ periodo nominandi, quorum maſculina linea extincta primogenitum ex fœmina primogenita deſcendentem iuſſit
4 admitti, quam diſpoſitionem, dum ſimpliciter Ioannes Baptiſta adiuit, demandatum ſibi onus dimittendi bona propria ad fauorem primogenituræ acceptaſſe cenſetur iux. *text. in l. titia cum teſtamento 35. qui inuita, ibique gloſ. notat in verbo petitione ff. de leg. 2. Surd. conſ. 7. num. 5. & conſ. 361. num. 42. Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 11. num. 9.*

At in primogenitura fuit iure contractus, non autem in vltima voluntate prælectus Antonius, ac delata facultas vltimo maſculo conuincitur eligandi aliquem ex maſculis, à fœmina Iuliuccia progenitum ad propriæ placitum voluntatis. Quod peragi nequibat in præiudicium primo-
5 geniti ex primogenita fœmina exorti, à Rugerio expreſsè vocati. Nam bona certo ſub onere à Teſtatore grauata, non valent diſpoſitioni contrariæ ab hærede ſubmitti ad *text. in l. vnum ex familia 69. §. ſed & ſi fundum ff. de leg. 2. & in l. ſi duobus 3. §. ſed quia C. com. de leg. Surd. conſ. 505. numer. 5. cum alijs recenſitis in deciſione præterita,*

terita, ex qua cætera quoque obiecta pænitus remouentur.

Et ita Eminentiſſ. D. Cardinali Azzolino dumtaxat informante deciſum.

Reuerendiſſ. D. Cerro Decano Romana Cambij.
Veneris 23. Februarij 1663.

A R G V M E N T V M.

Onus cambiandi per verba indefinita aſſumptum quando veniat intelligendum; & acquirens cum pecunia alterius quando ſibi acquirat.

S V M M A R I V M.

1 *Verba generalia, & indeterminata non reſtringuntur ad primum actum, & includunt omne tempus. n. 2.*

3 *Verba aduerſatina repetunt præcedentia retento eodem themate.*

4 *Inducta ad fauorem non debent in odium retorqueri.*

5 *Pacta adiecta contractui non operantur receſſum à contentis in ipſo contractu, niſi hoc exprimatur ſpecificis verbis.*

6 *Cambiandi onus ſi quis habeat certo tempore, fortius illud habet expirato tempore.*

7 *Contrahens proprio nomine, & ad ſui vtilitatem cum pecunia alterius, ſibi acquirit, ſub ſola obligatione reſtituendi pecuniam.*

D E C I S I O XCIX.

HOdie Domini confirmarunt vltimam deciſionem coram me æditam 24. Aprilis præteriti. Quia tàm ex verbis Inſtrumenti, quàm ex ratione ibidem adiecta, clarè deſumitur Franciſcum aſſumpſiſſe in ſe onus cambiandi, & hanc oneris aſſumptionem non fuiſſe reſtrictam ad ſolum
1 biennium, ſed indefinite conuentam vſque ad integram ſortis reſtitutionem: Verba ſi quidem dictum onus reſpicientia concepta fuerunt generalitèr, abſolutè; & indeterminatè, abſque vlla penitus temporis præfinitione, ibi, *Semel, & pluries, ac toties quoties opus fuerit omnibus d. D. Franciſci cura, opera, diligentia, cambijs, recambijs, damnis, expenſis, prouiſionibus, & intereſſe*, quæ ſic generaliter, & indeterminatè concepta non reſtringuntur ad primum actum; ſed vlterius progrediuntur, & operantur effectum ſuum vſquequo creditor integrè ſit ſatisfactus, vt præter allegatos in vltima deciſione §. non obſtat benè in his terminis probat *Dec. conſ. 562. nu. 1. & 2.*

Ratio autem ſicut ponderatur in eadem deciſione §. idque colligitur nè D. Gineura damnum aliquod patiatur, cum non ſit ſolita tenere pecunias otioſas, æqualitèr con-
2 uenit eodem modo cuicumque tempori: ideoque tanto certius ſub dicta indefinita, & indeterminata oratione omne tempus includitur *iuxta doctrinam Bartol. in l. ſi pluribus num. 6. verſ. in dubio qualiter ff. de leg. 2. cum alijs ibi alleg.*

Nec ſubſiſtit quod agatur de duplici cõtractu diſtincto, & ſeparato propter ſubſequentia verba ibi, *Quod ſi elapſo biennio*, ac proindè onus aſſumptum in primo non dicatur repetitum in ſecundo.

Quoniam lectura Inſtrumenti huiuſmodi ſuppoſitam duplicitatem excludit, & vnicum duntaxat eſſe cõtractum oſtendit; Verba autẽ illa aduerſatiua, *Quod ſi elapſo bien-*
3 *nio*, non importent nouum, & ſeparatum contractum, Immò intelligenda ſunt retento eodem themate aſſumptionis oneris cambiandi *ad Bartol. in l. mariti §. fin. ff. ad l. Iul. de adult. Coccin. deciſ. 267. num 2.*

Idque comprobatur ex quo etiam poſt biennium repetita fuerunt verba ibi, *Toties quoties opus fuerit omnibus ipſius D. Franciſci &c.* Cura, opera, *diligentia &c.* quæ in alio verificari non poſſunt, quam in onere, & obligatione cambiandi ex adductis in eadem vltima deciſione §. quia reſpectu.
4 Cœteræ verò conditiones poſt biennium adiectæ recuperandi ſortem cum cambijs, vel eam continuandi ſuper cambijs, & recambijs appoſitè fuerunt augmentatiuè pro maiori cautela, ſecuritate, ac fauore creditricis; non autem ad tollendam, & reſtringendam obligationem debitoris, Ideoque in odium ipſius Creditricis retorqueri non debent, vt bene ad propoſitum ponderauit *Rot. in Romana Pecuniaria 14. Iunij 1649. coram bon. mem. Dunozetto apud Salg. laber. credit. deciſ. 7. num. 3.*
5 Quinimò dum verè vnicus eſt contractus intrat concluſio, quod per pacta ſubſequenter adiecta nunquàm cenſetur receſſum à præcedentibus, nec illis derogatum, niſi verbis ſpecificis ſit expreſſum, vt in puncto tradit *Dec. d. conſ. 562. num. 5. cum ſeq. quem ſequuta fuit Rota coram Merl.*
6 *deciſ. 626. num. 19. & 20.* Maximè quià dom Franciſcus onus cambiandi habebat durante biennio, & pendente dilatione, fortiùs dicendum eſt, quod eidem fuerit inio nctũ, dilatione expirata per rationem adductam à Rota *in Romana Cenſus de Palutijs 20. Nouembris 1600 corã Cardinali Sacrato apud Marcheſan. de commiſſ. part. 1. fol. 864. num. 1. in fin.*

Cæterum non obſtat, quod D. Gineura in principio Inſtrumenti declarauerit pecunias ſpectare ad D. Ludoui-
7 cum Antonium eius filium, Quia cum ipſa nomine proprio, & ad ſui vtilitatem contraxit, ſibi acquiſiuit ſub ſola obligatione reſtituendi pecunias filio *iuxt. textum punctualem in l. 1. C. ſi quis alt. vel. ſib.* niſi ex coniecturis contrarium deſumatur, & ſic D. Ludouicus Antonius non habet niſi actionem repetendi pecuniam, non autem habet vllum intereſſe in hoc Cambio.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. Viceconite Ferrarien̄ Fideicommiſſi.
Lunæ 5. Martij 1663.

A R G V M E N T V M.

Conditionis negatiuæ, ſub qua quis fuit vocatus ad ſubſtitutionem ampliſſimè natura examinatur; cum alijs, de quibus in Summario.

S V M M A R I V M.

1 *Subſtitutus vltimo loco non admittitur, adhuc ſuperexiſtente primitus à teſtatore vocato.*

2 *Modus expoſtulat implementum poſt emolumentum quæſitum.*

3 *Verba præſeferentia indeterminationem includunt tempus futurum, & ſucceſſiuum.*
Verba ſe ve ne ſaranno *perpenduntur.*

4 *Conditio negatiua non poteſt dici purificata, niſi reducatur ad impoſſibile; & n. 16.*

5 *Subſtitutus repellitur ab hæreditate donec ſupereſt ſpes prolis naſcitura.*

6 *Mulier inhabilis ob defectum ætatis ad matrimonium poteſt aſpirare ad emphyteuſim receptam à patre pro famimis, quæ alicui ciui deberent eſſe nuptæ.*

7 *Filius fundatoris carens ætate legitima poteſt retinere commendam ad excluſionem ſubſtituti.*

8 *Legatum relictum ſub onere exercendi tutelam, non amittitur ſi ex cauſa minoris ætatis legatarius non poteſt munus ſubire.*

9 *Pupillus non poteſt Doctorari.*

10 *Minor non poteſt eſſe procurator ad iudicia.*
Vocatus primo loco cenſetur prædilectus: maximè in concurſu perſonæ ignotæ teſtatori. n. 13.

14 *Qualitas requiſita à teſtatore debet ineſſe de tempore delatæ ſucceſſionis: declara n. 15. 16.*

17 *Hæreditas poteſt ſtare in ſuſpenſo ex voluntate teſtatoris.*

18 *Regula catoniana procedit in diſpoſitione pura, non conditionali.*

D E C I S I O C.

DECESSIT Hippolytus de Franchis condito Teſtamento, in quo hæredes ſibi inſtituit ſub ſequenti verborum periodo

periodo: *Inſtituiſce herede vniuerſale il Sig. Gio. Battiſta*
Botti Procuratore publico Ferrareſe, mentre però attendi
alla procura, e li di lui figliuoli, ò deſcendenti, ſe ve ne ſaran.
ne de' Dottori, ò Procuratori, che attendino alla profeſſione
dell'Auuocare, ò procuratore; con queſto però che detto Sig.
Procuratore Botti, ò detti ſuoi figliuoli, ò deſcendenti ſi no-
minino de Franchi, e ſi ſeruino dell'arme di eſſo Signor
Teſtatore, e mancando detta deſcendenza de Botti, che
ſiano Dottori, ò Procuratori, eſſo Signor Teſtatore ſoſtitui-
ſce il più pouero Dottore dell'Almo Collegio delli Signori
Dottori Legiſti di Ferrara, che attendi, & eſerciti la pro-
feſſione tanto di lettura, quanto d'Auuocato da eleggerſi
All'Almo Collegio ſuddetto, e Priore di quello, douendo
però eſſo più pouero Dottore eſſer dichiarato, & approuato
per tale dell'Illuſtriſſimo, e Reuerendiſſimo Monſignor
Vicario Generale di Ferrara.

Defuncto autem Io: Baptiſta; ſuperſtite Antonio filio
in ætate infantili conſtituto. Contra enim, inſurrexit Gra-
tius Contrius, ſibi tanquàm inter Doctores paupertimo
electo, & approbato per Collegium, & Vicarium reſpe-
ctiuè ſucceſſionem debiti contendens. Vnde delata in hi
cauſa dubium dedi; Vtrum ipſi foret concedenda immiſ-
ſio, & Domini negatiuè reſponderunt.

1 Quia ſuperexiſtentia Antonij deſcendentis à Ioanne
Baptiſta, ac vocati per Teſtatorem, Impedit tranſitum hæ-
reditatis in alteram lineam iuxta *text. in l. 3. & l. quamdiu*
68. ff. de acqu. hæred. Surd. conſ. 347. numer. 4. & 5. lib. 3.
Gratian. diſcept. 773. numer. 4. cum ſeqq. Rot. deciſion. 151.
num. 1. in fine par. 3. recent. & in Conchen. Cappellaniæ 14.
Martij 1616. coram bon. mem. Cardinali Fabritio Vero-
ſpio in §. Et regulariter, Quamuis laura doctorali ipſe
deſtitutus exiſtat, ac inhabilis conſequenter ad patrocinij
2 munus ſubeundum; Quoniam qualitatem doctoralem
Teſtator in filijs Io. Baptiſtæ per viam modi, non autem
conditionis expoſtulauit, cuius propterea implementum non
exigitur in ipſo additionis actu *l. quibus diebus 40. §. Termi-*
lius ff. de condit. & demonſtr. Aym. conſ. 59. num. 1. Gabr.
conſ. 3 num. 9. & 10. cum ſeqq. lib. 1. Grat. conſ. 102. num. 3.
vol. 2. Menoch. conſ. 131 numer. 2. & 11. Card. Mantic. de
coniect. lib. 10. tit. 5. nu. 16. & 17. Peregr. de fideicomm. art.
11. numer. 113. Surd. deciſion. 38. num. 6. & 7. Rot. diuerſor.
deciſ. 39. numer. 1. cum ſeqq part. 1. deciſ. 428. num. 9. & 10.
3 *cum ſeqq. coram Greg.* Dum maximè in inuocatione filio-
rum appoſita leguntur ea verba, *de Dottori, ſe ve ne ſaran-*
no, quæ vti includentia tempus futurum, & ſucceſſiuum,
demonſtrant voluntatem Teſtatoris, vt dignitas doctoralis
etiam poſt Io. Baptiſtæ obitum, ac quandocumque à ſuis
filijs adepta, debeat iiſdem ſuffragari ad excluſionem ſub-
ſtituti, vt in terminis ſimilium verborum tradit *Surd. conſ.*
110. num. 9. & 10. & numer. 15. Decian. conſ. 16. num. 108.
ad fin. & 109. lib. 4. & generaliter de quacumque diſpoſi-
tione indeterminata probat *text. in l. 2. ff. de condit. & de-*
monſtr. & in l. in ſubſtitutione 31. ff. de vulg. Cyriac. contr.
205. num. 71. cum ſeqq.

4 Prætereà vocatio Doctoris pauperis tanquàm concepta
ſub conditione negatiua, poſtquàm ſcilicet linea Docto-
rum deſcendentium à Io. Baptiſta foret in totum extincta,
ibi. *E mãcando detta deſcendenza de Botti, che ſiano Dot-*
tori, ò Procuratori, nunquam dici poterit purificata, niſi
eadem conditio reducatur ad impoſſibile, ac ſatis conſe-
quenter eſſe cenſetur ſuperexiſtentia Antonij, ac ſpes pro-
babilis, vt ipſe ſtudijs nunc incumbens poſſit in progreſſu
temporis munera ſibi iniuncta adimplere, ad hoc, vt ſub-
ſtitutus nequeat admitti iuxtà *text. in l. 1. §. ſi quis proxi-*
mior ff. vnde Cognat. & in l. 2. §. ſi verò apud hoſtes ff. ad
Sen. Conſ. Tertull. vbi à conſecutione hæreditatis repelli
5 tur ſubſtitutus, donec ſpes prolis naſcituræ ſuperſit *Roman.*
conſil. 134. numer. 5. verſ. ſed interpretatio hæc, Surd. conſil.
125. numer. 3. cum ſeqq. Franc. deciſion. 169. numer. 13.
Cyriac. controuer. 205. numer. 74. cum pluribus ſeqq. hoc
aſſerens procedere in quolibet incapaci, dummodo valeat
tractu temporis habilis effici, *Rota in Conchen. Cappella-*
niæ 14. Martij 1616. in §. Et regulariter coram bon. mem.
Cardinali Fabritio Veroſpio, & in his terminis Doctoratus
reſponſum fuit in *deciſ. 6. num. 11. par. 4. tom. 2. recent. co-*
ram Buratt. deciſ. 322. nu. 13. Add. ad Greg. dec. 338. n. 16

6 Hinc *Cuman. in conſil 164. num. 4. verſic. circa tertium,*
& numer. 5. cenſuit mulierem inhabilem ob defectum
ætatis ad matrimonium poſſe aſpirare ad emphyteuſim à
Patre, ſeù aſcendente receptam pro fœminis, quæ alicui
Ciui deberent eſſe nuptæ, aſſerens, quòd alias contra om-
nem æquitatem ea priuaretur emphiteuſi, dum matrimo-
nium, ex accidenti non contractum, valet tractu tempo-
ris inire, quam rationem *Rot. quoque admiſit in Romana*
Commendæ 21. Februarij 1661 coram R.P.D. meo Alber-
7 *gato*, ad effectum, vt filius fundatoris carens ætate legi-
tima poſſet Commendam retinere ad excluſionem ſub-
ſtituti.

8 Et quemadmodum legatum alteri relictum ſub onere
exercendi tutelam non admittitur, ſi ex cauſa minoris æta-
tis, ſeù alterius impedimenti, nequeat Legatarius tutelæ
munus ſubire, vt in puncto minoris probat *text. in l. Ne-*
mo §. ad finem C. de legit. tutel. Bartol. in l. ſi Legatarius
24. C. de legat. Crot. inter conſil. Grat. 84. numer. 9. lib. 2.
Menoch. de præſumption. lib. 4. præſumpt. 124. numer. 12.
& in terminis alterius impedimenti aſſerit *Iur. Conſult. in*
l. cum filius 78. § non iure ff. de legat. 2. l ab adminiſtratore
7. C. de legat. Bald. conſil. 356. in princip. lib. 4. Roman.
conſil. 235. numer. 1. Gutier. de tutel. par. 1. cap. 22. numer.
10. Graſſ. de effect. cler. effect. 16. numer. 41. Ità pariter
commodo hæreditatis priuari non debet Antonius, dum
ipſe non valuit onera ſibi iniuncta adimplere ex mero æta-
9 tis defectu, & ob reſiſtentiam Iuris pupillo prohibentis,
nedum lauream doctoralem, vt aduertit *Zabarell. in*
clem. 2. numer. 14. ibiquè *Ancharan. numer. 3. de Ma-*
10 *giſtr.* Verum etiam Procuratoris exercitium, vt in termi-
nis minoris probat *text. in l. minor ſi*, ibiquè *gloſ. not. in*
verbo non eſt ff. de procurat. l. 1. §. ſi initium ff. de poſtu-
land. cap. qui generaliter 5. §. licet de procurat. lib. 6.
Rota deciſion. 37. alias 501. de procurat. in antiquis,
11 vbi quod minor 25 annis Procurator ad Iudicia eſſe non
poteſt.

Alias ſequeretur, quòd Doctor extraneus prælationem
obtineret in concurſu deſcendentis à Io. Baptiſta contra
12 Teſtatoris voluntatem, à quo linea eiuſdem met Io. Bapti-
ſtæ tamquàm primo loco vocata præſumitur prædilecta
l. Publius Mounius 36. ff. de condit. & demonſtrat. Ca-
ſtren. conſil. 121. col. 2. ad fin. verſ. item non eſt creden-
dum vol. 1. Roman. conſil. 134. numer. 5. ad med. Ale-
xan. conſil. 1. numer. 8. verſ. 2. probatur lib. 1. Fuſar. de
ſubſtit. quæſtion. 68. numer. 15. Stephan. Durant. quæſtion.
iur. 36. verſ. Secundo quoties. Rota in Conchen. Cappel-
laniæ 15. Iunij 1615. & 14. Martij anni ſequentis co-
13 *ram bon memor. Cardinali Veroſpio*: In concurſu præ-
ſertim Doctoris pauperis eidem Teſtatori penitus ignoti,
Curt. Iun. conſil. 57. numer. 12. Aym. conſil 173. numer.
12. Menoch. conſ. 266. numer. 24. Fuſar. de ſubſtit. quæ-
ſtion. 359. num. 10.

14 Propterea non obſtat, quòd qualitas à Teſtatore requi-
ſita debeat de tempore delatæ ſucceſſionis regulariter in-
eſſe, ità vt poſtmodum ſuperuenta nequeat in alterius
præiudicium admitti *Menoch. conſil. 940. numer. 15. Al-*
tograd. conſil. 97. numer. 29. Rot. coram Gregor. deciſion.
279 numer. 20. & in Piſauren. Primogenituræ 16. Ia-
nuarij 1651 coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, & in
his terminis coram *Buratto deciſion. 680. numer. 7.*

15 Vrgere enim poſſet obiectio; ſi Teſtator (decedente
Io. Baptiſta ſine filijs Doctoribus) alterum de Collegio
inſtituiſſet, tunc enim ex vi conditionis reſtrictæ ad diem
obitus Io. Baptiſtæ præferendus foret Doctor Collegialis,
nulla habita ratione Antonij, vt potè dignitate doctorali
deſtituti, & in his terminis loquuntur authoritates in con-
trarium adductæ; Secus verò dum conditio indetermina-
ta, ac ſine certi temporis præfixione appoſita fuit: quini-
mò Doctor extraneus vocatus dignoſcitur poſt lineam
Io. Baptiſtæ qualitate Doctorali præditam penitus extin-
ctam; Tali quippe caſu, donec adſit aliquis habilis ad
Doctoratum aſſequendum, non debet ſubſtitutus admitti
16 ea ratione, quia conditio negatiua purificationem non
aſſumit, niſi ad impoſſibile reducatur *Bald. in l. Mutia-*
na 7. in fine ff. de condit. & demonſtrat. Surd. conſil. 110.
numer 10. cum ſeqq. Peregrin. de fidcicomm. artic. 29.
numer.

Digitized by Google

numer. 9. Molin. de Primogenit. lib. 3. cap. 3. numer. 16. cum ſeqq. cum alijs relatis in *Bononien. fideicommiſſi de Cataneis 15. Decembris 1662. in §. & hinc Dominis, coram R.P.D. meo Bourlement.*

Et prædicta facilius procedere dixerunt Domini, eo quia Teſtator iniungendo onus dicti Exercitij, non reſpexit hæreditatis augumentum, minuſue pauperum commodum, aliarumque perſonarum miſerabilium beneficium.

Ex quibus remouetur obiectum, quod hæreditas in ſuſpenſo remaneret, donec Antoninus ad ætatem legiti-
17 mam perueniat; præter quam quod concurrente Teſtatoris voluntate ſuſpenſio huiuſmodi à Iure non prohibetur in fideicommiſſis *l. in tempus 62. ff. de hæred. inſtit. Bartol. in l. Pomponius numer. 3. ff. de neg geſt. Roman, conſil. 134. numer. 6. ad fin. Ruin. conſil. 22. numer. 15. lib. 2. Natt. conſil. 675. numer. 6. & 7. Menoch. conſil. 105. numer. 61. & conſil. 473. numer. 19. Molin, de Primogenit. lib. 3. cap. 10. numer. 26. & 27. & numer. 31.* vbi plures limitationes refert. *Caſtill. controu. Iur. lib. 5. capit. 91. numer. 38. Rota in adducta Bononien. fideicommiſſi de Cataneis 11. Decembris 1662 in §. & hinc coram R. P D. meo Bourlemont, & in citata Piſauren. Primogenituræ 16. Ianuarij 1651. §. Ideo;* vbi,
18 quòd regula Catoniana procedit in diſpoſitione pura, non autem conditionali.

Et ità vtraque parte informante fuit reſolutum.

F I N I S.

S V I.

Digitized by Google

S Y L L A B V S
RERVM MEMORABILIVM
QVAS
S. ROTÆ ROMANÆ DECISIONES
ADNEXÆ HVIC VOLVMINI
COLLVCTATIONVM LEGALIVM
VINCENTII BONDENI I. C. ARGENTANI
VBERRIME COMPLECTVNTVR.

A

ABLATIVVS.

ABſolutus inducit formam. dec.14. num. 11.

ABSVRDVM.

Non poteſt allegari vbi conſtat de expreſſa, & clara voluntate Teſtatoris. dec.52.n.8.

ACCEPTATIO.

Rei pro cautione inducit præſumptionem, quod res ſit ſufficiẽs ad ſatisfactionem crediti, donec aliud appareat. decif. 12. num. 21.

Oneris impoſiti à Teſtatore cenſetur facta ab eo, qui diſpoſitionem teſtantis acceptat. dec.98.n.4.

ACCIDENS.

In iudicijs accidentia, ſecundum naturæ curſum inſpici ſolent. dec.37. n.12.

Quod euenit minus frequentèr non attenditur, ſed quod communitèr, & ſecundum ordinem naturæ euenire ſolet. dec. 72.num. 9.

ACTIO.

Competens ex teſtamento tranſmittitur ad filios. dec.17.n.5.

Omnis perimitur ex præſcriptione. dec.9.nu.8.

Pactum de obtinendo inueſtituram non ſuſpendit cõtractum, ſed ſolùm præbet actionem pro adimplemento. dec.26.n.7.

Semel extincta non reuiuiſcit. dec.88.n.13.

ACTVS.

Acta, quando ſunt omninò tranſportanda. dec.4.n 2.& ſeqq.

Actorum tranſportatio, quãdo non ſit neceſſaria. dec.81.n.14.

Cenſetur factus in vtilitatem facientis, non in fraudem alterius. dec.36 n.14.

Dicitur relatus ad id, quod tantùm verificari poteſt. dec. 88. num. 9.

De actis factis coram Iudice, Notarij atteſtationi eſt ſtandum. dec. 4. num. 1.

Effectum non ſortitus nullius eſt momenti. dec.82.n.6.

Ex actu ſubſequenti præſumitur qualitas actus præcedentis. dec.51.n.13.

Quando non dicantur permiſſi ex cauſa vrbanitatis. dec.48. n.11. & n.ſeq.

Turbatiui non ſunt habendi in conſideratione. dec.78.n.11.

Tribuitur ordinanti, non exequenti. dec.62.n.6.

In actibus geſtis in loco Eccleſiaſtico exempto ſtatutum laicale non intrat. dec.3.n.4. declara n.5.

Vnicus contrarius ſufficit ad excludendam priuatiuam. dec. 48. num. 9.

Vicinitas actuum, & temporis breuitas, quæ plures celebrantur actus, vnus poſt alium, inducit ſimulationem. dec. 29. num.10.

Vnicus in contrarium ſufficit ad excludendam quamuis conſuetudinem non ſolùm immemorabilem, ſed etiam quadragenariam. dec.48. n.13. & obſeruantiam interpretatiuam.num. 14.

ADMINISTRATOR.

Adminiſtratoris in detrimentum computatur in rationis redditione ommiſſio alicuius rei. dec.29.n.18.

Doloſus tenetur hypothecaria. dec.47.n.11.

Non reddens rationem, poſtquam ad illam reddendam fuit interpellatus ſubiacere debet relaxationi mandati executiui. dec.12.n.2.

Tenetur rationem reddere de omnibus ad eius manus peruentis. dec.29.n.17.

ADOPTATVS.

Præteritus in teſtamento non habet ius illud impugnandi. decif 25.n.3. declara.n.4.

ÆQVALITAS.

Circa dignitates quando locum habeat. dec.44.n.9.

ÆQVITAS.

Non extenditur, vt aliquid fiat contra diſpoſitionem legis ſcriptæ. dec.22.n.14.

AFFECTIO

Magna præbet non leue argumentum, quod fuerit intellectum de re, ergà quam ipſa affectio habetur. decif. 11. num. 6.

AFFICTVS.

Qua ratione præſumatur à conductore excretus. decif.63. num. 4.

AGENS.

Ex teſtamento debet probare, quod teſtatoris voluntas in veram diſpoſitionem tranſiuerit. dec.43.n.5.

AGNATIO.

Agnationis conſeruandæ ratio de ſe ſola non ſufficit ad inducendam reciprocam de linea ad lineam. dec.76.n.5.

Quando non fuit contemplata, ex fœmina maſculi etiam veniunt nomine deſcendentium maſculorum. dec.17. num.2. amplia num. 3.

ALIENATIO.

Alienare ſi inceperit diſponendi facultatem ſi quis habeat, dicitur diſpoſuiſſe. dec.74.n.4.

Alienationis prohibitio facta inſtitutis, vt bona conſeruentur in agnatione quid importet. dec.27.n.11.

Permiſſa in certis caſibus differt à conceſſione illius ad libitum hæredis. dec.74.n 11.

Rerum Eccleſiæ requirit ad eius validitatem non tantùm ſolemnitatem, ſed iuſtam cauſam. dec.14.nu.8. amplia n.9. 17. Vide verb Prohibitio.

ANIMVS.

Non dimittendi poſſeſſionem ex quibus arguatur. dec.36.nn. 31. & n.32.

ANTECEDENS.

Cenſetur velle omne neceſſarium ille, qui vult conſequens. dec.48.n.5.

ANTIQVVS.

Antiqui appellatione intelligitur tempus centum annorum in probationibus. dec.54. ſub n.8.

Digitized by Google

INDEX.

APERITIO.

In apeRitione teſtamenti clauſi, & per teſtatorem conſignati Notario, qui publicum ex tunc inſtrumentum confecit cum ſua ſubſcriptione, & teſtium præſentia non requiritur citatio venientium ab inteſtato. dec. 23. n. 20.

APOSTILLA.

In fine inſtrumenti quando probet. dec. 81. num. 3.

APOTHECA.

Apotheca nomine quid contineatur. dec. 10. n. 1. & n. 7. & quomodo ipſa veniat accipienda. n. 23.

APPELLANS.

Non appellans cenſetur acquieſcere dec. 54. n. 14.

APPELLATIO.

Appellationi quando dicatur renunciatum. dec. 94. n. 10.

Appellatione conſanguineorum comprehenduntur, & conſanguinei per fœminas. dec. 27. n. 4.

Non proſequuta remanet deſerta, & ſententia præcedens conſtituit rem iudicatam. dec. 14. n. 1.

Non datur à decretis condemnantibus ad ſolutionem decimarum. dec. 19. ſub n. 4. & n. 7.

Appellationis commiſſio in cauſa decimarum, quomodo detur. dec. 19. n. 5.

Appellatione filiorum in fideicommiſſis non veniunt nepotes. dec. 21. n. 19. maximè in fideicommiſſo, de quo n. 22.

Appellatione filiorum legitimorum, & naturalium legitimati veniunt. dec. 31. nu. 1.

Appellatione deſcendẽtium veniunt omnes in infinitum. dec. 31. n. 9. declara vt n. 10.

Appellatione hæredum, & ſucceſſorum in conditionibus, & ſubſtitutionibus veniunt ſolum hæredes ſanguinis. dec. 32. n. 1. tàm maſculi, quàm fœminæ n. 2. amplia, vt n. 3. 4.

Appellatione Ciuium in priuilegijs realibus, & materijs fauorabilibus veniunt comitatini. dec. 35. n. 10.

Appellatione filiorum non veniunt nepotes, ſi ſic de voluntate clara teſtatoris appareat. dec. 66. n. 2.

Appellatione filiorum quando non veniant nepotes. dec. 66. num. 5.

Appellatione hæredum in ſubſtitutionibus, & fideicommiſſis veniunt tantum hæredes ſanguinis. dec. 65. nu. 1.

Appellatione antiqui intelligitur tempus centum annorum in probationibus. dec. 54. ſub n. 8.

Suſpendit vigorem, & effectum ſententiæ. dec. 23. n. 22.

ARBITRIVM.

Eſt à iure regulandum. dec. 19. num. 1. aliquid remittit de rigore iuris. num. 2. non tribuit facultatem recedendi à iuris diſpoſitione. n. 3.

ARGVMENTVM.

Si teſtator voluiſſet, expreſſiſſet, ſicuti quando voluit expreſſit, eſt validum. dec. 10. n. 9.

ARTICVLI.

Succedunt loco libelli. dec. 48. n. 3.

ASSENSVS.

Ordinarij in fundatione Conuentus noui intelligitur requiſitus, præter alterum Summi Pontificis. dec. 67. n. 5.

ASSISTENTIA.

Iuris, quo ad collationem beneficiorum quando non ſuffragetur. dec. 39. n. 19.

AVGVMENTVM.

Dotis factum per coniuges eſt prohibitum. dec. 29. n. 20.

B

BENEFICIVM.

BEneficij vacatio, quando cenſeatur inducta non expectata aſſecutione poſſeſſionis alterius. dec. 79. n. 2.

Beneficij collatio repugnans ſtatui anterioris non attenditur. dec. 79. num. 6.

Beneficij vacationis vno modo expreſſo, alius non venit. dec. 51. num. 8.

Beneficij ſtatum prouiſiones Apoſtolicæ regulariter non immutant, ſed illum declarant, & oſtendunt qualis fuerit de præterito. dec. 45. n. 9.

Beneficiorum vnio, vt ſit valida, quæ requirat. dec. 48. n. 9. ſi ſit nulla dicitur beneficiorum vacatio indubitata. nu. 10.

Beneficiorum vnio ad hoc, vt ſit valida, requiritur cauſa præciſa neceſſitatis, vel euidentis vtilitatis. dec. 58. n. 1. & n. 9.

Beneficiorum vnio ex falſa cauſa facta corruit, nec ſubſiſteri poteſt. dec. 58. n. 2.

Beneficij valor per non exceſſum, vt iuſtificetur, ſufficiunt leuiores probationes. dec. 58. n. 11.

Beneficij qualitas, & vltimus ſtatus ex prouiſionibus anteà factis probatur. dec. 44. n. 4.

Beneficij vltimus ſtatus attendendus eſt pro cognoſcenda qualitate illius. dec. 44. n. 5. & ad quem effectum. ibid.

BENEPLACITVM.

Apoſtolicum requiritur in noua Conuentus erectione. dec. 60. num. 2. & quidem copulatiuè cum conſenſu Ordinarij. dec. 60. num. 4.

Apoſtolicum requiritur, vt ex redditibus aliorum Conuentuũ ſuppleatur indigentijs alterius Conuentus. dec. 62. n. 21.

Apoſtolicum in forma commiſſaria conceſſum non operatur, vt dicatur euitatum damnum reſultans Eccleſiæ ab alienatione de eius rebus facta. dec. 14. n. 2.

Præſumptũ nequit allegari ceſſante obſeruantia. dec. 84. n. 11.

BIGAMIA.

Quando dicatur diſpenſata. dec. 81. n. 11. & n. 12.

Bigamiæ exceptio, ex quo remoueatur indulto. dec. 89. nu. 3. & num. 4.

BONA.

Bonorum priuatorum ſubhaſtatio debet fieri intra tempus Iudici arbitrarium. dec. 22. n. 4.

Bonorum Ciuitatis ſubhaſtatio non eſt facienda, ſi eius redditus abſorbeantur ab oneribus publicis. dec. 22. n. 19.

Bonorum identitas ex diuiſione quando dicatur probata. dec. 25. n. 11. & quando ex adnotatione, & deſcriptione eorum in teſtamento. nu. 12. & ex poſſeſſione illorum in eodem loco, in quo poſſidebat teſtator. n. 14.

Bonorum poſſeſſio probatur per litis ſubſtentationem. dec. 25. num. 13.

Debitoris in ſolutum, creditor in pecunia non tenetur recipere. dec. 22. n. 5.

Eccleſiæ nulliter alienata debent reſtitui vna cum fructibus perceptis. dec. 14. n. 22.

Emphyteutica in Ciuitate Rauennæ ſunt redacta ad inſtar allodialium dec. 26. n. 8.

Emphyteutica ex conſuetudine Abbatiæ Farfenſis ſunt ad inſtar allodialium. dec. 4. nu. 8.

Fuiſſe in bonis fideicommittentis de tempore obitus, probari debet ad finem obtinendi immiſſionem. dec. 97. n. 1.

Præſumuntur Patrimonialia, niſi probentur Eccleſiaſtica. dec. 31. num. 7.

Sub certo onere grauata à teſtatore, non ualent diſpoſitioni ab hærede ſubmitti. dec. 98. n. 5.

Quando admittatur bonorum emphyteoticorum confiſcatio, uel non. dec. 4. n. 6. & n. 9.

BREVIA.

Expedita à Summo Pontifice, quando ſint nullius roboris, obeunte ipſo Pontifice. dec. 14. n. 10.

BVLLA.

Gregorian. de iure congrui habet locum tantummodo in uenditione neceſſaria, & coacta. dec. 83. num. 5. de eius requiſitis. num. 6.

Baronum edita à Clement. VIII. non comprehendit fideicommiſſa, quorum ordinator adhuc uiuit. dec. 50. n. 10.

Pij V. prohibentis legitimatos ſuccedere in bonis Eccleſiaſticis, uel perſonis Eccleſiaſticis, quomodo intelligatur. dec. 31. num. 6.

Pij IV. reuocatoria legitimationis in præiuditium ſubſtitutorum quomodo procedat. dec. 31. nu. 8.

C

CALCVLVS.

CAlculo utens debet illum acceptare tàm in partibus fauorabilibus, quàm damnoſis. dec. 70. n. 9.

CALVMNIA.

In lite non præſumitur. dec. 94. num. 7. & qualis eſſe debeat, ut poſſit officere. n. 8.

CAMBIVM.

Ad cambium à ſemetipſo quis poteſt recipere pecunias, concurrente

Digitized by Google

INDEX.

currente facultate debitoris. dec. 95 num. 7.

Cambij contractus non autem mutui quando cenſeatur. deciſ. 71. num. 2

Cambia platealia iuſtificantur ex Bulla Pij V. dec. 95. nu. 1. & quoad recambia, quando licitè continuentur in nundinis, & quando non. num. 2. 3. vbi etiam de cambijs ſiccis, & ſub num. 4. 9.

Cambia con la ricorſa ſunt illicita. dec. 95. nu. 8. & quanam ſint n. 9. contra n. 10. diſtingue n. 11.

Cambiandi onus, ſi quis habeat certo tempore, fortiùs illud habet expirato tempore. dec. 99. n. 6.

Cambiorum ſolutio eſt facienda ſecundùm modum, & formam in inſtrumento præſcriptum. dec. 55. n. 2.

Cambiorum iuſtificatio ex quibus deducatur. dec. 55. n. 3.

Cambiorum ſolutionis obſeruantia operatur, vt ſoluens habeatur pro interpellato, & agnouerit realitatem Cambiorum. dec. 55. n. 9.

Cambia contrahere ſub nomine proprio, & tamen commodo alterius inſeruire, eſt de iure permiſſum. dec. 55. n. 11.

CANCELLATIO.

Verborum quid importet. dec. 29. n. 7.

CAPELLA.

Quando cenſeatur conſtructa, & dotata, in executionem teſtamenti. dec. 6. n. 4.

CAPELLANVS.

Vt poſſit adminiſtrare Sacramenta debet approbari ab Ordinario. dec. 24. n. 19.

CAPITVLVM.

Sede Epiſcopali vacante ſuccedit loco Epiſcopi in vniuerſa iuriſdictione. dec. 79. n. 7. & in illud tranſit poteſtas habendi concurſum. n. 8.

Capitula duo, in quibus poſſint facere vnum corpus formale. dec. 84. num. 16.

CATHEDRA.

Nequit abdicari ab vna Eccleſia, & in aliam transferri priuatiuè, niſi à Summo Pontifice. dec. 48. n. 8.

CAVSA PIA.

Ad pias cauſas dicitur diſpoſitio contemplans principaliter fauorem ſalutis æternæ, & animæ ſubleuamentum. dec. 3. n. 21. & ſuſtinetur cum ſolis duobus teſtibus. n. 22.

Ad pias cauſas ordinata eſt diſpoſitio, ſi ſubſtantia bonorum in animæ ſuffragium deſtinetur. dec. 8. n. 2.

Ad pias cauſas ordinata voluntas teſtatoris ſuſtinetur, licèt nullis fulciatur iuris ciuilis ſolemnitatibus. dec. 8. n. 1.

Ad pias cauſas diſpoſitio terminanda eſt ſola iuris Diuini, & Sacrorum Canonum ſolemnitate. dec. 8. n. 12.

Ad piam cauſam diſpoſitio quando dicatur ordinata. dec. 13. num. 2. & n. 3.

CAVSA.

Cauſæ requiſitæ in contractibus mulierum veritas iuſtificatur ex interuentu conſanguineorum. dec. 7. n. 4.

Cauſæ deſertio, ne inducatur ſufficit, vt qualis diligentia appellantis pro commiſſione facienda interueniat. dec. 44. num. 1.

Eſt ordinariè pertractanda in concurſu plurium prætendentium hæreditatem. dec. 15. n. 10. ſed ibi vide.

Finalis eſt potiſſimè attendenda ad cognoſcendum priuilegij naturam. dec. 35. n. 3.

In cauſa decimarum appellationis commiſſio quomodo detur. dec. 19. num. 5.

Teſtati facit ceſſare cauſam inteſtati. dec. 11. n. 11.

CEDENS.

Quando poſſit agere virtute actionum directarum penès eum exiſtentium. dec. 2. n. 1. & n. 2.

CEDVLA.

Bancaria facit probationem indubitatam, & habet vim publici inſtrumenti. dec. 89. num. 1. ac executionem paratam. num. 2.

CENSVRA.

Declaratoria cenſuratur quando ſit concedenda. dec. 80. nu. 1. & num. 2. 3.

CESSIO.

Sine ceſſione, etiam in eius iuribus ſoluens Ciuitati pro alio ſuccedit. dec. 22. n. 9.

CITATIO.

Citationis defectus non ſuppletur ab intimatione decreti, vbi agitur de re grauis præiudicij. dec. 5. num. 14.

Illius, de cuius intereſſe principaliter agitur, eſt neceſſaria. deciſ. 14. num. 12.

CIVIS.

Ciuium appellatione in priuilegijs realibus, & materijs fauorabilibus veniunt comitatini. dec. 35. n. 10.

CIVITAS.

Tenetur ad reſtitutionem pecuniarum habitarum ab illius Officialibus etiam temporalibus, ſi verſa ſint in eius vtilitatem. dec. 22. n. 22.

CLAVSVLA.

Saluo iure nullum ius de nouo tribuit. dec. 26. n. 5.

Saluiſque pactis nullam præfert conditionem, vbi de ratione. dec. 26. num. 6.

Et non aliter, nec alio modo in ſubſtitutione quid operetur. dec. 70 nu. 8.

A lor piacere importat concesſionem facultatis abſolutam. dec 74. num. 10.

Sine præiuditio venientium ab inteſtato adimit facultatem legitimato redarguendi teſtamentum de nullitate ex cauſa præteritionis. dec. 86. n. 21. præſeruat legitimis omnes ſucceſſiones bonorum. nu. 22.

Sine præiuditio præſeruat omnia iura etiam in minimis. dec. 48. num. 15.

Verificato priùs expoſſit concludentem iuſtificationem. dec. 45. n. 1. & n. 13.

Et non aliàs remouet actum à ſenſu, quotieſcunque aliter ſequeretur, quàm ſit diſpoſitum. dec. 62. n. 3. & operatur, vt geſta in contrarium ſint inefficacia. n. 4.

Sublata, & decreti irritantis operatur, vt ſit neceſſaria ſpecificamentio conſtitutionis cauſam continentis ad finem, vt illi dicatur derogatum dec. 62. n. 11.

Clauſula conſueta ommiſſio inducit præſumptionem ſimulationis. dec. 29. n. 19.

Præſeruatiua quando non veniat attendenda, & ad quæ referatur. dec. 1. n. 15. & n. n. ſeqq.

Ad habendum poſita in diuiſione non importat renuntiationem fideicommiſſi. dec. 1. nu. 25.

Et ad omne mandatum Domini appoſita in obligatione reſtituendi pecunias, quid operetur. dec. 9. n. 2.

Si quid exequendum non vulnerat obligationem cameralem. dec. 9 num. 4.

Quam & quas quid operetur. dec. 12. n. 3.

Niſi prout de iure quid operetur. dec. 18 n. 24.

In caſu prædicto repetit omnes qualitates præcedentes. dec. 21. num. 17.

Sublata, & decreti irritan. obſtat principio conſuetudinis. dec. 35. num. 22.

Conſtituti transferri poſſeſſionem, ex qua deinde manutentio competit. dec. 36. n. 1.

Conſtituti quando expiret. dec. 36. n. 15. n. 16.

Dummodò ſint licita, & honeſta, appoſita in confirmatione quid importet. dec. 48. n. 1.

Vt principalis principaliter, & in ſolidum appoſita in obligatione operatur, vt obligatus habeatur tanquam principalis debitor. dec. 55. n. 10.

Et deinde cum beneplacito quando non requiratur pro continuatione cambiorum. dec. 55. n. 12.

De hærede in hæredem exponitur de deſcendente in deſcendentem. dec. 65. n. 4.

Dummodo in eo contenta ſint licita, &c. appoſita in indulto pro facienda vnione quid importet. dec. 58. n. 6.

Motu proprio, & ex certa ſcientia quid operetur. dec. 56. num. 7.

Sublata, & decreti irritantis claudit os Iudicis. deciſ. 44. numer. 3.

Clauſulæ executiuæ continentes promiſſionem non reuocandi actum factum, quando nihil operentur. dec. 77. n. 14.

Rebus ſic ſtantibus ineſt promiſſioni factæ de non reuocando facultatem alteri conceſſam. dec. 77. nu. 15.

Donec &c. conceſſionem limitat, adeò vt euaneſcat, ſequuta noua diſpoſitione. dec. 93. n. 2.

Sublata, & decretum irritans inficit poſſeſſionem in contrarium, & non admittit exceptionem contrarij vſus. dec. 93. num. 13.

Digitized by Google

I N D E X.

CLERICATVS.

Probatur ex litteris Ordinarij. dec 6. num.7.

CLERICVS.

Clerici, & Eccleſiaſtica perſonæ, quando poſſint vti, & iuuari ſtatutis laicalibus. dec.3. nu.6. & n.13.14. & ſeqq.

Clerici debent abſtinere à negotijs laicorum, dec.3. n.19.

COGNOMEN.

Familia abſque reſtrictione conceptum includit omnes de agnatione, licet ſint tranſuerſales. dec.57. n.6.

COLLATIO.

Beneficij reſeruati ſpectat ad Sedem Apoſtolicam. deciſ.51. num. 5.

Beneficij ſuſtineri non poteſt ex erroneo præſuppoſito. dec.51. num. 7.

Beneficij facta in paritate votorum eſt inualida. deciſ.40. num. 2.

Omnimoda ſimultaneam excludit. dec.61. num.6.

Simultanea, quando non competat. dec.39. n.2.

Simultanea non datur ei, cui vna tantum vox competit, dec. 39. num. 3.

Simultanea, ex quibus deſtruatur. dec.39. n.6. & n.7.8.

COMMISSIO.

Appellationis in cauſa decimarum quomodo detur, dec.19. num. 5.

COMPENSATIO.

Non datur de liquido ad illiquidum. dec.2. n. 15.

Non admittitur contra creditum vallatum obligatione Camerali, & iuramento. dec.12 n.13.

COMPVTVS.

Sunt deſcribendi ab eo, qui adminiſtrat, non ab eo, qui nihil gerit, fidem adminiſtratoris ſequendo. dec.12. n.13.

COMPREHENSIO.

Nepotum nomine filiorum in fideicommiſſo inducitur ex vocatione ſimpliciter concepta, & ex coniecturis. dec.52. n.3.

COMPROMISSVM.

Habet vim tranſactionis. dec.30. n.2.

Cenſetur receſſum à Compromiſſo ſi ambæ partes reddeant ad Iudicem, à quo. dec.30. ſub n.2.

CONCESSIO.

Ob benemerita non eſt reſtringenda, ſed eius verba intelliguntur ſecundum propriam eorum ſignificationem. dec.38. num.13.

CONCILIVM.

Derogatio alicuius Concilij expreſſa vbi præcedit, ſubſequens generalis ſufficit, vt alijs Concilijs dicatur derogatum. dec. 81. n.13. Vide verb. Textus.

CONCORDIA.

A concordia cenſetur receſſum, quando vtraque pars eidem contrauenit. dec.30. n.1.

A concordia poteſt quælibet pars recedere, non obtento beneplacito Apoſtolico reſeruato cum clauſula non alias, aliter, & c. dec.30. n.5. amplia vt ibi.

Simoniaca dicitur concordia inita mediante promiſſione pecuniæ ſuper validitate profeſſionis, & ſtatu religioſo. dec. 75. n.1. & num.2.4. limita num.5.6. 7. declara n.10.

Valida continet exceptionem litis finitæ, & impedit nouæ litis ingreſſum. dec.75. nu.11. non poteſt ſuſtineri, vbi eſt certiſſimus finis litis. n.12.

CONCVRSVS.

Ad beneficia, qui fieri debet coram Ordinario, ex diſpoſitione Conc. Triden. ſeſſ 24. c.18. de reform. *quando non valeat. dec.73. num.4.*

In concurſu magis eſt defferendum ſcripturis, quàm teſtibus. dec.48 n.10.

In concurſu prioris inueſtituræ, poſterior non attenditur. dec. 4. num. 19.

CONDITIO.

Conditiones ex interuallo poſſunt apponi, quando donator reſeruauit ſibi facultatem, quæ reſeruatio hoc operatur, vt exinde apponendæ conditiones cenſeantur vſque à principio appoſitæ. dec. 50. n.9.

In conditione poſiti cenſentur tantum vocati, ſi qualitates indiſpoſitiuè vocatis requiſitas habeant. dec.66. n.7.

Negatiua ſi ſine filijs *poſita in fideicommiſſo operatur, vt ſub nomine filiorum veniant nepotes, & alij deſcendentes dec. 65. nn.3. declara num. 4.5.*

Negatiua non poteſt dici purificata, niſi reducatur ad impoſſibile. dec.100. n 4. & n.16.

Poſiti in conditione ſuccedunt etiam in portione patrui peruenta ad eorum parrem ex recipraca. dec.16. n.13.

Si ſine filijs appoſita pluribus vocatis, quando in omnibus debeat impleri. dec.76. n.2. & n. ſeq.

Vt purificetur, nudum factum attenditur. dec.62. nu.14.

Voluntaria formaliter, & ſpecificè non per æquipollens debet adimpleri. dec.62. n.19. amplia. vt nu.20.

CONFESSIO.

Auctoris non poteſt impugnari ab habentibus cauſam ab eo. dec.13. num.4.

Aliàs non probans, attenditur vbi concurrit veriſimilitudo. dec. 13. nn.12.

Confeſſione nulla dari poteſt maior probatio. dec.81. n.4.

Confeſſionis ſimulatæ dotis exceptio eſt perpetua, & de ea ſemper dari poteſt. dec.29. n.29.

Dotis receptæ facta per maritum conſtante matrimonio præcedente inſtrumento promiſsionis, probat veram numerationem. dec.29. nn.11.

Dotis receptæ idem operatur, ac numeratio, ſi in tempore non fuit oppoſitum de non numerata dote. dec.29. n.28. declara, vt num. 29.

Extraiudicialis quando ſit attendenda, & probet. dec.13. n.5. & num. 6.

Ex confeſſione, & ſuſtentatione litis, dominium probatur, dec. 14. num.6.

Facta in iudicio criminali probat etiam in ciuili, deciſ. 72. num. 6.

Falſa circa filiationem non præiudicat veritati. deciſ. 72. num. 15.

Facit probationem ad inſtar ſcripturæ, & depoſitionum teſtium. dec.13. n.1.

Facta ad poſitiones plenè probat dominium. dec.24. n.5.

Mariti conſtante matrimonio facta de dote recepta non valet. dec.29. nu 12. non præcedente dotis promiſsione ad fauorem mariti præſumitur ſimulata. n.13. & ſimulationis probatio deducitur etiam in n.n.15.17.19.20.21.

Non ſufficit pro dotis numeratione ſola viri, ſed realis traditio rei. dec. 29. n.2.

Propria impugnari non poteſt nec à confitente, nec ab eius hærede. dec.64. n.11.

Partis prævalet teſtibus, & ſi mille. dec.81. n.8.

Probat contra confitentes, & habentes ab eo cauſam. dec. 33. num. 3.

Probat contra confitentem. dec.39. n.9.

Superat quaſcunque probationes contra confitentem, & eius hæredem. dec.1. n.14.

CONFIRMATIO.

Addit tantùm robur rei confirmatæ. dec.68. nu.8.

Attribuit vires actui confirmato. dec.67. n.6.

Eſt nullius momenti, ſi non adſit materia confirmabilis, dec.30 ſub num.3.

CONFISCATIO.

Bonorum emphyteoticorum quando admittatur, vel non. dec. 4. n.6. & num.9.

CONIECTVRA.

Coniecturæ validiores proſternunt debiliores, etiam in materia filiationis. dec.86. n.15.

Coniecturæ, & præſumptiones mouere poſſunt iudices ad arguendum donationem viri erga ſponſam. dec.29. n.5.

Ex coniecturis, & ex vocatione ſimpliciter concepta in fideicommiſſo inducitur comprehenſio nepotum nomine filiorum. dec.52. n.3.

CONSANGVINEVS.

Conſanguineorum appellatione, comprehenduntur & conſanguinei per fœminas dec.27. n.4.

CONSANGVINITAS.

Ex conſanguinitate, & cohabitatione ſcientia præſumpta deducitur. dec.36. n.7.

CONSENSVS.

Ex quibus dicatur reſultare. dec.79. n.5.

Non requiritur in ijs, in quibus nullum intereſſe habetur. dec. 29. num. 15.

CONSEQVENS.

Qui vult, cõſetur velle omne neceſſariũ antecedẽs. dec.48. n.5.

CON-

INDEX.

CONSIDERATIO.

Sanguinis operatur, vt in ſubſtitutione hæredum, & ſucceſſorum teſtator intellexerit de deſcendentibus, & hæredibus ſanguinis.dec.32.n.5.

CONSTITVTIO.

Conſtitutionis qualitates non ſeruata oſtendunt, actum non fuiſſe expletum, iuxtà præſcriptum ipſius conſtitutionis. dec.83.num.3.

Conſtitutiones Sixti V. Clement. XIII. Pauli V. & Vrb. VIII. prohibentes diſtractionem bonorum ſtatus Eccleſiaſtici in forenſes declarantur.dec.33.n.14.

Dotis non infert numerationem.dec.29.n.9.

Aegidiana. est laicalis non comprehens. Clericos, neque etiam Laicos eorum litis conſortes. dec.21.n.1.

CONSTITVTVM.

Quando poſſit operari translationem detentationis in alium. dec.36.num.13.

CONSVETVDO.

Conſuetudinis principio clauſula ſublata, & decreti irritan. obſtat.dec.35.n.22.

Et vſus quando ſint ſublata à verbis priuilegij. deciſ. 35. numer.20.

Eſt probanda in indiuiduo caſu, de quo agitur dec. 40. nu.3. ſolùm attenditur in caſu, in quo fuit ſeruata. num.4.7. non extenditur de loco ad locum. nu.5. vt inducatur requiritur frequentia actuum cum diuturnitate temporis. numer. 10. 11. 12.

Eccleſiarum iuxtà ſubiectam materiam prææualet poſitiua diſpoſitioni iuris communis.dec.44.n.11.

Loquens in vno caſu non ſuffragatur in diuerſo. deciſ.73.numer. 14.

Non poteſt inducere, vt inferior ab Epiſcopo habeat in eadem Diœceſi territorium. dec.78.n.4.

Non inducitur per actus extortiuos.dec.35.n.21.

CONTRACTVS.

Cambij non autem mutui quando cenſeatur.dec.71.n.2.

Correſpectiui corruunt, ſi cauſa finalis deficiat. dec.96.n.8.

Contractu perfecto, nequit apponi onus in præiudicium vnius partis.dec.97.n.5.

Correſpectiuus corruit, altero corruente dec.98.n.1.

Emptionis perficitur interuentu rei, & conſenſus, & pretij.deciſ. 26. num. 2.

Ita interpretari debet, ne alter ex contrahentibus dicatur deceptus.dec.96.n.12.

Nominatus, ob non implementum poſitum pro cauſa finali reſcindi poteſt. dec. 98. num. 2. maximè iure exceptionis. num. 3.

Nominati reſciſſio non ſolet admitti. dec. 96. num.9. declara num 10. 11.

Pars præcedens declarat partem ſubſequentem. deciſ.12. num. 7.

Quando dicantur ſeparati, & diſtincti, licèt initi coram eodem Notario, & teſtibus.dec.82.n.10.

Retrotractio ad tempus contractus, quando non detur. deciſ.30.num.4.

CONTRAHENS.

Contrahentes cenſentur contraxiſſe eo modo, & forma contentis in inſtrumento. dec.83.n.4.

Contrahentium mens reiecto cortice verborum inſpici debet. dec.82.nu.2.

Proprio nomine, & ad ſui vtilitatem cum pecunia alterius, ſibi acquiris ſub ſola obligatione reſtituendi pecuniam. dec. 99. num.7.

CONTRAVENTIO.

Poſitiua eſt contraria paritioni.dec.80 n.2.

CONVENTIO.

Conditionalis, & reſtrictiua quid operetur. dec. 51. numer. 52.

CONVENTVS.

Noui erectio expoſtulat facultatem Pontificis, & Ordinarij loci.dec.62.ſub n.15.& vide dec. 60.

CREDITOR.

Creditori non iuſtificato creduo. ius, nullaque actio competit. dec.29. num.1.

In pecunia non tenetur recipere bona debitoris in ſolutum.deciſ.22 ſub num.5.

Tenetur partem debiti confeſſatam recipere, de parte verò dubia litigare. dec.85.n.11.

CREDITVM.

Extare ex quibus verbis dicatur. dec.91.n.8.

D

DEBITOR.

Mandans ſolui debita de ſuis bonis cenſetur, iſta hypothecaſſe.dec.47.num.18.

DEBITVM.

Debiti agnitio, & approbatio deducitur ex ſolutione partis illius.dec.89.n.13.

DECIMA.

Ad decimarum ſolutionem tenentur donati vxorati commorantes in proprijs domibus, & oblati Religionis Hieroſolymitanæ.dec.19.n.14.

A decimarum ſolutione Pontifex poteſt eximere perſonas particulares.dec.55.num.1.

Decimæ debentur, vti ſors ſi non petantur vti acceſſoria ad ius decimandi.dec.53.n.4.

Decimarum ſpiritualium exemptio non comprehenditur ſub generalitate verborum.dec.19.n.12. Et non conceditur, niſi cum maxima difficultate. num. 18. ac materia eſt valdè odioſa. num.19.

Decimarum exemptio qualiter competat Equitibus Hieroſolymitanis.dec.19. n.17.

Decimæ ſpirituales ſoluuntur ratione bonorum patrimonialium.dec.19.num.21.

Decimarum pertinentia deducitur ex priuilegijs per ſententias canonizatis, dec.20.n.4.

Decimæ omnes ſub verbis vniuerſalibus comprehenduntur. dec.38. n. 5.

Decimarum exiſtentia quomodo probetur. dec.38. n.6.

Decimæ, quæ exiguntur in quota dicuntur ſpirituales, quæ autem in certa quantitate dicuntur laicales. dec.38.n.16.

Pro decimis competit via executiua.dec. 19.n. 4.

Priuilegium exemptionis decimarum eſt ſtrictè intelligendum. dec.19. n.13.

Secundùm germanam ſignificationem importat decimam ſpiritualem. dec.38.n.2. declara n.4.11.12.14.

DECLARATIO.

Cenſetur ineſſe actui declarato. dec.87.n 8.

Donantis quando debeat attendi. dec. 77 n.16.

In fine diſpoſitionis demonſtrat quid antecedenter fuerit intellectum. dec.66.n.15.

Quod quis vult habere ſcripturam pro bona, & legali, donèc conſtet de contrario, ſufficit. dec. 81. n. 10.

Sub quaquis deceſſit multum attenditur, etiam ad excludendam filiationem. dec. 86.n.20.

DECLARATORIA.

Cenſurarum quando ſit concedenda. deciſ. 80. num. 1. & numer. 2. 3.

DECRETVM.

Decreta Sacræ Congreg. emanata de iuſſu Pontificis, & ab eo approbata habentur pro legibus Pontificijs, & iure Papali. dec.62.n.5. amplia vt n.10.

Iudicis facit præſumere omnia fuiſſe vera, rationabiliter, & ſolemniter geſta. dec.7.ſub n.4. amplia vt ibi.

Irritans infringit titulum, & poſſeſſionem. dec. 60.n.9.

Irritans inficit omnem obſeruantiam in contrarium etiam in futurum. dec.44.n.14.

DEFECTVS.

Citationis non ſuppletur ab intimatione decreti, vbi agitur de re grauis præiuditij. dec. 5. n. 14.

De defectu voluntatis Papæ concedentis dari poteſt, ſi in conceſſione non adſit ſpecifica derogatio, quæ fieri debet. dec. 19. num 16.

Ex defectu citationis omnium poſſeſſorum ſententia eſt nulla, etiam quo ad citatos. dec.21. n.7.

Qui ceſſant ex oculari viſione inuerecundum eſt, vt opponantur. dec. 8. n. 5.

Quilibet requiſitorum, ſufficit pro inualiditate fundationis noui conuentus, dec. 41. n. 2.

I N D E X.

DEFVNCTVS.

Poteſt diſponere in ſua vltima voluntate de bonis hæredis. dec.47.num.2.

DELICTVM.

Delicti agnitio, ex quibus reſultet. dec.4.num.12.

DENOMINATIO.

Aliàs applicabilis alicui, quando non debeat attendi. dec. 15. num.11.

DEPOSITVM.

Pecunia ad fauorem reſignantis, quando non prohibeatur. dec.59. num.6.

Reſultas ex dimiſſione pecuniarum in banco. deciſ. 95. num. 17.

DESCENDENS.

Deſcendentium maſculorum nomine veniunt etiam maſculi ex fœmina, quando non fuit contemplata agnatio. dec. 17. n.2.amplia nu. 3.

De deſcendente, in deſcendentem exponitur clauſula de hærede, in hæredem dec.65.n.4.

Deſcendentes debent eſſe melioris conditionis, quàm extranei. dec.65.num.5.

DESCENDENTIA.

A fundatore iuriſpatronatus non eſt probanda ab eo, qui eſt hæres illius, qui erat in poſſeſſione præſentandi dec.6.nu.2. & num. 5.

Quando deſcendentia maſculina non dicatur reſtricta ad lineam effectiuam. dec.57. num.8.

Quando ex ſcriptura antiquiſſima probetur. dec 23.n.29.

DEROGATIO.

Concilij alicuius expreſſa vbi præcedit, ſubſequens generalis ſufficit, vt alijs Concilijs dicatur derogatum.dec.81.n.13.

Si in conceſſione non adſit ſpecifica, quæ fieri debebat, de defectu voluntatis Papæ concedentis dari poteſt. deciſ. 19. numer. 16.

DETERMINATIO.

Plura reſpiciens determinabilia omnia æqualitèr determinat. dec.58. num.8.

Vna plura reſpiciens determinabilia, omnia æquè determinat, & qualificat. dec.30. num.6.

DETRACTIO.

Detractiones turbidas fructus percepti ab hærede poſt purificationem fideicommiſſi reddunt. dec.25. n.8.

DICTIO.

Donec temporalitatem præſefert dec.93.n.23.

Huiuſmodi eſt repetitiua, & diſpoſitionem reſtringit ad res ſupra expreſſas. dec.93.nu.4.

Ipſorum inhærens verbo familiæ illam coarctat ad lineam effectiuam, ſecùs ſi inhæreat verbo Cippo. deciſ. 57. ſub num. 7.

Signantèr non ſtat reſtrictiuè, ſed demonſtratiuè pro maiori declaratione. dec.69. n.10.

Sui denotat ſuitatem, & ſi ſit dictum ſui hæredes, & ſucceſſores intelligitur de hæredibus ſanguinis ad excluſionem extraneorum. dec.32.n.6.

Taxatiua excludit omnem alium titulum. dec.45.n.5.

DIFFICVLTAS.

Exactionis non impedit iuris acquiſitionem. dec.53.n.7.

DIGNVS.

Magis trahit ad ſe minùs dignum. dec.21.ſub n.1.

DISPONENS.

Diſponentis intentio optimè declaratur ex antecedentibus, & ſubſequentibus dec.11.n.7.

DISPOSITIO.

Ad pias cauſas terminanda eſt ſola Iuris Diuini, & Sacrorum Canonum ſolemnitate.dec.8.n.12.

Ad piam cauſam quando dicatur ordinata. deciſ.13.num.2. & num. 3.

Contemplans, dicitur ad pias cauſas, principalitèr fauorem ſalutis æternæ, & animæ ſubleuamentum dec.3.num.21.& ſuſtinetur cum ſolis duobus teſtib.nu.22.

Diſponendi facultatem ſi quis habeat, dicitur diſpoſuiſſe, ſi inceperit alienare. dec.74. n.4.

Et voluntas teſtatoris pro lege eſt ſeruanda.dec.70.n.11.

In diſpoſitione, in qua vocatur aliquis ex linea maſculina continentur deſcendentes à fœminis.dec.52.n.6.

In diſpoſitione generali, abſque eius ſpecificatione, legitima comprehenditur, quæ non poteſt habere locum in alio. dec.1.num.10.

In diſpoſitionibus ſeparatis habentibus de per ſe rationem perfectam, repetitio non inducitur.dec.36.n.12.

In diſpoſitionis fine declaratio demonſtrat quid antecedentèr fuerit intellectum.dec.66.n.15.

Noua non inducitur ex facto ſuppoſito. dec.62. n.17.

Ordinata ad pias cauſas dicitur, ſi ſubſtantia bonorum in animæ ſuffragium deſtinetur.dec.8. n.2.

Teſtatoris reſtringitur ad eius propria bona.dec.33.nu.5.fallit, vt ibi, & n.6.

Teſtatoris ad ſolos maſculos, quando non dicatur reſtricta. dec.66.n.13.& n.14.15.

DISTRIBVTIO.

Diſtributiones quotidianæ ſingulis diebus diſtribuuntur, & propriè non niſi intereſſentibus concedi ſolent.dec.53.n.11.

Diſtributiones quotidianæ non veniunt appellatione fructuum beneficiatorum.dec.53.n.13. declara n.14.17.

DIVISIO.

Eſt facienda iuxtà formam præſcriptam à partibus. dec.46.n. 1.quando reſcindatur ex læſione, vel errore.n.2.

Supponit communionem dominij, & poſſeſſionis inter diuidentes.dec.5.n.2.

DOCTORES.

Bald.conſ.270.lib.2.declaratur.dec.77.n.7 & n.8.& dec.90. num.3. & n.n.ſeq.q.

Caſ.conſ.147.in quo caſu loquatur.dec.59.n.7.

Clar.§.Emphyteuſis q.29.declaratur.dec.4.n.10.

Corbul.de cauſ.priu.ob mort.ciuil.ſub nu 38.& ſeqq.declaratur.dec.4. n.11.

Dec.conſ.253.ſub n.1.& Decian.reſp.92.ſub nu.24.reprobantur. dec.74.n.7.

Dec.conſ.261.& Ruin.conſil.74.lib. 2. declarantur. dec. 46. num. 14.

Gratian.diſcept.18.n.46.& diſcept.127.n.21.declaratur.dec 73.n.12.& dec.79. n.17.

Gratian.diſcep.775.n.4.declaratur.dec.10.n.8.

Imol.in l.2. num.1. ad finem ff.de donat. declaratur. dec.77. num. 10.

Oldrad.conſil.177.cum concordan. affertur. dec.21. nu.9. & reiicitur. n.10.

Peregrin.conſ.36.libr.1.in quibus terminis procedat. dec.66. num. 16.

Pariſ.conſ.49.nu.33.lib 4.reprobatur.dec.59.nu.3.

Ruin.conſ.147 ſub nu.15 lib.2.declaratur.dec.46.n.14.

DOMINIVM.

Acquiritur ex tranſactione. dec. 64 n. 14.

Dominij, & poſſeſſionis communionem ſupponit inter diuidentes diuiſio. dec. 5. n. 2.

Ex reſeruatione dominij fauore venditorum, donec pretium ſolutum fuerit, non cenſetur tranſlatum dominium in emptorem. dec.26. n.9. non inducit dicta reſeruatio conditionem, nec alterat naturam contractus emptionis. numer. 10.

Probatur ex confeſſione, & ſuſtentatione litis. dec. 14. n.6.

Rei depoſitæ remanet apud deponentem. dec.59.n.5.

Tranſlatio dominij, vel rei traditio pertinet ad executionem, non ad ſubſtantiam contractus emptionis. dec. 26. num. 12.

DOMVS.

